BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
46 - F
20

XLIV. p. s.
N. VII. n.° 19

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P. F.

THOMÆ FRANCES DE URRUTIGOYTI

Semicenturia ſub Titulum

CONSULTATIONES IN RE MORALI.

POST ADDITIS QUATUOR APPENDICIBUS
de 45. *Propoſitionibus ab* ALEXANDRO VII. *damnatis*;
Et 65. *ab* INNOCENTIO XI. *explicatis.*

Digitized by Google

Digitized by Google

ANGELICIS DITATÆ præclarioribus ex charitatis vinculo indefeſſo virtutibus: Divini honoris expreſſa Ieſu Sponſi delegatione, in cunctis, & per omnia viriliori Zelatrici, Divæ à Ieſu TERESIÆ Virgini Matri.

Nuncupatoria Epiſtola, ſtabilimen invocans.

1. NE importunis aliqua ex parte me ingetam clauſulis, alienis, non propriis utar in tuum (inclita meliori ſponſo maritata virgo conjugio ſpirituali) obſequium, ut in hoc opere mihi opitulamen adſit. Ennodius ducat, & ſecuriori ſpe infallibiliori fiducia me tantæ protectrici committam, in Bibliotheca veterum Patrum t. 15. pagina mihi 264. lib. 7. ſuarum Epiſtolarum Eupropriæ ſic fatur, *O ſi ſuppeteret ſermonis abundantia ad illa ad quæ lingua ſufficit.* Inſufficienter meam ruditatem recognoſco balbutientem; alleviat mox idem Ticinenſis Antiſtes ſubjungens,& profunde. *Parvus amor, amor eſt qui oris teſtimonio ſufficienter aperitur.* Dilectione languidam ſe ipſa fatetur divina ſponſa canticorum 2. v. 5. *Quia amore langueo* & cap. 5. v. 8. *Nunciate ei quia amore langueo* ſat periodus ſuccinctus, ne ſillabis cinctus parvus in tali dilectrice præſumeretur amor, aut tepida devotione ductus, vel minus ac par petitur fervide allectus, ſuperet (quaſi per infinitum) eloquium ad ea quæ de te cupio in laudem exponenda, divini honoris egregia zelatrix; non impariter de tuis encomiis ac ipſemet Felix Ennodius ſuo cecinit poemate de Sancta Euphemia aptabo, lib. 1. carminum quæ conſtruxit hymno 17. apud idem volumen 15. Bibliothecæ veterum Patrum fol. 341.

Quæ lingua poſſit, quis valeat ſtylus
Tantæ triumphos Virginis eloqui,
Nunc mente molles diſcite maſculi,
Exempla præſtat, ſumite deſides.
Puella fortis cum ſuperat viros
Virtus teneri neſcia ſemper eſt,
Quæ corde Chriſtum conciperet ſemel.

2. Tui proprius velut Tereſiæ Matri, aut aptius, à teneriori ætate martyrii triumphos anxia ſollicitantis benevolentia, ardore plena, amore languida; & ſibi ampuratos nimiè deplorantis defatigato corde. Quale ſicut noſtræ heroïnæ virtutum ab infantia exemplar fortis Puella viriliores ſuperans, genitoribus orbata, Dei genitricis humilis implorans ſubſtitutionem, quam recognita conſequitur gratitudine. Non eſt ſexus jura undique ſuperans, pro ſemper ſibi, Ieſu Domino copulata quæ juge mente ſemel concipiens abſque intermiſſione minima in ſuperabundanti tenuit juſtificante gratia. De Carmeli reformatrice eximia inconcuſſo declamabo experimento, non

Digitized by Google

abſimiliter ac de Olympiade Palladius Antiſtes in lauſiaca hiſtoria, quæ ſanctorum Patrum complectitur vitas in citata Bibliotheca tom 13. pag. 1046. ſectione 144. *Ipſa cum omnes illas infinitas & immenſas diſperſiſſet divitias, abſolute indiſcriminatim, opem ferebat omnibus. Non enim urbs, non rus, non ſolitudo manſit expers largitionis hujus inclita Virginis. Sed & Eccleſias ſuppeditavit ad donaria deputata ſacrificia, & cænobiis, & Xenotrophis, & cuſtodiis, & relegatis, & ut ſemel dicam, in omnem orbem terræ diſperſit elemoſynas. Hæc beata proceſſit terminum humilitatis ultra quem nihil poſſit inveniri amplius; vita ſine ulla inani gloria, ſpecies nequaquam ficta, ſinceri mores, facies non fucata, corpus florens, mens glorioſa, animus ab arrogantia alienus, cor minime turbulentum, ſomni expers, vigilia, ſpiritus non curioſus, charitas immenſa.* Hiſtoriographi munus nunc non fero; autoribus de ſanctæ Tereſiæ vita me comitto; abundat in Bulla Canonizationis eius, quod de ipſa ſigillatim recenſet Gregorius XV. tom. 3. Bullarii Cherubini conſtitutione huius Pontificis maximi 20. à §. 4. & deinceps, ſubnectens §. 18. *Tantas virtutes Tereſiæ plurimis dum adhuc in humanis ageret miraculis Deus illuſtravit*, & §. 21. *Sed & præcedentibus temporibus manifeſtavit Deus hominibus gloriam ſuam præſtitis per interceſſionem ancillæ ſuæ frequentibus beneficiis his qui ſe fideliter eius precibus commendaſſent.* Ergo in ſcopum itero Palladium immenſam Olympiadis charitatem promulgantem. *Opem ferens viduitati, curam gerens orbitatis, protegens ſenectutem; peccatorum miſereris, errantes in viam deducens, in omnes utens miſericordia.* Quò ibo? quare titubabo in confugium te invocare triplici ſuffultus titulo: *ſenectutem protegens*, firmat in non mediocre encomium de Olympiade Palladius, ſexagenario propitialis, dum me præſidias: *Peccatorum miſerens*, addit, cui proprios inter cunctos quos ad veniam tutelas, qualiter ego *errantes in viam deducens.* Quis à tramite velut qui nunc miſerrimus errabundus te invocat, ergo in me ſenectutem proteges, viliſſimum miſereberis peccatorem, deiectioremque deduces errantem, dum hoc obſequio me clyentum ſub mancipatu admittes.

3. Pientiſſima eſt cauſa, motivum quidem, cur alarum tuarum umbram inquiro, nonne conamine gratitudinis opitulamen exoro, aſtrictum me tuis ex ſingulariori beneficio recognoſco debitum: Carmelitæ ſuo me ſodalitio addixerunt, ut ad mortis horam ſuffragiis eorum connumerarer, liberalitate abundantiſſima, nec non tantilla mea ſervitute, quandoquidem quod de eis ſcripſi (tom. 4. certaminis diſp. 2. ſect. 10. à ſubjectione 3. n. 116. uſque ad ſectionis finem, occaſione ſolutionis argumenti facti contra meam quandam concluſionem, ut valde impium refragarer calumniatorem detractione blaſphema oblatrantem adverſus indulgentiam dictam ſabbatinam, apparitionemque ſacram Marianam factam ſanctiſſimo Patri Simoni Stoch dicto Angelico, & Ioanni Papæ XXII.) propria erat cauſa, potiori urgentia, potius quam venerabilium Carmelitarum. In ſolida fundabatur reſolutio controverſiæ exagitatæ ſi objectioni illi non fieret ſatis; tuæ ergo meum quaſi indirectè inductum ſervitutis obſequium, ſequentibus decretis in ſpiritus amplius emolumentum honorificarunt, non gratificarunt, ſupponit enim gratitudo præſtitum beneficium, & veritatis inconcuſſæ propugnaculum quando eo egemus debitum arguitur. Pro mea ergo recognitione, & ut perpetuo beneficientia tuorum penes me, omnibus conſtet reſcripta do.

Litteræ patentes Reverendiſſimi P. Provincialis Carmelitarum de Obſervantia.

4. Magiſter Fr. Manuel Elias Dom-Guillen Doctor in ſancta Theologia ſancti Officii Qualificator, Provincialis Carmeli de Obſervantia in Aragonia. Quia in Capitulo intermedio, aut congregatione celebrata in dicta noſtra Provincia apud Conventum Cæſaraguſtanum 8. Maii anno 1677. omnes qui in illa concurſum habuerunt, nemine diſcrepante; inter ſupplices poſtulationes factas Reverendiſſimo P. Generali, una earum fuit tenoris ſequentis. *Vlterius quia noſtra Provincia in magna eſt obligatione Reverendiſſimo P. Fr. Thomæ Francez de Vrrutigoyti Exprovinciali Franciſcano, quia ſcriptis ſuis valde honoravit Religionem noſtram, poſtulamus ut Reverendiſſima veſtra Paternitas ſtatuere dignetur, quod in obitu eius pro eo in tota noſtra Provincia Officium defunctorum fiat ſicut fit pro quolibet Religioſo hujus Provinciæ*, & ſua Reverendiſſima paternitas id conceſſit iſto decreto: *Et quia Ordo noſter ſpecialiter obligatur Reverendo A. P. Fr. Thomæ Francez de Vrrutigoyti Exprovinciali Ordinis ſancti Franciſci, ut beneficia nobis collata pro modulo noſtro rependere conemur, man-*

Digitized by Google

damus ut in omnibus Conventibus N. Provinciæ dictæ in eius obitu pro illo fiant eadem ſuffragia quæ pro fratribus noſtris conſtitutiones præſcribunt, Datum Neapoli in Conventu noſtro majori die 26. Iunij 1677. Vt omni tempore conſtet & ſatisfaciat dicta noſtra Provincia hanc gratiam conceſſam dicto Reverendiſſimo Patri Fr. Thomæ Franceez de Vrrutigoyti, poſt longos ſuos dies, præſentem facimus expeditionem, noſtra manu firmatam, ſigillo officii munitam, & à noſtro Secretario referendatam, deprecamurque ſucceſſores noſtros in officio ut executionem dent decreto RR. P. N. Generalis, ſiquidem cum notitia noſtræ gratitudinis ad alios ſcriptores pervenerit, ſuis calamis nos aſſiſtent, ſingulariter quando aliquæ perſonæ minus advertentes, noſtra privilegia, Bullas, & Ordinis antiquitatem, tot nobis excitant litigia, quorum deciſio ut veritas luceat, ſummus labor ingerit. Datum in noſtro Conventu Carmeli Cæſarauguſtani 27. Ianuarij anno 1678.

Fr. MANVEL ELIAS DOMGVILLEN
Provincialis Carmeli Provinciæ Aragoniæ.

Loco ſigilli ✠

De mandato N. R. P. Provincialis.

Fr. IOSEPH COLOMER, Lector Theologiæ, & Secretarius Congregationis.

Teſtimonium Patrum diſcalceatorum Carmeli à Secretario capituli Provincialis eorum.

5. Fr. Ioſeph à Sancta Tereſia Secretarius noſtri Patris Fr. Ioannis de la Concepion provincialis Carmelitarum diſcalceatorum in corona Aragoniæ, & Capituli provincialis, cujus Præſes fuit ſua reverentia; celebrati in noſtro Conventu Sancti Ioannis Baptiſtæ Villæ de Reus in campo Tarraconenſi, prima die Maij hujus anni 1678. fidem facio, quod in ſeſſione die Martis ad veſperam 3. Maij die, prædicti anni, factum fuit decretum, & invenietur in libro Capituli, eſtque tenoris ſequentis. Repræſentat N.P. provincialis patribus Gremianibus petitionem R. patris Fr. Thomæ Franceez de Vrrutigoyti Ordinis N. P. S. Franciſci Exprovincialis in Aragonia, qui ſpeciali devotione ſupplicabat capitulo, ut admitteretur pro Conventuali hujus provinciæ, allegans pro motivo ſe defendiſſe Religionem Dominæ noſtræ del Carmen, opponentem ſe calamis, qui eam obſcurare intentarunt. Attentique patres Capitulares remunerationi beneficii accepti, aliiſque qualitatibus, & circunſtantiis quæ hujus gratiæ R. P. Fr. Thomam benemeritum faciunt, decreverunt eam concedendam, & admiſſum manere Conventualitati huius noſtræ, provinciæ & virtute huius admiſſionis aſtricti omnes Conventus ipſius applicare pro ſua anima in eius obitu, quam Deus noſter Dominus retardet per longos annos, omnia ſuffragia, & miſſas quæ pro Conventualibus applicantur; conſonè ad leges & conſtitutiones. Ita decretum & copia cum ſuo originali concordat, contentum in libro dicti capituli, in quorum fidem mea manu firmavi, & de mandato N. P. provincialis ſigillo provinciæ ſigillavi, 8. Maii 1678. in hoc Conventu Carmelitarum diſcalceatorum de Reus.

Fr. Ioſephus de Sancta Tereſia Secretarius Capituli loco ſigilli ✠

6. Quibus præmiſſis argumentum inſit in præſidiatricem invocandam. Dum divinum numen Moiſi patrocinium ſpeciale promittit in tutelam, ſacrificari ſibi præcepit ſuper montem à Domino ipſo deſignatum. *Ego ero tecum* Exodi 3. v. 12. è Rubo Flammante & incombuſto cæleſtis expreſſit Majeſtas. premo aſſumptum, & præmitto ſignum quo Deus ſuo ſervo influit propitiationis qua adumbrabitur ſecuritatem, inquit. *Ego ero tecum & hoc habebis ſignum.* Sat, quale iſtud ſignaculum? paulus Burgenſis ibi. *Inhabilitas ſeu debilitas Moïſis quam Deo oſtendebat ad excuſationem ſuam, erat intenta à Deo ut eſſet ſignum manifeſtum de hoc.* Addo, quod affluentium donorum præſagium proſperius recipientis amplificaret dilargitionem, tale divinæ providentiæ admirabilius indicium, conſtitui habilem illum qui inhabilis recognoſcitur etiam in beneficientiam recipiendam; novum liberalitatis hoc genus in captandum patrocinium: Verumtamen adverte quid inhabili ut habilis conſtituatur demandatum proponitur: *Cum eduxeris populum meum de Egipto immolabis Deo ſuper montem iſtum.* Aptiſſimè ibi Rupertus ſubnectens adverbium. *Pro inde*, ait, *cum eduxeris populum meum de Egypto, tu præſenti non ingratus viſioni, ſed agendarum me-*

Digitized by Google

mor gratiarum immolabis Deo ſuper montem iſtum. Proinde, quaſi dicat: tua, quam à te ſenſim recognoſcitur inhabilitas, ſive in munus obeundum, ſive ut protectionem & umbram meam teneas, præpropera gratitudo in ſacrificio offerendo, infallibile erit ſignum, quod nuſquam tibi illa deficiet ut habilis conſtituaris: quia non obliterata à memoria beneficentia ex viſione præterita certiſſime efficietur ut promiſſio adimpleta recognoſcatur; tecum ſemper in omnibus ero: ô efficaciſſima (virtus quidem quæ conſiſtit in gratitudine) virilitas, inſuetum robur inhabiliorem quaſi tractato fædere convertens in habilem. Tereſia ergo divini honoris indefeſſa zelatrix, tuum penes me imitare Ieſum ſponſum. E rubo iſte in effigie ſignaculo mirabili tramitem aperit, quo, ſtolidior in capacitate propria, à gratitudine habilis tranſmutetur & capax; meus in tuos affectus ableget propriam quam fateor millies inhabilitatem, tuorum tibi ſacro largiſſimam benificentiam, ut indefectibilis in memoria mea inſit recognitione perpetua, & à clementia tua propicier, pientiſſima Mater, peculiariſſime in cauſa quam intendo.

7. Age, ſed venerabiles P P. Carmelitæ, dum largiſſime benefactores à me recognoſcuntur, non meo merito, ſed liberalitate. Sua valde ſpontanea, tantillam efformare quibunt quærimoniam, cur cum tot heroës, heroïdeſque, ultimo Eccleſiæ teſtimonio, ſub canonizationis decreto venerantur Eliani inſtituti alumni, decoris Carmeli flores ſpecioſiſſimæ, opime abundantes cæleſtis Ieruſalem fructus, te præ illis, eligo. An ne Magdalena de Pazzis nitidiſſima Virgo Ieſu ſponſa (ut alios tam viros quam fœminas egregias omittam, nimiam timens digreſſionem, non impares, & paritate eximia venerati, debito cultu, & illuſtriore fama) minus divini honoris zelatrix, aut inferior Tereſia. Cæteros compone in argumentum; & quare optio individuatur? Fas ſit ad ſolutionem, Tereſiam invocatam, quia in ea nullus eſt de Carmelitis cælitibus, qui non imploretur; placeat ſatisfacito; tantiſperque expectetur deductæ frequens componendo dubium in nehoterica ſolvente ambiguitatem expreſſione. Solus David à Mathæo, c. 1. texente ſervatoris genealogiam Regis epitheto inſignitur v. 6. *Ieſſe autem genuit David Regem David autem Rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit uriæ.* Tritum à vetuſtis, & modernis inquiſitum, diffuſum ab Abulenſi tom. 1. in Mathæum quæſt. 15. ad caput 1. huius Evangeliſtæ: innumera prætereo; & gloſſæ ordinariæ accipio documentum. *Non quod ſolus in hac genealogia Rex, ſed quia primus Rex de Iuda & Regum principium propter quem & cæteri in ſolio Regni ſervantur.* Veroſimiliter valde plauſibilior, tanto plus ſolutio, quanto ab innumeris Doctoribus placide admittitur quin iſtam negent, altera inſinuata iudicatur compatibilis à Sancto Germano Conſtantinopolitano Patriarcha habito tom. 12. Bibliothecæ veterum Patrum; id factum ſignificante; eo quia ex quo ſolus in genealogia Majeſtatis dedit David principium ad utramque ſolus pertinebat ſeriem ſeu ordinem; ſive etenim deſcendentes propagati, ſive aſcendentes anteceſſores, Auguſto in ipſo celebrati ſublimantur throno, quatenus occulta nobis divina directione, unus cum eſſet de anterioribus privatus & particularis elector colitur in ſingularum deducendam progeniem, quin primi à ſua defraudarentur prærogativa, jugeque hæc maneret illuſtris, nec in minimo tantillum ipſi deficeret, ad utroſque non inæque pertinens; unde cunctorum inter ſingulos quoſque ſeparatim ſumptos, vel copulatim captos, in ſe ipſo epilogat junctum, quidquid per omnes prædicatur encomiaſticæ diſperſum eloquium. Omnis comparatio, quæ prudenti calamo non dirigatur, aut cordato eloquio ſermonis non teneat conſiderationem, odia gignit, excitat rixas, & quid ni? ſicut ſanctiſſimā Matrem Tereſiam in munus elegit Deus ipſi demandatum, ad quod tantam Virginem Spiritus Sancti peculiariſſima inſpiratione protegit, quemlibet ex Carmelitis nunc cælitibus, ſponte ſua potuit in idem eminens, ſibique valde placens deſtinare miniſterium; ſanctitudinis merita eximia & cur difformanda, tantorum civium cæleſtium æqua ſit capacitas & quare faſtigia in examinis trutinam vocanda? quieſcat in Dalide ambiguitas ſi inſit, & impertinens in eo altera ac ſtatuta ceſſet indago; à numine electus in ſolis primatum ex nova progenie, quia cum exaltantur cuncti ſive tempore poſteri ſuccedentes, ſive priores duratione tempora antecedentes ſublimiter ab illo decori énunciantur. Hinc in meam gratitudinem ad utroſque Carmelitas, Tereſiæ magnalia recenſens propitiationem quam

exopto

Digitized by Google

exopto cunctorum magnifica certificabit optatum quod ſpero, à veneratione reſultans muniens à gratitudine: etenim robore, magni faciens, & merito Eccleſia in Carmelita iſta heroïde (quid nuſquam debitis abunde qualiter petitur exprimetur periodis) zelum quo à Chriſto ei ſponſæ de ſuo honore commiſſum. Habetur narrante Breviario Romano ad diem 15. Octobris *Tanto autem divini amoris cor eius conflagravit, ut merito viderit Angelum ignito jaculo ſibi præcordia transverberantem, & audierit Chriſtum data dextera dicentem ſibi. Deinceps ut vera ſponſa meum zelabis honorem.* Regis ſponſa Reginam quis negabit, *deinceps*; inquit ſponſus, quaſi novo tramite ſponſalia cum ipſo, & connubia ad ſucceſſores in primatu, ad anteceſſores in ſtemmate.

8. Patriarcha Elias mei inſit pronunciati arbiter, quando non antilogia, veriſſimo ſermone audacter viriliori occurrit conſtantia, ut populum moneat ne in deteriora cæcutiat idolatra gens ad nutum fallentium Prophetarum, qui dicebantur Baal, 3. Reg. 18. v. 19. *Mitte, & congrega ad me univerſum Iſraël in monte Carmeli, & Prophetas Baal, quadringentos quinquaginta, & Prophetas lucorum quadringentos, qui comedunt de menſa Iezabelis.* Congregantur atque tunc virilis Elianus zelus divinum ſatageret honorem, ſic magnanimiter proponit, non fucatis clauſulis, clara, & patenti demonſtratione, *Ego Remanſi Propheta Domini ſolus; Prophetæ autem Baal quadringenti & quinquaginti viri ſunt.* O, veritatis vates, aut ignoras, quod abſit dicere, Domini prohetas abſconditos; vel qua ratione dum certo id ſcis, ſolum te manere, Arcano myſterio in amphibologia pronuncias? Eodem cap. 18. citato ver. 4. conſtat. *Nam cum interficeret Iezabel Prophetas Domini tulit ille centum Prophetas & abſcondit eos quinquagenos, & quinquagenos in ſpelunca, & pavit eos in pane & aqua.* Ne hiſtoriali hæream in cortice Lyranus. *Prophetæ vero hîc dicuntur viri Religioſio intenti divino cultui.* Pauciſque interjectis ſubnectit. *Iezabel autem volens deſtruere cultum Dei quantum poterat, & cultum Baal extollere, interfecit eos ut patuit, & tunc Abdias centum illorum ſalvavit abſcondens quinquaginta in una ſpelunca, & quinquaginta in una alia, & providit eis de victu & veſtitu; & ex hoc conſecutus eſt à Deo Prophetiæ donum.* Quo pacto concludit. *Unde inter duodecim Prophetas quartus computatur.* Ambages fugiamus intricantes, dum inutiles cenſemus, & ſub una conſequentia dubitandi ratio appareat: ſi ergo centum remanebant Domini Prophetæ, quomodo Elias, ait, ſe de eorum numero ſuppetere tantummodo, adjectivum enim antinomiam arguere videtur: *Ego remanſi Propheta Domini ſolus.* Idem Lyranus. *Scilicet qui audiret apparere & idolatras reſiſtere quia vivebant illi centum abſconditi ab Abdia*, tranſeat expoſitio, aptiſſime aliis, inter quos Procopius Gaceus: *Remanſi ſolus quia ex quo zelatorem ſui honoris me conſtituit Dominus juxta illud tertio Reg. 59. ver 10. zelo zelatus ſum pro Domino meo exercituum cuncta magnalia tam illorum Martirum Prophetarum quos impia Iezabel in odium divini cultus trucidavit innocentium ſanguinem fundens quam centum qui remanſerunt abſconditi in me unico & ſolo ſuo liberali beneplacito poſuit Deus, ut tanti Domini zelarent honorem, ſumque exaltarem Baal, Prophetas confringens ne ullus ex tot quod videtis remaneat.* Tantopere ampliat Deus, & magnificat illum, quem aſſumit in ſuæ honorificentiæ zelatorem, compendiando in ipſo, & prædeceſſorum, & ſubſequentium glorioſiores triumphos; ſi igitur in hac elevatione Tereſia recognoſcitur, & divina delegatione committitur numinis honor, hujus zelatrix conſtituta; *deinceps ut mea ſponſa meum zelabis honorem*, in ipſa Carmelitarum præcedentium qui ad ſuperos volarunt, & ſubſequentium, expreſſa epilogata recenſeamus magnifica, ut qui hanc nitidiſſimam Virginem implorat, Carmelum totum in ſui ſubſidium experiatur præſidiantem.

9. Nec obſtabit, ſi me arguas. Quid debibo. Parentis Eliæ prærogativa fuit. Quo pacto tranſmiſſa hæreditas ſuperſtite illo adhuc in mortali apud paradiſum nunc, à quo Adam ejectus fuit (ex fundatis ſect. 28. de conceptione n. 799. cum Scoto 2. diſt. 17. quæſt. 2. §. dico quod. n. 2. videnda quæ aſtruo in controverſia curioſa de eodem ſect. 34. de conceptione n. 1001.) ſcrupulo occurro verbis Antiſtitis Ioſephi de la Zerda tom. 1. in Iudith cap. 4. in explanatione morali ſect. 12. n. 92. exprimens illud ex primo Macha 2. v. 26. *Zelatus eſt legem ſicut fecit Phinees Zamri filio Salomi* acumine ſubtili Benedictinus Epiſcopus allegatus ut arduitati occurrat, qualiter uno zelo com-

e

Digitized by Google

miſſo uniformiter à Deo ſe geſſerunt Phinees & Mathias, ſe explicando ab illo Numerorum 25. v. 11. *Quia zelo commotus eſt contra eos ut non ipſos delerem filios iſraël in zelo meo.* Perpende jam Zerdæ ſubjunctam diſcuſſionem. *Et quid bis protulit zelo meo cum tamen de diſtinctis zelatoribus agatur.* Et nota hos duos zelatores quos diſtinctos ſupponit, patrem & filium habendos Matathea vocante Phinees ſuæ familiæ parentem, quandoquidem memor eodem cap. 2. v. 54. Abraham, & Ioſephi, Iacobi filii, poſteaque Phinees, hunc ſolum expreſſit nomine paterno. *Phinees Pater Noſter zelando zelum Dei accepit teſtamentum Sacerdotii æterni.* Præmiſerat immediate antea. *Abraham nonne in tentatione inventus eſt fidelis & reputatum eſt ei ad juſtitiam Ioſeph in tempore anguſtiæ ſuæ cuſtodivit mandatum & factus eſt Dominus Egypti.* Filius conſtitutus à Deo in zelo Patrem ſolummodo recognovit ex zelo; filia zelatrix ex numinis commiſſione zelatorem ſolum ab eodem recognoſcat parentem. Peracutè nunc Iudithæ commentator relatus. *Ergo idem utrobique zelus, & in Deo & in Phinees; ergo Deitatis portio in hoc ſacro æmulatore conſedit, qui quaſi à Deo arripuit zelum ut ipſius armis Deitatis pro Deitate irrumperet.* Perbelle non humanum cogites aut Angelicum in Phinees zelum, divinam conjecta ab eo reverentiſſimè arreptam portionem, nec involuntariè à voce *Arripio* arguas in largitore beneficium, etenim ſi vim aliquam ſignificet verbum, fractionem dic, vis eſt in merito accipientis; quaſi Hiſpanè dicamur. *La fuerça del merecimiento le traxo la dadiva.* Subnectens Zerda n. 94. *Nec jam mireris cur zelus Phinees zelus meus à Domimo nuncupetur. Zelum utriuſque, ſed unus eſt quia in zelante Deus eſt.* Non ergo hæreditaria in zelo à ſuo Elia cogitanda Tereſia Mater, eminentiorem tenet gradum, parem utique in ambobus, & in filia reſtauratrice, & in Patriarcha inſtitutore, à Divino Numine, arreptus utrobique modo explicato declametur zelus; proportionali liceat ſenſu præfatam de Phinees conſequentiam Benedictini Antiſtitis in meum depromere propoſitum. Ergo Deitatis portio in Elia & Tereſia ſacerrimis divini honoris æmulatoribus cenſendis, faſtigioſiſſimè zelus utriuſque unus eſt, quia in altero, & alio zelatoribus non impariter in ſua cujuſvis ſerie eſt.

10. O Seraphica Mater inenarrabilia tua attendens egregiora facinora potius quam de Vrbe Roma illo tempore quando in ſua exuperantia eminebat Propertii poëma tibi ſubmiſſius aptabo. lib. 4. Elegia. 1. ſic invenio ceciniſſe Poëtam.

Romæ zelant miracula terræ
Natura hic poſuit quidquid ubique fuit.

Sic liceat, lubeat ita vertere Carmina, divini honoris zelatrici cuncta cedant cæleſtis opificis mirabilia, in hàc ſua ſponſa ex munificentiſſima largitate divini opificis ſtructura quidquid ubique fuit, aut formali, vel donatione æquivalenti poſitum veneretur; antiquorum Carmelitarum eadem inclita terens veſtigia, reformatorum parens benevolentiſſima regula, aut tramitem refundendo, tibi proprius conveniens quam honoris pareginis Claudiana.

Te civem, Patremque geras, conſule cunctis

Nec minùs Propercio illo ut civis parenſque proclameris tibi convenit quod de eadem Civitate orbis capite alterum in medium producitur à Claudiano exclamante.

Quo nihil in terris complectitur æther,
Cujus nec ſpatium viſus nec corda decorem,
Nec laudem vox ulla capit quæ luce metalli
Æmula vicinis faſtigia conſerit aſtris.

Te ne majus in terris altius complectitur æther; ſponſa electa ætherei ſpôſi in ſui honoris zelum; Angelicus perſpicacior viſus, aut limpidius humanum cor decorem tuum, aut laudem capiet ad amuſſim; non jam tu metalli æmula vicinis faſtigia conſertis aſtris, ſuperne elevata altius Empireum penetrans merito, Regemque ejus hominem Deum glorioſum attrahens ut tecum Virginali deſponſetur Spiritus conjugio, tuo caſtitatis voto in tuo virginali candore irrefragabiliter invento. Adhuc idem Claudianus in ſcopum eundem.

Hæc eſt exiguis quæ finibus orta tetendit,
Diſperſit cum Sole manus, hæc obvia fatis,
Innumeras uno gereret cum tempore pugnas.

Digitized by Google

Paupertatis voluntariæ tuæ nonne hæc eximia deſcriptio? quam Eccleſia premit dum pugnacem tuam virilitatem deſcribens in Breviario Romano ad diem 15. Octobris exemplar ita ponit. *Perduodeviginti annos graviſſimis morbis, & variis tentationibus vexata, conſtantiſſimè meruit nullo recepto pabulo cæleſtium earum conſolationum, quibus etiā in terris ſolet ſanctitas abundare.* En Tereſiam prout Civem pugnantem, in geminos axes, à parvaque (in quantum particularis erat Religioſa) ſede profecta diſperſit, jam parens vocata ad reformationem cum Sole manus donariis cæleſtibus egregia; de quo Breviarium mirandum facinus omnipotentis ſui ſponſi inſcrutabilem delineat providentiam. *Effloruit in eo conſilio omnipotens miſerantis Domini benedictio: Nam duo ſupra triginta Monaſteria inops Virgo potuit ædificare, omnibus humanis deſtituta auxiliis quinimò adverſantibus plerumque ſæculi Principibus.* Temporalium inopia deſcribitur laborans, omnique deſtituta humano auxilio; vacuata enim erat terrenis & temporalibus, in corpore quidem vivens, quaſi ſpiritualiſatur; corpus, pugnat; ſpiritus cum humanis, in paleſtram agmina prodeunt ſæculi Principes, nec victa ſubjugatur, imò à certamine triumphatrix laurea diadematur ſemper glorioſa victoriis declamata, nuſquam ab hoſte ſeparata.

Nunquam ſucubuit damnis & territa nullo.

Claudianus de Roma, & de mea ſanctiſſima tutelatrice Tereſia verius experientia convinco quam ſillogiſtica argumentatione plauſu debitè deduco: voces plaudant cantico debito creatæ tantæ Virginis triumphos.

11. Quis tua ſingula de naturæ dotibus aut gratiæ chariſmatibus epilogare, adhuc ſufficiet, ſed ne defrauder pro meo ad te ab incunabulis obſequio, pro modulo, & metro & proſa componam tantiſper quantum devotio non quod declarare poteſt ab illo quod de prudentia ex Borbonio frequenter in pluribus refertur neotericis. O arcanum, de te, amantiſſima mater, manu tactum, experimento notum.

Spernit turpe lucrum prudens ædeſque ſuperbas,
Spernit inauratas marmoreaſque trabes,
Spernit omnes gemmas, argentum, aurea tapeta,
Spernit opes, vaſtæ luxuriemque domus,
Spernit odoratas veſtes auroque triliges,
Spernit delicias Cypris amorque tuas,
Spernit compoſitæ damnoſa impendia menſæ,
Spernit res hodie quas rude vulgus amat,
Spernit & invidiam ſceleratæ murmura linguæ,
Spernit clamoſi jurgia vana fori.
Omne malum (breviter) prudens ſpernitque, fugitque,
Virtutemque bona gaudia mentis habet,
Contentuſque una, ac mortales ridet honores,
Inque humili patiens neſcit egere caſa,
Omnia fert; & ſe caſus componit ad omnes,
Quod loquitur lingua, pectore ſentit idem.

12. Zelatrix indefeſſe ſedula de melioris ſponſi honore ſolertiſſima ſponſa, veriſſimo calamo diffundo te cuncta ſpreviſſe quæ deſcripta in pœmate manent; omne malum à tua fugans anima, virtutum univerſarum Angelicarum ſpiritus tuus armatus, adverſa patienter gerens caſus quæ compoſita ad omnes, inde proſa ſplendeat in tua elogia veridiori eloquio, ac illo quo Reginam Gottorum Amaleſuntam Theodahodus ejuſdem Monarchiæ Rex publica in medium produxit oratione apud Caſſiodorum 10. Variarum 4. *In ipſa eſt enim*, inquit Senatui Vrbis, *decus Regnorum omnium; in ipſa ratione originis flos honorum; quidquid fulgemus ab ejus claritate ſuſcipimus, quando non ſolùm parentibus laudem contulit, ſed ipſum quoque genus humanitatis ornavit. Quis poſſit ſufficienter edicere quanta pietate, quanto morum pondere decoretur; dicerent profectò nova Philoſophi ſi viderent, & minora libris ſuis faterentur condita quam hinc cognoſcerent attributa.* Hyperbolica poſſunt iſta concipi de Auguſta Gotica, de noſtra Heroide Tereſia pluſquam ſonant clauſulæ, verificatas cognoſce, tibique in applicationem remitto experimentum, ut dum penetres quæ de ejus vita recenſent ſcriptores, conjectes nec in puncto deflectere ullas à veritate, præcipuè quandocumque ipſius heroinæ Carmeli pignus propria luſtres ſcripta admiranda, quæ in cunc-

Digitized by Google

torum profectum ex ſuperiorum obedientia papiro dedit, & prælo, ne nobis documenta deficerent, de quibus genuinus ac de Amaleſunta, relatus Theodahodus, citato loco in Caſſiodoro. *Ejus doctrina mirabilis per multiplices linguas magna ubertate diffunditur, cujus ingenium ita paratum reperitur ac ſubditum ut non putetur eſſe terrennum.* Suæque Panegiri ſic finem imponens, *agnoſcite principes viri ſapientiſſimæ eſſe Dominæ quod in nobis potuerit plus placere; illam enim aut interrogando melius ſentimus, aut ejus imitatione proficimus.* Certius utrumque in ſanctæ Tereſiæ prodigiis; patentius ne aliud velut quod in ipſius ſcriptis poſthume Typis datis quotidiana tangtt experientia? Lubet ulterius aliquatia defloribus veſtigare curioſa. Roſam Reginam in genialibus nomenclant Poetæ, mihi ſufficit peritior in eloquentia Ieſuita Franciſcus de Mendoſa in ſuo ſacræ ac profanæ eruditionis viridario lib. 5. Problemate 81. n. 173. *Plane Roſa reliquorum florum Regina viridarium nobilitat ac locupletat.* Pauciſque interpoſitis. *Atque adeo in medio viridarii ſeu genialis horti collocata à natura ipſa omnium florum Regina prædicatur; neque illam ſpinarum cuſtodia offendit ſed defendit.* Ita ſuam Imperatricem Majeſtatem ſublimatam ex petere ut non ſolùm inter terreſtria ſenſus tenet allectos ex ſpecioſiore pulchritudine viſam, à ſuaviori fragantia olfactum, per liberalitatem coronas influens gaudio & gratulationibus; quin Poetarum figmentis utamur in Iunone & Pallade, canente Martiali lib. 7.

Felix Roſa mollibuſque ſertis,
Noſtri cinge comas Appollinaris,
Quas tu nectere candidas, ſed olim,
Sic te ſemper amet Venus memento.

Mendacium omitto Veneris cum Adonide memoriam de cruore fuſo ex icto pede vertente Roſæ albuginem è natura inditam in rubicundam. Appage fictiones amoveo mendacia, & dum viridarium terrennum illuſtrare Roſam comperio, cæleſtia eminere ab illa conſpicio Auſonio teſte.

Ambigeres raperet me Roſis aurora ruborem,
An daret & flores tingeret orta dies,
Ros unus, color unus, & unum manere duorum,
Syderis & floris eſt Domina una Venus,
Forſan, & unus odor, ſed certior ille perauras,
Difflatur: ſpirat proximus iſte magis.

13. Aurora venuſtatis indiga virtutem à Roſa dum capit, cedit illa iſti, atque ruborem vendicat ejus intuitu quaſi ſpecioſitati Roſarum tributaria, vectigal ſolvens. Ergo in viridario Eccleſiæ hæc Chriſti ſponſa auguſto ſolio ex deſponſatione illuſtrata, pulchrior aurora, virtutibus Angelicis ſtipata in humanis exercita & cæleſtia venuſtat, & terreſtria Carmeli decore implet.

14. Iam igitur, ô, Mater pientiſſima, me ut de tuis adumbratis minimum protege, quandoquidem ab eo quod hæroicæ tuæ virtutes ab Eccleſia declarantur Angelicæ in id munus te profundere conſonum erit; in officio de eis ſacerrimis ſpiritibus habentes priori hymno ad veſperas utraſque repetito in laudibus.

Cuſtodes hominum pſallimus Angelos,
Naturæ fragili quos Pater addidit,
Cæleſtis comites, inſidiantibus,
Ne ſucumberet hoſtibus.

Aiente Apoſtolo Paulo ad Hæbreos 1. v. 14. *Nonne omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus in Miniſterium Miſſi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis.* Nomenclatione qua te ſervator inſignivit quando ſui honoris zelatricem te conſtituit, tuam in me præcapiat propitiationem, ô, Tereſia. Ioſephus de la Zerda tom. 1. in Iudith ſect. 12. ad caput 4. n. 97. ſequentem introducit diſquiſitionem; *An zelus, natura Angeli ſit.* Quibus ſatisfacit. *Si intellectualis vita eſt* (adde zelus) *Nonne & Angeli ſit, cui vivere intellectualibus eſt motibus aſpirare.* Auſcultandumque Ambroſium in pſalmum 118. ad Octonarium 17. Mediolanenſem paſtorem audiamus profundiſſimè clamantem. *Angeli quoque ſine zelo nihil ſunt & ſubſtantiæ ſuæ amittunt prærogativam niſi eam zeli ardore ſuſtentent.* In nihilum redacta opulentioribus dotibus cæleſtibus Angelica ornata natura, nectar inducit Ambroſianum, deficiente in ea cœli prerogativa; quaſi

Digitized by Google

ad invicem mutuo fœdere convertatur enunciatio. Zelo effulget, ergo Angelica micat prærogativa: hac ſplendet, ergo illius natura ſplendoribus fulget, ò, divini honoris zelatrix obſequentior Angelicis cumulata virtutibus. Quid nil nonne à Domino ſponſa electa id reſultans conſectariè videbatur inconcuſſum. Quaſi Hiſpani dicamus, *Elige Chriſto por eſpoſa un Angel, deſpoſado con ſanta Tereſa.* Dotibus opulenta exuperantibus ſic in thalamum procedit ſuo zelo miſeriores protegens, dejectiores propitians; ſic Angelus zelator; omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus Angelicam numquam deperdet prærogativam ut antiſtititis utar verbis. *Angeli quoque ſine zelo nihil ſunt.* Ergo à continuo & non interrupto zelo nuſquam neque per inſtans Angelus in fœmineo ſexu humano Tereſiam ſanctiſſimam reverentiſſimè declamabo fidenter valde etſi depreſſius dejectiorem recognoſcam invocabo audacter poſtratus.

15. Nuncupatoriæ etſi munus nunc agam, hic meam incapacitatem fulcire non renuam à concertatione ſcholaſtica videlicet; à quo momento inchoatur delegata Dei cuſtodia Angelo penes quemcumque hominem, à Nativitatis ne ex utero, utrum à Nativitate in utero; terminos explico, quamquam à mediocri Theologo non renuo ex voce ipſa penetratos. Nativitas igitur in utero inſtans ſignificat quo corpus ſufficienter & complete organizatum nectitur animæ rationali ſobolis aggenerandæ: prout hoc conſtituitur jam diſtincta perſona humana à genitrice gravida. Nativitas ex utero indicat momentum partus non in fieri ſed in facto eſſe, videlicet quando infans jam à ventre materno prodit capax ſacramenti baptiſmi, de quibus egi tom. 3. certaminis diſp. 1. ſect. 11. à n. 112. & diſp. 2. ſect. 5. n. 39. & alibi paſſim. Magiſter ſententiarum Petrus Lombardus ſecundo diſtinct. 11. littera A. de hoc tractant & Angelicus Doctor 1. parte quæſt. 113. articul. 5. in corpore & ſui interpretes, affirmare videntur aliqui peculiarem Angelum cuſtodem nulli datum niſi à momento nativitatis ex utero idque expreſſius proponit S. Præceptor ad Tertium. *Puer quandiu eſt in materno utero non totaliter eſt à Matre ſeparatus, ſed per quandam colligationem eſt quodam modo aliquid ejus ſicut & fructus pendens in arbore eſt aliquid arboris, & ideo probabiliter dici poteſt quod Angelus qui eſt in cuſtodia Matris cuſtodiat prolem in Matris utero exiſtentem.* Vbi Sanctus præceptor ex adverbio quo utitur, *probabiliter* innuere videtur & probabile etiam fore ſobolem prout uterinam peculiarem tenere cuſtodem Angelum quod ſatis clare tuetur à Tertuliano libro de anima cap. 37. ſcribente. *Omnem autem hominis in utero ſerendi, ſtruendi, fingendi paraturam, aliqua utique poteſtas divinæ voluntatis miniſtra modulatur quancunque illam rationem agitare ſortita. Hæc æſtimando etiam ſuperſtitio Romana Deam finxit Alemonam alendi in utero fœtus.* Fabuloſam mitto fictam gentilitatis Deitatem inter inchoatum rationis lumen aberrantis, & de inquiſito Scotus ſecundo diſt. 40. quæſt. 1. §. Sed de aliis v. ad argumenta ad primum n. 8. hæc habet. *Dato etiam quod nullum iſtorum poßet eſſe non fruſtra eſſet cuſtodia eorum quia cuſtodiunt nos à multis impugnationibus Dæmonum.* Invadent enim hi prolem uterinam anxie ſe opponentes ne à ventre materno prodeat, ut de numero prædeſtinatorum per baptiſmi lavacrum connumeretur; ideo ergo peculiari indiget tutela, cumque abortus contingere queat ſive ex parte Matris, ſive ipſius fœtus, qualiter genitricis cuſtos protegit ne ab ipſa contingat ille, ſic neceſſe videtur ſpecialem conſtituere cuſtodem ne ab ipſa ſobole eveniat: igitur demus utramque probabilem ſententiam quoque via firmetur, aut Matris Angelus vel proprius tenetur tutelator; dejectius ne uterinos fœtus abſque baptiſmo ex peccato originali, & nihilominus divini honoris zelatores Angeli non dedignantur mitti in ſuam cuſtodiam, ſuaque tantam propitiationem tegere; Non præteribo quod ex Plutarcho in Apotegmate refert Laurentius Beyerlink tomo 6. in ſuo Theatro vitæ humanæ littera P. dictione *Patronus* pro Coronide. *Phocion cum à ſuis reprehenderetur quod hominem improbum in judicio deffendißet, at nemo bonus, inquit, patrocinio indiget.* Cunctis indignior, (ò, Mater optima, in pientiori charitate pro peccatoribus ſolertiſſima) tuo me fateor patrocinio, ſed ſaltem quia minus eo omnibus benemeritus, ipſo indigeo, non te negabis ſedulo à me propitiatrix invocata, dum lego in Breviario Romano, fuſas à te continuas preces pro placanda divina ira ne ultio debita pec-

Digitized by Google

catis exequeretur; inquit. *Ad placandam divinæ ultionis iram voluntarios proprii corporis cruciatus* Deo *pro eorum ſalute dicebat*, ſic viatrix, tuà charitativa exercitia, nunc Beata inter Seraphinorum Choros oblivioni dabis depreſſiores & dejectiores? abſit cogitare. Eia me protege, & in æternum Regna: Cumque non prius vagire deſii, quam tuæ laudes auribus inſonuerint meis, materna quidem, & paterna inſtructio, ut de te, juge ab exordio loqui addiſcens, in tuam (non aſſidue) pro ſemper ſine intermiſſione, committerem ad cuncta mea tutelationem de tua clementia propitiatricem.

Pedes præclariſsimæ Matris ſine numero,

oſculatur devolutus ad eos.

Suas etſi indignior, in debito mancipatu obſequentior.

Fr. THOMAS FRANCES DE VRRVTIGOYTI.

Digitized by Google

BENEVOLO LECTORI.

SEMEL quod evenit iterato contingere poſſe: expreſſit notanda clauſula, Laurentius Portel tom. 2. in dubiis Regul. voce, *Profeſſio Hermaphroditi*, inſolitum depromens ſuo tempore ut reſolvat caſum, de quo fatur. *Hoc mihi ſolum indicatum fuit, cui ſimilem caſum numquam legi, neque vidi Anthorem de illo in terminis tractantem: & quoniam id quod ſemel contingit, iterum poteſt evenire, pro deciſione iſtius jam facti, & ulterius poſſibilis;* Inde ſub uno colligere, fas ſit volumine, varia quæ contigiſſe non bis, ut judico, ſaltem de excogitatis aut conſultis majore parte, dum non cuncta comperiuntur; hic ſemicenturiæ ſcopus publico judicio expoſitæ atque non facili ſtudio inducta deciſa. Ne retraham calamum Socratem do lib. 4. in Xenophontem ſub univerſali aperientem tramitem. *Nullum eſt opus in quo non accuſentur homines.* (Inquit.) Si accuſer, ſolamen influat vulgare Privilegium. *Solatium eſt miſeris ſocios habere penantes;* nec deterreat, quandoquidem detractores ſunt in mundo injuſti iniquique accuſatores. Equidem quamquam æquitatis pondere ducantur non abſimile inducit levamen Philoſophus. *Si enim malignitate noſcimur impiè agitari patientiæ exercitamen meritum deducet; dum juſtè & probe, bona praceſſit fides in excuſationem ad quam charitativa valebit correctio ut emendemur. Difficile eſt ita quidquam peragere ut nihil erres,* protulit idem vetuſtus ſapiens. Si igitur opus quin quis errer Platonis diſcipulus arduum cogitat, aut facilè non erit innumera in me deflectentia fateri, igitur pariter corrigenda promitto. Aſt cum vertigine mordaci oblatara comperiam, confugium adumbravit in eodem Socrate ſic mœſtitiam conſolante, *quo etiam ſine errore quiſquam aliquid peragat, difficile eſt non iniquum judicem reperire.* Utrobique difficile; unum quemque peragere, ut nihil erret quis: alterum de rectè peracto, iniquum non fore judicem. Igitur illud ſi me ita repetis charitate, defectuoſa ſoli de notando gratulabor impenſè; ſin judicis iniquitate ducaris, fortaſſis pro me ſincerus veritatis propugnator non deficiet. Verbis tibi, ò, benevole legens, alienis alloquar, ne in propriis terminus aut ſuperfluat, ſeu deſit, eiſdem videlicet quibus periſſimus noſter Franciſcus à Sancto Auguſtino Mancedo tomo de clavibus Petri, lectori optimo, proponit, (*Nam & ſi diverſa vertatur materia cauſa* eadem videtur) *rerum ſylva in hoc tomo ingens & multiplex; tractatio varia & operoſa, argumentis nixa Authoribus confirmata; ſtyllus is eſt quem nec ſcholaſtici improbent, nec Novatores ſpernant, nec elegantes faſtidiant. In Authoribus citandis ſum multus, quod aſſiduus ſum in verſandis; at nihil ferme præſertim in moralibus ſine Authore audeo dicere. Nec tamen exiſtimes me nihil novi aſſerre: etſi enim nova non dicam, conor dicere novè;* pauciſque interjectis. *Nec me Doctum profiteor, ſtudioſum fateor.* Doctum ne me attendas, propriam noſco ruditatem; ſtudioſus ita, non nova, nove à veteribus deducta ſat ſit, ut pientiſſimum te ſperem undique es mihi affuturum, fidus in hoc quod memor documenti Tobiæ ſenioris ad filium, cap. 4. ℣. 19. *conſilium ſemper à ſapiente perquire:* de hoc Volumine iſtud ſedulus perquiſivi (ſive ut corrigerer, dum in tantillo à recto deflecterer tramite, ſive ne prælo exponeretur, ſi publicè non inſerviret utilitati) à perilluſtri D. D. Bartholomæo de Eſpejo, & Cigneros Archipræsbitero, dignitate ſanctus Eccleſiæ Cathedralis Caurienſis; & contra hæreticam parvitatem in hoc almo Cæſarauguſtano Tribunali Inquiſitore Apoſtolico: qui cum ultra ac cogitabam, & præter ſpem, in meum favorem, ſuum deduxerit dictamen Franciſci de Mendoſa volvens fortuito doctrinam, in quodam marginali inveniens tom. 3. in Reges, expoſ. litter. ad cap. 8. ℣. 10. *Maturi viri conſilium divinam ſupplet Conſultationem.* Gratulabundus ſaltem, ne laboritium in caſum verteretur, ſic penes me clementia tam benigna perſuadere cogitavi; ex datis à Theodotico Rege Agapito 6. Patritio apud Caſſiodorum 2. Var. 6. auguſtiſſimè quidem, etſi in aliud propoſitum ad id quod gero (idem oro tibi circa oblatum in Semicenturia placitum inſit) *Lætare igitur tanto judicio, quando ante ſuſcipis electionis donum, quam jure potuiſſes probare ingenium.* Prœmialia quæ reſtant, in proluſione verſabor. Vale.

EX COMMISSIONE REGIS CATHOLICI HISPANIARUM.

Cenſura, & Approbatio Reverendiſſimi Patris Didaci, Antonii Fernandes, de Societate Ieſu; Supremæ Theologiæ Cathedræ quondam Profeſſoris; rerum fidei Cenſoris, Cæſarauguſtanæ Diœceſis, Synodalis examinatoris, Provinciæ Aragoniæ Exprovincialis, ac demum, Collegii Cæſarauguſtani Moderatoris.

CENSOREM agere jubeor à Perilluſtri D. D. D. Joſepho Leiza, & Eraſſo, Generalis Gubernationis, Regni Aragonum ordinario Aſſeſore, præclariſſimi operis, cujus inſignis nomenclatura *Conſultationes in re morali*, à Reverendiſſimo Patre Fratre THOMA-FRANCES DE URRUTIGOYTI mirifice concinnatæ

Legi ego, & incredibili gaudio perlegi; atque ut ex animo loquar non largius unquam voluptati induiſi; Contigit enim mihi quod Senecæ Stoicorum Principi, Philoſophorum Alphæ Lucii ſui librum laudantis. *Tan-*

Digitized by Google

quam lecturus, inquit, *ex commodo adaperui, ac tandem deguſtare volui, deinde blanditus eſt ipſe, ut procederem longius, tanta dulcedine me tenuit & traxit, ut illum ſine ulla dilatione perlegerem.* Illud in hoc eximio opere veriſſimum, quod in cunctis difficillimum, vetuſtatis novitatem dare novis authoritatem, obſoletis nitorem, faſtiditis gratiam.

Virgil. 6. Æneid.

Abdita namque pandit.
Ambageſque reſolvit.

Quid plura, ejus enim præclariſſimus Author, ita eſt de litteraria republica optimè meritus, ut ſuis lucubrationibus, jam prælo mandatis, univerſam pæne Theologiam Topicam, & expoſitivam locupletavit; hoc autem fæliciſſimo ingenii ſui fætu æternum ſibi monimentum conſtruxit, dum in eo univerſas Ethicæ Theoſophiæ controverſias congerat, & acumulet.

Nemo jam in admirationem rapiatur, dum eum Seraphicæ familiæ alumnum conſideret; Non enim.

Horatius lib. 4. Carm. Ode 4.

Imbellem feroces.
Progenerant Aquilæ Columbam.

Haud incongruè lucem illam primigeniam, quam rerum omnium conditor ac molitor edidit ex qua Solem, Lunam, & innumera alia fulgentiſſima ſydera in quarto die eſt Architectus, expreſſum eſſe Symbolum, & Hyerolophicum Seraphicæ Familiæ, quis abnuat? Quis refragetur? Non ex illa infinita fere Sanctimoniæ, & Sapientiæ lucidiſſima ſydera promanarunt! intuere (ut immemores alios prætercam) Antonios, Bonaventuras, Scotos, Alenſes, Ochamos, ac Lyranos quiſnam erit jam tam iniquus rerum æſtimator, cujus animum, mentemque non ſubeat, auſpicatiſſimam illam Abrahæ benedictionem Seraphicæ militiæ coriphæo, ac anteſignano Franciſco jure optimo contuere? (Geneſ. cap. 22. n. 17.) *Multiplicabo ſemen tuum ſicut Stellas Cœli.* Fulgentiſſimum jam Seraphici firmamenti ſydus tam eximii operis Authorem conſidero, dum in eo tot doctrinæ, ac ſapientiæ radios diffundere conſpicio: lingua igitur minor conticeſcat dum nobiliori eloquio perorat ſilentium à tanti Authoris modeſtia præſcriptum. Negociatur tandem, ut cum Tertuliano jam deſinam hac inſcriptione ejus Author. (In Scorp. adverſus Gnoſt. cap. 6.) *Coronam, & gloriam, & qualem poteſt praſtare ſaculum, de fama æternitatem, de memoria reſurrectionem.*

Quapropter judicium hoc meum, eſto, hæc ſcripta non ſolum Typis mandanda, verum etiam.

Horatius in arte Poëtica.

Linienda Cedro, & levi ſervanda cupreſſo.

Cæſarauguſtæ in Collegio Societatis Jeſu Die 30. Aprilis anno 1680.

DIDACVS ANTONIVS FERNANDER.

Imprimatur.
Leyza, & Eraſſo Aſſeſſor.

DON DIDACVS DE CASTRILLO, DEI, ET SANCTÆ Sedis gratia Archiepiſcopus Cæſarauguſtanus, Regiuſque Conſiliarius, &c.

VISA Cenſura, & Approbatione prædicta, quantum ad poteſtatem ordinariam ſpectat, ut prælo mandetur licentiam & facultatem libenter concedimus. Dat. Cæſarauguſtæ. Die 11. Menſis Aprilis anno Domini 1680.

DIDACVS Archiepiſcopus Cæſarauguſtanus.

Loco Sygilli †.

Illuſtriſſimi Domini mei Archiepiſcopi mandato.

JOSEPHVS ZORNOZA, ET EMBID Secretarius.

EX COMMISSIONE

Digitized by Google

EX COMMISSIONE ILLVSTRISSIMI AC Reverendiſſimi D. D. Archiepiſcopi Cæſarauguſtani.

CENSVRA.

PERILLVSTRIS D.D. DOCTORIS VINCENTII Navarette, Metropolitanæ Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ Canonici Magiſtralis, & in ejuſdem Vrbis Academia olim Philoſophiæ Moderatoris, nunc in Durandi Cathedra moderatoris, Archiepiſcopatus Cæſarauguſtani, Synodalis examinatoris.

JUSSU ac commiſſione Illuſtriſſimi D. D. Don Didaci de Caſtrillo Archiepiſcopi Cæſarauguſtani, & à Conſiliis Catholicæ Majeſtatis Caroli II. Hiſpaniarum Regis, non minori voluptate, quam attentione perluſtravi, has Conſultationes in re morali, à Reverendiſſimo P. F. THOMA-FRANCES DE URRUTIGOYTI, Seraphicæ Familiæ felici prole, Canonicè, ac eruditè elaboratas, omnibuſque numeris adeo abſolutas, ut Panegyriſta, non cenſore indigeant, cum diſertiſſimè earum Author nihil huic reſcindendum penitus relinquerit, plurimum vero, quod laudibus efferat, illi ſuppeditavit efferet ſane, & plena manu laudavit, qui tunc limatum, & expolitum opus introſpexerit. Cuncta namque hujus Authoris opera, in quocumque ſcribendi genere perititſſimi, quæ proprio, vel alieno nomine circunferuntur, ſubtili, exquiſita, & excellente doctrina affluunt, referuntque Apocalypticum mare illud vitreum ſimile Criſtallo perſpicuitatis æque, ac profunditatis Imagine collucentia. Hoc verum in omnibus, in hoc tamen Conſultationum volumine patens eſt, quippe in eo nodos agendi perplexe intricatos, raro acumine, acri, ac maturo judicio, ac ſingulari ingenii dexteritate expedit, enodatque inſigni ſtyli ſolertia, nihil eorum omittens, quæ omiſſa ſermonem inoſcurarunt; nihil dictans eorum quæ dicta caliginem, non lucem effunderent. Hunc ego abſolutiſſimum Theogolum, in morali diſciplina verſatiſſimum, prudentiſſimumque Conſiliatorem in arduis quibuſque, magniſque conſcientiæ difficultatibus adire omnes, exoptarem, ne à vero aberrent, neve in lapſus diſſonumque declinent, ſed tranquilla anima illibatoque morum candore, tanti viri reſponſionibus, tenaciſſimè cuſtodito, nullus poſt factum pænitentiæ locus relinquatur, uti dicimus ex Eccleſiaſtico cap. 32. *Fili ſine Conſilio nihil facias, & poſt factum non pænitebis.* Utilis ad hoc cenſenda eſt harum Conſultationum gravis, prudenſque deciſio, cum rigido ſententiarum examine, & ſimplicis veritatis exactiſſima inveſtigatione, ut conſcientiis ſatius Conſilia attemperentur ab Authore boni Conſilii Deo indiſcrepantia. Crediderim aptiſſima comparatione dilectæ ſponſæ (Eccleſiæ ſcilicet) dentes commendari Cant. 4. *Dentes tui, ſicut Greges tonſarum quæ aſcenderunt de lavacro omnes gemellis fœtibus, eam ob cauſam* quia, per *dentes* prudentia conſilia deſignantur quibus, quaſi per ſubtilem cominutionem hinc inde militantium rationem, momentorumque res agenda optima animi digeſtione præparantur, quæ inſtar dentium conſilia ſolida, & incorrupta eſſe debent; candida etiam, & nitida inſtar ovium tonſarum, id eſt excutarum quidquid ſqualoris, & ſordium contrahere potuerunt ex immundo ſolo, quo extrema vellera fædari ſolent. Hujuſmodi conſilia nihil ſcabrum, nihil immundum habentia gratiſſimos ſortiuntur effectus, & ut inquit S. Bernardus Ser. 63. ex parvis in intellectu veram cognitionem, in voluntate ardentem amorem, & in proximo ſolidam virtutem generant: quo ſolum aſpirare videntur hic præſtantiſſimus labor, & ardens ſtudium ad Dei amorem, virtutemque amplexandam vehementer inflamans. Monet ſic Eccleſiaſticus cap. 6. *Conſiliarius ſit tibi unus de mille.* Et quis hic unus ad Conſilia lectiſſimus? Hujus ſpecioſi operis conditorem eſſe cenſerem, tot ſapientiæ, Religionis, & pietatis dotibus cumulatum, ut jure optimo quaſi electus de millibus habeatur, cujus conſilia, qui ſequutus fuerit numquam pænitebit poſt factum. Sentio itaque opus hoc nihil continere vel noſtræ fidei, vel bonis moribus oppoſitum, ſed parem ex eo, & Auhori laudem & fidelibus utilitatem eſſe proventurum. Cæſarauguſtæ, Die decima Menſis Aprilis, anno Domini 1680.

D. VINCENTIVS NAVARRETE,

Canonicus magiſtralis in ſancta Eccleſia Cæſarauguſtana, ſacræ Theologiæ Profeſſor & Examinator Synodalis.

Digitized by Google

CENSVRA PRO RELIGIONE.

R. A. P. F. PETRI MON LECTORI IVBILATI SANCTÆ Inquiſitionis Qualificatoris Diffinitoris Generalis, & olim in hac Aragoniæ Provincia Fratrum Minorum, Miniſtri Provincialis; & R. P. F. Ioſephi Sanz de Vilaragut Lectoris jubilati, Regis Concionatoris; & in Conventu Divæ Mariæ de Ieſu Cæſarauguſtano Guardiano.

OPUS, cui titulus eſt. *Conſultationes in re morali ſub Semicenturia.* Authore R. A. P. F THOMA-FRANCES DE URRUTIGOYTI, Lectore Jubilato, Provinciæque Aragoniæ Patre, juſſu R. P. N. F. Joſephi Ximenez Samaniego, totius Ordinis Seraphici Miniſtri Generalis, accuratè perlegimus, nihilque Orthodoxæ fidei, boniſque moribus, non maximè congruens animadvertimus. Quin potius mirati ſumus, poſt tot egregia volumina opus non cæteris abſimile inexauſtum acumen, indefeſſumque laborem. *Annum ſexageſimum exceſſit, & adhuc Scholaſticus tantum eſt.* Hiſce per tot annos verſatus exercitationibus, inde cum ad doctrinam moralem accedit, more ſcholaſtico pertractat, perpenſis Doctorum opinionibus conformioribus decretis Apoſtolicis, argumentorum pondere, rationum momentis ac ſequitur, & illuſtrat. *Per diverſa diſputationum genera, diſertus ſemper, & aequalis incidens, nam cum aliquos magna ubertate libros protendat, tamen pro dulcedine dictorum ſuorum, ſemper gratus eſt.* Enim vero, ſi compendioſum ſemper eſt, quidquid utile, breve erit, quod adficit, quod delectat, quod honeſtati adeo adſervit. *Brevitatem ergo cuſtodiendam eſſe conſiteor, ſi cauſa permittat, alioquin prævaricatio eſt tranſire dicenda, prævaricatio etiam curſim, & breviter attingere, quæ ſint inculcanda, infigenda, repetenda, nam pleriſque longiori tractatu vis quædam, & pondus accedit, utque corpori ferrum, ſic oratio animo non ictu, magis quam mora imprimitur, & Hercule, ut aliæ bona rei, ita bonus liber melior eſt.* Sane in hujuſce Authoris adeo decoris lucubrationibus, nil magis quam amplitudo commendat. Sed hic præcipue labor erat in votis.

Plinius ſect. lib. 20. Epiſt. 3.

Caſſiodorus de divinis lectionibus cap. 21.

Plinius ſect. lib. 9. epiſt. 19

Aſpice completum votum jam natus adæquat.

Claudianus de 5. conſulatu Honorii.

Ut quos ſacræ eruditionis exercitationibus inſtruxerat adeo ſolida & probata eruditos teneret. Nec ethicen omittere fas erat ſcriptori crebris acclamantium vocibus recepto: *ut in uno aliquo telo, aut gladio multum intereſt, à qua manu veniat; ſic in ſententia ut penetret, valde facit robuſtæ authoritatis pondus.* Res enim morales ſi quæ aliæ haud quovis Authore conſiſtunt, aut formantur, maturo conſilio, ſapientia non vulgari, & infatigabili ſtudio inſtructum ſcriptorem exoptant. Is eſt R. P. URRUTIGOYTI inter tot ſtudia infractus, nutritus, & adultus, qui in hoc ſelecto volumine acumina feliciter vertit in regulas, contemplationem ſcholaſticam, & expoſitivam utiliſſima transformatione ad actionum normam reducit. Reliqua opera tam moralia, quam ſcholaſtica deſiderantur lucem ampliorem, dum luci dabir, tractatum de divinis decretis, deque futurorum conditionatorum ſcientia, jam prælo paratum: utinam his, ſimilibuſque adficiat dum ſuperſtes ſit.

Iuſt. Lipſ. in civili doctr. præf. ad Reges.

Crebraque facundos feſtinat littera curſus.

Claudiſ. Olibr.

Ut bono publico, Ordini noſtro, eruditis, optimiſque moribus conſulatur. Hic noſter aſſenſus eſt, quod & utſuo A uthore, & luce digniſſimum hoc opus Typis mandetur, ſic cenſemus ſalvo, &c. in hoc cœnobio Sanctæ Mariæ à Jeſu Cæſarauguſtano, Die 3. Aprilis. anno 1680.

F. PETRVS MON, Lector Jubilatus S. Inquiſ. Qualificator, & Diffinitor Generalis.

F. JOSEPH SANZ DE VILARAGVT, Lector Iubilatus & Guardianus.

LICENTIA ORDINIS.

FR. Joſephus Ximenez Samaniego totius Ordinis Fratrum Minorum Seraphici P. N. Franciſci Miniſter Generalis & Servus, dilecto nobis in Chriſto R. P. F. THOMÆ-FRANCES DE URRUTIGOYTI ejuſdem Ordinis, Lectori Jubilato, Provinciæ vero noſtræ Arragoniæ Patri ſalutem in Domino ſempiternam. Ut librum à te compoſitum, cujus titulus eſt. *Conſultationes in re morali ſub Semicenturia*, à Theologis Noſtri Ordinis ex noſtra commiſſione approbatum, Typis mandari poſſit, præſentium tenore, quantum in in nobis eſt, tibi facultatem concedimus. Datis in hoc noſtro Conventu Sanctæ Mariæ Angelorum Calieytenſi 14. Octobris, anni 1680.

Fr. IOSEPHVS, Miniſter Generalis.

Loco ſigilli. †

De mandato R. P. ſuæ.

Fr. HIERONIMVS DE SOSA Secretarius Generalis Ordinis.

Digitized by Google

INDEX TITULORUM,

QVI PER CONSVLTATIONES IN HAC SVNT Semicenturia.

1. CONSVLTATIO PRIMA, De Pænitente qui intra Confeſſionem Sacramentalem monuit Sacerdotem de loco ubi occultabatur pecunia furto rapta.
2. *Conſultatio ſecunda*, De Confeſſore accuſato à quadam fæmina, quod ille Confeſſionis ſigillum fregit.
3. *Conſultatio tertia*, De Confeſſionibus inhibitis, nec eligendis Confeſſoribus virtute Bullæ cruciatæ.
4. *Conſultatio quarta*, De Matrimonio ex ignorantia invincibili, & bona fide cum ſorore prioris uxoris defunctæ.
5. *Conſultatio quinta*, De Uxoricidio quod peregit occiſor in aliud Matrimonium contrahendum.
6. *Conſultatio ſexta*, De Matrimonio in recta linea, à quo gradu nullum.
7. *Conſultatio ſeptima*, De Uxore debitum conjugale marito infirmo negante quia periculum illa ſalutis, & mortis metuebat.
8. *Conſultatio octava*, De Voto ingrediendi religionem conditionato.
9. *Conſultatio nona*, De Moniali Apoſtata defuncta ex bona fide extra Monaſterium.
10. *Conſultatio decima*, De Legato obtento intuitu Matrimonii rati ſub quandam cautelam.
11. *Conſultatio undecima*, De Occiſore puero inquiſito ad tormentum, & in pænam ordinariam puniendo.
12. *Conſultatio duodecima*, De Carnifice in ſcrupulum incidente penes quandam reſtitutionem.
13. *Conſultatio tertia decima*, De Carnifice exequente ſuſpendium in eum quem innocentem putabat.
14. *Conſultatio quarta decima*, De Abortu intentato ante animationem executo.
15. *Conſultatio quinta decima*, De Sacerdote præbente hoſtiam non conſecratam pro conſecrata.
16. *Conſultatio decima ſexta*, De Mahumetano baptizato, & defuncto.
17. *Conſultatio decima ſeptima*, De Scandaloſo Sacerdote reipublicæ nocivo, & à ſeculari, occiſo.
18. *Conſultatio decima octava*, De Licito veſtimentorum uſu à Catholicis eorundem ac hæretici utuntur.
19. *Conſultatio decima nona*, De Volumine inhibito in Typographiam propter chocolatum ex conſuetudine.
20 *Conſultatio vigeſima*, De Majoratu inſtituto ſub voce. *Homo.*
21. *Conſultatio vigeſima prima*, De Teſtatrice jurante non condendum alterum teſtamentum ac à ſe conditum, & poſtea cognatorum inſtantia aliud factum.
22. *Conſultatio vigeſima ſecunda*, De Expulſo Religioſo Minori profeſſo, & regreſſo circa proventus.
23. *Conſultatio vigeſima tertia*, De Religioſo Minori, ex ſecunda profeſſione minimo penis hæreditatè.
24. *Conſultatio vigeſima quarta*, Rariſſimus Eventus de marito Carnifice ex Sententia Judicis legitimi.
25. *Conſultatio vigeſima quinta*, De Matrimonio inter duos Hermaphroditas ambos inventos gravidos.
26. *Conſultatio vigeſima ſexta*, De Juramento donandi millia ducata ut fæmina fieret Religioſa.
27. *Conſultatio vigeſima ſeptima*, De Scrupulo cujuſdam fæminæ ex tranſgreſſione Votorum in materia levi.
28. *Conſultatio vigeſima octava*, De Muliere nolente reſtituere Monile prætioſum ſibi datum intuitu actuum carnalium à filio familias.
29. *Conſultatio vigeſima nona*, De Amente perpetuo accipiente Euchariſtiam, Theologica & Moralis diſceptatio,
30. *Conſultatio trigeſima*, De Medico nolente viſitare graviter ægrotantem, qui renuebat è domo aut cubiculo exulem facere concubinam.
31. *Conſultatio trigeſima prima*, De Uſurario illicitè dante pecuniam, & de licita ejus receptione.
32. *Conſultatio trigeſima ſecunda*, De Juvene decepto, & violenter caſtrato.
33. *Conſultatio trigeſima tertia*, De Confeſſione facta, nullo peccato individuo, ſed in genere, expreſſo.
34. *Conſultatio trigeſima quarta*, De Pænitente cui negata fuit abſolutio ob non explicatam reincidentiæ circunſtantiam.
35. *Conſultatio trigeſima quinta*, De Sacerdote poſt peractam conſecrationem fugiente mortis periculum.
36. *Conſultatio trigeſima ſexta*, De Sacriſta Eremitam percutiente, declarato incurſo in Canonem. *Si quis ſuadente Diabolo.*
37. *Conſultatio trigeſima ſeptima*, De Mandato, & excommunicatione lata contra Imaginum fabricatores non ac par eſt caſtitati pictarum, ſeu ſculptarum.
38. *Conſultatio trigeſima octava*, De Itinerante quandò excuſatur à jejunio ſive pedeſter ſive equitandò faciat iter.
39. *Conſultatio trigeſima nona*, De Probabilitate, aut improbabilitate cujuſdam ſententiæ penes Franciſcanos ſub difficultate, utrum licitè bigare, quadrigare queant.
40. *Conſultatio quadraginta*, De Prælato Generali intendente torquere judicialiter ſubditum reum in regno ubi inhibebatur à jure municipali Conf ſſio judicialis in tortura.
41. *Conſultatio quadrageſima prima.* De Moniali Confeſſionem Sacramentalem peragente cum latrone diſſimulato, & putato Monaſterii Confeſſore.
42. *Conſultatio quadrageſima ſecunda*, De Moniali ſequeſtrata depoſita in altero Monaſterio, ex quo fugitiva.
43. *Conſultatio quadrageſima tertia*, De Proviſore, ſeu Vicario Generali ſequeſtrante Monialem recla-

Digitized by Google

mantem poſt quinquennium ex non penetrata Portelis doctrina.

44. *Conſultatio quadrageſima quarta*, De Communione Monialium aliquando abſque prævia Confeſſione Sacramentali directione Confeſſarii ordinarii illarum.

45. *Conſultatio quadrageſima quinta*, De Moniali citata ab ordinario ſcrupulizante juramentum juridicum.

46. *Conſultatio quadrageſima ſexta*, De Languida Moniali conſentiente ſibi remedium præberi in ſterilitatem.

47. *Conſultatio quadrageſima ſeptima*, De Illegitima Religioſa diſpenſata à Generali extra capitulum, ut in prælatam eligeretur.

48. *Conſultatio quadrageſima octava*, De Antiſtite monente Prælatum regularem ut Monialium ſibi ſubditarum Confeſſarium amoveret, & dum non amovit cenſuris præmiſſis carcerat illum Epiſcopus.

49. *Conſultatio quadrageſima nona*, De Muliere ſæculari defuncta in Monialium Conventu, an à Parrocho vel in Parrochia, ſepelienda.

50. *Conſultatio quinquageſima*, De Monialibus tranſlatis à ſuo Prælato, Papa inconſulto, vel Nuncio in alterum ejuſdem Ordinis Monaſterium correctionis intuitu.

Decretum Alexandri Papæ VII. damnans 45. propoſitiones, & Innocentii Papæ XI. alias 65.

SEMICENTVRIÆ

Succinctum Alphabetum.

LITTERA CONSVLTATIONEM INDICAT.

A

ABORTUS ante animationem, C. 14.
Abſolutio negata renuenti reincidentiam declarare. C. 34.
Adoleſcens dolo caſtratus, C. 32.
Amens Communionem accipiens, C. 29.
Apoſtata Monialis extra Monaſterium defuncta, C. 9.
Apoſtata Monialis ſequeſtra, è loco ubi depoſita, C. 42.

B

BANITVS Sacerdos occiſus à ſæculari ſpe premii; C. 17.
Bigare, vel quadrigare pro Franciſcanis, C. 39.

C

CANIFEX putans plectere reum inculpabilem, C. 13.
Carnifex inſtitutus ad reſtitutionẽ de fortuito inventis, C. 12.
Chocolatum ex conſuetudine, C. 19.
Communio abſque prævia Confeſſione, C. 44.
Confeſſarius accuſatus de ſigilli fractione, C. 2.
Confeſſiones factæ virtute Bullæ cruciatæ, C. 3.
Confeſſio facta de venialibus in genere, C. 33.

D

DEBITVM conjugale negatum.

E

EPISCOPVS nulliter excommunicans, & carcerans regularem, C. 48.

F

FILIVS-FAMILIAS meretrici invalidè donans, C. 28.

H

HERMAPHRODITÆ maritati uterque ſponſus gravidans, C. 25.

I

IMAGINES obſcenæ prohibitæ cenſuris, C. 37.
Itinerans excuſatus à Jejunio, C. 38.
Juramentum ex donatione in metu graviſſimo, C. 26.

L

LATRO diſſimulatus Confeſſarius abſolutionem fingens, C. 41.
Legatũ ex matrimonio rato ſtratagematè cordato, C. 10
Levis tranſgreſſio votorum ſcrupulizata, C. 27.

M

MAIORATVS ſub voce, *Homo*, inſtitutus, C. 20.
Maritus carnifex cõſtitutus ex ſententia judiciali, C. 24.
Matrimonium nullum ab invincibili ignorantia, C. 14.
Matrimonium in recta linea, C. 6.
Mahumetanus baptizatus, & defunctus mox ferè, C. 16.
Medicus renuens concubinarium viſitare, C. 30.
Monialis intuitu correctionis tranſlatæ in aliud Monaſterium, C. 50. Vide de Monialibus apoſtata.
Mulier defuncta in Monialium clauſura, C. 49.

O

OCCISOR puer inquiſitus ad tormentũ, C. 11.
Ordinarius illicitè ſequeſtrans Monialem, C. 43.

P

PÆNITENS abutens Sacramentali Confeſſione, C. 1.

R

RELIGIOSVS expulſus, & regreſſus, C. 22.
Religioſus minor, minimus factus, C. 33.

S

SACERDOS fugiens poſt conſecrationem, C. 35.
Sacerdos præbens hoſtiam non conſecratam vicè conſecratæ, C. 15.
Sacriſta Eremitam percutiens, C. 36.
Sterilitas ex remedio incurſa, C. 46.
Scrupulus juramenti juridici, C. 45.

T

TESTAMENTVM juratum, & revocatum, C. 21.
Tormentum reo inhibitum, C. 40. Conſpice in O Occiſor puer.

V

VESTIMENTVM infidelium quando fidelibus licitum, C. 18.
Votum conditionatum ingrediendi religionem, C. 8.
Uſurarius illicitè dans vexando nimis, C. 31.
Uxoricidium in alterum contrahendum Matrimonium, C. 5.

Digitized by Google

RERUM ET VERBORUM SYLLA-bus Generalis

Littera C, conſultationem indicat. N, Numerum marginalem.

A.

Abbas.

NON ſuffragatur contra Regulares à Gregorij XV. Bulla c. 48. n. 6.

Abſolutio.

UTrum hæc ſola cauſet gratiam in Sacramento Pœnitentiæ ; ex opere operato. c. 5. n. 7.
Non idem electio confeſſarij ac à reſervatis abſolutio. c. 3. n. 2.
Eſt Sententia judicialis abſolutio. n. 14.
Facultas à Tridentino abſolvendi in mortis articulo. c. 16. n. 2.
Quælibet abſolutionis poteſtas in Sacramento Pœnitentiæ de jure divino ; n. 3.
Ad eam non conducit moribundo capaci dandam Parrochi præſentia. ibi.
Juriſdictio Apoſtolica in abſolvendum moribundum. ibi.
Nunquam neganda abſolutio legitimè petenti. c. 38. n. 6.
Nec Diaconus nec Subdiaconus poſſunt validè abſolvere. c. 31. n. 11. Vide occaſio.

Abortus.

A Triplici radice. c. 14. n. 4.
Præter intentionalis, inculpabilis. ibi.
Adamo non peccante, non contingeret. ibi.
Grave peccatum, procurare abortum. ibi.
Nec licet ſine vitandi infamiam, & mortem. ibi
Pœnas contra illum procurantes, à Sixto V. expreſſas, Gregorius XIV. moderat. n. 6.
Non ſecuto effectu, abortum procurare, peccatum mortale. ibi.
Quoad fœtum animatum nec in tota moderatur ſixtiana. ibi.
Qualiter liceat Medico in prægnantis vitam conſervandam. n. 7.
Si ſoboles ſint inanimatæ excuſatur irregularitas. n. 9.
Aquo intentionalis, aut præter intentionalis. n. 12. & 15.

Abuſus.

DIctus corruptela, conſuetudo non eſt. c. 19. n. 13.
Quid propriè abuſus. n. 16.
In Juriſdictione à quo contingit. c. 44. n. 14.

Acceſſorium.

NOn ſemper ſapit naturam principalis. c. 11. n. 6. conſ. 21. n. 6. c. 33. n. 8.

Actus.

DE humanis, Philoſophia notanda c. 2 n. 6.
Noſcuntur ex fine in quem tendunt. ibi.
Virales, qui dicuntur. c. 5. n. 3.
Formaliter determinatus compatitur cum objectivo indeterminato. ibi.
Actus intentionis diverſimodè reſpicit objectum, & finem. n. 7.
Interni alieni, fallibiles in judicio extraneo. c. 10. n. 1.
Qua via poteſtati legiſlativæ illi ſubduntur. c. 21. n. 13.
Actus agentium non extenditur præter agentis intentionem. c. 25. n. 7.

Accuſator.

POteſt conſtitui ex ſententia criminali pœnæ executor. c. 24. n. 1.
Contra patentet inculpabilem parvi pendendus. c. 2. n. 13.

Adam.

SI viveret nulli fœminæ maritari quiret. c. 5. n. 3.
Filios genuit quin hi tenerent avos ſeu atavos. n. 5.
Illo non peccante nullus reprobus naſceretur. n. 6.
Ideo prædeſtinati nunc geniti, ſeu nati à parentibus reprobis, alios tenerent. n. 7.
Ridiculè, & hæreticè hermaphrodita vocatur Adam. c. 10. n. 5.
Non incapax ei Eva ad propagandam naturam. c. 10. n. 4.

Adulterium.

POena contra adulteros ex jure civili, & canonico. c. 24. n. 1.
Regnorum varietas in puniendo adulterio. n. 1.
In aliquibus Provinciis pecuniariè tantum plectitur. ibid.
Impunitum hoc flagitium vanè gloriatur adulter. ibi.
Superiorum curæ committitur pœna vitandum. ibi
Executor mortis adulterorum à judicis ſententia conſonè determinatur offenſus. ibi.
Circa adulteros plectendos caſtellæ & Aragonum leges. n. 2.
Omni jure prohibitum adulterium. ibi.
Qualis ejus pœna ante legem gratiæ. ibi.
In iſta, committitur decernenda. n. 3.
Quibus adultera immunis evadit. ibi.
Canonicorum jus, Juſtinianum corrigit pœnes adulterorum ſupplitia. ibi.

Affinitas.

COpulam requirit conſummatam ut contrahatur. c. 4. n. 5.
Ex copula ſpadonum, an oriatur. n. 5.
Impropriè dicta affinitas, quæ. ibi.
Prohibiti gradus in ea qui, & à quo. c. 6. n. 9.
In recta linea indiſpenſabilis juxta Sixtum eſt. n. 11.
Cognatio affinitatis aliquod contingens. ibi.
Reſultat quantumcumque illicitè conſummetur copula. ibi.
Hiſtoria ſacra de Amnona & Thamar ad inteutum. n. 12.

Alimenta.

QUando jure præſtanda ab Avo, atavo nepotibus c. 6. n. 4.
id ex lite conteſtata verificatum. ibi.

Amens.

CLauſus in Eccleſia aperiens ſacrarium ſumit hoſtias conſecratas. c. 29. n. 1.
Quando adminiſtrandum ei Confirmationis Sacramentum. n. 13. & 16.
Rariſſimus Caſus de Amente Sacerdote Miſſam celebrante. n. 14.
Amens, ebrius, vel dormiens non repugnat martyrio coronari. ibid.
De Amentibus non perpetuis. n. 16.

Amphibologia.

SEmper mendax. c. 10. n. 2. & conſ. 15. à n. 1.
Nuſquam Utendum ea in adminiſtratione Sacramentorum conſ. 15. n. 12.
Decretum prohibens dari hoſtiam non conſecratam conſecratæ vice. n. 14.
Imprudens Sacerdoti elevantis hoſtiam non conſecratam pro conſecrata. n. 13. & 14.
Amphilogia damnatur ab Innocentio XI. c. 10. n. 1.
Ea uſus non fuit Chriſtus. ibi
Nec Conſilio Apoſtolorum, Gamaliel. n. 1. & 2.
Similiter Joſeph Arimatea in honorificandum Domini cadaver. n. 3.
Vocis Amphilogia ſignificatum. n. 4.
Sinonomatum cum ambiguitati. ibi.
Quando ex parte loquentis, vel audientis ſiat. ibi.
Una dicitur ſermonis, facti altera. n. 6.
A tribunalibus exul ſiat. ibi.
Non idem ac prudens ſimulatio. Vide ſimulatio.

Antidotum.

A Malitia, in deterius verſum venenum. c. 2. n. 4.

Apollonia.

MIrabile ejus factum ignem paratum à ſe ipſa aſumptum. c. 31. n. 4.

Apoſtata

COncretum ab abſtracto Apoſtaſia. c. 9. n. 1.
Ex ſe prout abſtractum non incompatitur cum habitu fidei infuſæ. n. 2.
Præſcindit, & ut incompatiatur exigit hæreſi aſſentire. ibi.
Religioſus Apoſtata à Monaſterio non ideo habitu fidei caret. ibi.
Quæ apoſtaſia privat habitu fidei infuſæ. n. 2.
Rigoroſè quis apoſtata. ibi.
Diſcrimen ejus à fugitivo. n. 3.
Cur fugitivus nuncupatur apoſtata. ibi.
Apoſtaſia diſtincta va de, à fide, ac à Religione regulari. ibi.
Nec novitiis, nec à Beaterio fugientes apoſtatæ, n. 4.
Quid ab ea excuſat. n. 3.
De apoſtata exiſtente in loco ubi diſtat ſui Ordinis Monaſterium. ibi.
Diverſæ pœnæ contra fugitivos, & apoſtatas. n. 6.
Infames irregulares, & inhabiles teſtes. ibi.
Contra faventes apoſtatas. ibi.
Et principaliter adverſus factores, conſulentes, ſeu retinentes minoritas. c. 4. n. 2.

a

Digitized by Google

Solùm licet Hæreticos retinere ut denuncientur. c. 9. n. 8.
De moniali apoſtata virili habitu diſſimulata. n. 9.
Quid acquirit apoſtata Religioſus conventui acquirit. c. 9. n. 1.
Eventus alter de alia ficta vidua. n. 11.
Quibus privantur privilegiis apoſtatæ. n. 12.
Contrita quædam monialis in apoſtaſia. n. 13.
Fugitivus tantum, an incurrat cenſuras. c. 42. n. 3.
A domo extranea recedens etiam apoſtata. ibi.
Moraliter fit à monaſterio receſſus alibi decretus aut incohatus. ibi.
Dictio *tanquam* in Tridentino penes apoſtatas propriè, non ſimilitudinariè ſignificat. n. 8.
Charitate & clementia contriti tractandi apoſtatæ. n. 10.
Exemplo Chriſti in parabolis de ove & filio prodigo. n. 11.
Doctrina applicata ſi dum reclamat regularis, in apoſtaſiam incidit. n. 12.
A quo iſte quærendus, abſolvendus & qualiter puniendus. ibi.

Appellatio.

QUaliter ſe geret ſuperior in appellata electione. c. 47. n. 10
Effectum ſuſpenſivum, & ſimul devolutivum quando tenet. ibi.
Judex quando peccat illam non admittens. ibi.
Quo malitia appellantis frivolam conſtituit appellationem. ibi
Non ſemper à cenſurarum incurſu excuſat. ibi.

Approbatio.

ORdinarii ad confeſſiones audiendas quamdiu durat. c. 3 n. 12.
Diſcrimen approbationis confeſſarii, & juriſdictionis. n. 17.
Puſillanimitas approbantis, & virtualis approbatio repugnat. c. 47. n. 7.
Unde approbatio ex ſilentio approbantis. n. 6. & 7.
Qualiter virtualis interpretanda à Summo Pontifice & ejus taciturnitate. ibi.

Aſſeſſinus.

Vide Bannitus.

Sanctus Auguſtinus.

MIrabilior ex libro retractationum. c. 10. n. 1.
Quoad frequentes, ſeu quotidianas communiones. c. 44. n. 9.
Vide Oratio tormentum.

Aureola.

ILla quæ innocentium martyrum veneratur in Eccleſia de qua linea. c. 29. n. 17.

Aut.

DIctio diſjunctiva. c. 10. n. 6.
Nuſquam copulativa. ibi.

Axioma.

Vide Acceſſorium.

ID poſſumus quod de jure poſſumus. c. 11. n. 13.
Gravatus in uno in altero relevandus. c. 31. n. 12.
Unius facto alter nec nocendus nec prævagrandus. c. 31. n. 12.
Cum præjudicio honoris proprii, nihil operandum. c. 31. n. 12.
Habitus non facit monachum. c. 36. n. 7.
Simpliciter melius, non ſemper melius. c. 44. n. 11.
Qui tacet conſentire videtur. c. 47. n. 5.
Non licet conſentire in illud quod facere illicet. c. 32. n. 8.
Nullus alium vexat utens ſuo jure. c. 4. n. 12.
Quod principi placet legis habet tenorem. c. 39. n. 7.
Taciti, & expreſſi ejuſdem juris eſt. c. 40. n. 7.
Facienti quod in ſe eſt, Deus gratiam non denegat. c. 41. n. 8.
Impeditio non currit tempus. c. 43. n. 3.
Paritas criminis ſupplicii petit paritatem. c. 46. n. 10.
Habitus non facit monachum. c. 36. n. 3. & 7.

B.

Bannitus.

QUando privatur ſepultura, & immunitate Eccleſiaſtica. c. 17. n. 6.
Licita ne Bannitorum trucidatio fortificantium ſe intra Eccleſiam. ibi.
Utrum ſi occiſio ibi contingat banniti, violetur Eccleſia. ibi.
Aſſeſſinatus continet in ſe banniti flagitium; n. 10.
Licitum edictum, unum condonare ſeu alterum delinquentem in bannitum adducendum, ſivè vivum, ſivè mortuum. n. 10.
Imo & præmium offerre ei qui illorum quemlibet interficiat. n. 10. & 11.
Sumere habitum bannitorum, quo fine licitum alicui; n. 11.
Stratagemata in decipiendos bannitos, quando non mendatia. ibi.
Autoritate publica, non privata, licet ſolummodo uti *in eo munere*. ibi.
Unde peccant banniti ſeu aſſeſſini, nec miſſam audientes, nec jejunantes; n. 13.

Baptiſmus.

PAritas de eo ad pœnitentiæ ſacramentum in caſu neceſſitatis. c. 16. n. 2.
Aliud eſt in Baptiſmate Patrinum fore, alterum miniſtrum. ibi.
Franciſcani Minoritæ inhibiti, aut Patrini ſint non miniſtri. ibi.
Religioſi in India ſpeciali delegatione propriæ illius miniſtri. ibi.
Qui moribundo infanti, aut periculum timens licitè baptiſmum adminiſtrabit. ibi.
Inter favorabilia baptiſato, utilius ſacramentum pœnitentiæ. n. 3.
Quare pluſquam de neceſſitate medii, ad ſalutem baptiſmus. n. 4.
Sine illo nullus ſalvatur, poſt peractam à Chriſto redemptionem. ibi.
Propriè regeneratio, baptiſmus. n. 5.
Materia ipſius circa quam ex inſtitutione ſervaveris. ib.
Ordo ſervandus inter miniſtros Baptiſmi ſi non urget notorium periculum. ibi.
Invalidè, putatus ſacerdos, fortuito à muliere noſcitur baptiſatus. n. 6.
Obſtetrices in hoc ſacramento adminiſtrando quo pacto ſe gerere tenentur. n. 8.

S. Barnaba.

MIrabile ejus factũ unum à ſe amputavit pollicem. c. 31. n. 4.

Baſilienſe Concilium.

PRo Immaculata Conceptione Mariana, quid decrevit. c. 29. n. 10.
Sed authenticum non fuit, quia non approbatum à Summo Pontifice. ibi.
Ideo ex tunc de fide Orthodoxa tantum Deiparæ myſterium non eſt. ibi.

Barboſa.

SUſpenſus ejus liber de deciſionibus, & cur. c. 49. n. 11.

Beaterium.

DIctum Turris ſpeculorum, quale & quo peccato judicandum c. 9. n. 3. & 4.
Etſi Moniales dicantur domiciliatæ in eo, in re non ſunt. n. 4.
Neque à linea ſæculari extrahuntur ipſius habitatrices. n. 9.
Abſque ſpeciali indulto non gaudent fori privilegio. ibi.
Si fugiant in vita ſuperiore apoſtatæ non ſunt, nec ut tales abſolvendæ. ibi.
Altera de Beaterii, conſpice vocem Collegium.

Beatus.

SIne ullo uſu quas tenet potentias ſenſitivas in corpore dum reſurgit. 32. n. 6.
Non ſuperfluit in eis nutritiva, ſeu generativa potentia. c. 46 n. 8.

Beneplacitum.

Vide Licencia.

Bimeſtre.

COnceſſum à Tridentino uxoratis. c. 8. n. 11.
Non tollitur privilegium propter copulam conſummatã ante matrimonium. c. 25. n. 11.
Extra Bimeſtre in matrimonio rato contrahem fieri poteſt Religioſus. ibi.
Et alter conjux, alteri maritari. ibi.
Copula aggreſſa & non conſummata non tollit beneficium de Bimeſtri. ibi.

Bona.

CAſualiter inventa quem tenent Dominum. c. 12. n. 4.
Quæ pro derelictis cenſentur. n. 5.
Ad inventorem quando non pertinent. ibi.
Conjecturæ de eo. ibi.
Non idem annexa alicui, aut in ipſo depoſita. ibi.
Quæ adventitia ex acceſſione bona. n. 3.
Conſpice Filius-familias.

Bonitas.

IN majori minor continetur, c. 21. n. 2.
Duæ incompatibiles prævalet major; c. 46. n. 8.
Ommitenda minor. ibi.
Bonitas duplex, poſitiva & negativa; c. 34. n. 9.
Confertur illa cum malitia negativa. ibi.
Bonitas negativa compatitur malitiæ poſitivæ. ibi.

Bulla cruciatæ.

DIſcrimen confeſſionis factæ virtute ejus ac intuitu jubilæi. c. 3. n. 4.
Tenor decreti ſacræ Congregationis penes illam; n. 5.
Significatio vocum attendenda in ipſa; ibi.
Quælibet indiffinita Bullæ univerſali æquivalet. ibi.
Inpracticabile quorumdam Theologorum dictamen in abſolutione vi ejus; ibi.
A conſuetudine, virtute illius illicet abſolutio: n. 6.
Noviciis licitum uti privilegio Bullæ. ibi.
Epiſcopus inhibere poteſt clericos ne ea utantur, c. 3. n. 15.
An regulares ab ea ſuffragium capiant: n. 1.
Abuſus de ipſius uſu illicitus: ibi.
Quando in ruinam regularis obſervantiæ cedit uſus Bullæ cruciatæ. ibi.
Tenor decreti Clementis 8. prohibentis eam regularibus. n. 2.
Nova ab Urbano VIII. de eodem prohibitio. ibi.
Diebus Dominicis Quadrageſimalibus licet ſine Bulla ova &

Digitized by Google

lacticinia edere. c. 19. n. 11.

Bullæ Pontificum.

DE largitione munerum una, in aliquibus expoſita. c. 13. n. 11.
De abortu Sixti V. expedita, à Gregoriana moderata. c. 14. ibid.
Penes medicos à Pio V. Decreta ubi vacat. c. 30. n.
Conceſſa à Pio V. novitiis Dominicanis. c. a 2. n. 15.
Bulla Gregorii XV. penes Epiſcopos quoad regulares unde ſuſpenſa. c. 1. n. 5. & 6.

C.

Caramuel.

EJus doctrina de comprobabilitate opinionum. c. 14. n. 7.
Sed impugnata. n. 7. & 8.
Dolet de inopia Epiſcoporum. c. 16. n. 3.

Carcer.

DUplex, unus propriè dictus, alter tropicè: c. 11. n. 5.
Alius in pœnam; in cuſtodiam non idem. n. 4.
Perpetuus, mors civilis. n. 5.
Carceratio ad cuſtodiam non eſt proceſſus acceſſorium. n. 6.
Reputatur pro citatione reali. ibi.
Niſi præcedat ſummaria, nullus carcerandus. n. 7.
Sindicandus judex aliter carcerans, ſed exceptio in eo. ibi.
Notorietas delicti ſummaria abſolutè, ſeu æquivalenter. ibi.
Similiter flagitii flagrantia. ibi.

Carnifex.

NOn noticiatur juridici de reorum criminibus. c. 13. n. 9.
Quando tenetur renunciare officium, ne innocentem torqueat. ibi.
An ad ipſum pertineant veſtimenta reorū quæ plectit. c. 1 an. 3.
De quodam carnifice inſtato ad reſtitutionem. c. 1 2. per totam.

Cartuſiani.

DE eorum abſtinentia à carnibus, aliqua notantur. c. 9. n. 2.

Caſtitas.

PErfectius eam obſervare, quam non obſervare. c. 8. n. 13.
Compatibilis cum matrimonio ſive raro, ſive cōſumato. n. 3.
Mirabiles nupti matrimonio caſtiſſimi ex virginitatis flore. ibi.
Non implicat votum caſtitatis cum Matrimonio. ibi.
Quale Equitium Ordinum militarium votum caſtitatis in conjugio. ibi.
Tentationes contra eam, caſtratione non ſuperantur. c. 31.
Origenis & aliorum error, de eo. c. 32. n. 7.

Caſus.

QUidam fictus. c. 2. n. 3.
Alter de ſollicitatrice confeſſarium, an denuncianda. n. 5. & 6.
Alius poſſibilis, curioſus. c. 3. n. 11.
Notandus de veritate capienda. c. 4. n. 6.
Et de inventis in vinea fortuito. c. 12. n. 6.
Unus ſpeculativus, ſed practicabilis. c. 16. n. 2.
Extraordinariſſimus de duobus adulteris prædeſtinatis in flagrantia delicti occiſis. ibi.
Alter de Moniali allegante bonam fidem, frangere clauſuram. c. 47. n. 10.
Poſſibilis in Monarchia. c. 6. n. 5.
Qualis de Matrimonio in linea recta. n. 15.
Rarus circa irregularitatem. c. 7. n. 14.
Practicabilis in contractu explicante votum. c. 8. n. 5.
Et de concubinario ordinato in ſacris ibi.
Fictus quidam de legato. c. 10. n. 5.
Et de ſecundo Matrimonio celebrando. c. 10. n. 2.
Et de merito in ratificanda profeſſione valida. c. 22. n. 10.
Et de chirurgo percutiente clericum. c. 24. n. 7.
Poſſibilis in Sacramento Ordinis. c. 25. n. 4.
Rariſſimus de monſtruoſa fœmina reperta omnimodè carente vaſe præpoſtero. c. 25. n. 10.
Duo eventus qui tempore decurrente contingere queunt, & præveniri debent. c. 37. n. 11.
Advertendus penes communionem c. 44. n. 8.

Caſus reſervati.

NEqueunt abſolvi niſi autoritate reſervantis. c. 4 n. 4.
Conſpice Bulla cruciatæ.

Cauſa.

COntractus maritalis, duplex partialis, neceſſaria. c. 5. n. 7.
Idem effectus diviſim à duplici cauſa totali ſine miraculo producibilis. c. 5. n. 6.
Plures homines producti in natura lapſa, ab aliis cauſis producerentur durante ſtatu innocentiæ. ibi.

Certitudo.

QUæ ſufficit in rebus moralibus. c. 15. n. 7.
Vide Opinio.

Charitas.

PRæferenda, virtuti Religionis. c. 32. n. 8.

Chocolatum.

DIſputatio Hiſpanica de ſumptione ejus die jejunii. c. 19. n. 1.
A parvitate materiæ iſtud non frangit. ibi.
Paritas de vino ad chocolatum. ibi.
Hæc aptiſſima potio in expellenda excrementa. n. 2.
Negativè, non poſitivè nutrit. ibi.
Si non adulteretur confectum cum lacte & ſimilibus. n. 5.
Et tunc frangit jejunium. ibi.
Maſſa chocolatica ab aqua ſummè calida tranſiet ex ſe in potum. n. 4.
Ingredientia in confectione chocolati. ibi.
Salamantini Doctores pro jejunio compatibili. ibi.
Vivæ vocis oraculum à duobus Pontificibus de eo. ibi.
Bulla ſcripta de iſto non invenitur. ibi.
A conſuetudine potus, non cibus. n. 5.
Diviſio ejus in purum, & adulteratum. ibi.
Pinellus ſibi oppoſitus penes difficultatem. n. 8.
Per accidens non obſtat nutrire. ibi.
Autores affirmantes non frangere jejunium. n. 9.
Nullus Papa declaravit cibum fore. n. 10.
Diſcrimen collationis ſerotinæ à chocolatica ſumptione. n. 11.
Qui cibum firmant, frangere jejunium tenentur aſſerere. n. 12.
Cur non ab omnibus ſumitur potio chocolatica. n. 6.

Chriſtus.

MOrtuus eſt homo quando verum. c. 1. n. 1.
Sua lege, ſuavè impoſuit jugum, & onus leve c. 30. n. 9.
Mortuus cum metu, non ex metu. c. 35. n. 12.
Contra eum injurioſa ſententia prolata; juſta adverſus latrones. c. 12. n. 4.
Loci conſuetudine Jeſu veſtimenta & latronum ad crucifigentes pertinebant. ibi.
Cur de Domini non de illorum indumentis memores Evangeliſtæ. ibi.
Inculpabilitas Salvatoris, & ſuorum Martyrum meridiana luce, patentior. c. 13. n 15.
Melior modus recuperandi honorem, Chriſtum imitari, & ejus Matrem. c. 24. n. 6.
Cur noluit ſe defendere in paſſione. n. 9.
Præceptum moriendi & optionem modi nos redimendi tenuit. n. 9.
Quaque via exemplum ad perfectionem nobis relinquit, ibi.
Sexum fœmineum undique incapacem poſuit in recipiendum Sacramentum Ordinis. c. 25. n. 4.

Circumſtantiæ.

REcognoſc. Confeſſio.

Citatio.

DUplex incepta, & completa. c. 11. n. 6.
Quæ ſufficit ad juriſdictionem exercendam. ibi.

Clericus.

QUādo ſuffragatur à lege civili in cauſis animalibus. c. 40. n. 1.
Sed ſemper debet contingere ſine fractione immunitatis Eccleſiæ ibi.
Quid venit intelligendum, nomine, *Clerici*. c. 36. n. 5.
Regulares in favorabilibus appellatione clerici veniunt; non in odioſis. c. 36. n. 5. Recognoſce. Eccleſiaſticus.

Collegium.

DIctum *de las Virgines* Cæſarauguſtanum, an Beaterium.
Approbatio ſuarum conſtitutionum. c. 3. n. 8.
Nequeunt eligere confeſſarium virtute Bullæ cruciatæ renuenſe earum Prælato. ibi.
In re non Religioſæ. ibi.
Verùm earum ſuperior, ordinarius loci. ibi.

Communio.

PRo ea quæ quotidiana dicitur. c. 7. n. 1.
Ne ſacrilega ſit, ſufficit non maculari reatu mortali. n. 4.
Quid ut fructuoſa ſit. ibi.
Et de frequenti remiſſivè, ex novo Decreto. ibi.
Notatiuncula pro communione. n. 3.
Quando uxorati peccant venialiter communionem accipiendo. ibi.
Advertentia confeſſariorum, pro eo. ibi.
At bona fide Miniſter præbens communionem incapaci, à peccato excuſatur. c. 29. n. 1.
Conſuetudo communicandi infantes non fuit univerſalis ibi.
Libertate carentes non coguntur præcepto communionis. ibi.
Quo tempore ad eam obligamur. n. 2.
Mos Græcorum communicandi infantes. ibi
Inter Latinos, iſti & amentes illa privantur. ibi.
Nec ab eo minima gratia defraudantur. n. 3.
Quando neganda alicui. ibi.
Non ſimpliciter requiſita ad ſalutem. ibi.
Conſequentiæ ex communione ex conſuetudine. ibi.
Et judicium, de ea digna, indigna, & non digna.
Practica vetuſta communicandi laicos in utraque ſpecie. n. 4.
Motiva ut eo privarentur. c. 29. n. 3.
Incapax aſtringi præcepto, non accipit communionem. n. 3.
Requiſita ad eam. n. 6.
Vinculi charitatis ſignificatio ex ipſa. n. 11.
Prout ſacrificii complementum communio peragenda in utraque ſpecie. n. 10.

ä 2

Digitized by Google

Privilegium Regis Galliæ,& conceſſum Boëmis ſumendi ambas ſpecies. c. 29. n. 10. & 11.
Communio non digna probabilis, & expoſita. c. 44. n. 9.
Quæ dicta Carnalis, & quæ ſpiritualis. c. 29. n. 13.
Non cooperatur ſacrilegio peccatoris occulti. ibi.
Quæ adminiſtranda ne infametur communicans. c. 30. n. 10.
Punitur, non infamatur Peccator publicus ex denegata communione. n. 10.
Quæ ita non ſacrilega, ſubſecuta ad confeſſionem invalidam. c. 41. n. 8.
Tenor novi Decreti ſacræ Congregationis penes communiones. n. 1.
Conſultiſſimum, ut debitè fiant. n. 2.
Quid de eo commendat viſitatoribus. ibi.
Motiva in privandam communionem. ibi.
Impedimenta à nobis in nobis ad eam. n. 3.
De communionis Apoſtolorum tempore. ibi.
Fixa regula inaſſignabilis pro quotidiana, aut frequenti. n. 4.
Confeſſio præcedens ad ipſam. n. 4.
De communione facta à Generali Societatis Jeſu. n. 5. & 7.
Mandatum de præcedenti confeſſione. n. 5.
Hæc prævia, aptior illius diſpoſitio n. 6.
Quando ſacrilega communio. ibi.
Digna, indigna, aut non digna in venerandum Cajetanum ponderata. n. 7. & 9.
Omnes exortandi ad communionem. n. 9.
Qualis hæc facta à Sacerdote feria 6. Paraſceves. ibi.
Membrum Chriſti qui, conſignatur noviter ex præcedente confeſſione ad communionem. ibi.
Sanctus Auguſtinus quotidianam nec approbat nec laudat. n. 9.
Collatio doctrinalis Zachi ad Centurionem penes illam. n. 10.
Si debitè fiat, utraque laudanda n. 10.
Venialium confeſſio, optima in communionem diſpoſitio. n. 14.
Relatio de quadam prohibita ſanctæ Lurguardæ. ibi.
Vide Euchariſtia.

Complex.

QUid proprij. c. 15. n. 8.
Concurſus Phiſicus, complicem non conſtituit. ibi.
Actio à cooperatione libera excuſat ut quis ſit complex. ibi.

Comprobabilitas.

VIde caramuel.

Commeſtio.

PRopria in aliquibus etſi modo fiat potabili. c. 19. n. 6.

Conceptio Deiparæ.

VIde Virgo Mariæ Baſilienſe Concilium.

Concilium.

REcognoſce Synodus Baſilienſe concilium.

Conditio.

QUalis in intentione ad domicilium comparandum. c. 49. n. 8.
Suſpenſiva; una; reſolutiva, altera. n. 9.
Harum quæ determinat intentionem. ibi.
Conditiones quinque ut mulier ſæcularis in Monaſterio domicilietur. ibi.

Confeſſarius.

ANimæ Doctor. c. 13. n. 4.
Quid ut licitè loquatur de his quæ monentur ſub ſigillo. c. 1. n. 3.
Reduplicativè nuſquam licet loqui de illis extra confeſſionem. n. 7.
Sigillum frangit quoties ait confeſſarius hæc vel alia audivi in confeſſione. n. 8.
A notitia capta in ea non datur caſus in quo liceat uti. n. 14.
Si per accidens non ſe habeat talis notitia. ibi.
Copula carnalis cum filiâ confeſſionis circunſtantia aggravans. c. 2. n. 7.
Semel approbatur, quando vi Bullæ eligendus. c. 3. n. 1.
Et quid in eo de Regularibus. ibi.
Impudentia aliquorum confeſſariorum. c. 13. n. 13.
Deprehenſum errorem in confeſſione qualiter ſine fractione ſigilli corriget confeſſarius. c. 2. n. 11.
Quidam confeſſarius declaratur irregularis, & cur. c. 24. n. 4.
Negans fugam Reo quando irregularitate quatitur. n. 13.

Confeſſio.

SAcramentalis publica qualiter liceat. c. 1. n. 5.
Ut publica, ſuſpendit, non deſtruit ſigillum. n. 6.
Deceptio, non confeſſio ſumpta in virus effundendum. c. 2. n. 1.
Sacrilegium, ea abuti ſine exprobrandi confeſſarium. c. 2. n. 1.
Voluntariè nulla, non fit ſatis præcepto Eccleſiæ. ibi.
Talis, facta ſcopo fallendi confeſſarium, aut eum improperandi. n. 2.
Undè ruina boni communis oritur, nulla eſt confeſſio. c. 3. n. 1.
Facta nulliter quo pacto repetenda. n. 3.
Nulla, ſi fiat à regulari cum Sacerdote inhibito à ſuo ſuperiore. n. 4.
Sicut accedens Pœnitens ſine ſolicitandi confeſſarium. n. 2.
Quæ confeſſio nuncupatur hipocrita. c. n. 3.
Valida & informi fit ſatis præcepto Eccleſiæ. n. 4.
Quando munus gerit privatæ perſonæ in confeſſione Sacerdos. n. 5.
Cognita in ea, triplicia. n. 11.
Quæ quando, aut quomodo impertinentia in confeſſione ſigillo moniuntur. n. 11.
Aliquando gravatus de ſolis venialibus cogi poteſt ad confeſſionem Sacramentalem. c. 16. n. 11.
Non omnis hujus capax, communionis eſt capax. n. 13.
Quid ut ſacramentalis integra cenſeatur. c. 32. n. 1.
Onus Pœnitentis in eam integrandam. n. 2.
Mentalis inſufficiens. n. 2.
Diviſio integritatis confeſſionis in materialem & formalem. n. 1.
Indocilitas Pœnitentis in ea, quid arguit. n. 3.
Requiſita in tribunali Confeſſionis. ibi.
Confuſa non debet eſſe. ibi.
Diſcrimen in ea, judicij, conſilij, & Gehenæ. ibi.
De peccatis venialibus in genere facta, valida. n. 4.
Quæ circunſtantiæ aperiendæ. n. 6.
Continet materiam neceſſariam, & voluntariam. n. 7.
De vitandis venialibus confeſſis, quale propoſitum. n. 8.
Quomodo veniale ex genere materia determinata. n. 9.
Quando venialia non de antecedenti, de conſequenti dici queunt materia neceſſaria. n. 11.
Quæ venialia præcipi queunt confitenda. n. 13.
Præceptum annuæ confeſſionis expoſitum. ibi.
Præciſio de confeſſione, ut medium, vel tanquam finis. ibi.
Per accidens, non perſe venialium confeſſio cadit ſub præcepto. ibi.
Doctrina de connotatis, id explicatur. ibi.

Confeſſio penes confeſſarij onus.

IN foro contentioſo licitè jurat confeſſor, ſe nihil ſcire de auditis in confeſſione. c. 34. n. 11.
Quo pacto cogere poteſt pœnitentem ut ſecum iteret confeſſionem. n. 12.
In eo qualiter non vexat. ibi.
Paritas de Medico curante infirmum. ibi.
Opinioni cui tenetur ſe conformare in confeſſione. c. 38. n. 11. & 12.
Impiè ſe gerit, deficiens in officio. n. 12.
Horrendius crimen quælibet actio venerea in confeſſione. c. 41. n. 1.
Diſcrimen laici fingentis adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ, ac celebrantis nulliter miſſam. n. 3.
Satagere confeſſarius tenetur in confeſſione, Pœnitentis profectum. c. 44. n. 2.
Deceptio confeſſarij cujuſdam Monialium. n. 6.
Valida ſemel confeſſio, ſemper valida manet. n. 10.
Quando incumbit confeſſario relinquendi Pœnitentem in ſua bona fide. c. 47. n. 9.

De Confeſſione alia.

PEccatorum confeſſio à duplici radice invalidatur. c. 41. n. 7.
De venialibus aut mortalibus jam ante confeſſis repetendi eam nuſquam reſultat onus. ibi.
Saltem copulativè, etſi disjunctivè, conſequenter queat. ibi.
Qualiter, ipſam annullat Sacerdos ſurdus, ſeu dormiens. n. 8.
Defectus validitatis ſtans ex parte miniſtri, eam repetere non cogit. n. 8.
Quando repetendæ aut non repetendæ confeſſiones nulliter factæ. n. 10.
De confeſſione valida, & informi. n. 11.
Præceptum de præcedente confeſſione ad communionem non tangit hujus frequentiam. c. 44. n. 4.
Valde meritorium, iterare confeſſiones de iiſdem peccatis. n. 5.
In mortis articulo obligat confeſſionis præceptum. n. 7.
Præcedens confeſſio quid ſenſibiliter ad communionem. n. 8.
Ad annuam illam, cui homines præcepto tenentur. n. 11.
In ipſa glorificatur & laudatur Deus. ibi.
Virtutes adauget frequentata confeſſio. n. 13.
Venialium confeſſio valde diſponit ad communionem. n. 14.

Congregatio.

SAcra Cardinalium dum oppoſita declarat, cui ſtandum. c. 50. n. 3.
Decreta ejus deciſiva vim legis tenentia quando. ibi.
Accedente ſummi Pontificis approbatione infallibilia. n. 4.
Sacræ Congregationis Decretum de communione. c. 44. n. 1.

Digitized by Google

Conſanguinitas.

PHiſica una, mortalis altera. c. 6. n. 9.

Conſenſus.

IN dominium, non eſt conſenſus in ejus uſum. c. 10. n. 12.
Compatitur maritale illud ſine iſto. n. 8.

Conſilium.

LIcitum de minori malo ad vitandum maius. c. 28. n. 3.
Diſtinctio ejus à permiſſione. ibi.
Non idem malum conſulere, & male conſulere. ibi.
Nuſquam licet cooperari minori malo. n. 4.
Præterintentionalitas in conſilio. ibi.
Conſilians ſuadet compartem, non ponit partem malam. n. 5.
Liberum relinquit, non ita Imperium. c. 12. n. 3.
Illicitum ſemper in præjuditium tertij. n. 6.

Conſuetudo.

QUando dat Juriſdictionem. c. 3 n. 7.
Loci vim legis tenet. c. 12. n. 2.
Sed aliqua requirit ut conſuetudine abrogentur leges c. 15. n. 5. c. 5. n. 2.
Fallatia, de conſuetudine, ſoluta. n. 6.
Conſuetudo comedendi dictam oroſuran in corona caſtellæ. n. 7.
Et in ea quæ Aragoniæ eſt celebrandi Regulares die 2. Novembris tres defunctorum Miſſas. n. 7. conſult. 40. n. 5.
Implicitus Legiſlatoris conſenſus ad illam ut licita ſit. conſult. 19. n. 11.
Quo pacto à ſubſidio neceſſitatis non introducta. ibi.
Praxi utendum in ea. c. 50. n. 4.

Copula.

ETiam maritalis illicita in loco publico, ut in Eccleſia. c. 7. n. 2. & 3.
Quando licita, cum menſtruata Uxore. n. 6.
Quid ſi laboret morbo Gallico, lepra, aut alio languore. ibi.
Non neganda ex ſola præſumptione ab Uxoratis. n. 7.
Saluti nocens peccatum. n. 10.
Ex præciſa ſola voluptate, illicita. n. 10.
Non exercenda ſi inſeparabilis ab iſta ſit malicia. ibi.
Morbus Gallicus augetur, non ſanatur copulà carnali. n. 11.
Remedia in ſuperandam incontinentiam. n. 10. & 11.

Contractus.

SIne fraude fiat. c. 31. n. 7.
Plura probabilia in contractibus poſt declarationem Innocentij XI. illicita ſunt. ibi.
In contractu fraus, ponens impedimentum debitori ut ſolvat. ibi. & c. 38. n. 5.

Contradictoria.

NOn ſunt, determinatum & indeterminatum. c. 10. n. 7.
Nec dignum & indignum. c. 29.

Cor.

PEr quid exprimitur ad judicium. c. 10. n. 3.
Ex ponitur factis, Verbis, ſcriptura. n. 9.

Correctio.

EX præcepto Chriſti quando exercenda. c. 9. n. 7. c. 38. n. 6.
Cognita inutilis omitenda c. 9. n. 9. & conſult. 32. n. 9.

Crimen.

PUblicè ſolum accuſatus de eo, non tenetur iſtud confiteri. c. 11. n. 2.
Occultum publicè nullatenus puniendum. c. 13. n. 7.
Criminum Confeſſio judicialis, plenior eorum probatio. n. 9.
Stilus in criminum cauſis qualiter uniformis. n. 9.
Quo pacto Jure Divino, notoria crimina punienda. n. 10.
Famoſa quæ dicuntur crimina. c. 35. n. 3.
Ab eis non reportandum commodum. c. 22. n. 5.
Ex crimine relinquens Religionem quid in ea reſultet. c. 23. n. 1.
In Aragoniæ Corona à Sancto Officio privativè nefandum punitur crimen. c. 37. n. 10.
Ob crimen perpetratum privari quis poteſt communione non autem confeſſione. c. 46. n. 10.

D.

Damnum.

QUando reſarciendum. c. 26. n. 6. & 10.
Attendenda cauſa per ſe, aut per accidens, remota, vel proxima ejus. n. 10. & 12.

Debitum.

LIcet, & libere remittitur, aut ſi non exigitur à creditore. c. 8. n. 11.
Dum non condonatur, ſolvendum. ibi.

Debitum conjugale.

UT negatum reduplicativè, ex genere ſuo peccatum mortale. c. 7. n. 1.
Quales tenet exceptiones. ibi.
In eo, quæ materiæ parvitas. ibi.
Non licet occurrens incontinentiæ periculum. ibi.
Ab aliqua circunſtantia meritoriè negatur. ibi. & n. 2.
Tempora in quibus id negare licitum. n. 5.
Præponderanda aliquando debiti redditio, languori. n. 6.
Ex ſola præſumptione morbi inferendi non negandum. n. 7.
Ab eadem radice oritur ſolutio debiti, & cohabitatio. ibi.
Numerantur infirmitates excuſantes à redditione. ibi.
Ex præciſa voluptate nec dandum, nec petendum. n. 10.
Similiter ſi noceat copula ſaluti. ibi.
Alia de eodem. ibi.

Degradatio.

VIde Eccleſiaſticus.

Dentes.

QUæ partes corporis. c. 4. n. 12.
Liceat nè eos amputare ad diſtillationes Vitandas. ibi.
Utrum animati, & à Verbo Divino aſſumpti. n. 12.
Sunt oſſa quædam. ibi.
Non pertinent ad decorem niſi in tali vel tali ætate. ibi.
Tempus in quo orti fuerunt in mandibulis Chriſti. ibi.

Denuntiatio.

A Qua circunſtantia facienda de confeſſario. c. 2. n. 3.
Sollicitatio in loco confeſſionis denumeranda quoquo modo licet fiat extra Sacramentum. n. 14.
Quidam caſus de ſollicitante confeſſario penes denuntiationem, c. 5. n. 8.
Gregorij Decretum circa denuntiationem. ibi.
Quæ peccata denuntianda, & in quibus Sacramentis. n. 19.
In publica Sacramentorum adminiſtratione ſollicitandi periculum urgere non videtur. n. 20.
Paritas de denuntiatione in ſollicitante, ac de ſigillo ſervando. ibi.
Denuntiandi obligatio, nec fractio nec diſpenſatio ſigilli eſt. ibi.
Perſonæ denuntiandæ vel non. c. 41. n. 1. & 2.
Fingens ſe confeſſarium ob metum cadentem in virum conſtantem an denuntiandus. ibi.
Et quando is qui Præsbiter non eſt intendens, aut Miſſam celebrans. ibi. & n. 3.

Deus.

COncurrit immediatè ad actum poſitivum peccati, nec ei id imputatur. c. 31. n. 10.
Nuſquam dat anſam in jacturam famæ. c. 2. n. 4.
Si ipſi placeat, nihil intereſt diſplicere cuique. c. 8. n. 1.
Impedimenta tollit ut anima proficiat. c. 7. n. 6.
Pientiſſimus erga vere contritos. c. 9. n. 13.
Valde curat nullum damnari æternaliter. n. 12.
Voluntas in Deo ſalvandi omnes. c. 11. n. 10.
Omni medio prohibet peccata. c. 12. n. 10.
Nec complex nec cooperator malitiæ formalis. c. 15. n. 9.
Omni inſtanti dat auxilia in contritionem. n. 14.
Nuſquam alicui negat remedium quo eget. c. 41. n. 10.
Fortuiti à nobis putati caſus, ſua providentia dirigit. ibi.
Facienti quod in ſe eſt non denegat gratiam. n. 11.
Recognoſce. Præceptum.

Diſpenſatio.

PAriter obligant votum & juramentum dum diſpenſantur. c. 8. n. 10.
Utilis doctrina pro petendis diſpenſationibus. n. 13.
Tuta conſcientia concupiſcitur, & diligentiatur diſpenſatio à lege, voto, & juramento. c. 38. n. 2.
Diſpenſatio inter odioſa, facultas diſpenſandi inter favorabilia. c. 47. n. 1.
Propriè in quo conſiſtat, diſpenſatio. n. 13.
Non idem juris diſpenſatio, ac abſolute diſpenſatio. n. 13.
Quo utraque conſtituitur. ibi.
In diſpenſandum cauſa requiritur. ibi.
Ab eo, differt à privilegio ibi. Conſpice. Conſuetudo, Votum.

Diviſio

UNum membrum ejus, quando in altero contentum, ſive formaliter ſive eminenter. c. 1. n. 1.

Divortium.

SIgnificatio nominis. c. 49. n. 6.
Diſtinctio ejus à libello repudij. ibi.
Conditiones in licitum divortium. ibi.
Infert ſeparatione cohabitationis, non matrimonij. ibi.
Quibus de cauſis liceat uxoratis divorciari. n. 7.

Doctrina.

UT revelata unde colligitur. c. 1. n. 2.

Dolus.

COnſpice Fraus.

Domicilium.

A Quo propriè conſtituitur. c. 16. n. 8.
Non ſufficit ut habeatur animus permanendi in loco. ibi.
Permanendi initium quando domiciliat. n. 9.

Digitized by Google

Quo amittitur, in propria domo? c. 49. n. 3.
Quid ut quis domiciliari dicatur? n. 4.
Non omnis habitatio domiciliat. ibi.
Aliud poſſeſſio habitandi, alterum domicilium; n. 5.
Hujus diviſio in perpetuum, & temporale; ibi,
Scholares ſtudiorum cauſâ quando domiciliati: ibi.
A propria & aliena voluntate poſſunt dependere domicilia. n. 6.
Compatibilia ſimul, plura; ibi.
Divortiati fere ſemper ea tenent diverſa: ibi.
Educationis cauſa qualiter in Monaſterio domicilium; n. 8.
Conducens conditio ad examen pro domicilio quo pacto iſtud non tollit. n. 9.
Mutabile à jure quod. n. 10.
Et dictum originis, qualc. ibid.
Voluntas permanendi influit, non dat illud; ibid.
In animi ambiguitate contingere non repugnat. n. 11.
Præciſa Hoſpitalitas non parit domicilium? ibid.

Dominium.

QUO pacto acquiritur de inventis caſualiter; C. 12. n. 5.
Ejuſdem rei duplex, qualiter repugnat. c. 18. n. 7.
Senſus propoſitionis, *quilibet dominium in ſuam famam tenet*; n. 8.
Diſtinctio dominiorum juſta, quando à lege; n. 6.
Ex eminentia poteſtatis legiſlativæ licet transferre dominia. ibi.
Ab hoc taxantur pretia moderata in Republica ultra ſortem. ibi.
Bifariam dominiorum tranſlatio contingit. n. 7.

Donatio.

TRes conditiones ut juſta, & valida ſit; c. 12. n. 9.

E.

Ætas.

NOn omnis capax pœnitentiæ, Communionis eſt capax; c. 16. n. 11.
Ad hanc vel illam recipiendam certa regula de ætate aſſignari non quit. n. 14.

Eccleſia.

NUſquam punit delictum prout mentale; c. 5. n. 13.
Ejus leges non obligant cum vitæ diſpendio. c. 17. n. 4.
Violatur quaque ſanguis effuſione violenta; n. 6.
Immunitas ejus æquè annectitur loco, & perſonæ; n. 7.
Amiſſa immunitate, frangi nequit; n. 9.
De occultis judicat per indicia; n. 5.
Circa actus internos qualis ejus poteſtas; ibi.
In ea directiva & coercitiva juriſdictio: n. 6.
Diſcrimen Eccleſiæ ad irritandos contractus, ac à lege civili. c. 26. n. 5.
Major in ea facultas quam in celebrante contractum; ibi.
Qualiter iſtam tenet ad annullandum matrimonium; ibi.
Benignitas ejus ut nulli inferatur vexatio, ſeu violentia; n. 6.
Spiritus ſanctus Eccleſiæ aſſiſtit in infallibilem veritatem; n. 12.
Bona fides conſequenter, vel antecedenter, juge in decretis illius. n. 12.

Eccleſiaſticus.

COnſpice immunitas.
Replica ejus contra ſæcularem. c. 17. n. 3,
Ipſius immunitas non cedat in perniciem Reipublicæ. n. 4.
Impotentia proprii judicis ad puniendum quo equivaletur. ibi.
Licitum Reipublicæ ſæculari ſe defendere ab Eccleſiaſticâ ſi injuſtè invadatur. n. 4.
Bannitus & Aſſaſſinus Eccleſiaſticus immunitate privantur. n. 6. 9. 10.
Dimittens habitum & tonſuram qualiter à judice ſæculari puniri quit. n. 7.
Conjecturæ unde pateat animus Eccleſiaſtici de non redendo in ſtatum. n. 8.
Incorregibiles quibus afficiuntur pœnis; ibi.
Degradatio Eccleſiaſtici duplex; n. 9.
Recurſus Eccleſiaſtici in vitandam violentiam qualis. c. 40. n. 5. & 6.

Emptio.

DAbilis licita etſi illicita ſit venditio à mala fide; c. 7. n. 13.

Epicheia.

VAria de ea. c. 6. n. 15.

Epiſcopus.

QUæ ejus juriſdictio juxta Bullam Gregorii 15. in regulares. c. 48. n. 1. & 4.
Ab ea operantur delegatione Apoſtolica. n. 4.
Quando in approbatione Confeſſariorum utitur juriſdictione ordinaria. ibi.
In quibus ſuccedit Epiſcopo Capitulum Sede vacante; n. 5.
Gregoriana facultatem non dat Epiſcopis fulminandi cenſuras vel puniendi regulares; n. 5.
Quo pacto contra iſtos notoriè ſcandaloſos procedunt Epiſcopi; n. 7.
Semel approbans juxta Gregorianam pro Triennio regularem, functus ſuo officio in eo. ibi.
In Italia & Hiſpania vacat Gregoriana; n. 8.
Et apud Hiſpanos ex Urbani 8. revocatione; n. 9.
Recurſus Epiſcopi ad Tribunal ſæculare. n. 9.
Contra iſtum ſententiat Metropolitanus: n. 10.
Servitus regularium in obſervantia Gregorianæ; n. 11.
Quæ leges Epiſcoporum coercent Religioſos; n. 12.
Caſus in quibus hi aſtringuntur ſententiis & ſtatutis illorum ibi.
Si monitus ſuperior regularis non punit ſubditum delinquentem, qua ratione ab Epiſcopo puniendus. ibi.
Reverentia penes Sacramenta ſuſcipienda Epiſcopo conſtituitur, c. 15. n. 1.
Juriſdictio ejus in prohibendam depapillationem fœminarum. ibi.
Qualiter de rebus fidei cognoſcere poſſunt. n. 9.
Quæ præcavere debent intuitu boni Paſtoris, n. 10.
In judicio finali ab Epiſcopis ratio exigetur de ovibus ſibi commiſſis. n. 11. Recognoſce votum, feſtivitatis.

Eremita.

TRiplex Eremitarum diſcrimen; c. 36. n. 1.
Religioſi mendicantes, & Monachales eximii Eremitæ, il
Apud Montem-Serratum vitam Eremiticam profitentes exemplariſſimi. ibi.
De Eremitis qui nullius obedientiæ voto ſubſunt, & habitu regulari incedunt. ibi.
Voto aſtricti Eremitæ & alicui Religioni addicti, quales; ibi.
Quid eſt ſub obedientia Epiſcopi conſtitui; n. 2.
Laudes de vita Eremitica; ibi.
An veri Religioſi, Montis. Serrati Eremitæ. ibi.
Bifariam conſtituitur Eremita ſub obedientia. ibi.
Quando non extrahuntur aliena ſæculari; ibi.
In vetuſtioribus Eremitis Spiritus ſanctus mirabilia operabatur. n. 3.
Quibus ſignis patebit Eremitam de familia Epiſcopi computari. ibi.
Qui nomina tantum tenent, vocati Religioſi; ibi.
Eremita in habitu donati non diſcedens à Religionis gremio, privilegio fori gaudet. n. 5.
Declaratio ſacræ Congregationis. ibi.
Differentia Eremitæ cujuſdam perculſi, licet corrigiam Auguſtinianam, & chordam portaret Franciſcanam inſimul Caputium; n. 7.
De Eremita vovente caſtitatem, obedientiam, paupertatem, & fidelitatem; n. 7.
Moniciuncula contra prætextantes vitam Eremiticam. ibi.
Qui Eremitæ puniuntur ſi delinquant, à judice ſæculari. n. 8.
De Eremitis viventibus in Communitate; n. 9.

Euchariſtia.

QUalis locus ut in eo reſervata conſervetur. c. 3. n. 11.
De intentione ſacerdotis requiſita ad conſecrationem; c. 5. n. 7.
An adminiſtranda ei, qui de crimine eſt vehementer ſuſpectus. c. 15. n. 3.
Suſpitio inſufficiens in negandam Euchariſtiam; n. 4.
Non præbenda notorio peccatori, occultè petenti, n. 6.
Per Sacerdotem non ſtet petentis infamia. ibi.
Exemplo Chriſti communicantis proditorem, ibi.
Ideo apochripha cenſetur narratio de Sancto Thoma Apoſtolo. ibi.
Fundamenta roborantia doctrinam; n. 7.
Promptè peccator in eam dignè recipiendam conterere poteſt & ſi indignè acceſſerit. ibi.
Implicita conditio in adoranda hac numero hoſtia. n. 12. & 13.
Explicita continet irreverentiam. ibi.
Quo vitatur idololatria in adoratione hujus numero hoſtiæ. n. 12.
Nuſquam licet dare non conſecratam, conſecratæ vice. ibi.
Verba conſecratoria quid recitativè, aut ſignificativè proferre. n. 13.
Quomodo ſumit mus aut beſtiola euchariſtiam. c. 29. n. 15.
Quid eſt ſumere eam ſacramentaliter. ibi.
Blaſphemant contra ſacram Euchariſtiam hæretici. n. 4.
Qualis valida ejus ſumptio etſi non fructuoſa; n. 7.
Sola iſta laudabilis. ibi.
Illa non condemnabilis; ibi.
Pravitate ſacramenti pœnitentiæ argumentum; n. 8.
Sumere plures hoſtias non auget gratiam. n. 8.
In quaque ſpecie, integra Euchariſtia; n. 9.
Signantia ejus duplex; n. 9.

Digitized by Google

Varietas ſtatus corporis Chriſti illam non variat ; n. 10.
Unde diſtinctio numerica ipſius : n. 12.
Per accidens primam poteſt cauſare gratiam. c. 41. n. 14.
Significatio ſacramenti Euchariſtiæ c. 44. n. 8.
Prævia diſpoſitio ad eam : n. 6.
Vide communio,

Eunuchus.

EX caſtratione, ad matrimonium impedimentum tenet dirimens. c. 42. n. 1.
Liceat ne caſtrari ad conſervandam vocem, & in carnis tentationes ſuperandas. ibi.
Caſus in quibus complices caſtrationis peccant : n. 2.
Nullum Eunuchum legi canonicatum, aut beatificatum. ibi.
Epigramma de caſtratis ; ibi.
Diverſitas Eunuchorum expreſſa à Chriſto ; n. 4.
Cuſtodes fæminarum quique antiquitus Eunuchi vocabantur, n. 2.
Eunuchi caſtrati prædeſtinati, reſurgent integri. n. 6.
Votum ſolemne caſtitatis non ſufficiet ad licitam caſtrationem. ibi.
Origenis & aliorum error ſe caſtrantium ; n. 7.
Malitia caſtrari fæminam fallentis. ibi.
A morbo gallico hi defuncti aliqui. ibi.
Caſtrari, vel non caſtrari per accidens ſe habet ad ſuperandas carnis tentationes. ibi.
Id non amovet occaſiones, & cogitationes, n. 8.
Quidam illicitè caſtrat filium, n. 9.
Hic à judice qualiter potuit puniri ob ſecutam mortem. n. 11.
Ante declarationem Sixti 5. Eunuchi ne maritabantur ? c. 46. n. 3.
Sacræ Scripturæ textus explicatus de Eunuchis. n. 2.

Exceptio.

IN locutionibus generalis ; c n. 5.
In favorabilibus excludenda. c. 16. n. 3.

Excommunicatio.

SUpponit peccatum mortale, ea quæ major eſt : c. 9. n. 6.
Petit materiam pravam, nec leviter ferenda. c. 36. n. 4. c. 37. n. 9.
Diverſi Prælati idem poſſunt præcipere ſub excommunicatione. ibi.
Quando in tali eventu duplici cenſura quis ligabitur. ibi.
Juſta vel injuſta timenda. c. 36. n. 4. c. 48. n. 13.
Notorie nulla parvi pendenda : ibi.
Triplex medium ut qualis ſit, noſcatur : c. 36. n. 4.

Executor.

MErus, nequit ultra diſpoſitum à principale, addere vel minuere ; c. 10. n. 5.

Exilium.

PÆna reorum. c. 10. n. 6.
Dictum in jure ad metalla, mors civilis. ibi.
Vide regularis expulſus.

Extraneitas.

A Qua radice oritur : c. 6. n. 4.

F.

Facetiæ.

QUo pacto introducta in confeſſione ſacramentali muniuntur ſigillo, c. 1. n. 15.

Fallere.

DIſcrimen ac fallacem fore : c. 18. n. 9.
Vide fraus.

Fama.

PRopria, & proximi conſulenda ; c. 2. n. 4.
Curanda ne in infamiam vertatur. c. 31. n. 12.

Familia.

IN legato, ut ea conſervetur, quid ſignificat. c. 10. n. 7.
Quo medio iſtud proſpicitur ; n. 8.
Ab honeſtate fæminarum conſervatur : n. 10.
Ab earum luxuria dedecoratur ; ibi.
Quis de familia conventus ; c. 16. n. 10.

Famulus.

SEu familiaris quis propriè, c. 49. n. 1 & c. n. 8.

Feſtivitas.

QUæ de majoribus dicta in Eccleſia. c. 30. n. 8. conſ. 8. n. 14.
In quibus feſtis aut anteponitur, vel differtur vigiliæ jejunium. ibi.
Incidens in vigilia Nativitatis, feſtum Corporis Chriſti cui competit mutare jejunium. ibi
Anteferre jejunium, & decreta de eo. ibi.

Fictio.

MEndax, abhorrenda. c. 15. n. 10.
Non omne quod fingitur mendacium eſt ; ibi.
Metaphiſica fictio veritas rata moralis ; ibi.
Diviſio fictionis, & quæ ſine mendacio ; ibi.
Qualis in bello, licita. ibi.
Vera, prudentialis, falſa abominabilis. 16. n. 6.

Fides.

BOna, aut mala in quo ſtat. c. 12. n. 7.
Vide ignorantia invincibilis.

Filius-familias.

PRopter actum turpem, an invalidè det. c. 18. n. 1.
Quis propriè filius-familias ; ibi.
Diſtinctio ejus à Religioſis. ibi.
Quid liceat Patri ob vitandum majus malum illi donare, vel condonare. ibi.
Quando in eo non cooperatur genitor ; n. 6.
Filius prodigus parabolæ Evangelicæ filius-familias. n. 8.
Quicumque quilibet hic, dominus bonorum caſtrenſium, vel quaſi. c. 28. n. 11.
Quæ ita bona. ibi.

Finis.

HOc prohibito, & media ad eum vetantur. c. 1[illegible]. n. 9.
Ad illum quædam media ſufficientia, inſufficientia, altera. n. 10.

Forma.

COnſtitutiva deſtructa, totum periit. c. 6. n. 6.

Forum.

EJus Etimologia. c. 40. n. 1.
Obſervantia regni Aragonum in foris, & quæ perſonæ eo ſuffragantur. n. 5.
Quid eſt rem fore mixti fori ; n. 10.
Explicatur vox *mixti fori* n. 12.
Proviſa à Tribunali Juſtitiæ Aragonum. n. 6.

Franciſcani.

EOrum paupertas ; c. 22. n. 1.
Ipſorum conventus qui in ullo ſuccedere valent ; n. 2.
Quis dominus eorum quæ in uſum Franciſcanorum ſunt, n. 3.
Sindici deſtinati à Papa. ibi.
Qualiter contractus celebrant Minoritæ. ibi.
Quaſi ſi non eſſent in mundo reputandi ad hæreditatem. ibi.
De Franciſcanis tranſeuntibus in aliam Religionem, vel factis Epiſcopis. n. 4.
Tenentur illi jejunare die natalis Domini feria 6. incidente ; c. 30. n. 7. c. 3. n. 9.
Liceat ne eis bigare, vel quadrigare : c. 39 n. 1.
Exceptio in Regula eorum, ut liceat equitare. n. 2.
Significatio genuina præcepti de non equitando. n. 3.
Confertur hoc, cum alio de jejunio penes non cœnandum : n. 4.
Una & eadem opinio de licita bigatione vel quadrigatione ante probabilis nunc improbabilis. n. 4.
Nec humeris humanis, nec ferculo aut lectica licet eis equitare : n. 5.
A pravitate materiæ poſſunt non peccare, niſi venialiter equitando. n. 6.
Valet tamen tranſire in mortale : n. 7.
Neceſſitas ut licitè equitet Franciſcanus ſuperioribus declaranda committitur. n. 6. & 7.
Mens Seraphici P. N. Franciſci in præcepto de non equitando. n. 7.
Præcepta regulæ Minorum pendent à Papa tanquam ſi viveret Sanctiſſimus Patriarcha. n. 9.
Præclarum de eo teſtimonium V. Gilberti Nicolai, dicti de l'*Ave Maria*. n. 5. 6. & 12.
Statutum Generale Franciſcorum penes equitationem. n 12.
Quando confiteri tenentur in lucrandam indulgentiam conceſſam pro feſto Immaculatæ Conceptionis Marianæ. c. 41. n. 12.
De Franciſcanis Hugo de Dina, Inſigniſſimus vir. c. 39. n. 4.
Miniſter Generalis Franciſcanorum de Obſervantia, ex litte conteſtata utitur ſigillo & titulo, *totius ordinis Minorum*. ibi.
Antiquitas potuit probabiliter affirmari, ex ſe licere Franciſcanis bigare, vel quadrigare, & à quo tempore, id improbabile. ibi.
Nec Franciſcanis dictis Clauſtralibus licet ſcribere, tota conſcientia poſſe Obſervantes, vel Capucinos bigare, & quadrigare. ibi.
Franciſcanorum religio, æterni patris domus, ſpecialiter nomenclata. n. 6.
Quo pacto unus & idem exiſtens votum obſervandi regulam Franciſcanam, eam non franget Religioſus de Obſervantia, bene Capucinus. ibi.
Tenor Statuti generalis penes torturā infligendam delinquentibus Franciſcanis. c. 40. n. 2.
Etſi Franciſcani non proteſtaverint ſtatutum de tormento, dum in Aragoniæ territorio ſunt torqueri nequeunt. c. 40. n. 8. & ſequentibus.
Conſpice legatum.

Digitized by Google

Fraus.

Vide Fictio.

NUllus altera patrocinandus. c. 2. n. 7.
Nec ſuffragium capiendum ab ipſa. c. 8. n. 13. c. 38. n. 3.
Sinceritate procedens fraus non eſt ſed prudens cautela, c. 12. n. 12.
Tres conditiones ut doloſa cenſeatur: c. 25. n. 9.
Non tranſiens in objectum non dirimit matrimonium. n. 9.
Sine mendatio non vituperabilis. c. 32. n. 6.
Dolus in ea quid, ſtratagemata. ibi.
Iſte alius realis, præſumptus alter, & quis inculpabilis. ibi.
Fraudibus via non debet aperiri. c. 38. n. 3.
Adagium, *multi veritate fallunt ſe ipſos.* ibi.
Dans peccato fraus ſemper illicita. n. 10.
De ea ex hiſtoria ſacra: n. 11.
Patentior legis fractio à fraude procedens. c. 38. n. 3.

Furioſus.

CAret libertate, & cujus linea. c. 20. n. 8.
Vide prodigus.

Furtum.

PEr parvas quantitates, quando tranſit in mortale. c. 32. n. 1.
Quale furtum, ut ei annua ſit cenſura. n. 5.
De ſagacitate hominis in furto. ibi
Sillogiſmus explicans quando grave vel leve: n. 10.
Reſtitutio facienda in levibus furtis. n. 9.
Conſpice reſtitutio.

G.

Gamaliel.

SImulatione non amphibologia tuebatur Ieſu legem: c. 18. n. 2.
Miſticus allegans impiam fictionem Theodas, Iudæ Galilæi. ibid.

Gemmæ.

PHraſis placida Tertuliani legenda de ea in ipſo. c. 28. n. 1.

Genus.

ET ſpecies quandoque eodem nomine declarantur c. 10. n. 5.
Id exemplificatur in jure: ibi.
Non logicè ſumpta ſpecies & genus, idem ac differentia. c. 25. n. 2.

Gravida Mater.

IN ejus incolumitatem ad quid Medicus tenetur. c. 14. n. 10.
Soboles uterina corrupta an maſſa illius maligna, ipſius genitricis. n. 11.
Salus æterna prolis præferenda vitæ temporali matris: n. 13.
Huic incumbit cura de generatione fætus. ibi.
De moderamine inculpatæ ſi contingat abortus: ibi.
Periculosè gravidanti qualiter liceat ſumere remedia. c. 46. n. 5.
Et quomodo præter intentionalis ſi contingat abortus. n. 6.

H.

Habitus.

NOn facit Monachum: c. 36. n. 3. & 7.

Hercules.

FAbella de eo doctrix pro caſtitate. c. 10. n. 11.

Hæres.

QUis proprius ex teſtamento: c. 12. n. 9.
Repugnante jure nullus eſt hæres. c. 10. n. 11.
In hæreditatem Deus non excluſit fæminas: n. 11.
Exemplificatur in filiabus Salphad: n. 12.
Quæ Monaſteria propter Religioſum ab inteſtato ſuccedunt: c. 22. n. 3.
Non tranſmittitur ad hæredes jus in ſpe. c. 23. n. 3.
Tria tempora in hæreditatem attendenda: n. 6.
Qualiter voluntas hæredum continetur in teſtatore: c. 26. n. 11.

Hermaphrodita.

POema curioſum de eo: c. 15 n. 7.
Romanorum error culpando ſimiles partus: c. 25. n. 1.
Quæ imponenda Hermaphroditis nomina. ibi.
Quando monſtruoſitas in eis patentior. ibi.
Vocatur Androgimus. n. 1.
Severè quidam punitur. ibi.
Voce *homo* comprehenditur: ibi.
Horrenda monſtruoſitas de duobus: ibi.
Licet eis uſus promiſcui ſexus: ibi.
Quatuor eorum differentiæ: ib.
Quando incapax eligendi ſexum: ibi.
Qui inter ſpadones connumeratur: ibi.
Ab hermaphrodirate non invalidatur matrimonium: n. 3.
Fabuloſa de Tireſio hermaprodita. ibi.
Iudex quis in ejus ſexu. ibi.
Eſt id quod eligit, ſi electionem teneat. ibi.
Iuramento aſtringendus in optionem: ibi.
Quid dum non conſtat ſexus in quo prævalet: n. 4.
Cautio ut Parrochus aſſiſtat illius matrimonio: n. 4.
Poligamia foret licita, ſi promiſcuus ſexus liceret hermaphroditis: ibi.
Qui irregulares: ibi.
Habiles, vel inhabiles profitendi religionem quales: n. 5.
Locus in quo validam emittunt profeſſionem: ibi.
Non eſt in eis optio ſexus ad profeſſionem ſicut ad matrimonium: n. 7.
Caſus de Moniali hermaphrodita expulſa: ibi.
Invalida profeſſio illius in quo fæcundus prævalet uterque ſexus. ibi.
In foro contentioſo promiſcuus uſus eorum non punitur: n. 8.
Fæmina monſtruoſa in duplicitate unius ſexus genitalis: n. 10.
Quale jus ſe dãt in uſu ſuorum corporum hermaphroditæ conjugis. c. 25. n. 8.
Nullitas profeſſionis factæ à quadam hermaphrodita. n. 2.

Hiberni.

CAtholici qui mirabiles: c. 18. n. 11.
Eccleſiaſtici in habitu ſæculari non mendaces. ibi.
Signa deferunt nationis, non ſuperſtitionis. n. 12.
Prudens cautela cujuſdam Angli: ibi.
Imitatores illuſtrium Martyrum ſub infidelium vexillo ſe ſimulantes. ibi.
Quo pacto licitum illis infidelium templa adire, eorumque contionibus, & conventibus aſſiſtere. n. 13.
Proteſtatione, & beneplacito Papæ licita iſta eis: ibi.
Minoritæ Hiberni inviolabiliter ſervant regulam franciſcanam. ibi.

Homicidium.

COntinet viricidium & uxoricidium: c. 5. n. 2.
Ut impedimentum vetuſtum matrimonii diſpenſabile ab Epiſcopo. ibi.
Juræ naturæ, nec impedit, nec dirimit: ibi.
Ex prævia prævisione non dirimit. n. 3.
Quando ſine impedimento dirimente. ibi.
Nec iſtud ponit vir occidens uxorem ut libidini ſeſe det. n. 5.
Neque dum non determinatur perſona in maritationem. n. 6.
An mortaliter peccet occidens eum quem ſcit fore in peccato mortali. c. 17. n. 1.
Quo pacto ex caſuali homicidio reſultat irregularitas. n. 11.
Non ſequuto et ſi intentato homicidio, non incurritur irregularitas. n. 10.
Quid voluntarium homicidium directè, aut indirectè. n. 11.
Cum moderamine inculpatæ tutelæ licitum: ibi.

Homo.

UTrumque ſexum ſignificat ex ſe: c. 10. n. 4
Quæ inditia limitant ad virilem, ibi.
Ambiguitas à voce *homo* explicata: n. 5.
Regula juris, ſub tali nomine: n. 8.
In odioſis quando vir ſolus ſignificatur: ibi.
Nomen homo non impropriè genus ad diverſas lineas: n. 10.
Vide Hermaphroditæ.

I.

Idioma.

SIgnum ad placitum, & naturale: c. 17. n. 7.

Iejunium.

Vide Chocolatum.

FRactio illius levis non excuſat à præcepto continuandi: c. 27. n. 5.
Vulgare dictum *ſi quis rogatur*: ibi.
Iter agens quando immunis ab eo: c. 38. n. 1.
Enumerantur laboritia à jejunio excuſantia: ibi.
Et diſtantia peragenda in itinere: n. 4.
De adoleſcente ſe flagellante in fraudem jejunii: n. 2.
De intentante venationem die jejunii. n. 4.
Anathomiæ ſignis noſcenda debilitas in non jejunandum. n. 8.
Qua via intervenit virtualis, ſeu interpretativa intentio de non jejunando. n. 8.
Bifariam conſiderandum, *non jejunium*: ibi.
Quando liceat uxoratis non jejunare intuitu ſolvendi debitum: n. 10.

Ignorantia.

INvincibilis trium fæminarum: c. 29. n. 1.
Quæ illa, & à quo convincitur, c. 41. n. 5.
Excuſat ab incurſu pænarum non vero inhabilitatum: n. 5.

Unde

Digitized by Google

Unde provenit dicta culpabilis, ſeu vincibilis: n. 6.
Plura de utraque ignorantia penes conſcientiæ leges, & adminiſtrationem ſacramentorum. ibi.
Culpabilis cujuſdam confeſſarii: c. 7. n. 2.
Invincibilis, quibus caſibus admittitur quamvis munus incumbat ſciendi ex officio: c. 8. n. 8.
Quæ diligentiæ ut talis ſupponatur. ibi.
Signa ut judicetur craſſa: c. 14. n. 14.
Exul qualibet, præcipuè à miniſtris Eccleſiæ: c. 15. n. 5.
Non excuſat à reſtitutione: c. 26. n. 11.
Caſus de ſtupro occulto: n. 10.
Sola invincibilis excuſat à peccato: c. 32. n. 9.

Immunitas.

ECcleſiaſtica principaliter favet Eccleſiæ, minus principaliter perſonæ: c. 1. n. 5.
Favet in reos liberandos: c. 24. n. 4.
Providentia judicum ne frangatur. ibi.
Quando, & quas inter perſonas Eccleſiaſticas ſuffragat ex dicto privilegio fori: c. 36. n. 5. & 6.
Tria, ut quis illa faveatur: n. 10.
De ordinatis in minoribus & de equitibus ordinum militarium. ibi.

Inditia.

QUalia vehementia: c. 45. n. 4.
Numerus & diviſio inditiorum. ibi.
In Aragoniæ regno indubitata ſufficiunt ut imponatur reo pæna ordinaria. ibi.
Signa & circumſtantiæ ad indicia urgentia, vel neceſſaria: n. 5.
Vicem teſtis qualiter gerunt. ibi.
Refraganda, quæ, & qua via. ibi.
Aliquando plus quam ſemiplenam faciunt probationem: n. 6.
Ad interlocutoriam ſententiam proxima abundant indicia. ibi.
In cauſis cedentibus ad divinam gloriam indubitata ad diffinitivam ſunt. ibi.

Individuum.

Conſpice Vagum individuum.

Infamis.

NUllus tenetur eam ſibi imputare: c. 11. n. 1.
Ex ſententia judic alı privare aliquem majori bono eum infamat: c. 22. n. 5.
Bona fides qualiter illam vitat: c. 28. n. 6.

Infidelis.

SUbditus Diæceſano, qualiter: c. 16. n. 1.
In non baptizatum voluntariè non aſſertivam exercet Eccleſia jurisdictionem. ibi

Inhabilitas.

INcurritur etſi præcedat bona fides aut ignorantia invincibilis: c. 5. n. 13.
Diſtinctio pænarum quæ dicuntur puræ ab illa: n. 3.
Defectus notitiæ non excuſat ut incurratur. ibi.
Quid reſpicit inhabilitas: n. 14.
A puris pænis, quo differt: c. 25. n. 8. & c. 45. n. 4.

Inhibitio.

Vide Forum.

Injuria.

Recognoſce Vindicta.

Intentio

INdifferentia ejus quo pacto immunem educit à peccato: c. 37. n. 6.
Diverſæ ſignificationes vocis, *intentio*: c. 5. n. 7.
Pariter requiritur in Sacerdote ad conſecrationem, ac in contrahente ad matrimonium: n. 8.
Ad validitatem ſacramenti non ſufficit habitualis, nec interpretativa. ibi.
Diviſio ejus in virtualem, & actualem: n. 9.
An intentio in cauſa dicenda interpretativa. ibi.
Quo pacto influat meritum, aut demeritum: n. 9.
De intentione indirectè procedente: n. 10.
Miniſtri intentio, quo pacto ad ſacramentum. ibi.
Inefficax, vaga, impotens ad validitatem: n. 11.
Hanc vocare determinatam, chimera: n. 11.
Si variari poſſit nuſquam ſecura: c. 11. n. 10.
Notandum de intentione efficaci, & inefficaci: ibi.
Intentio merè permiſſiva, nuſquam in præjudicium: c. 28. n. 6.

Interruptio.

Conſpice Miſſa.

Inventa.

LEgitimum dominium de caſualiter inventis: c. 12. n. 5.
Quando pauperibus erroganda: n. 8.
Duplex genus inventorum. ibi.
Merè depoſitarius eorum, quo aſtringitur: n. 9.
De quibus inventis attendendæ locorum leges. ibi.
Caſualiter in domo propria inventa, quandoque domeſticorum: n. 10.
Jacob, & filiorum ipſius exempla penes caſualiter inventa: c. 12. n. 11. & 12.
Onus de illis reſtituendis: n. 12.
Vide S. Nicolaus.

S. Ioannes Evangeliſta.

SPonſus in matrimonio rato, & Virgo in nuptiis Canna: c. 25. n. 11.

Ira.

Conſpice Vindicta;

Irregularitas.

QUando per conſilium incurritur: c. 11. n. 1.
Diſcrimen hujus prout gerit vicem imperii: n. 3.
Ex cauſa per accidens, illa non incurritur: n. 4.
Et contrahitur actu peccaminoſo, & meritorio. ibi.

Iudex.

QUaliter ſe geret cum reo ut ei pænam imponat: c. 11. n. 1.
Sine poteſtate operans, intruſus: n. 3.
Repugnante jure, juriſdictione caret: ibi.
Deponendus ignarus de ſuo officio: n. 3.
Contra propriam ſcientiam & conſcientiam an teneatur aliquando judicare: c. 13. n. 5.
Cui opinioni conformari tenetur. ibi.
Diſcrimen judicis ab advocato: ibi.
Quando tenetur renunciare officium, ne inculpabilis peccat: n. 7.
Pariter obligatur abſolvere inculpabilem, ac condemnare delinquentem. ibi.
In quo convenit cum miniſtro ſacramenti pænitentiæ: n. 8.
Iterare tenetur teſtium examen. n. 12.
Præciſus ſcopus ejus in proceſſu: c. 16. n. 7.
Quando tenetur dare reo tempus in pænitentiam: c. 17. n. 2.
Promittens ſe non puniturum reum ad quid aſtringitur: c. 17. n. 13.
Officio functus ex ſententia, nec pænam augere poteſt, nec minuere: c. 24. n. 3.
Peccat mortaliter interrogans juridicè confeſſarium de his quæ tenet hic ſub ſigillo: c. 34. n. 8.
Terreat, non torreat: c. 24. n. 14.
Media unde negabit, aut non, reo abſolutionem: n. 13.
Nequit ſententiam diffinitivam pronunciare ſi iſtam cauſam accipere nequit: c. 45. n. 7.
Quando procedit autoritate publica, aut privata. ibi.
Diſcrimen pænarum corporalium, à ſpiritualibus: n. 11.
Prudenter procedat judex. ibi.
Media unde commutabit, augebit, vel minuet delinquentium pænas. ibi.
Regularis judex potius intendat medelam, quam afflictionem. ibi.
Inhibitus judex ſi non ſe ſuſpendat, intruſus cenſetur: c. 48. n. 7.

Iuramentum.

ILlicitum ſine intentione jurandi: c. 17. n. 7.
Non obligat in præjudicium majoris boni: c. 21. n. 2. c. 5. n. 4.
Nec reſultans in damnum cujuſvis: c. 21. n. 4.
Fractum præter onus conſcientiæ, de linea pænæ: n. 7.
Quo pacto ſi frangitur perjurio non invalidat contractum: n. 8.
Juramenti firmitas, unde, n. 1.
Ex metu extortum, à quo non obligat: n. 12.
Servandum ob divinam reverentiam. ibi.
Conferentia obligationis ortæ ab eo ac a voto & præcepto n. 13.
Quando includit implicitam promiſſionem: c. 5. n. 4.
Obligat quamquam non determinetur perſona. ibi.
Diffinitio juramenti: c. 16. n. 1.
Bifariam in eo invocatur teſtis, Deus. ibi.
Motiva, ut interponatur. ibi.
Aſſertorium unum, promiſſorium alterum. ibi.
Coactum, in quo ſtat. ibi.
Diſpenſabilia quæque juramenta. ibi.
Valida ne: ſi fiant contra tenorem legum civilium. ibi.
Proſpicere debent aliquam virtutem: n. 2.
Etiamſi vexatio occurrat. ibi.
De juramento nullo, ad quid petenda diſpenſatio. ibi.
Juramentum Franciſcani factum latroni. ibi.
Ob irreverentiam Deo illatam: gravis juge culpa: n. 5.
Jurare mendacium peccatum ſemper. ibi.
Quamquã fiat ex metu obligat ad quod obligat juſjurandum. ibi.
Nec diſtinctè promiſſorium, ac aſſertorium: n. 6.
Triplici via fit animo ficto. ibi.
Frequenter juramentum à politica, conditionatum: n. 8.
In redimendam vexationem, tacitam tenet conditionem: n. 8.
In melius ſemper commutanda juramenta. ibi.
Nec relaxanda, aut commutanda in præjudicium alicujus: n. 10.

C

Digitized by Google

Teſtatoris juramentum qualiter tranſit ad hæredes: n. 11.
Indiffinita in quoquo juramento exemptione caret: c. 30. n 7.
Ab obligatione, inſeparabile: n. 9.
Promiſſorium non accipit magis, & minus, bene aſſertorium. ibi.
Illud æquivalet voto: n. 9.
Quo pacto relaxanda, commutanda, ſeu diſpenſanda juramenta: ibi.

Iurisprudentia.

UTitur & rectiſſimè præciſionibus metaphiſicis: c. 23. n.6.
Vide Seneca

Ius.

NAturale latè, & ſtrictè ſumitur. c. 1. n. 1.
Radicale manens, uſus impediti quit: c. 7. n. 13.
Jus favens matrimonium conſummatum, plus ratum favet: c. 10. o. 6.
Conveniunt jura ne innocens pereat: c. 11. n. 3.
Exceptiones jura tenent: c. 12. n. 3.
Omnia unum recipiunt ſcopum; ibi.
Inferius eminentiori cedit: c. 13. n. 7.
Diverſimodè judicandi caſus à jure, ac à facto: c. 14. n. 16.
Utens ſuo jure nullum injuriat: c. 17. n. 7.
Quis plebeius ex jure, aut nobilis: c. 10. n. 6.
Significatio dictionum, in jure, *ita* & *tunc*: c. 22. n. 13.
In eo operatur idem privilegium: c. 49. n.
Non idem ejus in ſpe ſuccedendi, aut de jure ſuccedendi: c. 24. o. 3.
Quid jus quæſitum, vel quærendum: ibi.
Similiter reaſſumptum, ſeu reintegratum, ibi.
Pariter in quo ſtant jus extinctum, ſuſpenſum, aut conſopitum. n. 6.

Iuſtitia.

EJus violatio prout commutativa, quale peccatum mortale: c. 7. n. 1.

L.

Laſcivia.

FOrtiorem, in debiliorem & ignavum vertit: c. 10. n. 11.
Vide Hercules.

Latro.

PUblicus, graſſator viarum, quis: c. 17. n. 5.
Ad reſtitutionem tenetur per æquivalens eorum quæ uſu conſumit: c. 22. n. 2.
De promiſſione facta latroni in redimendam vexationem: c. 26. n. 1.
Nec tenetur promittens latroni ſub juraméto ob tacitam conditionem: n. 6.
Numquam titulum, ſeu actionem tenet latro, ut repetat contra jurantem: n. 7.
Ideo exigere numquam licet, & ſi recipiat reſtituere tenetur: ibi.

Legatum.

DAndum fæminis Religionem ingredientibus, inſtitutum pro eis maritandis: c. 10. n. 1.
Diſcrimen in relicto pro certis, ac pro incertis: ibi.
Quid ſi taxetur conſanguineis: ibi.
Nulli præjudicet donatio legati: ibi.
Favorabile ſemper mulieribus, ut religioſæ fiant: n. 2.
Relictum viduæ permanenti, debetur ingredienti religionem. n. 4.
Peccant patroni imponentes gravamen in legato: n. 5.
Diviſio legati in varia membra: n. 6.
Modale dictum, explicatum: ibi.
Contra intentionem legantis, nullus eſt legatarius: ibi.
In conditionalibus, clauſulæ explicatæ: ibi.
Principaliter illa; *Ut conſervetur deſcendentia*: n. 8.
Aut altera, *Dum non ingrediatur Religionem*: n. 8.
Legatarius legitimus, legitimè repetit pro legato: ibi.
Quid in illo de conditionibus habiti, pro non habitis. ibi.
In legato juris præſumptio quid favens cognatos: n. 9.
Plus pium, reſpiciens animam, quam temporalia: ibi.
Notarii, vel Amanuenſis error contra mentem teſtatorum invertit legata: ibi.
Forma qua obtinentur iſta à regularibus; c. 23. n. 2.
Et à Franciſcanis etſi perpetua ſint legata, ex S. Bonaventura; c. 14. n.
Qualiter, non cadit niſi in uſum facti, Religioſo legatum; n. 12.

Lex.

OMnia comprehendit in quibus ejus finis verificatur; c. 9. n. 1.
Conſuetudo illam derrogans, aut ſtabiliens; n. 2.
Quo abrogatur; ibi.
Stante eodem fine legis hæc obligat; c. 5. n. 4.
Illi non oppoſitum, nec huic opponitur; n. 5.
Minor majori cedit; n. 15.
Ceſſante pæna, lex pænalis, non obligat. c. 7. n. 7.
Civiles à juramento aſtringunt judicium conſcientias: c. 11. n. 9.
Aliter reſpiciuntur à judice, ac à legiſlatore: n. 11.
Ab illo indiſpenſabilis, & aliquando ab iſto; n. 11. & 12.
Humanæ leges forum conſcientiæ quando obligant; n. 12.
Et hoc ſive ſit à conſuetudine; c. 12. n. 2.
De præſumptione in legibus; n. 6.
Quæ opponuntur conſcientiæ, leges non ſunt; n. 9.
Divina de non condemnando inculpabili; c. 13. n. 7.
Bona fides, aut fraus, quibus in lege noſcitur; c. 14. n. 16.
Iniqua lex exponens damnationi æternæ; c. 17. n. 1.
Pænalis non extenditur ad non expreſſa; c. 17. n. 6.
Exceptio ut intelligatur extenſa; ibi.
Abuſus non facit legem; n. 10.
Implicitus legiſlatoris conſenſus in conſuetudine; n. 11.
Vita, ut hæc ſit lex requiritur, nempe bona fides; n. 12.
Civilis de duobus poculis exemplificata: n. 6. & 7.
Ratio, anima legis. n. 9.
Municipalis quando prævalet generali; c. 24. o. 2.
Legis ratione ceſſante, ceſſat lex. c. 42. n. 7.
Juri naturali contraria, impia: c. 45. n. 6.
Judicium quo pacto gerendum conſonè ad leges ſcriptas; n. 7.
Conſpice Præceptum.

Libertas.

AD meritum, & demeritum; c. 21. n. 9.
Diviſio ejus indictam, quoad ſpeciem, & quoad exercitium. ibi.
Eminentia liberi arbitrii. ibi.
In omiſſione qualiter ſtat, & aliquæ ſequelæ: ibi.
Expoſita appellata naturalis, ſeu civilis, & moralis: c. 41. n. 5.
Naturalis nuſquam à violentia tollitur; n. 5.
Conſpice Præceptum.

Liber.

NOn approbandus ſi cenſuræ ſubjiciatur; c. 19. n. 12.
Iſtis ſubjicitur quiſquis improbabilia continet; ibi.
Cenſor ſi approbet, incurrit in illas; ibi.

Licentia.

DIſtinctio ejus à beneplacito, & facultate; c. 1. n. 7.
Inaniter petitur, ſi ea opus non eſt; c. 9. n. 5.
De licentia pænitentis penes confeſſarium ſub terminis, reduplicativè, & ſpecificativè: c. 1. n. 5.

Locus.

DEſtinatus in ſumendum habitum regularem: c. 15. n. 5.
Occurrente cauſa variari quit. ibi.
Eventus de fæmina ex bona fide quatuor annos in habitu virili exiſtens in loco monaſterii virorum: ibi.
Publicus locus in adminiſtratione ſacramenti pænitentiæ ſigillum non frangit; ibi.

S. Lucia.

MIrabilis eruendo ſe oculos; c. 32. n. 4.

M.

Malum.

IN vitandum majus quid minus conſulere; c. 17. n. 10.
Reſpectivè bonum in eo conſulitur; n. 12.
Ex neceſſaria electione duorum malorum minus eligendum; ibi.
Peſſimum perpetratum aliud frequenter minat peragendum. c. 17. n. 8.
Quando ſine fraude, minus malum ut bonum reſpectivè, conſulitur; c. 28. n. 3.
Vide Conſilium.

Digitized by Google

Maritus.

SI uxorem occidat in adulterio repertam, an impedimentum criminis incurrat. c. 5. n. 1.
Peccat interficiens eam etiam in fragante delicto inventam. ibi. & c. 17. n. 1. & c. 24. n. 1. & c. 17. n. 1.

Matrimonium.

QUando per ſolemnem profeſſionem diſolvitur. c. 1. n. 4.
A voto ſimplici caſtitatis impeditur, à ſolemni dirimitur. ibi. & c. 4. n. 2.
Sed exceptionem illud tenet, nam aliquando dirimit. c. 21. n. 10.
Quid in illo, matrimonium, contractus, & Sacramentum. c. 4. n. 2.
Dubius an voverit nuſquam dare debitum ad quid tenetur. ibi.
Quando in eo impedimentum publicæ honeſtatis: n. 6.
In quo iſtud conſiſtit. n. 7.
Non datur titulus coloratus ut matrimonium nullum ab eo validetur. ibi.
Quo pacto relinquendus in ſua bona fide ignorans ſui matrimonii impedimentum. n. 8.
Quando illa in malam tranſit. ibi.
Media in illud revalidandum: n. 10. & 11.
In ratificandum matrimonium opus non eſt Parrocho & teſtibus. n. 11. & 14.
Dubitans de validitate ſui matrimonii, an licite petet & dabit debitum. n. 11.
Virum credere teneatur monenti de impedimento. ibi.
Sola copula maritalis abſque conſenſu non validat. n. 13.
De iſto interpretative externo. ibi.
Et de conditione adimpleta in eo. ibi.
Diſſolvitur matrimonium morte, vel poſſeſſione valida. n. 15.
Filii pr[illegible]creati ex matrimonio nullo, in bona fide valida ſpu[illegible] non ſunt. n. 16.
In[illegible]ari de legitimo matrimonio: ibi.
C[illegible] carnalis exiſtens licita, legitimum ſignificat matri[illegible]onium. ibi.
Adulterium in nullo, putato bona fide valide ex conſcientia erronea inculpabile. ibi.
Quando tenentur conjuges revalidare matrimonium: n. 17.
Impedimentum criminis dirimens, aut dumtaxat prohibens. c. 5. n. 1.
Impedimenta inhabilitates, non pœnæ: c. 5. n. 13.
Ætas inæqualis illud non annullat: c. 6. n. 1.
Qualia matrimonia in mundi exordio: ibi.
Inter genitorem, & genitum jure naturæ prohibitum. n. 2.
Et in recta linea quantumcumque remota: n. 3.
Non idem matrimonium nullum, & illegitimum: n. 3.
Illegitimatio perſonarum, unde, ibi.
Diſſuetudine, antiqua ejus impedimenta abrogata: c. 6. n. 9.
Impotentia naturalis indiſpenſabilis. n. 12.
Quæ ſanguinis participatio irritat matrimonium: n. 13.
Inter lactantem & lactatum nullum oritur impedimentum. ibi.
Doctores affirmantes ultra quartum gradum nullum reſultare impedimentum, nec in recta linea: n. 14.

Alia de Matrimonio.

APud Hiberniam conſuetudo contrahendi matrimonia: c. 7. n. 8.
Non tenentur uxorati generationi filiorum attendere cum ruina evidenti ſalutis aut mortis: n.
Cur ſponſalia illud non dirimunt. ibi.
Nec præciſa ſterilitas, secluſa impotentia: c. 32. n. 1.
An à profeſſione nulla invalidetur: c. 42. n. 3.
Nihil de eo declaravit Eccleſia: n. 4
Filius procreatus ex matrimonio nullo in mala fide hæreditatis incapax. n. 4.
Notatiuncula penes cohabitationem in matrimonio nullo. n. 5.
Virginitas in eo eximium meritum: c. 46. n. 5.

Medicus.

NOn ideo malus, etſi non ſemper ſanet: c. 30. n. 1.
Edictum Pii V. penes Medicos. ibi.
Animæ ſalutem ſatagens laudabilior, Medicus. n. 2.
Infirmitates leves non comprehendit edictum, n. 3. & 4.
Quæ graves cenſentur; ibi.
Juramento Medicorum quando licentiantur in viſitandum: ib.
Pœnæ contra illos non obſervantes edictum Pii V. ibi.
Etſi vi decreti quia non eſt in uſu non aſtringantur à juramento tenentur: n. 7.
In renuentia languentis nolentis confiteri, à præcepto charitatis, licite eum viſitabit: n. 4. & 7.
Dum ſiunt clerici Medici cautelandi de irregularitate: c. 32. n. 11.
Judex in cauſa ſanitatis, Medicus: c. 7. n. 9.
Peccat mortaliter ſecretum frangens in damnum proximi: n. 9.
Quando ejus conſilio licite negatur debitum: n. 13.
Noſcens ex partu puerperam morituram, quid agere tenetur: n. 14.
Ejus conſilio utendum, an vires ſufficiant in voti adimpletionem: c. 8. n. 15.
Duorum Medicorum ſententiæ damnatæ circa tempus animationis fœtus: c. 14. n. 2.
Qualiter procedet in mulieris gravidæ infirmæ ad ejus vitam conſervandam: n. 10.

Membrum.

NUmerandum quale in teſticulis: c. 32. n. 4.
Quando licitum amputare à ſe aliquod: ibi.
Sanctæ Luciæ & S. Barnabæ factum: ibi.
Ab hoc quod divina autoritas diſpenſat in membro ſeu vita amputanda, non arguitur id licere creaturæ, velut divino numini. ibi.
Ne totum pereat languens membrum licite ſcinditur: n. 5.
Vide Eunuchus.

Memoria.

IN eam augendam, utrum liceat uti remedio dicto *Anacardina*: c. 32. n. 7.

Mendacium.

INUllo eventu licitum: c. 1. n. 2.
Sine verbis, quando: c. 15. n. 11.
In ſimulatis operibus, quo pacto: ibi.
Verbo, aut facto, non ſilentio, mentitur: n. 5.
Nec divinitus diſpenſabile ut non ſit peccatum: c. 27. n. 1.
Quodlibet mendacium juratum graviſſima Dei irreverentia: n. 3.
Perfectiſſimum, mendacia patienter ſuſtinere: c. 50. n. 7.

Meretrix.

REſtituere quandoque tenetur id quod ex actu meretrico capit: c. 28. n. 1. 2. & 8.
Interpretatio juris de facultate data meretricibus: n. 8.
Qui actus meretrici vendibiles, aut invendibiles: ibi.
Contractus cum meretrice quando validus: ibi.
Non cadit in optionem fœminæ dare poteſtatem licitam in ſui corporis uſum, niſi ſub contractum maritalem: ibi.
In periculo meretrix quando ſe ponit amittendi vitam: ibi.
Fraude meretrix decipiens, tenetur ad reſtitutionem: ibi.
Accipientes pretium à filio familias de bonis caſtrenſibus, vel quaſi, reſtituere non tenetur: n. 11.
Nihil ut illicitum poteſt in pretio ponere: n. 8.
Si accepta injuſte, uſu comſumpſit quo pacto reſtituere, aut non reſtituere teneatur: n. 12.

Miſſa.

Recognoſce Sacrificium Miſſæ, & Conſuetudo Præceptum.

Monachus.

HUjus vocis ſignificatum: c. 33. n. 6.
Novitii, donati, & qui alii, Monachi reductive: ibi.
Diſcrimen converſorum, Laicorum, & oblatorum: ibi.
Conſpice Habitus.

Monialis.

LAborant in conſcientia ſæpe à pravo conſilio: c. 3. n. 4.
Non ſemper virtute jubilei licite eligit confeſſarium. ibi.
Dearum clauſura, præcipue de clariſſis: c. 9. n. 9.
Aliud eſt Monialem regredi, alterum non exire. n. 11.
Votum à quadam de ſilentio perpetuo emiſſum: c. 17. n. 6.
Jure, quæ ſecum fert mutans Monaſterium: c. 13. n. 1.
Quatuor curioſa de eo inquiſita: ibi.
Quædam Confeſſionem nullam peragit cum latrone. c. 41. n. 1.
Reclamans de nullitate ſuæ profeſſionis, qualiter ſequeſtranda c. 42. n. 1.
Etiam juſte reclamans bonis ſpiritualibus privatur: ibi.
Utilia reſultantia Religioni, ejiciendo reclamantem: n. 2.
Quinquennium elapſum, an facultas reclamandi: ibi.
Regularis, & Ordinarius non convenientes in ſententia quid peragendum: n. 2.
Inſtantia reclamantis ut poneretur in libertate: n. 3.
Tragediæ reclamantium ex divina providentia: n. 1. & 4.
Durante appellatione non licet ponere in libertatem eam quæ reclamat: n. 5.
A quoquo loco depoſita, hæc fugiens, Apoſtata: n. 5. & 8.
Numquam audienda, habitum dimittens: n. 8.
Violentata certo non cenſenda, durante proceſſu. ibi.
Reducenda ab utroque conjudice reclamans Apoſtata: n. 9.
Abſolvenda tamen à regulare: n. 10. & 11.
Deducta ſine titulo reclamans, clauſuram violat: c. 43. n. 8. & 9.
Similiter ordinarius ex ſimplici ejus verbo deducens: n. 9.
Cooperatores in id quando clauſuræ fractores: n. 10.
Religionis bona fides penes reclamantem munienda, cautione: n. 11.
Hæc ſolo ſimplici verbo reclamantis non datur: n. 12.
Scrupulus fatuus cujuſdam monialis: c. 45. n. 2.

Digitized by Google

Inſipientia ejus orta ab imprudenti Conſilio : n. 2. & 3.
Conſertur Parabola Chriſti de Virginibus ; n. 8.
Dabilis ne caſus in quo licitum ſit moniali matrimonium ; c. 46. n. 6.
Peccat mortaliter ex voto obedientiæ in non paritione ad ſuam prælatam. c. 46. n. 11.
Dum deficit ei bona fides ; c. 46. n. 11.
Communicant Moniales in privilegiis Religionis ; c. 47. n. 1.
Eis gaudent quæ ſunt de eadem religione etſi aliis ſubjectæ. c. 44. n. 1.
Cui competit miniſtrare Sacramenta Puellis exiſtentibus educationis cauſa inter moniales ; c. 49. n. 2.
Quid de caſuali infirmitate contingente mulieri ſæculari exiſtenti inter moniales. ibi.
Declaratio ſacræ Congregationis penes prædictas puellas ; n. 10.
Eventus de profeſſa, non clarioſſa, exiſtente inter clariſſas ; n. 11.
Fraude mulier clauſuram frangit ſimulans in ea languorem ; n. 12.
Licentiâ Apoſtolicâ indiget Monialis in egreſſum à clauſura ; c. 5. n. 1.
Bulla Pontificia taxativa egreſſum ; n. 2.
Bonum commune Monaſterii , cauſa ſufficiens in Monialem transferendam. ibi.
Similiter ſi vitanda ſit ſeditio gravis , aut intuitu incorrigibilitatis. n. 3. & 5.
Eventus de tranſlatione quarundam Religioſarum ; n. 5.
Incorrigibilitas petit , ne aliter corrigi queat , n. 6.
Exactiſſimum exigit examen de eo ; n. 7.
Ne denigretur Religio , aut vitetur grave ſcandalum ſufficit : n. 7.
In Hiſpania non eſt in uſu indigere licentia Epiſcoporum ad tranſlationem Monialium exemptarum ; n. 8.
Conſonè ad decretum Gregoris XV. quid obſervandum , ubi non eſt revocatum ; c. 47. n. 4.
Vide Sequeſtrum.

Mors.

Quis influxus in eam directus , aut indirectus. c. 17. n. 5.
Diſcrimen mortis illatæ ab ægritudine , ac à violentia. c. 9. n. 8.
Suicidium , quando contigit ; n. 10.
Ad mortis horam, quibus inſtat confeſſionis præceptum ; c. 16. n. 11.
Pariter & de Viatico mandatum ; n. 11.
Baptiſmus , Euchariſtia , Extrema- Unctio , ſucceſſivè Catechumeno adminiſtrata ad mortis horam ; n. 13.
A ſola impænitentia , peccatum finale in ea adulto contingit. c. 17. n. 2.
Nulli in iſta , auxilia ſufficientia , & Angelus Cuſtos deſſiciunt. ibi.
Conſpice Obedientia.

Mulier.

Circa ejus habitum in honeſtum doctrina ; c. 15. n. 1.
Inſeruenda fæminarum ignorantia ; c. 16. n. 7.
Pericula in ejus ornatu in decoro ; c. 17. n. 10.
Mulieris indoles melior , frequenter quam virorum , c. 10. n. 1.
Violenter nupta , *Viva Martyr* ; n. 3.
Sub voce *homo* quando contenta , n. 4. & 6.
Fatua ingerens ſe in eo quod ipſi non incumbit ; n. 6.
Non continet maſculinitatem , qualiter. n. 10.
Præferenda propinquior remotis in paritate hæreditatis. n. 9.
Cur in aliquibus Provinciis ab iſta excluduntur fæminæ. n. 11.
Aliquæ plus hanc augent , ac viri. n. 11. & 12.
Virum ſe fingens, & profeſſionem emittens nulliter profitetur. c. 25. n.
Manens poſtea in ſæculo ſic profeſſa , votis ſimplicibus aſtringitur. ibi.
Recognoſce Occaſio.

N.

Neceſſitas.

Quæ perſonæ in extrema neceſſitate , & quid in ea agendum ; c. 32. n. 5.
Nullius inter Catholicos præſumendus in ea , citra infirmitatem. ibi.
Periculum vitæ in pravi morbo, an extrema neceſſitas. n. 6.
Diſtinctio ejus à gravi, ſeu plebeia ; ibi.
Unde una vel altera noſcitur ; c. 37. n. 6.

Negotium.

Promptè urgens , qualiter diſponendum ; c. 50. n. 3.

S. Nicolaus.

Mirabile factum hujus antiſtitis in vitanda peccata. c. 12. n. 10.

Niſi.

Dictio exceptiva ; c. 30. n. 12. c. 39. n. 2.
Quid negat , vel affirmat , c. 30. n. 12.

Novitius

Suffragatus à Bulla cruciatæ. c. 3. n. 7.
Quando aſtringi poteſt in Obſervantiam eorum adquæ profeſſi tenentur. n. 7.
Non meræ ſæculares ; c. 3. n. 15.
Juriſdictio Prælati regularis in eum , ibi.
Uſque ad profeſſionem hæreditatis capax ; c. 22. n. 10.
Quid ingrediendo , aut mutando Religionem , penes Noviciatum. ibi.
Neceſſarium Noviciatum , etiam quoad Ordines militares. n. 9.
Privilegium Pii V. circa Dominicanos Novitas , quoſcunque alterius Ordinis Novitios ſuffragat. n. 12.
Talis profeſſio in mortis articulo conditionata , & qualiter valida. n. 13.
Ejuſdem tenoris facultas profitendi Novitium moribundum , ac in lucrandam Indulgentiam tunc ei conceſſam. ibi.
Reductivè perſona Eccleſiaſtica Novitius , c. 36. n. 1.
De eo qui vitam claudit inter cognatos ; n. 12.
Recognoſce Profeſſio.

O.

Obedientia.

Diviſio ejus in generalem , & ſpecialem ; c. 36. n. 3.
In dubio cogi poteſt ſubditus obedire Prælato. c. 45. n. 10.
Eodem pacto ex voto obedientiæ ac Religioſi tenentur Moniales parere ; n. 10.
Impariter ſtatuta Religionis decernunt pænas contra inobedientes. ibi.

Obex.

Eo poſito ſit nullum Sacramentum pænitentiæ. c. 3. n. 3.
Inobedientia ſubditi in re gravi qualiter obex. n. 7.
Nullum ponitur ad gratiam expeccatum veniale. c. 7. n. 12.
Non repetenda confeſſio , neque ſit communio ſacrilega iſta non poſito. ibi.
Nec ponitur , dum operatur ex opinione probabili. ibi.
Mortale non remiſſum ſemper obex ad gratiam c. 33. n. 11.
Poni ne poſſit aliquando ex omiſſione confeſſionis de veniali ; n. 12.

Obligatio.

Dum occurrit major , ceſſat minor. c. 1. n. 2.
Quæ realis oritur à juramento ; c. 21. n. 11.
Qualis tranſit ad hæredes. ibi.
Diſtinctio perſonalis obligationis , à reali , n. 11.
Nullus obligatur ab inchoato contractu ; n. 12.
Perſonalis ſiſtit , non tranſit. c. 26. n. 10.
Ad eam quæ dignitati annectitur obligantur ſucceſſores. c. 26. n. 11.
Obligatio Phiſica perſonalis , moraliter realis eſſe poteſt. n. 12.
Sacra vota de obligatione perſonali. ibi.

Obſtetrix.

Conſpice Baptiſmus.

Occaſio.

Proxima peccandi nulli licet ; c. 17. n. 11.
Conſulens minus malum non ponit in occaſionem illud exequendi ; n. 12.
Semper peccatum , proximam tenere occaſionem peccandi. c. 28. n. 6.
Utilitas temporalis nulla in eam tenendam. c. 30. n. 2.
Nec licita pro bono ſpirituali proximi ; ibi.
Quamquam Concubina concubinatio neceſſaria illicet eam tenere. n. 5.
De formis illa facta aut infirma non ideo vitatur occaſio proxima. n. 6.
Cautè legendi poſt Bullam Alexandri VII. aliqui penes occaſionem proximam. n. 5.
Præcipuè poſt damnatas ab Innocentio XI. propoſitiones. ibi.

Omiſſio

Conſpice Optio . libertas peccatum.

Opinio.

Quæ de probabilibus eligenda. c. 2. n. 13.
Et quid concurrens una favens Sacramento , altera pænitenti. ibi.
In occurrentia ſi opponatur opinio pænitentis confeſſarii opinioni cui tenetur ille conformari. c. 34. n. 7. c. 38. n. 12.
Non licet amplecti probabilem relicta probabiliori in conficiendis Sacramentis. c. 3. n. 3.
Nec practicabilis poſt decretum Innocentii XI. ea de confeſſario reprobato injuſtè , c. 3. n. 16.
Uſus opinionum in adminiſtrandis Sacramentis : n. 17.
An aliqua ab autoritate ſolùm tueri queat , c. 46. n. 14.

In ſedendas conſcientias utendum opinione probabili.c.5.n.4.
Quid juxta eam in uxoricidio ut dirimat matrimonium. n. 5.
Licitè operatur ſecundum opinionem probabilem, ſi probabilis in te maneat, n. 15.
Quaque probabilitate vera, on ficta utendum in liberandum à peccato, aut à cenſura. c.n9.n.5.
Nullus inclinatur in eam opinionem quam impugnat. ſn. 2.
Circunſtantiæ ad utendum opinione probabili; c. 14. n. 4.
Communis Doctorum quæ dicitur oppoſita; n. 5.
Prohibita, omni probabilitate caret; ibi.
Uſus opinionis probabilis in quo, c. 19. n. 6.
Dum non damnatur ſententia quando probabilitatem non amittit. n. 6.
Speculativè probabilis, practicè probabilis eſſe debet. n. 9. c. 33. n. 7.
Nulla probabilis oppoſita juri manifeſto. c. 9. n. 7.
Diſcrimen opinandi in his quæ procedunt à jure, aut à facto. n. 7.
Intelligibile dabilem opinionem probabilem ſpeculative, & practice improbabilem, c. 33. n.4. & 5. ſed explicatur.n.7.
Jam non licet uti opinione de conſuetudine peccandi ſeu recidentia non aperienda in confeſſione. n. 6.
Contrariè operantes probabiliter, licitè operantur. n. 3.
Definitio opinionis probabilis. ibi.
Eam non conſtituit ſcriptorum numerus pro ipſa. n. 7.
Exemplificata in circunſtantiis. n. 4.
Talis opinio quale fundamentum cui innititur. c.39. n.1.
Conſcientia erronea tollit probabilitatem; c. 45. n. 8.
Quale gravius id, aut non obedire, ibi.
Opinio probabilis abſtractè ſumpta quæ; c.39. n.13.
Probabilitas negativa. & poſitiva ex dubio poſitivo, & negativo, ibi.
Prohibita à Papa opinio, nec in bona fide tutè tuetur. n. 12.
Non tollitur probabilitas ab hoc quod in Religione præcipiatur nullum de ſubditis eam tenere. ibi.
In facti contingentia, quid licet ab opinione probabili. c. 46. n. 8.
Bona fides quando excuſat à peccato in illa. c. 46. n. 10.

Optio.

COmpatitur libera antecedens, & neceſſitata ut conſequens. c. 4. n. 17.
Non cadit licitè ſub ea res, ſi periculum peccati inſit. c. 7. n. 15.
Effectus ſecutus ex omiſſione ab optione poteſt eſſe vel culpabilis, vel imputabilis ſolum; c. 38. n. 6.
Optio in pura omiſſione, interpretativus actus, appellatus à Scoto actus remiſſus; n. 9.

Oratio.

VOcalis, actus mixtus de interno & externo; c. 14. n. 7.
Genuina explicatio orationis Dominicæ: *Pater noſter*; n. 10.
Senſus Verborum; *Dimitte nobis debita noſtra*. n. 9.
Sanctus Auguſtinus & alii penes eam orationem n. 11.
Obſervantia in Oratione Dominica de plurali. ibi.
Mens Angelici Doctoris interpretata in ea; n. 12.
Quando nomine proprio, vel Eccleſiæ nomine profertur. ibi.
Paritas de Oratione Dominica ſumpta ab abſolutione Sacramentali; n. 13.

P.

Papa.

QUando diſpenſat aut qualiter in his quæ ſunt de jure divino: c. 1. n. 4.
Non poteſt diſpenſare confeſſionis Sacramentalis ſigillum; c. 2 n. 10.
Quæ pendent ab illo ut exiſtant; n. 17.
Dupliciter loquitur, & quando interpretativè: ibi.
Diſpenſare valet ſororem maritantiam fratri: c.6. n.5.
Et in clauſura Monialium: c. 9. n. 8.
Quæ declarant authenticæ, vim legis tenent; c. 1. n. 17.
Et ſi authentica non ſit declaratio, verum eſt quod ſentit; c. 11. n. 9.
Extinguere poteſt Religionem, à ſe, vel ab altero approbatam; c. 22. n. 4.
Narratio de decretis Pontificum penes Religionem ſcholæ pici. ibi.
In quibus nequit errare; c. 29. n. 5.
Nullum ejus præceptum veritati quit opponi; c. 30. n. 3.
Quæ delegare valet, & quæ non; c. 47. n. 5.
Explicat, determinat, & decidit quodcumque ambiguum; c. 50. n. 12.

Parrochus.

ZElus ejus laudandus nolens Viaticum defferre publico concubinario, non ablata proxima occaſione: c.3.n.10.
Prudens dum expectat tempus ad fructuoſam Sacramenti adminiſtrationem: n. 12.
Parrocho inhibitus ingreſſus in Monialium clauſura: c. 49. n. 1.
A quo licentiandus, ſi ratione officii incumbat ingreſſus.n.2.
Parrochus proprius quis in adminiſtranda Sacramenta& ſepeliendum cadaver. n. 3.
Matrimonium quando validum, celebratum coram alieno Parrochio. n. 5.
Tempus in quo ipſi debetur quarta funeralis. n. 7.
Caſus de quodam frangente clauſuram: n. 12.

Pater.

TEnetur omnia vitare damna filiorum. c. 4. n. 17.
Prudens, objurgans domeſticum; c. 1. n. 2.
Honor exhibendus ei ex quarto Decalogi præcepto. c. 6. n. 4.
Quid minuit, vel conciliat illi venerationem: n. 5.
Ne nimis incommodetur aſtringitur filius, aut Religioſum non fieri, vel Novitius exiſtens dimittere habitum: c. 10. n. 10.
Documentum parentibus pro maritandis filiis. c. 10. n. 10.
Quando præferenda Monarchiæ conſervatio genitorum vitæ: c. 14. n. 10.
Increpare poteſt filium de injuſtè datis, ſed qualiter hic non dabit invalidè. c. 28. n. 7.
Frater dedignatur fratrem vocare, nequaquam Pater filium. ibi.
Obligatur Pater ad alimenta præſtanda filiis concubinarum; c. 30. n. 11.
Id debet diſponere vitans periculum, ſeu occaſionem proximam peccandi. ibi.
Quod facillimè diſponere quit, ibi.

Patria poteſtas.

NOn eſt in Matre etiam vidua: c. 28. n. 1.
In ſtatu Innocentiæ, genitrices patria decorarentur poteſtate, n. 2.
Sic Deipara eam tenuit penes Chriſtum Dominum. ibi.

Paupertas.

REligioſa in uſu ſimplici, ſeu facti: c. 22. n. 1.
Dicta voluntaria, diſtincta à plebeia. ibi.
Utraque magis, & minus accipit: n. 3.

Peccatum.

NUſquam licitum, nec minimum veniale: c. 11. n. 2.
Originale quando contrahitur à ſobole. c. 14. n. 3.
Quale publicum, aut occultum. c. 15. n. 2.
Pejus quam infamia: n. 3.
Non licet cōmitti nec minimum veniale etiam ut patria liberetur: n. 3. c. 38. n. 12.
Quatuor gradus publici, aut occulti peccati. c. 15. n. 3.
Ex finali macula mortali ſolummodo quis damnatur in orco: c. 15. n. 15.
Duo media ut vitentur peccata: n. 15.
A nullo prætextantur licitè ut ſint peracta: c. 17. n. 12. c. 17. n. 8.
Ab indirectè voluntario quando oritur peccatum: c. 21. n. 5.
A Nativitate contractum in foro contentioſo non punitur. c. 15. n. 8.
Omnia Venialia non poſſunt unum conſtituere mortale. c. 27. n. 2.
Propoſitum committendi omnia venialia præciſo contemptu, vel periculo incidendi in mortale, hoc eſſe nequit. ibi.
Qualiter id contingit ab erronea conſcientia. ibi.
Aliud tranſire peccatum, alterum conſtitui: ibi.
Circunſtantiæ unde fit tranſitus: n. 3.
Contrapoſitio de merito ad peccatum, ibi.
Exemplificatio ex Logica difficultate, utrum ſcientia ſit ſimplex qualitas: n. 4. & 5.
Venialia diviſim extendentia ad unum componendum, tranſeunt in mortale: c. 27. n. 6.
Peccatorum gravitas extenſiva, ſeu extrinſeca, ſive intenſiva, aut intrinſeca: ibi.
Quo pacto veniale, & mortale ejuſdem ſpeciei in genere naturæ, & moris: ibi.
Regula ad judicium ferendum de tranſitu venialis in mortale. n. 8.
Continuatio actuum tacita, vel expreſſa. ibi.
A conſcientia erronea. levis tranſgreſſio fit mortale: n. 12.
Unde illa oritur in peccato: ibi.
Non idem mortaliter peccare, & in cenſuras incurrere. c.30. n. 8.
Mortale, & Veniale ratione offenſæ non ejuſdem generis, aut rationis: c. 33. n. 12.
Circunſtantia ex ſe ſolum aggravans tranſire poteſt in eam quæ mutet ſpeciem: c. 34. n. 9.
Præcipuè ponens in proxima peccandi occaſione. ibi.
Unde cognoſcenda diſtinctio peccatorum ſpecifica, aut individualis: c. 37. n. 12.
Ex inſtantia de ſpecifica diſtinctione motus circularis, aut re

Digitized by Google

cti, punctum expoſitum. ibi.
Quid dum multiplicantur præcepta de eadem re. ibi.
Remotum, aut proximum periculum incidendi in peccatum, quale: c. 38. n. 7.
Prænotum periculum dum quæritur peccatum: n. 9.
Impoſſibilitas moralis excuſat à peccato; n. 10.
Procedens, & probans bona fide ſe geſſiſſe non peccat: n. 12.
Quædam peccata genere deferunt, ſpecie alia, in quem ſenſum: c. 33. n. 1.
Peccata ſunt materia circa quam Sacramentorum Baptiſmi, & Pœnitentiæ, ſed diverſimode: n. 2.
Dubia peccata, ſe ſola inſufficientia ad ſacramentum Pœnitentiæ: ibi.
Subjectum clavibus Eccleſiæ quod peccatum: n. 3.
Non quia majori plectitur pæna temporali peccatum eo gravius cenſendum: c. 39. n. 8.

Pictura.

DIſcrimen ejus quæ provocat ad vitia, ac devotionem influit: c. 37. n. 1.
In iſta animæ profectus, ruina in illa: ibi.
Edictum ſancti officii contra picturas inſolitas, & earum ab Vrbano VIII. prohibitio: ibi.
Solicitudo Gentilium Imperatorum ſuis edictis non permittentium tales picturas; n. 2.
Ratio naturalis dictat ab eis fugiendum: ibi.
Triplex pingendi modus: ibi.
Extrema neceſſitas pictoris ſolum excuſabit ſi pretio eas pingat: ibi.
Imagines turpes objective in occaſionem peccandi proximam ponunt; n. 3.
Picturæ, Ruſticorum calendarium; ibi.
Quæ Sanctorum ſunt, aut Noviſſimorum, vicem gerunt gratiæ externæ protectionis: n. 4.
Quo non peccabit Pictor juveni concubinæ imaginem depingens: ibi.
Ex præciſa, & formali delineatione imaginis ſcandalum non oritur. ibi.
Actus indiferens quis in pictura: n. 5.
Mera curioſitas experiendi quam peritiam pertingit ars, aut artifex non excuſat à peccato in pictura obſcena; n. 5. & 6.
Quando Pictor conſentit, & cooperatur petenti exemptione imaginem: n. 6.
Zelus perfectior ſatagens depingit eas, quæ Sanctorum ſunt: n. 7.
Et ſcandalum ſollicitari obſcenas depingi: ibi.
Sanctæ Magdalenæ pænitentis pictura meretricem convertit: ibi.
Indulgentiæ pro retinentibus Sanctorum Imagines: ibi.
Id arguit juſtam cenſuram in vitandas obſcenas: n. 8.
Plus provocare dicitur iſtas, ac mulierem depapillatam: n. 10.

Pæna.

Recognoſce Peccatum.

Pœnitentia. Pœnitens.

NUnquam coartandus loqui de iis quæ ſub ſigillo poſuit: c. 1. n. 7.
Ex ſententia probabili quod licentiare poſſit confeſſarium, id in ſcriptis non faciat: n. 10.
Nec in minimo præjudicandus à Sacramento Pænitentiæ. n. 14.
Conſone ad Scotum independens ab illo confeſſionis ſigillum; c. 2. n. 2.
Parvi pendens Pænitentiæ Sacramentum ſuſpectus de fide, & puniendus à Sancto Officio: n. 5.
Temerarius quis, in peculiarem alterum finem abutitur illo: n. 10.
Quando abſolvi poteſt à ſimplici Sacerdote pænitens: c. 9. n. 1.
Cum jactura famæ nulli obligat confeſſio: ibi.
Maxima pænitenti reſultant bona: n. 13.
Et aliquando prefertur innocenti; ibi.
Majus capit ex contritione emolumentum. n. 14.
Nulla rubigine quatiiur à præteritis culpis. ibi.
Clementior divina pietas erga pænitentem: n. 13.
Quo tempore obligatur præcepto contritionis, c. 15. n. 14.
Æque confiteri & conterere debet: c. 17. n. 6.
Non ſatisfacit præcepto Eccleſiæ confeſſione ſacrilega. c. 30. n. 2.
Bene, valida, & informi. ibi.
Etiam ſic quando per eum non ſtetit, niſi per miniſtrum nullitas. ibi.
Recognoſce Sacramentum.

Pollutio.

NUſquam licet voluntaria, etiam in vitæ incolumitatem. c. 14. n. 10.
Quomodo præterintencionalis, inculpabilis. n. 12.

Poſſeſſor.

BOnæ fidei licite retinet, & utitur rebus quæ tenet: c. 4. n. 11.
Si mala ſit fides, reſtituere tenetur. ibi.

Præceptum.

AFfirmativum obligat ſemper, & pro ſemper; c. 7. n. 2.
Quæ majoi perfectio in eo, quod eſt de diligendo inimico. c. 24. n. 8.
Præcepta compatibilia operibus conſilii: n. 8.
Exemplificatum in jejunio de pane & aqua: ibi.
Non ſatisfacit Eccleſiaſtico præcepto de audienda miſſa qui integram ab eodem ſacerdote non audit: c. 27. n. 1.
Prohibens unum, quo pacto alterum prohibet: n. 2.
In fraudem ejus ponens cauſam fractione, peccat. c. 38. n. 2.
Mediis licitis, non illicitum ab obligatione ejus fugere: ibi.
Si illicita ſint media peccabit fugiens ita. ibi.
Præcepta, ſicut & leges pariter ſe gerunt ne doloſum faveant. n. 3.
Præviſum aut cautelatum impedimentum quando ſine fraude præcepti, aut legis, n. 3.
Quando tenemur illud tollere, ne iſtæ frangantur. n: 4. & 5.
Eadem ratione movente ad plura præcepta, ſeu leges in omnia utrumque extenditur: c. 39. n. 5.
Parvitas materiæ quæ aut gravis cenſenda ex mẽte præcipientis ſeu legiſlatoris: n. 7.
Expoſita juris regula: ***quod Principi placet præcepti ſeu legis habet tenorem.*** ibi.
De Eccleſiaſticis dum præcipiunt, ſeu leges condunt, notaciuncula penes rem gravem aut levem. n. 8.
Solus Deus poteſt obligare in materia levi ad mortale. ibi.
Præceptum, ſeu Lex civilis, dum in eis interponitur approbatio apoſtolica Eccleſiaſticos reſpiciunt; n. 5.
Non licet præceptum ſeu lex, bono communi oppoſita: n. 7.
Ut unum, & alterum non obliget nolentem acceptare, proteſtandum, vel appellandum tempore opportuno: n. 8.
Præcepta, ſeu leges Imperatoriæ eminentiores non ſunt quam municipales regnorum: n. 9.
Cur in his non uniformia ſtatuta; n. 10.
Quod eſt præter, nec legem, nec præceptum frangit: n. 12.
Illa, & iſtud faveant potius reo, quam actori. ibi.
In concurrentia oppoſitorum præceptorum, ſeu legum, eminentius prævalet: n. 8.
Pænale præceptum, ſicut & lex, reſtringendum: c. 41. n. 3.
In utroque ſi unius ſeu alterius ceſſat ratio motiva, & ambo ceſſant: c. 42. n. 7.
Non grammaticalis verborum conſtructio, attendenda, niſi mens præcipientis, ſeu legiſlatoris: ibi.
Unde in illis ſi obligatio conſopita ſit, reviviſcit: c. 47. n. 9.
Media à quibus ſi anullatur, revocatio dignoſcitur: n. 9.
Dum ratione caret præcipiens, ſeu legem imponens nulliter obligat: ibi.

Privilegium.

QUando valet de minori ad majus: c. 3. n. 7.
Oppoſitum voto, non ſuffragat: n. 9.
Ideo incidens feſtum natalis Domini die veneris, nec licet Minoribus non jejunare, nec minimis carnes edere, aut lacticinia. ibi.
Conceſſum dignitati, poſt mortem concedentis durat. c. 3. n. 12.
Numquam cenſetur præſtitum in boni communis ruinam. n. 15.
Qui in privilegiis communicat, eis favendus. c. 16. n. 10.
Quid requiritur ut cenſeantur illa conceſſa. ibi.
Eximunt privilegia ab onere, cum honore: c. 22. n. 5.
Favorabilia quando communia omnibus Religionibus: n. 6.
Territorii privilegium à nativitatis jure, ſeu alias ſuffragat. c. 40. n. 11.
Non omnibus in quibus privilegiamur uti tenemur: c. 48. n. 1.
Aliud in privilegio poſſe, alterum, debere: ibi.
Viſum privilegium in Typographia, non eſt authentice foro intimatum. n. 2.
Non uſus privilegiis privilegiatum non præjudicat: n. 10.
In diſpendium, nuſquam conceditur: ibi.
Quæ privilegia cadunt ſub optione priviligiati. ibi.
Diſcrimen eorum quæ conceduntur communitati, vel perſonæ particulari: n. 11.
Quamquam ceſſet cauſa, quando non ceſſat privilegium. ibi.
Quædam de privilegiis notabilia: n. 13.
Explicatus materialis, & formalis uſus illorum. ibi.
Quando inſeparabilis ab eis validitas. ibi.
Diſtinctio privilegii, à diſpenſatione. ibi.
Quod revocatum reviviſcit, vel non: c. 47. n. 9.
Virtualis ſeu interpretativa reviviſcentia: ibi.
Regularium privilegia revocata in Tridentino: c. 50. n. 9.
Non idem præter in privilegiis, ac contra: ibi.
Media quibus acceptata demonſtrantur. n. 10.
Abuſus privilegii præcipua cauſa iſtud amittendi; ibi.
Tripliciter abutitur quis privilegiis: n. 12.
Præcipue ab illo amittuntur: ibi.

Si decurſu temporis reſultant privilegia in damnum concedentis, ſeu privilegiati, revocata cenſenda, ibi.
Advertenda de privilegiis dictis remuneratoriis; ibi.
Privilegium celebrandi in altari portatili conceſſum prædicatoribus, & minoribus nuſquam revocatum; ibi.
Vide Scotus & Regulares.
Reprobare gratiam conceſſam quid. ibi.
Conſuetudo, quoad privilegium celebrandi tres Miſſas die 2. Novembris. c. 40. n. 5.

Prodigus.

IN donationibus, furioſo comparatur; c. 28. n. 9.
Huic libertas deficit naturalis, illi quo pacto moralis; ibi.
Conſpice Promiſſio.

Profeſſio.

INvalida unde valida ex ratificatione; c. 4. n. 11.
Si noſcatur profeſſionis nullitas poſt quinquennium, quibus modis ratificatur; ibi.
In Religione approbata, valida profeſſio matrimonium dirimit; c. 10. n. 4.
Diſcrimen contractus maritalis rati, à conſummato penes eam penes profeſſionem. ibi.
Quæ conditio in legato de nuptu, profeſſionem religioſam non excludit; ibi.
De reclamante, & regrediente poſtea; c. 22. n. 3.
Ratificatio ejus, nec Noviciatum, nec renoviciatum exigit. ibi.
Imo nec ſolemnitatem, etſi nulla præceſſerit, ut validetur. ibi.
De profitente invalidè ex metu, aut ætatis defectu. ibi.
Conſenſus internus ſolus validat profeſſionē nulliter emiſſam; n. 10.
Caſus de Novitio profitente in mortis articulo; n. 11.
Talis profeſſio conditionata; ibi.
Non eatenus nulla profeſſio, & matrimonium, quia fit ſine animo ſe obligandi; c. 26. n. 6.
Dabilis valida coram Deo, & nulla in facie Eccleſiæ, & è contra; n. 4.
Judex probabiliori opinioni tenetur adhærere in declaranda profeſſione valida, aut nulla, n. 5.

Promiſſio.

FIcta jurata in quo ſervanda; c. 4. n. 17.
Sine prævia intentione nulliter fit; c. 5. n. 3.
Numeratur inter ſpecies contractus; ibi.
Non acceptata non cenſetur promiſſio; ibi.
Utrum valida & illicita compaciatur; c. 21. n. 8.
Inchoata non obligat; n. 12.
Quo adæquata conſtituitur; ibi.
Nulla enim illius acceptatio, ſi ea nulla proceſſit. c. 26. n. 3.
Promiſſio prodiga vim non habet obligandi. c. 28. n. 8.
Recognoſce juramentum.

Publicum.

QUid ut tale id cenſeatur. c. 15. n. 3.

Puſillanimitas.

NUllus ab ea ſuffragandus, c n. 10.
Eo quia ſemper, aut veniale aut mortale eſt, ibi.

Q.

Quarta funeralis.

Vide Parrochus.

Querimonia.

CUjuſdem Religionis contra ordinarium. c. 43. n. 12.
Sed à Tertuliano per patientiam, mirabilis illius querela. ibi.

Quibusvis, Cuilibet.

HAtum dictionum genuina ſignificatio. c. 16. n. 3.

Quidditas.

REum, ignota nobis. c. 10. n. 6.
Quædam ſunt prædicata qui diſtitiva, generica, altera ſpecifica, alia individualia. c. 10. n. 6.

Quinquennium.

Conſpice Reclamatio.

R.

Ratiabilitio.

QUæ in actibus humanis. c. 8. n. 7.
Antiquum quando ab ea facit formi effectum. ibi.
Unde locum tenet. ibi.
In ſacramentis non admittitur. ibi.

Reclamatio.

CAſus à Portel inductus de quadam reclamante privativè ad Ordinarium attinebat, quia cauſa matrimonialis. c. 43. n. 1.
Quinquennium Tridentini ad reclamandum; n. 2.
Ante quem facienda reclamatio. ibi.
Principalior judex regularis, prout reclamantis Prælatus. ibi.
Inſinuatur à Tridentino quatenus primo regularem deſignat, ibi.
Reclamatio ante ſequeſtrum coram Prælato regulari, & Ordinario facienda, n. 3.
Quibus in caſibus licet poſt quinquennium reclamare idque omittere quoad Prælatum regularem. ibi.
Quinquennium ſupponit non ignorantiam invincibilem, aut legitimum impedimentum ad reclamandum. ibi.
Ante omnia reclamans juramento aſtringendus. ibi.
Clauſula Tridentini in quinquennio favorabilis religioni, non reclamant. ibi.
De beneficio reſtitutionis in integrum. n. 4.
Ex præciſo reclamantis juramento adhuc nihil providendum, ibi.
Quæ, & quot ſervanda, ut legitima ſit reclamatio. ibi.

Regimen.

Paritas de œconomico ad politicum. c. 11. n. 6.

Regula.

JUris expoſita, *Quod ab initio non valet tractu temporis non convaleſcit*: c. 8. n. 7
In ſacramentis ſine ulla exceptione. ibi.
Differentia eorum ac in aliis actibus humanis ibi.
Si voluiſſet expreſſiſſet, expoſitum. c. 10 n. 3.
Regulæ generales ſuas tenent exceptiones; c. 47. n. 3.

Regularis.

IN adminiſtratione ſacramentorum quibus privilegiis ſuffragatur; c. 16. n. 1.
Id fieri debet ſine præjudicio Parrochi. ibi.
Tranſiens in aliam religionem, irritat vota in priori emiſſa; c. 22. n. 4.
Aufert Eccleſia ipſi in eo caſu priorum votorum obligationem. ibi.
Non ſemper expulſi irregulares, aut incapaces ſuccedendi in hæreditatem; n. 5.
Ad quid tenentur in conſcientia expulſi. ibi.
Quando non inhabiles tranſeuntes de una in aliam religionem. ibi.
Unde infames, & incapaces ſuccedendi ad hæreditatem expulſi. n. 6.
Quales manent permanentes in ſæculo. ibi.
Franciſcani expulſi à confeſſionibus, & prædicationibus privantur. ibi.
Cauſam dare in expulſionem, hanc non annullat. ibi.
Quem ſemel expellit religio, non tenetur admittere regredientem; n. 7.
Cui acquirit bona expulſus. ibi.
Diſcrimen expulſi ex juſta, aut injuſta ſententia. ibi.
Quinque dubia de expulſo regredienti, præcipuè de renoviciatione. ibi.
Quando religio revocat admiſſionem præſtitam. n. 10.
A tenore profeſſionis quod jus renunciat regularis. c. 23. n. 1.
Quædam conditio implicita in eo. ibi.
Contractus, quando transfertur regularis de uno in alium Conventum, in quo ſtat; n. 8.
Diſparitas de matrimonio carnali. ibi.
De validè profeſſo & tranſlato, advertentia; n. 10.
Filiatio Religioſorum in Monaſterio ſeu Provincia. n. 1.
Statuta, ſeu conſuetudines ſervandæ de eo in quaque religione. ibi.
Diſtinctio teſtatoris, à Religioſo penes diſtributionem bonorum. ibi.
Tribus modis contingit tranſitus de una in alteram Religionem; n. 2.
Uſus ſimplex, ſeu facti in quoquo regulari de bonis. ibi.
Obligatio manens in regulari ſi à Papa extinguatur religio; c. 25. n. 7.
Votum obedientiæ regularium ſtrictius obligat, quam emiſſum à Clericis; c. 4. n. 7.
Quando illicet ſubdito, mandato ſuperioris ſe opponere. ibi.
Peccat regularis Prælatus, abutens juriſdictione. ibi.
Non ſuffragandi regulares operantes contra regulam, ſeu ſtatuta n. 8.
Iſta nulla, dum non reſpiciunt bonum commune. ibi.
Privilegium Prælatorum regularium in diſpenſandos defectus natalium; c. 47. n. 1.
Eugeniana de eo conceſſa regularibus S. Georgii de allegua, omnes ſuffragat. ibi.
Non uſus unius religionis de privilegio, alteram non præjudicat. ibi.
Recognoſce Profeſſio.

Digitized by Google

Reincidentia.
QUo pacto aperienda à pœnitente in confeſſione : c. 34. n. 1.
Una continua, altera interrupta. ibi.
In peccata actualia, non in originale. ibi.
Solius peccati mortalis reincidentia obicem ponit ad gratiam. ibi.
Circunſtantia ingratitudinis ex illa. n. 2.
Aliud redire peccatum, alterum reincidere in iſtud. ibi.
Senſus comminationis factæ à Chriſto paralitico piſcinæ : n. 3.
Non tenemur in confeſſione explicare reincidentiæ radicem. ibi.
Mortalia ab ea redeunt, quoad maculam, & pœnam. ibi.
Ex contemptu reincidens, noviter peccat : n. 4.
Diſcrimen obligationis declarandi numerum peccatorum, ac reincidentiam : n. 5.
Periclitante validitate ſacramenti, reincidentiam nuſquam licet non declarare : n. 7.
In hac, duplex conſideranda formalitas : n. 8.
Renitentia pœnitentis eam non explicare nolentis, quid in ipſo arguit. ibi.
A reincidentia aliquoties incurritur in irregularitatem, ſeu cenſuras : n. 9.
Expoſita reincidentia terminis ſcholaſticis : n. 10.
Qualiter à confeſſario cogi poteſt pœnitens ut declaret reincidentiam : n. 11.
In conſequentia Joannis Sanctii arguitur de hoc puncto. n. 11.
Non vexat, ſed dirigit pœnitentem confeſſarius cogens reincidentiam declarare : n. 12.
Recognoſce Sacramentum.

Religioſus.
Vide Regularis.

Remedium.
FAlſum, periculis atrocius ; c. 15. n. 12.

Reſtitutio.
IN bona fide perſeverans non obligatur ad reſtitutionem : n. 12.
Sed ſtatim, ac in malam fidem tranſit, reſtituere cogitur. ibi.
Non abſolvendi pœnitentes, quin reſtituant illa quibus gravantur : c. 31. n. 12.
Reſtitutio vaga in quo conſiſtit : c. 12. n. 8.
Poſſeſſor malæ fidei in reſtitutione vaga etiam : c. 28. n. 9.
Quando meretrix reſtituere cogitur : n. 9.
A jure legitimo poſſeſſor obligari nequit ut reſtituat : n. 10.

Revelatio.
DIvina quid, & quibus ſignis talis præſumenda : c. 10. n. 1.
Quæ dicuntur authenticæ approbatæ ab Eccleſia. ibi.
Certitudo infallibilis unde in revelatione privata. ibi.
Dum hæc concurrit, notum alicui faciens ſe juſtificatum, quo pacto tenebitur pœnitentiæ ſacramentum accipere : c. 44. n. 8.
Sæpiſſimè plures revelationem putant divinam, quæ illuſio eſt. n. 10.

Reus.
IMponere ſibi crimen quod non commiſit, an liceat ei ut fugiat tormentum : c. 11. n. 2.
Potens fugere, & non fugiens quomodo non ſe occidit. ibi.
Reo favendum potius, quam actori : n. 3. c. 40. n. 12.
Curator dandus reo minori 25. annorum : c. 11. n. 3.
Si genitorem teneat, hic ejus curator. ibi.
Functio prima juridica penes reum, quæ : n. 4.
Praxis in præbendo curatore, reo minori. ibi.
Dum actuatur proceſſus illicitè illi pœna afficitur : n. 5.
Illegitimè carceratus reſpondere non tenetur in judicio : n. 4.
Non propter quodcumque crimen carcerandus reus : n. 5.
Qualiter catenandus ne fugiat. ibi.
Si jura ſint obſcura in favorem reorum interpretanda : n. 13.
Pœna infligenda minori 14. annorum reo : n. 12.
Quando poteſt in pœnam pecuniariam commutari altera : n. 13.
Ad fiſcum, reorum bona quando pertinent : c. n. 1.
Et de conſcientiæ foro quid procedit. ibi.
Praxis in regno caſtellæ : n. 2.
Publicari bona reorum idem ac confiſcari. ibi.
Pendente appellatione licitum, & validum teſtamentum condit reus. ibi.
In Arragonenſi regno, quæ delicta ſecum ferunt bonorum confiſcationem. ibi.
Omni pupillo reo creatur curator : n. 3.
Liberè diſponit de iis quæ ſua ſunt reus dum vivit etſi inhibeatur à legibus territorii teſtamentum condere : c. 12. n. 5.
An ſpontanea appellanda reorum confeſſio in tormento : n. 10.
Dum hæc ſponte non fit, non terminatur judicium : n. 11.
Triplex diſtinguitur reorum confeſſio dicta judicialis. ibi.
Ut ſe ratificet teneat tempus extra torturam reus : n. 13.
Diſcrimen intentionis virtualis in miniſtro conficiente ſacramentum, ac in reorum confeſſione judiciali : n. 11.
Diſparitas virtualitatis in teſte, ac in reo : n. 12.
Favendus hic in ambiguis : c. 24. n. 3. c. 40. n. 12.
Probabilius quod à venia ſe corriget, quam quod ab ea inſolentiam capiet : c. 2. n. 14.
Promptiora jura in abſolvendum, quam ad reum condemnandum : c. 40. n. 12.
Inculpabilis inventus reus præſumptus non afficiendus ulla pœna. c. 45. n. 12.
Conſpice Judex.

Rubrica.
Vide Miſſæ Sacrificium.

S.

Sacerdos.
DUplex Miſſæ ſacrificium celebrans, unus fugit Taurum, alter permanet in altari : c. 35. n. 1.
Pro licita utriuſque actione, allegationes, n. 2.
Invaſus ad mortem celebrans, licitè miſſam interrumpit : n. 2.
Quo pacto in eo moderamen inculpatæ tutelæ. ibi.
Pro celebrantis receſſu argumenta : n. 3.
Non minus efficatia pro permanente. ibi.
Ad quid tenetur comperiens poſt conſecrationem venenatum calicem : n. 11.
Id ſciens ex divina revelatione, aut confeſſione ſacramentali, qualiter ſe geret. ibi.
Numquam licet Sacerdoti ſibi reſervare ſtipendium pro Miſſæ celebratione ut alter eam celebret : c. 39. n. 10.
Conſpice Sacrificium Miſſæ.

Sacramentum.
PÆnitentiæ validum & informe ; c. 2. n. 3. & c. 27. n. 12. c. 41. n. 15.
Sigillum æquè ac in formato obligat. ibi.
Uſquequaque moraliter permanet ſigillum ; n. 12.
Prudentia confeſſarii in eo gerendo. ibi.
A nullo medio odioſum putandum. ibi.
Odioſum judicaretur conceſſus caſus quo liceret ſigilli fractio. ibi.
Moralis permanentia verborum ſacramentum efficit : c. 4. n. 14.
Succeſſiva ſunt quæcumque peragunt ſeptem ſacramenta. ibi.
Peccatori publico ex ſignis contritionis veræ non negandum : c. 15. n. 7.
Ad mortis horam ex minimo ſigno præbendum : n. 8.
Nuſquam ſimulatio licet in eo conficiendo : n. 14.
Abuti illo gravius peccatum : n. 15.
Illicitum tutiorem opinionem in eo non ſequi : c. 10. n. 2.
Conſenſus requiſitus in recipiendum ſacramentum : c. 29. n. 6.
A qua intentione recipientis pendet receptio. ibi.
Quæ ſacramenta requirunt intentionem formalem, vel virtualem in recipiente : n. 7.
Directio neceſſaria in ſumente : n. 13.
Utens in eo materia dubia peccat mortaliter : c. 33. n. 9. & c. 42. n. 6.
Prudentiæ miniſtri committitur id in ſacramento pœnitentiæ : n. 7.
Quid in judicium ſacramentale validum, & fructuoſum procedat : n. 11.
In adminiſtrandis ſacramentis attẽdendum quod plus proficit, & minus officit : c. 41. n. 6.
Quæ ſacramenta adminiſtrantur à regularibus eorum domeſticis : c. 16. n. 4.
Sacramenta mortuorum quæ. ibi.
Exigentia ſolemnitatis quibus ſacramentis : n. 11.
Qualiter liceat ſacramentum accipere à malo miniſtro : c. 31. n. 4.
Si Simoniacè vendat, quid agendum. ibi. & n. 5.
Ob redemptionem vexationis accipere licebit. ibi.
Labor corporalis compenſandus in ſacramentorum adminiſtratione : n. 5.
Mirifica doctrina in eo : n. 4. & 5.

Sacrificium.
CUrabant valde Gentiles non interrumpere illud : c. 35. n. 1.
Unde arguitur cura de non interrumpendo quod Deo fit. ibi.

Sacrificium Miſſæ.
LEgitima cauſa ut licitè interrumpatur : c. 35. n. 1.
Diſcrimen interrumpendi Officium divinum, & Miſſæ ſacrificium. ibi.
Duodecim motiva ad licitam interruptionem. ibi.
Peccat invertens ordines rubricarum miſſalis in Miſſæ ſacrificio. ibi.

Rubrica

Digitized by Google

Rubrica diſtinguens interruptionem, ante vel poſt conſecrationem : n. 5.
Aſſaſſini metu interrumpit miſſam ſacerdos. ibi.
Mirabile factum Sancti Philippi Neri : n. 6.
Interruptio miſſæ in ſacerrimo miſterio Paroceníe. ibi.
Ante canonem interrumpens non tenetur continuare : n. 7.
Quomodo antecedenter ad canonem incohatum, aut non, miſſæ ſacrificium. ibi.
Tenor rubricæ Miſſalis ne maneat incompletum ſacrificium, Scoti ſententia contra Thomiſtas ; n. 8.
Novem actiones in Miſſæ ſacrificio. ibi.
Quæ eſſentiales, & quæ non ; n. 9.
Sacerdoti non jejuno, quando licet ſumere ſpecies à ſe, vel ab alio conſecratas : n. 9.
Sumptio ſpecierum quo jure requiſita. ibi.
Notaciuncula de fugitivo Sacerdote ; n. 10.
Latino Sacerdoti ne occidatur licet in fermentato conſecrare. ibi.
Interruptio ſacrificii Miſſæ dum reſultat in contemptum pro ſemper illicita. ibi.
Diſtinguendæ Provinciæ ubi contingit interruptio. ibi.
Audiens Miſſæ ſacrificium à non præsbitero ex bona fide ſatisfacit præcepto Eccleſiæ : c. 41. n. 9.
Privilegium de tribus Miſſis celebrandis à Regularibus in Aragoniæ corona : c. 47. n. 5.

Sacrilegium.

ABominabile perpetratum in Sacramento : c. 2. n. 4.
Qualiter committitur, ſi exprobratur perſona vices Dei gerens : c. 2. n. 6.
An iſta circumſtantia ſolum ſit aggravans. ibi.

Sacriſta.

QUidam percutiens Eremitam & appellationem interponens : c. 38. n. 1. & 6.
Imprudentia cujuſdam, claudens joco amentem, & uxoratos in Eccleſia ; c. 29. n. 1.

Sarpus.

EJus volumen examinatum, & reprobatum : c. 17. n. 5.
Contra eum abundat Diana : n. 7.

Scandalum.

ACtivum, unum ; paſſivum alterum : c. 50. n. 7. c. 30. n. 11. c. 37. n. 3.

Scotus.

JUxta ejus mentem explicati termini ; reduplicativè & ſpecificativè : c. 1. n. 6. c. 31. n. 10. c. 47. n. 8.
Ex non penetrata illius mente falſum ipſi imponitur : c. 14. n. 13.
Interpretatur de Juditha loquens ; c. 18. n. 9.
Scribens de ſimulatione mirificus : n. 11.
Mens ejus de peccato Originali : c. 27. n. 12.
Explicatur quod præceptũ de Venialium confeſſione. c. 33. n. 1.
Problematicus manſit penes obligationem declarandi circunſtantias agravantes ; n. 5.
Recenſet privilegium conceſſum Minoribus de altari portatili. c. 50. n. 9.
Nuſquam confeſſionem factam Laico ſacramentalem appellavit : c. 41. n. 8.
Intuere Pænitentia & Sacrificium Miſſæ.

Scrupulus.

IN hos vitandos ; c. 1. n. 15.
In eis petenda diſpenſatio votorum ; c. 27. n. 12.
Deterius animæ ſcrupulis vexat. ibi.

Secretum.

DIviſio ejus in naturalem, & illud quod ſigillo munitur confeſſionis ; c. 1. n. 1.
Frangens ſecretum naturale peccat mortaliter contra juſtitiam. n. 12.
Tenetur reſtituere damna, quiſquis illud frangit. ibi.
Quando ceſſet obligatio ſervandi ſecretum ; c. 2. n. 6.
Secretum cordis niſi Deo revelante ignoſcibile ; c. 14. n. 5.
Bifariam aliquid occultum eſſe poteſt. ibi.
Delictum circa actus internos. ibi.
Triplex claſſis actuum internorum ; n. 6.
Recognoſce ſigillum Medicus.

Semen.

AN attineat ad integritatem corporis ; c. 14. n. 11.
Putridum quando licitè vacuatur ; n. 11.

Seneca.

EJus textus explicatus in ſedandam juriſperitorum querelam : c. 23. n. 6.

Sententia.

COnditionalis juridica juſta, *ſi pars læſa non parcat* : c. 24. n. 3.

Sepultura.

QUando in loco domicilii : c. 5. n. 14.
Diverſitas ſepelliendi infantes, ac adultos ; ibi.

Sequeſtrum.

NOn tollit juriſdictionem ; c. 42. n. 9.
A partium conſenſu qualiter licitum : c. 43. n. 11.
Cautio in ſequeſtro præbenda. ibi.
Significatio vocis *ſequeſtrum* ; n. 1.
Bona comprehendit & perſonas. ibi.
Diſcrimen illius à verbo *apprehendo*. ibi.
Diviſio ipſius in voluntarium ; & involuntarium. ibi.
Subdiviſio ſequeſtri voluntarii. ibi.
Sola qualitate parentum etiam invitis filiis in Arragonia, hi ſequeſtrantur. ibi.
Caſus in quo non præcedente juramento quis ſequeſtratur : n. 5.
Parentes jurare poſſunt pro libertate filiorum ut ſi ſequeſtrentur ibi.
Eventus quidam à Portel relatus in ſequeſtro, non ſignificat reclamationem factam poſt quinquennium ; n. 7.
In re graviſſima de non frangenda clauſura, non leviter providendum ſequeſtrum. ibi.
Imo nec ſine efficaci ratione privandus legitimus poſſeſſor ab uſu ſuæ pacificæ poſſeſſionis ; ibi.
Ideo ſaltem ſemiplena præcedenda probatio ad ſequeſtrum : n. 8.
Tertuliani phraſes profundæ de hac voce ; n. 12.

Sexus.

MAſculinus in odioſis Mulicbrem non continet ; c. 5. n. 1.
Niſi Deo revelante nullus noſcit ſexum ſobolis utero : c. 10. n. 7.
Homicidium æquè perpetratur in utroque ſexu. ibi.
Mulier enim, *homo* eſt ; c. 11. n. 4.
Recognoſce Hermaphrodita, & homo.

Sigillum.

COnfeſſionis, divino, naturali, & poſitivo jure præcipitur : c. 1. n. 1.
Nec Papa in eo diſpenſare quit ; ibi.
In favorem ſacramenti principaliter conceſſum ; n. 3.
Conferentia immunitatis Eccleſiaſticæ cum iſto ; n. 5.
Sub individuo vago peccata confeſſa, an ſigillo muniantur. ibi.
Quæ propriè eo clauduntur : n. 9.
In hujus fractione parvitas materiæ non admittitur. ibi.
In foro contencioſo ſemper pro Sacerdote præſumendum de non fracto ſigillo, dum anceps eſt accuſatio : n. 10.
Quando ceſſat in confeſſario ſigilli obligatio. ibi. & n. 11.
Quid cum ſcriptis licentiatur juxta opinionem probabilem : n. 10.
Quiſquis caſualiter audit pænitentem ad ſigillum tenetur. n. 11.
Sigilli violatio ſpecies ſacrilegii ; n. 13.
Si fiat in contemptum Sacramenti arguit ſuſpectum de fide. ibi.
Et puniendum à Sancto officio. ibi. & n. 14.
Complex manifeſtatus etiam munitur ſigillo ; n. 14.
Minoris momenti eſt omnium temporalium jactura, quam ſigilli fractio ; n. 14.
Peccata manifeſtata in confeſſione non animo ſe accuſandi, an ſub ſigillo : c. 2. n. 1.
Quibus perſonis, & de quibus incumbit ſigilli obligatio : n. 2.
Interpres, & caſualiter inveniens de peccatis ſcripturam eo aſtringitur : n. 2.
Recognoſce Locus.

Simulatio.

URgente fidei catholicæ confeſſione nulla licet : c. 17. n. 2.
Licita aut illicita, quando : n. 6.
In præjudicium Tertii ſemper peccatum : n. 6.
Quæ indifferentia ſunt, ne ulli nocent utiliter quando ſimulantur, ſed ſine ullo mendacio : n. 7.
Scotus de ſimulatione ſubtiliſſimè. ibi.
Davidis ſimulatio mirabilis, & prophetia vocatur ; n. 8.
Aliud in illa fallere, alterum mentiri : n. 9.
Judithæ ſimulatio ponderata : n. 9. & 10.
Jacobi Patriarchæ ſimulatio qualis : n. 11.
Nuſquam licet catholico ſe infidelem ſimulare : n. 12.
Hæreſis tacita infidelitas. ibi.

Societas.

PRavorum depravat : c. 24. n. 2.

Spurius.

DE præsbitero natus, qualiter diſpenſabilis : c. 47. n. 2.
Varia vitia frequenter in ſpuriis. ibi.
De moniali ſpuria : n. 3.
Declaratio ſacræ congregationis penes ſpurios. ibi.
Bulla Gregorii XIV. circa eos diſpenſandos : n. 4.
Eugeniana quoad illos diſpenſandos quo pacto poſt Tridentinum revivixit. ibi.

Status.

Vide Uſus.

Sterilitas.

NOn idem ea laborare, ac ob medicamenta reſultare : c. 46. n. 1.
Propter impotentiam in qua quis ſe ponit irregularis non manet. ibi.
Aliud procurare abortum, alterum conſtitui ex remedio ſterilem ibi.
Plus curandum de incolumitate propria, quam de generis humani propagatione. ibi.
Potentia generativa reſpicit ſpeciem propagandam. ibi.
Quando licet conſentire in caſtrationem. ibi.

Digitized by Google

In herbis & pharmacis virtus non eſt ad extinguendam fœcunditatem : n. 2.
Remedia minuunt, vel juvant, non tolluntradicalem potentiam : n. 3.
Inſtantia de Mandragoris. ibi.
Diviſio impotentiæ qua quis ſterilizatur in naturalem, & caſualem : n. 2.
Magno merito juſti uſu potentiarum ſenſibilium ſe privant : n. 4.
Dum radix permanet, minui potentiam licet mortificationibus : n. 5.
Diſtinctio aptitudinis, à non repugnantia : n. 6.
Aptitudo ſupponitur ablata à ſterilitate. ibi.
Ex identitate cum vegetativa & ſenſitiva, inextinguibilis. n. 7.
Munia harum potentiarum : n. 8.
A profluvio ſanguinis juxta medicos ſterilitas oritur : n. 8.
Et caſtrationi aiunt æquivalere. ibi.
Probrum in lege veteri, ſterilitas : n. 9.
Michol ſecundum Rabbinas ſterilitate punitur : n. 10.
Poculum datum fœminæ in eam, peccatum mortale : c. 14. n. 9.

Stratagema.

IN bello non damnandum : c. 18. n. 9.

Stultiloquium.

QUando munitur ſigillo confeſſionis : c. 1. n. 15.
Inculpabile ab ignorantia procedens : n. 11.
Si à malitia oriatur obicem ponit, & nullum conſtituit ſacramentum. ibi.

Suicidium.

NUnquam licitum : c. 11. n. 2.

Suſpicio.

VIolenta in quo ſtat. c. 15. n. 4.
Quid addit ſupra dubium : n. 5.
Malitioſa quæ : c. 44. n. 12.

Synodus.

MOguntina explicatur : c. 44. n. 12.
Conſpice Concilium.

T.

Taciturnitas.

QUando ponit exceptionem : c. 10. n. 1.
Silentio qualiter arguitur actus merè permiſſivus. c. 28. n. 6.
Conſpice Axioma, unde capies quo pacto taciturnitas arguit conceſſum : c. 47. n. 5.
Qui tacet conſentire videtur, qualiter ſpiritui ſancto applicatur : n. 6.
Ex quo nova difficultas an ſi ſpiritus ſanctus taceat, conſentire videatur : n. 6.
Multum reſpondit, qui nihil reſpondit. ibi.
Quot modis virtualis approbatio conjectatur ex taciturnitate, ſeu ſilentio : n. 7.
In præjudicium ab eo non præſumenda. ibi.
Quando acceptata res à taciturnitate convincitur : n. 8.
Termini ſpecificativè, & reduplicativè in explicationem : ibid.
Quando ponitur exceptio in taciturnitate : c. 10. n. 1. & c. 40. n. 8. & 10.

Tentatio.

QUibus vincitur : c. 32. n. 7.
Fuga ab ea efficatius remedium : n. 8.
Exemplum Angelici Doctoris, inſtructio S. Auguſtini, & S. Ludovici antiſtitis. ibi.

Tertiarii.

SÆculares Franciſcani quando non gaudent privilegio fori : c. 36. n. 9.

Teſtamentum.

ÆQua facultas diſponendi de bonis in morte civili, ac naturali : c. 10. n. 5.
Condi nequit à Religioſo profeſſo niſi de licentia Papæ : c. 9. n. 1. c. 21. n. 3.
Solum revocari poteſt ab illo qui condi aliud valet : c. 9. n. 14.
Religioſus profeſſus capax declarandi teſtamentum conditum ante profeſſionem. ibi.
Epiſcopi diſponunt de inteſtatis : c. 9. n. 2.
Non tenetur quis ullo jure teſtamentum condere : c. 12. n. 1.
In uno regno validum, in altero nullum : n. 3. & c. 21. n. 3.
Semper voluntas teſtatoris atendenda : c. 11. n. 3.
Inteſtatus obiit, qui jure impeditur condere teſtamentum. ibi.
Nihil habens de quo diſponat, teſtandi incapax : c. 16. n. 14.
Dubia teſtamentorum corrigit codicillus : c. 10. n. 3.
Voluntas teſtatoris ut lex privata habenda : n. 9.
Quando de una in aliam lineam tranſit ex teſtatore hæreditas : n. 10.
Deambulatoria, cur à jure nuncupatur teſtatoris voluntas : c. 21. n. 1.
Secundum teſtamentum juratum derogat primũ non juratum. ibi.
Nullum, divino juri repugnans. ibi.
In favorem teſtatoris ferendæ leges civiles. ibi.
Ut melioretur teſtamentum quamquam præcedat juratum alterum licitè conditur : n. 2.
Frequentius expedit non condenda teſtamenta jurata. ibi.
Non idem teſtamentum inſolenne, & nullum : n. 3.
Solemnitas teſtamentorum aliæ intrinſicæ, & quæ adventitiæ : n. 3.
Regulares de licentia Papæ qualiter teſtamenta condunt. ibi.
Diſcrimen teſtamenti aperti, & clauſi : ibi.
Fraudes vivorum vitant teſtamenta. ibi.
Tenor fori regni Aragonum penes ea. ibi.
Valida & inſolemnia, quæ. ibi.
Differentia principis teſtatoris vel hæredis : n. 4.
Validè, non licitè revocatur teſtamentum juratum. ibi.
Codicillus teſtamenti correctivus : n. 5.
Diſcrimen unius, & alterius. ibi.
Privilegium militum in condendis teſtamentis : ibi.
Ab inteſtato obiit, qui ſolo codicillo vitam claudit. ibi.
Teſtatoris voluntas quandoque indirectè declarata : n. 5.
Codicillus ſæpe teſtamenti pars, aut ejus acceſſorium : n. 6.
Quo codicillo revocatur teſtamentum. ibi.
Unde mutat quidditatem codicillus : n. 7.
Codicillaris clauſula quid operatur. ibi.
Liber debet eſſe teſtator antecedenter : n. 9.
Nulla lege conſtituitur irrevocabile teſtamentum juratum : n. 11.
Validitas teſtamenti in unaquaque ſententia : ibid.
Quando quis juſtè hæreditatem capit ex revocato teſtamento. ibi.
In opere pio interpretanda mens teſtatoris : c. 23. n. 5.
Succedens vi teſtamenti, habilis debet eſſe, vel in ſe, vel in alio, tempore quo conditur. ibi.
Incapax formaliter undique, nullum tenet titulum ſuccedendi. ibi.
Ab inteſtato non ſuccedit niſi neceſſarius hæres. ibi.
Conditio, *ſi manet in ſæculo*, explicata ad ſucceſſionem : n. 6.

Teſtis.

SIngulari qualiter fidem capit : c. 4. n. 9.
Nullus concludit de voluntate aliena ſi hæc mutari poteſt : c. 10. n. 8.
Credere non tenetur hæres ſimplici teſti in ſui præjudicium : n. 1.
Omni exceptione major quis teſtis. ibi.
Deponens de poſſe non concludit. ibi.
Aliud idoneus, alterum omni exceptione major, & quid uterque : n. 2.
Suſpicio exceptionem ponit in teſte. ibi.
Quid de eo qui deponit non aliter de auditu, ac de viſu : n. 3.
A dignitate omni exceptione major teſtis quis. ibi.
Ut legitimetur teſtis, aliter requiritur juramentum, ac ſuſcriptio : c. 45. n. 1.
Juris diſpoſitio de præcedente juramento in teſte : n. 2.
Validum ejus teſtimonium, etſi ſubſequatur juramentum : n. 3.
Maledictio in teſte quo pacto juramento æquivalet. ibi.

Theologia.

PRæterintentionalis & contraintentionalis quæ : c. 14. n. 9.

S. Thomas de Aquino.

MIrabilis non impariter à caſtitate, ac à Doctrina : c. 32. n. 8.
Elogium de ipſius documentis : n. 6.
Vide Oratio.

Timor.

CAdens in virum conſtantem annullat contractus, c. 23. n. 1.
Interior conſenſus non cadit ſub metu. ibi.
In quo ſtat dictus cadens in virum conſtantem : c. 35. n. 11.
Quid tenet de voluntario, aut de involuntario : n. 12.
Per terrores qualiter incutitur. ibi.
Non idem operari cum metu, ac ex metu. ibi.
Diſtinctè operantur Martyres cum metu ſuſtinentes tormenta quam flagitioſi. ibi.
Facta cum metu non invalidantur, bene ex metu. ibi.
Timor gerens vicem imperii quid operatur. ibi.
Diſtinctio metus dicti gravis, aut cadentis in virum conſtantem : c. 41. n. 4.
Quo pacto diſſimulatus ſtratagemate timor, non arguit peccatum. ibi. & n. 5.

Titulus.

LEgitimus aut coloratus expoſitus : c. 3. n. 12.
Ab iſto valent actus. ibi.
Tanquam à radice jus oritur, & dominium à titulo. ibi.
Præſumptus quis, & qualis ad præſcriptionem : n. 13.
A titulo colorato ſuppletur juriſdictio. ibi.
Facta in eo confeſſio non iteranda. ibi.
Injuſtum præceptum non tollit titulum verum : n. 15.
Titulus ſeu actio nulli legi opponi debet : c. 26. n. 7.
Petens juridicè ſine titulo juridico, peccat : n. 9.

Digitized by Google

Impius ejus uſus illum evacuat. ibi.

Tormentum.

SI abſque eo puniri quit reus excuſandum : c. 11. n. 8. c. 40. n. 5.
Ultimum ſit remedium, quo pacto : c. 11. n. 8.
Non ſufficit offenſum jurare ſe vulneratum in mortem ab aliquo, ut torqueatur : n. 9.
Quæ perſonæ immunes à tormento ; n. 8.
Curandum ne pereat in eo reus : n. 9.
Crimina hæreſis & læſæ Majeſtatis qualiter à tortura nunquam liberantur : n. 9.
Purgatus in tormento, pæna ordinaria non puniendus : n. 10.
Ut vitet ſibi tormentum, an licitè quis firmat commiſſum crimen, non perpetratum à ſe : c. 13. n. 1.
Torturæ metus qualiter tormentum. ibi.
Inhibitum in regno Aragoniæ : c. 40. n. 1.
Privilegia fororum in Aragonenſi regno non perſonalia, ſed localia. ibi
Inconvententia ex Juriſconſultis de tormento infligendo: n. 2.
Sanctus Auguſtinus de eodem. ibi.
Facultas data regularibus in torquendos ſubditos reos : n. 3.
Modus, & affiictamenta quibus torquendi ſunt. ibi.
Quæ concurrere debent ut licitè ſuperior ad torturam condemnet ſubditum. ibi.
Non torquendus Eccleſiaſticus à laico, qui dicitur carnifex. ibi.
In Aragonenſi regno etſi ſtatuta generalia regularium ſtabiliant torturam, hæc infligi in eo nequit. ibi.
Non plenariè probatum homicidium, homicida ad tormentum non condemnandus : n. 4.
Prudentiâ ſuperioris renuentis torquere reum. ibi.
Si alia via probari poteſt delictum, illicitè torquetur ille : n. 5.
Legitima appellatio effectum tenet ſuſpenſivum tormenti. ibi.
Penes iſtud in quo pares Religioſi, ſæcularibus. ibi.
Conſpice Franciſcani.

Traditio.

APoſtolica, non ſemper divina : c. 35. n. 9.

V.

Vagum

INdividuum quando pro determinato : c. 10. n. 3.

Veritas.

QUæ dicta civilis, & quæ rei veritas : c. 13. n. 8.
Si ambæ opponantur qualis prævalet. ibi.
Catholica veritas recedere omnia facit fabuloſa mendacia : c. 14. n. 2.

Veſtimenta.

EIs quibus Mauri utuntur quando licet catholico uti : c. 13. n. 1.
Ut Religioſus inexcommunicationem incidat dimittens regularia veſtimenta, temerariè dimittere ea debet : n. 2.
Indumentorum forma, ſignum ad placitum regionis, nationis, vel Religionis. n. 4.
De licentia Papæ cuilibet licet uti habitu infideli, & Eccleſiaſtico, merè ſæculari : n. 5.
Conſpice Hiberni.

Vexatio.

OB eam redimendam plura licent : c. 31. n. 5.
Explicatur natura, ſeu quidditas propriè dictæ vexationis : n. 6.
Ut excuſet, aliud non inveniendum medium in eam redimendam : n. 5.
Non ſequitur, licitè redimo propriam vexationem, ergo alius id ipſum efficere poteſt in me : n. 9.
Ex concurſu immediato Dei ad actum peccati explicata redemptio propriæ vexationis : n. 10.
Non licebit cum periculo incidendi in peccatum, propriæ vexationis redemptio : n. 11.
Id explicatum inſtantia Chirurgi medentis, & Confeſſarii. ibi.
Clauſum invenire omne medium, licitam ponit vexationis redemptionem. ibi.
Eventus expoſitus in quodam mercatore : n. 11.
Nullus alium vexat utens ſuo jure : c. 34. n. 12.

Vgo de Dina.

Recognoſce Franciſcani.

Vidua.

MOnialis inelegibilis in prælatam ſine diſpenſatione : c. 25. n. 12.
Vide Monialis.

Vindicta.

QUando actus indeliberatus in ea mortale, aut veniale : c. 34. n. 7.
Cur non excuſat reum in foro exteriori, etiamſi indeliberatio excuſet à culpa. ibi.
Non vindicandæ injuriæ, ſed condonandæ exempló Chriſti, & Matris ejus : c. 14. n. 9.
Illuſtrior modus irrogandi vindictam, condonare injuriam : n. 8.
In earum condonatione, & eſt præceptum, & conſilium : n. 10.
Genuina ſignificatio verbi *dimitto* in excuſandam vindictam. ibi.
Quo pacto moribundus offenſus exortandus ut vitet vindictam. n. 8.
Damnum repeti poteſt, ſed petenti veniam, vindictam irrogare, iniquum ; n. 10.
Si fiat ſatis damno illato, injuriam vindicare malignitas eſt : n. 10.
Damnum repeti poteſt in injuria, ſed ſine vindicta. ibi.
Nomine proprio & Chriſti eam non ſumere præclarius, n. 13.
Quid licet petere coram judice, & Deo, de injuria illata : n. 14.
Rarus, qui ut tenetur juſtitiam invocat offenſus in injuriam puniendam : n. 14.
Si ut debet petat exequi juſtitiam, inſtantia melioria erit. ibi.

Virgo Maria.

IN ſuo Virginali matrimonio nec remotè, nec implicitè in copulam conſenſit maritalem : c. 8. n. 13.
Si Chriſtus, homo Deus, non eſſet : non foret Dei Mater : c. 14. n. 3.
Abortum metuere non potuit : n. 4.
Pro ejus Conceptione ſine macula Originale : c. 14. n. 7.
Notaciuncula de ipſius Virginali matrimonio : c. 20. n. 12.
Exemplar rarum benefaciendi injuriatores : c. 14. n. 9.
Dupliciter ſine mora non defenders filium patientem tam notoriè injuſtè. ibi.
Incapax recipiendi ſacramentum pænitentiæ, à quo : c. 44. n. 8.
Carentia debiti illuſtris privilegiata Deipara, contrahendi labem originalem exempta : c. 49. n. 2. c. 34. n. n. 1.

Viſitator.

LEgitimus Prælatus cenſendus : c. 3. n. 9.

Vnctio extrema.

ADminiſtrari quit recenter baptizato : c. 16. n. 13.
Sub conditione quando miniſtranda. ibi.
Quandoque amentibus prateriri quit : n. 14.

Voluntas.

AB imperio in potentias qualiter cauſa activa motuum earum ; c. 5. n. 7.
Unde cenſenda revocata ; c. 10. n. 9.
De momento ad inſtans mutari poteſt : c. 24. n. 13.
Ideo maritus à quo pendet punitio adulteræ nolens eam condonare in hoc momento, in ſubſequenti veniam præſtare quibit. ibi.
Compatibilis volitio efficax cum nolitione inefficaci, & è contra : c. 26. n. 6.
Quæ voluntas implicita, ſeu in cauſa, vel tacita, ſive expreſſa : c. 27. n. 8.
Signa quibus cooperatrix arguitur : n. 10.
Media unde imputatur ipſi omiſſio. ibi.
Dum privatur libertate, non peccat : c. 38. n. 9.
Iſta caret neceſſitata antecedenter : n. 10.
Nunquam conſequenter ; n. 9.

Votum.

DOlens emiſiſſe ab ejus obligatione non eximitur : c. 4. n. 2.
Religioſus pænitens de votis emiſſis quando peccat. ibi.
Vovens non petere diſpenſationem de voto, qualiter licitè petet ; n. 3.
An uxor irritare, vel diſpenſare queat mariti vota. ibi.
Facta ab uxore ante matrimonium indiſpenſabilia à marito. ib.
Tentationibus carnis nimis urgeri, ſufficiens cauſa ut diſpenſetur votum caſtitatis, in uxoratis. ibi.
Quis diſpenſat votum de non petenda diſpenſatione ; n. 4.
Urgente cauſa Epiſcopi diſpenſant vota Papæ reſervata. ibi.
Libertas requiſita ut validum ſit votum ; c. 8. n. 2.
Signa validitatis, aut invaliditatis ejus. ibi.
Ut validum ſit, ſufficit diſcretio ad communionem, vel confeſſionem peragendam. ibi.
Metus qualis, ut nullum cenſeatur, ibi. & n. 3.
Quo ſatisfacit vovens ingredi religionem : n. 3.
Deficiente libertate, jure naturæ emittitur, nullum. ibi.
Vexatio, aut perſuaſio in voto, unde illud validat, vel invalidat. ibi.
Dubium votum qualem ponit obligationem. ibi.
Diſtinctio propoſiti, à voto ; n. 4.

Digitized by Google

Hoc repugnat non obligans in conſcientia. ibi.
Peccat mortaliter vovens exterius ſine animo abſoluto, vel conditionato ſe obligandi. ibi.
Oneroſus contractus unde in voto. ibi.
Factum ex dolo, non obligat. ibi.
Non idem in eo cauſa impulſiva, & finalis. ibi.
Explicatur votum dictum præſumptum, aut ex tacita voluntate. ibi.
Quo extinguitur voti obligatio; n. 6.
Ratificatio validat nulliter factum; n. 7.
Plus impedit uſum matrimonii caſtitatis quam religionis votum. ibi.
Ad quid tenetur vovens religionem, ſi nubat; n. 10.
Confertur votum religionis cum eo quod caſtitatis eſt; n. 10.
Quando quis manet liber à voto ingrediendi religionem. ibi.
Unde utrunque diſpenſabile ab Epiſcopo; n. 11.
Cum proximi injuria ſemper nullum emittitur votum; n. 10.
Diviſio ejus in reale, & perſonale; n. 11.
Quando voti obligatio tranſit ad hæredes. ibi.
Tutius exequendum in votis; n. 13.
Rationabili cauſa differri poteſt eorum executio; n. 14.
Impotentia ad adimplendum votum ab eo excuſat. ibi.
Peccat mortaliter jurans, vel vovens materiam impoſſibilem; c. 21. n. 9.
Simplicia vota emiſſa in ſacra religione ſocietatis Jeſu; c. 21. n. 13.
Votum paupertatis Franciſcanorum; c. 22. n. 1.
Abſolutè votum eſt lex privata quam quis ſibi imponit; n. 4.
Caſtitatis votum quod inhibet uſum fœcunditatis; c. 25. n. 8.
Non petenda ejus relaxatio quando; c. 26. n. 10.
Operandi perfectius votum, quale; c. 27. n. 1.
Parificatio votorum & præceptorum. ibi.
De præcepto ad votum in Miſſæ auditione paritas; n. 3.
Alia, ex diſcrimine voti de jejunio; n. 5.
Perſonalis obligatio voti paſſivè non repugnat tranſire in realem; n. 6.
Quomodocumque tranſgrediatur publicè votum, ſcandalum parit. ibi.
Laudanda devotio de non petenda diſpenſatione votorum; n. 7.
Implicat votum ſe obligandi ad mortale in materia levi; n. 12.
Scrupulis vexata conſcientia, quando utiliter ei diſpenſantur vota. ibi.
Simplicia alia conſtituunt religioſos altera non; n. 8.
Novum jus inductum pro votis ſimplicibus conſtituentibus religioſos; n. 9. c. 36. n. 8.
Ridiculum, vota emiſſa in tertio ordine à ſecularibus, vel clericis, hos conſtitui ab eis rigoroſè religioſo; c. 27. n. 9.
Non poteſt quis ſe voto obligare pluſquam materia præſtat; n. 8. c. 36. n. 8.

Uſurarius.

Quædam de uſuris præmittuntur; c. 31. n. 1.
Decretum Innocentii XI. damnantis uſuras ex titulo benevolentiæ, aut gratitudinis; n. 1.
An pecunia illicitè tradita, licitè recipiatur. ibi, & n. 2.
Bifariam ſumitur vox *uſura*; n. 3.
Hæc illicitè tacitè aut expreſsè approbatur; n. 3.
Emptione, & venditione etiam committitur. ibi.
Intuitu vitandi majora damna, quo pacto aliqualem licitam reſpublica decernit uſuram; n. 5.
Jure divino quæ prohibita; n. 6.
Contractus venditionis & emptionis quomodo ſine uſura; n. 7.
Forum Aragoniæ regni ad licitam moderatam uſuram ab Urbano VIII. confirmatum; n. 8.
Vexationis redemptio ex dante à cooperatione in uſuram, recipientem liberat; n. 9.
Gratitudo, ſeu benevolentia ſine pacto vel violentia, ſeu debito alio non conſtituit uſuram; n. 9.
Sanctus Bonaventura pro licita vexationis redemptione, n. 10.
Jactura legis incompatitur, attenta propriæ vexationis redemptione; ibid.
Lucrum ceſſans, & damnum emergens. ibi.
Caſus cujuſdam mercatoris, & prudentia confeſſarii; n. 12.

Uſus.

Simplex, dictus facti; c. 21. n. 1.
Explicatio ejus, & quando licitus: ibi.
Juris uſus inſeparabilis à proprietate. ibi.
Facti uſus in religioſo ſtatu, de quibuſcumque bonis; c. 23. n. 2.
Unde ſeparandus à dominio: c. 1. n. 12.
Diſtinctus in eo regularis ſtatus ab approbatione Eccleſiæ, ac antiquitus talis dicebatur: c. 3. n. 10.
Nec verificatur in ſtatu congregationis fœminarum aliquarum, quæ moniales ſeu religioſæ nuncupari volunt. ibi.
Etſi iſtæ deferant habitum religioſum, aſſiſtant choro, & communitatibus. ibi.
A quo melior conditio in uſu ſtatus religioſi: n. 15.
Status religioſus ex ſe non impedit, nec matrimonium nec uſum ejus: c. 8. n. 11.
Pro iis qui profitentur ſtatum monaſticum de uſus doctrina: c. 10. n. 11.
Ab innumeris liberat damnis ſtatus religioſi uſus: n. 12.
Quomodo hic munus gerit gratiæ externæ protectionis. ibi.
Statum celare ob bonum finem, nec eo exterius uti ſigno ejus peccatum non eſt: n. 5.
Impedimentum ponere alicui ſive ad ſtatum perfectionis capiendum, ſeu in ejus uſu cogit ad reſtitutionem: c. 16. n. 10.

Uxor.

Urgentius tenetur obedire marito quam genitoribus: c. 3. n. 11.
Non poteſt hic cogere illam, ne eligat confeſſarium ſponte. ibi.
Licitè quandoque dare debitum, illicitè petitum: c. 4. n. 3.
Maritum licitè exheredat uxor ſine, ut hic fiat religioſus. ibi.
Quando tenetur ſequi ſponſum: c. 49. n. 7.
Divino præcepto aſtringitur cohabitare cum eo. ibi.
Tuta conſcientia ſeparatur ſine vitandi grave damnum temporale. ibi.
Non reſtituenda marito dum ſecura conſtituitur. ibi.
De intentione cujuſdam divorciatæ permanendi in conventu: n. 8.
Conſpice debitum conjugale, & Matrimonium.

Z.

Zacheus.

Significatio dictionis hodie dictæ à Chriſto ut ad Zachei domum veniret: c. 44. n. 10.

Zelibatus.

Laudabilis in matrimonio: c. 10. n. 6.
Ab hoc mirifici Sanctus Elzearius, Sancta Delphina, & Sancta Salomea. ibi.
Utilitates reſultantes à Zelibatu: n. 11.
Nupta & Virgo, quo pacto. ibi.

Zelus.

Indiſcretus in quodam Sacerdote penes uſurarium: c. 15. n. 10.
Præ omnibus nationibus in Hiſpania elucet laudandus zelus ad exaltandam fidem catholicam: c. 17. n. 3.
Tenacitatem parturit zelus indiſcretus: c. 44. n. 5.
Unde indiſcretio in eo: n. 5.
Cujuſdam Epiſcopi zelus in redimendam propriam vexationem: c. 31. n. 1. & cujuſdam confeſſarii: n. 12.

Digitized by Google

R. P. F. THOMÆ FRANCES DE URRUTIGOYTI ORDINIS MINORUM EX ARAGONIÆ PROVINCIA,

Semicenturia ſub Titulum.

CONSULTATIONES IN RE MORALI.

AD OPERIS DEDVCTIONEM LEGENTI PROLVSIO.

FVTVRORVM conſilia, ne mens erret, aut voluntas deficiat à præteritis venire, firmo calamo, etſi ſuccinto ſcripſit, Seneca epiſt. 83. *Atqui conſilium futuri ex preterito venit;* cumque illa quæ ſemel experta contigiſſe, quanquam rara, & inſolita iterari queant; inter varias conſultationes in ſpatio triginta annorum, quibus litteris me dedi ſpecialiter moralibus, libuit Semicenturiam conſtruere de ſpecialioribus, quæ meam expectaverunt deciſionem, atque credam hanc viris doctis non diſpliciuiſſe, & inde, cum penicillum aſſumo ſcopo eas typis dandi, quia me invenio de pluribus aliter ſentiendum in linea probabilitatis, ac peritiſſimi aliqui ſenſerunt propter quadraginta quinque reprobatas ab Alexandro ſeptimo, & noviter hoc anno 1679. ſexaginta quinque ab Innocentio X I. ideò conſonè ſine minima diſcrepantia obediens Apoſtolicis, dabo in unaquaque conſultatione fixam reſolutionem; ut ſi contingat ſimiliter evenire de præteritis (quanquam non deciſivum inſit prout de meo, conſilium) aliqualis rimula expectetur, quâ diſcurſus facilior pervadat. Pro titulato hoc opuſculo advoco Nemeſium Antiſtitem Emiſſenum, cujus opera extant tomo 12. Bibliotecæ Veterum Patrum, pag. 710. ibi libro de natura hominis, poſtquam aliqualia id præmium inducit, cap. 33. quod titulat, de electione, proximè ad finem, ſcribit. *Neque enim conſultatio eſt electio, ſive conſilium; nam conſultatio de rebus cuique agendis, Queſtio eſt, eligi vero dicitur quòd per conſultationem antepoſitum eſt.* Capite 33. agendum aſſumit: *de quibus rebus conſultamus.* Præmittit in meum ſcopum. *Eſt enim queſtio genus conſultationis, etenim latius patet; omnis enim conſultatio queſtio quedam eſt, non autem omnis queſtio conſultatio.* Differunt, velut includens, & incluſum, vel tanquam ſuperior ab inferiori; omnis homo eſt Animal, non

Digitized by Google

omne Animal homo eſt; inde conſultatio ſpecies eſt quæſtionis: moxque in tituli reſolutionem Nemeſius: *Conſultamus de iis quæ in nobis ſunt poſita & per nos fieri poſſunt, & exitum habent incertum, id eſt, quæ ſic, & aliter evenire poſſunt.* Quid aptius ad diſcutionem, velut id in quo abſtruſa ſuſpendit incertitudo, præcipue dum ſemel legitur venire & in evenienda præbent ducatum, ne mens erret in his quæ fieri, aut non exequi tenemur. Statimque idem Antiſtes Emiſſenus. *Neque de omnibus quæ per nos geruntur, & in nobis ſita ſunt conſultamus, ſed adiici oportet iis quorum exitus incertus eſt, nam ſi res plana ſit, de ea quæ conſtat non conſultamus:* in omnibus enim actibus humanis duo concurrunt ad praxim, vel finis intentus, vel media electa, ſive eligenda ad conſequendum illum; intellectualiter operans non aliud aut concipit, vel in executionem deducit; eatenus punctum cingit relatus auctor. *Neque de fine, ſed de iis quæ ad finem referuntur conſultationem eſſe.* Quod exemplificat. *Conſultamus enim, non ut divites fiamus, ſed quomodò, aut qua via ad opes ſimus perventuri.* Verto: Conſultamus non ut peccata vitemus, ſed quomodò aut qua via ad peccata vitanda perventuri ſimus: tantò ergo plus neceſſaria conſultatio, quantò incertiora media reperiuntur in finem rectè peragendum de his quæ in nobis ſunt, per noſque non tantùm poſſunt, ſed tuta conſcientia perfici debentur: quo pacto cum non modicè imò difficillimè appareant conſultationes quas in voluminè iſto ingerere decrevi, non importunè habebit lector in lucem prodire publicam, forſan quia, etſi nunc primò in ſedandam conſcientiam conſultatio exigitur, iterari valebunt, & trita via, non tam difficulter procedit quiſque: etſi enim non ad omnia decidenda deſervient, at penes innumera credo proficient ſaltem per incidentiam in pertractanda, fundetur reſolutio, ſive in ejus ſtabilimen ſub illationes paſſim ad propoſitum imminentes, de me in hoc tractatu, quod de ſua Theologia præterintentionali fatebor, in Synopſi Caramuel tomo 4. ad limen numero 2012. *Quæ ad præterintentionalem Theologiam ſpectant curioſitati ſtudioſa ſelegimus, non tamen omnes; hoc enim & eſſet impoſſibile, & inutile, namque obmiſſæ innumerabiles omninò ſunt.* Selectiora pro ſemper vendicanda; repetere quod enucleatum præceſſit, otioſum id, quid aliud in volumine præter ea in quibus Amanuenſes conſtituuntur. Micellaneorum ſapit tractatus, neque Miſcellanea intitulantur, & meritò, quamvis enim multifariam in unoquoque procedamus eventu, mixtio per unius dependentiam ad alterum non intervenit; id dependenter undequaque alterius, & alterius deciſio procedit; nec ſcopus vertitur in hoc quod ſumma nuncupetur moralis, laboritium ſummæ, quanqam parvulæ, aut ſummulæ per ſynonima non renuerem, ſi aliquali probabilitate operi correſponderet vocula (mox patebit cur inconſona etiam humilior hæc vox à me conformis non præſumenda (interim periti Atalarici Regis præſcriptum attendo: Caſſiodoro referente 8. Var. 18. *cum omnis appellatio ad declarandas res videatur impoſita, nimis abſurdum eſt portare nomen alienum, & aliud dici quam poſſit inveniri* Si ſummam aut ſummulam legas limine inſpecto, aliudque dicis, ac invenis, abſurdius ne alterum? Probatius Mediolanenſis Antiſtes S. Ambroſius lib. de dignitate Sacerdotali cap. 3. *Nomen congruat actioni; actio reſpondeat operi, ne ſit nomen inane, & crimen immane.* Vacua appellatio, inanis nuncupatio non operi correſpondens; flagitii immanitas reatus incurſus, delicti criminoſi judicium, lite conteſtata: non rerum, caſuum recollectionem reperies, abhinc verſatus in dictionariis illicò ſi ſummam, aut ſummulam perlegeris in titulo, improprietatem notabis per conſectaria. Frequentius ſignificatum aliud, celſum in ſumma, minus celſum in ſummula adnotatur pro ſono. Poetarum vito figmenta, aberrant à licentia quandoque multi qui in moribus gradiuntur: innumera fient id confirmantia; tum præ manibus, (ut tranſcribere inutile judicem) Calepinus ſufficit lit. S. dictione ſummus. *Quod eſt omnium altiſſimum. Hic ſummum locum in urbe tenuit Virgilius. Summoque ulularunt vertice Nimphæ.* Et poſt. *Aliquandò Maximum, quod nihil ſit majus. Sic Iupiter ſummus dicitur. Cicero lib. 6. Tuſcul. ſummum, quo nihil ſuperius. Et Virgilius. Summe Deum, pro maxime Deorum. Aliquandò laudabile, glorioſum Virgilius &c.* Aut ſynonoma qui legit, vel cenſurabit in opere non diformem appellationem, ſive titulationem, cum Tellurem de me datum, ex laboritio alieno fructificandum, irriguo imbre prout à lectore comperiet. Inde ne me alerum, quam pulverem proponere, cogitari queat ſummæ dictionem vito; Cardinalis Petri Damiani lib. 3. Epiſt. 9. ad Gebheardum Archiepiſcopum Ravennatem, ſub legentis pietate committo: *Quidquid charitatis impenderis mihi prioprié te exhibere cognoſcas.* Aſylum mihi unicum ignoſcentium benignior charitas.

CON-

Digitized by Google

CONSULTATIO I.

De Pænitente, qui intra Confeſſionem Sacramentalem monuit Sacerdotem de loco, ubi occultabatur pecunia, ſurto rapta.

NIMIS deplorans, iterum atque iterum quidam ad confeſſarium acceſſit, ut eum intra confeſſionis ſigillum audiret de quibuſdam, in quibus nimis angebatur, ſeu anxiabatur; cui reſpondens Sacerdos ſemel, terque, intra Sacramenti Pænitentiæ ſigillum alia non contineri, niſi ſecretum de peccatis poſt baptiſmum commiſſis, quo nonobſtante inſtans qui accedebat ut ſacramentaliter auditetur, acquievit, tandemquè poſt ſubjectas culpas in auriculari Cõfeſſiõne Pœnitentiæ Sacramentalis, ante obtentam abſolutionem plurima interpoſuit quæ à nullo capite erant peccata; V. G. quod ſi vellet recuperare millia ducata quæ ab ipſo Sacerdote ſurto fuerunt ablata, in talem locum occultiſſimum iret, ibique ea ipſamet numero inveniret. Conſultum fuit utrùm Presbiter prædictus, ſigilli ſilentio aſtringeretur; an dumtaxàt naturali ſecreto, ad non palàm faciendum illum qui de eo intra Confeſſionem Pœnitentialem notitiam dedit, taliter quòd ſi frangeret nullatenùs peccaret niſi adverſus ſtrictam obligationem ſervandi ſecretùm naturale intacto ſacro Confeſſionis ſigillo. Undè dùm accuſaretur de eo non obſervato ſilentio, nullo pacto puniri quiret pœnis ſtatutis à jure contra confeſſarios, ſigillum confeſſionis non obſervantes. (Et ſi reatum non fugeret peccati mortalis inducti ab hoc quòd fregit id ſibi commiſſum in naturali ſecreto,) & quid in recuperandum pecuniam.

SUMMARIUM.

DIVISIO ſecreti in confeſſionis ſigillum, & naturale ſecretum numero 1.
Vnum diviſionis membrum in altero quando continetur numero 1.
Confeſſionis ſigillum jure divino, naturali, & poſſitive præcipitur num. 1.
Non poteſt Papa diſpenſare confeſſionis ſigillo num. 1. & 2.
Quid jus naturæ latè & strictè ſumptum numero 2.
Obligatio minoris ceſſat occurrente majore num. 2.
Nullus eſt caſus in quo licitum ſit mendacium numero 2.
Quibus percipitur doctrina revellata num. 2.
Interpretandus Pontius, non allegandus, pro ſigillo de licentia pænitentis num. 3.
Sigillum confeſſionis in favorem Sacramenti principaliter conceſſum num. 3.
Quid, ut loqui liceat confeſſario de auditis in confeſſione ſacramentali num. 3.
Quando Papa diſpenſare poteſt in his quæ ſunt de jure divino num. 4.
Matrimonium diſſolvitur per ſolemnem profeſſionem numero 4.
Licentia pænitentis ſub terminis, ſpecificativè, aut reduplicativè num. 5.
Conferentia immunitatis Eccleſiaſticæ, cum ſigillo confeſſionis num. 5.
Qualiter liceat confeſſio ſacramentalis publica num. 5.
Locus publicus non frangit ſigillum num. 5.
Peccata ſub individuo vago non cadunt, nec includuntur in confeſſionis ſigillo num. 5.
Deſtructa forma conſtitutiva totum periit num. 6.
Specificativè & reduplicativè ad mentem Scoti exponuntur num. 6.
Chriſtus mortuus eſt homo, quando verum num. 6.
Confeſſione publica ſacramentali ſigillum ſuſpenditur, non deſtruitur num. 6.
Significata vocum, licentia, beneplacitum, facultas, num. 7.
Pænitens nuſquàm coartatur ad loquendum de his quæ ſub ſigillo poſuit; pro ſemper confeſſarius reduplicativè loquendo num. 7.
Frangitur ſigillum dum confeſſarius ait, hæc, vel alia audivi in confeſſione ſacramentali num. 7.
Quæ propriè clauduntur confeſſionis ſigillo num. 8.
Diſcrimen eorum quæ ſigillo non muniuntur, et ſi aperta ſint in confeſſione num. 8.
Lex Chriſti jugum nuſquàm niſi ſuave imponit num. 9.
In confeſſionis ſigillo non datur parvitas materiæ num. 9.
Pænitens ex ſententia probabili non licenciet confeſſarium in ſcriptis num. 10.
In fore contentioſo favendum Sacerdoti accuſato de fractione ſigilli num. 10.
Quando ceſſat in confeſſario ſigilli obligatio num. 10.
Beneplacitum Pænitentis, in ſententia probabili, quo pacto ſi in ſcriptis datur num. 10.
Quod etiam indirectè palam facit peccatum, quomodò ſub ſigillum num. 11.
Caſu audiens ſæcularis peccata, ad ſigillum tenetur num. 11.
Non ſervans ſecretum naturale peccat mortaliter contra juſtitiam num. 12.
Violans ſecretum naturale reſtituere tenetur damna ab eo ſecuta num. 12.
Explicatur Sinodus Moguntina num. 13.
Sigilli violatio ex ſe ſacrilegium num. 13.
Si fiat in contemptum ſacramenti arguit de fide ſuſpectum num. 13.
Quando ſolum pertinet ejus punitio ad tribunal ſancti officij num. 13.
Nullus pænitens in minimo præjudicandus ſacramento Pænitentiæ num. 13.
Nuſquam licet confeſſario uti notitia deſumpta præcisè à confeſſione num. 14.
Aliàs notitia capta de eo licitè quis utitur num. 14.
Per accidens quandò notitia à confeſſione capta numero 14.
Quid in complice manifeſtato num. 14.
Minoris momenti eſt jacturam omnium temporalium facere, quam ſigillum confeſſionis frangere numero 14.
Objectio notanda ad plures ſcrupulos occurrendos numero 15.
Stultiloquium, vel facetia quandò muniuntur confeſſionis ſigillo num. 15.
Solutio objectionis advertenda num. 15.

Digitized by Google

1. SECRETUM rectè dividunt communiter. D. D. in duas præcipuas ſpecies, unam vocant confeſſionis ſigillum, alteram naturale ſecretum, eminenter concontentum ſub primo membro, quin nunc in re morali divertamur ad Scolaſticas ſubtilitates, quomodò compatitur unum diviſionis membrum in altero eminenter contineri, quibus occurro per illa quæ ſanctus Gregorius. Hom. 29. in Evang. exponens dominicum præceptum Marc, 19. verſ. 5. *prædicate Evangelium omni creaturæ.* Ubi ſanctus Pontifex. *Sed omnis creatura nomine ſignatur homo: omnis autem creatura aliquid habet homo.* Si aliquid habet de irrationalibus, non implicabit ſpeciebus alicujus generis contra poſitis, unam de altera tenere aliquid, indequè nil improprium verti dùm dicimus: De ſecreto naturali habere aliquod eminens ſigillum; de quo Canoniſtæ tractant cap. *omnis utriuſque de pœnit. & remiſſ.* Theologi, 4. diſt. 12. in illa verba Magiſtri ſentent. Petri Lombardi, ea diſt. 21. ſub. hoc titulo. *de pœnis Sacerdotis qui peccata publicat confitentis.* Subnectens lit. g. *caveat autem ſacerdos ne peccata confitentium aliis prodat, alioquin deponatur. Unde Gregorius* (adde de pœnis, diſt. 6. cap. Sacerdos, ibi §. quod autem §.) *ante omnia caveat, ne de his quæ ei confitentur peccata alicui recitet, non propinquis, non extraneis, nec (quod abſit) pro aliquo ſcandalo; nam ſi hoc fecerit deponatur, & omnibus diebus vitæ ſuæ ignominioſus peregrinando pergat.* Hæc autem ignominioſa peregrinatio ſtatuitur c. omnis utriuſque ſexus in perpetuam reclusionem; & licet aliqui judicent, in ly *deponatur*, tantummodò intelligi à licentia audiendi confeſſiones; probabilius judico cum Granados 3. p. contr. 7. tract. 11. diſp. 8. n. 3. comprehendere prohibitionem cujuſcunquè muneris ſeu officii honorifici; nec deſunt qui affirmant irregularem manere talem confeſſarium, à ſupplicio igitur quo punitur patet gravitas delicti quo frangitur ſigillum. Quinque concluſiones mirificè de eo fundat Scotus 4. diſt. 21. quæſt. 2. §. in iſta, n. 4. ſic. *Celare peccatum in confeſſione detectum tenetur ſacerdos de lege naturæ.* Hæc prima concluſio Doctoris eſt & proſequitur. *Secunda; quòd ad hoc etiam tenetur de lege Dei poſitiva. Tertia quòd ad illud tenetur de lege poſitiva Eccleſiæ. Quarta; quando, & qualiter tenetur; & de aliis circumſtantiis pertinentibus. Quinta de aliis ſecretis vel ſubſecretis alicui detectis.* Quatuor concurrunt leges de ſigillo ſervando; una naturalis, altera divina poſitiva, impoſita à Chriſto ex ipſa inſtitutione Sacramenti Pœnitentiæ; alia poſitiva etiam Eccleſiæ: & ultima ea quæ obligat ad ſecretum naturale non frangendum, quatenus ſub eo etiam ſigillantur peccata in confeſſione ſacramentali; undè liquet indiſpenſabilem obſervantiam ſigilli à quocunque: & hinc ſubtilis præceptor §. de quarta concluſione; ſed quandò n. 13. non qualitercunquè ſtringit hæc mandata, ſed ait fore de natura & ſerie eorum præceptorum, quæ ad ſemper, & pro ſemper obligant: quid autem ſit jus naturæ aſtringere in obſervandum ſigilli ſecretum exponi poteſt per ea quæ Scotus diſt. 21. citata quæſt. 2. §. de quinta concluſione num. 17. obſervat, cum loquens de ſecreto naturali, ait *ad omne ſecretum ſervandum tenetur quis de lege naturæ.* Cujus aſſerti rationes aſſignaverat, ad quas ſe remitit §. Teneo igitur, n. 8. unam deſumptam à charitate, aliam ex fidelitate; alteram propter veritatem, ſeu veracitatem; & ultimam ex ratione unitatis. Videndus uſque ad §. ſecunda concluſio n. 11. Notandum tamen eſt diverſimodè ab his obligari in confeſſionis ſigillo, ac in naturali ſecreto, nam in iſto nulla ineſt connotatio ad legem divinam poſitivam aſtringentem velut in illo, & ideò, peritiſſimè. Antonius Hichæus in commentario literæ diſtinctionis allegatæ, ad quæſt. 2. n. 27. commentarii. *Dicit ſecretum jure naturæ obligare, intelligit de jure naturæ latè ſumpto.* Quid utrumque expoſuerat n. 24. proferendo. *Reſolutio ergo quæſtionis reducenda eſt ad alia principia, negando præceptum illud de ſervando famam eſſe juris naturalis ſtrictè ſicut principium, practicum notum ex terminis, aut concluſio ſequens, ſed ut congruum ad illa, eo modo, quo aliqua præcepta ſecundæ tabulæ ſunt juris naturalis communiter dicti.* Remittendo ad numerum ſequentem enodationem eorum terminorum, in uno ſiſto (quidquid ſit an propter multiplicationem præceptorum imponentium onus ſervandi ſigillum Sacramentale, tot peccata committat fractor ejus, quot ſunt leges quibus inhibetur fractio ejus) videlicet in illo quod Egidius Coninch. diſp. 9. de Pœnit. dubio 1. inſtituat, in violatione ſigilli non dari parvitatem materiæ, & frangere ipſum duo arguere lethalia peccata; unum contra juſtitiam, alterum contra religionem, de quo Bonacina cujus verba dabo n. 14. quantumcunque in eis aliqua exigantur enodanda, annuendo his quæ traditione infallibili, & à nullo negata plauditur videlicet, quia Confeſſionis Sacramentalis ſigillum inſtitutum, & demandatum fuit à Chriſto, ne ab aliqua præſumptione etiam ſtolidiori retraheremur in accedendum ad Pœnitentiæ Sacramentum, illum de jure divino fore tam indiſpenſabiliter, ut nulla in aliqua creatura ſit poteſtas ad hoc quod licitè frangi queat. Nunc quid de jure naturæ in eo procedit opportunè exponendum occurrit: ſed ne quis cogatur alibi terminos inquirere, dùm non tam promptè de ipſis eſt memor, hi veniunt explicandi.

4. Uno ex duobus modis explicari valet jus naturæ, ſtrictè, vel latè ſumptum, ita ut illud dicatur ſtrictè acceptum quod ex ipſis terminis noſcitur etiam à rudiori; v. g. Deus eſt, & ſimilia; latè verò id quod indiget aliis terminis ut percipiatur; de quo Maſtrius de Meldula in ſua Theologia Morali, diſp. 20. quæſt. 3. art. 1. n. 52. & art. 2. n. 59. vel ſi vis aliter te expone (ne hæreamus) dic de jure naturæ ſtrictè, fore illud in quo non invenitur caſus exceptionis, quia ei cedit quodcunque aliud præceptum: latè verò quandò ſuperiore præcepto occurrente ſimul, ceſſat obligatio minoris in eventu particulari, v. g. jure naturæ latè aſtringor ad non occidendum, quia licitè, occurrente jure ſervandi unicuique ſuam æquitatem, in rempublicam conſervandam omnique ſemota damnificatione indemnem tuendam, judices non aſtringuntur ad non occidendum reum conſonè ad ſtabilita in gentium jure; ſic tuta conſcientia carnifex ſententiam latam exequitur violenter occidens in furca (vel aliter) eum qui ſic criminaliter damnatur: at mendacium non proferre, aut non idolatrare de jure naturæ eſt ſtrictè, cùm caſus ullus non detur in quo licitum ſit mendacium, aut idolatria; proprior eſt prima explicatio, & communior quam clarè tangit Smiſing. tractatu 1. de Deo uno diſp. 1. quæſt. 1. 2. n. 5. jure igitur naturæ ſtrictè ſit quòd terminorum apprehenſione penetrat judicium per connexionem aut diviſionem; latè verò quandò adminiculo indiget (ſit per aliquam reflexionem, vel directam cognitionem) in aſſentiendum, vel diſſentiendum. Superna notitia revelata uni ex his percipitur à nobis: ſigillum confeſſionis dicitur de juræ naturæ latè, non ſtrictè, in quantùm terminis apprehenſis adhuc exigitur adminiculis in percipiendam obligationem, & penetrandum quomodò ſub divino Præcepto cadit; ſub jus naturale, aut lege Eccleſiæ.

3. Noſter Joanes; Pontius, ingenioſiſſimus Minorita de obſervantia, non ac par petitur, allegatur pro ſententia oppoſita menti ſubtilis Doctoris, ſiquidem ejus mens. tam patenter manifeſta legitur in eventu in quo verſamur, communiſque Scotiſtarum conſenſus: ut judicari non queat illum ſtatuto Generali Ordinis mox tranſcribendo contraveniſſe, aut reducenda concertatio ad quæſtionem de nomine. Vir igitur ille, omni numero in ſuis operibus exactiſſimus, qui ſupplementum commentarii ad tres libros priores ſententiarum

Digitized by Google

Scoti tam genuinè juxta ejus mentem publicæ utilitati prælo dedit, complens ea quæ Franciſcus Lichetus de Brixia ſcripſerat, abſit putandum recedere à mente Magiſtri, & ab ordinatis in conſtitutionibus, dictis Segobienſibus, ſeu Barcinonenſibus, in quibus ita præcipitur c. 4. titulo de ſtudio §. cæterum, ubi ſic de cernitur. *Præcipimus ut ſemper ejus Doctoris ſubtilis doctrinam docere, & ejus opiniones defenderet, atque ejus mentem accurratè explicare conentur.* Itaquè relatus Pontius in ſuo curſu Theologico, diſp. 45. quæſt. 13. concl. 6. n. 166. ita: *Poteſt confeſſarius de licentia pœnitentis loqui de rebus in confeſſione auditis extra confeſſionem. Hæc eſt communis, & patet quia nihil impedit, nam non habet apparentiam quod ſigillum confeſſionis obliget, quandò conſentit ipſemet pœnitens, in cujus favorem ligat:* & nomen Principalitèr, & primariò in favorem Sacramenti legat v. patebit infra. Unde obiiciens contra ſibi videri oppoſitum tenere præceptorem, reſpondèt intelligendum in hoc ſenſu; *quandò ex revellatione peccati auditi in confeſſione, ſequeretur præjudicium communitatis, aut Sacramenti.* Ergo in communitatis favorem & Sacramenti inſtituitur ſigillum; à quo fracto in utrumquè valet reſultare præjudicium; ſed pœnitens non tenet facultatem diſpenſandi in illud quod cōmunitati ſeu Sacramento conceditur; igitur licet demus pœnitentem directè poſſe ſuo jure cedere, penes id quod ſibi indultum eſt, indirectè nequibit cedere inquantùm ſemper poteſt præjudicari communitas aut Sacramentum; quæ ratio Scoticam ſententiam roborat; ideò Maſtrius tomo allegato diſp. 21. quæſt. 10 art. 1. n. 251. poſtquam reffert authores ſentientes, de licentia pœnitentis, extra confeſſionem poſſe loqui Confeſſarium de auditis in ea, ait: *Secunda opinio negat, quæ eſt Scoti 4. diſt. 21. quæſt. 2. in ſolutionibus ad primum principale, ubi ait: non licere Pœnitenti dare licentiam confeſſario ad ſigillum confeſſionis aperiendum, & peccatum in eo foro auditum manifeſtare.* Paucisque interjectis: *fuit ſententia Alenſis, Durandi, Majoris, D. Bonaventuræ, Ricardi, & omnium Scotiſtarum tam veterum quam recentiorum.* Similiter loquitur in ſuis commentariis ad quartum librum ſententiarum, diſp. 5. de Pænitentiæ Sacramento quæſt. 20. art. 2. n. 545. nec momenti eſt limitatio quam recenſet ex noſtro Franciſco Pitigiano, quem ſibi ipſi oppoſitum cenſuerunt quidam, immeritò tamen, ſiquidem diverſiſſimi caſus ſunt in quibus limitatio interponitur ab illo, ac cùm loquimur de controverſia abſolutè; utrum de licentia ſeu pœnitentis beneplacito licitum ſit confeſſario extra ſigilli fractionem loqui, aut cum ipſo pœnitenete ſeu cum aliis, de eis, quæ tali muniuntur ſigillo, tam patenter loquitur ſubtilis Præceptor ea diſtinctione 21. quæſt. 2. §. ad argumenta, quid igitur, n. 18. ut in ipſo appareat modum ad loquendum extra, vel confeſſariùm pœnitenti, aut pœnitens confeſſario de auditis in Sacramento: verba Doctoris ſunt: *Quid igitur faciet Confeſſor volendo* (ſuple pœnitens) *peccatum ſuum prodi. Dico quòd confitens poteſt poſtea peccatum ſuum extra confeſſionem dicere: etſi ut ſecretum adhuc licentia ſequens non abſolvit Confeſſorem à lege naturæ, quin teneatur celare; ſed ſi dicit ut non habeatur ſecretum apud aliam perſonam, vel apud alias certas, quibus fortè propter aliquem bonum finem qui poteſt ſequi ex revelatione iſtis facta; vel illi; tunc Confeſſor poteſt dicere illud tanquam publicè ſibi dictum extra omne ſecretum:* tantoperè utrumque ſatagit Scotus.

4. Qui amplius punctum ſtringit, verſiculo ſed numquid, num. 19. *nunquid poteſt dicere: audivi hoc in confeſſione 1. Reſpondeo, quod hæc ſola verba: audivi hoc peccatum, & hujus perſona in confeſſione, includunt peccatum mortale, quia includunt revelationem hujus ut cogniti eo modo quòd non licet revelari*, reduplicationem cogito: *hujus ut cogniti*, & conjecto cum Villalobos 1. part. tract. 9. diff. 74. num. 4. qualiter ea quæ ſunt juris divini ſeu naturalis habentia pro materia aliquid à libera ſpontanea voluntatis humanæ optione dependentia, quanquam in iſtis locum non teneat abſolutè diſpenſatio in illo caſu reduplicativè, altero tramite inſpecta via, qua ſubſunt ſine læſione juris naturalis, aut divini diſpenſantur; v. g. de jure divino, & naturali eſt indiſſolubilitas matrimonii de quo Maſtrius, diſp. 20. quæſt. 3. art. 2. n. 58. quæſt. 6. citata ait art. 1. *ſtatuimus in primis matrimonium fuiſſe inſtitutum inſolubile jure divino ſupernaturali à mundo condito, & poſteà tale confirmatum fuiſſe à Chriſto Domino in lege gratiæ:* aſſeverat enim 4. diſp. 7. de matrimonio quæſt. 6. art. 1. num. 178. *dicendum eſt matrimonium fuiſſe inſtitutum inſolubile, ut jure divino ſupernaturali, & poſtea tale confirmatum à Chriſto Domino in lege gratiæ.* Utrobiquè per eadem formalia verba ſe exponit: & tamen inſpecto aliquo majori bono diſolvitur matrimonium à contrahentibus in communi conſenſu de mutua profeſſione ſolemni religioſa; ergo etſi ſpecificativè matrimonium indiſſolubile non ſit in ſenſu compoſito, reduplicativè in ſenſu diviſo à libero contrahentium arbitrio diſſolubilitatem admittit: ergo quamvis ſpecificativè, & in ſenſu compoſito nequeat confeſſor manifeſtare quæ ſub ſigillo novit, reduplicativè in ſenſu diviſo valebit in quantùm à pœnitente de eodem ipſo extrà confeſſionis tribunal notitiam tenuit, ut docuit Scotus n. 5. data ſiquidem notitia de confabulatis ab alio ac à confeſſione tenetur: quin urgeat quæ opponi quibunt à Soto, & Navarro, dùm ille diſt. 21. qu. 4. art. 6. tenuit vitandas metaphiſicas præciſiones; iſte verò, in caput *Sacerdos*, putat oneroſiſſimum adfuturum pœnitenti id; poſſe enim contingere *inquit* in teſtem citari confeſſarium apud forum contentioſum, & tunc eum ſua depoſitione valdè gravare eum qui palam fecit extrà ſigillum, quod in iſto manifeſtaverat: Primum ex Soto inductum videtur debiliſſimum, quandò in re morali actus humani immiſcentur; Alio enim pacto utuntur quomodò, quin intrent præciſiones methaphiſicæ, exonerabitur, gravabitur conſcientia de crimine, quandoquidem ſunt actus humani, aut puræ omiſſiones peccaminoſo voluntarium ſimpliciter, ſeu mixtum de voluntario aut involuntario involventia in judicium fixum de culpa imputabili, v. g. quandò homicidium abſque culpa eſt caſuale, aut perpetratum criminosè; valeretne confeſſor pœnitentium conſcientias exenterare ſi non iterētur, ſecumquè volveret præciſiones Metaphyſicas, & Scolaſticas ſubtilitates. Navarri inconveniens retorqueo: quando ait de licentia pœnitentis licere manifeſtari, quòd aliàs erat ſub ſigillo, vel tollitur, aut permanet. Si iſtud, nec de licentia tali, valebit loqui, quia permanente ſigillo quælibet locutio de eis, quæ illo muniuntur eſt illicita: ſi concedatur tolli præterquam quòd numero ſequenti parebit, qualiter non cadere in optionem pœnitentis reduplicativè cedere de eo; arguo idem inconveniens; igitur oneroſiſſimum eſſet, ut cogeretur pœnitens ſe ipſum gravare in licentiandum confeſſarium, ut contrà ſe deponeret in foro contenſioſo, de his, quæ ei palam fecit in eo, quod eſt ſacramentale: Hinc fallitur Navarrus cùm ait in celato caſu cap. offic. de Pœnitent. dùm concedit, non alitèr monuiſſe illum confeſſarium, de peccatis illius pœnitentis, ſummum Pontificem, niſi quia licentiatus ad id fuit ab ipſo pœnitente: luculentiſſimè enim Scotus ea quæſt. 2. §. de quarta concluſione, memor capitis allegati, officii ar. 1. verſ. ſi dicas n. 14. *ille Cardinalis non ſcripſit Papæ, ut Papa abſolveret, ſed ſcripſit conſilium requirens quid ipſemet faceret: ut patet per reſponſionem Papæ, qui non immediatè abſolvit illam mulierem, de hoc quod ſuppoſuit partum, ſeu reſpondit ſibi qualiter diſcretus Sacerdos debet illi mulieri conſulere: & conſimiliter poſſet in tali dubio requiri conſilium, non tantùm à ſuperiori, ſed à quocunque alio, non tamen alio*

Digitized by Google

prudenti tamen, qui ſcilicet ſciat conſulere. Admirabilis doctrina.

5. Igitur ut Pontium noſtrum non diſceſſiſſe à mente Præceptoris in hoc puncto arguamus, nec à legibus ordinis, dicamus, quòd quandò ſcripſit licere confeſſario de licentia pœnitentis loqui de his que tenuit ſub ſigillo, loquitur, non immediatè, ſed mediatè, prout pœnitens licentiat illum, loquens de eis extrà confeſſionem, juxtà ſtabilita n. 5. verbis Doctoris, cum quo unum ſtabilio, ſigillum principalitèr & primariò conceſſum in favorem ſacramenti: Et arguo paritate de immunitate Eccleſiaſtica; quia hoc conceditur ad favorem ſtatus clericalis; non datur caſus in quo etiã de licentia clerici frangatur ipſi immunitas, nec eſt in optione ejus præſtare tale beneplacitum ſuo jure cedendo; ergo quia majoris momenti eſt conceſſum ad favorem Pœnitentiæ Sacramenti inſervandum ſigillum pœnitenti, non cadet ſub ſua poteſtare licentiare ut non ſervetur; ergo ſemel conceſſo ex uniſormi conſenſu, de jure divino in favorem ſacramenti ſigillum præſtitum, impotens erit pœnitens licitè licentiam impendere; nec licebit confeſſario uti illa. Si dicas fore diſpar unum ac alterum, nam immunitas principaliter, & primariò reſpicit ſtatum, ſecundariò autem perſonam; è contrà in ſigillo ſacramentali primariò reſpicitur pœnitens, ſecundariò verò ſacramenrum, quorum ſignum eſt, quia nullo jure prohibetur alicui ut de ſuis peccatis confeſſionem ſacramentalem publicam faciat. Contrà, una ex rationibus cur Papa poteſt diſpenſare in voto, & juramento: cap. de jure jurando, licet adimpletio utriuſque ſit de jure naturali, eſt quia obligatio primariò non reſpicit ſtatum, niſi jurantem vel voventem; ergo ſigillum confeſſionis ex quo indiſpenſabile eſt à ſummo Pontifice ſic aiente Scoto citato §. de quarta concluſione V. conſimiliter n. 15. *Nunquid Papa poteſt præcipere, ut ſibi reveletur. Reſpondeo. Diceret aliquis: Numquid Papa poterit ſuprà jus naturæ?* Hicheus in comment. n. 21. *Reſpondet negativè, quia hoc ſecretum eſt juris naturalis, & Eccleſia non poteſt extendere juriſdictionem fori externi ad ea quæ ſunt merè occulta, & extrà ſolentiam illius fori Per jus naturæ poteſt dici etiam doctorem comprehendere jus divinum, quòd latum eſt de ſigillo, juxtà naturam ſacramenti & conſentanè ad jus naturæ, licet fortius liget quantum ad univerſalitatem materiæ includens omnes caſus, in quibus alioquin jus naturalis ſecreti non obliget.*) Dicendum primariò & principaliter conceſſum jure divino & naturali ad favorem ſtatus Sacramenti Pœnitentiæ accipienti illud; de confeſſione publica petebat examinare aliqua. Succinctè autem dico in confeſſione publica attendenda duplex formalitas, una prout confeſſio eſt, altera in quantùm publica; ita taliter, quòd confitens una actione phyſica, & duplici morali, duo faciat, & confiteri, & inſimul extrà confeſſionem ſacramentalem ſua declarare peccata: quatenus iſto ſecundo modo crimina ſub ſigillo non ſunt; bene primo; & moveor: facio confeſſionem ſacramentalem publicam in præſentia trium perſonarum, inſcientium mortalia commiſiſſe, licebit ne illis tribus manifeſtare talia peccata in confeſſione ſacramentali expreſſa? Si affirmes, licebit cuique quæ audivit in confeſſione propalare. Probo conſequentiam; ex eo quòd publica, vel ſecreta ſit confeſſio, non licet illi qui ſcit ut loquatur de ea tanquam nota ex confeſſione in altero, cur ergo licitum non in utroque. Si negas, ut debes, das intentum. Inſtabis, ergo nunquam licebit neque Sacerdoti adminiſtrare Sacramentum Pœnitentiæ in loco publico, neque pœnitenti petere in illo ſibi donari, nam una ex rationibus quibus confeſſio publica licet, eſt, quia per accidens eſt publica, cum per ſe ſecreta ſit, quando quidem una actione phyſica, & duplici morali pœnitens extrahit à ſigillo, quòd per ſe eo claudebatur; ſed accedens ad locum publicum, ut confeſſionem faciat ſacramentalem per accidens aperit ſigillum; quatenus notificat ſe habere aliquod peccatum, & confeſſor dum abſolvit, id ipſum pandit; ergo intendente utroque, nullo pacto non permanendum ſigillum illicitè operantur: imò nec confeſſario licebit ſcedulas pœnitentibus dare ad communicandum tempore paſchatis; reſponſio ſic ſatis in ſententia oppoſita quod facto licentiat pœnitens confeſſarium ut ſivè in ſcedula, ſeu abſolutione manifeſtet aliquod peccatum ſufficiens ſacramento confeſſionis impenſo, quin ſpecificet quas fuerit culpas confeſſus. Reſpondeo ipſa actione accedendi ante confeſſionem ipſum pœnitentem publicare ſe aliquod peccatum habere, & actione petendi ſcedulam ſimiliter; nego tamen ab hoc ſequi frangi ſigillum, ſiquidem peccatum in confuſo & in generali ſub individuo vago, eſt quod noſcitur; nec vagè, & in confuſo ſubjiciuntur peccata clavibus, niſi in quantùm determinatè perpetrata manifeſtantur; ergo cum reſultet ſigillum, requitantur peccata ſubjecta clavibus, illo indicio loci publici non frangetur, neque ab ſcedula præſtita.

6. Replicabis hæc doctrina arguit abuſum terminorum; nam in confeſſione publica manere nequit ſigillum; quia deſtructa formâ, quâ aliquod conſtituitur, conſtitutum neutiquam permanet ſpecificativè adhuc, quis enim dicit deſtructa rationalitate permanere ſpecificativè hominem; ſed in confeſſione publica deſtruitur ſigilli quidditas conſtitutiva; ergo neque ſpecificativè manebit ſigillum: aliàs dùm ſub ſecreto naturali aliquod ſcio, ſi ille qui mihi commiſit ſecretum licentiat, tunc ſpecificativè non manet ſecretum naturale; ergo dùm non licentiat permanebit ſub quacumque conſideratione; non improprium, fateor, eſt in hac re morali introducere hos ſcholaſtitos terminos. Nam ut præmiſſæ res quæ ad mores pertinent cum ſint actus humani dependentes à libero arbitrio, à directione intellectiva non quomodocumquè, ſed in quantùm formaliter practicâ. Variis in locis, propoſitiones ſecundum reduplicationem, ſeu ſpecificationem (ad controverſias Scolaſticas) tractat Scotus (ut liquet 1. diſt. 1. qu. 1. §. ad argumenta principalia verſ. ad tertium dico n. 18. 3. diſt. 11. qu. 2. §, Reſpondeo n. 3. quodlit. 3. §. quantùm ad logicam. Verſ. in primis ergo num. 8. & quodlit. 4. V. Conſimiliter. n. 18. Eaque in morum deducit applicationem (igitur, quæſt. 35. in lib. 1. priorum §. ſecundo notandum. n. 2. fundamentum jecit in horum terminorum genuinam intelligentiam, inquit, *dictiones reduplicativè aliquandò accipiuntur ſpecificativè, quandoque reduplicativè: quandò verò talis reduplicatio ſumitur ſpecificativè tunc deſignat aliquam conditionem vel aliquem modum, vel aliquem ſenſum ſecundum quem propoſitio eſt vera.* Ergo quando dicimus, ſub hac reduplicatione, ſigillum confeſſionis manet ſpecificativè in ea, prout publica, ſupponimus aliquem ſenſum ſeu modum undè propoſitio non ſit falſa; vel ergo invenitur, aut nullus reperitur modus. Si primum datur intentum; ſi ſecundum tollitur Jus divinum & naturale inductum à I. Chriſto, quandò inſtituit Sacramentum pœnitentiæ; fateor nullo ſenſu verificari poſſe deſtructam formam conſtitutivam alicujus manere totum, ſic nullo ſenſu verum fore mortuum hominem, ſpecificativè hominem; præcipuè in ſententia Philoſophica Thomiſtica quæ tuetur dare reſolutionem uſque ad materiam primam) periit enim conditio & modus ad enunciationem verificandam, & ſolum manet figurata ſeu tropica locutio (ut obſervat Suares, tom. 2. in 3. part. Commentario ad art. 4. Angelici Doctoris in quæſtionem 50. §. an vero; in illa trira quæſtione, de qua Scotus 3. diſt. 22. quæſt. 1. an Chriſtus in triduo mortis fuerit homo, §. modò ad propoſitum. n. 18. Suarij verba ſunt; *per ſinecdochem tribuendo parti appellationem totius dicitur Chriſtus fuiſſe in triduo, ſicut nunc dicit, ſanctus Petrus eſt in Cœlo*, & potiori robore ſanctus Auguſtinus, tom. 9. tractatu 78. in Ioannem, & lib. de fide ad Petrum cap. 2. *Ergo & in Sepulcro erat*

Digitized by Google

homo, & in inferno erat homo.) Figurata equidem hæc locutio ſeu tropica, quia non eſt modus ſeu conditio, unde quidditas permaneat (principaliter dum conceditur, quòd totum realiter diſtinguitur à partibus ſimul ſumptis & unitis) at nego in noſtro caſu per confeſſionem publicam deſtrui ſigilli quidditatem, ſed ſuſpendi, & inde jam manet modus ſeu conditio in enunciationem verificandam; idem etiam inconveniens reperies in ſententia oppoſita de neceſſitate beneplaciti pœnitentis ad loquendum extra confeſſionem de commiſſis in ea ſub ſigillo. Sed quia ſententia eſt valde probabilis conſonè ad ea adverte.

7. Non unum ſignificatum tenent hæ voces, licentia, beneplacitum, facultas. Aliquando denotant aliquod præſtitum à ſuperiore, inferiori ad aliquid agendum, ſine cujus conſenſu id peragi nequibat, & patet quando Joſeph fratres ad Egyptum redeuntes ſcopo emendi alimenta Geneſis 42. verſ. 4. conſenſit ut triticum emerent: *emendi habetis licentiam*, Omchelius. *Neque enim verba ſunt neceſſaria ad exprimendam, & in audientium notitiam præferendam, quantùm poſſumus voluntatem.* Inſinuans in textu Geneſ. licentiam implicitum ſonare cenſenſum; & hoc pacto præſcindit vox *licentia* de ſuperiori ad inferiorem, aut de inferiori ad ſuperiorem; non enim minus præſtat conſenſum ſubditus prælato, rigoroſè loquendo, ac prælatus ſubdito licentia igitur deſcribi ſolet ita. Legis, ſeu præcepti conceſſio in facultate, ſeu optione concedentis exiſtens; quo pacto, ſi lex, ſive præceptum favet, ſeu dirigitur ad ſubditum tantùm, hic ſuperiorem licentiare valet, ſin verò lex aut præceptum reſpiciant juriſdictionem in licentiando, ſolummodò ſuperior licentiat. Uno ex his duobus modis ſumenda vox *licentia* in quantùm univocata cum his duabus, ſeu ſinonima; *beneplacitum, facultas*, quatenus eò indicatur impunitas agendi aliquid, vel omittendi, quòd aliàs nec fieret ſeu omitteretur abſque reatu; talis impunitas verbo aut facto verificatur; facto prout ex tropo Methonimiâ exprimitur conceptus non minus quam verbo, v. g. Antiſtes Diœceſanus verbo mihi licentiam præſtat confeſſiones audiendi; ſed cum ſim ſimplex Sacerdos genu flectit coram me prædictus Epiſcopus, & confitetur ſacramentaliter; eo facto me approbat æquè ac ſi verbis me licentiaret; non ergo impropria erit locutio, de licentia pœnitentis in noſtro caſu, ſi abſque conſenſu ejus non poſſimus loqui de his, qui ſub ſigillo ſunt; ſi enim in ſua optione non manet conſentire, licentiam præſtare nequibit; pro utraque ergo opinione res perpendatur, propiſſima eſt veſtigatio; quoad noſtram, aliis non minus excluditur confeſſarij conſenſus quam pœnitentis, in favorem Sacramenti inſtitutum ſigillum primariò & principalitèr, à quo pariter uterque aſtringitur in ſecreto, cum hac differentia quòd pœnitens nuſquàm coartatur ad non loquendum de illis quæ confeſſus fuit, niſi ſub hac reduplicatione, quòd non loquatur de eis in quantum confeſſioni ſubjacent, ſed prout quiſquis eſt Dominus manifeſtandi ea quæ in ejus corde latet, vel exterius facit; at in confeſſario non erit caſus; nec occaſio, unde liceat proferre: Hæc ex confeſſione Sacramentali ſcio, adhuc ſi publicè peccator ſe accuſaret, nec ſi aliàs ipſi notitia inſit, imò licitum erit quantumvis interrogatus ſub juramento in judicio juridico à legitimo ſuperiore an ea ſciat affirmare ſe nihil ſcire, tùm, quia judex caret authoritate publica ad examinandum teſtem de notis ex præciſa confeſſione Sacramentali; tùm, quia non tenetur reſpondere niſi ad mentem interrogantis. Quò ceſſant Amphibologiæ, ſeu reſtrictiones mentales inductæ à Diana 3. p. trac.6. reſol. 30. § ſextò: & 5. p. tr. 11. reſol. 30. & poſt damnatam ab Innocentio II. inter 65. propoſitiones ea quæ eſt 27. non tutè uti quit aliquis Amphibologiâ uſquam.

8. Hæc præmiſi ut innoteſcat ſtricta confeſſariorum obligatio in tenendo Sacramentali ſigillo; & conſonè Scotus, diſt. 21. §. 5. ad argumenta verſ. ſed numquid n. 19. ſubdubitat. *Poteſt tunc dicere audivi hoc in confeſſione. Reſpondeo dicitur quod hac ſola verba: Audivi hoc peccatum & cujus perſona, in confeſſione includunt peccatum mortale, quia includunt revelationem hujus ut cogniti eo modo quòd non licet revelari: unde cui poſt confeſſionem revelatur extra omne ſecretum caveat in modo narrandi, ne hoc narret tanquam ſibi dictum, modo quo non licet revelari.* Quæ autem ſint iſta illicita revelari (etiam ſi interponatur juridicum juramentum in tribunali judicis exquirentis, & examinantis confeſſarium, an id ſciat, ut advertit Maſtrius, in quartum ſententiarum diſp. 5. de Pœnitentiæ Sacramento, art. 1. n. 544.) ſubtilis D. §. de quid n. 16. *Non tantum peccatum principale confitentis & circumſtantias peccati, quia circumſtantia, non poſſunt bene revelari ſine revelatione facti, ſed & perſona ſecunda cum qua peccatur.* Ita rem exponit allegatus Maſtrius n. 541. (eſtque Tipographiæ error cum ponitur n. 514.) *ſub hoc ſigillo cadunt & peccatorum circumſtantia quæ ſunt neceſſariò confitenda, quia variant ſpecies peccatorum, vel faciunt peccata diverſa, & ideo qua ratione opus eſt peccata tacere, eadem quoque ratione circumſtantias peccatorum, & ob eamdem rationem contra ſigillum eſſe defectus quoſdam naturales, qui occaſione peccati, ſive ad ejus declarationem in confeſſione interdùm manifeſtantur.* V. G. quædam Mulier valde avara eſt, & pecuniæ cupiditate incidit in luxuriam, confeſſionom de ea faciens, exprimit finem non fuiſſe venereum, niſi à pecunia allectam; non licebit confeſſori id ex confeſſione ſcienti uſquàm proferre (ſi aliter in notitiam ejus non venit) hæc femina valde avara eſt, quanquam de laſcivia nec verbum proferat: alio exemplo ulteriùs rem explico; contingit ſpurium, vel deſcendentem à Judæis, ſeu Mauris, illum ab aliqua circumſtantia aggravante in confeſſione ſacramentali explicare ſe ſpurium eſſe; & propagare naturam ab infecta ſobole, franget ſigillum confeſſarius ſimiliter ac in caſu præterito; dum dicit, fulanum ſpurium fore, vel de linea eſt maurorum ſeu Judæorum, non ſolùm quandò id ſub ſecreto poſſeſſor bonæ famæ eſt, verum etiam ſi ſit publicum & cuique notorium; ſi ad notitiam confeſſarij aliter non venerit ac ex confeſſione ſacramentali ipſi facta à tali, vel tali pœnitente.

9. Ratio urgens de hoc & fundamentum præciſum ponitur à Maſtrio per ſequentia obſervanda. *Alioquin fieret odioſa confeſſio imò magis odioſa quam ex revelatione peccati; potius enim vellet pœnitens ſua peccata revelari quam hujuſmodi defectus; quare univerſaliter loquendo omnes defectus morales ſive civiles, ſive naturales, qui redderent manifeſtati, pœnitentem odibilem, vel aliquo modo minoris exiſtimationis cogniti per confeſſionem, obligant ſub ſigillo.* Lex Chriſti Evangelica nulli imponit jugum niſi ſuave onuſque leve; ut ipſe Dominus monet, Mat. 11. v. 30. & Apoſtolorum Princeps ſanctus Petrus Actor. 15. a. v. 10. multus eſt in commendando exul à lege Catholica jugum veteris incomportabile; dum enim aliqua ex parte fieri poſſet odioſum Sacramentum Pœnitentiæ, aut in damnum pœnitentis cederet quid importabilius in jugo, quod ſua lege voluit Chriſtus nos onerare, nec ullus foret qui ad eam adimplendam tantillam coloratã non præberet excuſationem: inde certiſſimum ſupponendum in caſu conſulto quòd dum illa, quæ mulier propoſuit in confeſſione ſacramentali, erant circumſtantiæ peccatorum, vel alterum aliquid ex quo poterat dignoſci peccatum, ſeu circumſtantia mutans ſpeciem, vel notabiliter aggravans, ſub ſigillo clauſum ſacramentale manebat, ita taliter, quòd ſi recuperatio illorum quæ furto ablata fuerunt, confeſſario inducebant probabilem ſuſpicionem de minimo etiam peccato aut circumſtantia ejus reduplicativè quatenus confeſſo, ſeu ſolummodò noto, in quantùm ſubjecto Eccleſiæ clavibus, contra ſigillum peccabat Sacer-

Digitized by Google

dos inquirendo eam pecuniam accedens in locum, ubi illa recondebatur prout aliquo medio ſaltem indirectè manifeſtum faciebat aliquod peccatum ſibi non aliter notum ac à Tribunali Sacramenti Pœnitentiæ in quo tam ſtrictè fert communis cœtus DD. in confeſſionis ſigillo, neque dari materiæ parvitatem, neque licere frangi pro ſervanda vita, & vitandis inſidiis paratis confeſſatio, aut impedienda traditione reipublicæ in tantum quòd Diana ea 5. parte tract. 11. reſol. 17. contra Vazquerium docet illicitum Sacerdoti furem de furto ſibi facto accuſare, ſi id novit in confeſſione ſacramentali; ideò conſonè ad noſtra principia, nec id licebit etiam ſi mulier expreſſerit licentiam ad inquirendam talem pecuniam: bene verum eſt valde probabile juxta ſententiam oppoſitam quòd de facultate, ſeu beneplacito pœnitentis liceat revelare confeſſionem: tunc audito à fæmina quòd licentiaret illum ad inquirendam pecuniam, tuta poſſet conſcientia in locum ire ubi ocultata fuerat & ubi notitia non aliter ac ſi per confeſſionem habita non teneretur; quia conformis huic opinioni operabatur ex medio licito juxta concluſionem probabilem, quæ docet, ſic non frangi ſigillum.

10. Individuando amplius conſultationem factam (ſub rigidioribus ſententiis de hoc quod quæcunque ſive peccata mortalia ſive venialia, ſive circumſtantiæ mutantes ſpeciem, aut tantummodò aggravantes, vel quælibet alia in confeſſione ſacramentali, nota, ita ſigillo pœnitentiæ debet claudi, ut à nullo medio valeat odioſum fieri ſacramentum; quo pacto retardentur fideles in illud accipiendum, imò alliciantur ad ipſum accedendum:) diſtintione utar, annotando quòd non eſt rejiciendum, nam valde probabiliter poſſet confeſſor quin frangeret ſigillum monere pœnitentem quòd cum ſuo beneplacito ibit in talem locum quem patefacit, & tantummodò ſuas recuperabit pecunias, advertens non ad aliud niſi ad iſtud ipſi notitia patefacta, dum annuit, etſi poſtea indirectè aliqua præſumptio oritur de medio ſeu via quà id ſcivit confeſſarius ipſi erit prætetintentionale ſuperinducta cœterorum cognitio ad hoc quòd imputetur per eum fractum ſigillum, operans equidem in bona fide, & tutus de periculo fractionis; reſtat quod diſcutit Diana citato trac. 11. reſolutione 41. *an confeſſarius quandò pœnitens ei dat licentiam revelandi confeſſionem, debeat illam exigere in ſcriptis.* Nec Alderete (lib. 2. de religioſa diſciplina tuenda cap. 19. §. 1, nu. 6. qui affirmat de neceſſitate id opus fore ſcilicèt ſcriptam fore licentiam, niſi accuſetur de fracto ſigillo confeſſarius, puniatur) ſcripturam requirit ad hoc ut tutè procedat, occurrit Diana cum Suario, diſp. 33. de pœnitentia ſec. 5. n. 14. & Fagundez 12. lib. 4. cap. 1. n. 23. ait futurum valde oneroſum, periculoſumque pœnitentibus, ſubjungens. *In dubio an ea revelatio fiat vel non fiat de licentiâ pœnitentis, credendum eſt Sacerdotis teſtimonio & non pœnitentis.* Ex quo argumentor: In foro contentioſo favendum Sacerdoti, etiam juxta Scoti ſententiam; ergo recuperante Sacerdote ſuam pecuniam in caſu conſulto nulla facta mentione de auditis in confeſſione, credendum, quod aut de pœnitentis licentia, juxta ſententiam probabiliſſimam, vel quia extra confeſſionem id declaravit, diligentia facta fuit inquirendo pecuniam.

11. Hanc autem licentiam (conſonè ad opinionem probabilem) non teneri confeſſorem petere comperiendo pœnitentem non pervenire principaliter fine ſe accuſandi, niſi manifeſtandi id quod declarat, nullo pacto conducens ad ſacramentum, exprimere videtur Bonacina to. 1. diſp. 5. de Pœnitentiæ Sacramento q. 6. ſec. 5. p. 2. n. 5. *illum cui aliquid ſub ſigillo confeſſionis manifeſtatum eſt ab eo qui non habebat intentionem confitendi, non teneri ad ſigillum confeſſionis; nam quòd de jure non ſubſiſtit nullum præſtat effectum; effectus autem ſigilli provenit à confeſſione ſacra, animo ſe accuſandi, & per ordinem ad confeſſionem ſacramentalem: & hoc verum eſt, etiam ſi manifeſtans dixerit ſub ſigillo ſe illud manifeſtare, aut etiam ſi hoc manifeſtaverit flexis genibus, vel præmiſſa confeſſione generali, quam aliqui præmittere conſueverunt dicendo: Confiteor Deo Patri, &c. nam hæc proteſtatio ſeu actio non efficit manifeſtationem ſacramentalem ſeu per ordinem ad confeſſionem ſacramentalem: verum tamen eſt eum cui aliquid hoc pacto fuit manifeſtatum, teneri ad ſecretum naturale & ex ſe patet.* De quo Vaſquez to. 4. in 3. p. 1. q. 93. art. 4. dub. 2 n. 13. Fillucius tract. 7. de Pœnitentia cap. 11. q. 2. n. 319. & alij, præcipuè Summiſtæ: addo id intelligendum etiam ſi præter illas ceremonias flectendi genua, ſignandi ſe, inclinatione capitis, proferendi confeſſionem generalem, quis ſe accuſet intendens ſaltem ſecundariò ut efficiatur ſacramentalis confeſſio; ſed cum hac nota, quòd monitio non habeat neceſſariam ſeu probabilem connexionem cum aliquo ex peccatis in illa individuali confeſſione poſitis ſub ſigillo; nam ſi iſta conjectantur aliqualitèr, ſigillo munitur quidquid in illa palam facienda deſerviunt. Vnde in eventu conſulto de loco, ubi pecunia confeſſariij occultabatur conformiter ad hanc ſententiam diſcurrendum eſt. Si connexionem habuit inquiſitio pecuniæ furto ablatæ cum aliquo ex peccatis confeſſis, nec recuperare nec inquirere valebit confeſſarius, niſi de licentia pœnitentis, quanquam periculum manifeſtationis remotiſſimum ſit, ſi verò nulla ſit connexio cum aliquo ex peccatis clavibus Eccleſiæ ſubjectis, poterit ſervato ſecreto naturali ſuam inquirere, & recuperare pecuniam; neutiquam verò valebit ea notitia ut fur à judice puniatur.

12. Quapropter dilemnate uſus fui in fixam reſolutionem. Equidem vel ille qui acceſsit in monendum confeſſarium erat cõplex in furto & occultatione talium bonorum ſeu pecuniæ inſimul confeſſionem ſacramentalem perficiens de his, in quibus complex erat; aut nullo pacto in eo peccavit, niſi ſibi commiſſum ſecretum palám fecit confidentoſè de aliis peccatis, indenpendentibus, nec ullo tramite conducentibus per minimam circumſtantiam ad furtum, in hoc ſecundo ſenſu quantumcunque non præceſſerit licentia pœnitentis, non fregit ſigillum confeſſor ſuam inquirendo pecuniam, nec directè aut indirectè ſigillo injuriam irrogavit aut ſacramento; benè verum eſt non ſervando ſecretum naturale contra juſtitiam peccaſſe; aiente Bonacina ea ſectione 5. p. 1. n. 1. *Cui revelatum eſt aliquid ſub ſecreto tenetur jure naturæ ſecretum ſervare, & violando ſecretum, facit contra fidem datam, & tenetur ad reſtitutionem damni quòd ex injuſta ſecreti manifeſtatione noſcitur.* n. 4. differens, quot peccata committit confeſſarius ſigillum frangens, ſcribit, duo ſaltem peccata committere. *Primò peccat contra juſtitiam, ut patet ex prima propoſitione & ex dictis à violatione ſecreti in tractatu de reſtitutione: conſequenter tenetur ad reſtitutionem damni indè ſecuti, cum ex violatione juſtitiæ conſurgat obligatio reſtituendi damna.* Ideoque aſſertione ducta hoc ſenſu, tantummodò accuſari poterat confeſſarius de fracto ſecreto naturali, neutiquam de ſigillo.

13. Veruntamèn à fide dignis teſtibus habui talem pœnitentem juridicè accuſaſſe confeſſarium de fractione ſigilli, tùm apud ſanctum inquiſitionis tribunal, tùm inſimul in eo quod erat loci ordinarium: nec in illo audivi aliquod examen factum quô reus judicaretur confeſſor, & in iſto ſcivi frivolam, nec momenti declaratam delationem, reiiciendamque accuſationem; quòd ſignum fuit Sacerdotem nec ſecretum fregiſſe naturale. Quamvìs enìm Synodus Moguntina, cap. 10. & 21. proferat in uſum fuiſſe quædam peccata publicari, quænam non; & Cartaginenſis ſeptima, relato capite, Placuit 9. quæſt. 2. ſupponat poſſe quandoquè Epiſcopum manifeſtare quæ in confeſſione audiverat; nil contra nos; ſiquidèm loquuntur hæc Concilia de confeſſione judiciali in foro externo contentioſo, non autem de ea quæ ſacramentalis

cramentalis

cramentalis eſt, in qua, ſivè ex munitione ſigilli, ſivè ex irrefragabilitate ſecreti naturalis nunquàm licet manifeſtare nec minimum uno ex duobus mediis notum, & non alitèr ſcriptum: fractio enim ſigilli proit injuriat rem ſactam, videlicet Sacramentum Pœnitentiæ peccatum ſacrilegii eſt, etſi in contemptum fiat; confeſſarius reatum incurrit & cenſuratur tanquam de fide ſuſpectus, puniendus à ſacro inquiſitionis tribunali, juxtà tradita, quòd à Chriſto inſtitutum eſt & præceptum ſigillum Sacramenti Pœnitentiæ; ſin verò frangitur ſecretum naturale, etiam peccat Sacerdos contra juſtitiam. Undè, ſtante, in ſenſu compoſito in ſuo robore, ſigillo, non poterat confeſſarius tuta conſcientia recuperare illas pecunias cum periculo fractionis aut illius, vel ſecreti naturalis etiamſi pœnitens complex non fuerit in furto, at tuta conſcientia quibat extra confeſſionem alloqui pœnitententem, aut notum facere de deligentiis neceſſariis in recuperandam pecuniam, quibus dùm annueret licitè procedebat, nàm implicitè conſentiendo in diligentiis occurrebat fractioni.

14. Secus autèm judicandum ſi furti fuit complex ille qui monuit ſtratagemate utens confeſſionis ſacramentalis tuncquè ſubdiſtinctione vèrſandum, nàm vel eam fecit ſe accuſando de furto illo animo efficiendi Sacramentum Pœnitentiæ, aut quin ille ſcopus fuerit; fortaſſis accedens quià coactus ab alio confeſſario fuit, qui abſolutionem negavit nullam aptiorem reſtitutionem inveniens, velut monere de loco in quo occultabantur pecuniæ furto ablatæ; quibus in caſibus quandocunquè periculum frangendi ſigillum inſit conſiliandus eſt pœnitens quod extrà confeſſionem ſacramentalem id patefaciat, aut quod ex ſuis bonis reſtituat totum ſeu partem in quam furti reatu tenetur complex; quòd ſi renuat abſolutio eſt neganda; dùm autem confeſſarius uteretur hac notitià fractor ſigilli foret ex doctrina communi, nunquàm licere confeſſario uti ſcientia habita in Sacramento, de quo Diana p. 5. tra. 11. re. 3. §. ſed prorsùs, qui 5. notandum advertit. *Intelligendum eſſe in iis, quæ aliquo modo præjudicant Pœnitenti, vel illius honorem aut perſonam poſſunt lædere, aut illum rubore ſuffundere, vel à confeſſione retrahere. Unde in aliis non eſſe illicitum juſtis de cauſis uti ſcientia per confeſſionem comparatam, ubi ſine ulla violatione ſigilli uſus haberi poteſt.* Ergo ſi ſine violatione ſigilli uti poteſt notitia habita ex confeſſione complicis, & modo quo à nullo medio ſciri queat ſe uſum notitia capta à confeſſione ſacramentali, quare non quibit recuperare quòd ſuum eſt, & in ſui detrimentum tantopere cedit; ſiquidem in tali caſu utitur ſuo jure, per accidens ſe habente notitia ſumpta illo medio, non reduplicativè, proùt à ſigillo habito niſi ſpecificativè, quatenùs nec in minimo tangitur ſilentium, divino jure aſtringens illum in quantum conſtituitur Eccleſiæ Miniſter è conſcientiæ tribunali. At ſi pœnitens complex manifeſtaret eum locum ſimulquè proponeret non ab alio niſi ab ipſo & altero complice notum, revera teneretur confeſſor amittere pecunias, nam tunc recuperare nequiret abſque fractione ſigilli; minoris enim momenti eſt jacturam eam ſufferre confeſſarium. In eventu conſulto nil horum videtur occurriſſe, quandoquidèm judex frivolam accuſationem cenſuit & tuta conſcientia proceſſiſſe confeſſarium declaravit; eaque propter abſque ulla hæſitatione cenſendum erit, vel de licentia pœnitentis, aut quia extra confeſſionem de eo notus fuit, juxta Scotica principia, prudentiſſimè proceſſit confeſſarius ſine periculo fractionis ſigilli, aut ſecreti.

15. Dicis quanquam ad confeſſionem ſacramentalem non pertineat aliquod ſecretum interpoſitum in ea, v. g. ſi humilitatis intuitu, aut altero motivò pœnitens proferat, nil mirum me talè perpetraſſè peccatum, quià cum ſim juvenis, calor fervet, & in videndas fœminas me inclino; ſeu nimis ignorans aliquàm facetiam inculpabiliter proponat, v. g. ſi dicat mendacium protuli ne jocus falleret: nihilominùs iſta & alia clauduntur ſigillo confeſſionis, de quo cum Thoma Hurtado, diſp. 12. de pœnitentia, difficultate 4. Remigius in ſua morali ſumma tractatu 5. c. 5. §. 22. ubi peutiliter docet, non ſolum cadere ſub Sacramentali Pœnitentiæ ſigillo quòd pececatum eſt, ſive veniale, ſive mortale, verùm & quidquid interponitur penes illa, ſeu ad declarandam eorum gravitatem, v. g. ſi pœnitens in exponendo ſua crimina proferret, nihil mirum me tam atrocia perpetraſſe, cum naturæ propagatione ſim de proſapia infecta, aut conceptus à copula illicita. Igitur potius cadent ſub ſigillo complicis dicta, cum multo plus exiſtimari poſſint aſſerta in ordine ad peccata, quam ſtultiloquium, vel facetia; argumentor de magis ad minus. Si iſtud quòd minus eſt ſigillo obſignatur, illud majus ſigilli imponit obligationem: omitto antecedens, nego ſuppoſitum conſequentiæ; ſupponit enim complicis dictum dirigi in declarandam peccati gravitatem. Si enim ad hoc tantummodò ordinatur mulier fatebor paritatem concludere, nec potuiſſe tuta conſcientia confeſſarium inquiſiviſſe ſuam pecuniam, niſi è licentia pœnitentis, opinionem probabilem, aut conformiter ad Scotum & ſuos, quia extra confeſſionem locutus fuit de auditis in ea; at in eventu conſulto, non fregit ille Sacerdos id ad quòd aſtringebatur, præcipuè cum nullatenus reus inventus fuerit in ullo tribunali: & quia arbitrium dandum eſt Sacerdoti docto, & de obſervantia legis divinæ timorato qualiter putandum fregiſſe aut confeſſionis ſigillum, vel naturale ſecretum. Quæ omnia confirmabuntur ex doctrina ſequentis ſecundæ conſultationis continentis alia quæ his applicari quibant; licet enim altero ſcopo acceſſerit ut audiretur in confeſſione Sacramentali quædam mulier vel Sacerdotem, talia immiſcuit in illa, quod hoc diſcrimine notato, nempè introductum pœnitentem hic potuiſſe validum efficere Pœnitentiæ Sacramentum, & formatum; at in ſubſequenti, ſi quidem accepit ipſo fine patebit nullum & ſacrilegum peragendum.

CONSULTATIO II.

De Confeſſario accuſato à quadam fœmina quod ipſius confeſſionis gisillum fregit.

AD Franciſcum legitimum Confeſſarium acceſſit quædam Mulier irata contra ipſum, finè exprobrandi eum (ſicut & fecit) jactando innumera contumelioſa verba poſt inchoatam confeſſionem Sacramentalem ſub prætextu, quod ipſe confeſſarius inquietabat domeſticum regimen (fortaſſis ita erat, videlicet pacem œconomicam turbatam injuſtè ab illo) motus ex facili credulitate, herus irritatur contra talem fœminam; Hæc diſſimulans, quæ foret, cooperta facie accedens animo fallendi Sacerdotem, fraudulentiam prætextans intentione expreſſa in actionibus recipiendi Pœnitentiæ Sacramentum, poſt omnes ceremonias conſuetas ante ac-

Digitized by Google

cuſationem de culpis commiſſis, & pauca venialia palam facta, placida benevolntia monuit confeſſarium (ut virus ſuæ feritatis amplius detegeret, nunc vero occultaret) de aliquo quod ei expectabat ſi vellet reſarciri, adhucque incognito dolo, exhortationeque premiſſa in propoſitum dee ætero non peccandi abſolutionem impendit Sacramentalem; ſtatimquè Mulier, ſi noſceret interrogans; & audiens notam à confeſſario, iterate præteritam confeſſionem, inquit, ſe velle; & mox in probra contra Sacerdotem ſeſe præcipitat vocando ipſum hominem fraudulentum, pacis inquietatorem; indignum dignitate qua exaltabatur aliiſque contumelioſiſſimis jactationibus; patientiſſimè, valdè prudenter cuncta ſuſtinuit probra, exhortans fæminam reiterare confeſſionem præteritatem cum altero, quia nulliter factam prænovit indiciis ferè evidentibus; diligentias in beneficium obtinendum præmonitas effecit Confeſſarius ſed id, conſpiciens Mulier tanquam fractorem ſigilli eum accuſat, nec obtinet vindictam quam anhelabat. Iuſtanè quærela fæminæ fuerit de ſigillo fracto cum à domo expulſa fuerit conſultum extitit; an iniuſta, & utrum rectiſſimè in pœnam ſacrilegij quod commiſit non ſolùm per exilium à domo, lueret, ſed aliis pœnis affici deberet.

SVMMARIVM.

Peccata manifeſtata in confeſſione, non animo impetrandi abſolutionem non cadunt ſub ſigillo num. 1.

Deceptio, non confeſſio eſt ſe accuſare in virus effundendum num. 1.

Sacrilegium & alia flagitia in Pœnitente abutente confeſſione in confeſſarium exprobrandum num. 1.

Faciens confeſſionem voluntariè nullam non ſatisfacit præcepto num. 1.

Ratio dubitandi ex hoc quòd quis accedit intentione fallendi confeſſarium vel improperandi ipſum num. 2.

Quando, quibus perſonis, & de quibus incumbit obligatio ſigilli num. 2.

Ficto animo accedit in confeſſionem qui ſcopo ſollicitandi, vel exprobrandi accedit num 2.

Abundat inchoata confeſſio Sacramentalis ad ſigillum num. 2.

Confeſſio facta per interpretem, aut caſualiter inventa cartha, quando ſub ſigillo num. 2.

Independens à pœnitente confeſſionis ſigillum num. 2.

Neniæ aut alia non conducentia ad confeſſionem inducunt ſecretum naturale, ſigillum num. 2.

Prudens Pater familias in obiurgandum domeſticum num. 2.

An eodem modo ſe habeat confeſsio voluntariè nulla, aut invalida involuntaria num. 3.

Dabile Sacramentum Pœnitentiæ validum, & informe num. 3.

Caſus factus in rebus doctrinæ. num. 3.

Quæ confeſsio dicta hypocrita num. 3.

Nil Deo abominabilius velut ſacrilega confeſsio numero 4.

Confeſsione valida & informi fit ſatis præcepto Eccleſiæ num. 4.

Non quia validæ aut invalidæ confeſsiones muniuntu ſigillo num. 4.

Deus nuſquam anſam dat ad famæ jacturam num. 4.

Jure conſulenda fama pœnitentis num. 4.

Malitia antidotum vertit in deterius venenum numero 4.

Sacerdos in confeſſonario quando privata perſona numero 5.

Confitens parui pendens Pœnitentiæ Sacramentum ſuſpectus de num. 5.

Abutens Sacramentis puniendus à ſancto officio numero 5.

De fæmina ſollicitatrice confeſſarium, caſus fictus numero. 5.

Mulier ſollicitans in confeſsione an denuncianda numero 6.

Quando ceſſat obligatio ſervandi ſecretum naturale numero 6.

Quid dum animo non ſe accuſandi quis confitetur numero 6

Philoſophia de actibus humanis notanda num. 6.

Actus humani noſcuntur ex fine in quem tendunt numero 6.

Notum ſacrilegium quoties exprobratur perſona ſub reduplicatione rei gerens vices num. 6.

Sententia Ioannis Sancii exenteratur circa confeſſarios copulantes ſe cum filia confeſsionis num. 7.

An iſta circunſtantia aggravans, tantummodo num. 7.

Vtrum abſolutio ſola cauſet gratiam ex opere operato in Sacramento Pœnitentiæ num. 7.

Nulli patrocinandum à fraude, & dolo num. 7.

A qua circonſtantia denunciandus ad ſanctum officium confeſſarius qui fine ſollicitandi fœminam ei negat abſolutionem num. 7.

Sollicitatio in loco in quo adminiſtratur Pœnitentiæ Sacramentum abundat etiam extra illud ut denuncietur num. 8.

Non licet confeſſario denunciare ſui ſollicitatricem fœminam dum conterit verè, & ſollicitationem illi confitetur num. 8.

Decretum Gregorii XV. penes denunciandos ſollicitantes num. 8.

An præter venerea aliorum peccatorum ſollicitatio, cadat ſub obligationem denunciandi num. 9.

Cur potius eſt onus denunciandi in ſacramento pœnitentiæ dum Miniſter in eo ſollicitat, ac in aliis Sacramentis num. 10.

Sollicitandi periculum urgere non videtur in publica adminiſtratione Sacramentorium num. 10.

Hipocrita confeſſor ſollicitans in confeſsione num. 10.

Suſpectus de fide quilibet ſollicitator num. 10.

Papa non poteſt diſpenſare ſigillum confeſsionis num. 10.

Temeritas abutendi Sacramento Pœnitentiæ eo peculiari pœnitentis fine qui non ſit in ſe accuſandum num. 10.

Objectio ex paritate de denunciando ſollicitante confeſſario ac de ſigillo ſervando num. 10.

Denunciandi obligatio ex nullo capite eſt diſpenſatio ſervandi ſigillum num. 10.

Pœnitentis audacia inſolens abutendi confeſsione hanc aſſumens in probra jacienda, quando ſigillo non munitur num. 10.

Impertinentia ad confeſsionem in triplici diſcrimini numero 10.

Enumerantur, & practicè cognoſcuntur num. 11.

Stultiloquium aut neniæ quæ caſualiter, vel bona fide interponi aſſulent à Rudibus, inculpabilia cenſenda num. 11.

Si à militia procedant viſcera ponunt, & nullum conſtituunt ſacramentum num. 11.

Quæ aut quando vel quomodo impertinentia ad confeſsionem ſigillo muniuntur num. 11.

Reprehenſus error in confeſsione ſacramentali, quo pacto corrigendus ſine fractione ſigilli num. 11.

Permanentia moralis Sacramenti Pœnitentiæ in favo- rem

Digitized by Google

rem pœnitentis numero 12.
Commendatur cujuſdam confeſſarii prudentiſſimum conſilium num. 12.
Vſquequò tranſactum Pœnitentiæ Sacramentum moraliter permanet num. 12.
Nuſquam ab aliquo medio odioſum putandum inſtitutum à Chriſto Sacramentum Pœnitentiæ num. 12.
Odioſum conſtitueretur ſi caſus concedatur in quo licitè queat confeſſarius in præjudicium pœnitentis frangere ſigillum num. 12.
Accuſatio contra patenter inculpatum parvi pendenda, nec ſiſtendum in ea num. 13.
In opinionum concurrentia quæ eligenda; valde notandum num. 13.
Datur opinio favorabilis Sacramento, quæ oppoſitam tenet eam quæ favet pœnitenti num. 13.
Et contra contingere poteſt dabilem opinionem favorabilem pœnitenti, quæ non favet ſacramento numero 13.
In occurrentia harum oppoſitarum opinionum cui adhærere tenetur confeſſarius num. 13.
Non cencenda opinio pœnitentis, niſi hic opinionem facere queat num. 13.

1. NON aliter tunc, quando prædicta conſultatio mihi propoſita præceſſit decrevi decidendam, niſi fundamento ſolido quod ad varia conduceret ex verbis Ferdinandi de Caſtro Palao tom. 4. tract. 23. diſp. uni. cap. 19. n. 2. inquit, *ſi alia intentione quam recipiendi abſolutionem Sacerdotis peccatum fateris, tametſi, inde obligatio ſecreti naturalis oriatur, non tamen ſacri ſigilli, quia ea confeſſio etiam ex intentione pœnitentis non eſt ſacramentalis, cum ad ſacramentum conficiendum non dirigatur. Unde ſi gratia ſolum petendi conſilii ad ſacerdotem acceſſeris, petierisque ut ſub ſigillo confeſſionis dicenda recipiat, non ob inde, ſigillo obligatur.* Pro quo allegat Navarrum, Sancium, Vaſquecium, Suarium, Laiman. & Bonacinam; proſequiturque. *Quod à fortiori procedit ſi peccatum manifeſtatur non animo impetrandi abſolutionem, ſed confeſſorem decipiendi, vel ad malum inducendi, tametſi contrarium verbo exprimeres, quia illa non eſt confeſſio, ſed deceptio, & ſacrilega ſimulatio.* Nimia enim temeritate aliqui hoc eſtratagemate utuntur in ſuum virus iracundè profundendum, aut in alios fines quibus præter ſacrilegia innumera, altera cumulant flagitia. Urget Remigius tract. 5. cap. 5. num. 33. judicans confeſſarium comperientem ab aliqua perſona vocatum, eo fine ſcilicet ponendi plura aut aliqua ſub confeſſione ſacramentali, quæ ad eam non pertinent, talem nec auſcultandum, ſed increpandum de ignorantia; detrimentoſiſſima aſſolent in ſimilibus reſultare damna & inconvenientia præter irreverentiam ſacramento ut advertit Ludovicus de San Iuan, quem allegat Remigius; licet ei non annuat in iſto ultimo, ſed poſt Bullam Alexand. VII. editam 24. Septembris anno 1665. & habetur 6. volumine Bullarii in appendice ubi inter propoſitiones prohibitas, 14. quæ eſt hujuſmodi. *Qui facit confeſſionem voluntariè nullam, ſatisfacit præcepto Eccleſiæ:* in qua damnata propoſitione ſupponitur reprobatam confeſſionem pœnitentialem nulliter factam, in re confeſſionem fore, ſed peccata, ſeu alia quævis dum non ſubiiciuntur Eccleſiæ clavibus in reali, & non ficta confeſſione, ſigillo Sacramentali non muniuntur; igitur peccata in qualibet alia ſacrilega confeſſione voluntariè ſacrilegè facta non munientur ſigillo; & præcipuè in noſtra Scotica ſententia, quod principaliter & primariò ſigilli favor conciditur Sacramento, & ſecundariò pœnitenti: qualiter non exiſtente illo intuitu cujus primariò quis favetur, faveri quit.

2. Rationi huic occurro advertendo illam confeſſionem voluntariè nullam, quia ſacrilegè factam, licet à formali abuſu privetur ſuffragio, ſeu beneficio ſigilli, ab eminentia divina ex ſua benegniſſima elementia, ei faveri, quatenus infinita miſericordia, quâ inſtituit Tribunal Sacramentale decrevit ab ipſo nullum peccatorum infamari, quantumcunque ipſe malignitate ſua abuteretur benignitate remiſſionis: eique huic poneret impedimentum: unde liquet ſigillo bifariam favere, aut intuitu veræ, & realis confeſſionis Sacramentalis; vel ex eminentia inſtituentis Tribunal Pœnitentiale: tranſeat primò modo non muniri peccata, in eo qui ſacrilege confitetur, ſigillo; at ſecundo modo muniuntur. Sic ait Bonacina tom. 1. diſp. 5. de Pœnit. § 6. p. 3. n. 1. *omnia cadunt ſub confeſſionis ſigillo quæ manifeſtata ſunt per ordinem ad confeſſionem Sacramentalem factam animo ſe accuſandi.* Sed in confeſſione ſacrilega, aut nulliter facta accedit quis animo ſe accuſandi, quandoquidem à nullo cogitur, & ipſe voluntarie ſe accuſat; ergo æqua erit obligatio ſigilli quantumque ſacrilega, aut nulla fuerit confeſſio; nec valida abſolutio. Moveor ad ſuprapoſitam doctrinam, annuendo ei quæ frequenter plauditur videlicet, æquam obligationem imponere ſervandi ſigillum in confeſſario, aut in inveniente chartam, ubi peccata alicujus ſunt ſcripta, & præſumuntur directa in confeſſionem, ſive in eo qui caſualiter illa audit à pœnitente ipſam faciente, ſeu ab interprete, quando iſta fit per eum; ſive ſequatur abſolutio qua fit Sacramentum Pœnitentiæ; ſive non ſequatur abſolutio, quo caſu nullum eſt tale Sacramentum; ergo dabile erit ſigillum ultra hoc quod formaliter, & in re ſit Pœnitentiæ peractum Sacramentum. Nec obſtat, axioma 9. exponendum, quod à fraude, & dolo nulli eſt ſuffragandum, & favendum: ſed qui fecit confeſſionem voluntariè nullam utitur fraude, & dolo; ergo non ſuffragabitur à ſigillo. Diſtingo minorem. Utitur fraude & dolo, ex fine operis qui eſt animus ſe accuſandi in eo Tribunali, nego: utitur illis ex fine operantis concedo: tunc enim ſigillum favet operi, non operanti: valdè enim in omnibus obſervandum. Sic valdè nimis audivi animadverſum à quodam Patre familias contra quendam domeſticum, qui nenias narrabat Muliebres fortuitò auditas in confeſſione ſacramentali judicatum fuit à Theologis benè verum eſt ex Cardinali de Lugo diſp. 22. de Pœnit. ſec. 3. n. 60. non ſigilli confeſſionis, niſi domeſticum illum ſecreti naturalis fractorem, quia neniæ relatæ nec directè aut indirectè ſignificabant peccatum verum, tamen habebantur à medio quo etiam in eis inducebatur ſecretum naturale.

3. Vt radicitus procedat ſolutio etiam concedendo à confeſſione ſacrilega reſultare in confeſſario & in quocunque obligationem ſigilli, (quod meo videri probatur evidentèr, annuendo eodem pacto ſe habere confeſſionem voluntariè aut involuntariè nullam.) Pro meo ſcopo ponamus hunc caſum, quod Petrus in inſtanti A. incipit confeſſionem ſacramentalem quam perficit in momento D. abſolvendus in inſtanti F. moritur in momento. L. tunc non fit Sacramentum Pœnitentiæ, quia deficit abſolutio, & tamen aſtringitur ſigillo, eorum quæ audivit à Petro mortuo; ergo ſigilli obligatio extenditur ad confeſſionem nulliter factam; igitur licet nulla, confeſſio ſacrilega inducet ſigillum penes peccata quandoquidem etſi fictus ſit animus accedentis ſaltem ex parte confeſſarij volentis validum fieri ſacramentum, ſigilli privilegium extendetur, concedendum venit (argumenti ſaltem gratia (dabile Sacramentum pœnitentiæ validum & informe (de quo Suarez diſp. 20. de Pœnit. ſec. 4. n. 7. Bonacina tomo 1. diſp. 5. de pœnit. quæſt. 9. ſec. 1. p. 5. n. 3. & alij, quos citant & ſequuntur Lugo diſp. 14. de pœnit. ſec. 6. n. 68. & Hiribarne diſp. 15. de pœnitentia ſec. 11. §. ſexto. dico, ubi approbando ſententiæ probabilitatem & confeſſione valida & informi, ſubjungit *Quod autem hæc concluſio ſit conſona doctrinæ Scoticæ.*

Digitized by Google

ſatis elucet ex ſec. citata, & ex his quæ aſſeruimus in prima concluſione. Non me latet alios celebres Scoticas oppoſitum ſentire ut ſunt Faber diſp. 21. de pœnitentia cap. 6. nu. 133. & Maſtrius in 4. diſp. 5. de pœnitentia quæſt. 14. art. 1. n. 390. quibus adhæret Caſtro Palao 4. parte tractatu 22. diſp. 5. p. 12.) ne digrediamur, demus caſum poſſibilem divinitùs in Scoticis principijs, nempè Deum hoc efficere decretum efficax: volo ne ex forma abſolutionis infundatur gratia in anima Pauli integram efficientis confeſſionem de ſuis peccatis mortalibus, eo ſenſu abſolutio practicè ſignificavit gratiam de potentia ordinaria dandam, neutiquam ab abſoluta datam, conſequenterquè ſaltem tunc erit confeſſio valida & informis; ergo poſſibilis eſt talis confeſſio, ſicut & altera valida & formata in qua recipit gratiam quiſquis ut debet accedit; altera datur confeſſio dicta hypocrita, undè ſacrilegus antidotum vertit in venenum & in ſui damnationem æternam, taliſque confeſſio appellatur infructuoſa, invalida, informis, damnoſa animæ ruina, avertens undique ab æterna ſalute, & in tartareum ignem ducens, nihil Divino Numini abominabilius: patuitque in Iuda proditore. Mat. 27. n. 2.

4. Quo poſito argumentor ita: non iniquè tenetur confeſſor ad ſigillum ſacramentale in confeſſione valida & formata, ac in invalida & informi; utraque enim fieri ſatis præcepto Eccleſiæ, non eſt qui neget; non etenim eſt ſacrilega ea quæ valida, licet informis; ideò nec contenta in Bulla Alexandri 7. ergo ſimiliter tenebitur obligatione ſigilli confeſſor in ea quæ ſacrilegè fit. Probatur conſequentia, non quia remiſſa ſunt, aut non remiſſa peccata, vi Sacramenti Pœnitentiæ conceditur jure divino ſigillum, alioqui non urgeret in confeſſione valida & informi, in qua nullum remittitur peccatum; conceſſum igitur habetur ſigillum ne oneroſum, aut in infamiam reſultaret confeſſio quoquo modo facta; ſed in majorem infamiam reſultaret ſi non muniretur ſigillo confeſſio ſacrilega aut nulliter facta: ergo quolibet modo munitur. Nec ſolvitur dicendo non fieri ſatis præcepto Eccleſiæ per confeſſionem ſacrilegam (manente poſt Bullam Alexandri 7. improbabili ſententia Dianæ 3. parte tract. 4. reſol. 120. Pitigiani tomo 2. in 4. ad diſtin. 17. quæſt. unica.) Nec in praxi aut ſpeculativè ſuſtineri quit quòd ſcribit Caramuel to. 1. in Theol. fundamentali cap. 4. fundamento 24. nu. 696. *& probabile eſt ſatisfacere præcepto annuæ confeſſionis* &c. Videndus Leander à Sacramento to. 5. tract. 1. de Pœnitentia diſp. 3. quæſt. 52. quibus occurro difficultati motæ à Pellizario to. 1. in ſuo manuali regularium, tract. 5. cap. 3. quæſt. 12. inquirente: utrum fieri poſſit ſatis præceptis Religionum jubentium tales aut tales confeſſiones, per eas quæ validæ ſunt & informes. Non enim quia ſatisfit aut non ſatisfit præcepto de confeſſione muniuntur peccata ſigillo) diſtinctiſſimum enim eſt unum ac alterum, & licet Divinum Numen nuſquam anſam det in jacturam, tali miſericordia ſua clemens omnipotentia dirigitur circa nos, quòd ad retrahendam noſtram malitiam, & in dolendum à peccatis etiam ſi quilibet ſuis abutatùr beneficiis, hæc multiplicat præcipuus cujuſvis famæ curator; quapropter in favorem Sacramenti Pœnitentiæ principaliter concedens ſigillum, non attente niſi ſecundariò & minus principaliter pœnitenti, ſufficit ex intentione recta Sacerdotem dirigi in adminiſtrandum Sacramentum ad hoc quod, quaque via id fiat, conſulendo famæ accedentis ut ejus peccata muniantur ſigillo ſacro, in argumentum pejoris malitiæ illius qui antidotum ab abuſu vertit in deterius ſui venenum.

5. In propoſita doctrina convincitur injuſta fœminæ quærimonia de illo confeſſario, non enim probra illi jactata ſubdi confeſsionis ſigillo oſtendam, nec alterum ſcilicet eam prætextatam monitionem de diligentiis pro beneficio obtinendo, quandoquidem nec monitus fuit Sacerdos de diligentiis in beneficium ſibi inquirendum, nec probra jactata fuerunt in eum, quatenus in perſona Dei ipſius gerebat vices, niſi prout peculiaris erat talis perſona, de qua ſe ſentiebat Mulier irataſi iſtud, quomodò ſigillum, cum ad hoc tenendum ſempèr atque pro ſemper attendi debeat ſub reduplicatione confeſſarius Dei vices gerens in Tribunali ſacro; & per actionem quæ ſit directa in remiſsionem peccati, alio enim pacto reſpici non poteſt ſacerdos perſonam Dei gerens: ergo cùm aut monere de diligentiis, vel jactare contumelias non ſit ſe accuſare de crimine in remiſsionem, confeſſarius non in quantùm perſona Dei gerens vices reſpiciebatur; principaliter cum interogaretur Mulier, utrum ſi opportunius cogitaret medium, aut æque opportunum in jactanda probra eo uteretur ſtratagemate abutendo confeſsione ſacramentali; flagitio abominabiliſsimo, commiſcendo tales contumelias contra talem perſonam; reſpondiſſe fertur electuram alterum medium, quia ſuus animus non fuit flocci facere vel ſe vindicare contra perſonam vices Dei gerentem, ſed adverſus hominem peculiarem qui ipſam offenderat incommodans valdè, ſiquidem cum in magna foret benevolentia dominorum ſuorum, ille eis ipſam exoſam fecit. Aliter reſpondens, ſcilicèt ſuum finem fuiſſe parvipendere confeſſarium, quatenus perſonam Dei gerebat, meo videri, ut in fide ſuſpecta denuntianda erat, & punienda à ſacro inquiſitionis tribunali, tum ex errore in quo erat, tum ab hoc quod abutebatur Sacramento, uno ex ſeptem Eccleſiæ inſtituto; munitur doctrina ex caſu poſsibli. Demus ita fœminam cæcari amore turpi cujuſdam confeſſarij quòd non inveniens aliud medium in ſuam palàm faciendam laſcivam paſsionem, niſi Pœnitentiæ Sacramentum hoc ſic inchoat: Conſenſi in copulam carnalem cum quoddam ſacerdote ſex vel decem vicibus, quia ex quo audivi te concionantem cæca mente in tuam concupiſcentiam me traxit dilectio.

6. Tunc ſic talis Sacerdos ſollicitatricem iſtam conformitet ad bullas Apoſtolicas & ſanctæ inquiſitionis edictum, demus argumenti gratia ſaltem quòd tenetur denunciare, quo in caſu urgeret ſigillum, tenentes ex præclaro Bonacinæ teſtimonio ſequentia tom. 1. diſp. 5. de Pœnitentia q. 6. ſec. 5. n. 5. *confeſſarium non teneri obligatione ſigilli, quando quis ad ipſum accedit non ut confiteretur, ſed ut ipſum pertraheret ad peccatum.* Et allegatis pro eo; Egidio Coninch diſp. 9. de pœnit. n. 7. Suario Vaſquecio, Molſeſio tt. 7. cap. 23. n. 27. & 54. infert: *Hinc patet quid dicendum ſit de eo qui aliquid aperit confeſſario non animo ſe accuſandi, ſed illudendi, aut decipiendi, ut ſi fur alquid dicas confeſſario ut facilius poſſit furtum retinere.* In eventu præmiſſo de Muliercula ſollicitante, Hiribarne tom. 2. in 4. diſp. 20. ſec. 1. ſed quid juris. *Si Muliercula pandat pravam intentionem confeſſario inducendo ipſum ad conſimile peccatum, vel alioqui illudendi ipſum confeſſarium, in eo caſu non teneri ſervare ſecretum.* Non aliò excuſabitur talis confeſſor à denunciatione facienda, niſi quia aſtringitur ſigillo Sacramentali, aut ſecreto naturali ſervando de ſollicitatione ſibi irrogata, vel injuria ſeu probro ei illato; ſed ex Bonacina à ſigilo liberatur: ex Hiribarne à ſecreto; ergo tenebitur ſollicitatricem denunciare; ſigillum enim ſolum cadit ſuper ea quæ proponuntur ut peccata vel circumſtantiæ eorum reſpiciendo confeſſarium reduplicativè tanquam perſonam vices Dei gerentem, neutiquã ut particularem, quo pacto in ſollicitatione ſe gerebat fœmina: ſecretum autem naturale ceſſat ex Pontificum diplomatibus, & ſanctæ inquiſitionis edicto: Ergo Sacerdos ille nec fractor ſigilli aut ſecreti fuit quãquam non ſuſtineret probra, & caſu, quò inſolentiam feminæ panderet à nullo tribunali declarari debebat, propter iſtud preciſè, reus fractionis ſigilli ſacramentalis vel ſecreti naturalis. Si reſpondeas ſollicitatum confeſſarium non quatenùs peculiarem perſonam, ſeu ut Dei gerentem vices, occurro à Philoſophia frequenti. Actus

Digitized by Google

humani interni, qui externè fiunt ſpecificantur & ſeſe produnt à fine ſeu ſcopo in quem diriguntur;ſed ſcopus ſeu finis turpis illius Mulierculæ non ſe declaravit actu pœnitentialis accuſationis in remiſſionem culpæ, niſi in horrendum ſacrilegium ſollicitationis; ergo non reſpexit perſonam vice gerentem Deum; & ſi hunc finem attendit novo ſacrilegio rea manſit: & obſecro ſequentem preciſionem validè notes, aliud enim eſt peccatum quod clavibus Eccleſiæ ſubjicitur, & ex verbali ejus confeſſario dirigi in obtinendam abſolutionem ſacramentalem de eo;alterum peccatum quod committitur contra ipſum ſacramentum etiam, aut primariò, & per ſe; vel ex circumſtantia mutante ſpeciem: nullus enim prout perpetratur actus peccaminoſus, hunc dirigere poteſt in obtinendam remiſſionem, ſeu abſolutionem de eo: ſive exiſtimatam à Sacerdote decepto, & in bona fine de accedente in peragendum validum, & fructuoſum Pœnitentiale Sacramentum: ergo ſigillum ex inſtitutione divina non reſpiciens peccatum peragendum, niſi prout remittendum, neutiquam illud muniet, ſuffragabitur, ſeu favebit; igitur etſi in confeſſione nulliter factæ culpæ, ſub reduplicatione, remittendæ ſigillentur,nequaquam quatenus perpetrandæ; ergo cùm probra illa jactata à muliercula forent peccata reduplicativè perpetranda, & nec à confeſſario exiſtimabilia directa in remiſſionem, tales contumeliæ muniri nequibant ſigillo, nec hujus fractor putari debuit, etiam petulantiam fœminæ coercens publicè.

7. Extenteranda venit quædam ſententia Joannis Sancij in ſuis ſelectis diſp. 11. ubi controvertens: *an confeſſarius habens copulam cum filia confeſſionis teneatur confiteri illam circumſtantiam?* n. 6. aggravantem hanc vocat (& conſonè ad ſua principia,quod dum non mutant ſpeciem circumſtantiæ non obligant ut declarentur) n. 7. conſulit; *id difficile eſt,an incurrat circumſtantiam notabiliter aggravantem, ut ſi forte velit eam ex conſilio manifeſtare cauſa ſe mortificandi & humiliandi vel ſcrupuli opinionem vitandi.*) *Confeſſarius qui audivit peccata & non abſoluit.* Confuſa clauſula, quæ ex contextura patet dum ait ex Soto & Henriquez Sacramentum Pœnitentiæ dumtaxàt ex abſolutione cauſare gratiam ex opere operato; quod nil certius inter Scoticas. A quo infertur filiationem ſpiritualem,prout eſt circumſtantia aggravans, non oriri inter pœnitentem & confeſſarium niſi præceſſerit abſolutio; quapropter iſta præciſa aſſerere Sancium videtur; nullam interponi aperiendam, & hinc proſequitur. *Indico per ſolam confeſſionem circumſtantiam notabiliter aggravantem oriri: tùm quià nemini debet dolus & fraus patrocinari; ſed confeſſarius poſſet doloſe negare abſolutionem ne fæmina efficeretur ejus filia.* Quidquid de hoc ad intentum capio maximam inductam à Sancio, & expreſſam, cap. conſtituit 20. quæſt. 3. & l. nequè ex dolo ff. de dolo. *Fraus ſeu dolus nulli patrocinari debet*, ſed ſi Muliercula illa accedens ad confeſſarium fine contumeliandi ipſum, muniretur ſigillo confeſſionis in probris jactatis, patrocinaretur à fraude ſeu dolo; ergo probra illa & contumeliæ non aſtringunt confeſſarium ut ſub ſigillo ille Sacerdos qui ad venerem intra confeſſionem aut in loco in quo adminiſtratur Pœnitentiæ Sacramentum, ſollicitaretur: quapropter (præciſô undè contrahatur filiatio ſpiritualis inter pœnitentem & confeſſarium conceſſòque tantummodò ab abſolutione oriri) ab alio capite habetur circumſtantia mutans ſpeciem in confeſſario negante abſolutionem ex dolo ſeu fraude vitandi circumſtantiam aggravantem, à quo gravius peccare etiam in circumſtantia aggravante alterius ordinis & inſimul mutante ſpeciem in novum peccatum ortum à fraudulenta cautela.

8. Ex præmiſſa quam ſtatuerat doctrina Sancius quamdam per exceptionem deducit illationem ſic: *Si fæminam accederet ad confeſſarium animo alliciendi eum ad laſciviam, quia erat ejus amore capta, & ideo non abſoluta, non oritur circunſtantia notabiliter aggravans; & ſi copulam habuerit confeſſarius cum ea nec tenebitur Sacerdos celare; Tenet Acuña de confes. Sollicitante quæſt. 11. n. 11. ejus adnotator Serafin de Freitas n. 24. loquentes de confeſſario ſollicitato à fæmina in confeſſione: & docet non eſſe deferendum ad Inquiſitionis tribunal crimen illius cum fæmina rem habentis. Graſſis ut ſupra ubi n. 25. tamen Sacerdos in rectum converteret faminam, vel abſolveret, vel etiam non abſolveret, dum fæmina confiteretur peccata animo conſequendi veniam aggravans oriretur ex copula habita cum ipſa, nunquam tamen ex præcepto aperienda, ſed ſolum ſub conſilio ut diximus n. 6.* Tutius cenſerem aperiendam circunſtantiam; & quovis caſu denunciandum confeſſarium; illud quia doloſitas & fraus negandi abſolutionem mutare videtur ſpeciem; iſtud, eò quòd Pontificum Bullæ (quas tranſcribit Diana quarta parte ſuorum operum, præcipuè ea quæ eſt Gregorii XV. & incipit. *Univerſis*, ſubdatum Romæ 30. Auguſti 1622.) decernunt denunciandum. Audiamus decretum Gregorii XV. *ſive anteà, vel poſt immediatè, ſive occaſione, vel pretextu confeſſionis hujuſmodi, etiam ipſa confeſſione non ſequuta.* Et in edicto Inquiſitionis non aliter imponitur onus ſeu obligatio denunciandi mulierem ſollicitatam ac confeſſarium à fæmina, ſed licet non ſequatur abſolutio tenetur Mulier ſollicitata denunciare Confeſſarium ſollicitantem ſeu conſentientem in ſolicitatione inchoata à fæmina ſollicitante ſive in confeſſione valida, ſive in nulla & ſacrilega; ergo non intra ſigillum in peccatis dum ad remiſſionem non diriguntur vel à pœnitente, aut bona fide confeſſarii: à contradictorio deducitur. Si mulier ſolicitans doleret de ſollicitatione in veniam, eamque confiteretur aut vera, vel ficta contritione jam ſuffragabatur beneficio ſigilli eò quod tunc quæ objectivè reſpiciebat confeſſarium particularem perſonam, convertuntur in materiam ſacramenti pœnitentiæ, reſpiciuntquè ipſum tanquam Dei vices gerentem; ergo non exiſtente materia ſacramenti, illa ſollicitatione non munietur ſigillo; ſed probra jactata contra Franciſcum confeſſarium, & monitio de diligentiis ad beneficium impetrandum nunquàm fuerunt materia Sacramenti Pœnitentiæ; ergo nuſquam potuerunt reum facere illum de fracto ſigillo.

2. Roboratur aſſertio ex dubio excitato à Bonacina tom. primò diſp. 6. de onere, & obligatione denuntiandi §. 10. p. 3. n. 10. *Utrum pœnitentes ea de obligatione teneantur denunciare confeſſarium ſivè ſollicitaverint ad Venerem, ſivè ad alia peccata.* Et reſpondet negativè, quia. *Pontifices loquuntur de ſollicitantibus ad inhoneſta; nomine autem inhoneſtorum per antonomaſiam intelliguntur peccata carnalia:* citans Rodericum de Acuña quæſt. 8. n. 6. & Santarellum tractatu de hereſibus cap. 46. n. 1. formatque hic hanc objectionem contra ſe: *de hereſi ſuſpectus eſt confeſſarius ſollicitans pœnitentem ad peccata venerea; ergo multò magis ſuſpectus de hereſi cenſetur ſolicitans ad alia graviora delicta, ut ad homicidia, latrocinia publica, & his ſimilia.* Satisfacit negando conſequentiam innixus decretis Pontificiis non præſumentibus ſuſpitionem de hæreſi, niſi in ſollicitatione venerea cōpoſita cum Sacramento Pœnitentiæ. Non minus cōponitur quandò ſollicitatur confeſſarius à pœnitente ac cum pœnitens ſollicitatur à confeſſario; ſed in hoc ſecundo caſu confeſſarius declaratur ſuſpectus de hereſi; ergo & in primo pœnitens eadē ſuſpicione & cenſura cenſendus; ergo non minus urgebit onus denuntiandi confeſſarium ſollicitatum ac pænitentem Mulierē ſolicitantem;ſed denuncians confeſſarius fæminam ſollicitantem non frangit ſigillum confeſſionis, quamvis iſta animo ficto acceſſerit; & poſt confeſſa peccata cum ſignis contritionis ſollicitationem immiſcet, quia talis ſollicitatio non eſt materia circa quam fractionis ſigilli, ergo quia eodem pacto aut

Digitized by Google

monitio de diligentiis peragendis à Franciſco confeſſario in beneficium conſequendum) aliis committo examen, & deciſionem de obligatione denuntiandi pœnitem ſollicitantem)vel ſimiliter probra quæ jactavit, nullo pacto affirmari valet eum Sacerdotem ab aliquo medio fregiſſe ſigillum Mulierculæ illi quæ tam prava intentione prætextavit ſe voluiſſe ſibi adminiſtrari Sacramentum Pœnitentiæ ut virus ſuæ deteſtabilis intentionis effunderet.

10. Aliud ſubmovit dubium Bonacina allegatus p. 3. n. 14. *Utrum extet obligatio denunciandi ſacerdotem, qui provocavit ad actus inhoneſtos, dum aſſiſteret celebrationi contractus matrimonij, vel dum Euchariſtiam, Baptiſmum vel alind Sacramentum adminiſtraret.* Et reſpondet negativè; *quia Pontifices loquuntur de ſollicitantibus in confeſſione aut pretextu confeſſionis, ſeu in loco, in quo pœnitentium Confeſſiones excipiuntur, vel excipi ſimulantur.* Rationem autem, cur potius à Pontificibus ſtatuuntur tales declarationes in ſacramento pœnitentiæ, non in aliis ſacramentis, tranſcribit ita ex Santarello, e Acuña. *Majus ſollicitationis periculum imminet in confeſſione quam in reliquis ſacramentis; cum enim pœnitentis peccata ac pravos animi & corporis ſui motus & fateantur, improbus confeſſarius inde facilè poſſet accipere occaſionem provocandi pœnitentem ad libidinem*; ergo ſanctiſſima Apoſtolica clementia, valdequè prudentiori cautela cavetur, ne ullum minimum fore periculum, (quod vitandum curat) aut anſam ſeu rimulam incidendi in illud, tollere ſatagit, ſed ſi ſigillo munirentur probra & contumeliæ, ſivè alia quæ ab ignorantibus pœnitentibus immiſcentur in confeſſione ſacramentali, periculum foret in irreverentiam ſacerdotis, ſacramenti, & tam divini tribunalis cedere prætextante malitia ex hipocriſi ſe velle pœnitere, quando multiplicat peccata, ergo nullatenus ſub ſigillo cadent ſimilia. Objicies præciſa declaratione pontificum ſollicitatio in ſacramento pœnitentiæ non eſſet caſus inquiſitionis; ſed iſto non exiſtente non liceret confeſſario manifeſtare ſe ſollicitatum à fæmina in confeſſione; ergo quia cadit ſub ſigillo; igitur ſimiliter probra aut alia quæ inter peccata miſcentur, ſigillo munientur; ergo juſtè conqueſta fuit mulier illa de Franco Confeſſario, quòd ipſi fregerit ſigillum. Negari poſſet major, quia ex quo ſuſpectus cenſetur in fide quilibet ſollicitator intra confeſſionem ſacramentalem, abſolutè denuntiari deberet: ſed omitto majorem, & nego ſuppoſitum minoris. Supponit enim obligationem denunciandi, diſpenſationem fore ſigilli, quòd falſiſſimum eſt, nam in Eccleſia nulla eſt poteſtas ad talem diſpenſationem ſupponente enim Pontifice ſimilia non claudi ſigillo, onus imponit denunciandi; quòd valdé confirmat meum propoſitum; idcò non accuſandus de fracto ſigillo Franciſcus ſacerdos propoſitus in conſultatione, etſi muliebrem illam inſolentiam manifeſtaverit, debetquê rejici petulancia prædictæ fæminæ, & potius puniri quam ab aliquo admitti, imò & præveniri, ne ulterius ſimilia contingant ei, ne reverentia debita, rei tàm ſacræ in abuſum vertatur, ad irreverentiam Miniſtrorum ejus, ipſiuſquè ſacramenti.

11. Conſonat profundiſſima Suarij notaciuncula to. 4. in 3. p. diſputatione 33. de pænitentia ſec. 3. propè finem. *Ultimò dicendum eſt, cætera omnia quæ in confeſſione concomitantur, dicuntur propriè non contineri ſigillo ſi nullo modo inſerviunt accuſationi peccatorum, quia illa per ſe non ſunt materia, nequè ad illam reducuntur, & quòd ibi dicantur eſt impertinens:* Impertinentia autem triplex eſt, caſualis una, altera ex ignorantia procedens, alia à malitia, quæque ſit non pertinens ad materiam Sacramenti, nec contritione reducta ad iſtud, proùt non inſeruientia accuſationi, ſigillo non muniuntur. Lege ſi placet noſtrum Filipum fabrum in 4. libro ſententiarum Scoti diſt. 19. quæſtione unica, diſp. 34. cap. 2. n. 31. Ergo ut convinceret mulier (inducta in conſultatione) Franciſcum confeſſarium fractorem ſigilli, etiam non procedentem cum illa prudentiſſima cautela monentem, ne talia iteraret, attendentemquè fructuoſam ſuæ animæ utilitatem, & aliis narraret fæminæ inſolentem auſum, adhuc tenebatur probare, ut convinceret ſe fregis ſe ſigillum, vel diligentias illas, ſeu probra jactata directa ab ipſa ex accuſatione in veniam peccatorum, nullatenùs aſſumpta in vindictam, vel alterum pravum finem per abuſum antidoti ſacerrimi & tàm ſalubris medicamenti undè patet diſcrimen in iſto caſu, ac in alio, quandò ignorantia invincibili aliquis pœnitens inculpabilitèr utitur nenijs, facetijs, aut per humilitatem manifeſtat defectum natalium, quæ omnia cum poſſint inſervire accuſationi peccatorū in veniam, reverà à ſigillo muniri quibunt; non autem quæ nunc introducuntur, quandoquidem pertinaciter fæmina illa ex abiſſo abiſſum vocant tantoperè deteriorabatur, argumento perfidioris malitiæ, in qua rudi ignorantia, & vindictæ ducebatur cæcitate: Unde à contrario.

12. Laudanda cordata illius Confeſſoris prudentia; magni faciendus ejus zelus, neutiquam in ipſius reatum ferendum judicium novitèr ex doctrina quam tuentur Suarez diſp. 33. citata, ſec. 5. n. 3. Laiman libro 5. ſuæ ſummæ trac. 8. cap. 14, n. 15. & alij, videlicèt quòd ſi deprehendatur à confeſſario poſt finitam, & datam abſolutionem, error aliquis, ſivè proprius pœnitentis, ſive ipſius confeſſarij, poteſt abſqué fractione ſigilli ex motu proprio iſte cum illo loqui & monere in corrigendum errorem, quamvis oppoſitum ſentiat probabile judicat Caſtro Palao tomo 4. trac. 23. diſp. unica, p. 19. *Verùm tamen* (fatur ita) *ſatis probabilitèr te poſſe imò etiam debere, quià ea locutio non cenſetur eſſe extrà confeſſionem, ſed intrà cùm ad præteritam confeſſionem perficiendam dirigatur, ideoque pœnitens videtur irrationabiliter invitus.* Et ſi enim phyſicè tranſierit confeſſio, ſeu pœnitentiæ ſacramentum, permanet moralitèr in emendādum quemlibèt errorem anteà incognitum in ipſa, & poſtea compertum: & Bonacina tom. diſp. 5. de pœnitentia quæſt. 6. ſec. 5. n. 8. 10. vel indè ultrà. *Non peccare contra ſigillum qui extrà confeſſionem loquitur cum pœnitente de peccatis in confeſſione auditis, animo illum adjuvandi & reprehendendi aut peccati exprobrandi, etiam ſi à pœnitente non petierit licentiam loquendi de auditis in confeſſione: nullum enim manifeſtat ſecretum confeſſionis.* Benè verum eſt, advertere relatum Bonacinam, *quamquam faceret irreverentiam ſacramento cùm indè confeſſio reddi poſſet odioſa.* Notaciuncula videtur dirigi ad confeſſarium, qui aliter ac ſummo ſecreto alloqueretur de errore cognito poſt confeſſionem, vel quandò verba faceret non ſicut ſibi extrà confeſſionem dictum, ideoqué ſi contingat caſus, ante omnia monendus pœnitens, non minus ſigilli muniri locutionem de errore anteà incognitò: reprehenſionem ſeu admonitionem, ac cætera declarata in Sacramento phiſicè præterito, & moralitèr permanet; præmonito enim pœnitente, de hoc ſilentio, quomodò poteſt odioſum fieri ſacramentum, nec impedit ruborem aliquem reſultare in pœnitente, ſiquidèm rubor ille etiam reducitur ad eum qui exigitur quandò quis dolore, ſua peccata confitetur; ergò quia Franciſcus ille confeſſarius poſt confeſſionem competiet mulieris errorem, licitè abſque ſigilli fractione monuit iterandam confeſſionem; quòd ſi poſteà perageret etiam ſine illius minimo detrimento perficeret, dùm nec directé aut indirectè poſſet conjectari ullum peccatum aut circumſtantiam de illis quæ in confeſſione ſacrilega manifeſtavit, publicari.

13. Liquet injuſtiſſimam fuiſſe fæminæ quærelam, juſtè valdé rejiciendam, ſi denunciaretur confeſſarius de fracto ſigillo, aut apud ſancti officij tribunal, vel coràm loci ordinario, parvipendendaquè ſi ut jacet, eſt accuſatio; nam judex loci facere debet denunciationem,

Digitized by Google

ſeu accuſationem inculpati ſeu innocentis, qui licitè operatur, nec ullâ culpâ invenitur reus; ſed in caſu conſulto nullus reatus arguitur in confeſſario: ergo parvi pendenda eſt mulieris quærela. Minor probatur quocircumquè quis operatur doctrinis probabilibus quas Eccleſia admittit, nullum reatum pœnæ incurrit aut culpæ, nec juſtè puniri poteſt; dequo Sancius in ſelectis diſp. 44. 2. n. 27. & diſp. 48. n. 52. ſed Franciſcus confeſſarius ſecutus fuit ſententias probabiliſſimas, & operatus conformiter ad eas: ergo tutâ conſcientiâ operatus fuit, & innocens declarandus: neque ullo pacto reus de fracto ſigillo. Momenti non eſt replica efformabilis confeſſor tenetur ſequi opinionem pœnitentis, ut cum pluribus Diana par. 2. trac. 13. reſol. 11. & reſol. 13. diſquirens. *Quænam opinio eligenda ſit, illa quæ eſt ſacramento favorabilis ſuſpicienti?* Reſpondet: *eligendam eſſe opinionem favorabilem ſuſcipienti.* Sed favorabilior erat fœminæ illi quæ acceſſit in confeſſionem, ſententia affirmans muniri ſigillo, & illa notitia de diligentiis pro beneficio obtinendo, & probra quæ impetu muliebri jactavit, ergo tenebatur huic conformari; igitur fregit ſigillum operans contra eam. Futiliſſima objectio, tenens & falſa ſuppoſita, videlicet dari opinionem, quòd quæ introducuntur muniebantur à ſigillo; & cogens ad id quòd inducitur confeſſarium poſt damnatam ab Innocentio XI. primam inter 65. reprobatas propoſitionem, ex quo aſtringentur confeſſarii in adminiſtratione ſequi probabilius relicto minus probabili: ideo in caſibus poſitis tenebitur pœnitentis ſententiam exequi, dum probabilior eſt.

CONSULTATIO III.

De confeſſionibus inhibitis, nec eligendis confeſſoribus virtute Bullæ cruciatæ.

PETRUS cujuſdam diœceſis Antiſtes ſub ſuo tenebat regimine quoddam dictum fœminarum beaterium, in quo nullum ab illis ſpeciale obedientiæ votum emittebatur, neque tales mulieres verè erant religioſæ; nihilominus diſciplinæ quaſi regulari tùm in choro, in quo perſolvebant divinum officium, tùm in refectorio, tum in cæteris communitatibus ab una præſide, electa ab ipſis, morabantur incluſè permanentes, etſi non clauſura procedente ex voto, quin facultas eis daretur è domo exeundi, quamquam quoad admittendas mulieres ſæculares intra illam, aut alias bonæ notæ perſonas, vel benevolentiæ, aut politicæ intuitu, non ſervaretur: tornum habebant ut vocarentur, & de præſidis licentia, aut ibi, vel ad crates ferreas accederent. Comperiens dictus Petrus Epiſcopus ex multitudine confeſſariorum oriri diſciplinæ illius quaſi regularis jacturam, animarum perniciem, œconomiæ talis congregationis damnum irreparabile; edictum ſeu decretum eis intimavit (nullo motivo in eo expreſſo, niſi ex motu proprio, quia ita bono expediebat communi) ne ulla de tali beaterio ſacramentum acciperet pœnitentiæ niſi à tribus Sacerdotibus, quos in edicto nominatim eis aſſignavit, revocans cuicunque alteri licentias ad adminiſtrandum illis ſacramentalem abſolutionem: acerrimè id ferentes mulieres, ſive motu proprio, vel quia alii conſuluerunt, duos de non nominatis vocarunt confeſſarios, & virtute Bullæ cruciatæ ſæpius effecerunt cum ipſis confeſſionem ſacramentalem, cumquè in viſitatione moneretur antiſtes juridiceque id probaret, duo ipſe conſuluit. Unum utrum confeſſiones factæ cum illis nullæ declarandæ forent, quantuncunquè proteſtarent ſeſe bona fide eas peregiſſe; communioneſque ſacrilegæ: alterum, an juſtè fœminas illas punire, & carcerare poſſet, propter flagitium contraveniendi ſuo decreto atque edicto.

SUMMARIUM.

Semel approbatus revocatus confeſſionis an eligendus vi Bullæ cruciatæ num. 1.

An regularis vi Bullæ eligere valeat confeſſarium numero 1.

Quando corruit obſervantia regularis ex abuſu Bullæ cruciatæ in confeſſione num. 1.

In obſervantia regularis ruinam nullatenus ullas abuſus ſuffragat num. 1.

Nulla eſt confeſſio a qua oritur boni communis ruina num. 1.

Tenor decreti Clementis VIII. quoad uſum Bullæ cruciatæ num. 2.

Prohibitio Urbani VIII. regularibus pro Bullæ uſu num. 2.

Non idem electio confeſſarii & à reſervatis abſolutio numero. 2.

Ex obice poſito fit nullum Sacramentum Pœnitentiæ num. 3.

In obedientia ſubditi in re gravi obeſt num. 3.

Occurrente, an fiat, vel non validum, vel nullum ſacramentum, non licet amplecti opinionem probabilem, relicta probabiliori.

Tutior pars ſequenda quoad valorem ſacramenti numero 3.

Præcipuè poſt Bullam Innocentii XI. num. 3.

Qualiter, nulliter confeſſio facta repetenda num. 3.

Nulla fit confeſſio regularis, facta cum ſacerdote inhibito à ſuo ſuperiore num. 4.

Imprudentia & ignorantia aliquorum conſiliando Moniales num. 4.

Non ſemper virtute jubilei poſſunt regulares, tam viri quam fœminæ, eligere confeſſarium num. 4

Diſcrimen confeſſionis factæ vi Bullæ cruciatæ, ac Jubilei virtute num. 4.

Tenor decreti ſacræ Congregationis quoad regulares penès uſum Bullæ cruciatæ, ſeu aliorum indultorum num. 4.

Significatio vocum attendenda in eo num. 5.

Indiffinita & univerſalis, utraque abſoluta num. 5.

Dictamen aliquorum cathedram Regentium penes Bullæ cruciatæ uſum num. 5.

Hi quando ſententiam mutarunt num. 5.

Contingente valore ſacramentorum peccat conſulens opinionem probabilem relicta probabiliori num. 5. remiſſivè ad num. 18.

Objectio notanda deſumpta à conſuetudine num. 6.

Utrum ex conſuetudine liceat eligere confeſſarium vi Bullæ num. 6.

Digitized by Google

Conſuetudo quando dat jurisdictionem num. 6.
Novitiis cujuſcunque Religionis ſuffragatur Bulla cruciatæ tam quod electionem confeſſarii quam ad alia num. 7.
Quando ſuperior aſtringere quit. Novitios ad obſervantiam quâ tenentur profeſſi num. 7.
Quo tempore in privilegiis valet regula de minori ad majus num. 7.
An fæminæ collegii Ceſaraugustani dicti de las Virgines voveant perpetuitatem num. 8.
Aprobatio ſuarum conſtitutionum à Clemente num. 8.
Tenor earum, & votorum quibus obligantur poſt à noviciatus dicti ab eis annum num. 8.
Votum iſtarum ſimplex num. 8.
Hujus Collegii mulieres nequeunt eligere confeſſarium virtute Bullæ renuente earum Prælato num. 8.
Privilegio, oppoſito voto, nen poteſt quis uti num. 9.
Incidens die veneris feſtum natalis Domini, nec licet Minimis edere carnes, nec Minoribus non jejunare num. 9.
Quando indultô uti quis, non obſtante voto, nunum. 9.
Differentia voti à apromiſſione ſimplici num. 9.
Viſitator, legitimus Prelatus cenſendus num 9.
Diſcrimen congregationis fæminarum quæ ſunt vel non ſunt vere Religioſæ num. 10.
Per vota ſimplicia conſtitui poteſt rigoroſè dictus Religioſus num. 10.
Quando deteſtanda congregatio mulierum quæ Religioſæ nuncupari intendunt quin in re tales ſint numero 10.
Status Religioſus aliter nunc, ac antiquitus num. 10.
Ceremoniæ chori & communitatis ſimiles, imò nec habitus in re Religioſos non conſtituunt num. 11.
Caſus phiſicè poſſibilis curioſus etſi fictus num. 11.
Quid requiritur in loco ut conſervetur reſervata Euchariſtia in eo num. 11.
Vrgentius tenetur uxor obedire Marito quam patri numero 11.
Non poteſt Maritus cogere uxorem ne eligat confeſſarium num. 11.
Titulus legitimus & coloratus num. 12.
Quandiu durat approbatio ordinarii num. 12.
Privilegium conceſſum dignitati poſt mortem concedentis durat num. 12.
Stante titulo colorato valent actus num. 12.
A titulo tanquam à radice oritur jus & dominium num. 12.
Quid titulus præſumptus, & qualis, ad præſcriptionem num. 13.
Juriſdictio qualiter ſupletur ex titulo colorato numero 13.
Non iteranda confeſſio facta in titulo colorato numero 13.
Adſolutio eſt ſententia judicialis num. 14.
Novicis non merè ſæculares appellandi num. 15.
Prælatus regularis eandem tenet juriſdictionem circa Novitios, ac ordinarii quoad Eccleſiaſticos numero 15.
Epiſcopus inhibere poteſt clericos, ne utantur Bulla numero 15.
In clericis duplex formalitas penes Epiſcopos numero 15.
Injuſtum præceptum non tollit titulum verum numero 15.
Nuſquam cenſendum privilegium in ruinam boni communis conceſſum num. 15.
A quo melior conditio ſtatus oritur num. 15.
Vtrum nunc probabilis ſententia de ſemel approbato numero 16.
Facta confeſſio cum illo qui injuſtè reprobatur valida numero 16.
Vſus opinionum in adminiſtratiane ſacramentorum numero 17.
Quædam res ſunt independentes à creaturis aliæ ut determinatè exiſtant, à ſummo Pontificè pendent numero 17.
Dupliciter loquitur Papa; & quid in eo interpretativè loqui num. 17.
Quibus differunt approbatio confeſſarii hujuſque juriſdictio. num. 17.

1. PRocedendum in hujus conſultationis reſolutione, ac ſi verè moniales fæminæ fuiſſent voto obedientiæ ſuo prælato legitime ſubjectæ, nec immorandum (& ſi paritate poſſet decidi quod petitur ab iis quæ tangit Diana II. parte trac. 2. reſol. ex Cardinali de Lugo diſp. 21. de pœnitentia ſec. 2. n. 29. nempè declaratum ab Vrbano 8. anno 1628. & Innocentio 10. anno 1648. approbatum in una Diœceſi in alia eligi non poſſe virtute cujusvis indulti; ergo revocata licentia à Diocæſano penes audiendas confeſſiones illarum fæminarum beaterij nullatenus validæ fieri quibant. Quidquid de iis ſic generaliter introductis, quia principia in quibus nititur, poſſe, aut non poſſe moniales virtute bullæ eligere confeſſarium tuta conſcientia, fundamenta adminiſtrabunt ad reſolutionem confeſſionum mulierum illius beaterij, ideo quid procedat quoad ſtatum monaſticum profitentes, expedit prius enodare. Pellicarius in ſuo manuali regul. to. 2. trac. 8. cap. 2. ſe. 1. ſect. 1. quæſito 4. inquirit, *an regularis ex privilegio bullæ cruciatæ aut aliis ſimilibus indulgentiis poſſint ſibi eligere confeſſarium non approbatum à proprio prælato regulari, id eſt ſuperiori regularis eligentis.* Idem difficultat Diana ſecunda p. trac. 22. n. 14. Video in ipſo quomodo attenta Bulla Clementis 8. tres refert ſententias; & de negativa (pro qua allegat Tlamas Vechium, Coriolanum, Acoſtam, Mirandam, Reginandum, & Suarium) ait. *Negativè reſpondetur communiter*; verum ex noſtris Rodriguez & Villalobos, inquit; *regulares poſſe virtute bullæ cruciatæ abſolvi, etiam à peccatis reſervatis dummodo confeſſarij ſint ex deputatis & approbatis ad eorum confeſſiones audiendas.* Tandem & Joannes de la Cruz recenſet: *probabilem eſſe illam opinionem, quæ docet abſolutè poſſe regulares eligere quoſcumque confeſſarios etiam extra religionem propter abſolutionem caſuum reſervatorum*: judicium conſert, & ſuum pandit Dianam ſi quid ego. *Opinio negativa ex ſupradictis eſt communior & probabilior; & illam ego conſulo, & teneo; prima & ſecunda ex Rodriguez & Villalobos eſt probabilis, & tuta in praxi: tertia verò Ioannis de la Cruz, videant viri docti an ſit probabilis; ego illam non approbo, & ſi eſſet probabilis corrueret diſciplina regularis.* Remittitque ſe ad Fagundez in examine Theologiæ moralis p. 3. cap. 9. §. 8. n. 8. Preme quid de prima opinione profert, communiorem vocant & probabiliorem; unde patet probabilius & communius teneri invalidam confeſſionem fore, ſi fiat à regulari virtute Bullæ cum illo qui inhibetur ne aliquem audiat ſacramentaliter. Tertiæ autem opinioni non audet concedere probabilitatem; ſubinferens inconveniens quòd ſi poſſent Religioſi uti Bulla cruciatæ ad eligendum confeſſarium, corrueret diſciplina regularis; ideò prohibente ſuperiore ne confeſſio ſacramentalis fiat cum his vel aliis, ſi præceptum non teneret & validè eligi poſſet, ruina reſultaret in obſervantiam; à quo patet quòd licèt directè ex ſe nullam improbabilitatem contineat ſententia Joannis de la Cruz; indirectè à circumſtantia damni ſubſecuti tenenda eſt impracticabilis, nec ulli conſulenda; cujus ratio efformatur. Nulla eſt qualibet confeſſio ſacramentalis, in qua pœnitens detrimentum ponit ut corruat bonum commune, ſed corruit diſciplina regularis ſi confeſſio

fiat

Digitized by Google

fiat Sacramētalis à Religioſis virtute bullæ cruciatæ cum cōfeſſario inhibito à ſuo Superiori;ergo fieri nequit valida,obexque ponetur,quāquā nō directè,indirectè ſaltem.

3. Præcipuè tenenda hæc doctrina poſt diploma Clementis 10. quod incipit, *ſuperna magni*, ſub datis decimo Kalendas Junij anno 1670. & habetur to.6. Bullarij Typis dato Romæ 1672. Etenim decernit § 4. *Generaliter approbatos ab Epiſcopo ad perſonarum ſæcularium confeſsiones audiendas, nequaquam cenſeri approbatos ad audiendas Confeſsiones Monialium ſibi ſubjectarum, ſed egere quoad hoc ſpeciali Epiſcopi approbatione.* Si ergo aliqua inſpectione Moniales concedantur; illæ quibus Petrus Antiſtes confiteri inhibuit nullam conſtituebant validam abſolutionem, niſi cum eis tribus ſacerdotibus pro audiendis earum confeſſionibus approbatis (cæteris non approbatis) Confeſſiones ſacramentales facere; neque iſti eligendi virtute bullæ, & generaliter quos a d regulares omnes idipſum acerrimè propugnat Cardinalis de Lugo diſp. 20. de pœnitentia ſec.9. n. 195. extant enim expreſſæ declarationes,à Gregorio 13. diplomate ſub hoc initium. *Decet Romanum Pontificem*, à Clemente 8. in Bulla expedita 23. nob. 1599. quam confirmavit Paulus 5. 24. Decembris anno 1608. Et ſimiliter Gregorius 15. anno 1622. totumque ſub Epilogo inſinuatum videtur à Portel. to.2. ſuarū reſponſionū moralium, caſu. 3. ubi in terminis quos gerimus diſputat. *Vtrum Religioſi per Bullam cruciatæ poſſint eligere Confeſſorem.* Et in limine tranſibit diploma Vrbani 8. quòd incipit. *In ſpecula*,ſub datis Romæ 19. Junij 1630. Ubi ſummus Pontifex ſic decernit. *Quantum ad prædictum articulum eligendi Confeſſarium & abſolvendi à caſibus reſervatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini, contentis cum fratribus & Monialibus prædictis fratrum Prædicatorum ac aliorum quorumcumque ordinum, & congregationum, ſocietatis, & inſtituti, mendicantium, & non mendicantium, tam Provinciæ Hiſpaniæ quam extrà eam ubilibet conſtitutorum, locum minime habuiſſe, neque habere, neque ita ullo modo ſuffragare potuiſſe, neque poſſe; excepto dumtaxat quinquiennio, quo litteræ noſtræ hujuſmodi, ut præfertur duraverunt, ſiquidem die 14. menſis Iunij proximi præteriti expiraverunt.* Pro exceptione, legatur Portel citatus in notis ad hanc Bullam, ſingulariter a. n. 6. diſcutiens, *An ſcilicet illi, qui à tempore Clementis 8. uſque ad hanc Bullam D. Vrbani; vel poſt illam virtute cruciatæ elegerunt Confeſſorem, vel à reſervatis ſunt abſoluti, ſi ſint Religioſi teneantur repetere & iterare ſic factas Confeſſiones.* Et reſpondet affirmativè; advertas obſecro, duo exprimi in prædicto Vrbani diplomate; nec unum in altero contineri; videlicet, eligere Confeſſarium, & à reſervatis abſolvi virtute Bullæ cruciatæ amboquè prohiberi; non enim ſolum illicitum eſt à reſervatis abſolvi, verum & eligere Confeſſarium in abſolutionem quorumcunque peccatorum mortalium, etiamſi reſervata non ſint.

4. Igitur argumentor in caſu, quò Moniales virtute Bullæ eligerent Confeſſarium contra præceptum ſuperioris inhibentis cum eo quem elegit confiteri, quotieſcunque ponitur obex per peccatum mortale perpetratum fit nullum Sacramentum Pœnitentiæ, & repetenda eſt confeſſio cum obice peracta, ſed Moniales confitentes contra præceptum ſuperioris inhibentis non fieri confeſſiones ab illis, niſi cum his, non cum aliis, ponunt obicem peccando mortaliter; ergo efficiunt nullas confeſſiones. Minor probatur. Toties peccat mortaliter ſubditus, quoties in materia gravi inobedienter tranſgreditur præceptum ſuperioris, ſuæ regulæ conſonum; ſed confeſſionem efficiens virtute Bullæ cruciatæ in materia gravi (utique in ea in qua corruit diſciplina regularis) tranſgreditur præceptum ſuperioris: ergo ponit obicem, conſequenterquè nullam efficiet confeſſionem, & repetenda erit facta cum inhibito Confeſſario. Vnde conjecto teneri regulares confeſſionem non facere virtute Bullæ cruciatæ, etiam admiſſo probabilem fore opinionem, quod licitè fieri quit; moveorque ab illa reſolutione, in qua concordant Doctores, an liceat relicta opinione tutiore & probabiliori amplecti minus probabilem, & minus tutam, quando periclitatur valor, aut invaliditas ſacramentorum: & quidquid in aliis rebus admitti queat, ſententia affirmans quam tuetur Antonius Perez in ſua laurea ſalamantina, certamine 10. n. 55. contra quem Portel in additionibus ad dubia regularia, dictione opinio n. 3. nil plauſibilius inter Theologos, Canoniſtas, & Summiſtas uniformiter profitentes, quòd cum urget fieri validum aut nullum Sacramentum, pro ſemper eligenda eſt opinio tutior,& probabilior. v. g. ſi quis dubitaret,an iſta aqua ſit naturalis, vel roſacea, & pro utraque parte forent rationes probabiles, ad conficiendum Baptiſmum, in illa nulli licebit relinquere opinionem probabiliorem, & tutiorem, ſequendo minus probabilem, & minus tutam, quam ſi ſequeretur peccare mortaliter: dilatat Pancius in ſelectis diſp. 44. per totam. Luculenter Suarez to. 4. in 3. p. diſp. 26. de Miniſtro confeſſionis ſec. 6. diſputans. *Vtrum liceat hoc Sacramentum miniſtrare cum jurisdictione delegata, dubia tamen vel probabili.* Et diffusè reſpondet, nec licere Miniſtro nec pœnitenti, quandò dubium eſt de peragendo Sacramento valido, & non eſt indubitata jurisdictio. Ergo cum tutior probabiliorquè ſit ſententia negans virtute Bullæ cruciatæ poſſe fieri validam confeſſionem à regulari niſi cum Sacerdotibus approbatis, à ſuo ordinario Prælato, non vero cum inhibitis, tenebuntur ſubditi hanc opinionem in praxi verſari, & peccabunt mortaliter utentes ſententia minus probabili, & tuta, accedendo ad eum qui jurisdictionem tenet dubiam, & relinquentes eum in quo, eſt indubitata; igitur quia ſemper fit invalida confeſſio, quoties peragitur in peccato mortali ex obice poſito, tales confeſſiones erunt nullæ & repetendæ: nunc minimum dubium poſt reprobatam ab Innocentio XI. Primam inter 65. propoſitiones.

5. Inde patet quanto fundamento Pellizarius n. 3. citatus, in deciſionem dubij quod ibi movit, ſcribit nullum fieri Sacramentum Pœnitentiæ pe actum à Religioſo cum Sacerdote inhibito à ſuo ſuperiori; ſubjungens ſequentia formalia verba. *Patetquè, tum ex Bulla Vrbani 8. edita 19. Iunij 1630. in qua id expreſſè ſtatuit cum hoc antea expreſsiſſet Clemen. 8 ut proindè non poſſit ſuſtineri tanquam probabilis opinio contraria, tum quia ſub clauſula generali non veniunt particularia quæ non eſſet quis conceſſurus in ſpecie, ideoquè cum facultas Bullæ & alia ſimilia indulta reſpectu Regularium habeant ſpecialem quandam rationem, quatenus eſſe poſſunt occaſio relaxandi diſciplinam regularem.* (O utinam non tam verum practicè manu tangeretur ex conſiliantium, aut ignorantia vel imprudentia, ſeu indiſcretione, ſuadentium, Moniales non teneri ad paritionem mandatorum ſuorum Superiorum, licetquè virtute Bullæ eligere quemque Confeſſarium ſemel approbatum, quantumcumque inhibitum à loci Ordinario, aut à ſuo Prælato, qualiter conſilium deplorarent ſi diſciplinæ regularis ruinam adverterent, aut occaſionem quam dant relaxandi Monachatum.) *In iis non comprehenduntur Religioſi ſub verbis tantum generalibus quoad ſupradictam facultatem eligendi Confeſſarium, eſto, comprehendantur quoad alios favores conceſſos in talibus indultis: tum, quia quando Papa vult concedere talem facultatem etiam Regularibus, ut in Iubileis, id propriis ac expreſsis verbis declarat, quod eſt ſignum eum nolle comprehendere Regulares in ſimilibus confeſsionibus, quandò loquitur ſolum generaliter: maximè cum teſte Suario ſuprà n.* 7. Id eſt to. 4. de Religione trac. 8. lib. 2. cap. 16. *Non inveniantur hujuſmodi conceſsiones, niſi in aliquibus facultatibus quæ rarò pro una vice tantum & ex cauſis graviſsimis conceduntur, non autem in*

Digitized by Google

iis quæ perpetuò, aut longum tempus, vel uſum ordinarium confeſſionis conceduntur; idquè, ne diſciplina regularis planè evertatur; undè ſequitur in jubileis quæ pro uno tantum actu conceduntur, facilius poſſe admitti, ut Regulares vi illorum eligere ſibi poſſent Confeſſarium, modo ſuprà dicta dummodo ſufficientibus verbis indicetur hanc eſſe mentem Papæ concedentis; non enim puto id prohiberi in Bulla Urbani 8. *ſupradicta, ſtante quod in ea ſub nomine generali indulti non videntur venire Iubilea; & in eis ceſſat ratio prohibitionis.* Ceſſat forraſſis in jubileis, non in Bulla cruciatæ; quia in illis non timetur ruina diſciplinæ regularis, ſicut in hoc experientia id lactimante. Sedes ... Apoſtolica ſemper attendit ne ſtatus Religioſus ... ina diminuatur, Papamque in hoc ſedulò vig... quid practicabilius, igitur ſtante doctrina Pellizarii quâ prævenitur detrimentum, facile quilibet intelliget quomodò pro regularibus conceſſionem Bullæ cruciatæ quoad electionem Confeſſarij nullatenus extendi, paritate poſita de individuatione indulti in jubileo.

5. Confirmatur ex quodam indulto ſacræ Congregationis Cardinalium edito tempore Vrbani octavi quod eſt hujuſmodi. *Sacra congregatio Cardinalium negotiis regularium præpoſita, cenſuit regulares generaliter ab Epiſcopo approbatos ad audiendas confeſſiones, nequaquam cenſeri approbatos ad audiendas confeſſiones Monialium, ideoquè nullum Regularem ſine licentia Provincialis dictorum fratrum, ac ſpeciali approbatione Epiſcopi poſſe nec debere ad dictum Monaſterium ſanctæ Claræ terræ ſancti Angeli, neque ad alia quæcunque Monaſteria pro Monialium confeſſionibus accedere, Romæ die* 3. *Septembris* 1628. Nec poſſe, inquit, nec debere utraque voce inhibitur valida abſolutio; cum enim ego, quia Epiſcopus non ſum, non poſſum nec debeo adminiſtrare Sacramentum Confirmationis vel Ordinis, ſi adminiſtro nullum facio Sacramentum; ergo decernente ſacra Cardinalium congregatione non poſſe nec debere Confeſſarium non approbatum à Prælarò, ad Moniales accedere in earum confeſſiones audiendas, ſi audiat nullæ fient, & reiterandæ erunt. Nec ſufficit ſi reſpondeas quòd incertum decretum loqui ſpecialiter de Monialibus ſanctæ Claræ, neutiquam de aliis; replica à contextura patet; non enim ait neque ad alia ejuſdem Ordinis; ſed abſolutè omnes Regulares cõprehendit de ſexu muliebri, cũ abſoluta ſit, & per indifinita loquetur; etenim indiffinita eſt univerſalis. *Neque ad alia quæcunque Monaſteria pro Monialiũ cõfeſſionibus.* Quã intelligentiam plures doctiſſimi viri cum quibus prædictũ decretũ conſultũ fuit dederunt, imò & duo Antiſtites peritiſſimi in jure canonico cõperiẽtes in viſitatione Monialiũ ſibi ſubditarũ, quòd nõ obſtãte citato decreto duo Cathedratici Theologiæ, unus ſacrorũ canonũ alterurerque dignitate cujuſdã Eccleſiæ Cathedralis præbẽdatis cõſulebant, quod quantũcumque inhiberentur Confeſſarij ab Ordinario loci, tuta conſcientia poterant prædictæ Moniales illis Epiſcopis ſubjectæ, virtute Bullæ cruciatæ ſacramẽtalẽ prout eis libuerit peragere cum quolibet Sacerdote ſemel approbato, dum vocantur tales Cathedratici, palamque eis factum fuit, quantum reſultabat communitati Monaſterij detrimentum ab eo in jacturam obſervantiæ religioſæ, ex parte prælatorum præcipientiũ, ſe poſuerunt proteſtantes ex Axiomate. *Prudẽtis eſt mutare cõſiliũ*, atquè Religioſus quæ intuitu illius quod ipſi præbuerunt, variis monuerunt inſtantiis, & ne amplius virtute Bullæ cruciatæ alios eligerent Confeſſarios, niſi à ſuis ſuperioribus deſignatis; nullas efficiendas cõfeſſiones deinceps factas, quia in bona fide validas non indigere ut repeterentur; & quamquam ſemper ſuæ ſententiæ adhærerent, proteſtarunt, nuſquam id conciliaturos ob cautelam quòd ſicut in illo conventu talis jactura contigit, idem in altero quibant timere; cumque in eo ipſi bona fide proceſſerint ex invincibili ignorantia de detrimento reſultante, ſerenabatur talium conſiliantium conſcientia quidquid de hoc, ad intentum principale.

6. Dicis controvertens Suarez to. 4. in 3. partem diſp. 27. ſec. 3. Vtrum aliqui habeant, *vel habere poſſint facultatem eligendi Cõfeſſarium. Ex ſola conſuetudine.* n. 3. reſolvit. *Si conſtiterit talem conſuetudinem introductam eſſe & videntibus tacentibus Ordinariis ac Paſtoribus, bona fide exerceri, eam ſufficere, ut pœnitentes ſecurè poſſint uti hac facultate, quamvis hæc non tam per ipſam conſuetudinem detur, quam data ſignificetur.* Id inſinuatur cap. cum contingat de foro competentiarum, & capite dilecti de arbitriis ubi ſtabilitur, conſuetudinem dare juriſdictionem; & per oppoſitum oſtenditur à Navarro in caput, ſi placuit n. 320. & deinceps ſubſequentem maximam. *Conſuetudo ſufficit ad tollendam juriſdictionem abſolvendi aliqua peccata.* In quorum conſonantiam audivi peritiſſimos Canoniſtas & Theologos conſultos à quodam Ordinario; Vtrum in ſua diœceſi in qua erat conſuetudo perẽdi ab Ordinario facultatem abſolvendi à furto perpetrato inſimul cum homicidio illius, à quo bona auferebantur nec inveniebatur in libris ſynodalium aliqua lex tale peccatum reſervans; utrum igitur ſufficeret talis conſuetudo ut abſolvi nequiret prædictum peccatum, non petita aut obtenta autoritate Ordinarij; & reſpondiſſe fertur à conſuetudine immemoriali eum caſum ibi reſervatum; ſed conſuetudo eligendi Confeſſarium virtute Bullæ cruciatæ viget immemorialiter in regularibus; ergo tuta conſcientia poſſunt eligere ſemel approbatum; ſiquidem conſuetudo efficit ab ipſo indulto derivari juriſdictionem; ergo nullus Monialium ſuperior ſtante conſuetudine eligendi Confeſſarium virtute Bullæ poterit præcipere oppoſitum, nec punire contrafacientes, aut declarare nullas peractas ſic confeſſiones: plura occurrebant examinanda penes conſuetudinem, quandò & quomodò vim legis tenet; aut præponi debeat legi. In forma ad argumentum reſpondeo illa ejuſdem Suarij clauſula. *Tacẽtibus Ordinariis Paſtoribus bona fide exerceri.* Ergo ſi hi non taceant, nulla bona fide exercebitur conſuetudo; à quo inſtanti ceſſat juriſdictio aliàs introducta: & ne extra intentum divertamur, aſſentiamus conſuetudinem ſolum poſſe habere vim legis, quando aliquo jure ſuperior ei ſubjicitur, non autem ſi juriſdictio ſuperior illi eſt, eamque revocare, aut confirmare poteſt, in ſuaque optione eſt, vel annullare aut in obſervantia tenere talis territorij conſuetudinem; unde liquet potuiſſe imponi mandatum à ſuperiore illo Monialibus quantumcunquè conſuetudo vigeret in contrarium, præcipuè quando roborabatur edictis ſummorum Pòntificum, quæ retulimus, à quibus omnis conſuetudo in contrarium abrogabatur.

7. Alterum argumentum contra me hoc pacto urget. Non melioris conditionis ſunt Novicii regulares quam ejuſdem inſtituti profeſſi; ſed Novitiis non poteſt à ſuperiore interdici præcepto, quòd non utantur privilegio Bullæ cruciatæ eligendo Confeſſarium; ergo nec profeſſis id interdici valuit. Minor probatur verbis Pelizarij to. 1. in ſuo manuali regulari trac. 2. cap. 1. n.51. ubi in terminis inquirit, *an Novicij uti queant bullâ cruciatæ:* & reſpondet, *Poſſe, et probatur: quia ex una parte verba bullæ ſunt generalia, & comprehendunt omnes fideles & conſequenter etiam Novitios, ex alia parte ratio ob quam Doctores putant præfatâ bullâ non comprehẽdi Religioſos videtur ceſſare quoad Novitios quippè qui re vera non ſunt Religioſi, & ſimpliciter ſunt liberi, ideoquè de ſe & ſuis actibus poſſunt diſponere, cap. religioſo & ſententia excom. & cap. non ſolum de Regular.6. ita Suarez tomo. 4. de Religione trac. 8. lib. 1. cap. 16. n. 10. Addens hanc ſuam reſponſionem ſubſiſtere etiam poſt declarationem Pontificũ quòd Religioſi non poſſint uti bulla cruciata.* Vide ſi placet Lezanam to. 1. cap. 18. n.7. quid ergo melior conditio foret in his qui profitentur

ſtatum

Digitized by Google

ſtatum perfectiorem, ac in eis, qui ſtatum tenent minus perfectum. Fateor novitios ejuſcunque religionis licitè uti Bulla cruciatæ in omnibus privilegiis, nec aſtringuntur ut non poſſint edere ova, & lacticinia; ſuppoſitum ergo majoris in materia indultorum ſeu privilegiorum non concludit, ita ut valeat argumentum de minori ad majus, aut de minus meliori conditione ad meliorem conditionem. Melioris conditionis & perfectioris eſt ſtatus Epiſcoporum ſtatus regularium, & nihilhominus indultum ſeu jus conceſſum regularibus, ut in ſuis domibus quæ cœnobia ſeu hoſpitia regularia ſunt, teneant Eccleſias continuas habitationi in quibus continuum reſervatum habeatur ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, oleumquè ſacrum pro moribundis; adminiſtrariquè Viaticum, extremamque Vnctionem, & defuncta fratrum corpora indepedentèr à Parrochia ſepeliri, nec tamen gaudent his privilegiis Antiſtites in ſuis palatiis, qui tantum aut oratoria privata, vel altaria portatilia tenere valent. Aliter poſſet ſolvi argumentum ex ſententia Laiman lib 4. trac. 5. cap. 4. quæſt. 3. concl. 2. ubi ait poſſe ſuperiorem aſtringere novitios ad obſervantiam omnium, quæ profeſſi obſervant ſi præſumeret in jacturam diſciplinæ regularis futurum id non obſervari ab illis, & ita ipſos cogere ne alium, quam magiſtrum novitiorum eligant in confeſſarium, indè nego paritatem objectionis propoſitæ vel melius ſuppoſitum, & de eo redibit ſermo n. 17.

8. Verificandum ante omnia, vt fiat ſatis conſultationi poſitæ, quale illuderat beaterium, ſub Petri Antiſtitis regimine conſtitutum; an adinſtar Monialium talis congregatio ſe gereret, per annum quaſi noviciatus dictum, quo tranſacto admitterentur ad ſimilitudinariam profeſſionē, vel ut fit in quodam Collegio Cæſarauguſtano in titulo, *delas Virgines*, fundato anno 1531. ſub quaſdam conſtitutiones approbatas autoritate Apoſtolica Clementis 7. ſui pontificatus anno 8. quas obſervare promittunt poſt annum, quaſi noviciatus tenore ſequentium verborum. *Item promitto ſpontaneè Deo noſtro Domino vivere in iſto Collegio conformitèr ad caput 18. novæ reformationis ſuorum ſtatutorum in perſeverantiam obſervantiæ & modi vivendi ſub ſtricta clauſura velut in iis continetur, reatum mihi imponens pœnarum & cenſurarum adverſus fractores perpetuitatis, confirmante ſede Apoſtolica, & noſtris prælatis; & ita ſuplico Domina mea Rectrici iſtam meam perpetuitatē & renunciationem ſua manu firmet, idemque oro dominis antiquis in hunc actum deputatis.* Hoc re vera votum eſt perpetuitatis, conſonè ad caput 18. eorum ſtatutorum vbi ſtabilitur. *Et inpoſterùm talis Collega perpetua & antiqua ſe conſervet in obſervantia mandatorum Dei, & horum ſtatutorum.* Ergo à voto (ſit ſemper) aſtringuntur Collegæ hujus beaterij non eligere alios confeſſarios, niſi illos qui exprimuntur cap. 16. in quo habetur propè finem. *Poſſint eligere Confeſſarium cum hoc quod inter omnes ſe reſolvant in duos vel tres confeſſores ſecundum diſpoſita cap. 20. priorum ſtatutorum, ubi dicitur poſſe eas eligere confeſſarium cum hoc quod inter omnes reſolvantur in duos vel tres, ne Confeſſarij multiplicentur; & id Rectrictis licentia; nec aliter, & in caſu quo aliqua ex devotione alium vellet Confeſſarium, perſonam quidem virtuoſam, poſſint cum illo confeſſionem facere, ſed de Rectricis licentia.* Tenor verborum ſtatutorum, quæ in voto ſimplici promittunt, fideliter, verſus de idiomate hiſpano in latinum, præincertus eſt.

9. Tunc ſic; nullatenus poteſt quis indulto ſeu privilegio uti, quando ejus uſus voto quod promiſit ſpontaneè opponitur; v. g. dies natalis Domini incidens in veneris die; privilegiū tenet edendi carnes & tamē, non poſſumus ut amplius c. 30. n. 9. fratres Minores eo die eas edere, quia voto profeſſionis aſtringimur ſervare regulam in qua continetur jejuniū omni feria ſexta; nec Minimi fratres ſanctiſſimi Franciſci de Paula eo die carnes aut lacticinia edere quibunt, quia promiſſioni factæ in profeſſione opponitur indultum; ſed in perpetuitatis voto promiſerunt illæ Collegæ Mulieres, ſecundum conſtitutiones confirmatas à Clemente 7. vivere; ergo cum una earū ſit non poſſe niſi de licētia Rectricis, vt vidimus n. 10. confeſſionem ſacramentalem facere cum alio præter duos vel tres aſſignatas, ſaltem Rectice renuente nullæ fient confeſſiones virtutæ Bullæ, quia quodlibet indultum ceſſat & renunciatur [illegible] ſpontaneo voto ſive ſimplici ſive ſolemni, dum indultum facultatem non dat diſpenſandi votum; v. g. Petrus vovit ſe non uſuturum privilegio, quo eximitur à gabellis; quantumcunque previligietur; nuſquam licebit uti exemptione gabellarum; ergo Ordinario inhibente ſimiliter; quandoquidèm tenore ſtatutorum ex cap. 18. ille Prælatus ipſarum eſt de toto rigore & talis ab eis fatetur in quaſi profeſſione, exprimēte etiā eo capite, de jure pertinere ad ipſū confirmare ſuperiorem electam; aut de ejus commiſſione alterum habeturque in viridi obſervantia Ordinarium punire, viſitare, aut id alteri committere. Si neges illam promiſſionem factam in ea quaſi profeſſione votum ſimplex fore, tantummodoquè connumerandam ſimplicem promiſſionem. Contra ex me laté fundatis cum Cartagena tomo 2. certaminis diſp. 2. ſec. 1. n. 8. promiſſio ſimplex & votum differunt, quod in illa nullus pœnæ reatus incurritur propter tranſgreſſionem, & licitè, quamquam non fideliter, poteſt non adimpleri; at in voto reatus ineſt ad pœnam & culpam ſed perpetuitatis promiſſio inducit reatum pœnæ contra eas, quæ non obſervant, aut omittunt illa ad quæ vi ſtatutorum tenentur; ergo promiſſio in re votum ſimplex eſt: quapropter, ſi fœminæ de beaterio in conſultatione propoſitæ ſic ſunt, eodem pacto ac debere Monialibus philoſophandum eſt, quoad uſum bullæ penes confeſſarium, reſiſtente earum prælato: & circa mulieres collegij Cæſarauguſtani efficacius ſumitur argumentum ex cap. 30. prædictorum ſtatutorum, in quo declaratur nullum & ſtabilitis talibus ſtatutis obligare ad culpam mortalem dum de ſe peccatum mortale non eſt, & ſubjungitur. *Rectrix faciet eas ſervare reprehenſionibus, & cenſuris impoſitis à Viſitatore.* Quis viſitator, nonne Ordinarius, vel ejus commiſſione alter recognoſcitur ſpecialis Viſitator capax imponendi cenſuras; ergo vel de jure, aut à commiſſione recognoſcitur legitimus Prælatus, qui dum præcipit inobedientes incidere in ejus cenſuras reatu conſcientiæ ſignificat; ergo Ordinarius præcipiens ſub cenſura non peragendas confeſſiones, niſi cum tribus Sacerdotibus, nequaquam cum aliis inhibet legitimè eligi virtute bullæ ſemel approbatum, nec entitate ſeu re, diſcrimen eſt in iſta mulierum congregatione Collegij Cæſarauguſtani quoad electionem confeſſarij virtute bullæ ac à verè monialibus voto obedientiæ aſtrictis ſpecialiter, in vera & reali regulari profeſſione.

10. Suarez tomo quarto de Religione trac. 9. lib. 1. cap. 10. n. 10. advertit diſcrimen congregationis mulierum, quandò talis communitas conſtituit eas verè Religioſas, aut non; & ait requiri ſimpliciter ut in re ſint Religioſæ quòd profiteantur aliquam regulam à ſede Apoſtolica approbatam, ideò ſolummodò ea congregagatio quæ ex vi votorum profeſſionis ad talem regulam obſervandā eſpontaneè obligantur erunt in ſtatu regulari Religioſæ, Moniales, ad quem profitendum etſi vota ſolemnia generaliter emittantur, vota ſimplicia ſufficere experimento tangitur in Religioſis fundatis à ſancto Franco Paleſio, de quibus, ne dicta & fundata repetantur, vide quæ aſſero tomo 2. certaminis diſp. 5. a n. 120. hæ enim vere Religioſæ ſunt in votis ſimplicibus ſub regula ſancti Auguſtini ſede Apoſtolica confirmante & declarante tale inſtitutum regulare. Hinc cum Suario optime infert Pelliziatius tom. 1. tract. 10. cap. 1. n. 5. *Quod ſi quis velit erigere Monaſterium Mo-*

Digitized by Google

nialium & non ſub aliqua Regula approbata, niſi ratio vivendi in ea ſpecialiter approbetur à Papa, tale Monaſterium erit quadam congregatio honeſta mulierum, non tamen vera religio, ſeu Religioſa profeſſio. Ad quod facit decretum Innocencii II. capite perniciosum 18. deteſtans quarundam fæminarum morem intendentium moniales nuncupari, quantumvis nulli regulæ approbatæ ſubiiciantur. Et capite indemnitatibus §. ſupradicta de electionibus in 6. decernitur modus vivendi in certa regula authenticè approbata tantummodò conſonari ſtatui Religioſo; videndus Tamborinus de jure Abbatiſſarum diſp. 13. quæſt. 1. a. n. 5. Bene verum eſt Ferdinandum de Caſtro Palao tom. 3. tract. 16. diſp. 1. p. 1. n. 8. hæc haberem. *Ad Religioſum ſtatum ſi nativam ejus inſtitutionem expectemus nullam Pontificis approbationem requiri, tum quia ante Innocentium III. plures fuerunt in Eccleſia Religiones abſque expreſſa Pontificis approbatione, vel illorum non repugnantia, ut multis comprobat. Baſilius lib. 7. cap. 11. tum quia Chriſtus Dominus ſola donatione cum trium votorum emiſſione contentus fuit. Verum poſt Innocèn. III. qui ſibi Religionis approbationem reſervavit, cap. ne nimia de Religioſis Domibus, cujus decretum renovavit Gregorius X. cap. unico eodem titulo in 6. nulla eſſe poteſt Religio quin à ſede Apoſtolica approbetur.* Stamus igitur in hoc caſu, & penes illum qui in conſultatione hac tertia inducitur, dilemmate utendum; vel enim beaterium Antiſtitis regimini commiſſum erat à ſede Apoſtolica approbatum ſub aliqua regula, vel nulli ſubdebantur illæ fœminæ tantummodoquè in congregatione vivebant devotione, indutæ habitu monialium, adinſtarque illarum conſuetudines, & mores obſervando; utroque modo procedendum in reſolutionem.

11. Sed notabo prius, nihil obſtare ceremonias chori, aut communitatis imitari, & ita ſe gerere in ſimile habitu, qualiter ſe gerunt quæ verè Religioſæ ſunt, ut quis Religioſus ſit, inquirit Pellizarius. *An habitus Religioſus exterius ſit de eſſentia ſtatus Religioſi.* Et reſpondet, non eſſe de eſſentia, imò neque ceremoniæ quæ non conducunt ad ſignificandam obligationem votorum ſub regula à ſede Apoſtolica approbata intribus votis, paupertatis, obedientiæ, & caſtitatis; quibus Ordo ſeu Religio efficit nullum eſſe in ea qui ſubditus non ſit aliquibus Prælatis localibus; hi Provincialibus, iſti Generali, Generalis autem toti ordini, aut ſaltem ſpecialiter ſummo Pontifici. Quæ enim (etiamſi in cunctis imitentur obſervantiam, mores, modumque Vivendi, & deferant ejuſdem formæ habitum Religioſum) nullatenus Religioſi eruntſi deficit ipſis conſtitui ſubditos ex voto profeſſionis totum percipietur in caſu phiſicè poſſibili. Ponamus quod in aliqua Religione, in qua per nihil deſcriminantur, adhuc in habitu, profeſſi & novicii, illi omnes moriantur, manentibus his tantummodò in Monaſteriis, conſenſienteque Epiſcopo Diœceſano Novicii ſuperviventes eandem formam habitus & vitæ conſervent in choro, aliiſquè inſtitutis: tunc enim talis Novitiorum communitas non foret Religioſorum, quia obſervantia & ceremoniis deſicit procedere, à votis perſonalibus emiſſis in profeſſione ſub regula approbata à ſede Apoſtolica; & quamquam in Eccleſia talis cœnobii (in quo ſunt tantum novicii ex fatalitate, quia omnes profeſſi mortui ſunt) permaneret Sanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum reſervatum, non ſufficeret, quia iſtud non conſervatur formaliter & primario intuitu vitæ Religioſæ, niſi inſpecta Eccleſia, ſeu templo conſecrato, ſivè benedicto; igitur compatitur in beaterio conſulto obſervantiæ omnium cæremoniarum, & morum Religioſorum, habitumque ſimilem deferræ, Eccleſiam tenere, in qua Euchariſtia, & extrema untio reſervabatur, & nihilominus ſorores talis congregationis religioſas non eſſe, in quo eventu, cum merè ſæculares habendæ ſint, non poterunt aſtringi ab Antiſtite (qui non gerebat pænas illas niſi excercens munus Patris familias) cogere ut non eligeret confeſſarium virtute Bullæ cruciatæ; argumento à paritate: urgentius tenetur uxor obedire marit, quam Patri familias illi qui ſubduntur ipſi in regimene; ſed maritus non poteſt cogere uxorem ut non eligant confeſſarium virtute Bulle cruciatæ; ergo nec Pater familias cogere valebit illas beaterii ſorores ut non eligant confeſſarium indulto Bullæ cruciatæ; unde ſi beaterium hujus inſtituti erat, confeſſiones quas peregerunt validas fuiſſe cenſendum, ſimiliter nullam peregiſſe communionem ſacrilegam; nec in optione erat punire, quia cum non precedit culpa, pæna quæ ſequitur injuſta eſt.

12. Aſt quia in bona fide proteſtabant tales beaterii ſorores elegiſſe confeſſarium virtute Bullæ, ſuſpitio reſultabat, quod aliquo titulo tenebantur ad obedientiam in conſcientia præceptorum Antiſtitis, eaque propter alterum examen oritur penes utrumque. Titulus, itaque primò dividitur in illum, quo facta legitimantur conſtituta válida operatione; & in eum, qui quantumvis allegetur, ſemper invalidatur factum. Plura Teſius lib. 2. de juſtitia & jure cap. 3. dub. 3. ſubdividitur à Trullench tomo. 2. in decalogum lib. 7. cap. 1. dub. 4. n. 2. *Titulus verus eſt præſumptus; verus eſt ſi v. g. emiſti rem à vero Domino: præſumptus verò ſi bona fide putabat eſſe verum Dominum cum re vera non ſit:* Uterqueiſte titulus ſufficit in valorem, nec ingerit gravamen conſcientiæ. Moleſta difficultas an ſemel approbatus in una Diœceſi, in altera virtute Bullæ poſſit audire confeſſiones, de qua Diana 1. parte trac. 11. reſolution. 7. & 5. parte trac. 12. reſolu 51. contra Cardinalem de Lugo negantem poſſe eligi, requirereque approbationem ordinarii Diœceſani Pellizarius tomo 1. trac. 8. cap. 3. ſec. 2. n. 19. tenet poſſe; & numero 40. diſcutiens. *Quandiu durat approbatio conceſſa abſolutè & ſimpliter abſque ulla limitatione* Reſpondet *durare quandiu non revocatur, ideoque non ceſſare per mortem concedentis, cum detur nomine dignitatis qua nunquam periit.* Fuſe Suarez lib. 8. de legibus cap. 32. n. 9. ergo ſtantibus his opinionibus probabilibus, titulus præſumptus eſſe poterat ut illæ beateris fœminæ validas efficerent bona fide confeſſiones virtute Bullæ cruciatæ, ſi aliàs non præjudicabatur bonum earum communæ à malitioſa aliquarum perfidia in dictamine pertinaci, quo frangebatur & pax communis aut aliqua vicioſa ingerebantur, in quibus congregatio valde relaxabatur, & in jacturam ibat; hoc vitato annuendum Pellizario n. 6. veſtiganti. *An confeſſio facta regulari communiter exiſtimato approbato ſit valida, cum ille revera approbatus non ſit* Reſpondet. *Fore validam ſi abſit titulus coloratus, error communis, & non eſſet impedimentum juris naturalis, aut divini, cujuſmodi eſt, non eſſe ſacerdotem.* Bonacina tom. 2. diſp. 1. de reſtitutione quæſtione ultima, pun. 2. §. 2. n. 22. annotat *titulum eſſe radicem & cauſam ex qua oritur dominium & jus.* Pauciſque interjectis. *Titulum duplicem eſſe verum ſcilicet, & præſumptum. Verus titulus ſufficit ad transferendum dominium non expectata præſcriptione;* De preſumpto concludit, *Ad præſcriptionem igitur non requiritur verus titulus, ſed ſufficit probabiliter præſumptus, quo accipiens excedat tradentem eſſe legitimum rei traditæ Dominum.* Et ſtatim, *jus enim ob commune bonum ad vitandas infinitas lites circa rerum dominia ſtatuit ut cum titulo præſumpto acquiratur dominium rei alienæ modo ſimul adſit bona fides lib. 1. t. de uſucap. & capite vigilantes de præſcriptionibus.* hæc de jure communi procedunt in contractibus emptionis & vendictionis, aliarumque rerum quæ civiliter, & politicè peraguntur.

13. Jus etiam canonicum in adminiſtratione ſacramentorum (ut conſcientias conſulat, & ſcrupulos vitet

Digitized by Google

recipientium, bonæquè eorum fidei faveat nec aliquis inſit Catholicus, qui a ſua intentione rectâ defraudetur) utitur, & docet quando titulo colorato ſeu præſumpto excuſamur invalidâ receptione ſacramenti, quantumcumque, aut malitia miniſtri, vel fraudulenta ipſius intentione in re non ſit talis, qualis præſumitur. Joannes Sanzius in ſuis ſelectis diſp. 44. n. 3. 5. aliæ vero res, poſt allegatos plures Autores circa punctum, quomodo ſuppletur juriſdictio ex titulo colorato ſeu præſumpto ut validè recipiatur ſacramentum à Miniſtro carente juriſdictione, ſcribit, *Modo quo Eccleſia ſuplet juriſdictionem coloratam habente, & in eo errori communi exiſtimato vero judice vel, parrocho, quanvis reipſa non ſit.* Et in propriis terminis Diana 3. parte trac. 4. *reſ.* 122. *An ſit iteranda confeſſio facta cum confeſſario qui cum falſa licentia ordinarii excipit aliorum confeſſiones*: poſtquam recenſet ſententiam affirmativam eorum qui putant nulliter factas tales confeſſiones, quia confeſſor intruſus caret legitimo titulo; cum Molfeſſio & aliis ſcribit. *Ex errore communi confertur juriſdictio etiam ſine titulo colorato à legitimo poſſeſſore & hoc ſolidè probant Baſilius Poncius lib. 3. cap. 20. Sancius in ſelectis diſp. 44. nu. 3. & ego ipſe alibi. Ritè à fortiori infertur, quod ſi pœnitens ſciat privatum eſſe confeſſarium juriſdictione, quod ipſe confeſſarius ignorat, & communis populus, poterit pœnitens petere ab illo abſolutionem, quæ valida confertur.* Communem errorem nota in fœminis beaterii, in quibus etſi noſtra eſſet de juriſdictionis carentia propter edictum ab Antiſtite intimatum, attamen ignorantia vigebat in eis confeſſariis de carentia juriſdictionis ab indulto Bullæ putantes ſibi conceſſam eo ipſo, quia intuitu cruciatæ eligebantur.

14. Jam dico nullatenus potuiſſe declarari nullas confeſſiones illarum fœminarum ſtante bona fide earum, nec communiones factas ſacrilegas nec pœnis puniri benè dum probetur mala fide proceſſiſſe; hæc autem patebit (& tunc reiterandæ confeſſiones, communioneſque ſacrilegas fuiſſe puniendaſque carceratione) quoties conſtaret iterum atque iterum monitas, illicitum eſſe cum illis confeſſoribus inhibitis confiteri, quia ita expediebat in conſervationem pacis domeſticæ & illius congregationis obſervantiæ; ſi hoc nonobſtante, tenaciter perſeverarent in jacturam pacis & obſervantiæ, videtur nullum adeſſe titulum, nec bonam fidem. Per ſingula probatur diſertio; primùm à doctrina communi quam dilatat noſter Martinus à ſan Joſeph in ſua ſumma lib. 1. trac. 16. agendo de confeſſione invalida iteranda neceſſario, quandò fit cum eo qui juriſdictione caret, quia abſolutio eſt ſententia judicialis, in qua juriſdictio petitur, l. penultima ff. de judic. cap. quando provocare cap. 2. de conſti. in 6. ergo cum titulus præſumptus eſt à bona fide juriſdictio datur ei, qui aliàs ea caret; ſed in noſtro caſu præceſſit bona fides in illis fœminis beaterii, dum monitæ non fuerunt iterum, atque iterum de jactura obſervantiæ congregationis; ergo tunc bona fide procedentes validas effecerunt confeſſiones, nec communiones ſacrilegas, ab ignorantia invincibili earum, quæ bona fide procedebant, nec ſuæ prudentiæ fidentes peritis ſubiiciebant ſuum dictamen conſcientiam committentes: moram faciamus in ponderatione illius propoſitionis damnatæ ab Alexandro VII. & eſt duodecima in ſerie reprobatorum quæ habentur tom. 6. Bullarii in appendice, tenoriſque ſequentis. *Satis facit præcepto annuæ confeſſionis qui confitetur regulari Epiſcopo præſentato, ſed ab eo injuſtè reprobato.* hæc affirmativa eſt damnata, ergo ſua contradictoria, quæ eſt negativa, videlicet, non ſatisfieri præcepto annuæ confeſſionis cum Sacerdote Epiſcopo præſentato, at injuſtè reprobato, in praxi exequenda; ergo propter hoc non fit ſatis præcepto, quia caruit talis confeſſor juriſdictione, nec datur titulus præſumptus, ſeu coloratus à quo ſupleatur juriſdictio; ergo injuſtè Petrus ille Antiſtes reprobaret duos confeſſarios præter tres, ad beaterium deſignatos, adhuc non fieret ſatis præcepto confeſſionis, abſolutè loquendo, ſi fieret cum illis Sacerdotibus etiam injuſtè reprobatis, ergo potiore ratione, dum juſtè reprobantur. Paritas oſtenditur ſic; Id ipſum requiritur ad adimplendum præceptum Eccleſiaſticum annuæ confeſſionis quoad miniſtrum, & pœnitentem ac ad impletionem præcepti divini de confeſſione ſacramentali peragenda, ſed ex Alexandro VII. nulla eſt confeſſio annualis peracta cum ſacerdote præſentato Epiſcopo, & injuſtè reprobato; ergo nulla erit quælibet confeſſio peracta ſimiliter, eo quod tunc deficit titulus præſumptus, & aliàs bona fides ceſſat, eſtquè mala; ergo conſtante fœminis illius beaterii reprobato ab Antiſtite Diœceſano alios confeſſarios præter tres aſſignatos, etiam ſi ſentiant injuſtè id factum, dum pertinaciter perſeverant, ceſſabit titulus præſumptus, coloratus, bonaque fides & in malam vertetur, fientque confeſſiones nullæ neceſſariò repetendæ, communioneſque ſacrilegæ; rearum incurrentes in incarcerationem.

15. Confirmatur inductum alterius conditionis cenſendæ fœminæ beaterii ut ſuffragarentur indulto Bullæ cruciatæ quod electionem confeſſarii, quam Novicii Religionis approbatæ, militante potius ratione in iſtis; quia quamvis in communitate & congregatione vivant deferentes exterius habitum regularem non ſunt mere ſæculares Novitii, niſi ſaltem inchoativè Eccleſiaſtici cum regreſſu ad ſtatum ſæcularem, ſed de Noviciis dicti num. 9. non poſſe eligere confeſſarium virtute Bullæ cruciatæ ſi in detrimentum cederet regularis diſciplinæ; ergo comperta ab Epiſcopo regularis diſplinæ jactura in beaterio, juſtè poterat præceptum imponere, & inhibere ſorores beaterii ne cum aliis, niſi cum illis tribus ſacerdotibus confeſſiones efficerent ſacramentales: quod notat Suarez tom. 3. de Religione lib. 5. cap. 16. n. 18. multus in probando ſuperiorem regularem juſtè poſſe Novitiis ſui ordinis imponere eis præcepta, & punire ipſos dum tranſgreſſores talium comperit mandatorum eo quia non abſimiem tenent quoad illos prælati regulares, ac ordinarius circa Clericos ſeu ſibi ſubditos, non quia formaliter novitii reputentur Eccleſiaſtici, niſi ab hoc quod reductivè tales reputantur ſubditis cenſendi ſunt, ſed æquè ſubditæ erant fœminæ Beaterii Petro Antiſtiti, ergo poterat præcipere & punire beaterii Mulieres, non minus ſibi ſubditas ex ſpeciali commiſſione, aut talis congregationis inſtitutione, quam Clerici à jure; ſed ſi corrueret obſervantia ſtatus Clericalis ex multitudine confeſſariorum, non implicaret Epiſcopum imponere præceptum, ne Clerici virtute Bullæ eligerent alios confeſſarios præter eos, qui ab ipſo deſignantur, qualiter Prælatus regularis id ipſum valeret peragere quoad ſui ordinis Novicios, comperta diſciplinæ regularis jactura; ergo fœminæ beaterii tenebantur ad obedientiam, nec validas efficiebant confeſſiones, ceſſante bona fide, & titulo præſumpto. Reſpondebis poſſe quidem Epiſcopum in his quæ conformantur ſuæ juriſdictioni, neutiquam in illis in quibus ſubditi privilegiantur, & eximuntur à juriſdictione Epiſcoporum, quale eſt indultum Bullæ cruciatæ; huc uſque quis Antiſtes ſeu Ordinarius inhibuit ſeu prohibuit ne clerici uterentur in electione confeſſoris Bulla cruciatæ? vel quem ſæcularem impedivit ne illa ſufragaretur; ergo ſi merè ſæculares erant beaterii ſorores, pejoris conditionis videbantur quam alii ſubditi illius Antiſtitis; injuſta ergo videtur coartatio confeſſariorum; ſed quando injuſtum eſt præceptum, titulus eſt verus & realis, ut quis utatur privilegio ſibi conceſſo; ergo tuta concientia poterant virtute Bullæ eligere confeſſarium, nec ullam effecerunt confeſſionem invalidam, aut communionem ſacrilegam. Reſpondeo quod indirectè poteſt Prælatus inferior prohibere ne ſubditus utatur privilegio ſuperioris, quando incompatitur permanentia boni

Digitized by Google

communis ex uſu indulti, quia nunquam eſt cenſendum, previlegiantem privilegium concedere cum jactura boni communis; nec urget nuſquam prohibitos Clericos, aut ſæculares ab electione confeſſarii intuitu Bullæ, nec id arguit pejoris conditionis fuiſſe mulieres beaterii, ſed occaſionem prohibitionis inveniri in iſtis, non in illis, v. g. melioris condictionis eſt canonicus Eccleſiæ Cathedralis, quam beneficiatus; prohibet Epiſcopus Canonicum ingredi in hanc domum, non verò beneficiatum, id non arguit meliorum aut minus præſtantem conditionem, niſi occaſionem prohibitionis inductam à Canonico, non à beneficiato; eatenus nego cōſequentias & ſuppoſita deducta.

16. Reſtat aliud argumentum ſolvere: ſententia probabilis eſt ſemel approbatum in una Diœceſi virtute bullæ habilem fieri in quacumque altera; ſed confeſſio facta cum habili Confeſſario eſt valida, nec repetenda: ergo confeſſarij reprobati ab illo Antiſtite, ſi ſemel approbati erant in alia diœceſi, aut in ipſa, habiles erant ad audiendas confeſſiones fœminarum beaterij; ergo cum declarari non valeant confeſſiones nullæ ſi fiant cum Sacerdote habili, illicitè declarabuntur nullæ, illæ quæ factæ fuerunt à beaterii ſororibus; nec puniri valebunt; quidquid de antiqua probabilitate electionis virtute bullæ cruciatæ de ſemel approbato in una diœceſi apud alteram; poſt bullam Vrbani 8. quæ eſt in ſerie 106. Innocentij 10. conſti. 32. reſpondendo ad dubium 9. & Clementis 10. conſt. 7. §. 4. nulla probabilitate munitur. Verba hujus ultimi Pontificis citati ſunt. *Approbatus in una diœceſi, in alia ſine licentia Diœceſani confeſſiones audire non poteſt.* Quibus ceſſat inſtantia de indultis conceſſis à Paulo 3. Jeſuiſtis de quibus Suarez to. 4. de Religione tr. 10. lib. 9. cap. 12. quo pacto Andreas Mendo, tomo de bulla cruciatæ diſp. 22. cap. 4. n. 61. tantummodò admittit probabilitatem extrinſecam in ſententia oppoſita: & n. 66. concludit. *Quod equidem contra mentem Tridentini, conſtitutionem Vrbani 8. & declarationem Cardinalium aperto marte proponat.* Dum aperto Marte id proponit, error erit, omni probabilitate extrinſeca etiam carens. Replicabis. Pius ſanctus tam ſanctiſsimus Pontifex, quod colitur beatificatus, ſic confeſſarios privilegiat. *Volumus qui ſemel ab Epiſcopo in civitate, & diœceſibus ſuis, examine approbati fuerint ab eodem Epiſcopo, iterùm non examinentur.* Ita Fagundez in præcep. 2. Eccleſiæ lib. 7. cap. 2. n. 26. hoc refert decretum D D Cardinalium. *Congregatio Concilij cenſuit regulares ad audiendas in civitate ſecularium confeſſiones, ſemel ab Epiſcopo prævio examine approbatos, iterum ab eodem non eſſe examinandos, cæterum à Succeſſore poſſe utiquè examinari.* Semel approbatus prævio examine juxta conceſſiones prædictas non poteſt reprobari ab Epiſcopo, qui eum ſemel approbavit; ergo nequibat Petrus ille Antiſtes inhibere confeſſarios à ſe ſemel approbatos prævio examine; ſed quoties fit confeſſio cum illo qui nulliter reprobatur, aliàs jam approbatus valida peragitur; ergo validæ erant confeſſiones ſororum illius beaterii, ſaltem intuitu bullę cruciatę. Veneror P P C C declarationem: ſed jam non tenet poſtquam S S D. Papa Clemens 10. in citata conſt. 7. edita anno 1670. conſonè ad illum Gregorii 15. quę incipit inſcrutabili, ſequentia decrevit ut liquet §. 6. *Porrò ſi regulares cum ſcandalo, aut inhoneſtè vivant, vel aliquod delictum concitant per quòd rationabile Epiſcopi judicio videantur à Confeſsionibus ſuſpendendi, in quo ipſius Epiſcopi conſcientiam oneratam eſſe volumus, cum pracipua Miniſtri Sacramenti qualitas ſit vita integritas, ac morum utique eam cauſam ad confeſsionis miniſterium pertinere, ac proinde, nihil conteſtare, quominus ob eam poſſit Epiſcopus regulares à ſemetipſo approbatos, ſuſpendere, aut repellere à confeſsionibus audiendis.* Hujus repulſę tres cauſas ponit maximus Pontifex, ultima urget in præſenti: *vel aliquod delictum committant.* Et quod delictum dignius ſuſpenſione velut turbari pacem domeſticam beaterij in ruinam notabilem obſervantię talis communitatis, dum moniti quod inhibiti ſint ad audiendas ſororum confeſſiones, quia ita expedir bono generali illarum, illi tenaciter inſtarent contra edictum Epiſcopi; quibus ſi accedat aliquis eorum confeſſariorum, communicationem frequentem tenere cum aliqua particulari, non directa in ſpiritualem ejus profectum, aliquale reſultaret ſcandalum: in forma ad inſtantiam, tranſeat antecedens, diſtinguo conſequens; ergo nequibat ſtante declaratione Clementis 10. nego; non ſtante omitto; concedo minorem; & nego ultimam conquentiam: Hic aptandum quod in fine numeri ſequentis, & conſultationis hujus ſtatim dabo; à quo ex argumenti alia ex ſolutione negabo ſuppoſitum.

17. Pro coronide explicanda venit quædam doctrina Joannis Sanzij in ſelectis diſ. 44. n. 1. ubi ait; *de uſu opinionum in materia Sacramentorum tam eorum quorum valo aut irritatio à ſolo Chriſto, & non à Pontifice pendet, quam eorum quorum valor à juriſdictione tradenda à Pontifice emanat, communiter diſputant doctores; ſed tamen id quod diſtinguendum erat minimè decernunt.* Valere confeſſionem factam cum approbato à proprio Ordinario certificat; ſi approbatus ſit ab alieno, inquit, *Sacramentum Pœnitentiæ, Sunt qui volunt fieri nullum*, utrum in hac differentia opinionum teneatur quis operari ſecundùm illam in qua non invalidatur Sacramentum, reſolvit n. 3. *Solum enim à peccato excuſabitur ex opinione probabili operans.* Et præmittēdo quaſdam fore res indepēdentes in ſua veritate à creaturis, alias verò ut determinatè exiſtant à ſummo Pontifice; & in primis certum habetur quòd tum à parte rei non eſt ita, validè nil fieri: v. g. quòd aqua ſit naturalis vel roſacea à nulla pendet creatura, ideò ſi roſacea ſit, quāvis non peccet baptiſans cum ea in bona fide, tenens naturalem fore, tamen nullum efficiet Sacramentum. De veritatibus dependentibus à determinatione Papæ ſcribit. *Horum igitur rerum veritas in indiviſibili non conſiſtit, ſed juxta opinionum varietatem multiplicatur. Cum tam enim à ſummo Pontifice pendeat hunc confeſſarium habere juriſdictionem vel non, & conſcius Pontifex opinionem exiſtere probabilem cenſentem approbatum ab uno ordinario ubiquè valore excipere confeſſiones, tacens & non contradicens, rathiabitio enim de preſenti, licentia expreſſa aquivalet. Regula juris 10. in 6. qui tacet in iis quæ ad ipſum pertinent conſentire videtur.* Amplector doctrinam à qua mala fides mulierum beaterij patet, dum in ſua pertinaci ignorantia manebant, ſemel monitæ: ergo non tacente Papa ceſſabat rathiabitio, & bona fides electionem confeſſarij virtute bullæ cruciatæ, quoad ſemel approbatum; ſed non tacuit ſummus Pontifex, tum ex dictis de ruina diſciplinæ regularis, pacis domeſticæ aliorumquè incōmodorum, quæ bonum commune in jacturam ponebant; tum ex allegatis n. 18. ergo nequibant fieri validæ confeſſiones, communioneſquè peragebantur ſacrilegè; æquiſimequè Antiſtes inobedientes puniebat, etiam incarcerando. In probanda minore ſtat totum robur reſolutionis; dupliciter loquitur Pontifex perſes regimen aut Eccleſiæ ſeu animarum in individuo, primò formalibus, & expreſſis verbis, ſive in vivæ vocis oraculis, ſive per ſcriptum in diplomatibus, ſeu bullis; aut loquitur interpretativè, quando ſecundum judicium prudentis convincitur, quid ſi interrogaretur in individuali caſu non aliter ac præſumitur reſpondere; ergo in eventu conſulto licet ſummus Pontifex non loquatur poſitivè vel vivæ vocis oraculo, ſeu aliquo ſpeciali diplomate, præſumitur & interpretativè loquitur, quod informatus de damnis illatis ex multitudine confeſſariorum concurrentium in beaterio, idem decerneret peragendum ad pacem conſervandam, diſciplinamque quaſi regularem, non in

Digitized by Google

jacturam ponendam. Undè æquiſſimum cenſendum Petri Epiſcopi dictamen nam quanquam à bona fide excuſarentur à peccato illæ beterii mulieres, ſemper in dubio manebat, an validum foret Sacramentum Pœnitentiæ eis adminiſtratum à non approbato, præcipuè poſt damnatam primam propoſitionem inter 65. reprobatas ab Innocentio XI. de tutiore ſententia utendum in conficiendis Sacramentis. Mitto alia argumenta quæ efformari quibant ex Franciſco Bardi Panormitano Societate Ieſu, parte 2. in explicatione Bullæ cruciatæ trac. 5. cap. 1. ſec. 1. a n. 2. ubi multus eſt in diſcriminando approbationem datam Confeſſori ab Ordinario, & illius juriſdictionem: approbationem vocat judicium determinatum de ſufficientia Sacerdotis: juriſdictionem vero jus commiſſum in exercitium, ſubjectum tamen directioni Eccleſiæ. Primam ait procedere ab intellectu diſcretivo utilitatis Animarum; ſecundam liberalem donationem, utramque verò capacem inhibitionis in uſum, ſeu exercitium: ſi ergo in utroque erant legitimè inhibiti illi Confeſſarii, quo pacto validæ quibant peragi cum illis confeſſiones.

CONSULTATIO IV.

De matrimonio contracto ex ignorantia invincibili, & bona fide cum ſorore Prioris uxoris defunctæ.

AGNES virgo Monialium regularem ſtatum ferviduſſimè anhelabat, ſed ex ſuorum Parentum præcepto (cui non reſtitit, quanquam poſſet, intuitu majoris perfectionis) matrimonium contraxit cum Joſeph viro probatiſſimo, præſtantis indolis homine, nocte nuptiarum, cum in connubium conſummandum compreriret Agnes ſuum dirigi Maritum, ante Jeſu Crucifixi effigiem illa fervidè monuit, ut ratum tantùm tenerent conjugium, votumque depromerent de ſervanda caſtitate; cumquè occurreret Feſtum Sanctæ Ciciliæ nuptiarum nocte ſicut hæc Valeriano Sponſo monuit de ſua Virginitate cuſtodienda, & Agnes Joſephum idipſum, qui errore convinctus de communi conſenſu ambo conjuges conſummandum voverunt, ad Crucifixi pedes, tale Matrimonium, in quo Cælibes per trium annorum ſpatia permanſerunt, quo completo triennio, ab infirmitate naturali mortua fuit Agnes; & jactura bonorum temporalium, infelici ſorte non incuriâ adminiſtrationis, cogitur Viduatus ſponſus in longinquam ſe exulem facere civitatem, ubi ignotus eſſet; in ea ſervitio cujuſdam nobilis perſonæ ſeſe aſtrinxit, & ignorans Agatham (exiſtente in famulatu etiam prædictæ perſonæ) ſororem ex Patre ſuæ defunctæ ſponſæ fore, ſecundas nuptias cum Agatha contraxit, quas conſummavit, & de quibus fuerunt ipſi tres filii virilis ſexus, & duæ Muliebris; tranſactis viginti annis, audiens quadrageſimalem concionem quandam, in qua Prædicator multus fuit contra inceſtuoſos caſualiter monitus de ſuo matrimonio ſecundo à quodam qui fortuitò acceſſerat in eam Vrbem, & Agatham ſociaverat à trium annorum Natam, venit in ſcrupulum dictus Joſeph, conſuluitquè an hoc ſecundum Matrimonium validum fuerit, vel nullum, filiiquè procreati reputandi legitimi, an ſpurii habendi.

SUMMARIUM.

MATRIMONIVM à voto ſimplici caſtitatis impeditur; à ſolemni dirimitur, & quando à ſimplici etiam, num. 1. & 2.

Quid matrimonium, quid contractus, quid ſacramentum matrimonii num. 1.

Laudabile Matrimonium ratum, laudabilius ex voto caſtitatis num. 1.

Dubius an quis voverit nuſquam dare debitum, quid num. 2.

Dolens voviſſe non eximitur ab obligatione voti numero 2.

Quando Religioſus pœnitens de votis emiſſis peccat, num. 2.

Licitè quandoquè datur debitum conjugale, licet illicitè petatur num. 2.

Vovens non petere diſpenſationem de voto, qualiter licitè petet num. 3.

An uxor irritare, vel diſpenſare queat vota, ſeu juramenta mariti num. 3

Vota ſeu juramenta facta ab uxore ante matrimonium nullatenus diſpenſabilia à marito num. 3.

Tentationibus carnis urgeri ſufficiens cauſa in Maritatis, ad obtinendam voti caſtitatis diſpenſationem numero 3.

Sponſa exheredat maritum fine ut fiat Religioſus licitè, & contra num. 3.

A quo petenda diſpenſatio voti de non petenda diſpenſatione num. 4.

Inferior illius qui reſervat caſum, nequit abſolvere tranſgreſſorem reſervati caſus num. 4.

Epiſcopi Vrgente cauſa diſpenſant vota reſervata Papæ ſi ad hunc difficilis ſit acceſſus num. 4.

Copula conſummata exigitur in affinitatem propriam num. 5.

Affinitas impropriè dicta aquo contrahitur num. 5.

Ex copula ſpadonum an oriatur affinitas num. 5.

A matrimonio rato, publicæ honeſtatis impedimentum eſt num. 6.

In quo conſiſtit publicæ honeſtatis impedimentum num. 7.

An ignorantia invincibilis titulo colorato innixa validum queat efficere matrimonium, aliàs nullum num 7.

Vſque ad quem gradum extenditur impedimentum contractus Maritalis num. 7.

Qualiter ſe gerere debeat confeſſarius cum pœnitente noſcens hunc laborare impedimento dirimente connubium, quod contraxit num. 8.

Ignorantia de nullitate matrimonii quo medio noſcitur contingere vincibiliter vel invincibiliter numero 8.

Nam eſt relinquendus in ſua bona fide pœnitens ignorans invincibiliter ſuum dirimens impedimentum numero 8.

Procuranda quantò citius diſpenſatio, & potius in impedimento ſi dirimat num. 8.

Statim agnoſcitur impedimentum etſi præceſſerit nob

Digitized by Google

fides, hæc in malam tranſit reducta ex ignorantia craſſa num. 8.

Quando, & quo motivo autoritas cenſenda in Diœceſano ad diſpenſandum dirimens impedimentum numero 8.

Fides, quâ occaſione danda ſingulari teſte num. 9.

Alia de teſtibus notanda. Prudenter ſe abſentando noſcens impedimentum occultum, inquirenda diſpenſatio num. 9.

Quo pacto revalidandum Matrimonium nullum numero 10.

Non retardanda diſpenſatio quæſita ab illo, à quo danda, inſtante infamia vel incontinentiæ periculo numero 10.

Inconvenientia de notitia nullitatis in Matrimonio quo pacto ſuperanda num. 10. *&* 11.

Media impugnata, & commodius inventum quale num. 10. *&.* 11.

Profeſſio invalida, unde valida ex ratificatione numero 11.

Nota profeſſionis nullitas poſt quinquennium à quibus viis ratificabitur num. 11.

In ratificandum Matrimonium opus non eſt Parrocho, & teſtibus num. 11. *&* 14.

Fundamentum quod id innititur num. 11.

Dubitans de ſuo Matrimonio quando petet & dabit debitum tutâ conſcientiâ num. 11.

Poſſeſſor bonæ fidei licitè retinet & utitur rebus quæ in ſua ſunt poſſeſſione num. 11.

Etſi credere non teneatur quis impedimentum fore de ſuo Matrimonio dirimens, aſtringitur diligentias agere ad veritatem comperiendam num. 11.

Muliebris ſagax curioſitas et quandoquè nociva numero 12.

Utrum ſolâ copulâ maritali, non altero interpoſito ratificetur Matrimonium num. 12.

Ad ratificandum maritalem contractum quis expreſſus externus conſenſus num. 13.

Internus conſenſus quando interpretativè de toto rigore externus num. 13.

Quæ ſententiæ ob autoritatem ſolùm ſuſtineri poſſunt num. 14.

Conſenſus anterior non revocatus manet moraliter ad validitatem actus num. 14.

Moralis permanentia verborum efficit ſacramentum num. 14.

Succeſſiva ſunt quæcumque concurrunt in peragenda quæque Eccleſiæ Catholicæ ſacramenta num. 14.

An validum Matrimonium in conditione de futuro numero 14.

Diſſolvitur Matrimonium aut morte unius ex contrahentibus, vel profeſſione regulari in Religione approbata num. 15.

Utrum filii procreati ex Matrimonio nullo in bona fide valido; ſpurii reputandi num. 16.

Invalidum Matrimonium ſi bona fides adiit, legitimum vocatur num. 16.

Quoties copula carnalis eſt licita, legitimum ſignificat Matrimonium num. 16.

Adulter, an in Matrimonio invalido num. 16.

Caſus de veritate capienda notandus, num. 16.

Quando tenentur conjuges revalidare Matrimonium numero 17.

Eventus in quo ſervanda promiſſio ficta facta ſub ſacramento num. 17.

Compatitur libera optio antecedenter, non conſequenter num. 17.

Parentes tenentur in conſcientia omnia vitare damna detrimentoſa filiorum num. 17.

1. DUO occurrunt matrimonii impedimenta pertractanda, unum ortum à voto ſimplici, quod inſimul cum Agnete prima uxore promiſit Joſeph nondum ſatis explicatum in eo, An cœlibatum voverit ad tempus, durante dumtaxat primo connubio, vel perpetuo: in ſtatus de verborum tenore aliud non reſpondebat, niſi ſervandam caſtitatem ſe voviſſe, cumquè inquiritur, utrum addidiſſet, cum hac individua ſponſa Agnete, videlicet cui tunc maritabatur; poſt innumera examina, explicuit animum ſuum & intentionem fuiſſe ſe voto aſtringere eodem modo ac perſuadebatur in exemplo Valeriani qui eſponſatus fuit ſanctæ Ceciliæ, per perperſuaſiones eorum quas ſua defuncta Agnes ſponſa proponebat, judicans & ſperans quod ſi ita faceret Deus velut contigit Valeriano, ipſi daret videre, quales ſunt Angeli; qua allectus curioſitate ſponſam nec minimo attingere audebat toto illo triennio, in quo nuptus duravit, cumque ſe defraudatum, nec quales erant Angeli nuſquam intueretur, ſecundas nuptias conſummare non renuit. Ad reſolutionem proceſſi de facto cum iis tantummodò confuſiſſimis notitiis. Præciſiones ſubtiliſſimas præmitto inductas à Scoto 4. diſ. 26. qu. 1. §. de quinta concluſione, n. 16. inquit. *Aliud eſt matrimonium, & alius contractus matrimonii, & aliud ſacramentum matrimonii. Matrimonium eſt illa obligatio mutua, vel vinculum illud, de quo dictum eſt in prima concluſione.* Primam hanc concluſionem præmiſerat §. ad ſolutionem n. 2. *Ad procreandam prolem debitè educandam, Marem & fœminam vinculo indiſſolubili Capulari & obligari, honeſtum eſt.* Progreditur eo n. 16. *contractus autem eſt ille actus mutuus voluntatum, Sacramentum eſt ſignum efficax (gratiæ concomitans actum illum.* Ergo etſi inter alios qui non ſunt Chriſtiani viguerit, & vigeat matrimonium, contractuſque matrimonii, neutiquam ſacramentum ineſt, ad quod accipiendum intereſt baptiſatos fore contrahentes, unde liquet præciſio ſubtilis Scotica, & in caſu conſulto verificata per triplicem formalitatem, matrimonii nempe, contractus matrimonii, & ſacramenti. Diſ. 30. quæſt. 2. §. de ſecundo articulo. V. ad primum argumentum advertit Doctor. *De volentibus nubere ſecundum communem legem, non autem de illis, quibus conſtat certitudinaliter, quod numquam uſus ſequens talem actum petetur.* Quibus diſtinguit matrimonium conſummatum à rato; vocans conſummatum illud quod appellat ſecundum communem legem, id eſt quando à nullo voto voluntario inhibetur copula maritalis licita, aliàs, in qua conſiſtit connubii uſus; ratum verò, quandò ſpontaneè aſtringuntur contrahentes non uſuros matrimonio; hoc prout ratum, laudabiliſſimum favoribuſquè Apoſtolicis impleri validumque conſtituit fuſè. à me manet fundatum tom. 2. certaminis diſp. 3. ſec. 1. per quatuor ſucceſſiones in Cœleſti connubio Virginum per antonomaſiam, Dei genitricis, & ſui ſponſi; ibi ſi placeat videre, quæcunque ſolidant verum Validumque valdequè encomiabile matrimonium ratum nulliuſque roboris ullæ contra objectiones invenientur ibi.

2. Feciſſe validum matrimonium, virum illum in ſecundis nuptiis, quamquam & ipſe, & ejus uxor perpetuo voto ſimplici ſæpe aſtrinxerint in caſtitatem ſervandam, innumera occurrebant id ſolidantia, quæ ingerere ſuperfluum videtur, cum res ita ſit per ſe nota, tale votum ſimplex, non ſolemne dirimens; bene verum erat inhibitus ad petendum debitum; in dubio, an perpetuo ſe obligaverit nunquam dare; videtur in ſecundo matrimonio non aſtringi ex doctrina Thomæ Sanzij libro quarto in decalogum capite. 40. numero. 46. & cap. 44. n. 3. Cardinalis de Lugo diſputatio. 20. de voto numero 18. firmiter tenentium quòd qui incertus eſt, an, voverit caſtitatem, in dubio de perpetuitate, judicandum perpetuum voviſſe, in eventu conſulto, non

ita

Digitized by Google

ita dubius erat, ſed certus ſe non voviſſe in alio matrimonio dare ſi foret poſſibile cum altera nubere, & comprobatur, nam repetebat doluiſſe de tali voto emiſſo, etiam antequam viduaretur, & inde noviter petebat, an peccaverit dolendo ſeu pœnitendo de voto emiſſo. Pellizarius to. 1. in ſuo manuali Regularium tra. 4. cap. 1. ſec. 1. n. 32. diſcutit. *An peccet religioſus ſi ipſum pœniteat de votis religioſis à ſe emiſſis.* Reſpondet, *peccare, & quidem mortaliter peccato oppoſito ipſis votis, ſi talis pœnitentia ſit efficax in ordine ad eorum obſervationem, quatenus ſcilicet ita deteſtatur vota facta, ut ſtatuat, & proponat ea non ſervare; ſecus ſi pœnitentia ſit inefficax, eo quòd Religioſus habet ſimplicem diſplicentiam de votis à ſe emiſſis, nolletquè emiſiſſe; interim tamen retinens propoſitum ea ſervand.* A quo conjecto peccaſſe Joſephum ſi perpetuum fuit votum in ſecundis nuptiis, quia non pœnituit eum feciſſe inefficaciter per ſimplicem diſplicentiam, ſed efficacitèr à conſenſu in copulam maritalem; pro quo Maſtrius de Meldula in ſua Theologia morali diſp. 20. quæſt. 1. ar. 1. n. 91. de voto. *Poteſt eſſe duplex aut ſolemne quale eſt in profeſſione religioſa, vel etiam in ſuſceptione Ordinis ſacri; aut ſimplex quale privatim fieri ſolet,* id iterat cum Scoto quarto diſ. 38. quæſt. 1. 5. ex dicta diſtinctione n. 3. *Votum ſimplex continentiæ non impedit ſimplicitèr; licet enim impediat Matrimonium contrahendum non tamen dirimit contractum, quòd ſolum impedimentum dirimens dicitur ſimpliciter impedire: hoc igitur votum ſimplex caſtitatis jam declaratum eſt, impedimentum prohibens Matrimonium contrahendum ut conſtat ex capite; ſi quis votum 27. q. 1. & capite unico de voto 16. ratio eſt, quia matrimonium repugnet adimpletioni hujuſmodi voti, & tali voto aſtrictus contrahendo matrimonium graviter peccat cum faciat contra votum in re gravi, quamvis matrimonium ab eo factum ſit validum: quare Doctores communiter dicunt quòd qui cum hujuſmodi voto matrimonium contrahit diſpenſatione illius non obtenta, non ſolum mortaliter peccat, ſed nec etiam debitum conjugale petere poteſt, quamvis reddere poſſet ac debeat.* Loquitur de matrimonio contrahendo animo ipſum conſummandi, nam ratum dumtaxat abſque peccato contrahat, valeret ut n. 3. tetigi, & alibi; quoad hanc partem in re tam patenti aliis non indigemus; à quibus conſtat, dupliciter peccaſſe Ioſephum contrahentem ſecundas nuptias in Matrimonio conſummato cum Agatha abſque diſpenſatione voti emiſſi in primo connubio rato dumtaxat; & quia doluit efficaciter de emiſſo perpetuo caſtitatis voto, quamquam iſtud ſimplex fuerit, & eo quòd diſpenſationem de illo non obtinuit ad alterum conjugium, in quo debitum exigere nequibat, licet dando non peccaret.

3. Audiens diſpenſationem petendam in novum venit ſcrupulum, immemor, & dubitans an perſuaſione Agnetis prioris vxoris jam defunctæ voverit item, numquam petiturum diſpenſationem de eo voto ſimplici continentiæ. Nec relictam quæ inter informandum declaravit, proferens penes punctum; aiebat enim, ſeſe ſecundas nuptias intentantem, virum conſuluiſſe doctum, ſicquè diſceſſiſſe; opinio eſt probabilis maritum poſſe uxoris juramenta & vota irritare comperta in præjudicium Matrimonij, aut continentiæ; Ergo à contrario ſtante eodem præjudicio poterit uxor mariti juramenta, & vota irritare. Undè conſilium aiebat ſibi datum, quòd nocte nuptiarum poſt maritalem conſenſum celebratum peteret ab vxore Agatha ante omnem copulam irritari præcedens votum quò ſe aſtrinxit in primo connubio cum Agnete, quòd & fecit; & hac ratione tutâ conſcientiâ ſibi dictum explicuit, proceſſurum petendo & dando debitum; quamvis non cum iis terminis, ita intellexi ab illo mihi ſignificatum, pro ignorantia Confeſſariorum, aut conſulentium, non advertentium vota ſeu juramenta peracta ante Matrimonium, nullatenùs à marito irritabilia: videndus Fagundez libro 2. in ſecundum præceptum Decalogi cap. 37 n. 9. nec valet conſequentia; facultas eſt in marito irritandi vxoris vota; Ergo & in uxore ſimiliter. Non ſequitur quia hæc illius ſubdita, ſponſus autem non eſt ſubditus ſponſæ quoad ſcrupulum de non petenda diſpenſatione. Occurro ex Pellizario tangente quoddam votum emiſſum à Religioſis dictis miniſtrantium infirmos, Hiſpanè, *agonizantes*, eo tomo 1. trac. 4. cap. 5. ſec. 8. n. 435. *de voto quo quis ſe aſtringit ad non petendam diſpenſationem alicujus certi voti prius emiſſi; nec utendum eâ ultro oblatâ ideoquè ſicut non obſtante voto de non petenda diſpenſatione occurrente juſta cauſa non ſervandi prius votum poteſt vovens procurare diſpenſationem.* Quæ juſtior cauſa occurrere valebat velut, ſi ita Joſephus viduus tentationibus quatiebatur, ut Apoſtoli conſilium amplecteretur, prima ad Corin. 7. Ver. 10. *melius eſt nubere quam uri.* Vel eo quòd honorabilem vitam quam gerebat ex defectu bonorum temporalium à quibus ſpoliatus fuit, ut aiebat, morte ſuæ prioris vxoris (quæ in teſtamento exhæredavit eum fine quo Religioſus fieret ut dictum ſibi à Notorio teſtificante Sponſæ defunctæ teſtamentum firmabat) in talem penuriam redactus fuit, ut à patria exularet, & ubi ignotus fuerat famulatu potentis viri ſeſe adjiceret; quâ occaſione cum Agatha ejuſdem domus ancilla ſecundas nuptias contraxit.

4. Inquiſivit iterum à quo talis diſpenſatio petenda, & obtinenda, nam ſibi, ut aiebat, fere impoſſibile erat, Romanum adire Pontificem. Caſtro Palao to. 3. trac. 15. diſp. 2. p. 10. n. 5. *Sunt autem ſpecialiter reſervata Pontifici quinque vota, nempè caſtitatis, Regionis, & peregrinationis in terram ſanctam, cap. ex multa; capite, ſuper his de voto. Item votum peregrinationis ad ſanctum Iacobum in Compoſtellam, & ad ſanctos Apoſtolos Petrum & Paulum in urbe.* Aſſentiendo communi principio, nullum inferiorem ab illo qui reſervat ſibi caſum ſeu diſpenſatione poſſe, abſolutè loquendo, illam inpendere; vel vota irritare, notat ipſe Palao veſtigans caſus in quibus Prælati inferiores valebunt diſpenſare; in individuali eventu quem gerimus, à maxima quam ſcribit n. 9. fundabitur intentum. *Si conſuetudine fuerit præſcriptum poſſe inferiores Prælatos in his votis diſpenſare,* (individuans comparationem conjugum) *qui fuerint voto caſtitatis obſtricti, ut poſſint eo non obſtante, petere debitum ex periculo incontinentiæ quod habent, manente voto firmo quoad omnia alia:* & nu. 10. ſubdiſtinguit. *Si ante contractum Matrimonium emiſerit votum, nulla adeſt Prælatis inferioribus conſuetudo ut diſpenſari poſſint, niſi gravis neceſſitas vrgeat, graviaquè mala immineant ex dilatione diſpenſationis Pontificis. Quod ſi voto non obſtante Matrimonium contraxeris & conſummaveris, poterit Epiſcopus tecum diſpenſare ut petas ob periculum incontinentiæ fraquenter contingens ex mutua cum altero conjuge cohabitatione; idemque exiſtimo dicendum eſto non conſummaveris.* Ex quibus patuit potuiſſe dictum Ioſephum diſpenſationem obtinere ab Epiſcopo Diœceſano, ad quem non erat difficilis acceſſus, nec à decem diebus tempus conſumere in conſequenda diſpenſatione, & habilitatum regredi ad cohabitandum cum Agatha uxore; interim abſtinere à petendo debito, confeſſionemquè efficere de omnibus vicibus, in quibus petivit, modo quo attingeret in examine conſcientiæ exactæ, ſed ſuſpirans replicavit in Diœceſi in qua tenebat domicilium ſedes vacabat, & contingere poterat, ut fermè per duos annos non accederet Epiſcopus. Qui tunc petivit an à quocumque alio, cujus ſubditus non erat obtinere diſpenſationem quiret, non me latet aliquos firmare quòd quoties quis animo obtinendi aliquod privilegium mutat territorium ad tempus; tali privilegio fruitur; ſed ego conſului nuntium legatum à

latere junge in quaque permanete monarchia, & ad illum non difficilem aditum in occurrentia defectus Antiſtitis in diœceſi. Quoad hanc partem dicta abundant.

5. Penes alteram, de cognatione eſt tota arduitas, an judicandus titulus præſumptus ſeu coloratus per errorem communem in bona fide,, ut validè contraxerit, ſecundas nuptias cum Agatha, ignorans invincibilter ſororem fuiſſe ab eodem Patre genitam ac Agnes prior ejus vxor fuerat. Ratio dubitandi ſumitur à plauſibili pronunciato Scoti 4. diſ. 41. quæſ. 1. §. hic breviter n. 2. ait. *Aſſinitas eſt vinculum quoddam perſonæ ad perſonam aliquam ex carnali copula cum perſona altera conſanguinea contractum, ſemper enim, quia perſona carnaliter copulata eſt conſanguinea, aliquis ſit affinis illius & è converſo, & eſt quaſi expoſitio nominis affinis, id eſt acceſſio ad affines; conjunctus enim carnaliter alter de conſanguinitate aliqua accedit per hoc ad affines illius conſanguinitatis, & ideò habet vinculum acceſſus ad omnes de illa conſanguinitate.* Verù non ſufficit, numero 4. reſolvit ſubtilis præceptor. *Non ſufficit ad affinitatem propriè dictam quòd ſit vxor, ſed requiritur carnalis conjunctio, ut habetur 35. quaſt. ultima: fraternitas dicitur de conjugibus quòd ſi una caro fuerit, non poteſt eſſe quòd aliquis ſit propinquus uni eorum quin pertineat alteri.* In quo datur intellige affinitatem non contrahere, niſi mediante commixtione carnali. *Extendendo tamen affinitatem dicitur contrahi, non ſolùm cum vxore illa carnalitèr cognita, ſed etiam cum non cognita; & quòd plus eſt cum illa cum qua præciſe contrahuntur ſponſalia.* Conſonè ad mentem Doctoris, affinitas propriè dicta petit Matrimonium conſummatum; affinitas verò nuncupata extenſa, contrahitur in matrimonio rato; an hæc ſecunda ſit impedimentum dirimens, ſicut prima illicò patebit. In commentario ad litteram Scoti 8. Hicheus n. 4. *Hinc colligit ad affinitatem propriè dictam non ſufficere Matrimonium ratum tantùm, quia etſi poteſtas corporum transferatur in hoc Matrimonio, tamen non indè conſurgit affinitas propriè dicta, niſi accedat copula quâ fiat una caro; ideò affinitas ex Matrimonio rato tantùm eſt largo modo dicta; propriè autem expectat ad publicæ honeſtatis juſtitiam, quæ inducit impedimentum.* Cum enim primum Matrimonium dicti Ioſephi cum Agnete, tantummodo fuerit ratum, non concurrente impedimento altero, publicæ honeſtatis, nubere potuit cum illius ſorore Agatha validè, quantumcumque ignorantia non præcederet de conſanguinitate in illo ſtricto gradu.

6.. Neceſſarium fore copulam cum emiſſione ſeminis intra vulvam muliebrem ad hoc ut propriè dicta affinitas contrahatur cum pluribus quos citat, dilatat Bonacina to. 1. quæſt 3. de impedimentis Matrimonij p. 12. à n. 10. ſubinferens n. 13. *Non oriri affinitatem quando ſola fœmina ſemen emittit. Nam illius ſemen non eſt ſufficiens ad generationem & ad ſanguinis commixtionem; emiſſio ſeminis virilis ſufficit; quia ſemen viri eſt ſufficiens ad generationem, cum memoriæ proditum ſit aliquas fœminas, concepiſſe, ſine congreſſu & coitu viri recepto alia ratione ſemine.* Licet in hoc ultimo Thomiſticis principiis adhærendo (quod fœmina tantùm paſſivè concurrit ad prolis generationem) ſuſtineatur, quòd ultimo inducit Bonacina, negandum eſt in Scoticis, & in Medicorum cœtu, aſſertis de quo latet à me to. 2. certaminis diſp. 4. ſec. 1. ſubſ. 10. an 66. uſque 74. tranſeat pro re morali tunc induci affinitatem, etſi oppoſitum quòd cum concurrat activè mulier quantumvis ſeminet vir, ſi ipſa non ſeminat, valde probabile erit non contrahi affinitatem, impedimentum Matrimonij conformiter ad alteram ſubcollectam doctrinam ab eodem Bonacina n. 15. ex congreſſu ſpadonum oriri affinitatem quis affirmat; quia Spadones non emittunt ſemen aptum ad generationem; ergo ex principiis Scoti & Medicorum, dum fœmineum ſemen aptum, & neceſſarium eſt ad generationem, dum hoc non emittitur, affinitas non contrahetur; tandem concludens n. 18. *Affinitatem propriè non oriri ex Matrimonio rato, & non conſummato, nam ex Matrimonio rato non oritur aliqua affinitas, ſed publica honeſtas, & ad inducendam affinitatem requiritur ſeminis emiſſio intra vas fœmineum.* Hinc patet nec tantillum ſcrupulum remanere potuiſſe in Joſepho propter impedimentum affinitatis, quod nullum fuit reſultans ex Matrimonio cum Agnete; quia fuit ratum dumtaxat, & quantumvis aliquando intervenerint amplexus patum honeſti, licet forent peccata illius, qui in periculum probabile conſenſus, vel pollutionis ſeſe injiciebant, aut ſi iſtud non eſſet, juxta damnatam propoſitionem ab Alexandro 7. quæ in ſerie eſt 40. à præciſa ſenſualitate, nullum illorum actuum, affinitatis impedimentum dirimens cum Agatha connubium apponebant; ex quo colligitur ſolummodò urgere publicæ honeſtatis impedimentum, ortum ab affinitate extenſivè dicta, ſive impropriè ſumpta.

7. Honeſtatis igitur publicè impedimentum exponitur à Scoto 4. diſ. 41. quæſt. 1. §. ad quæſtionem n. 4. *De affinitate communitèr & extenſivè dicta, quæ vocatur publicæ honeſtatis juſtitia, multa habentur extra vas de conſanguinitate & affinitate, & in 6. lib. de ſponſalibus, quæ ipſo jure ſunt nulla vel qualitèrcumque, dum tamen non ſunt nulla ex defectu conſenſus oritur iſtud impedimentum Matrimonii, impediens contrahendum, & dirimens jam contractum.* Notat Hicheus in commentario n. 17. *Tridentinum nihil innovaſſe circa hoc impedimentum, ut eſt ex Matrimonio rato tantùm; ac proindè ſtandum eſt juri antiquo, ita ut ad quartum gradum extendatur, & conſurgit ex Matrimonio etiam invalido.* Ab hoc capite tale reſultavit in caſu conſulto tale impedimentum in Matrimonio cum Agatha (niſi ad validitatem ſecundarum nuptiarum excuſaret illa ignórantia invincibilis fundata in titulo præſumpto ſeu colorato erroris communis à nulla parte noſcibilis, ſeu noti à contrahentibus) quæerat ſoror ex parte prioris ſponſæ Agnetis videlicèt, cum quâ primùm contraxit conjugium ratum Ioſephus, in quo duravit uſque dum morte prioris vxoris viduatus fuit. Toletus lib. 7. c. 10. in fine, & alij Moderni cenſent hoc mpedimentum publicæ honeſtatis finiriin primo gradu; judicio me commito alieno, me urget Bulla Pii 5. ſub hoc initium, ad Romanum expectat, expedita 20. Julii anno 1568. in qua declaratur extendi ad gradus prohibitos in affinitate ex conſanguinitate; in eventu conſultationis Agatha & Agnes, quibus ſucceſſivè nupſit Joſphus, ſorores erant, ideo quaque ſententia diſcurramus impedimentum. Negandum non eſt interceſſiſſe illud quòd publicæ honeſtatis dicitur, niſi excuſetur à bona fide ex inculpabili ignorantia, nec faciliter hoc vtrumque in deciſione erit.

8. Pellizarius tomo 1. ſui manuelis trac. 5. cap. 12. an. 36. diſputans. *An regularis detegens ex confeſſione pœnitentis illum ignoranter contraxiſſe Matrimonium cum impedimento dirimente, teneatur illud monere, qualiterquè ſe gerere debeat cum eo;* Supponit eam ignorantiam detectam à Confeſſario, poſſe contingere in pœnitente vincibiliter, vel invincibiliter, etiam dubitante & interrogante Confeſſarium; n. 37. reſolvit debere Confeſſarium quoquo modo monere ignorantem injungendo obligationem pœnitenti vt diſpenſationem petat, vel à Papa, aut ab Epiſcopo ſi periculum adſit in mora. Quia non agimus de ignorantia vincibili quandoquidèm præmittitur Joſephum invincibilitèr ignoraſſe Agatham ſororem Agnetis Relatus Pellizarius. *Mihi conſtat id non advertere exiſtimantes* (loquitur de Confeſſariis) *ſe ſatisfeciſſe proprio muneri, hoc ipſo quòd pœnitentem* (ſcilicet ignorantem invincibiliter ſuum impedimentum

Digitized by Google

impedimentum dirimens) *Relinquunt in bona fide, cum tamen ulterius teneantur modo ſupradicto procurare diſpenſationem, ſive à Papa, ſive ab Epiſcopo in caſu neceſſitatis.* (Epiſcopi, quidem in caſu magnæ neceſſitatis diſpenſant impedimenta dirimentia, ſi matrimonium ſit publicum;impedimentum verò occultum, & ſequuturum ſit ſcandalum ex ſeparatione, nec facilè adiri poſſit ad Papam ob diſtantiã aut aliam cauſam quòd notavit Fillucius cap.9.quæſt.12.) *Non enim relinquendus eſt pœnitens in eo malo ſtatu materiali, præſertim cum facilè poſſit contingere ut tandem deveniat in malam fidem, ſicquè exponatur periculo tranſeundi ad ſtatum malum formaliter in eaquè diutius perſiſtendi, quòd non eveniret, ſi Confeſſarius cum primum detexit impedimentum, iſtud per ſchedulam diſpenſationis procurationem auferre ſatagiſſet.* In qua perutili doctrina ſex ſupponuntur maximæ advertendæ. Primà; dabilem ignorantiam invincibilem & bonam fidem de Matrimonio nullo ex impedimento dirimente. Secunda, quòd dum ducat bona fides, & ignorantia invincibilis, nullum peccatum committitur ab illis in quibus ſunt per Matrimonii vſum. Tertia quòd ſtatim ac detegitur nullitas impedimenti, in malam fidem & craſſam ignorantiam. tranſit illa quæ erat bona & invincibilis, dum dubietas, vel notitia ab aliquo ex contrahentibus ineſt Quarta quòd ſi hæc ignorantia invincibilis detegatur à Confeſſario tenetur monere ut petatur diſpenſatio. Quinta Papam extra caſum neceſſitatis adeundum pro diſpenſatione; Sexta quòd ſi oriatur ſcandalum ex impedimento publicæ honeſtatis occulto, & propter diſtantiam vel aliam cauſam adiri non poſſit ad ſummum Pontificem, poteſtas eſt in Epiſcopo Diœceſano ad diſpenſationem impendendam, ut tutâ conſcientiâ fiat validum Connubium.

9. Per iſta ſex corollaria in caſu conſulto individuandum punctum, annuendo bonam fidem præceſſiſſe in Joſepho & Agatha, utroque ignorante invincibiliter Agnetem defunctam ſororem ſecundæ vxoris, nec uſquam in ullius mentem id veniſſe, quia caſualiter acceſſit in oppidum (ubi erat nuptus Joſephus cum Agatha) quidam Civis Vrbis in qua fuerat primò maritatus cum Agnete, comperiensquè ſecundum Connubium, certior de eo factus ordinarium Confeſſarium Joſephi detexit veritatem facti in remedium inquirendum; cui reſpondens Confeſſarius ſeſe non teneri fidem dare ſingulari teſti, replicansquè quòd ſi ipſi fidem negabat, talia & talia indicia quæ nota non poterant eſſe Joſepho verum eſſe ſuum teſtimonium convincebant, ipſumque ſuo muneri ſatisfeciſſe; de reſultantia affuturum in Confeſſarij conſcientia, ſi conſtrictus ſeſe negabat ei, ad quod tenebatur vocansque Joſephum Sacerdos, indicia manifeſtavit, quibus inſtructus fuerat, & ab eis convictus de veritate, ſic ut narratum fuerat teſtificavit; ſtatimque abſque aliis non ſolum veroſimilem, vel probabilem confeſſus fuit eventum, ſed ita evidentem dixit ut innegabile exiſteret, quòd monuerat; & ideò ab eo momento de impedimento dirimente publicæ honeſtatis non potuit eſſe in Joſepho ignorantia invincibilis & bona fides; quapropter à tali inſtanti duo in conſcientia tenebatur peragere, unum prudentiori modo etiam abſentiam procurando uſque ad diſpenſationem obtentam abſtinere ſe ab uſu Matrimonii; alterum procurare quanto citius vel à Papa, aut à Diœceſano Epiſcopo diſpenſationem conſequi, dum acceſſus ad ſummum Pontificem difficilis erat, & vrgebat in impedimento occulto tantilla infamia.

10. Ad bonam fidem & ignorantiam invincibilem ſtabiliendam, & quo pacto revalidandum erat nullum Matrimonium, Sanzius tom. 1. de Matrimonio lib. 5. diſp. 22. inquirit. *Vtrum Matrimonium initum coram parrocho communiter exiſtimato, non tamen habente verum titulum ſit validum.* Reſpondet validum, ſi procedat ab ignorantia invincibili & bona fide, dum autem noſcitur titulum fuiſſe nullum teneri revalidare Matrimonium obtenta diſpenſatione ab Epiſcopo, interim autem ab uſu Matrimonij abſtineri; ſi ergo in hoc quod minus eſt, urget, id in tali impedimento publicæ honeſtatis potius arctabit. Vtrum incontinentiæ periculum, aut habitationis ſeparatio cum infamiæ nota redunda in filios quos procreaverant, ſufficiens motivum foret, ad non retardandam diſpenſationem impendendam ab Epiſcopo ſeu alio Joſepho, videtur mihi affirmativè reſpondendum, eo quia tanto pondere in poſſeſſione bonæ famæ erant tam conjuges, quam filij, ut non niſi cum magno ſcandalo oriretur rumor inter eos qui factum noviſſent; aliàs quia Agatha ſponſa de legitimo Matrimonio procreata credebatur ab univerſis, neque ullus aut ipſa ſciebat ſe generatam à Patre ſuæ ſororis Agnetis; & dum id publicaretur vir nobilis cujus ancilla erat valde conquereretur quòd fallaci medio ipſi occultata fuerit veritas; quæ omnia in unum congeſta diſpenſationem ſollicitarunt à legitimo ſuperiori, nempè à Legato à latere ſummi Pontificis, quia in illa Diœceſi pro tunc non erat Antiſtes, & per annum ut aiebat, non expectabatur adventurus; vnde Joſephus, & ut monitus fuit ipſe de abſentia, prudenti cautela peregit intuitu negotiorum quæ expediebant commoditati ſuorum filiorum: & diſpenſatianem conſecutus fuit; ſed eâ obtentâ alterum ſuboriebatur dubium, vtrum teneretur de eventu illo tam inopinato vxorem ſuam Agatham permanentem in bona fide de validitate Matrimonii. & invincibiliter ignaram, ſe ſororem prioris ſponſæ Agnetis, aut de illegitimo concubitu natam anxius quidem prædictus Joſephus quòd dum de eo notitia duretur illi, ex tam caſuali contingentia fortaſſis in ſincopem incideret lethalem ſuæ ſaluti damnoſiſſimum, aut deliquiũ animi timeretur reſultandũ cum ipſa puſillanimis foret, atque ne ſpurij cenſerentur filij procreati aliqua deſperatione propriis manibus ſtrangularentur, quid dum ab aliquo Confeſſario ignaro in ſuſpicionem veniret; an illi Spurii.

11. Pellizarius, cap. cit. n. 39. diſcutit, *quo pacto obtenta diſpenſatione impedimenti dirimentis, ſivè à Papa, ſive ab Epiſcopo in caſu magna neceſſitatis renovari debeat conſenſus utriuſque conjugis, ad effectum ratificandi Matrimonium invalidè contractum ex vi præfacti impedimenti: & ratio difficultatis eſt, quòd ex una parte requiritur nouus conſenſus utriuſque conjugis, cum prior ex parte utriuſque fueris nullus, nec poſſis dici durare qui omnino fuit nullus utpotè qui cecidit ſuper materiam inhabilem; riquiritur inquam novus concenſus utriuſque conjugis, & quidem externus, qualis nunquam adfuit.* Non modica hæc difficultas, cum principia Philoſophica, & Theologica inſtent de actibus humanis, qui ſi nunquam fuerunt, per aliquem validum actum, permanere virtualiter, au moraliter quibunt; & ideò ſi nullitas reijcienda, & validitate eſt conſequenda actio, debet aliquis formalis expreſſus & explicitus intervenire actus. Occaſionaliter in paritatem de Novitio fictè profitente præmiſerat Pellizarius eo tom. 1. trac. 2. cap. 1. n. 15. *Doctores communiter dicunt Matrimonium ſemel contractum coram Parrocho & teſtibus ſed invalidum ob impedimentum occultum non eſt neceſſariò iterandum in præſentia Parrochi & teſtium, cum ſufficienter conſtet Eccleſia* de quo mox diffuſius, n. 16. Habemus non indiguiſſe Joſephum & Agatham inquirere Parrochum & teſtes, neque in facie Eccleſiæ validitatem ponere in ſuo matrimonio quod peregerunt nullum ob impedimentum occultum, quòd nimis benignum eſt ſuaviſſimumque ut inſpiciant Catholici, quantùm Eccleſiæ ſatagit eorum famam & honorem in defectibus illorum, in quibus anxiari poſſunt. Modus igitur hujus conſenſus externi (qui fuit nullus) ratificandi, opus eſt indagare; iſtum n. 40. ſatis diffusè, ſed non

Digitized by Google

adæquatè pertractat Pellizarius, ſed antè libuit duo Dianæ pronunciata advertere, unum pro uſu, matrimonii contracti nulliter, verum bona fide 3. p. trac. 9. reſol. 295. diſputat. *An qui bona fide contraxit poſtea dubitans de valore Matrimonii & adhibita diligentia non conſtat veritas poſſint adhuc redolere, & petere debitum.* Cum ubi quibus quos citat reſpondet affirmativè, ſequenti ratione ſuffultus, deſumpta à puritate poſſeſſoris bonæ fidei, eam retinentis rem aliàs reſtituendam, & hoc quantumcumque dubitet, an ſua ſit, quam poſſidet. Verba ejus ſunt. *Poſſeſſor bona fidei ſi dubitat rem eſſe alienam, & facto ſufficiento examine nequit dubitum vincere, poteſt non tantum rem retinere, ſed etiam illà uti; Ergo coniux dubitans, ſi præmiſerit ſufficiens examen & adhuc dubius manens poteſt matrimonio uti, reddendo etiam, & petendo:* Debitum in noſtro eventu non manſit dubius Joſephus niſi cercertificatus, & ideo ab iſtanti in quo ſecurus fuit de impedimento, petere non valuit licitè, etſi reddere teneretur ſponſæ, quæ ignara erat de illo bonam fidem conſervans.

12. Proſequitur Diana allegata reſolutione 295. *conjuges non tenentur regulariter credere alteri aſſerenti etiam ſub juramento ſe vel non concenſiſſe ab initio, vel aliquod impedimentum ſubeſſe, atque adeo dubio depoſito poteſt petere debitum.* Eatenus Agatha quantumcumquè certificaretur etiam ſub juramento à Joſepho de nullitate matrimonii non tenebatur, & licitè reddere petereque valebat debitum uſque dùm diligentias ſufficientes perageret, ſecura reddita de impedimento ſequuto; quamvis enim credere non teneatur, aſtricta manet in inqnirendam notitiæ veritatem. Alterum Dianæ habetur 4. parte trac. 4. reſol. 49. *An impetrata diſpenſatione Matrimonii nullius, conjux impedimenti conſcius teneatur aperire alteri Matrimonium contractum fuiſſe irritum.* Teneri ſupponit prudenter tamen cavet. *Quando timetur ſcandalum, aut grave damnum, & conjux neque ex aliquibus verbis generalibus poteſt à marito conſenſum extorquere, tunc ſufficit Copula procedens ex affectu Maritali.* Si ſufficeret in eo caſu, in quolibet abundaret; nam impedimenta dirimentia non tolluntur aliter in uno, ac in altero eventu, dum exigitur in illis conſenſus formalis & expreſſus tollens nullitatem illius, qui nullus præceſſit. In judicium depromendum ex Thomæ Sancio ſcribit Pellizarius ſic. *Poſſe talem conſenſum renovari, vel detegendo conjugi inſcio impedimenti nullitatem Matrimonii, occultata tamen cauſa, ideoquè petendo nouum conſenſum.* Sub parenteſi ei refragatur Pellizarius in praxi, putans valde periculoſum medium, & re vera eſt principaliter ſi à ſponſâ inſciâ conſenſus exigitur nam mulìebris curioſitate ſæpè fœminis nociva, antequã præſtet illum, talia examinabit, & inquiret, ut nollet præbere; ideò diffidens, proſequitur. *Vel petendo diſſimulanter renovationem Matrimoni, v. g. dicendo. Menè ita diligis ut ſi nos eſſet inter nos Matrimonium denuo contraheres & ex nunc viſme in conjugem. Et altero affirmante, ipſe dicat; & ego te volo.* Altero tramite, eodem pacto extorqueri conſenſum indicat, ut ſi dicat. *Quaſo te pro mea conſolatione habeas me in tuum conjugem; & eo affirmante ipſe ſubdat. Et ego te habeo.* De hoc medio, ait, non carere variis periculis, præcipuè dum conjux impedimenti ignarus ingenii ſagacitate pollet, & intentionem penetrat, replicans quidem, quare id nunc noviter à me petis, uſque dum id manifeſtes præbere nolo, occaſioneſquè aut rixarum interponi, aut palam faciendi occultum; nam cum mulieres non ita ſilentioſè, ac par eſt, ſe gerant cum aliis fœminis amicis ſuis, contingere poteſt, id patefacere eis, atque in præcipitium aliquod à nimis examine imprudentiiſquè deveniri, nec poſtea opportunum poſſe præveniri, ad damnum, remedium.

13. Duo alia media cogitat Pellizarius. Unum eſt, quod dum in fervore amoris conjugalis ſeſe immiſcent Maritati, petente debitum conjuge inſcio impedimenti, & tutâ conſcientiâ reddente altero conſcio, conſenſus novus petatur. Aſt ab eo non evacuantur inconvenientia poſita, eatenus alterum ſubnectit his formalibus verbis. *Quod ſi nullo ex ſupradictis mediis extorqueri poſſit ſupradictus conſenſus, & alter inſcius impedimenti petit debitum, ita ut conjux concius ſine ſcandalo non poſſit ſubterfugere, tunc poteſt renovari conſenſus per ſolam copulam habitam affectu maritali, tum ex parte conjugis ignari qui poteſt præſumi accedere ex eodem affectu, hoc ipſo quod accedit & bona fide putat Matrimonium eſſe, validum.* Plus ſuccinctè id expreſſit Diana datus n. 13. ſequenturque Filucius & Sancius; quod fundabitur, ſi oſtendatur ad ratificandum Matrimonium non requiri conſenſum externum poſitiuum vocaliter expreſſum, ſufficereque internum formaliter, & interpretative externum. Quod probo ſic, non aliter exigitur conſenſus externus ad revalidandum Matrimonium carnale nullum, quam matrimonium ſpirituale ſitum in profeſſione religioſa ſeu regulari, ſed iſtud conſenſu interno voluntatis revalidatur omni nullitate remota; ergo ſuppoſito quod per copulam maritalem ex eodem affectu habitam & bona fide, quâ putatur Matrimonium validum admittitur in conjuge inſcio conſenſus nouus internus Matrimonii, poſt obtentam diſpenſationem, quâ tollitur impedimentum, cum, aliàs, ut notavi cum Diana ex dicendis n. 16. non requiratur aſſiſtentia Parrochi & teſtium, revalidabitur Matrimonium, internè, exiſtente formali & poſitivo conſenſu, ſiquidem interpretativè ſeu æquivalenter externi habetur in copula directa ex affectu Maritali; ergo in caſu conſulto conſequutâ à Joſepho diſpenſatione impedimenti dirimentis, non indiguit (ſi minimum inconvenies potuit timere in manifeſtanda re ſuæ ſponſæ Agatæ præter id quod præmiſimus, aut in fervore illius Matrimonii, eam monere. Quæſo te pro mea conſolatione me habeas in tuum ſponſum ut filii noſtri charius nobis adhæreant, quâ affirmante, ipſe ſubdat. Et te ego Agatam meam habeo in ſponſam; ſic amborum filii nobis ſtrictius diligentur. Nec in hoc periculum poteſt eſſe alicujus incommodi, nam moraliter loquendo ferè impoſſibile videtur fœminam honeſtam repugnare interpoſito amore ſtricto illorum quos genuit, & in quos benevolè ferebantur: at ſi incommodum invenit aliquod, utatur eo medio præmiſſo de copula maritali.

14. Quod autem neceſſarium non ſit recurrere noviter ad faciem Eccleſiæ in Parrocho & teſtibus, quidquid ſit de modo quem diximus ut conſenſus internus renovetur, Bonacina tom. 1. quæſt. 2. de Matrimonio pun. 9. n. 7. major difficultas. *Prædicta ſententia ſuſtineri poteſt ut probabilis potius ob autoritatem Doctorum quam ob rationem*; ſubjungit n. 4. *non eſſe neceſſarium ut de novo contrahatur coram Parrocho & teſtibus, quia Parrochus & teſtes fuerunt præſentes externo contractui & eorum præſentia requiritur quando Matrimonium contrahitur, non vero quando ſuppletur aliquis defectus occultus.* Cur ita quid aliud pro ratione urgentius velit Eccleſiæ conſuetudo ex plauſibili traditione omnium Doctorum, ſita & roborata in paritate proximè ſtabilita de validitate profeſſionis nulliter factæ ex conſenſu interno formali poſitivus qui interpretativè & æquivalenter refundit in ſe actum præteritum præſentiæ Parrochi & teſtium præteriti phiſicè quidem, ſed moraliter permanentis, ſiquidem nuſquam retractatur, nec retractabilis eſt; ideoquè non indigetur ut noviter alia præſentia Parrochi & teſtium inducatur, ſicut quando quis revalidat internè profeſſionem nullam, permanente moraliter acceptatione externa ſuperioris, quin ad forum conſcientiæ ut validè ſit profeſſus requiratur altera acceptatio externa dixerat enim Bonacina

Digitized by Google

eo pun. 9. n. 1. pênes id quod gerimus numero 1. *Sufficit ſi conſenſus de novo præſtetur ab eo qui conſenſerat fictè, aut per metum gravem, modo alter ſponſus, qui antea verò conſenſerat non revocaverit ſuum conſenſum*: Et quare id, niſi quia conſenſus non revocatus manet moraliter, & fictè conſentiens antea aut per metum gravem ponit noviter requiſitum quòd defecerat alteri conſenſui, poſtea quandò verè conſentit; moralis etenim permanentia in Sacramentis abundat ad ſortiendum effectum; quid plauſibilius, (declaratum in Sacramento Baptiſmi) Baptiſat quis ſub iſtis verbis. *Ego te Baptiſo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*, quandò Miniſter profert phiſicè *Spiritus ſancti*, phiſicè non ſunt præcedentia verba, ſed tantùm moraliter; & tamen Phiſica vox ultima, non exigit niſi permanentiam moralem vocum quæ præceſſerunt; ergo etſi neceſſarius ſit conſenſus ſimultaneus utriuſque ſponſi ad validandum Matrimonium nullum, ex fictitia moralis conſenſus illius qui verum iſtum præſtitit, ut amborum ſimultaneus adſit eo inſtanti, aut tempore invaliditatem. Hinc non in vero ſimiliter fieri poſſet ſatis inquiſito in eventu conſulto propter bonam fidem, & invincibilem ignorantiam quæ præceſſerat in Joſepho, & Agatha conſcio uno eorum, poſtea de impedimento dirimente ſuum Matrimonium, & obtenta diſpenſatione & formaliter conſentiente in ipſum revalidandum, inſimul iſta conſentit ad validitatem, nullo altero exiſtente niſi permanentia morali prioris conſenſus præſtiti ante Parochum, & teſtes; eatenus alterum non videtur requiri. Non improbabile id judicabo, ſed alii reſolvant quod conformius doctrinæ Catholicæ ſit, cui pro ſemper ſtabo. Reſpondebis bonam fidem conjugis non fictè, nequè per metum conſentientis quantum eſt ex parte ſua facere validum præſtitum conſenſum ſtantibus aliis requiſitis; at in caſu de impedimento propoſito ubicumquè conſenſui tam unius, quam alterius contrahentis deficiunt; quapropter ex utroque fuit nullus, & petit quod ab ambobus fiat validus externè. Contra ergo ſublato impedimento ille conſenſus prior qui erat conditionatus in inſcio ſponſo (videlicet ſi nulla adſint impedimenta) tranſibit in abſolutum nullo alio addito, ut inſinuare videtur Scotus 4. diſtinc. 35. quæſt. 1. §. ſed hic eſt dubium, verſ. aliter n. 6. quod inegabile foret, ſi poſſet Matrimonium celebrari validum ſub conditione de futuro; & ideo.

15. Obicies, hæc doctrina arguit poſſe celebrari Matrimonium ſub conditione, & conſequenter omnimodè tolli ejus indiſſolubilitatem, qualiter Hæretici Abiſini quotidie diſolvunt ſua connubia (quia peracta ſub conditione de futuro.) Probatur ſequela in contrahenhente ſub conditione implicita conformandi ſe cum Eccleſia Catholica, eſt ſtante impedimento quod de futuro diſpenſandum eſt, datur conſenſus conditionatus non purificatus præſenti, quid enim aliud habent ſponſalia quæ diſolvi poſſunt ante impletam conditionem? Attento, & in fide Chriſtiana ſtando, nullo niſi ex duobus mediis diſſolubile Matrimonium, vel morte unius aut alterius conjugis, ſivè profeſſione ſolemni religioſa (videndus Scotus 4. diſ. 31. quæſt. 1. §. ad quæſtionem ver. ad propoſitum n. 5.) in perlongam incidimus difficultatem, quando Matrimonium contractum ſub conditione validum aut invalidum. Bonacina tomo 1. quæſt. 2. de Matrimonio pun. 10. n. 20. *Matrimonium celebratum ſub conditione honeſta de præſenti, vel de præterito validum eſt, ſi res ita eſt*. Et paucis interjectis. *Dixi in propoſitione validum eſſe Matrimonium celebratum ſub conditione de præterito vel de præſenti; quia ſi Matrimonium celebretur ſub conditione honeſta de futuro non eſt validum ante conditionis eventum. Ratio, quia contrahentes non intendunt contrahere, niſi dependenter ab illa conditione; ergo verè non contrahunt ante illius conditionis eventum: exiſtimo tamen Matrimonium fieri validum adveniente illa conditione, abſque alio conſenſu, modo contrahentes permanſerint in eo conſenſu ſaltem virtualiter, ut patet à ſimili in aliis contractibus.* Alienis uti volui clauſulis in re tam gravi, in forma nego ſequelam, concedo implicitam conditionem incluſam in contractu maritali Joſephi cum Agatha conformandi ſe cum Eccleſia, invalidumquè Matrimonium uſque dùm purificaretur conditio, ablato impedimento. Unde conditiones de futuro cum conſenſu, qui nunquam validari poteſt, ſemper nullum efficiunt Matrimonium, neutiquam ſi validari queunt à virtualitate ſeu permanentiâ morali contrahentium bona fide, & ignorantia invincibili exiſtente de impedimento.

16. Ultimum conſultum, an filii procreati ante notum impedimentum, & diſpenſatum, ſint legitimi, certiſſimum eſt legitimos fore, modo quo nati ex libero & libera, ſaltem & poſt contractum amborum Matrimonium legitimati de quo Azor. tomo 2. ſuarum inſtutionum moralium lib. 2. cap. 15. Concertatio ſtat quo pacto etiam tales filii Joſephi & Agathæ, in re dicendi filii de legitimo matrimonio, procreati. Notandum invalidum Matrimonium legitimum nuncupari ſi bona fides abſit, & concurrente ignorantia invincibili copulæ carnalis, quà procreantur, licitè perficitur, nec in re illicita eſt. Jura civilia & Canones Apoſtolici (quamvis non uniformiter aſſignent, qui fili ſpurii, qui naturales, qui legitimi, ut obſervat Azor) in hoc concordant quod quoties concubitus carnalis licitus eſt, tenendum legitimum Matrimonium; ſed dabilis eſt caſus in quo à bona fide & ignorantia invincibi, licita copula carnali per matrimonium invalidum pro tunc procreentur filii; ergo de legitimo Matrimonio erunt procreati; ergo bona fides, & ignorantia invincibilis Joſephi, & Agathæ, quamvis ex impedimento publicæ honeſtatis ignoto invincibiliter ab utroque, copula in procreatione filiorum licita, ſupponet Matrimonium invalidum, legitimum pro filiis capacibus bonorum ſpiritualium, & temporalium, à quibus exules ſunt ſpurii, aut non procreati de legitimo Matrimonio; legendus Villalobos tom. 1. trac. 13. diffi. 57. n. 4. & difficultate 5. 8. n. 3. Habeo veritatem efficacem. Demus tempore quo bona fides & ignorantia invincibilis in Joſepho vigebat, eum coitixtum carnaliter cum alia fœmina, ac Agatha, Adulternè. Si affirmetur, datur intentum; probatur. Nequit adulteriò quis peccare, niſi qui legitimo ligatur. Matrimonio; Ergo ex quo Joſephus adulter conceditur legitimum concedendum ejus Matrimonium. Si negatur adulter, videtur impracticabile, & incompoſſibile copulari carnaliter licitè cum Agatha & adulterium non committere cum alia, principaliter ſtante conſcientia erronea de connubio invincibiliter inculpabili; ergo filii procreati de legitimo Matrimonio cenſendi, nec ab ulla hereditate excludendi: Dicis. Si Majoratus Inſtitutus eſſet, aut hereditas hac clauſula, *ſuccedant filii procreati de valido & legitimo Matrimonio*; procreati ab Agatha & Joſepho nequirent ſuccedere, quia etſi legitimum concedatur, neutiquam validum; Non ergo in omnibus in quibus ſuccedunt filii dicti de legitimo Matrimonio procreati, illi qui nati fuerunt à Joſepho & Agatha quibunt ſuccedere; Omitto antecedens, & diſtinguo coſequens, abſolutè nego; concretata, & limitata voluntate ob validitatem concedo. Futiliſſimus enim eſt hic motus arguendi, ut patet in iſto entimemate. Franciſcus teſtator inſtituit non ſuccedendum niſi filii procreati de legitimo Matrimonio Juris periti; ergo non Iuriſperiti de legitimo Matrimonio nequibunt abſolutè ſuccedere; ſequitur.

17. Nondum hora tranſacta à diſceſſu Joſephi, cum prædicta reſolutione regreditur, aliam petens; utrum tuta conſcientia poſſet non petere diſpenſationem, & monendo Agatham de impedimento occulto libere,

Digitized by Google

& licitè illum alteram ducere uxorem, iſtam verò alium maritum. Duas exigit iſta nova conſultatio deciſiones. Una attinens ad infamiam reſultantem ab impedimento honeſtatis; altera inſpiciendo damna & peccata quæ reſultarent non petita diſpenſatione, & validum præcedens Matrimonium effectum; Plurima examinando de illis occurrebant; breviter tamen ſolum neceſſaria proponam penes primum adverto Bonacinam tom. 1. quæſt. 1. de ſponſalibus pun. 2. n. 4. diſputare; *Utrum ſervanda ſit ficta promiſſio facta cum juramento.* Et reſpondet; *neque aliquem vidi oppoſitum ſentire. Servandam eſſe quando juramentum factum fuit animo jurandi & ſe obligandi, nam ex juramento hoc modo facto conſurgit obligatio.* De hoc fuſè conſ. 26. Ergo potiore ratione conſurget obligatio, juramento facto in promiſſione non ficta procedente à bona fide & ignorantia invincibili; Igitur procedentes in utroque Joſephus & Agatha per ſponſalia in promiſſione non ficta jurejurando ab ambobus ſtabilita, tenebantur mutuò & adinvicem quolibet eorum conſcio de impedimento diſpenſationem procurare ad tollendum impedimentum, & validandum Matrimonium; quod licet antecedenter, & quantum erat ex ſe liberos relinqueret, ut ſpontaneè quilibet eorum cum altero alium Contraheret connubium, conſequenter & ex præſuppoſito juramento conſurgebat obligatio non aliter operandi, niſi per diligentias omnes quantò citius diſpenſationem procurare; ſingulariſſimè intercedente tot vicibus copulâ illa carnali effectâ à bona fide, & ignorantiam amborum invincibili, licita. Aliud de damnis, & peccatis quæ ſequerentur non petita diſpenſatione, tam patentia ſunt, quod hac ratione ſola convinci videtur teneri ad petendam diſpenſationem & validandum Matrimonium. Parentes qui gignunt filios, aſtringuntur in conſcientia vitare eis quæcumque damna quibus minantur de infamia, & conſulere honori eorum & meliori famæ; ſed non petita diſpenſatione & liberè nubendo cum altera Joſepho, & cum alio Agatha, præaſſignata damna ſequebantur filiis quos procrearunt; ergo ab hoc capite dum alia innumera quæ omitto brevitatis gratia (non occurrerent, urgebat in conſcientia quod conſuli. Reſpondit quid ſibi faciendum ſi peteret à Papa vel Epiſcopo, & diſpenſare nollet. Quanta fuerit hujus hominis impertinentia ab iis conſtat. Dixi moraliter ferè impoſſibile fore non diſpenſandum. Sic ſenſi.

CONSULTATIO V.

De uxoricidio quod peregit Occiſor in alterum Matrimonium contrahendum.

ANDREAS Mariæ maritus inculpabilem uxorem occidit violenter, non vindictæ zelo, niſi quia ipſa in illius erat odio; à paucis enim menſibus in quibus conſummarunt Matrimonium, cauſis irrationabilibus interpoſitis, nec ulla exiſtens, quâ adhuc apparenter colorari poſſet, Andreas in iſtud injuſtè incidit odium patientiſſimè innumera ferens Maria aſperrima verba, animo & fine quôd paccaretur Mariti affectus iniquus, & maritali amore vitam agerent cohabitationi connubiali ſignis benevolis, verbiſque honeſtis debitum exigebat, ille negabat, fine quô in deſperationem veniret miſera uxorata experiens tot vilipendia, quibus à Marito flocci fiebat, ſicque à mœrore ultimam clauderet horam, quo pacto Viduarus nuberet cum fœmina quæ ſibi placeret, quin hanc vel illam aſſignaret, ſed probata virtute mulier patienter omnia ſuſtinebat, videns autem ſponſus, hoc medio fruſtrari ſuam intentionem, valde ſecretò præparatum venenum in potu afferri juſſit, rem communicans cum quadam ancilla, & de communi conſenſu jentacula quædam edentes, cum ambo in eodem manerent lecto, & potus adduceretur venenatus à duabus horis in quibus illum ſumpſit Maria, ſubitò obiit, exiſtente jam Maritò extra domum; monitus de tragedia, dolorem vehementiſſimum fingens, flagitium occultabat, ſecretum valde exiſtens uxoricidium. Liber Manens Andreas viduus, caſualiter ex quô minatus à Confeſſario, quô ſcopô conjugem occiderit; non alium finem fuiſſe declaravit, niſi ut cum muliere quæ ſibi placere maritaretur; reinterrogatus, utrum aliquam in ſua mente, vel plures individuaret, nullam individuaſſe reſpondit, & à Confeſſario ipſi propoſitum eſt, tenuiſſe impedimentum dirimens ne nubere valeret cum ulla muliere nata, vel naſcibili; nimis turbatur propoſitionem audiens, replicanſquè quomodò id compatibile, à Confeſſario in conſilium ei narrabat dictum, quod diſpenſationem peteret impedimenti, cauſas & motiva ſilendo uxoricidii; quæſivit à me an dirimens fuerit iſtud impedimentum, ita ut abſque diſpenſatione cuilibet fœminæ ex his cum quibus, aliàs non interpoſito uxoricidio, & viduato ipſo, titè & validè maritari quiret, Connubii Sacramentum celebrare poſſet.

SUMMARIUM.

Impedimentum criminis ad Matrimonium num. 1.
Aliud iſtud dirimens, alterum dumtaxat prohibens, num. 1.
Uxoricidium adultera inventa in crimine, an impedimentum num. 1.
Peccat mortaliter Maritus propria autoritate occidens ſponſam etiamſi in adulterio reperta interficiat num. 1.
Utrum uxor contrahat impedimentum occidens, maritum num. 1.
Verificata fine legis etſi caſus non exprimatur in ea, ab ipſa comprehenditur num. 1.
Maſculinus ſexus in odioſis fœmineum non continet n. 1.
Differentia homicidii ut dirimentis impedimentum, vel quatenus impedientis num. 2.
Impedimentum criminis ſub reduplicatione antiquitus introductum diſſuetudine revocatum num. 2.
Conſuetudo quo pacto legem derogat aut ſtabilit num. 2.
Quid ut lex abrogata cenſeatur num. 2
Vetuſta criminis impedimenta diſpenſabilia ab Epiſcopis num. 2.
Iure naturæ nec impedit, nec dirimit Matrimonium ſubſequendum vel contractum, uxoricidium, vel viricidium num 2.

Digitized by Google

Crimen ex prævia præviſione dirimit matrimonium numero 3.

Diſtinctio actus humani vitalis qui dicitur intentio, ac dum verificatur promiſio num. 3.

Sine prævia intentione nulla eſt promiſſio num. 3.

Propriè conſtituitur promiſſio diciturque contractus externus num. 3.

Illa non accepta, promiſſio dicenda non eſt num. 3.

Quando non intercedente adulterio uxoricidium ſine impedimento dirimente num. 3

Tria crimina matrimonium impedientia num. 4.

Mens ſubtilis Doctoris præclara num. 4.

Iuramentum quandoque includit implicitam promiſſionem num. 4.

Etſi à juramento non determinetur perſona jurantem obligat num. 4.

In ſedandis conſcientiis utendum opinione probabili numero 5.

Quid in ſententia probabili requiritur ut uxoricidium, vel viricidium dirimat matrimonium num. 5.

Spe futuræ maritationis uxoricidium impedimentum dirimens num. 5.

Reus uxoricidii quo pacto non impeditur num. 5.

Vt liberius vis libidini ſedet occidens ſponſam, vel ob alias cauſas an impediatur num. 5.

Non determinata aliqua fœmina, ab uxoricidio non reſultat impedimentum num. 6.

Sancius impugnatus à Caſtro Palao num. 6.

Poteſt dari actus formaliter determinatus, quin objectius Verificetur in determinatione num. 6.

Stante impedimento in uno ex contrahentibus, quanquam in altero non ſit, undique ſit nullum matrimonium num. 7.

Notanda Philoſophia, & applicanda contractui maritali de cauſis partialibus num. 7.

Intentio diverſimodè reſpicit objectum in quod tendit, ac finem num. 7.

Voluntas ab imperio quod tenet in potentias cauſa activa motuum potentiarum num. 7.

Diverſæ acceptiones, & ſignificata diſtincta hujus nominis, intentio num. 7.

Advertendum, de intentione Sacerdotis penes conſecrationem Eccleſiaſticam num. 7.

Eodem modo quo in Sacerdote exigitur intentio ad conſecrationem, requiritur in contrahente ad peragendum matrimonium validum num. 8.

Ad efficiendum quodcumque ſacramentum validum, non ſufficit intentio habitualis num. 8.

Intentio interpretativa quando inſufficiens ut fiat Sacramentum num. 8.

Diviſio intentionis in virtualem, & actualem numero 9.

An intentio in cauſa interpretativa num. 9.

Vt intentio in cauſa influat meritum ſive demeritum prout præcedit debet eſſe determinata num. 9.

Quid de intentione indirectè procedente num. 10.

Amens quando validè baptiſat num. 10.

Intentio Miniſtri in conficiendum Sacramentum non comparatur ut cauſa ad effectum num. 10.

Conditiones annullantes Sacramentum, & quæ iſtud non invalidant num. 10.

Intentio dicta inefficax, quia vaga, efficere non quit validum Sacramentum num. 11.

Ens chimericum, vocare intentionem determinatam, & inefficacem num. 11.

Non inducitur impedimentum dirimens ſi intentio expreſſa non ſit aliquo ſigno exteriore num. 12.

Delictum reduplicativè prout occultum ſeu mentale nuſquam ab Eccleſia punitur num 12.

Non ſe ipſum putandum contradicere Dianam numero. 13.

Matrimonii impedimenta non pœnæ, inhabilitates reputandæ, num. 13

Ignorantia invincibilis excuſat à pœnis contrahendis, non ab incurrendis inhabilitatibus num. 13.

Nullus ſit actus etiam ex ignorantia invincibili ſtante inhabilitate in quolibet contractu, quamvis ſit in profeſſione regulari num. 13.

Diſtinctio pœnarum quæ purè dicuntur, ab inhabilitatibus num. 13.

Defectus notitiæ non excuſat ab inhabilitate contrahendæ num. 13.

Legitimæ autoritati tenetur quis conformari num. 13.

Quid in axiomate quodam, de culpa & pœna num. 14.

Inhabilitas reſpicit perſonam, prohibitio uſum actus num. 14.

1\. SVB impedimentum Matrimonii quod crimen dicitur ſeptem individuanda delicta contineri notat Maſtrius in 4. librum ſententiarum diſp. 7. de Matrimonij Sacramento quæſt. 10. arti 2. n. 357. præmittens. *Quintum denique Matrimonii impedimentum eſt crimen; ubi tamen advertendum eſt, crimen duo impedimenta conſtituere, unum dirimens de quo dicemus, infrà* (Videlicet quæſt. 19. arti 1. à n. 496.) *aliud vero merè prohibens. Hoc itaque crimen quòd Matrimonium prohibet ſeptem delicta ſub ſe continere dicitur ex antiquo jure.* A quo unumquodquè impediebat; aſt non irritabat conjugium, ut ſcribit n. 359. *Tertium crimen inducens impedimentum prohibitivum eſt Vxoricidium; unde qui propriam uxorem occidit non poteſt Matrimonium inire, cap. Interfectores, & capite admonere, & capite quicunquè 33. quæſt. 2.* Quidquid ſit de controverſia quam movet Bonacina reſpectu vxoris in fragranti delicto repertæ tom. 1. quæſt. 1. p. 1. n. 1. contra quem ſcribit Maſtrius. *Melius alij communiter dicunt hoc impedimentum induci per uxoricidium ob adulterium illatum; quia licet leges ſæculares in tali caſu impunitatem concedant, non tamen leges Eccleſiaſticæ, agnoſcentes & punientes tale dictum; cum igitur in caſu etiam adulterii uxoricidium ſit peccatum, ſemper ſecum adducit hoc impedimentum, quod ratione peccati ſtatutum eſt.* Vrgentius, oppoſitum improbatur poſtquam Alexander 7. inter propoſitiones quas damnavit, una fuit, (& habetur tom. 6. Bullarij in appendice fol. 2. eſtque 19.) *Non peccat Maritus occidens propria authoritate uxorem in adulterio deprehenſam.* Quam vetat defendi aut affirmari. Procedit ulterius Maſtrius adverſus Bonacinam. *Hoc impedimentum reſtringit ad ſolum virum occidentem uxorem, & negat hoc extendi ad uxorem virum occidentem; quia nullus textus loquitur de homicidio ab uxore patrato, ſed tantum de homicidio uxoris patrato à viro; ſed melius alij hoc impedimentum extendunt ad viricidium, ita ut uxor etiam Maritum occidens cum alio viro contrahere nequeat.* Id agit colligi ex capite de divorciis: vbi decernitur inſidiatricem Mariti abſque ſpe conjungi pœnitentiæ ſubjici; ſequentiquè paritate, (prout hoc impedimentum eſt dirimens) comprehendere & vxoricidium & viricidium; Probatur fundamento quô utitur Caſtro Palao tom. 5. diſp. 3. de ſponſalibus pun. 2. n. 18. contra Thomam. Sanchez tom. 3. de Matrimonio lib. 7. diſp. 16. n. 6. ſic ſubnectens. *Eſto in prædictis capitibus nulla de viricidio mentio facta ſit, ratio tamen decidendi, & apponendi prædictum impedimentum, eodem modo, imo efficatius procedit in viricidio quam, in vxoricidio.* Argumentor ita ſtante eodem fine & motivo legis, omnes quos motivum comprehendit & lex comprehendit; ſed motivum legis prohitivæ imponentis pœnam impedimenti dirimentis Matrimoniũ idem eſt in vxoricidio, & in viricidio; ergo utrumque comprehendit. Quin obſtet quod advertit noſter Antonius Hicheus commentario ad diſt. 35. quarti libri ſententiam Scoti n. 13. ver. alius caſus, vbi ex l. juxta de lega-

Digitized by Google

tis h. de verborum ſignific. Multus eſt in probando ſexum fœmineum comprehendi in odioſis, in quibus aliquod pœnale ſtabiliatur pro maſculino; ſed lex de impedimento dirimente ab vxoricidio eſt pœnalis, & odioſa; ergo non comprehendet viricidium. Diſtinguo majorem; non comprehendit, ſi ſub fine legis eodem modo contineatur ſexus fæmineus, nego; ſi non contineatur, concedo. Hinc quin intremus in hac controverſia, cum ad conſultationem non expectet; & in ea tantummodò petatur deciſio de vxoricidio perpetrato ſpè, & deſiderio conſequendi alterum Matrimonium; in uno ſiſtendum, vt infra diffuſius; verum à pœna legis Eccleſiaſticæ immunis evadat ille impius qui optimam ſponſam occidit ab iniquo odio quod concepit, fine, tam ſpurco ut ſuam libidinem impleret.

2. Nec ſilebo eventum à quodam fide digno teſte mihi narratum. Quædam mulier in tantum odium venit contra maritum ſuum quod ſæpe veneno occidere decrevit, ſed numquam aſſecuta à veneno interſectum, Veneficos conduxit in viricidium, à quibus etiam liber evaſit quantumvis graviter ſemel&iterum vulnerari tentaretur, aut enſe, vel tormento Bellico, cumque videret mulier ſuum defraudari intentum horribile flagitium, comperiens nullo medio conſecutum;ſic ſecum conſuluit; ita ego Mariti amorem incendam vt maritali copula eum interficiant; quod & fecit, nam à paucis diebus vir ille viribus debilitatus in morbum incidit, & tandem obiit; an inſimul aliquo veneno, ſe neſcire,narrans reſpondit; cumque Confeſſario conſuleret dicta fœmina, hic innixus ſatis debili fundamento nullo impedimento à jure antiquo tenere dixit, licèt graviſſimè peccaverit; an rectè Deus ſcit. Bonacinæ verba n. 15. ſunt. *Hinc patet differentia inter crimen homicidij dirimens Matrimonium, & inter crimen homicidij tantummodo impediens, quod illud non ſolum inducit impedimentum quando vir occidit vxorem, verum etiam quando vxor occidit virum, quod non accidit in præſenti crimine.* De iis impedimentis juxta antiquum jus Diana tertia parte trac. 4. reſol. 259. diſputans. *An impedimenta criminum ſint per diſſuetudinem ſublata.* Poſtquam ea enumerat ſic. *Hæc impedimenta ſunt; primo vxoricidium, capite admonere 33. Secundò Preſbiteratus capite qui Preſbiterum de pœnit. & remis. Tertio Matrimonium cum moniali ſcienter initum cap. hi ergo 27. quæſt. 1. quarto qui ob peccatum publicum pœnitentiam agere debuit cap. de his 33. quæſt. 2. Sexto raptus ſponſæ alienæ capite ſtatutum 27. quæſt. 2. Septimo inceſtus cum conſanguinea conjugis aut ſponſæ adhuc viventis cap. 1. & 2. & capite tranſmiſſæ de eo qui cognoſcit.* De quibus reſolvit, *ſupradicta impedimenta criminum eſſe per diuturnam conſuetudinem penitus ſublata.* Id inſinuare videtur Caſtro Palao tom. 5. diſp. 4. de ſponſalibus. pun. 1. n. 5. remittens ſe ad ea quæ propoſuerat tom. 1. trac. 3. de legibus diſp. 3. de conſuetudine pun. 4. §. 2. n. 1. Ratio ſumitur ab his quæ ſubtiliter tangit Caramuël tom. 3. lib. 2. de lege morali diſp. 4. n. 1117. *Conſuetudinem ſicut numquam per ſe introducit legem implicitam latam à Legislatore legitimo, & à populo liberè acceptam, ſic etiam numquam poſſe per ſe abrogare legem, ſed eſſe conditionem aut motivum perſuadens legem eſſe abrogatam à ſuo Legiſlatore. Ut igitur lex implicitè abrogari cenſeatur, requiritur fraquenter & impunè tollerari à Legiſlatore ſcienter permittente.* Difficultas eſt de mera voce, nam plura quæ impediebant tantummodo, dirimentia conſtituuntur à novo jure, ideo non abrogata, ſed amplius aſtringentia cenſenda. Ne ſcrupuloſa conſcientia angar, concludit Diana. *Sed ſi aliquis ſcrupuloſus hoc non obſtante* (nempe fore abrogata illa ſeptem impedimenta criminis antiqui juris à diſſuetudine) *diſpenſationem ſuper his petere velit, eam Epiſcopus conferre poterit.* Annuendo jure naturæ vxoricidium non dirimere Matrimonium, & non intercedente prohibitione Eccleſiæ validè contrahi (patuit enim jure naturæ non dirimere Davidem Uriam maritum Berſabe occidere feciſſe patet, eamquè validè in vxorem aſſumpſit 2. Reg. ver. 11.(in noſtro eventu conſulto difficile eſt aſſignare verum inhibitus manſerit maritari Andreas cum omni fœmina ſtante in viridi obſervantia impedimento vxoricidii dirimente.

3. Supponendum quid de eo, prout dirimente ſcripſit eruditè Maſtrius eo n. 559. inquit. *Hoc autem impedimentum cum altera certa perſona eſt etiam dirimens, quando ex pravia promiſſione eam ducendi, illata fuit mors priori conjugi ſine autem hac circunſtantia, pura occiſio vxoris eſt impedimentum ſolum prohibens.* Abundabat in deciſionem doctrina, ſiquidem Andreas vxoricidium non perpetravit prævia promiſſione facta alicui fœminæ ducendi eam in ſponſam; diſtinctiſſimi valdè ſunt duo actus humani dicti, intentio, & promiſſio, nec unum in altero incluſum abſque prævia dilectione voluptatis imperantis & dirigentis; bene verum eſt quamlibet promiſſionem requirere præviam intentionem ſeſe obligandi; at formaliter intentio omnimodè independens à promiſſione conſtituitur; aliàs, illa in hac interiori voluntatis actu puro completur; iſta, actus externos potentiarum exercet, enumeratur enim promiſſio inter contractus celebratos hominis ad hominem externè propoſitione rerum, quæ danda ſunt & accipienda; ergo dum Andreas in vxoris homicidio intentione ſolummodo ferebatur tollendi impedimentum vt alteri nuberet, nec ſi aliud occurreret, videlicet ab eo non impediri, occideret, nec ulli fœminæ uſquam promiſit, conſequenter videtur viduatum licitè quamcumquè Mulierem, aliàs non impeditam, ducere in vxorem potuiſſe, pro quo Caſtro Palao tom. 5. diſp. 4. pun. 12. n. 10. *Promiſſio verò de Matrimonio contrahendo debet eſſe externa & acceptata, aliàs non eſt vera promiſſio nec de ſe nota obligationem parere.* Quia in iſtis ſtat pondus ad ſolutionem, & de eo iterandus eſt ſermo n. 8. nunc arguo. Vt Andreas ab Vxoricidio inhiberetur ad Matrimonium contrahendum, petebatur convinci de promiſſione externa facta alicui fœminæ, vel omnibus mulieribus, inſimulquè acceptata; ſed nullum de his præceſſit; ergo à nullo impedimento aſtringebatur in novum Matrimonium; id roboratur per aſſerta à Maſtrio tom. in 4. librum ſententiarum quæſt. 19. art. 1. n. 497. agente ibi de impedimento criminis dirimente. *Secunda conditio ex Bonacina ibidem eſt ut vir & fœmina qui conjugium contrahunt, ambo ſimul in mortem conjugis conſpirauerint; undè ſi unus illorum machinatus ſit mortem abſquè alterius conſpiratione non contrahit impedimentum Matrimonium dirimens, modo non interceſſerit adulterium cum homicidio, ut additur capite ſuper hoc, de eo qui duxit in Matrimonium.* Sed ſolus Andreas vxoricidium perpetravit nulla conſpirante muliere in vxoricidium, nec adulterium committente; Ergo cuique nubere potuit; eadem numero verba tranſcripta ex Maſtrio, ab eo iterata invenietur volumine titulato Theologia moralis diſp. 20. de matrimonio art. 3. n. 105. licet vtrobique referens mentem Scoti, in oppoſitum potius inclinari Doctorem ſubtilem affirmat; idem ſenſit Raphael de Averſa quæſt. 18. ſec. 4. Vbi firmiter tenet ſufficere intentionem & machinationem occidendi Conjugem ad hoc quod inſit impedimentum dirimens,etiam ſi inſcius ſit alter cum quo contrahendum eſt matrimonium ex cap. ſi quis vivente 31. quæſt. 1. juxta hujus opinionis tenorem nulli fœminæ licebat nubere abſque diſpenſatione Andream; & quia pro illa videtur expreſſus Scoti conſenſus à quo declinare non licet; ideo exponendum, & examinandum oportet quid ſentiat, aut in quam partem inclinetur.

4. Scotus 4. diſtin. 35. quæſt. 1. diſputans utrum adulterium. *Cum aliqua vivente viro impediat Matrimonium cum eadem poſt mortem illius viri.* § Reſpondeo n.

2. re

Digitized by Google

2. reſolvit. *Tria ſunt crimina quæ conjuncta vel ſeparata videntur facere difficultatem circa Matrimonium contrahendum; ſunt autem crimina illa, adulterium, machinatio in mortem conjugis legitimi, fides datio ipſi, aut alteri vel contractus de facto cum ea, vel promiſſio cum juramento; quia hæc tria ultima ad propoſitum pro eodem reputantur.* Tria iſta ultima, nempe fidei datio illi, machinatio & promiſſio, ſive conjuncta, ſive ſeparata pro eodem reputari ad inducendum impedimentum Matrimonij ſentit Præceptor ſubtilis, qui ſuam mentem declarat §. tertio. Dico ver. ſic igitur, n. 9. in epilogum redigens aſſumptum. *Patet quod illorum trium tertium ſolum nunquam impedit, ita quod dirimat. Primum etiam ſolum nunquam impedit, ſicut patet per autoritatem Auguſtini adductam in arguendo. Secundum quandoquè impedit & quandoquè non, ſed ſemper quando eſt cum tertio impedit.* Et immediatè ſubnectit. *Sed nunquid ſemper, quando eſt cum primo. Reſpondeo ſuprà* &. Difficilis Scoti ſpeculatio, quam non meo marte explicabo, ſed innixus verbis ſui commentatoris Antonij Hichei n. 19. in commentario, quod appoſuit; in quo ſequentia habet. *Recolligit deinceps Doctor dicta in hac quæſtione de impedimento criminis ſic; adulterium ſe ſolo non inducere impedimentum, ſicut neque fides data etiam ſe ſola niſi conjungatur adulterium, aut machinatio mortis. Machinatio autem mortis ſe ſola inducit impedimentum, quando utraque pars eſt conſcia criminis, vel concurrit. Poteſt autem uxor concurrere, aut approbando, & ratificando machinationem, quâ mors ſubſequitur; ſi intuitû Matrimonij contrahendi conſentiat. Si autem ex alio fine ut in odium Mariti permittat non habens animum contrahendi, neque fovens ſpem alterius, tunc non videtur impedimentum eſſe ex parte ejus.* Hujus commentarij ſignificatione inſinuatur, quod licet in caſu conſulto ex parte alicujus fœminæ cui maritandus eſſet Andreas; non præceſſerit ullum impedimentum, ex Andreæ parte præcedere videtur, præcipuè ſi examinatus qui vxoricidium perpetravit inveniatur in eo aliqua implicita promiſſio; v. g. ſi jurejurando ſe aſtrinxit ad alias nuptias futuras cum hac vel illa fœmina; nam in juramento videtur promiſſum convinci; at eo non intercedente includi apparet in negativa Scoti §. ſi igitur n. 9. *Quandoquè non impedit, nam tunc non conjungitur cum tertio, de quo dixeram: ſed ſemper quando eſt cum tertio impedit.* Neque obſtat non aſſignatam in individuo fœminam, nam juramentum factum quin aſſignetur perſona determinata, obligat ad implendum; v. g. voveo ego, vel juro conſtituendum Religioſum profeſſum, non determinando hanc vel illam Religionem, nullus eſt qui affirmet me non obligari ad adimpletionem jurisjurandi vel voti; Ergo ſi Andreas vxoricidium copulavit cum juramento de ſecundis nuptiis, implicitè promiſit, & conſequenter machinata & executa mors cum promiſſione, impedimentum in eo cenſendum ad nuptum cum qualibet fœmina: Nihilominus contrarium patebit.

5. Huc uſque proceſſimus diſputando; at quia in re morali diſcretiſſimè monet Villalobos tom. 1. trac. 1. difficultate 3. (idem repetens trac. 14. difficul. 11. n. 6.) poſt factum Matrimonium ſequendæ & amplectendæ ſunt opiniones minus probabiles, ideo memor hic diſtinctionis poſitæ n. 5. de promiſſione, & intentione indagandum venit, quæ requirantur ut vxoricidium, vel viricidium dirimat contractum Matrimonium indigens diſpenſatione Apoſtolica ad hoc quod validum conſtituatur, dubitandi rationē dant verba Caſtro Palao tom. 5. diſp. 4. p. 12. n. 1. *Duplex eſt crimen in cujus pœnam Eccleſia inhabiles reddit eos ad Matrimonium contrahendum, non abſolutè, ſed cum ea perſona quâ cum delinquens contrahere intendens, delictum commiſit, ut rectè adverſus Palacios notavit Sanchez ex communi ſententia lib. 7. diſp. 78. n. 21. Gutierrez cap. 205. n. 25. Con. hìc diſp. 51. dubio. 5. conclu. 5. Ratio hujus prohibitionis eſt, ne ſpe conjugij futuri, Conjugi innocenti mors immineat.* Tria ergo interveniunt, ut crimen impedimentum dirimens conſtituatur; finis enim ſcopus motivumque legis prohibitivæ principale inſinuatur, ne ſpe futuræ maritationis innocēti ſponſo, vel ſponſæ mors immineat; ſed in eventu conſulto ſpes futuræ maritationis, non tantum imminere, verùm infigi fecit conjugi innocenti mortem à conjuge crimino ſo; Ergo pro hac parte jam intervenire videtur impedimentum dirimens in illo qui ſponſam occidit. Secundum ſtat in hoc, quod reus interfectionis non abſolutè inhabilis habetur ad connubium; quo pacto ſi Andreas vxoricidium perpetraſſet determinans individuam fœminam ad ſecundas nuptias, cum illa quam decerneret, inhabilitaretur, nequaquam ad alias non incluſas, imò excluſas in ſuo decreto; Ergo, quia nullam ſpecificavit, cunctas incluſit; eatenus abſque diſpenſatione inire conjugium non valuit. Tertium ſumitur à verbo, quo utitur. *Intendens*; non ait, & promittens; Ergo abſque promiſſione, ex ſola intentione quis impedimento dirimente inhabilitabitur.

6. Verum ejuſdem Palao verbis fit ſatis huic rationi dubitandi; citato p. 12. numero 5. poſtquam repetit quod præmiſerat ſic. *Requiritur quod occiſio fiat intentione ineundi Matrimonium cum conjuge ſuperſtite; nam hoc impedimentum ſtatuitur ne cupiditate alienì Matrimonij, conjuges occidantur, quo finis locum non habet in iis, qui ut liberius libidini vacent, vel ob aliam cauſam conjugem occidunt.* Proſequitur aſſignans qualem intentionem in occiſore incurrere efficit, ligarique hoc impedimento dirimente. *Intentio vero ineundi Matrimonium debet eſſe cum perſona determinata; aliàs ſi conjugem occidat animo ineundi Matrimonium abſquè determinatione perſonæ, impedimentum non contrahit, eo quod non cenceatur vera contrahendi Matrimonium intentio, cum Matrimonium eſſe non poſſit cum incerta.* Verificata cauſali, nec umbra, quâ obſcuretur probabilis reſolutio, mox danda manebit; interim nota quomodo conſequenter ad eam loquitur, ſubnectens. *Si tamen occidas animo contrahendi cum una ex filiabus Petri, an impedimento dirimente quatiaris. Affirmat Sancius, Palao id impugnat; Sio cum Sancio aiente eſto intentæ omnes ſint, ſunt tamen intentæ ſub indifferentia, & indeterminatione, quæ cum Matrimonio conſiſtere nequit.* Duo caſus diſtincti ſunt, unus ſi intendat Petrus v. g. nubere cum aliqua ex filiabus quin ullā determinet, alter ſi intendat nubere determinans aliquam earum; Et ſi in ſecundo eventu impedimentum dirimens eſt, in primo non erit, ſiquidem intentio in uno ſervat indeterminata & indifferens terminativè ad perſonam; nec diſtinctè philoſophandum in intentione quâ quis occidat vxorem animo nuptias celebrandi cum viginti mulieribus vel cum mundi omnibus; nam ex parte indeterminationis æquanimiter ſe gerit quoad contrahendum vel non; impedimentum; id ſtatuo exemplo manifeſto: Franciſcus hoc propoſitum efficit, volo interficere omnes mūdi homines. Didacus verò, volo interficere decem homines, extenſivè peccatum Franciſci gravius eſt peccato Didaci, non autem formaliter; conſenſus enim internus efficax non aliter tranſgreditur quintum decalogi præceptum in una indeterminatione perſonarum; quia ut interna intentio non ſpecificatur ab occidendis, niſi ab efficaci conſenſu liberi arbitrii penes occiſionem.

7. Mitto quatuor conditiones quas Bonacina introducit tom. 1. quæſt. 3. de impedimentis Matrimonij pun. 6. n. 4. & deinceps ad propoſitum meum nullatenus conducunt; nec vim facio in eis quæ tangit Villalobos tom. 1. trac. 14. diffi. 11. n. 7. proferens ad iſtud impedimentum dirimens contrahendum neceſſarium non forè utrumque conjugem mortem machinatum eſſe; ſufficereque ab uno executam necem. Compatitur

enim impediri hunc, non alium ad invalidandum contractum; v.g. Si Catholicus nuptus eſſet cum infideli, per ſecundas nuptias, & ad has contrahendas occidiſſet priorem vxorem, ſecundum Matrimonium cum infideli nullum foret, quia licet non inſit impedimentum ex parte ſponſæ quæ nondum baptizata legibus Eccleſiæ non ſubjicitur, abundat ex parte mariti baptizati fore, in annullandum contractum maritalem; quanta in his occurrebant, quæ brævitatis cauſa omitto; relinquendo principiis philoſophicis modum producendi à cauſis partialibus effectus, in quibus totalis ſortiri nequit non concurrentem in impedimēta ad invicem æqualiter quæque earum, pro conſulto eventu exenterare intereſt illam Palao cauſalem. Non cenſetur vera intentio quæ in determinatione per omnimodam indifferentiam tendit in incertum. Subtilis doctor 4. diſ. 16. quæſt. 5. §. ad iſtam quæſtionem ver. dico ergo numero 2. dupliciter diſtingui intentionem, uno modo proùt reſpicit objectum, alio in quantum terminatur ad finem; intentionem propriè dictam (§. Sed contra ver. ad ſecundum dico n. 9.) deſcribit ita. *Principium ultimatum determinans agens intellectuale ad agendum*; *quorum rationem aſſignans, ſubnectit. Cùm tale agens per imperium voluntatis eſt cauſa activa motuum aliarum potentiarum, quæ ſubjacent imperio voluntatis.* Peracutè Smiſing. trac. 3. de Deo uno diſp. 6. quæſt. 3. n. 69. aliquas acceptiones adducens hujus vocis. *intentio*, minus proprias, largoquè modo extenſas, propriam & ſtrictam, in laudem vel vituperium reſultans, conformiter ad finem quem reſpicit, profert conſiſtere in actu determinato ſine indifferentia ad finem, licet hæc inſit ad media quando plura ſuppetunt & exigitur electio penes illa, qualia aſſumenda ſunt. Vnde ſicut fas plauditur in Sacerdote qui habens intentionem conſecrandi unam hoſtiam, offerens viginti in ea deprecatione offertorii. *Suſcipe ſancte Pater omnipotens æterne Deus.* Si non deſignat individualitèr, & determinatè hanc numero ex illis viginti, nulla ex eis manebit conſecrata, quia nec reputatur, nec in re intentio directa in materiam determinatam, ſed indifferentem, nec numericè deſignata ex agentis fixo & determinato conſenſu libero ſine minima indifferentia.

8. Ita philoſophandum eſt intentione requiſitâ ad contractum Matrimonialem vt valida ſit, & ſortiatur effectum; excludere enim debet omnem indeterminationem, & determinatam reſpicere perſonam, non alio pacto in hoc Sacramento Matrimonij ac in aliis Eccleſiæ catholicæ; Doctores unam aſſignant inſufficientem, videlicet habitualem ſeu conditionatam, alteram vero abundantem quam vocant actualem, ſeu virtualem tendentem in finem abſolutè, excluſo omni dubio, indifferentia, & indeterminatione. Verum interpretativa nuncupata intentio, quâ aliquando perficiuntur actus humani liberi; & ſpontanei ad meritum ſive ad demeritum ſufficiat in Miniſtro idoneo; ſi affirmetur innumeras patitur impugnationes longumque petebat examen, præter quam quòd terminorum abuſione res obſcuraretur: judico inſufficientem eo, quia talis intentio interpretativa non tranſit formaliter in actum ſenſibilem, & Sacramenta requirunt ſenſibiles voces & res in quibus perficiantur.

9. Eaquè propter præ oculis habe hujus diviſi intentionem in hæc duo membra, unum conſtituens actualem, alterum virtualem intentionem, quàliter iſtud diviſum animal per hæc duo membra contrahitur, nempè rationale & irrationale; ergo, quia inter Doctores ad conſtituendum Sacramentum non altera intentio ſufficit præter actualem vel virtualem, dum interpretativa non ſufficit; ſi ad unam ex his duabus non reducitur, nequibit fieri per illam Sacramentum; Igitur in caſu conſulto, ad hoc quod Andreæ vxoricidium reſultet in impedimentum dirimens, non quomodocunquè in intentione ſua debet aſſignari fœmina cum qua ſecundas nuptias celebraturus eſt; ſed taliter quòd convincatur in ipſo præceſſiſſe intentionem formalem, quæ actualis eſt; vel virtualem neutiquam interpretativam; in evitandum vocum & terminorum confuſionem, & ne reducamus ad quæſtionem de nomine, propterea quia appellatam intentionem in radice ſeu in cauſa aliqui interpretativam appellant, (v. g. intendo occidere Petrum ſomno me do, & dum in eo ſum contigit quòd ſomnians ſurgo à lecto & caſualitèr capio enſem; fortuitò tunc in cubiculum meum ingreditur Petrus, quem interficere intendi, dormienſque ego eum occido, hoc homicidium dicunt procedere ab intentione interpretativa, nec minus culpabili, ac ſi vigilans interficerem. Ab oppoſito quoad meritum; intendo ego in tutamen fidei Catholicæ vitam offerre Tyranno me quærenti ad occidendum, contigit me inventum ab illo dormientem, & interficit; revera Martir ero, cum talis intentio ſit interpretativa, quia virtualis ſufficiat ad meritum. Plaudo doctrinam quam nullatenus negabo, ſed aut in vocibus diſputamus, vel eam intentionem quæ nominatur interpretativa in re virtualis eſt utrobique tam in actu demeritorio Petri dormientis, & ſomniando interficientis eum quem decrevit vigilando occidere, quam quoad me in actu meritorio decernentem efficaciter in obſequium fidei chriſtianæ offerre vitam; in ambobus enim eventibus præceſſit intentio formalis actualis, vocata moraliter permanens circa materiam determinatam, nec aliqua ex parte indifferentem; ſi ergo hoc pacto demonſtretur in Andrea uxoricidium perpetrante, intentio interpretativa reducta, & in re ad virtualem, quis negabit impedimentum dirimens intercedere: at nullo modo ſic ſe geſſiſſe habetur quandoquidem nullam determinabit perſonam vel in radice aut in cauſa.

10 Quia occaſio ſe offert non prætermittam doctrinam inductam à Maſtrio in 4. ſententiarum diſp. 1. quæſt. 7. articulo 2. ſequentia ſcribente; *Interpretativam hanc intentionem interdum etiam appellare ſolere, quia eſt membrum illius; intentio namquè virtualis communiſſimè ſumpta, ut etiam ſub ſe interpretativam comprehendat, dividitur in directam, & indirectam, quæ interpretativa dicitur; directa eſt quando actualis intentio, quæ præceſſit habet pro objecto effectum prius cognitum: indirecta vero eſt quandò actualis præcedens non habet pro objecto effectum ipſum, ſed cauſam ejus, & hæc eſt intentio interpretativa, quæ virtuali diſtinguitur.* Ergo jam datur intentio interpretativa quæ penes effectum, nec actualis nec virtualis eſt, de qua n. 283. iſtam ſtabilit concluſionem. *Intentionem interpretativam prout à virtuali diſtinguitur non ſufficere ad validitatem Sacramenti.* Id exemplificat in duobus Sacramentis, Baptiſmo & Euchariſtia videlicet. Non Baptiſaret qui prævidens ſe in ſomno baptiſaturum, materiam ſomnians & formam ſuper certam perſonam applicaret. Neque conſecraret Sacerdos qui prævidens ſe in ebrietate, ſuper debitam materiam verba conſecrationis profferret, quia talis voluntas & intentio non eſt humana ſecundum ſe, qualis eſſe debet actio Sacramentalis, ſed tantum eſt liberá & humana in cauſa, quod non ſufficit: aptius & in vitandas obſcuritates dicerem, quia talis intentio non evadit virtualiter ſenſibilis ut tetigi n. 10. nam ſi ita foret, abundaret, ideo an efficiatur Sacramentum, ſemper eſt dubium de quo conſ. 29. n. 16. Dubia quidem foret, cò quod pro una parte urget conditionalis poſita; ex alia vero inſtat ſubjunctum à Maſtrio. *Quia etſi ex voluntate indirecta procederet, non tenderet directè in materiam & formam Sacramentorum.* Mirabiliſſima cauſalis ad meum propoſitū; Ergo etſi Andreas uxoricidium perpetraverit ex interpretativa intentione ſecundas nuptias celebrandi; quin determinaret fœminam, talis voluntas indirecta interpretativè virtualis non erit nec tendens in materiam, & formam ſacramenti Matrimonii, quod excludit quamcunque indeterminationem & indifferentiam.

Obiicit-

Digitized by Google

Obiicitque Maſtrius contra hanc doctrinam. Demus amentem puerum non baptiſatum tingere aqua naturali proferendo verba, quibus conficitur baptiſmus, validè baptiſat, aliàs ſufficit intentio interpretativè indirecta ad meritum & demeritum; Ergo perperam negatur virtualis. Reſpondet n. 284. amentem tunc nequaquam baptiſare validè; ſed exceptionem tenet ſolutio, quando ante amentiam non præceſſerit in eo intentio formalis baptiſandi, nam ſi præit tunc interpretativè eſt directa, & conſequenter virtualis: ad illud de merito & demerito ſupponit. *Vt intentio Miniſtri ſit ſufficiens ad ſacramentum, comparari debet ad illud, ut cauſa ad effectum; ut vero actus ſit meritorius, vel, demeritorius neceſſe non eſt ut comparetur tamquam cauſa ad effectum bonum vel malum, ſed ſatis eſt ſi terminetur ad objectum honeſtum vel inhoneſtum.* Reſtabat probare non fore puram terminationem ſed compoſitam cum præcedente conſenſu libero voluntatis; Nam pura terminatio quæ conſiſtit in mera tendentia objectiva non ſufficit in culpam imputandam vel meritum conſtituendum; quapropter negabo non fore virtualem intentionem illam quæ interpretativè inducit actionem meritoriam ſeu demeritoriam, quando una, vel altera exequitur deficiente formali liberi arbitrii uſu ex impedimento amentiæ, vel ſomnii, & tranſeat non comparari tale impedimentum, ut cauſa per ſe influens, habenda, nullus negabit ut removens prohibens.

11. Amplius verſandum eſt cum Maſtrio, eo articulo 2. n. 292. circa intentionem conditionatam in Miniſtro faciente ſacramentum; vel enim de præterito ſupponitur conditio, aut adeſt de præſenti, & tunc tranſit in abſolutam & efficacem, ſin autem ſit de futuro relinquit inefficacem; à quo infert *Vnde quando quis alterum baptiſat ſub hac conditione; ſi non eſt baptiſatus, ego te baptiſo, illa conditio vel eſt adimpleta, vel non, ſi non eſt adimpleta deſtruitur intentio; ſi vero eſt adimpleta intentio tranſit in abſolutam, & ita conficit ſacramentum; & hac de cauſa jura conſulunt quòd ſi ſacramenta fiant ſub conditione, hac conditio ſit de præterito, vel de præſente; non vero de futuro.* Aliter exiſtente conditione de futuro invalidatur intentio exigens novam voluntatem, quæ ſi reſpicit conditionem de præſenti vel præterito nova non requiritur ſiquidem in primo caſu manet ſemper inefficax; in ſecundo verificatur efficax dans actui valorem, aut actualitate formaliter exiſtente vel permanente moraliter in virtualitate; hac doctrinâ poſſet fieri ſatis objectioni quam efformat Maſtrius, ſic contra ſe arguens. *Dices quod ſi ſacramentum conficiatur ſub conditione de futuro, etiam ſi tunc non fiat, quia non adeſt intentio* (ſupple efficax) *fiet tamen poſtea ſi conditio oppoſita impleatur.* Id negat ſubjungens *Reſpondetur nec etiam poſtea fieri, quia ad conficiendum ſacramentum ultra Miniſtri intentionem requiritur materia & forma ſacramenti, ac poſtea cum impletur conditio licet intentio adeſſet, non tamen adeſt materia & forma ſacramenti, quippe quæ preteriit, & ideo nec antea nec poſt fit ſacramentum* Plauſibilis doctrina à nullo negata quâ inſinuatur ab intentione illa inefficaci quandò conditio eſt de futuro nullam permanere virtualem aliquam ſufficientem in conficiendum ſacramentum, addens quod ſi detur poſtea purificata conditio, futura, intentionem adeſſe ſimiliter nullam in conficiendum ſacramentum, *quia pro tunc quandò tranſit ad abſolutam, materia & forma ſacramenti non adſunt.* Ergo illa intentio Andreæ in eventu conſulto, quamquam fuerit abſoluta quoad uxoricidium tamquam impedimentum tollendum ad novas nuptias, fuit inefficax & conditionata circa materiam & formam quibus ab ipſo tanquam à Miniſtro ſacramenti Matrimonii iſtud novum perficiendum erat, cumquè in ea prima intentione nulla individuata & determinata fœmina adſit, fieri non valebat ſacramentum; Ergo tale uxoricidium cenſendum non erit impedimentum dirimens ad ſecundas nuptias & quamvis graviſſimè peccaverit occidens uxorem abſque diſpenſatione poterit nubere cuiquè mulieri, cum qua aliàs nullum teneat impedimentum.

12. Urgebis ſaltem impediens erit, indigens diſpenſatione Andreas ad petendum debitum ſecundæ uxoris, propter ejus antiquum quod non eſt abrogatum ut ſentit Rebellius parte 2. lib. 3. quæſt. 18. n. 23. Huic occurro verbis Dianæ tranſcriptis n. 4. videlicet diſſuetudine tale jus abrogatum. Verum tranſeat irritum non eſſe, & impedimenta illa vetuſta permanere reſpondeo nec in tale impedimentum incidiſſe Andream, eo quod occulta nec ulli exterius communicata fuit uxoricidii intentio; inquirente Diana 9. parte trac. 7. recol 25. *An homicidium ab adultero & adultera perpetratum animo & intentione contrahendi Matrimonium interſe, ſi ea intentio non ſignificetur exterius inducat impedimentum diriment.* Cum Baſilio Ponce, & aliis, quos allegat negativè reſpondet inquiens, *Certum eſt occultum omnino & mentale delictum non ſubjacere Eccleſiæ judicio, neque punitioni.* De mentali delicto quis oppoſitum ſentiet. Stante proloquio *Eccleſia non judicat de occultis*; De quo fuſè conſ. 17. 2. n. 6. bene verſum eſt id in aliquem ſenſum exponendum ſiquidem prout occultum in ſenſu compoſito pœnam latam ſeu ſtatutam publicam non reſpicit, niſi judicio ſuperioris ſubjiciatur; ſed manens delictum formaliter occultum non ſubiacet judicio ſuperioris; Ergo nec impedimentum dirimens erit uxoricidium, vel viricidium, tam occultè perpetratum, quod à nullo ſciatur ultra adulterum & adulteram animo & intentione contrahendi, ſcitum ſeu cognitum; Ergo ſi impedimentum dirimens non eſt in eo crimine graviſſimo, quia occultè perpetrato, nec erit in illo quod Andreas commiſit uxorem occidens, quia abſque adulterii circunſtantia mutante ſpeciem exequutam præceſſit; Igitur neque gravabitur illa pœna impedimentum antiqui criminis non dirimentis contractum Maritalem, ſolummodoquè impedientis ut ligatus eo, facultate careat petendi debitum. Probatur paritas quòd excuſat ad incurrendum impedimentum dirimens excuſat in contrahendam pœnam illius quod tantummodò impediens eſt; Ergo ex quo uxoricidium vel viricidium non gravat adulterum, vel adulteram, dum ita occultè peragitur quòd niſi ab eis notum eſt, potius non gravabit impedimentum antiquum quod dirimens non erat, quamquam diſſuetudo non ſufficeret in abroganda ea vetuſta impedimenta; ideo ab iſtis non urgetur Andreas in petendam diſpenſationem ut licitè ſine illa, Matrimonio tueretur exigens debitum conjugale à ſecunda uxore cum qua poſt uxoricidium nuptias celebravit ſecundas.

13. Hæc Dianæ Doctrina ſatis dictamini conformatur, nec repugnat alteri quam ipſe firmet contra Baucium (quem autorem attingere non potui) Diſputans Diana 10. parte trac. 13. reſol. 51. *An ſi quis adulteravit cum conjugata cum promiſſione ſumendi illam in uxorem Marito mortuo poſſit abſque diſpenſatione Pontificis Matrimonium illud inire.* Et poſtquam refert ſententiam affirmativam Bauci (verbis Paludani 4. diſ. 34. quæſt, 1. n. 17.) ſitam in hoc quod ignorantia invincibilis excuſat in incurrendas pœnas impoſitas ab Eccleſia quoad impedimenta Matrimonii (contra quos inſurgit ab inconvenienti §. ſed) reſoluit. *Si hac opinio eſſet admittenda, plures in contrahendis Matrimoniis non egerent diſpenſatione Pontifica. Unde ego circa ſupra dicta habeo magnam difficultatem, nam impedimenta Matrimonii dirimentia non ſolū impoſita ſunt ut pœna ſed principaliter tanquam inhabilitates; inhabilitates autem contrahi etiam ab illis in quibus viget de eis ignorantia invincibilis.* Id oſtendit §. confirmantur. Ex lege civili in quâ prohibetur ne teſtamenta condantur niſi ſub certo numero teſtium; & canonica, qua vetatur ne profeſſio emit-

Digitized by Google

tatur niſi completo integro anno noviciatus, & poſt annum decimum ſextum, & tamen ſi aliquis cum ignorantia invincibili conderet teſtamentum, aut emitteret profeſſionem ſine dictis conditionibus, teſtamentum, & profeſſio eſſent irrita; fateor libentiſſimè, & annuo diſtinctioni pœnarum, & inhabilitatum, ad iſtas non incurrendas nihil excuſat, quantumcumquè ignorantia præcedat invincibilis, ideoquè quotidiè à jure ſeu in tribunalibus declarantur nullæ profeſſiones, quæ emittuntur ante ſextum decimum annum, etſi probetur ab ignorantia invincibili inculpabiliter proceſſiſſe in profeſſione, tam ex parte communitatis, quam emittentis. Rationem aſſignat Diana in caſu Matrimonii ſic. *Quia, ut diximus impedimenta Matrimonii, non imponuntur ab Eccleſia tanquam puræ pœne, ſed tanquam inhabilitates & conditiones annullantes actum ſubſequentem.* Ponitque diſcrimen inter irregularitatem, interdictum, cæteraſquè cenſuras pro una parte, & ex alia, Matrimonii impedimenta illa, puras pœnas vocat à quibus incurrendis excuſare ignorantiam invincibilem profitetur; v. g. præcipit Pontifex ſub excommunicatione, ne ullus Catholicus die prima menſis Junii carnes & ova manducet, ignorat invincibiliter Petrus talem impoſitam cenſuram; ſicut non peccat comedens ova & carnes illo die, nec in excommunicationem incurrit; de inhabilitatibus verò aliter procedendum, v. g. Joanna & Mathias ignorant invincibiliter Matrimonia clandeſtina nulla fore, & clandeſtinè contrahunt ex ignorantia, non valet Matrimonium, cujus ratio eſt, quia defectus notitiæ nullum titulum, nec præſumptum, aut coloratum admittit, ſicut in incurſu pœnarum; & quidquid ſit de præjudiciis inductis à Diana in ſacram pœnitentiariam vel datariam Romanam (non quod præjudicium dùm culpa non eſt ex fracta aliqua lege) plaudo Doctrinam, qua non obſtante & aſſentiendo his, quæ Caſtro Palao allegatus eo pun. 12. n. 5. introducit in diſpenſationis indigentiam pro impedimentis dirimentibus, aut non dirimentibus Matrimonium, ſuam tenentibus radicem ſeu originem in inhabilitatibus à jure ſeu alio quovis medio introductis legitima autoritate, & poteſtate, quam velimus nolimus tenemur nos conformare.

14. Argumentor ita in gratiam ſententiæ Paludani, quam teſtatur Diana ſuſcitatam à Baucio collata invincibilis ignorantia cum delicto mentali & occulto, majorem vim habet in excuſandum incurſum pœnarum ac inhabilitates, ſiquidem quod plus excuſat à culpa magis ab incurſu pœnæ excuſare debet; Ergo minus excuſabit, ſi in inhabilitatibus non excuſat; Sed per te delictum mentale & occultum excuſat in incurrendum impedimentum criminis uxoricidii; Ergo excuſabit in incurrendum inhabilitatem; Igitur aut ſuſtinenda Paludani opinio, vel negandum impedimentum mentale & occultum ab ejus incurſu excuſare; Eatenus inſufficienter ſolvitur efformatum argumentum n. 14. ex diſcrimine impedimentorum non dirimentium, à dirimentibus, firmando impedimenta dirimentia inſimul Leges pœnales & inhabilitates fore in quibus nihil excuſat; Quapropter utrobique videtur exigenda diſpenſatio ſtante inſimul lege pœnali inhabilitante; Cum autem vetuſta criminis impedimenta nihil teneant de inhabilitate, & ſint puræ, pœnæ, diſpenſatione non indigebitur ſi præceſſerit ignorantia invincibilis excuſans ab incurſu. Unam replicam patitur ſolutio. Non minus inhabilitat; moraliter loquendo ad validitatem contractus Maritalis impedimentum dirimens, quam ad jus petendi uſum Matrimonii illud quòd ſolùm impedit, nec tamen dirimit; Ergo dum in dirimentibus impedimentis delictum occultum inhabilitat, aut non inhabilitat, utrobiquè diſpenſatio exigenda, vel in nullo indigenda. Nego ſuppoſitum & paritatem antecedentis. Concedo inhabilitationem ſolùm reſpicere impedimenta dirimentia, quia inhabilitatio cadit ſupra perſonam dumtaxat immediatè; Prohibitio verò uſus alicujus facultatis reſpicit inhibitionem actus, ideo eſt pura pœna. Unde ſi in iſta intrat ignorantia invincibilis, nec comprehenditur in eam incurrendam delictum mentale, & occultum; abhinc Andreas Mariæ Maritus nulla egebit diſpenſatione propter uxoricidium occultum ad exigendum debitum uxori, cui ſecundo nuptus eſt. A poſteriori patet hanc mentem eſſe utriuſque juris, civilis & Canonici. Non inæque filii Andreæ nati à copula Maritali ſponſæ quam non occidit in ſecundis nuptiis tenentur legitimi & de legitimo Matrimonio procreati, propriiquè hæredes, ac filii nati de uxore quam interfecit; Ergo ſignum eſt perſonam non fuiſſe inhabilitatam, habiliſſimoſquè utrobiquè actus conjugales, inde ſi propter jus antiquum exigendo debitum peccavit, hoc nullam inhabilitationem arguit vel perſonæ vel uſus Matrimonii ſeu copulæ Maritalis, niſi præciſè puram pœnam quæ revera eſt contracta ſolummodo dùm ignorantia viget vincibilis & craſſa, & comprehendit delictum occultum. Pro quaquè parte, reſolutionem profero licet Andreas graviſſimè peccaverit, tùm in odio injuſtiſſimo contra priorem ſponſam, tùm in ejus uxoricidio, & hoc etſi culpabilem inveniret adulteram, (quantò gravius interficiendo inculpabilem & probatiſſimam fœminam) at licitè & abſque diſpenſatione nubere potuiſſe fœminæ cui vellet, nec ab ullo impedit in exigendum debitum harum ſecundarum nuptiarum, cenſendus

CONSULTATIO VI.

De Matrimonio in recta linea, à quo gradu nullum.

QVIA plura occurrunt addenda ad caſum quem tetigi tom. 2. certaminis diſp. 3. ſec 2. n. 125. iterare ipſum decrevi fol. 416. col. media, conſultum ſic propoſui. Petrus ætatis 16. annorum procreavit filiam mariam. Maria ætatis 14. annorum procreavit filiam Joſepham. Joſepha 14. annorum procreavit filiam Franciſcam; Franciſca 14. annorum procreavit filiam Antoniã Antonia 14. annorum procreavit filiam Annam. Anna Retartaraneptis Petri qui attingebat & ætatis ſuæ annos, quando Anna prædicta compleverat 14. in Matrimonio ſibi voluit Retartaraneptem copulare, aſſentientibus Medicis Petrum Retrictavum robur habere, nequè impotẽtem fore (vel à ſenio, aut in firmitate) in procreandos filios; fortaſſis Retrictavus tale connubium anhelalabat ſatagens iſtud tam anxius ne à linea ſua dimoveretur majoratus hæreditas pinguiſſima excludens ſexum fœmineum, aſtricta & limitata ad virilem, nam eo deficiente abſque ſucceſſione virorum, ad alteram ſtirpis lineam tranſibat; poſſederat ipſe per tot annos eam pinguem hæreditatem; cumquè Anna Retartaraneptis non recuſaret Matrimonium, placidequè annueret exoratus licentia Ordinarii ad monitiones publicandas, ſe poſſe eas expedire independenter à diſpenſatione Apoſtolica, reſpondit Ordinarius; ſed dubitatum fuit, an in linea

recta diſpenſare quiret ſummus Pōtifex. Deſervire enim poteſt hujus conſultationis reſolutio ad alios eventus, qui contingere valent non diſſimiles. Unum eorum commemorat Bonacina tom.1. quæſt. 3. de Matrimonio p. 5. ſ. 1. in ſecundo propoſitione n. 9. & quia infideles non impediuntur in ſuis Matrimoniis à legibus Eccleſiæ non erit impoſſibile in rectam lineam ultra quartum gradum quandoquè celebrare ſuos contractus maritales, & ſi contingat illos Converſos ad fidem Catholicam, dùm impedimento de jure naturæ non tenentur validandum erit eorum Matrimonium, ſin verò in recta linea nullus ſit gradus à natura non prohitus, ſeparandi, quia non nupti, ea propter valde conducet ad innumera decidenda, doctrina infra diſcutienda.

SVMMARIVM.

NOTANDVS textus Belarmini num. 1.
Ætas inaqualiſſima inter contrahentes non annullat Matrimonium. Nec jure naturali aut poſitivo ullo pacto opponitur num. 1.
Senex valdè Maritatus mulieri juveni valde, & è contra num. 1.
Advertendum de connubiis in prima mundi atate numero. 1.
Senem juveni Maritari, eſſet contra decentiam, aut politicam num. 1.
Inter genitorem & genitum copulam horret natura ideo per ſe irrationalibus barbariores fuerunt dictantes copulam carnalem num. 2.
Fabula de Iove Iunonis ſorore num. 2.
Genitor Pater immediatus cateri aſcendentes in linea recta, Patres mediati num. 3.
Ex Evangeliſta Matheo genitores nuncupantur quicumque aſcendentes in recta linea quantumcuque remota num. 3.
Si Adam viveret nunc, de natis ab eo fæminis nullam ducere poſſet uxorem num. 3.
Similiter Eva ex propagatis ab ea in virili ſexu num. 3.
Aliud eſt Matrimonium invalidum, alterum illegitimum num. 3.
Papa non poteſt diſpenſare in Matrimonio jure divino aut natura nullo num. 3.
Illegitimatio perſonarum ad Matrimonium, unde num. 3.
A qua radice extraneitas oxitur num. 13.
Magis, & minus intactam rei ſubſtantiam relinquunt num. 3.
Connubium Patris & filia cur à jure natura irritum num. 4.
In recta linea quodcumquè Matrimonium opponitur quarto precepto Decalogi num. 4.
Stante eodem fine legis hac pariter obligat num. 4.
Honor exhibendus genitoribus quem finem tenet in quarto Decalogi pracepto num. 4.
Quando Avus tenetur alimenta praſtare nepotibus num. 4.
Ex lite conteſtata in favorem Pupilli alimenta aſſignanda num. 4.
Fini legis non oppoſitum nec legi opponitur num. 5.
Quod minuit, vel conciliat venerationem num. 5.
Caſus poſſibilis, practicè de monarchia num. 5.
An ſtrictius vinculum inter Aviam & Nepotem, ac inter fratrem & ſororem num. 5.
Papa diſpenſare poteſt ut ſorori nubat frater num. 5.
Non eſt textus in ſacra ſcriptura prohibens Matrimonium ſororis cum fratre num. 5.
Per ſe non per accidens deſcendentium ſunt cauſa aſcendentes num. 5.
Abel Caïn & Seth, nec Avos, nec Atavos tenuerunt num. 5.
Contra Caramuelem argumentum notandum de recta linea num. 6.
Ratio cur in recta linea eſt impedimentum naturale numero 6.
Idem effectus productus ab hac numero cauſa, ab alia potuit ſine miraculo produci num. 6.
Nullus reprobus naſceretur durante ſtatu innocentia numero 6.
Si Adam non peccaret alios tenerent genitores ſancta Barbara, & Sanctus Hermenegildus num. 7.
Qualiter tam per ſe ſunt cauſa genitores mediati ac immediati num. 7.
Nullum eſt inconveniens in uno ordine ſubditum inferiorem, in altera ſerie ſuperiorem num. 7.
Modus tenendus in conſervando, vel ſeparando infideles maritatos ad fidem Baptiſmo converſos num. 8.
Linea cognationis recta, & tranſverſalis, contradictoriè opponuntur num. 8.
Summus Pontifex diſpenſare nequit in gradibus divina lege prohibitis num. 8.
Inter fratrem, & ſororem Maritatio non eſt prohibita divina lege num.
Gradus in Levitico irritantes Matrimonia veteris legis num. 9.
Affinitatis gradus qui, & à quo prohibitis num. 9.
Diſſuetudine antiqua Matrimoni impedimenta abrogata & qua nunc in obſervantia num. 9.
Conſanguinitas Phiſica, & moraliter expoſita num. 9.
Mens Clementis VIII. qua genuina num. 10. & num. 13.
Affinitatis gradus in recta linea diſpenſabilis à Papa num. 11.
Prohibiti gradus affinitatis in lege Moyſis, hâc abrogatâ, illi ceſſarunt num. 11.
Radix affinitatis aliquod contingens num. 11.
Copula carnali ſivè licita, ſive illicita reſultat affinitas num. 11.
Genuina ratio cur diſpenſabilis quiſquis gradus affinitatis, nullus verè in recta linea conſanguinitatis num. 12.
Hiſtoria Thamaris, & Amnonis notanda num. 12.
Impotentia naturalis impedimentum indiſpenſabile numero, 12.
Diſcrimen graduum conſanguinitatis in recta linea ac tranſverſali num. 12
Clemens VIII. non diſpenſavit in recta conſanguinitatis linea num. 13.
Quæ ſanguinis participatio irritet Matrimonium num. 13.
Advertenda ſpeculatio num. 13.
Inter jactantem & jactatum, nullum contrahitur impedimentum ad Matrimonium num. 13.
Doctores affirmantes ultra quartum gradum, nullum fore in recta linea impedimentum num. 14.
Probabilitas Maritationis inter infideles num. 14.
Quod à jure gentium diſpenſatur, & à Papa diſpenſabile num. 15.
Mirabile factum filia Regis Hibernia num. 15.
Plerumque errant infideles in dictamine rationis numero 15.
Epicheia ſeu exceptio, non eſt legis diſpenſatio num. 15.
An in linea recta ad Matrimonium admittenda epicheia num. 15.
Caſus poſſibilis de Matrimonio in linea recta num. 15.
Cedere minus praceptum majori, epicheia non eſt num. 15.
Licitè procedit operans ſecundum opinionem probabilem num. 15.

Digitized by Google

1. DE conſultatione poſita fallere in noſtro caſu, patet, regulam inductam à Bellarmino tom. 2. lib. 1. de Matrimonio cap. 38. §. eſt autem ſic ſe à difficultate expediente. *Notandum nos nihil dixiſſe de ſecundo vel tertio, & ſequentibus gradibus in linea recta, non quod eos non putemus jure naturæ prohibitos, ſed quia eadem ratio eſſe videtur de primo & de cæteris; eſt enim communis ſententia inter aſcendentes & deſcendentes omnia conjugia eſſe prohibita, nam etiamſi in gradibus remotioribus minor ſit propinquitas ſanguinis, tamen major eſt inæqualitas ætatis, quæ defectum illum propinquitatis compenſat; ut exempli gratia inter nepotem & Aviam minor eſt propinquitas ſanguinis, & proinde minor indecentia conjugii, quam inter filium & Matrem, tamen major eſt inæqualitas ætatis, & conſequenter major indecentia, ratione ætatis; nepos enim vix eſt adoleſcens cum Avia, jam eſt annus. Parem rationem inter pronepotem, & proaviam; & quando tam procul proceditur in gradibus, ut jam nulla ſit communicatio ſanguinis ut in quinto gradu & ſequentibus, tunc aut mortui ſunt aſcendentes, aut omnino confecti, aut decrepiti.* Regulariter ita contingit, aſt in caſu particulari non eſt impoſſibile in quinti gradus diſtantia inveniri capaces fœminam & marem ad Matrimonium contrahendum, nec ætatis inæqualitas juri naturæ opponitur, ita ut decentia vel indecentia ætatum dirimat Matrimonium: quotidie comperimus ſexagenarium, vel ſeptuagenarium nuptias celebrare cum juvencula non attingente tertium decimum annum, & teſtificor me id ſæpius vidiſſe, & tamen à tali indecentia murmur oritur ridentes plures; verum connubium legitimum & validum in facie Eccleſiæ licenciante Ordinario Parrocho & teſtibus aſſiſtentibus, celebratur; decentia vel indecentia ætatum ad naturam non conducit, niſi ad politicam; in mundi exordio quandò humana ætas protendebatur etiam ad fere mille annos, ultra ſextum gradum evenire valebat, Sextumavum videre nuptam Sextaneptem; indè tunc locum habebat controverſia; nec quia indecens, vel decens excuſabatur à ligitimitate vel non legitimitate connubij. Et in ſententia Patrum aliquorum quos cito tom. 2. certaminis diſp. 3. nu. 55. qui tenent Sanctiſſimum Patriarcham Joſephum, quando nuptias virginales celebravit cum Deipara tredecim annos natâ, octogenarium fuiſſe (quam reprobavit) nulla indecentia orta cenſetur; perperam ergo Bellarminus nihil dicere profert de recta linea ab hoc, quia vel mortui ſunt ſemper aſcendentes, aut taliter decrepiti, quòd inhabiles ſint ad Matrimonium.

2. Penes punctum conſultum non licet Scotiſtæ à Subtilis Magiſtri mente expreſſanda recedere; Doctor enim 4. d. 40. quæſt. 1. §. de ſecundo dico, §. hic præmittenda ad propoſitum n.3. diſcurrit à naturali inſtinctu Bruta ſeu irrationalia horrere copulam carnalem inter genitorem & genitum, commemorans Hiſtoriam illam de equo recenſito ab Ariſtotele lib. 9. de Hiſtoria animalium cap. 46. & Plinio lib. 9. cap. 42. (contigit enim illum velatis oculis equam genitricem ſuam cognoviſſe carnaliter quòd dùm apertis oculis vidit, rubore nimio iratus ſeſe in præceps datum refertur) idem confirmat ſic. *Legitur de Elephante qui ingeniatus ut matrem ſuam cognoſceret, poſt hæc ingeniatorem occidit.* Id natura dictat in recta linea non commiſcendum cum illis à quibus eſſe in rerum natura accipimus; hinc Sanctus Auguſtinus quæſt. 61. in Levit; barbariores irrationalibus arguebat Perſas non impedientes, imo annuentes commixtioni carnali genitorum, & gignentium, belluis appellans plus, à ratione exules, de quibus Tertulianus in Apologetico cap. 9. *Proinde inceſti qui magis quam quòd ipſe Jupiter docuit? Perſas cum ſuis Matribus miſceri Creſius refert; ſed & Macedones ſuſpecti, quia cum primum Oedipum Tragediam audiſſent ridentes, inceſti dolorem dicebant.* Mitto fabulam de Jove Junonem ſororem in Matrimonium aſſumptam. Duos gentiliſmi opponit Tertulianus errores, unus Perſarum qui Matrimonia plaudebant genitorum cum genitricibus; alter Macedonum, qui ſuſpecti de eodem illos ridebant verberantes; quanta occurrebant in tragico eventu Sophoclis cum Jocaſta Matre. Conſultum omitto, ne digrediar à propoſito, dum in Apoſtolo Paulo immane iſtud flagitium abhorrente, lego ſcriptum, non ſine ingentiſſimo Doctoris gentium valdè acri dolore. *Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem Patris ſui aliquis habeat.* Id non auditur de gentibus tantilla civili rationalitate præditis, quantumcumquè auditum fuerit de illis gentilibus qui beſtiis erant ſtolidiores, qualiter recenſitum patuit de Perſis illis, quos commemoravimus & in quibus vigebat impia & horribilis conſuetudo commiſcendi ſe carnaliter in quocumque, ſive affinitatis, ſive conſanguinitatis gradu, nec lineam tranſverſalem, aut rectam caventibus, quantumvis proxima hæc intercederet conſtituens commixtos, aut filium, & genitricem; vel filiam, & genitorem.

3. Quo poſito diſputandum venit uſque ad quem gradum hic horror in linea recta contingat, nam plus, magis, vel minus noſcitur diſtantia, cum Avus, Avia; Proavus, Proavia; Biſavus, Biſavia; Tritavus, Tritavia ad deſcendentes comparantur. In hac igitur recta linea Pater, genitor immediatus dicitur: & mater genitrix immediata; cæteri verò aſcendentes, partes ſeu matres; genitores, ſeu genitrices mediati; & hoc ſervato rigore ſermonis; & liquet à cap. 1. Mat. v. 9. ubi Joram genuiſſe Oziam exprimitur, non alio verbo utens Evangeliſta, ac illo quod interponit de patribus ſeu genitoribus immediatis, & tamen Joram non fuit niſi Tritavus Oziæ, generans filium immediatum Ochoziam 4. Reg. 11. v. 2. à quo immediatè genitus, Joas, & ab hoc Amaſias 4. Reg. 14. v. 1. cujus filius immediatus recenſetur Ozias (quin immoremur, an hic fuerit Binomius, nuncupatus etiam Azarias 4. Reg. 15. v. 1.) ergo non impropia, niſi de rigore loquutio eſt in recta linea aſcendentes vocare deſcendentium Patres, ſeu genitores, recenſente Matheo. *Joras autem genuit Oziam.* S. Hilarius can. 1. in Matth. *Joras genuit Ochoziam; Ochozias vero genuit Joam; Ioas deinde Amaſiam; Amaſias autem Oziam. Et in Matheo Ioras Oziam genuiſſe deſcribitur.* Ergo in recta linea ad ſanguinis cognationem genitus appellandus nepos, & ſic deinceps: Quo pacto in ſacra Scriptura Proavi, & remotius aſcendentes Patres dicuntur 4. Reg. 10. v. 35. *Et dormivit Iheu cum Patribus ſuis* cap. 12. v. 18. de Joſaphat, & aliis. *Tulit Ioas, Rex Iuda, omnia ſanctificata, quæ conſecraverant Ioſaphat, & Ioram, & Ochozias Patres ejus Reges Iuda:* abundat, etſi innumera induci quibant, tam ex ſacris quam prophanis literis: imo à jure civili, & Canonico ea propter Scotus §. de ſecundo dico nu. 4. prohibita Matrimonia putat jure naturæ in quoquo rectæ lineæ gradu quantumlibet remoto, hanc ſtatuens concluſionem. *Et non intelligitur tantum de Patre proximo, ſed de quocumque in linea recta, ita quod ſi Adam hodie viveret, non poſſet ducere aliquam uxorem.* Intelligit de derivatis ab eo per naturalem generationem, nam ſi Deus miraculosè aliquam produceret fœminam, qualiter ex pulvere ipſum, vel ab ejus coſta Evam, nubere defunctâ priore ſponſa, poſſet. Conſonè ad iſta, neque Papam facultatem tenere in diſpenſandum ut Anna maritaretur cum ſuo Tritavo; in quo ſunt Baſſolius, Tartaretus, Hicheus comment. ad literam præceptoris; Martinus à ſancto Joſeph in ſumma trac. 25. lib. 1. nu. 12. Villalobos to. 1. trac. 14. dif. 2. nu. 5. Maſtrius in ſua ſumma morali diſp. 20. quæſt. 5. ar. 2. nu. 100. Vaſquez to. 2. in primam 2. diſp. 112. n. 7. Coninch. diſp. 31. de Matr. dub. 1. Hurtadus diſp. 17. de Matr. dif. 4. Remigius in ſua practica trac. 5. cap. 8. §. 9. nu. 1. nec diſcedit Bellarminus to. 2. citato. Pro eo fundando annuendum Scoto indicanti, aliud fore invalidum conſtitui contractum maritalem ex ſe, & natura ſua; alterum ex illegitimitate per-

Digitized by Google

ſionarum. Nulla poteſtas eſt in creatura ut validetur Matrimonium ex ſe, & natura ſua prohibitum, v. g. ut maritetur vir cum viro, vel fœmina cum muliere: Audiamus nunc ſubtilem Doctorem. *Unde eſt quod propinquitas talis, vel talis ſimpliciter impedit? Reſpondeo, in lege Evangelij non invenitur à Chriſto, alia prohibitio, ultra prohibitionem legis naturæ; neque etiam explicitè confirmavit prohibitionem ſuper hoc factam in lege Moſayca; ſed Eccleſia illegitimavit perſonas, aliquando in gradu remotiori; poſtea in quarto gradu; & ratio illegitimationis fuit propter pacem ſervandam in Eccleſia: uſque enim ad quartum gradum, manet amicitia ratione conſanguinitatis & ex tunc incipiunt eſſe quaſi extranei.* Loquitur de linea tranſverſali conſanguinitatis, nam in recta, qualitercumque attendatur ex remotiori gradu, numquam eſſe poſſunt, quaſi extranei, conſanguinei, quandocumque extraneitas propriè dicta ponit excluſionem illorum à quibus proprium eſſe accipitur ſub reduplicatione derivatæ, ſeu propagatæ naturæ: inde cum Deus nuſquam concipi poſſit, quin recognoſcatur cauſa, etſi æquivoca, eſſendi cujuſvis creaturæ, non eſt medium, quo à nobis extraneus conſiderari queat: A quibus infertur, quod licet Eccleſia diſpenſare valeat in his, in quibus illigitimat perſonas in maritalem contractum, neutiquam in eo, in quo jure naturæ ipſe contractus connubialis eſt irritus & nullus. Igitur, quia in linea recta, ſecundum magis, & minus (quod non inverificat rem, ſiquidem tam albus eſt paries conſtitutus ſic albedine ut duo, ac ſi albedine intenſa ut ſex informaretur) mediatè, vel immediatè, cuncti aſcendentes, Patres, & genitores dicuntur eorum qui per illam propagant individualem naturam; ſicque in nullo talis rectę lineæ gradu extraneitas verificabitur, ut validè maritetur quis in ea recta linea, quæ à jure naturæ probanda eſt prohibita ad contractus Matrimoniales, pariter ac inter duos ejuſdem ſexus.

4. Argumentor primò ab his quæ Caramuel ſcripſit tom. 1. in Theologia fundamentali pag. 201. fundamento 13. quæſtione 10. nu. 608. ubi ſupponit connubium Matris & Filij, Patris & Filiæ à natura ipſa interdictum; & fundamento 54. §. 3. fol. 81. colla. 1. *Patris & Filiæ Matriſque & Filij Matrimonia eſſe contra Decalogi quartum præceptum, adeoquè non poſſe contrahi validè; etiam Pontifice ſummo permittente, hoc omnino certum, omnes reſpondent aſſertivè.* Tunc ſic: ideo ratione formali contractus maritalis eſt nullus, quando inter filium, & matrem, aut filiam, & genitorem celebratur (quin poſſit in eo diſpenſare Eccleſia) quia opponitur quarto Decalogi præcepto; ſed non iniquè opponitur quiſquis celebratur in recta linea; Ergo pariformiter cenſendum in uno ac in altero. Minor probatur. Quotieſcumquè æqualiter finis legis aut præcepti frangitur, non impariter legi aut præcepto opponitur; Sed ex Matrimonio contracto in quolibet gradu rectæ lineæ frangitur finis legis expreſſus quarto Decalogi præcepto; qui finis eſt abſolutè loquendo honor exhibendus genitoribus mediatis, vel immediatis, nam magis ſeu minus, mediatum vel immediatum rei ſubſtantiam non variant; quo pacto punctum verificant plures Doctores firmantes. Ideo invalidari connubium Aviæ cum nepote, vel Biſaviæ cum Biſnepote: Nec ulla diſpenſatione validari poſſe; Ergo ſimiliter in quocumque rectæ lineæ gradu confirmatur ab his quæ tractat Azor. tom. 2. ſuarum inſtitutionum Moralium lib. 2. cap. 4. in fine §. ultimo quæritur ubi diſputat. *An Avus Proavus, & cæteri aſcendentes in recta linea, ſive ex parte Patris, ſive ex parte Matris debeant nepotibus alimenta præbere cum Pater & Mater deſunt? Reſpondeo cum communi ſententia eodem jure naturæ debere quo parentes.* Jus naturæ inducens obligationem, onuſquè ſuſtentandi filios, eſt idem in genitore immediato, & mediatis dictis parentibus per rectam lineam, quales ſunt Avus, Proavus & cæteri aſcendentes, per defectum immediationis (quæ pacto audivi quendam pupillum conqueſtum apud judicem de non alimentis aſſignatis à quadam ſua Retritavia in orbitate aliorum aſcendentium per rectam lineam, inſtantibus procuratoribus pro una & altera parte, nec minus pro ambabus allegantibus Advocatis, diſcuſſaquè lite, & conteſtata in favorem pupilli lata fuit ſententia, & de bonis ſeu patrimoniis prædictæ Retritaviæ à judice pupillo conſignata ſunt alimenta ſufficientia; quibus potius fuit, per illam maximam nepotibus alimenta præbenda, jus docet in defectu parentum) Ergo jus naturæ in recta linea idem imponit impedimentum ad Matrimonium contrahendum, quantumvis remota ſit? Probatur conſequentia, onus alimentorum procedit à ſtrictiori ſanguinis vinculo reputato non diſſimili in ea recta linea; ſed ſimilis conjunctio ſanguinis imponit obligationem alimentorum; Ergo & maritationis impedimentum. Hac ratione declaratur non inique oppoſitum connubium matris cum filio, filiæ cum patre quarto præcepto Decalogi ac aliorum aſcendentium in recta linea; Ideo ſtante Scoti ſententia dicendum nullatenus potuiſſe Summum Pontificem diſpenſare ut Petrus inductus in conſultatione maritaretur Annæ cujus Retritavus erat, etiam quacumque cauſa interpoſita; quantumcumquè Monarchia in aliam tranſiret lineam.

5. Objicies; quando non opponitur fini legis ſeu præcepti; nec legi aut præcepto opponitur; Sed Petrum maritari Annę non opponitur fini legis latę in quarto pręcepto Decalogi: Ergo nec tali præcepto opponitur. Minor probatur; ideo vetatur iſtud Matrimoniū genitoris & geniti, ne veneratio debita parētibus deficiat; Sed non deficit in aſcendentibus, imo major conciliatur ex amore vinculi maritalis, & recognitione diſcriminis ætatum à benevolentia urgentiorem reverentiam influere; ergo quidam vir doctus hanc inſtantiam inducens ſequentem caſum practicè poſſibilem propoſuit, detur in quadam Monarchia vir Rex ætatis XIV. annorum cujus Avia attingeret quadraginta duo; ingruerentquè bella, vel ita expediret quieti & paci univerſali regni, ſeu ab anguſtia loci, ſive graviſſimis aliis cauſis, quibus petitur à Romano Pontifice diſpenſatio. Utrum diſpenſare quiret; ſi affirmetur, datur intentum; ſi negetur, contra. Majus, & ſtrictius eſt ſanguinis vinculum inter fratrem & ſororem uterinam, quam inter Aviam & Nepotem, ſed urgentibus graviſſimis cauſis Romanus Pontifex diſpenſare poteſt ut ſoror maritetur fratri: Ergo & Aviam maritari Nepoti. Millies fateor in Summo Pontifice autoritatem ad diſpenſandum ſororem nubendam fratri uterino, de quo Diana parte 8. tract. 1. de poteſtate Pontificis reſol. 7. §. his tamen, quia hoc non apparet prohibitum neque Decalogi legi, nec juri naturali; loquens enim Caramuel de ſimili diſpenſatione tom. 3. lib. 2. de lege morali ſeu virtuali nu. 544. §. ego autem, fatur ita. *Si hoc impedimentum dirimens poſuit Deus erit invalidum, validum ſi non poſuit; & inhibuiſſe hæc Matrimonia Deum ſub pœna nullitatis, ita ut illicita & invalida ſint; eſt quæſtio facti, & factum debet probari. At nemo hucuſque ſufficienter probavit.* Nullus uſque impedimentum dirimens ſufficienter probavit à jure divino inter fratrem & ſororem, quia non eſt textus in ſacra Scriptura, nec ratio perſuadens; adeſt urgens in diſcrimen de recta linea, cum omnes aſcendentes in ea ſint principium ſeu cauſa deſcendentium, quin mediatè genitores dicantur cauſa per accidens ſeu removens exhibens, niſi verè influentes; quibus refragatur Bonacina tom. 1. quæſt. 3. de impedimentis Matrimonij puncto 5. §. 1. propoſ. 3. ver. juxta: ubi ait. *Cur Matrimonium in linea recta aſcendentium & deſcendentium ſit invalidum jure naturæ in primo tantum gradu eſt; Primo, quia aſcendentes non habent rationem principij per ſe reſpectu aliorum deſcendentium, ſed ſolum reſpectu filiorum ab illis immediatè procedentium, conſequenter reſpectu aliorum deſcendentium habent rationem tantummodo principij per accidens; cum nepos poſſit eſſe ſine Avo, & filij Adæ fuerunt*

Digitized by Google

ipſius filij, quamvis non haberent avum. Ratio autem principij per accidens non videtur ſufficiens ad reddendum Matrimonium invalidum jure naturæ ſicut ſufficit ratio principij per ſe. Quis Abelis, ſeu Caini, ſive Seth avus ſeu proavus; Ergo aſcendentes principium per ſe, ſeu cauſa deſcendentium non ſunt. Hujus ſententiæ tenore in eventu poſito de Rege XIV. annorum non implicat à Papa diſpenſati urgentiſſimis cauſis concurrentibus, ut eum ſua avia maritetur. Cui opinioni ſubſcriberem, ſi menti Scoti tam patenter non opponeretur: Aſt quia obedientia inſtat ex datis conſultatione 3. nu. 4. intuitu voti expreſſo ordinis ſtatuto ibi tranſcripto, aliter profero.

6. Eatenus impugnabo ſolutionem de diſcrimine inducto in Patre appellato principio per ſe, & in aliis aſcendentibus per rectam lineam nuncupatis in objectione principij per accidens (quin Caramuelis difficultas repetita tom. 3. lib. 2. de lege morali nu. 545. dixerat enim juxta tradita nu. 6. ſe non invenire rationem, cui innitatur impedimentum fore jure naturæ inductum, conſanguinitatem Patris cum filia, vel filij cum matre; & iterat, eo nu. 545. *Subſcribo, ne ſingularis videas, licet non reperiam rationem quæ perſuadeat eſſe hoc impedimentum naturale.* Non ſequitur. Non invenitur ab hoc vel illo doctore ratio, quâ ſit impedimentum à natura inductum in linea recta; ergo de eo ratio non eſt; illegitima quidem conſequentia à propoſito antecedente) contra Bonacinam probo omnes hos in recta linea propriè, & rigoroſè habendos deſcendentes in ea, veræ cauſæ per ſe, neutiquam per accidens, à quo ratio erit talis impedimenti à naturali lege inducta, & inſtituta. Arguo ita. Iiſdem quibus fundatur, avos ſeu alios aſcendentes cauſas, ſive principia, per accidens fore, quia deſcendentes potuerunt eſſe in rerum natura ſine illis: ſtabilitur me ſine meo potuiſſe fore parente in rerum natura, ſi Deus me aliter ſicut Adam, aut Evam produceret; Ergo ſi ſubſiſteret diſparitas, etiam immediatus genitor cauſa per accidens, ſeu principium vocandum; unde ſi validum contrahitur Matrimonium diſpenſante Summo Pontifice inter aſcendentes mediatos & deſcendentes, ſimiliter diſpenſare valeret ut genitor genitrici maritaretur; Igitur ſuppoſito decreto efficaci divino, quod per naturalem generationem maris & feminæ fiat propagatio cujuſvis individui deſcendentis, tam ſimpliciter neceſſarij ſunt aſcendentes mediatè ad hoc, quòd talis homo producatur, quam genitores immediati; ſed hi ſunt principium, ſeu cauſæ per ſe, non autem per accidens tantummodò; quia ſuppoſito decreto divino de nativitate ab iſtis numero parentibus, hi ſimpliciter requiruntur, nec producibilis eſt filius in ſenſu compoſito ab aliis propter decreti efficatiam; Ergo eſt par ratio in aſcendentibus mediatis ac immediatis, & præmiſſo decreto omnes ſunt cauſæ per ſe. Explicatur & roboratur impugnatio à difficultate exagitata Philoſophica; utrum duæ cauſæ totales poſſint producere diviſim unum numero effectum; in qua Scotus 2. diſ. 20. quæſt. 2. §. dico quòd, ver. dico ſicut nu. 3. *Idem homo in numero non ſolùm quoad animam, ſed etiam quoad corpus organicum potuit eſſe filius Adæ & filius Abrahæ, & ex quocumque iſtorum duorum fuiſſet, idem in numero fuiſſet.* Inde has tres concluſiones tuentur præcipuè Noſtri, & Jeſuitæ. Prima, nullus effectus in individuo petit cauſam determinatam, quin ſimiliter producibilis non ſit ab alia cauſa univoca ejuſdem ſpeciei. Secunda: decretum efficax Dei eſt unica ratio, cur exiſtentia hujus numero effectus petit iſtam individuam cauſam immediatam. Tertia: ex ſe quilibet effectus indifferens eſt ut diviſim producatur à duplici cauſa totali: & fundatur in illo venerando principio ſtatuto à ſancto Gregorio Papa lib. 4. moralium capite ultimo. *Si parentem primum nulla peccati rubigo corripuiſſet, nequaquam ex ſe filios gehennæ generaret, ſed illi qui nunc per Redemptionem ſalvandi ſunt, ſoli ab illo electi naſcerentur.* Sumamus filios natos in natura lapſa à parẽtibus reprobis, qui durante ſtatu innocentiæ Adamo non peccante naſcerentur, exiſterentque in rerum natura; quia de numero prædeſtinatorum ex authentico Eccleſiæ teſtimonio fore conſtat.

7. Ut plura omittam, abundat exemplificandum primò ſancta Barbara, & ſancto Hermeregildo, illa Patrem immediatè genitorem tenuit Gentilem, qui cum baptizatus non erat fuiſſet æternè damnatus fuit, iſte hæreticus Arrianus, de quo Eccleſia apud Breviarium Romanũ ad diem 13. Aprilis ex ſancto Gregorio Papa libro primo cap. 31. *Pater verò perfidus & parricida commotus pœnitentiâ, hoc feciſſe ſe doluit, nec tamen uſque ad obtinendam ſalutem pœnituit. Nam, quia vera eſſet Catholica fides agnovit, ſed gentis ſuæ timore perterritus ad hanc pervenire non meruit.* Tunc ſic: ſi Adam non peccaret non exiſterent in rerum natura genitores ſanctæ Barbaræ, & ſancti Hermeregildi, quia nullus reprobus naſceretur; & tamen, quia prædeſtinati, & illa Herois, & hic Heros naſcerentur; Ergo ab aliis parentibus, qui forent de numero prædeſtinatorum; id non obſtat ut genitores immediati cauſa per ſe filiorum dicantur & ſint, quanquam ſine illis, in alio ordine rerum exiſterent; Ergo perperam aſcendentes mediati, quales ſunt avi, & proavi, cauſa, ſeu principium per accidens dicuntur; cum ſuppoſito decreto, tam per ſe exiguntur ad generationem ac pater immediatus: Igitur ſi ratio ob quam jure naturæ & ex præcepto Decalogi dirimitur Matrimonium, indiſpenſabile à Papa, inter genitricem & genitum, ſimiliter vetabitur in quocumquè gradu rectæ lineæ; Ergo Petrus inductus in conſultatione neutiquam potuit diſpenſari in maritationem cum ſua Trinepte Anna. Flocci veniunt facienda duo, in quibus aliqui hærent, ut poſſibilem aſtruant talem diſpenſationem: Unum etſi ſupra aliqualiter tetigerim, nunc æſtimo quod poſſibilis non eſt ab ullo diſpenſatio, in qua ſequuntur neceſſario duo contradictoria; Sed ſi pater cum filia, aut in recta linea contingeret Matrimonium aſcendentis cum deſcendente, verificarentur; v. g. ſi avia Matrimonium contraheret cum filio filiæ; eſſet enim ſubdita, quia uxor non ſubdita eo quod avia; ergo indiſpenſabile erit. Nego fore contradictoria, cum varietur ſuppoſitum, Caramuel libro ſecundo allegato nu. 539. verſ. ſed eſto. *Sit uxor ſuo marito ſubdita jure naturæ & ſtatus ipſius ingenio poſtulante. An repugnat eandem perſonam reſpectu ejuſdem præponi & poſtponi, ſubeſſe & obedire, dominari & ſervire in diverſis generibus. Si filius ad Republicæ faſtidium evectus, & princeps factus patrem habeat, illi ſuberit in ordine cognationis, præerit in ordine civili; Ergo ſimiliter ſi filius matrem duceret, ipſi præeſſet in ordine connubiali, ſubeſſet in ordine patriæ autoritatis.* Igitur ordine cognationis præeſſet avia Regi, ordine connubiali ſubeſſet, ſicut quotidiè in Monarchiis contingit, quando mortuus Rex, manens vidua Regina, filius qui ſuccedit in Corona, cognationis ſerie ſubditus eſt viduæ Reginæ, quæ ei titulo præfertur materno: civili autem ordine illa filio ſubdita eſt, cui revera præeſt; hoc pacto video Doctores qui magni faciunt ſimile argumentum, à quo nec tantillam vim mens Scotica accipit, ſicut ab hoc altero; demus Petrum inductum in conſultatione, ſuam Retartaraneptem Annam cognoviſſe carnaliter; vel aliquos tactus impudicos eum illa habuiſſe ante Matrimonium prætenſum, vel peccatum tenuit inceſtus circunſtantiam mutantem ſpeciem, ut indicat Remigius tract. 2. cap. 6. §. 9. nu. 2. & ſi hoc, datur intentum; vel non tenuit; ſi iſtud urgetur à conſanguinitate excluſiva in recta linea incompatibili propter aſſignatam rationem quòd ſuppoſito decreto divino de exiſtentia horum duorum individuorum, tam ſimpliciter requiruntur Avi & Proavi quam immediati genitores. Quid conducit inceſtus circunſtantia ad diſpenſationem obtinendam.

8. Tam diſcrimen patet, ex capite gaudeamus de divortiis, ubi Conſultus Innocentius III. qualiter ſeparandi aut

di aut conſervandi Infideles converſi poſt baptiſmum in Matrimoniis ante eum contractis, reſpondit. *Converſos ad fidem qui antea in ſecundo gradu & in ulterioribus contraxerunt non eſſe ſeparandos.* Loquitur de linea tranſverſali, ſupponens quòd in ea quæ recta eſt ſeparari debent in quocumque gradu. Si reſpondeas ab autoritate negativa non convinci: nam cum Pontifex de linea tranſverſali interrogaretur, de recta nec verbum profert; Ideo penes ipſam non declaravit ſuam mentem. Contra, linea recta & tranſverſalis directè & contradictoriè opponuntur; Ergo quod affirmatur de una, de alia negabitur; Ergo aſſerente Papa ſe diſpenſare poſſe in linea tranſverſali quantumcumque ſit inter fratrem & ſororem, negat facultatem habere diſpenſandi in linea recta oppoſita divinæ legi; capite literas; ſe declarat Chriſti Vicariùs, *ſe non poſſe diſpenſare in gradibus prohibitis divina lege.* Non ait in gradu qualis intercedit inter genitorē & gentium; plurale ponit, *in gradibus*: Ergo ſupponit plures fore gradus divina lege prohibitos in linea recta; Sed non eſt major ratio cur diſpenſare queat in Matrimonio Aviæ cum Nepote, ac in quocumque remotiſſimo; Ergo in nullo valebit diſpenſare, de quo Gaſpar Hurtado diſp. 17. de Matrimonio diffic. 5. nu. 12. cum Scoto & aliis, & Baſilius Ponce de Leon lib. 7. de Matrimonio cap. 32. nu. 3. cum Angelico Doctore tenentes in linea tranſverſali nullum gradum conſanguinitatis, vel affinitatis jure naturæ prohibitum. In terminis Diana quarta parte tract. 4. reſol. 93. à §. verum diſcutiens. *An Matrimonium inter fratrem & ſororem ſit irritum jure naturæ.* Negativè videtur reſpondere per ea que ſubjungit §. reſtat. *Pontificem ex magna cauſa diſpenſaſſe in tale Matrimonio ut ipſemet Innocentius III. cum Libiomenſibus, ut patet in capite finali eodem titulo Alexander VI. cum Emanuale Rege Luſitaniæ.* Quoad affinitatem adducit diſpenſationem Julij II. cum Henrico Angliæ Rege ut maritaretur Catharinæ, quæ fuerat Nupta Eduardo fratri illius defuncto: Et Caramuel tom. 8. lib. 2. n. 144. *Domina princeps de Ligne & Regina Poloniæ nupſerunt nuper duobus fratribus, illa ſub Vrbano* VIII. (qui Sedem Apoſtolicam tenuit ab anno 1623. uſque ad annum 1644.) *& hec ſub Innocentio X.* (qui floruit in Chriſti Vicariatu ab anno 1644. uſque ad annum 1655. &) ratio quoad affinitatem ſumitur à verbis Scoti 4. diſtin. 41. q. §. hic breviter ver. quoto gradu n. 3. *quoto gradu conſanguinitatis aliquis diſtat ab alio, toto gradu affinitatis diſtat ab eodem quæ eſt carnaliter cognita.* Et §. ad quæſtionem num. 4. *affinitas ſimpliciter impedit Matrimonium & ratio non eſt niſi ſtatutum Eccleſiæ illegitimantis affines; & in eodem gradu impedit Matrimonium in quo Conſanguinitas* Præciſo ſtatuto Eccleſiæ inhabiles non eſſent perſonæ aut ab eodem ventre natæ vel in gradu affinitatis quocumque in maritationem; Ergo jure naturali nullum ſimile Matrimonium cenſendum prohibitum.

9. Dicis gradus affinitatis, qui non opponuntur in recta linea aut juri naturali vel divino nec, opponentur in eis gradibus, qui conſanguinitatis ſunt: nam dum Levitici 18. à Verſiculo 7. legimus prohibita connubia genitorum cum genitis, ſimiliter habemus vetita Matrimonia privigni cum noverca; Ergo alii gradus in recta linea affinitatis prohibita non ſunt & diſpenſabilia à ſummo Pontifice. Audiamus Dianam tom. 4. trat. 4. reſol. 93. §. ſecundo probatur. *Obſervat Pontius in can. 61. Concilii Agatenſis, & canone 30. Epannenſis expreſiè prohibetur Matrimonium cum privigna, cum noverca relicta fratris, relictaquè avunculi; & tamen præcipitur, ne ante eam prohibitionem Matrimonia contracta diſolvantur, quod evidenti argumento probatur illa conjugia valere, & diſpenſabilia ea impedimenta in primo gradu; quod etiam confirmatur ex Concilio 3. Aurelianenſi. Vbi ſic habetur, de inceſtis conjunctionibus. Itaquè quæ ſunt ſerventur, ut hi qui aut modo ad baptiſmum veniunt, aut patriæ ſtatuta Sacerdotali prædicatione antea in notitiam non venerunt; ita pro novitate converſionis, ac fidei ſuæ credimus conſulendum, ut contracta hucuſquè hujuſmodi conjugia non ſolvantur.* Arguo ſic facultatem tenens diſpenſandi in majori gradu non prohibito jure naturæ, nec prohibitus in minori diſpenſare cenſendus; Ergo poteſt Papa diſpenſare cum Petro ut privignæ nuberet, diſpenſare quibat ad hoc quòd maritaretur Annæ Ternepti; & ad quid diſpenſatio exiſtente jam Anna cum Petro in quinto conſanguinitatis gradu; qui licet antiquitùs impediret ex ſtatuto Eccleſiæ, jam non impedit, ajente Petro Lombardo 4. diſtin. 40. litera A. *Cognati ergo vel affines in ſeptimo gradu, vel infra copulari non debent. Vnde Gregorius* (libro 12. regiſtri epiſtola 31. & habetur 35. capite quæſtione 3.) *progeniem ſuam unumquemque uſque ad ſeptimam obſervari decernimus generationem, & quandiu ſe agnoſcunt affinitate propinquos ad conjugalem copulam accedere denegamus, quod ſi fecerint ſeparentur* Dixi conſult. 5. n. 4. Diſſuetudine hanc legem abrogatam, in viridique obſervantia tantumodò fore illam Conſilii Lugdunenſis capite nulli, & extravagante de conſanguinitate ſub Innocentio III. in quibus limitatur gradus ad quartum, id confirmante Tridentino ſeſſione 24. de Matrimonio Canone 3. & Caramuel tom. 3. libro 2. de lege morali n. 548. tam de linea tranſverſali, quam recta, ſive in conſanguineis, ſive in affinibus ſequentia habet. *Cognati qui quinque gradibus diſtant quoad Matrimonii conſiderationem non ſunt conſanguinei moraliter, ſed ſolum phiſicè, quoniam moralis conſanguinitas in ordine ad Matrimonium non extenditur, niſi per quatuor gradus.* Ergo quia Anna jam erat in quinto gradu cum Petro ſuo Retritavò, licet fuerit conſanguinea Phiſicè, moraliter conſanguinea non erat, diſpenſatione indigens in Matrimonium contrahendum; Eccleſia enim Phiſicā non attendit conſanguinitatem, in ejuſquè optione eſt ſtabilire moralem.

10. Notandum Clementis VIII. recenſitum decretum valde difficile in caſu Matrimonii ſi ab Antonio Hicheo commentario ad literam Scoti 4. diſtinctione 40. in textus expoſitionem, n. 10. *A fide dignis audivi nempe fuiſſe confirmatum & diſpenſatum tale Matrimonium parentis cum filia, ex quo ſecuta eſt próles utroque ignorante impedimentum, donec Avia ſecreto revelavit nepoti ſe duxiſſe filiam poſtquam aliquot annis in bona fide convixerunt dicitur autem communicaſſe caſum Clementi VIII. & Clementem ob circunſtantiam præponderantis ſcandali, & aliorum in convenientiam diſpenſaſſe in foro interno, ut in tali Matrimonio bona fide perſeverarent.* Clarum proponamus caſum, in quodam individuo, contigit Cæcilia cum nullo alio homine copulam habuiſſe carnalem, niſi cum Joanne, à qua copula progenuit Emerentianam, quin iſtud alius ſciret, niſi Dorotea Cæciliæ mater, & Emerentianæ Avia, talis Emerentiana ignorans Joannem ſuum genitorem fuiſſe, hicquè ſimiliter ignorans ab eo illam genitam, de communi conſenſu maritantur: nempe Emerantiana & Joannes. Mortua Cæcilia genitrice ante nuptias ſolummodo notus erat caſus Doroteæ Aviæ Emerentianæ & Matri Cæciliæ; quæ Dorothea cum notitiam haberet de tali connubio in eo primo gradu conſanguinitatis contracto, exiſtente occulto impedimento, & in bona fide cum ignorantia invincibili contrahentes, ad Pontificem Romanum occultè acceſſit pro diſpenſatione, quam vivæ vocis oraculo conceſſit, præcipiens in tali Matrimonio bona fide perſeverandum; Sed ſi primus gradus in recta conſanguinitatis linea opponeretur quarto Decalogi præcepto, erraret Papa conſentiens in illa bona fide perſerveraturos maritatos, aliàs invalidè, copulaquè quæcumquè eorum illicita extitiſſet; ne ergo dicantur talia contingere in eo, qui eſt regula fidei & morum, proferendum erit, non ſolum in recta linea mediata aſcendentium diſpenſare poſſe ſummum Pon-

Digitized by Google

tificem, verum in immediata, exiſtente urgentiſſima cauſa & motivo ad diſpenſationem; hæc ratio debilitat, deſtruitque illam Scoti maximam datam n. 3. quod ſi Adam hodie viveret nulli fœminæ derivatæ ab eo per naturalem generationem conjugio copulari quibat; Utiquè poterat cuiquè ab eo derivatæ poſt quartum conſanguinitatis gradum, & diſpenſante Romano Pontifice ſi viveret, unam ex filiabus quas genuit, ſumere in uxorem; Ergo in eventu conſulto de Petro cum Anna ſua Retartaranepte non ſufficienter invalidatur Matrimonium à conſanguinitate Phiſica, cum inter eos non intercedat moralis prohibita ab Eccleſia. Undè ſi pro tutiori conſcientia velit Romanum Pontificem adire, & obtenta ſua benedictione ſecurius procedere, motiva in illam obtinendam relevantia non exiguntur & quæcumque quæ proponat abundabunt in clementiam Apoſtolicam alliciendam atque gratiam obtinendam.

11. hæc ſunt fortiora argumenta contra ſubtilis Doctoris ſententiam, quod in recta linea non eſt gradus diſpenſabilis, quoad conſanguinitatem; inde ad primum efformatum n. 10. fateor diſpenſabile Matrimonium in primo gradu rectæ lineæ affinitatis, nego paritatem; & diſtinguo illam propoſitionem ſumendo vim ab illis Scoti verbis adductis eo n. 10. *Affinitas ſimpliciter impedit Matrimonium, & ratio non eſt niſi ſtatutum Eccleſia illegitimantis affines.* Gradus affinitatis, qui non opponuntur in recta linea, nec opponentur in eis qui ſunt conſanguinitatis, orta oppoſitione ab eadem radice nego, à diverſa concedo; in affinitate, ſivè in recta, ſive in tranſverſali linea, impedimenti radix, ſeu conſtitutivum non eſt aliquod naturale jus; & obſtaculum provenit ab eo quod Eccleſia decernit, cui Chriſtus commiſit, ut penes id decerneret, quod expediret, inhabilitando affines in eo gradu, quò ſibi viſum fuerit; ceſſante, & derogata lege Moſayca in ſtatutis Levit. 18. ſit in conſanguinitate linea recta à jure naturali, & quarto præcepto Decalogi impedimentum oritur in gradibus; quapropter nihil mirum ſi velit Papa ob urgentiſſimam cauſam diſpenſet pruignum & novercam maritari, quod facere non poteſt penes conſanguinitatem v. g. ut genitrix genito nubat. Hicheus ad diſtinctionem 41. libri 4. ſententiarum Scoti; in commentario n. 8. *Matrimonium cum ſecunda uxore ſicut dividit carnem parentis, & fit bigamus: ex hac diviſione neque repreſentat perfectè ſacramentum unionis Chriſti cum unica ſponſa, quæ eſt Eccleſia, ita etiam reſpectivè ad filios ex prima uxore, ſicut non eſt principium dandi eſſe magis diſcindere ſocietatem, quæ eſt ex Matrimonio reſpectu ad priores filios, & familiam, ut experientia conſtat, quia proprios etiam in præjudicium privigni fovet, & amore parentum diſcindit, ipſum ad ſuos proprios filios trahens; Hinc ergo ſequitur non attingere illam ſocietatem, quæ eſt inter filium & veram Matrem.* Plus ſubtilitatis quam fundamenti tenet diſcurſus ob aliqualem obſcuritatem, non ita perceptibilis, ac opus eſt; & quia nec firmus idem Hicheus per illum non ſidit diſparitatem; Moram non facio in eo dilatando, aut exponendo; quapropter ſtando in diverſitate radicis propoſita, clarius penetratur diſcrimen conſanguinitatis recognoſcentis in principiis naturæ lineam rectam per ſe & ab intrinſeco propagatam à cauſa, (ſit mediata) ab aſcendentibus; At affinitas ab extrinſeco, & quaſi per accidens in aliquo contingenti ſituatur, nempe in copula carnali quoquomodo fiat, aut licitè in Matrimonio conſummato, vel illicitè peccando extra Matrimonium per commixtionem carnalem maris & fœminæ. Franciſcus amicus tom. 9. diſp. 17. ſec. 3. controvertens. *An vinculum affinitatis contrahatur ex natura rei, an ex ſola lege poſitiva.* Et revera ſi non reducimur ad concertationem de pura voce, innegabile eſt formaliter, non contrahi à natura, ſolummodoque intervenire ex lege poſitiva talem cognationem, deſignante per iſtas, non per alias actiones humanas naturales, quæ à libero arbitrio pendent; quam ſi Eccleſia declararet à ſolo Matrimonio, aut rato vel conſummato propriè dictam affinitatem contrahi quantumcumque intercederet copula illicita carnalis, nulla interveniret affinitas, quæ prout à ſummo Pontifice de facto exponitur, petit aliquam actionem virtualem à principio naturæ procedentem, licet in quantum talis (præviſa lege Eccleſiæ poſitiva) de ſe ipſa nullatenus valeret talem affinitatis coſtituere cognationē; ideo ſuam tenet radicē lege poſitiva Eccleſiaſtica ſignificante eam cognationem derivari, non à jure naturæ, niſi ut ajebat Scotus ab Eccleſiæ ſtatuto illegitimante affines, quos declarat tales vel tales fore: non verò tales, vel tales, id eſt habendi affines conſanguinei, qui tenent conſanguinitatem ei qui per copulam conſummatam carnalem fuerunt commixti, cum aliqua, vel aliquo de conſanguinitatis ſerie, quomodocumque commiſceantur licitè per verum Matrimonium in copula habita; aut quantumcumque illicitè ſine connubio perficiatur, quolibet modo conſummetur, affinitatis gradus reſultant.

12. Inde conſtans debet fieri, quare quicumquè gradus affinitatis diſpenſabilis eſt à ſuprema Apoſtolica poteſtate, neutiquam illi qui conſanguinitatis ſunt, cum iſti à jure humano non pendeant: habemus enim hiſtoriam ſacram 2. Regum 13. art. 1. de Amnone impiè ſollicitante Thamarem ſororem ſuam quæ ver. 12. reſpondit ei, quando inſtabatur ad luxuriam. *Noli frater mi, noli opprimere me, neque enim hoc fas eſt in Iſraël; noli facere ſtultitiam hanc. Ego enim ferre non potero opprobrium meum, & tu eris quaſi unus de inſipientibus in Iſraël, quin potius loquerer ad Regem & non negabit me tibi:* Id eſt dabit me tibi in uxorem; in ſententia enim probabiliſſima hæc Thomar filia fuit Machæ Reginæ Aſar, & Mariti ſui Regis Aſar; quam Macham viduatam ſumpſit David in uxorem; quo non obſtante Matrimonium cum Amnone Davidis filiæ ſupponebatur licitum; Ergo affinitas ſtrictior, non impedit connubium à jure naturæ; imo neque conſanguinitas ſtrictiſſima ſororis & fratris, in opinione illorum qui defendunt genitam à Davide non minus fuiſſe Thamarem, quam Amnon, quæ de rigore vocat fratrem. Quod autem diſpenſabile non ſit impedimentum à naturæ principiis ſuam radicem importans, ideoquè dùm conſanguinitas ſuam originem quoque gradu rectæ lineæ eam recognoſcens maneat indiſpenſabilis; probatur impotentiæ perpetuæ impedimentum indiſpenſabile eſt, quia talis impotentia formaliter ortum tenet à natura & principiis intrinſecis ejus, jus enim poſitivum nullam tenet facultatem id privilegiandi; Sed in recta linea conſanguinitatis, quilibet gradus remotus quantumcumque inſpectus, radicatur in principiis intrinſecis naturæ generantis & geniti, vel immediatè (ut contingit in eo qui Pater dicitur) ſeu mediatè velut evenit in aſcendentibus; Ergo nulla eſt poteſtas ſeu facultas privilegiandi hanc cognationem, & tollendi impedimentum ab ea. Replicabis; Ergo ſimiliter indiſpenſabilis manet quilibet gradus tranſverſalis in conſanguinitate, quod eſt abſurdiſſimum, alioqui præter aſſerta non implicaret, diſpenſante Pontifice validè & licitè fieri Matrimonium inter fratrem & ſororem, quotidiè experimur diſpenſatos conſobrinos immediatos, vel mediatos, avunculum & neptem ex ſorore validè liciteque contrahere; non enim minus à naturæ principiis oritur me fore filium talis Patris, quam fratrem talis ſororis, aut conſobrinum talium virorum, vel mulierum. Nego paritatem: nam in linea recta primariò & per ſe apprehenditur gradus deſcendentiæ; ita ut ſtante decreto de de propaganda natura per naturalem generationem repugnet, ne non ita ab aſcendentibus procederet, qui ideo nuſquam ratione principii, ſeu cauſæ per accidens ſe habent; At in linea tranſverſali, ſecundariò & extrin-

ſecè

Digitized by Google

ſecè reſpicitur natura; per accidens ſe gerens mecum in conſanguineis quos tribuit, ſivè fratres ſint ſivè ſorores, aut conſobrini vel avunculi, nam ſemel poſito decreto de propaganda hac numero natura à me quamtumcumque nullum fratrem, ſororem, conſobrinum, ſeu avunculum tenerent eodem pacto ac ſunt in rerum natura forem nullo deperdito aut impediente ut extra cauſas deduceret; quod non ita contingeret in linea recta, quid facit hos gradus indiſpenſabiles nequaquam illos qui laterales ſeu tranſverſales dicuntur, iſta ſolutio confirmat, quo pacto quicumque affinitatis gradus diſpenſabilis procedit.

13. Ad alteram objectionem poſitam nu. 8. de filia ignoranter maritata cum ſuo genitore, in quorum Matrimonio invalido dicitur diſpenſaſſe Clementer VIII. ſi verum ſit, quod recenſetur, fieri ſatis poterat negando Papam diſpenſaſſe; Sed ut prudentiſſimum judicem ſeſe geſſiſſe in tam ardua cauſa uſquedum examinata cõſtaret de veritate relationis Aviæ ſecretum manifeſtantis, quo comperto ſapientiſſimè ob vitandas tot infamias, quę inde reſultare quibant, vocaſſe unum aut duos illos, qui tale contraxerunt Matrimonium in remedium opportunum providendum monendo fortaſſis ambos, ut de communi conſenſu fierent Religioſi, & ſic abſque nota ſeparatentur; vel honorando maritum in aliqua occupatione incompatibili eum cohabitatione ſimultanea; quin per ſententiam publicam, aut aliquod decretum authenticum notum eſſet in minimo quod ſic occultum manebat; memor hujus ſolutionis, in ſimili eventu, plauſibiliter audivi ſatisfactam conſultationem quandam. Semper ergo firmam, conſonè ad hanc ſententiam proferam reſolutionem; nuſquam potuiſſe Petrum Annæ maritari, nec ullum in tali Matrimonio diſpenſare. Pro coronide utar doctrinâ tacta à Franco 10. amico ea diſp. 17. ſec. 2. nu. 15. aliquale additamentum apponendo. Inquit. *Sola participatio ſanguinis, quæ per ſe ordinatur à natura ad eſſe perſona, irritat naturaliter Matrimonium.* Ergo copula carnalis inter privignum & novercam, quia à natura non ordinatur in dandum eſſe nec privigno nec novercæ, niſi proli gignendæ, à tali copula impedimentum non eſt jure naturæ, ut maritentur privignus & noverca; Bene uterque cum ſobole genita, quæ ab eis tenet eſſe; Ergo tenens eſſe Anna à ſuo Retritavo Petro, immaritabiles manent. Proſequitur amicus. *Licet vir & uxor dicantur etiam una caro ratione ſanguinis qui per ſeminum mixtionem ſibi communicant, quia tamen per illum non ſibi communicant eſſe perſonale uti per generationem ſuis filiis, non poteſt inter ipſos, & ſibi affines ea carnalis conjunctio intercedere ad ingenerandum verecumdum illum horrorem quem concipiunt, cum vel filius matrem cognoſcit, nam filius cognoſcendo matrem à qua ſuum eſſe habet, ſe ipſum quodammodo cognoſcit.* Cognoſcendo ergo Annam ſuus Retritavus Petrus à quo ſuum eſſe habuit illa mediatum, ſeipſum quodammodo cognoſcit; Ergo cum natura horreat, ſicque contra ipſam aliquem quomodolibet ſeipſum cognoſcere à jure naturæ prohibitum erit quodcumque Matrimonium in recta linea. Confirmatur ab his quæ ipſe Jeſuita tangit citata ſec. 2. nu. 21. de nutrice & lactata prole, noviter difficultans: *An ſaltem inter filium & matrem lactantem ſeu nutricem validum ſit Matrimonium.* Et ſatisfacit. *Dicendum tale Matrimonium jure natura fore validum, quia mediante lacte proles non accipit eſſe quo ſimpliciter conſtituatur talis perſona; non enim lac nutricis per ſe tendit ad dandum eſſe perſona lactata.* Igitur, quia omnes aſcendentes in recta conſanguinitatis linea per ſe tendunt ad dandum eſſe perſonę deſcendenti à ſe ex quo decrevit Deus non aliter ac per deſcendentiam, perſonam talem eſſe tenere, jure naturæ Matrimonium invalidabitur in quocumque gradu lineæ rectæ. Hęc urgens ratio eſt, quâ objectiones poſitæ nu. 5. & 21. abundè ſolvuntur, & diſparitas convincitur, cur in affinitate nullus gradus prohibitur jure naturæ; affinitas enim nullo medio ordinatur in dandum eſſe perſonale, ſicut nec conſanguinitas lateralis ſeu tranſverſalis.

14. Huc uſque proceſſimus, quia Scoti mentem, non licet non amplecti, verumtamen in praxi tutiſſima conſcientia poſſe Petrum cum Anna abſque diſpenſatione contrahere, tenent plures mox allegandi. Sancius ſcribit to. 2. lib. 7. de matrimonio diſp. 51. nu. 22. *Poſſe fideles contrahere Matrimonium in linea recta aſcendentium, & deſcendentium ultra quartum gradum, quia jure natura ſolum primus interdicitur, & jure Eccleſiaſtico prohibitio non excedit quartum gradum, capite non debent de conſanguinitate.* In quo ſunt Bonacina tom. 1. quæſt. 3. de Matrimonio p. 5. nu. 8. Poncius de Leon lib. 7. de Matrimonio cap. 31. à nu. 3. Diana 8. p. tract. 1. reſol. 69. 5. ſed his Caſtro Palao tom. 5. diſp. 4. de Sponſal. p. 7. nu. 9. Caramuel tom. 3. lib. 2. de lege Morali diſp. 3. art. 5. nu. 543. & alij apud ipſos. Pro roboranda probabilitate eorum qui conſulerent Petrum Retritavum non indiguiſſe diſpenſatione in Matrimonium contrahendum cum Anna ſua Retartaranepte, Bonacina eo §. 1. nu. 9. *Matrimonium contractum ab Infidelibus in ſecundo, tertio, & quarto gradu linea recta validum eſſe; ratio eſt, tum quia infideles non afficiuntur impedimentis jure Eccleſiaſtico inductis.* Ubi ſignificatur à jure Eccleſiaſtico tantummodo oriri impedimentum irritans connubium, & conſequenter non minus diſpenſabile à ſummo Pontifice in linea recta ac in tranſverſali, ſicque poſſe obtenta diſpenſatione Proaviam vel Aviam cum ſuis Nepotibus nubere eodem pacto velut maritantur conſobrinæ conſobrinis, vel avunculi cum filiis ex fratribus, vel ſororibus; nu. 10. pergit: *Validum eſſe Matrimonium contractum à fidelibus conſanguinis in linea recta extra quartum gradum, nam hujuſmodi Matrimonium non eſt invalidum jure natura, neque irritatur ab Eccleſia, cum ipſa conſtituerit tantummodo quatuor gradus, in quibus Matrimonium invalidè celebratur, capite non debet extravag. de conſanguinitate, & affinitate; quamvis Eccleſia olim conſtituerit ſeptem gradus in quibus irritum erat Matrimonium articulo 44. conclu. 1. ex capite ad ſedem 36. quæſt. 5.* Sed Petrus erat extra quartum gradum cun Anna; Ergo nulla indigebat diſpenſatione in maritationem. Bene verum eſt, quod ſi diſſuetudine revocata non fuiſſent vetuſta illa ſeptem graduum, aut lege derogatoria eorum, quia Retartaraneptis cum ſuo Retritavo eſt in ſexto gradu indigeret diſpenſatione Pontificia; Sed quia in praxi, principaliter poſt Tridentinum, excluduntur illi tres gradus, conformiter ad hanc ſententiam diſpenſatione non indiguit; & quamquam argumenta, quibus probabilitas hujus opinionis ſolidatur, maneât propoſita contra meam propriam Scoticam negativam, abundequè ſoluta & impugnatà à nu. 2. duo alia quæ apparientiam tenent aliqualem libuit per quaſdam paritates efformare, quorum ſatisfactionibus fortaſſis ſubtilis Magiſtri mens in ſua reſolutione firmabitur.

15. Probatur ſupponendo ultra primum gradum conſanguinitatis, vel affinitatis, nullum jure divino ſeu naturæ prohibitum, ſed aut jure gentium, ſive poſitivo Eccleſiaſtico, prout poteſtatem tenet in invalidandos contractus. Quod licitè jure gentium diſpenſatur, potius diſpenſabile eſt à Papa, ſed licet à naturæ jure, & divino in quinto præcepto Decalogi ſtabiliatur *non occides*, jure gentium diſpenſatur in bello juſto licita occiſio, vel intuitu ſententiæ judicialis contra rerum flagitioſum, imo meritorium eſt, concurrentibus aliis circonſtantiis, ad meritum, ſic occidere; Ergo licet à jure naturæ & divino conformiter ad quartum Decalogi præceptum procedat irritari Matrimonium in linea recta conſanguinitatis, valebit urgente cauſa Papa diſpenſare: Ergo quamquam concedatur de jure naturæ & divino impedimentum im Matrimonio Petri & Annæ; non repugnabit in eo Summum Pontificem diſpenſare: Ethnici qui id ita obſervant (ut in bello juſto occidere à dicta-

Digitized by Google

mine rationis doceat rectiſſimum, vel in Rempublicam indemnem conſervandam patibulo flagitioſos interficere) ſimiliter laudabile confirmant utrumque à Chriſtianis plaudi: Ergo quoad connubium in linea recta Caramuel eo articulo 5. citato nu. 541. ubi poſt laudem ingeniorum nationis Hiberniæ ſcribit: *Teſte Surio ad diem 15. Maij Beatam Dimpnam pulcherrimam adoleſcentis Regis Hiberniæ filiam; & cæleſti lumine illuſtratam, nomen dediſſe Chriſtianæ Religioni, mortua matre in comitiis de Dimpnæ Sponſo; Regis genero, imo futuro Rege tractabatur. Dilectæ filiæ Rex Monarcham tanta dignum Principe exoptabat; examinatur, controvertitur, diſputatur, & tandem ex plurium ſuffragiis, conſcripti Patres reſolverunt cuinam deberet nubere. Nos, inquiunt, invictiſſime Rex, Majeſtatis tuæ juſſis obtemperantes, nullum præter te tanta Principe dignum reperire potuimus, & præter Dimpnam nullam inter Principes. Dimpnæ te conjunge, ſi placet, jube illam tibi potius felici Matrimonio conjungi. Placuit parentis reſolutio, diſplicuit virgini, quæ ſub initium diſſimulans in Belgium profugit, ubi capitur; & in Patriam redux, cum conſtans remaneret, ultima ſententia condemnatur.* Hiſtoria notanda in ſolutionem; *plurium*, inquit, ſuffragiis, non omnium, qui in comitiis congregabantur, ut innuatur in Infidelibus, quandoquè dictamina errare etiam in his, quibus naturalis ratio convincit, quandoquè rectum depromere judicium: Errabant qui Matrimonium Patris cum filia licitum & validum putabant, rectiſſimè judicabant oppoſitum ſuis ſuffragiis demonſtrantes; Ergo Ethnici rectè judicant in aſſignatis de occiſione, tum occurrente bello juſto, tum punitione flagitioſi, quia ſentiunt quod Catholici, ſcilicet: Sicut non eſt lex carens epicheia, ſeu exceptione, (quæ non eſt diſpenſatio legis, niſi interpretatio) quæ lex non loquitur in eis caſibus, ita in præcepto quarto Decalogi. *Non occides* intrat epicheïa ſeu exceptio quæ ad bellum juſtum, & flagitioſum puniendum; occurrente in illo bono communi conſervationis Reipublicæ; in iſto morali à virtute juſtitiæ; & hinc nego ſuppoſitum, à jure gentium diſpenſari quartum Decalogi præceptum. Inde cum jus naturale & divinum epicheiam ſeu exceptionem non ponat in linea recta aſcendentium & deſcendentium, ſemper inter eos illicitum invalidumque erit Matrimonium conſonè ad Scotica principia.

16. Replicabis, eſtquè alterum argumentum contra me; Ergo licet Matrimonium in recta linea jure naturali, & quarto præcepto Decalogi prohibeatur, admitit epicheïam & exceptionem, dabiliſque eſt eventus in quo, non quidem diſpenſationem propriè dictam Pontificis, niſi declarationem exponentem licitè admittat in maritationem quoad rectam lineam; exemplifico punctum. Ponamus juſto divino judicio omnes mares & fœminas ultimam horam claude, reſolumquè remanere virum genitorem, & fœminam ab eò genitam, qualiter filiæ tot putaverunt, Geneſis 19. à ver. 31. in tali eventu, quia majori ponderis habetur generis humani conſervatio, quam lex naturalis, ſeu divina vetans Matrimonium Patris cum filia, ceſſat hæc, & obſervanda eſt illa; Ergo tanti ponderis potuerunt fore cauſæ ſeu motiva intercedentia inter Petrum Retritavum & Annam Retartaraneptem ad hoc quod maritarentur, ut quamquam in recta linea indiſpenſabilia ſint Matrimonia, etiam in proximiori, aut gradu remotiori, per epicheïam ſeu exceptionem validè & licitè queat inter illos contractus celebrari maritales; Ergo ſubtilis præceptoris maxima (cum ait juxta allegata n. 2. *Si Adam hodiè viveret non poſſet ducere aliquam uxorem.*) Hanc exceptionem, ſeu epicheïam admitteret, dum non foret alter vir conſervans humani generis propagationem. Licere & deberi fieri tunc tale Matrimonium inter genitorem & genitam, tuentur Laiman lib. 5. tract. 10. pag. 4. cap. 6. nu. 1. Poncius de Leon libro 7. de Matrimonio cap. 31. & alij. Oppoſitum nempè nuſquam licere cum Caietano & pluribus defendunt Coninch diſp. 32. de Matrimonio nu. 14. & Hurtandus diſp. 17. allegata. Conformiter ad hanc ultimam ſententiam negandum eſſet antecedens. At ſi concedatur nego ſuppoſitum, videlicet intervenire epicheïam in illo Matrimonio, tunc non eſſet niſi ceſſio minoris præcepti propter occurrentiam incompatibilitatis obſervantiæ majoris præcepti; v. g. aſtringor præcepto Eccleſiæ iejunare quadrageſimam, infirmor, & injunans moriar, ad non iejunandum intervenit ceſſio præcepti minoris occurrentis in Eccleſia, ad majus conſiſtens in debito conſervandi vitam; undè manente genitore & genita Summus Pontifex non eſſet conſulendus. Vim non facio in quadam altera objectione, propter quam quidam Theologus adhæſit, Petrum Annæ licitè & validè maritandum, eſtquè hujuſmodi. Quòd fini Matrimonij non opponitur, nec juri naturali oppoſitum cenſendum; Sed in caſu conſulto nihil erat quod opponeretur fini principali Maritationis Petri cum Anna, ſiquidem conſulti Medici de robore corporeo in quo pertingens ille ætatem 85. annorum firmabant ad prolem gignendam non incapacem, imò potentem undiquè; Ergo fini naturali Matrimonij nihil erat oppoſitum, ut validum foret Matrimonium. Futilis ratiocinatio à qua deduceretur poſſe à Papa diſpenſari, ut genitus cum ſua matre ipſum parturiente maritaretur; Sæpius contingit filium nuptum prolem procreare inſimul & matrem ejus aliam, quæ ſit ejus frater, vel ſoror parturire. Quare nego ſuppoſitum majoris; videlicet non alterum impedimentum naturale præter impotentiam ad conſummandum Matrimonium. Hæc propoſui, ut ſi conſuluiſſe placuiſſet Petrum oppoſitam ſententiam ad relatum ex Scoto amplecti, tuta conſcientia non repugnaret, & cum ſua Retartaranepte abſque diſpenſatione maritari, ut nihil illicitè factum perſumatur; licitè enim procedit quicumque ſequens opinionem probabilem operatur, dum hæc probabilis practicatur in Eccleſia.

Digitized by Google

CONSULTATIO VII.

De uxore debitum conjugale Marito infirmò negante, quia periculum illa ſalutis, & mortis metuebat.

LVcia uxori Joſephi debitum maritale ab eo ſæpius extortum reddere tenuit, quia morbo gallico quo laborat ſponſus, Hiſpanè nuncupato, *bubas*, cumquè occurreret tempus quadrageſimalis jejunii ad proprium Parrochum fœmina acceſſit, in confeſſionem ſacramentalem peragendam, & ab eo examinata de obſervantia maritalis debiti, palamquè faciens ſæpiſſimè ab ea negatum marito infirmo toto eo tempore quo comperuit ſe ſe periculo exponendam in morbum gallicum incidendi, firmoque propoſito negandi ſemper; illo proloquio muliebri; & cur pœnas luam eorum in quibus non peccavi? Nimis regidus ſacerdos abſolutionem ngavit ſacramentalem, & in varios ſcrupulos incidere fecit Luciam, propterea, quia tenaciſſimè monuit, quod à die primo in quo negavit debitum, quaſcumque confeſſiones factas ab ea nullas, & invalidas fuiſſe, communioneſquè ſacrilegas; & ita oportere ſe ſe præparendam in generalem confeſſionem perficiendam; præcipiens quòd ſi præparationis tempore Joſephus maritus æger debitum peteret, etiam occurrente quoque ſalutis ſuæ periculo redderet, arguens & increpans ipſam, quod fortaſſis ſua culpa ob negatum debitum in incontinentiam per pollutionis peccatum, graviſſimè illum offendiſſe Deum; replicans Lucia ſæpe factas confeſſiones cum aliis Sacerdotibus, & interrogata de eodem idipſum reſpondiſſe nec tale onus ipſi impoſitum, Parrochus noviter excandeſcens, nimis affligebat mulierem, ſibi verum non dixiſſe alteros Sacerdotes dum non idipſum, quòd ille conſulebat demandantes. In qualos angores incidiſſe teſtabatur, mihi narrans, verſa in lacrimas, eventum; ajebat potius ſe anxiam quam in dirioti tormento. A Pedibus Sacerdotis ſurrexit non abſoluto, ſed quaſi in deſperationem ducta, ac ad Eccleſiam conventus, ubi degebam ego. Acceſſit me vocans, & quid in conſcientia teneretur conſulens.

SVMMARIVM.

DVPLEX finis in contractu maritali num. 1.
Negatio debiti conjugalis ex ſuo genere peccatum mortale & ſuas tamen tenet exceptiones num. 1.
Violatio juſtitiæ commutativa culpa mortalis num. 1.
Ex parvitate materiæ poteſt ſolum conſtitui veniale numero 1.
Negare debitum timens incontinentia periculum mortale peccatum num. 1.
Caſus in quo meritoriè negatur debitum num. 2.
Ignorantia confeſſionis ob denegata fœminæ abſolutionem num. 2.
Præcepta affirmativa obligant ſemper, non pro ſemper numero 2.
Quando conjux non tenetur reddere debitum num. 2.
Mulieris excuſationes in reddendo, aut negando debito num. 2.
Illicita copula maritalis in loco publico, aut ſacro numero 2.
Diſcrimen de redditione debiti in loco ſacro, aut publico num. 3.
Eventus imprudentis Sacriſtæ num. 3.
Eſto non polluatur Eccleſia à maritali copula, ſemper ei ex iſta irrogatur irreverentia num. 3.
Semper punienda loco ſacro irrogata irreverentia numero 3.
Pro communionibus quotidianis remiſſivè num. 3.
Non fore animam in peccato mortali ſufficit ne ſacrilegè communicet num. 4.
Mirabile factum ſancti Bonaventuræ de communione num. 4.
Non tantum communicandum non ſacrilegè, ſed & fructuosè num. 4.
Ut communio fructuoſa ſit, quid requiritur num. 4.
Veniale peccatum eſt aliquando maritatos communicare num. 5.
Notandum pro communione ex Diana num. 5.
Argumentum contra Joannem de Lugo num. 5.
Advertendum pro ſponſis in debiti reditione num. 5.
Soluere debitum conjugale confeſſionem ſacramentalem non impedit num. 5
Litera mirabilis Scoti expoſita num. 6.
Quando perponderanda redditio debiti languidi qui timetur a conſorte num. 6.
Liceat ne aliquando marito copulari ſponſa in menſtruo num. 6.
Mortis pœna non infligitur niſi præcedat peccatum mortale num. 6.
Idem judicium de ſponſo leproſo, ac morbo gallico laborante quoad reddendum debitum num. 6.
Ex ſola præſumptione damni inferendi illicitè negatur debitum num. 6.
Ab eadem radice oritur obligatio exhibendi ab uxoratis debitum ac cohabitandi num. 7.
Aliud eſt cohabitatio in eodem lecto, ac in eadẽ domo n. 7.
Ceſſante pœna, non obligat lex jure pœnalis num. 7.
Periculum evidens petitur in licitè negandum debitum num. 7.
Tres caſus finguntur in conſilium negandi debitum numero 7.
Lepra, aut morbus gallicus non irritant Matrimonium num. 7.
Mos apud Hiberniam in contractu maritali num. 8.
Objectio ſoluta ex pacto expreſſo vel tacito conjugij, numero 8.
Iudicio medicorum ſtet uxor de periculo in reddendo debito propter propriæ ſanitatis jacturam num. 8.
Prudens fœmina maritari renuens viro morbo gallico, aut lepra laboranti num. 8.
Non tenetur quis generationi filiorum attendere cum detrimento evidente propriæ ſalutis, aut mortis periculo num. 8.
Medici judices ſanitatis, ac morborum num. 9.

Digitized by Google

Potius individui incolumitati attendendum, quam propagationi ſpeciei num. 9.

Medici ſub reatu peccati mortalis tenentur ad ſecretum ne infametur, aut damnificetur proximus num. 9.

Quid prohibuit urbanus III. in contractu maritali num. 10.

Ex præciſa voluptate petere, aut dare debitum, veniale num. 10.

Si ſaluti noceat copula maritalis peccatum mortale eſt num. 10.

Si *nimia ſit, ſimiliter num.* 10.

Dum inſeparabilis malitia à copula carnali in reddente reddere non tenetur debitum num. 10.

Ad ſuperandas tentationes carnis plura remedia ſunt præter copulam maritalem num. 10.

Nutu proprio ſana conjux negans debitum marito infirmo peccat, non verò de Medicorum conſilio numero 11.

Morbus gallicus non curatur, imo ſanari impoſſibilitatur ex copula carnali num. 11.

prudentia uxoris in judicio de quodam confeſſario numero 11.

Non repetenda confeſſio, neque communio ſit ſacrilega cum obex non ponitur ad gratim num. 10.

Operans ex opinione probabili, obicem non ponit num 12.

Ex conſcientia erronea, quis peccat, cum non peccat num. 12.

Culpa venialis obex ad gratiam non eſt num. 12.

Dabilis licita emptio etſi venditio illicita ſit num. 13.

In petione aut redditione debiti jura attendenda paſſiva num. 13.

Quandoq; licita petitio debiti, aut illicita ejus negatio inceſtu intercedente num. 13.

An idem ſit injuſtè, & illicitè petere debitum num. 13.

Ius radicale manens, uſus impedire quit num. 13.

Mulier nota à Medicis ex partu moritura quid dum maritatur penes debiti redditionem num. 14.

Rariſſimus eventus circa irregularitatem num. 14.

An conjux teneatur reddere debitum cum probabili vitæ periculo num. 14.

Statim poſt prandium aut cœnam licitè negatur debitum num. 15.

Utrum excuſentur conjuges à mortificationibus corporeis, ne impediantur reddere debitum num. 15.

Plus impedit uſum Matrimonii votum caſtitatis, quam Jejunia, & alia mortificationes num. 15.

Si non ſit in optione tollere periculum, excuſatur à debiti redditione num. 15.

1. PENDET reſolutio ab hoc quod per partes unumquodque pertractetur; pro ea, quæ attinet ad conjugale debitum, ſuppono cum Scoto 4. diſtin. 31. quæſt. 1. §. ad quæſtionem nu. 4. duplicem fore in contractu maritali finem, primarium unum, & principalem, ſecundarium alterum, & minus præcipuum. Primarius iſte conſiſtit in mutuo dominio, quo ſe adinvicem contrahentes concordant, ſeu conveniunt, unuſquiſque in alterius corpus dans illud ad uſum copulæ conjugalis. Secundarius finis eſt minus principalis, & ſtat in exercitio dominij præſtiti per carnalem quâ commiſcentur licitam copulam. Primus finis neceſſarius eſt ſimpliciter ad validitatem Matrimonij ſivè ſumatur prout ante legem Evangelicam viguit, quin elevaretur in eminentiam Sacramenti, ſivè poſt, quando unum ex ſeptem Sacramentis conſtitutis à Chriſto colitur in lege Catholica; finis minus principalis conſiſtens in uſu per connubij conſummationem, non eſt tam neceſſariò connexus cum Matrimonio reduplicativè, etiam quatenus conſummato, quòd non liceat aliquando uni ex conjugibus negare debitum quantumcumque alter iſtud petat. Citante Diana Corneſum in 3. partem tract. 6. qui eſt de Matrimonio diſp. 5. dub. 1. invenio in illo ſcriptum 5. parte tract. 5. reſol. 14. *Negationem debiti eſſe ex genere ſuo peccatum mortale & contra juſtitiam commutativam; ita communiter omnes, & probatur; quia violatio juſtitiæ commutativæ ex genere ſuo eſt mortalis, niſi parvitate materiæ, aut alia cauſa venialis fiat; dixi eſſe mortale ex genere ſuo, quia aliquando poteſt eſſe veniale, videlicet ex parvitate materiæ, ut ſi uno fræquenter exigente, alter raro debitum neget, aut illud ad breve tempus differat, ut ſi conjux die neget, ad reddendum noctu, nam levis materia eſt ſæpiſſime concedere, ut ſemel aut iterum negare, aut ad modicum tempus differre.* Non uniformiter ſed gravius vel minus grave eſt peccatum in maritatis cum negatûr debitum, & fortaſſis Lucia iſtud marito languido negabat, promittens dandum, quando ſanaretur; quo pacto non prudenter ſe geſſit circa eam Parrochus non examinando, an peccaverit tantummodo venialiter, nam ſi ita, nulla præcedens confeſſio fuit nulla, neque communio ſacrilega; quia peccatum veniale non eſt obex ad gratiam Sacramentalem, aut invalidat pœnitentiæ Sacramentum. Procedit Diana ſequenti notatiuncula, *Ut arguam quod ſi ad tempus negaret debitum & inſit periculum incontinentiæ*, tunc dilatio, quæ aliàs foret peccatum veniale, ex circunſtantia fit mortale, inquit. *Quod intelligendum eſt ſi aliqua ex parte ceſſet incontinentiæ, pollutionis, aut morbi periculum; nam eo imminente mortale eſſet negare aut differre.* A quo reſultat contra Luciam pro Parrocho. Occurrebat incontinentiæ periculum in Joſepho, & forſan per copulam maritalem alleviaretur, vel ſalutem conſequeretur; Sed reſpondit mulier ob negatum debitum, potius proſpectam ſui infirmi mariti ſanitatem, vel ejus languoris levamen, aliàſque tam horridam infirmitatem cautelabat in ſe transferendam; nec iſtud ſolo ſuo dictamine, firmatum apparuit, nam conſulens, informanſque medicos & obſtetrices juſjurando teſtificabat utroſque dixiſſe, cavendam ipſam etiam à reſpiratione languentis; à qua contagiari eo morbo periclitabatur, & hoc conſilia valde ante curationem ei ambos prævenisse quo motivo utens aliquo ſtratagemate thorum diviſit, parata & habitationem dividere noſcens ſuæ ſaluti, oportere, proteſtans nuſquam Matrimonio uſuram, nec permiſſuram uſquedum immunis & ſecura redderetur nullum periculum imminere ad ſuæ ſanitatis non amittendam incolumitatem, ſedulo ſatagens & iſtius, & ſuæ vitæ, & prolis procreandæ.

2. Quod autem detur caſus in quo licitè poſſit ſponſus ſponſæ debitum negare ſine minimo peccato veniali, & ſimiliter ſponſam ſponſo, imò meritoriè, valdequè prudenter procedendo, ſupponi videtur à Diana ea 5. parte tract. 14. reſol. 36. per ſequentia. *Scio ignarum confeſſarium aliquando denegare abſolutionem cuidam nobili fœminæ, quæ tamen in caſu licito negabat aliquando debitum conjugale.* An incolumitas propriæ ſalutis ſit unus ex caſibus, in quibus, quia licitè negatur debitum, illicitè abſolutio negatur, ſcopus eſt conſultationis præſentis; à cujus deciſione pendet, utrum Lucia confeſſiones fecerit validas, nullamquè communionem ſacrilegam, injuſtè atquè ignoranter turbatam & afflictam fuiſſe à Parrocho. Scotus 4. diſp. 32. qu. 1. §. ad quæſtionem verſ. præſcindendo nu. 2. *De redditione debiti univerſaliter ex obligatione conjugum, dico quod eſt actus præcepti affirmativi explicantis juſtitiam commutativam; præceptum autem affirmativum obligat ſemper, ſed quando actus eſt debitè circunſtantionatus, & ita in genere poteſt aliquis juſtè non reddere debitum conjugi dupliciter; uno modo ſi conjux amiſit jus petendi, vel non habet jus petendi pro tunc; alio modo quando obligatur ad non reddendum vinculo fortiori.* Peracuta ſpeculatio excludens varios caſus in quibus maritati excuſantur à culpa, aut negantes inter ſe mutuò debiti redditionem, vel hanc, unus alteri. Quemdam ponam, quia fræquenter conſulitur, præcipuè à fœminis conjugatis; aliquoties negare

Digitized by Google

debitum, contingit mulierem zelotipam de ſuo marito, aut in vindictam, quia ipſe negavit debitum, vel eo quod noluit aquieſcere emptioni indumentorum, ſeu aliquorum monilium; putantquè uxoratæ licitè id poſſe, atque varias rationes allegant, ſed muliebres omnes, atquè frivolas in ſe excuſandum; Ergo nulla de propoſitis licitam facit debiti negationem, & in eorum quibuſvis peccare mortaliter certiſſimum eſt; ad ſpecialem eventum in quo vertitur conſultatio tranſiens, præmitendum venit quod Maſtrius ſcripſit in 4. ſententiarum diſp. 7. de Matrimonij Sacramento quæſt. 21. artic. 3. nu. 542. *Certum eſt licitam eſſe copulam conjugalem in omni loco præterquam publico aut ſacro; in nullo & in alio loco interdicta eſt vel prohibita, nec jure naturali nec poſitivo; in loco autem publico, ſive in conſpectu aliorum conveniunt Doctores eſſe actum illicitum ex natura rei & mortale peccatum, ob maximam indecentiam, & ſcandalum atquè incitamentum in libidinem.* Hæc de circunſtantia loci; quapropter ſi peteretur debitum in loco ſacro, aut publico, licitè negaretur & meritoriè, illicitequè redderetur atquè peccaminosè: Quis locus cenſeatur publicus, nulla eſt regula generalis.

3. Inde notandum præcipuè ut licitè validè negari poſſit debitum; etenim quotieſcumque non tantum qui petit, ex præciſa ratione petendi mortaliter peccaret, verum & qui reddit propter præciſam rationem reddendi; rectiſſimè & meritoriè negaretur. A quo colligo interpretationem ad differentiam poſitam à Scoto diſtin. 32. citata §. ad argumenta verſ. ad ultimum nu. 8. in diſcrimine de redditione debiti in loco ſacro vel publico; quâ doctrinâ ſedabuntur non pauci uxoratorum ſcrupuli; ſubtilis præceptoris verba ſunt, quæ ſequuntur. *In loco ſacro regulariter abſtinendum eſt, quia non ſtatim imminet periculum fornicationis, quin ſtatim committi non poſſit in loco non ſacro. Si tandiu oporteret eos commorari in loco ſacro & negaret aliquis iſtum, peccaret ſi redderet debitum ibi petitum.* Doctoris literam eſt non genuinè, clarè ſic explicat Antonius Hicheus commentario ad diſtinctionem 32. citatam nu. 37. *Dictum Doctoris eſt ſi diu maneant in Eccleſia, ita ut egredi non poſſint, carere culpa, uſum conjugij.* Qua reſolutione occurrit quidam confeſſarius eventui ſibi propoſito. Contigit enim maritum & uxorem clauſos à ſacriſta in quadam Eccleſia, ipſe ſecum portans valvarum claves; ut immemor qui clauſit iter facere coactus, nec regreditur uſque ad mane ſequens, nocte tota tranſeuntes conjugati in eo templo clauſi; ibi igitur à marito expetebatur debitum, mulierque reverentiam tenens loco, negabat; an juſtè, vel injuſtè, conformiter ad Hichei expoſitionem culpabiliter negatum proferendum, inquo videtur eſſe Alexander Alenſis 2. parte quæſtione 166. membro 2. ad primum; ſubtilis autem Doctor in verbis tranſcriptis, neque affirmat, neque negat, ſic ambiguum relinquens quod propoſuerat; meo enim videri ſemper eſt illicita debiti redditio, aut petito in loco ſacro, moveorque, præſcindendo à controverſia; utrum per copulam conjugalem maneat violata ſeu polluta Eccleſia, nam eſto non maneat, ſic Maſtrius citatus ſcribit nu. 544. *De conjugatis commixtis in Eccleſia, eſto Eccleſiam non polluant, aliquam tamen inferunt illi irreverentiam, ac proinde à culpa non ſunt immunes.* Tunc ſic: licitum non eſt petere aut reddere debitum peccando quantumvis non ſit niſi venialiter; ſed loco ſacro irrogata irreverentia ex copula maritali habita in eo efficit ipſos non immunes à peccato; Ergo nunquam licebit illis commiſceri; nec obſtat incontinentiæ periculum, cum innumera adſint remedia in auxilio ſufficienti, quo præmoveatur à Deo in vitandum illud & irreverentiæ peccatum; unde audivi acriter punitum Sacriſtam ab Epiſcopo claudentem in Eccleſia illos uxoratos, privatumque pro ſemper ab officio, carceratumque, & per ſex annos exulem; juſtitia congruentiſſima, nec uſquam rigida, puniens irreverentiæ periculum præſumptum, aut executum domui divinæ qualis eſt Eccleſia.

4. Notanciunculam ponam in materia quam tractamus propter quoſdam confeſſarios nimis inclinatos in annuendum pœnitentibus ad communiones quotidianas, præcipuè non caventes quanta advertentia debeant ſe gerere cum fœminis uxoratis, par illam difficultatem; an peccent venialiter conjugati copulantes ſe carnaliter nocte aut die immediato ad commûnionem peragendam; ſic licentiata uxore, ut quotidie communicet poſſe contingere Matrimonium, in quo nuſquam teneatur ſponſa debitum reddere ſponſo omini ex parte impedito; ſi quidem nunquam licitum eſt reddere peccando venialiter. Non peccare mortaliter, ſufficere in communionem non ſacrilegè faciendam, ſtatuunt omnes; ſed ſanctus Bonaventura 4. diſtin. 32. parte 3. quæſt. 2. Ultra ſatagit perſuadere in devotione ad Euchariſtiam ſuſcipiendam; in ſe ipſo mirabile exemplum cuique proponens: Dicitur enim de Seraphico Doctore, apud Breviarium Franciſcanum in feſto tranſlationis illius ad diem 14. Martij, (quod recitatur à toto Ordine Minorum) *Cum vivens & adhuc in minoribus agens, demiſſa mentis humilitate potius, quam ex injuſtitia, pluribus diebus ab Euchariſtiæ perceptione abſtinuiſſe; quadam die dum devotè Miſſam audiret, & Paſſionem Domini meditaretur, Deum reſpiciens, ad illius humilitatem, particulam hoſtiæ conſecratæ de manu celebrantis per Angelum acceptam, illius ori clementer immiſit.* Qui humilitatis, & devotionis exemplar tanto facinore ſeſe demonſtratur à divina omnipotentia in munditia requiſita ad communionem fructuosè percipiendam; nonne opportuna quælibet ejus doctrina, ut non tantum curet quilibet nón indignè accedere, verum & accedat infructuosè ſumendum ſacrum animæ cibum; nec aliter ſubtilis præceptor eo §. ad argumenta verſ. ad tertium nu. 7. conſulit: *Apoſtolus non dixit abſolutè abſtinendum tempore ſacro, ſed conſuluit ad tempus ut vacent orationi, & iterum reducantur in ſe ipſis, ne tentet eos Satanas. Et quod adducitur de Hieronimo & ponitur 33. quæſt. 4. Quicumque uxori debitum reddet non poteſt carnes agni edere. Reſpondeo non poteſt omnino cum reverentia debita.* Si reverentia deficit accedenti debita Euchariſtiæ, qualem fructum animæ ſperamus; non enim dicam irreverenter accedere, nam reverentia & irreverentia opponuntur contrariè, non contradictoriè; Ideoquè ſicut eſſe album formaliter non eſt, fore non nigrum; quia de potentia abſoluta valet fieri ſimul eſſe in eodem ſubjecto albedinem & nigredinē, ita irreverentia & reverentia compatibiles ſunt; quare eo pacto quo ſegerunt album & non album, ſe gerit accedere cum reverentia & non reverētia; catenus ſumens Euchariſtiam ſine reverentia, eam accipit cum non reverentia, quod inſinuat Eccleſia in novo decreto ſacræ Congregationis, (hæc ſcribens, ad me perveniens) & me remitens ad ea quæ tractanda ſunt conſult. 44. ubi tranſcribam edicti tenorem; nunc dico quod quamvis peccatum non ſit, aliqualem arguit moralem indecentiam; quare docti, & prudentes confeſſarij non ſubitò & abſque ingentiſſima conſideratione & conſcientia morum illius qui ſub cura ejus eſt, neutiquam licentiant ad quotidianas peragendas communiones, probato radicitùs ſpiritu, firmaque exercitatione virtutum.

5. Proſequitur Scotus intentum penes reverentiam debitam, & requiſitam in illis qui accedunt ad communionem, ut ſancti Hieronimi veneretur documentum in uxoratis, in quibus præcedente copula nocte ante quam communicent, poſteriori die ad Altare accedunt, & ait. *Si tamen loquaris excludi de neceſſitate præcepti, reſpondeo quod non, quia non video quomodo propter hoc ſolum peccaret mortaliter ſi perciperet corpus Domini.* Non ait abſolutè peccare, quod includit mortale & veniale; reſolutionem concretat, & limitat ad mortale; ex quo v. g. Cavellus in Scolio ad §. ſecundus caſus ante

Digitized by Google

n. 5. inquit. *Ad tertium innuit eſſe veniale exercere actum conjugalem ante communionem.* Sed pro ſedandis conſcientiis in re morali ſubdiſtinguit Ugo. *Et eſt certum ſi exerceatur cauſa voluptatis, ſi tamen cauſa generationis, vel vitandæ fornicationis, oppoſitum eſt ſatis commune, & probabiliſſimum.* Unum aſſerit certum, nempe copulam maritalem habitam, ante communionis diem volunptatis motivo, veniale fore peccatum; jam non tantum talis copula ob voluptatē ante communionem, eſt tranſgreſſio maculans animam; Sed quocumque tempore eo motivo peragatur, nam Innocentius XI. unam ex 65. propoſitionibus quas reprobat, nona damnatur quæ eſt hujuſmodi. *Opus conjugii ob ſolam voluptatem exercitum omnia penitus caret culpa veniali.* Igitur dum finis & Scopus fuit propagare naturam, aut vitare incontinentiam probabiliſſimum erit, (quod eſt alterum inductum ab Ugone nullum fore peccatum.) Arguo nunc paritate de magis ad minus. Diana tertia parte tractatu quarto reſolutione trigeſima inquirit. *An ſi quis poſt pollutionem voluntariam, vel fornicationem, poſtea confiteatur, peccet tamen venialiter ſumendo Eucharistiam intra unum diem ſine aliqua juſta cauſa.* 5. Sed hæc ſententia ſ negativè reſpondet; idem confirmans 5. p. trac. 13. rel. 65. Argumentor ita: plus urget in vitandam communionem pollutio voluntaria vel copula illicita præceſſiſsè intra diem, quam licita maritalis; Sed poſt confeſſionem illa in ſumptione Euchariſtiæ non arguitur peccatum veniale (quamquam contrarium ſuadeat Cardinalis de Lugo diſp. 15. de Euchariſtia ſec. 1. n. 4.) Ergo nec in iſto erit peccatum veniale; Igitur penes uxoratos advertenter ſe gerant confeſſarii in examine, quando licitè aut illicitè negatum fuit debitum; nam ſi comperiant fœminam ſcrupuloſam, aut alicujus conſilio ductam exiſtimare ſe peccare venialiter in reddendo debito cum propoſito efficaci & beneplacito mariti in communionem peragendam altero die immediato, revera excuſabitur, nec ullum committet peccatum non reddendo; debitum; iſteque unus eſt ex caſibus præcepti affirmativi conjugatorum quoad debiti redditionem, quod præceptum, ut ajebat Scotus latus n. 3. licet ſemper obliget, nequaquam pro ſemper. Notanter propoſui illud de beneplacito mariti; nam ſi hoc non intercedit, & ille uxori dicat, redde debitum, nolo te communicare poſtero die, tenebitur abſtinere ſe à communione, & obedire annuendo his quæ ſponſus exigit; illud ne peccet venialiter, iſtud in onus maritale; laudandus confeſſarius qui bonæ indolis fœminam uxoratam, ſic accedentem in pœnitententiæ ſacramentum ſuſcipiendum, abſolvit, nec inveniens alterum ut ipſa fructuosè communicaret, ne vel ſcrupulo aut aliter peccaret venialiter, præcepit in alterum diem differendam communionem; & interim mortificari, atque Deo ſe totam ſacrare, communione ſpirituali: ſolvere enim debitum maritale nihil impedit ad confeſſionem ſacramentalem, ſeu ſpiritualem communionem & ſervore debito utrumque peragendum.

6. Alia inſpectione procedendum in indagandum quomodo Lucia non peccaret, nec venialiter juxta probabilem ſententiam, non reddendo debitum marito languido ex morbo gallico. Scotus ea diſ. 32. quæſt. 1. 5. ſecundus caſus n. 5. *Secundus caſus eſt quando obligatur fortiori vinculo ad non reddendum, puta ſi vergat in detrimentum propriæ incolumitatis, tenetur enim magis diligere propriam incolumitatem, quam iſtud debitum reddere alteri conjugi, vel ſit cauſa occiſionis fœtus, vel quod naſcatur aborſus, non tenetur reddere.* Sed contra ſanitatem nulla infirmitas plus contagioſa velut lepra, magiſquè apta communicari ex copula carnali quam morbus gallicus, vel epidemia; Ergo ſponſus leproſus petens debitum à ſponſa non leproſa non tenetur hæc reddere, quia matrimonium non præponderat nec præfertur; in quod fundandum, & in incolumitatem propriè ſalutis quam ſatagere tenentur uxorati. Intereſt veſtigare quod ſubtilis præceptor controvertit; utrum liceat in lege Evangelica maritum accedere ad Mulierem Meſtruatam, quod erat prohibitum in lege veteri pœna capitali, arguente culpam mortalem. Levitici 10. v. 18. Doctoris verba ſunt. *Non ſine cauſa in lege Moſayca accedens ad mulierem menſtruatam debuit mori; nec mors infligebatur, niſi pro peccato mortali & gravi: neque eſt probabile quod in lege Evangelica quæ eſt lex caſtitatis, ſit minus prohibitus ad menſtruatam accedere;* Conſanatquè menti ſancti Gregorii reſponſione 10. ad ſanctum Auguſtinum, & habetur capite finali diſtinctione 5. ſi hoc ita ad menſtruatam affectu maritali accedere, eſt peccatum mortale, in lege Evangelica propter libidinis turpiſſimum abuſum, dum menſtrua durant licitè & meritoriè negabitur debitum; eo præcisè etiam, quia cedit in damnum fœtus gignendi; à quo ver. ſi obiiciatur n. 6. hanc deducit conſequentiam Scotus *Ergo leproſa non debet ſanus reddere debitum, quia eſt contra bonum prolis, quæ naſcetur leproſa, & contra propriam incolumitatem, quia poſſet ſtare actu incurrere lepram.* Verum contra hoc ſtare præceptum à quadam extravagante de conjugio leproſorum. *Mandamus ut uxores viros, & viri uxores quæ lepra morbum incurrunt, ſequantur & eis conjugali affectu miniſtrent.* Et quoad debitum reddendum clariſſimè extravagante citata cap. 2. *Si virum vel uxorem leproſum fieri contingerit, infirmus à ſano carnale debitum exigat, generali præcepto Apoſtoli; quod exigitur, eſt ſolvendum, cujus præcepti in hoc caſu nulla exceptio invenitur.* Quibus occurrit & concludit. *Eſto etiam quod timeretur ex tali conjunctione infectio lepra in ſano reddente, ſaltem ex fraquentia quoties leproſa peteret. Dico quod ad talem pœnam ſe obligabit in contractu Matrimonii. Unde alicubi Sacerdotes expreſsè ad oſtium Eccleſiæ exprimunt illud.* In marginali autem impreſſionis operum Scoti apud Antuerpiam anno 1620. habetur ita. *De laborantibus morbo gallico, idem judicium:* Quæ eadem nota invenitur in operibus Scoti excuſis Pariſiis anno 1639. Idem judicium ferendum in lepræ langore, ac in morbo gallico penes obligationem reddendi debitum à conjuge ſano illi qui lepra laborat; Ergo peccabat Lucia negando debitum marito exigenti, etſi morbo gallico laboraret; Ergo prudentiſſimè confeſſarius anteriores nullas declaravit confeſſiones, communioneſquè cenſuit ſacrilegas, & teneri ad reddendum debitum cum periculo ſalutis, per illam Scoticam maximam; *Ad talem pœnam ſe obligabit in contractu Matrimonii.* Si generaliter vim haberet, quod judicavit & propoſuit confeſſarius, qui infallibiliter ſibi notum non fecit, quod mihi comperiendo ab aliqua circunſtantia ut mox patebit non excuſandam Luciam ab omni, quod ei in onus impoſuit, judicarem.

7. At examine indiget exactiſſimo conſultatio propoſita; fatebor quod ex ſola præſumptione, vel timore Luciæ incurrendi in lepram, ſeu in morbo gallicum, vel gignendi prolem leproſam, aut morb laborantem gallico, non licuiſſe illi negare debitum, petente marito ægro; quod à paritate probatur. Debitum cohabitandi conjuges ab eadem radice oritur, paremquè obligationem imponit, ac reddendi maritale debitum; Sed non ſufficit timere ſponſam contagiari à marito perpetuò leproſo, in divortium, ſeu ſequeſtrum ad ſe ſeparandos (Nec his opponuntur Villalobos tom. 1. trac. 13. diffic. 48. n. 7. & Martinus de ſan Joſeph lib. 1. tra. 49. n. 8. affirmantes, quod ſi moralis præſumptio urget periculi infectionis, non tenetur ſanus cohabitare cum conſorte languido; loquuntur enim de cohabitatione in eodem lecto, non de ea quæ eſt in una eademque Domo, nam ſubjungunt, non eximi conjugem ſanum ſinere infirmæ inſervire ad curationem ſe ipſo, omnibuſque mediis ſibi poſſibilibus;) Ergo nec ſufficiens erit præ-

ſumptio

Digitized by Google

ſumptio, ſeu metus ad negandum debitum petenti, ſi non ſit ita infallibile damnum contagionis, quod etiam illicitum ſit ſponſum ſanum, aut verbis amatoriis vel aliqua actione provocare infirmam. Et ne nos retardet, aut ſine ſolutione maneat quod tetigimus de licito aut illicito acceſſu in lege Evangelica ad meſtruatam, juxta prohibitionem veteris legis, ex datis Levitici 10. ver. 18. & Ezechielis 18. Noſter Caſtro de lege pœnali lib. 1. cap. ultimo, exponens ſanctum Auguſtinum lib. 3. in Levitici cap. 18. evidenter probat ceſſaſſe, nec licere menſtruatam negare debitum; ceſſante pœna ceſſat obligatio legis, in cujus tranſgreſſione erat impoſita; Sed in lege Evangelica non eſt pœna mortis adverſus maritos accedentes ad uxores menſtruatas; Ergo ceſſavit in eo onus veteris legis, & tale præceptum cæremoniale judicandum: etenim ex natura actionis ſani viri copulantis ſe carnaliter cum languida fœmina, vel ſanæ mulieris cum viro ægro, licet immineat amittendi ſanitatis periculum, experimento tamen patet non ita evidens infallibileque fore, ut ſæpius non contingat incolumem evadere, & à Medicis quotidie teſtatur à parentibus infectis, ſaniſſimas ſoboles procreatas; Et mares morbo gallico laborantes copulati cum fœminis ſanis, iſtas indemnes deductas. Claritatis gratia in reſolutionem eventus conſulti. Fingamus tres caſus. Primus ſit, quando unus ex contrahentibus ante maritalem contractum, lepra, aut morbo gallico laborat; alter vero ſanus, quo non obſtante, aut quia non fiunt diligentiæ, vel alia in indagine abſolutè ſit contractus maritalis; & tunc loquitur Scotus per illam maximam; *Ad talem pœnam ſe obligavit in contractu Matrimonii* Tunc reddere tenetur, quantumcumque timeat contagionis ſeu in ſectionis periculum; cujus ratio tangitur ab Hicheo in commentario n. 32. *Poteſt ſanus ſi velit continere periculum contagionis reddendo debitum ex fide Matrimonii & ſine ullo peccato, ut docent plures. Ergo periculum hoc quod non eſt mortis, ſed infectionis, non tollit debitum uſum Matrimonii; aliàs ſanus ſciens lepram alterius non poſſet contrahere cum ipſa Matrimonium licitè.* Efficax deductio: lepra vel morbus gallicus non efficiunt illicitum Matrimonium, ſi non adſit periculum vitæ evidens; Ergo nec excuſabunt à petendo vel reddendo debito: ſic abſolutè loquendo in ea preſumptione à qua dicitur probabiliter tantum periclitari ſanitatem, onus eſt ſolvendi.

8. Alter, & eſt ſecundus caſus, ſi ſanus contrahens à Sacerdote qui aſſiſtit maritationi moneatur de morbo gallico aut lepra alterius contrahentis. Refert enim Hicheus n. 8. in more fuiſſe apud Hiberniam ad formam quibus conficitur ſacramentum Matrimonii. *Accipio te in meam, accipio te in meum*, addere, *cum omnibus conditionibus ſanitatis & infirmitatis.* In quibus eventibus indubitabile eſt conjugem ſanum non poſſe negare debitum languenti, quia leproſo, vel infirmo ex morbo gallico, addit Remigius trac. 5. cap. 8. §. 8. n. 2. nec ſcabie laboranti. Nec momenti eſt argumentum quod à dicendis efformari poterat. Parvi pendere poteſt ſalutem propriam uxor, & maritus in contractu maritali, exprimentes eam clauſulam, quam Hicheus in more fuiſſe apud Hiberniam viguiſſe teſtatur; Ergo in nullo caſu licebit ſanum ſponſum negare debitum infirmo, qualitercumque ſalutis vel mortis immineat periculum. Probatur conſequentia; quod in contractu expreſſo non eſt illicitum ſpontaneè pactare, in tacito contractu ſupponitur, & contineri; Sed in contractu maritali expreſſo per illam clauſulam; *Cum omnibus conditionibus ſanitatis, & infirmitatis*, aſtringit contrahentes, ut ſanus cum periculo mortis, & ſalutis nequeat negare debitum infirmo petenti: Ergo ſimiliter quamvis non ſit expreſſa conditionalis, implicita videtur. Major eſt falſiſſima in illis rebus quæ pendent à libera & ſpontanea optione illorum qui conveniunt in pacto, ſeu contractu: neque enim expræciſa ratione illius, qui celebratur maritaliter includitur talis conditio ſeu clauſula. *Cum omnibus conditionibus ſanitatis & infirmitatis*: Quapropter conſulto ſublatum fuit quod id exprimeretur in Matrimonio ad vitandos contrahentium ſcrupulos; hinc ab illa Scotica clauſula. *Periculum hoc, quod non eſt mortis, ſed infectionis*, colligo quod quotieſcumque inſtar mortis periculum in conjuge ſano, aut talis infectionis, quod in illud incidere faciat, quantumcumque ſit remotè ex replicatione langorum in quos incidit, ſponſus ſanus, quia turbato ſuo temperamento, non tenetur ſolvere debitum: cum autem in Lucia ſic timeri potuit, non erat ita compertum, ut ſine ulteriori indagine aſtringeretur, & affligeretur in tenendo confeſſiones præcedentes nullas fuiſſe, communioneſque ſacrilegas, & cogi ad ſolvendum debitum cum tanto ſui damno, & ſui ruina. Qualiter id examinandum in fixum judicium ferendum. Bonacina tom. 1. quæſt. 4. de iis quæ pertinent ad uſum matrimonii p. 1. n. 8. *Conjugem ſanum non teneri reddere debitum alteri conjugi leproſo, quoties judicio Medicorum ſubit periculum gravis infectionis.* Sed quia alia erat infirmitas, nempe morbus gallicus de eo individualiter loquitur. *Idem dicendum eſt de morbo gallico, nam conjux ſanus non tenetur reddere debitum alteri, quoties de redditione debiti timet ſibi contractionem morbi, niſi forte ante Matrimonium ſciverit conjugem eſſe infectum illo morbo, tunc enim tenetur reddere, quia per contractum Matrimonii ſcienter ſe ad hoc obligavit.* Cujus rationem ſubnectit. *Poſſe nihilominus reddere, licet periculum ſubeat illius morbi, nam cum hujuſmodi morbus non tendat ad mortem, regulariter ſaltem loquendo, non impedit quominus conjux poſſit reddere debitum ad fovendum conjugalem amorem, & ad vitandam incontinentiam, alioquin graviſſimum onus eſſet, ſi conjux ſanus in his morbis ita diuturnis teneretur abſtinere ab actu conjugali cum periculo incontinentiæ.* Totum pondus ratiocinationis in ſedandam Luciæ conſcientiam vertitur in hoc quod Medicorum judicio, debitum reddendo marito languenti ex morbo gallico, taliter illa periclitaretur, ut (etſi aliqualiter remotè) ab ipſa copula carnali incideret in infirmitatem, à qua (licet poſt longum tempus) ultimam horam Clauderet; inquiſitum ab ea, utrum ſciviſſet ante Matrimonium ſuum maritum eo laboraſſe morbo illo impatientia muliebri reſpondit, ſe prius mortem optaſſe quam in Matrimonium tale conſenſiſſet ſi in ſuam ea perveniret notitiam.

9. Tertius & ultimus ex tribus caſibus aſſignatis, eſt hic, videlicet quando ſive ex lepra, ſive morbo gallico, aut alio quovis talis incutitur infectio, ut Medicorum judicio ſanus ſponſus in periculum mortis quodcumque ſit, incidat, an tutâ conſcientiâ negare debitum valeat. Clarius ac Bonacina loquitur Caſtro Palao tom. 5. diſp. 3. de ſponſalibus p. 5. §. 10. *Liber es ab obligatione reddendi debitum, ſi ex ejus redditione prudenter times aliquod grave damnum tuæ ſaluti corporali proventurum, quia non teneris generationi filiorum & ſpeciei propagationi vacare cum detrimento proprio, neque enim poteſtatem tui corporis conjugi tradis ad conjugalem uſum, niſi ſalva ejus incolumitate.* Mentionem non facit hic de conſulendis Medicis, ſed revera cum judex nullus ſit in propria cauſa, ſupponi videtur illatione: expreſſit tamen poſtea eos in judicium ferendum advocandos, tamquam qui diſtinati ſunt judices ſeu arbitri, non tantum ad ſanitatem recuperandam, verum & ad præcavendum infirmitati, ſeu ad preſervandum humidum radicale à langoribus. Sic proſequitur Palao; *ex quo fit, ſi conjux ſit lepra, peſte, morbo gallico, aliove contagio infectus, nequaquam tenebis reddere, ſi ex Medicorum judicio periculi contagionis adſit ob rationem dictam, quia prius proprio individuo, quam ſpeciei propagationi providere debet.* Nec obſtat

Digitized by Google

fœminea aliquando impertinentiam, honeſtatis prætextu fugere, id videlicet Medicos conſulere, ſatagendo ne palam marito fiat ſimilis conſultatio, & in rixas eventurum, aut in minus benevolam affuturam dilectionem; indiſcretiſſimè id proponitur, nam quod attinet ad verecundiam muliebrem honeſtate prætextatam, annè fugiunt Medicos in aliis infirmitatibus, in quibus opus eſt, quod contingatur corpus ab illis? Penes ſecretum, & vitandas rixas domeſticas, vel minuendam benevolentiam mariti ex manifeſtato conſilio exorato; nonnè Medici aſtringuntur ſecreto naturali ſub reatu peccati mortalis in iis, in quibus petitur ad vitandum infamiam, vel damnum, modo quaſi quô confeſſarij ſigillo de peccatis? Quod autem laborans lepra arceatur à petendo debitum, deciſum videtur jure canonico capite 1. de conjugio leproſorum, & quanquam videatur obſtare ſtatutum Alexandri III. tranſcriptum n. 8. reſpondet tamen Palao. *Alexander III. intellexit de ſolutione debiti, una vel altera vice facta, eo quod præſumpſit congreſſum longo tempore interpollatum nociturum: quare ſic hæc preſumptio ceſſet, & moraliter conſtet ex uno coitu grave damnum tibi provenire poſſe, nequaquam teneris.* Aptius fiet ſatis decreto Alexandri III. locutum ſummum Pontificem de illis Matrimoniis quæ ſuo tempore vigebant, in quibus addebatur illa clauſula *Cum omnibus conditionibus ſanitatis & infirmitatis.* Qua ablata ab Urbano III. (qui floruit anno 1105.) nihil de relato decreto Alexandri manſit ad obſervantiam; ſolum urgere poterat periculum incontinentiæ ex negato debito leproſo conjugi vel morbo gallico laboranti, quod totum eſt pondus ad deciſionem.

10. Propterea tale incontinentiæ periculum oportet examinare, quando ab affectu maritali, vel à voluptuoſa turpitudine oritur; nam ſi radicem tenet, in hoc ſecundo excuſatur conjux ſanus, eo quia peccando extorquetur debitum. Mirabilis doctrina in me fundandum videtur quam evidenter probat Thomas Sanchez cum pluribus, quos citat tom. 3. de matrimonio lib. 9. diſp. 11. n. 4. videlicet maritum ſeu ſponſam copulantes ſe ex præciſa ratione voluptuoſitatis peccare venialiter ex datis n. 7. Et alter Sanchez in ſelectis diſp. 23. n. 25. poſt duos textus celebres quos tranſcribit, unum noſtri Joannis Mairon, alterum Almaini, quibus id ipſum fundatur, ſubinfert. *Quando exceſſus reperiretur in copula, aut, quia ſaluti nocet, & tunc mortale erit, ſi nimiam jacturam irroget; veniale vero ſi modicam, aut ſi affectus nimius reperiretur.* Tunc ſic: ad vitandum periculum incontinentiæ non eſt licitum debitum reddere petenti, quando ab uſu Matrimonii inſeparabilis eſt malitia peccaminoſa; ſive ſit venialis, ſive mortalis, non ſic reddendo debitum cooperatur peccato mortali, vel veniali, ut tangit Palao p.11.n.2. Ergo cum inſeparabilis ſit malitia à petitione debiti in languido, qui Medicorum judicio ſaluti noceat in morbi gallici, vel lepræ augmentum quantumvis occurrat incontinentiæ periculum, quod quia ſedari poteſt aliis mediis, non erit culpanda ſponſa, imo laudanda. Illud negans Diana 9. parte trac. 8. reſ. 33. inquirit. *An uxoratus impeditus, petere debitum poſſit abſque diſpenſatione illud petere ne periculo proximo exponatur labendi in peccata carnis.* Sæpiſſime uxoratæ à confeſſariis inquirunt ſcrupulizantes, ſeu cautelantes, ne mariti ad alia tranſeant; quandoque zelotipia iraſcuntur, anguntur, deplorant non latendo eis ſuorum virorum inceſtus, & audiendo Ordinarios difficillimè diſpenſare cum illis; quidquid de hoc ex Texeda (quæ Autorem non vidi) Diana. *Si roges quid facere teneatur conjux qui debiti petitione eſt privatus ratione affinitatis contracta per adulterium & inceſtum, aut ratione voti caſtitatis, ſi graviſſimis carnis ſtimulis ſit agitatur, ita ut illos vincere non poſſit; nam videtur in eo caſu licitam eſſe ei debiti petitionem, ſicut licitum eſſet ei, quoties ſenſerit in conjuge ſua incontinentia periculum. Dico tamen in nullo caſu licitum eſſe ei debitum petere, & ideo tenetur uti carnis macerationibus, jejunando, orando, aut diſciplinis, vires à carne auferendo.* Hoc quoad illum qui inhibetur, procedit penes alterum, qui redditurus eſt in caſu individuali propoſito, ait. *Hinc infertur quod conjux non tenetur reddere debitum viro, lepra, vel morbo gallico infecto, etiam ſi in gravia carnis peccata labatur debitum non reddendo, quia patiens ad ſuperandas tentationes carnis alia plura remedia adhibere poteſt, quibus adjutus divinâ gratiâ vincat.* Quomodo autem id diſcernere queat, ſi in vitandum proprium periculum non urgeatur Medicorum conſilium per propoſita à n. 11. totum ſedabit. A quo arguo; quia alia ſunt remedia in repellendas carnis tentationes, hujus intuitu non tenetur conjux impeditus reddere debitum impedito; Ergo etſi periculum incontinentiæ adſit in ſponſo languido à lepra, vel morbo gallico, ejus ſponſa non coartabitur ad ſolvendum debitum; quia in uno & altero caſu ſtantibus aliis mediis, ſi non continetur, ſtat per malitiam ſuam ipſi imputatam ad culpam, non proximè, nec remotè ad hoc, quod negetur debitum; Ideo non peccavit negans, ſiquidem nec occaſionem dat alteri incidendi in peccatum, quod unicè provenit à flagitioſa ſua voluntate.

11. His motivis inquiſivi à Lucia, an confeſſarius, qui onus impoſuit repetendi confeſſiones, & ſolvendi debitum marito laboranti morbo gallico, examinaverit ipſam, ſi nutu proprio, vel de Medicorum conſilio illud negavit; id audiens quaſi à quodam animi deliquio reviviſcens, & ſuſpirans, cognovi non à malitia, vel cautela, ſed à quodam naturali inſtinctu; aut potius divina ducente luce inſtructam; narravit enim, relationem quam texuit ita; cum enim (ajebat) aliqualibus dolentiis laboraret meus maritus, antequam notus mihi eſſet curandus de morbo gallico ab hujus infirmitatis exordio, dum Medici vocarentur, videntes me familiarem ſponſo (fine illi complacendi) communicationem tenere; quia cogitabam citius ſanandum hoc pacto, ab unoquoque ex duobus Medicis (qui in curatione concurrebant) & uno chirurgo (in executionem remediorum adhibito) interrogata fuit ſigillatim, & ſeparatim uniformes commendando ſecretum valde inſtiterunt, quod me abſtinerem ab uſu Matrimonii cum languido; quia tam malirioſæ conditionis erat ille morbus gallicus, quod ab uno coitu intercedente nuſquam perfectam ſanitatem conſequi poſſet maritus; replicanſquè eis, me, vel illos monere infirmum de eodem: ſatis prudenter illi ne talia fierent, propoſuerunt timentes quod fortaſſis alii Medici, & chirurgus vocarentur ab eo, qui non ſat ut par erat graviſſimum languorem penetrarent, taliſque erat langor ille, qualiter Hiſpanè dicimus. *Eſta herido haſta los tuetanos.* Interavi indaginem: an Lucia in eo eventu negando debitum propriæ potius ſanitati conſuleret, vel mariti ſaluti. Quando ſolum inſpiret propriam incolumitatem, abundabat ad reſolutionem ferendam pro ea in non repetendas confeſſiones, nec putandas communiones ſacrilegas, aut cum tanto onere ſuæ ſanitatis aſtringere in reddendum debitum, nam Authores citati n. 11. in tali eventu concordantes de concilio Medicorum licere, non ſpecificant incolumitatem alienam, vel propriam attendendam. Tandem ut firmius conſulerem, omni ſcrupulo dempto, inquiſivi à Lucia, an quando Parochus eam monuit de factis ab ipſa confeſſionibus & firmaverit nullas, communioneſque ſacrilegas, ita firmiter totum crediderit taliter quod aſſenſerit ſe in prædictis communionibus, & confeſſionibus peccaſſe mortaliter. Reſpondit manſiſſe dubiam, ſeu ancipitem uſque dum cum aliis viſis doctis id ipſum conſuleret, & de Parocho confeſſario hoc efformaſſe judicium, fortaſſis vocatus à meo marito querelam ejus, & audivit

male

male mihi affectus talis confeſſarius in complacendum illi, tam rigidus mecum ſe fert: non eſt tam Theologus quod alii eo peritiores non ſint, audient me & quod iſti etſi in conſilium proferant, amplectitur interim cur ſcrupulizandum? Gaviſus ſum ipſam audiens tanta diſcretione rem omnem cogitaſſe forte, etenim cum optimis polleret moribus à Deo ducta, ut quod magis in cura poſſet eſſe, reſolveretur nempe nullatenus à conſcientia erronea aſtringendam aliquo modo in repetendas confeſſiones, vel ab ea peccaſſe putando ſacrilegium, quod non erat, in communionibus.

12 Concluſio firma & deciſio ſit, Luciam nullo pacto aſtrictam in repetendas confeſſiones, neque ullam peregiſſe communionem ſacrilegam; & uſque dum maritus à morbo gallico convaleret, tutâ conſcientiâ negare poſſe ipſi cõjugale debitum. Præmiſſo facto, facillimè totum conſtat. Repetēda non eſt confeſſio, nec cõmunio ſit ſacrilega, quando obex non ponitur ad gratiam tam ex opere operato, quam ex opere operantis ab hoc utroque ſacramento impendendam; ſed nullum obicem poſuit Lucia; Ergo repetendæ ab ea non erant confeſſiones, neque communiones peractæ fuerunt ſacrilegè. Minor probatur, ex negatione debiti marito laboranti morbo gallico de Medicorum concilio operabatur practicè, ſecundum probabilem opinionem, ſaltem, quod aſtricta non erat petenti reddere; Sed operans ſecundum opinionem probabilem, nullum ponit obicem ſacramento penitentiæ, neque communi ſubſequens ſit ſacrilega; Ergo ſic in caſu conſulto, aliàs conſcientiæ erroneè non adhæſit Lucia nec reſultavit ab ea peccatum mortale; Ergo à nullo capite aſtringebatur confeſſiones de neceſſitate repetere, aut judicare communiones ſacrilegas. Confirmatur paritate, quâ contra aliquos tenet Diana 3. parte trac. 4. reſol. 162. *Velle aliquod in genere dumtaxat, illicitum, non videtur eſſe, cum hujuſmodi voluntas contineat ſe adhuc intra limites ejus rationis quæ eſt communis peccato mortali, & ventali, & ideo eſt imperfecta in genere mali & conſtituit tantùm peccatum veniale: Ergo operari cum tali conſcientia (ſcilicet dictante confuſavè peccatum non determinata materia particulari (nec unde poſſit deduci, an voluntas decreverit, vel aſſenſerit mortale vel veniale peccatum committere) non erit neceſſarium in confeſſione explicare. Secus autem quando aliquis operatur cum conſcientia dictante aliquid eſſe mortale, vel veniale ſpeciatim.* Me exemplo explico, contigit Antonium dubitare an commedendo in quadrageſima ova peccet, quia non ſatis ipſi conſtat, utrum virtute Bullæ cruciatæ licitè queat ea manducare: commedit, nec determinat ſpeciatim, an peccaverit mortaliter, vel venialiter, erroneè putans peccaſſe, talis culpa juxta aſſerta ex Diana erit ſolummodo venialis, non neceſſario in confeſſione aperienda: Igitur quando Parrochus Luciam monuit repetendas confeſſiones & communiones peractas ab ea ſacrilegas, dum in fœminæ mentem ſpeciatim & determinatim non venit ſicut monebatur fore, ſed confuſè & indeterminatè ſe gerens ſuſpenſa in confeſſione, quâ angebatur, ad ſummum erat veniale peccatum, quantumvis coarteretur contra ipſam conſcientiâ erroneâ, quâ ſub illa anxiabatur indeterminatione: Sed peccatum veniale, etiam commiſſum in confeſſione obex non eſt gratiæ quam præſtat ſacramentum pœnitentiæ: nec obligat ad repetendam confeſſionem, aut communionem ſubſequentem conſtituit ſacrilegam (de quò Faber 4. diſtinc. 17. diſp. 14. cap. 3, n. 51.): Ergo pro ea parte ſcrupulus in Lucia repetendi confeſſiones, aut maculandi animam ſuam putando comuniones peractas ſacrilegas præceſſiſſe, quantumcumque propoſitum non teneret de obediendo confeſſario quoad reddendum debitum marito, dum duraret in ipſo morbus gallicus conſtante ipſi conſilium Medicorum & Chirurgi convenientium in eo quod propoſuimus n. 13.

13. Objicies; Ergo peccavit mortaliter Luciæ maritus petendo debitum illa infirmitate laborans. Probatur conſequentia, ſupponendo, quod ſi ipſe peccabat petens, illa reddens peccaret. Pariformiter ſe habent petitio & redditio debiti conjugalis, ac emptio & venditio mercium; Sed nequit eſſe, nec compatitur emptionem licitam fore, & venditionem illicitam, aut è contra; Ergo exiſtente licita debiti negatione in uxore, illicita cenſenda in marito petitio; quod affirmari nequit cum inter uxoratos quotidie contingat illum, qui aliquo impedimento laborat (quod non ſit de dirimentibus) illicitè præter alterum vero licitè reddere. Conceſſa paritate, nempe petitionem & redditionem debiti conjugalis commenſurari emptioni, & venditioni, quoque lance concedendum de uno, quòd de alio firmatur; nego millies minorem. Inſtantiam teneo in ſacra Scriptura Geneſis 25. à verſ. 28. Eſaū, Izaci filius illicitè valdè vendidit primogenita, & licitè atque meritoriè iſta emit Jacob ejus frater uterinus; & fur illicitè vendit, quæ furto rapit; emptor autem bona fide quin ſciat monilia quæ emit, non alterius niſi latronis eſſe, licitè emit; Ergo paritas inducta in objectione potius roborat quam deſtruat intentum. In redditione autem aut negatione debiti attendenda ſunt jura poſitiva inhibentia; & ita conjux aut à voto, vel ab inceſtu impeditus ne petat non peccat in copula maritali reddenda; petitioni enim non correſpondet cooperatio prohibita in reddendo; qua ratione advertit cum Sancio Filucius tom. I. trac. 10. cap. 9. nu. 309. & deinceps fundat, maritum ſcientem uxorem inceſtuoſam, aut voto caſtitatis aſtrictam, nec diſpenſatam in uno, vel altero licitè petere, & illam illicitè negare. Unde ſi Lucia redderet non peccaret, nec negando peccavit, dum in primo notum ipſi non erat periculum quò ingraveſcebat langor ex Matrimonij uſu, ſicut poſtea comperuit ab his quæ monuerunt medici, & ita tam longè diſtat ipſam peccaſſe negando, quod potius valde prudenter & meritoriè ſe geſſit; Manuali inſtantia declaratur; ſi à medicis moneretur quò potum aquæ dans marito in graveſceretur ejus infirmitas, ita ut convalere non poſſes niſi difficillimè, & languens ſiti laborans inſtaret ſibi dandum potum, quem ipſa negabat, negando non tantùm non illicitum aliquod peragebat verum & meritoriè procedebat charitate quâ conſulens ægrotanti, vitare damnum ſatagebat & ideo negabat petitum; Igitur quid aliud in eventu conſulto; nec nunc judicium facimus de eo, an petens debitum maritus peccaverit, vel non peccaverit. Inſtabis. Non idem eſt injuſtè petere debitum ac illicitè; injuſtè enim non petitur illud ad quod quis jus habet, etſi executio impediatur; Ergo conjuges qui non amittunt jus radicale petendi, quantumcumquè impediantur, illicitè numquam exorabunt debitum; Ergo nec maritus illicitè illud petebat. Dixi me in hoc non conſuetum aliquid de ſponſò exorante; ad frivolam inſtantiam negabo diſtinctum fore injuſtum reputari, & illicitum non eſſe; cum ſinonima ſint, & nihil intereſſe non abolitum jus radicale; ſi formalis impeditur à legitima facultate, vel juris naturalis, vel poſitivi. Quid enim intereſt, quotidiè experitur in aliquem finem, quomodo etſi in aliquo jus maneat indefectibiliter radicale, impeditur ejus uſus, & patet in maritatis voto ſimplici caſtitatis aſtrictis.

14. In conſiderationem præmiſſorum advoco quemdam eventum mihi cõſultum totum hucuſque aſſertum confirmantem. Mulier quædam languens viſitata à medicis inventa fuit tali arctitudine laborare, quod indeciſè prudentibus captis, conjecturiſque aut ab anotomiis vel à ſuis regulis obſervatis ex Hypocrate & Galeno communi conſenſu convenerunt illi in primo partu mori-

Digitized by Google

turam; quod ipſam docuerunt, non ejus monuerunt parentes, qui de filiæ periculo ignari eam Matrimonio collocarunt, nocte prima nuptiarum, ne ipſi copularetur, timens mortem, ſponſum monuit certum faciens de periculo ſibi imminenti; nihilominus maritus Matrimonium conſummavit, non renuente, nec reſiſtente amplius uxore, à duodecim menſibus poſt maritalem contractum peperit filiam (quæ fortaſſis hodie vivit Religioſa Franciſcana, aut novitia) alteroque die à partu ultimam ſubito horam clauſit illa puerpera. Stupefactus ſponſus de Tragœdia, ſibique conſulens quid in tam raro eventu, auxilio ſupernaturali præmotus Minorum habitum petivit fervideque eum ſuſcepit; & tranſacto noviciatus anno profeſſionem emiſit ſolemnem, cumque à Prælatis literas acciperet dimiſſorias in Subdiaconatus Ordinem ſacrum ſuſcipiendum ſcrupulizavit, an egeret irregularitatis diſpenſatione, narrans quid acciderit ei nuptiarum nocte: & præmittendo nuſquam negando debitum ultra bimeſtre peccaſſe defunctam ſponſam, nam in bimeſtri licitè negare poterat, gaviſus fui ad eventum Luciæ conſultum invenire in Bonacina tom. 1. quæſt. 4. de iis quæ pertinent ad uſum Matrimonij pag. 1. nu. 7. excuſari fœminam (id eſt à reddendo debito) quæ moreretur in partu, ſi reddendo debitum conciperet. *Neque peccavit connubium contrahens, quantumvis certificata fuerit de periculo mortis ſibi imminenti; quia Matrimonium ratum conſtat ex ſua intentione celebraſſe, ſi quidem monuit Maritum de his, in quibus minabatur;* peccaſſe tamen conſummando Matrimonium fere omnes qui convenerant ſenſerunt ab illo principio, quod plus conſulendum eſt vitæ propriæ incolumitati, quam propagationis generis humani; Ergo, quia in conſulto eventu negante Lucia debitum marito, attendebat ejus ſaluti, nec in mortem ab ea infirmitate iret, tantum adſint quod reatu peccati macularetur, ut potius videtur reſultandus ſcrupulus ab eo, quod redderet; quin obſtet proferre tale periculum remotum fuiſſe, nam ut rectè Bonacina nu. 14. diſcutiens. *Utrum fœmina peccet negando debitum quando experta eſt ſe non poſſe filios vivos in lucem edere.* Reſpondet. *Non peccare; ratio eſt quia conjux non tenetur reddere debitum cum probabili periculo vitæ uxor autem magnum vitæ periculum ſubiit ex morte fœtus in ventre.* Sumo clauſulam, *non tenetur reddere debitum cum vitæ probabili periculo;* Ergo ſi Lucia aliàs timebat probabiliter proprium periculum, quod revera metuere poterat, temperamentum tenens delicatiſſimum, ſolvens debitum marito languido, nam interrogata utrum à medicis monita fuerit de tali periculo, reſpondit affirmativè, monitam, Ergo præciſo eo quod imminebat ſponſo, conſulta ipſius fœminæ ſalute adhuc excuſabatur, ne peccaret negando debitum.

15. Quibus accedit paritas ex ſententia Sancij tom. 3. de Matrimonio lib. 9. diſp. 2. nu. 41. Remigij tract. 5. cap. 8. §. 41. Bonacinæ quæſtione 4. citata pag. 1. nu. 6. & aliorum firmantium uxorem non teneri debitum reddere ſtatim poſt prandium, quia tunc copula carnalis detrimentoſiſſima eſt ſaluti amborum; Non ergo teneretur ſponſa non ſolvere debitum immediatè poſt prandium repetere confeſſiones, quia nulliter factæ, nec à confeſſario tale onus imponi potuit quantumcumquè conſtans eſſet in propoſito non reddendi debitum eo tempore; quia cogi non quit ad iſtud ſolvendum cum detrimento ſalutis conjugatorum; Sed potius ac ab illo detrimentantur maritati à lepra derivata & morbo Gallico unius in alterum, qui eſt ſanus; Ergo hic excuſabitur; nec momenti eſt id, quod opponi poterat; ſic mortificationes & jejunia detrimentoſa ſunt ad ſalutem in ſolvendum conjugale debitum; Sed non excuſantur à jejuniis, & mortificationibus in reddendum illud; Ergo quantumvis detrimentoſa ſit ſalus ex copula maritali, tenebitur reddere, peccabitque ſanus ſponſus non reddens; Ergo cum propoſito illo non compatitur confeſſiones validè factas; ideoque repetendas; Ergo Parrochus optimè conſuluit. Reſpondeo quod aut jejunia, ſive quævis aliæ mortificationes ſunt præcepta aut jure divino, vel Eccleſiaſtico aſtringentia conſcientiam, ſeu ſunt ſpontè aſſumpta; ex quo enim Legiſlator ſupremus prudenter providet quod expedit, nuſquam quod impoſſibile eſt præcipit; in quo eventus, nullus eſt medicus nec Theologus affirmans ſufficiens motivum fore ad non jejunandum in quadrageſima, Vigiliis & quatuor temporibus detrimentoſum fore copulæ maritali jejunium: nam hæc ſunt compatibilia cum præcepti obſervantia abſolutè; ſpontaneum enim eſt in Matrimonio perpetuo abſtinere contrahentes ab ejus uſu; Ergo pro hac parte nihil obſtat inſtantia, à quo infero quod jejunia & mortificationes voluntariæ aſſumptæ ita, vel uxoratos debilitant, quod impotentes reddantur ad maritationis uſum, vel eos relinquunt in robore ſufficienti: hoc ſecundo modo detrimentoſa non queunt fore. Si autem primum attendatur, inſpiciendum eſt, An tales mortificationes aſſumantur ex communi amborum conſenſu, vel renuente uno de duobus; ſi ambo conſentiunt, nihil intereſt aſſumpta, ſiquidem detrimentoſius eſt uſui Matrimonij votum caſtitatis, quam quælibet mortificantia corpus, quandoquidem votum omnimodè impedit licitè petere, aut reddere debitum conjugale, mortificantia licitum non tollunt fore & debitum ſolvere & poſtulare; Sed compatitur valdè meritoriè conjugatos ſe voto caſtitatis aſtringi; Ergo de communi conſenſu detrimentum in carnalem copulam à mortificationibus deductum non implicabit, ſin verò id reſultet uno ex duobus repugnante, cum Thoma Sancio & aliis. Dilatat Remigius allegato §. 26. nu. 6. non licere, quia cum periculo ſalutis ſicut non obligat reddere, ita aſtringuntur maritati tollere quod tale periculum imponit; Ergo ſi non eſt in oppoſitione tollere illud periculum excuſabitur eo exiſtente; Ergo tuta conſcientia Lucia debitum marito negavit, nec tenebatur obedire Parrocho, aut in ſcrupulum incidere de confeſſionibus nulliter factis, vel communionibus ſacrilegè peractis. Sic ſenſi ſalvo.

CONSULTATIO VIII.

De voto ingrediendi Religionem conditionato.

DUM langore periculoſiſſimo laboraret Dionyſius, infirmitate vocata à medicis febri ſincopali, filius unicus Joannis, hic nimis dolens de ſui geniti morte, ægro perſuaſit, ut votum emitteret de intrando in Monaſterium, & ut acciperet in eo habitum regularem, ſi liber ab illa dolentia convaleſceret; febri rigidiori anxiabatur Dionyſius, aliqualiter judicio perturbatus, quando à ſuo genitore inſtabatur ad votum, quod tunc emiſit conditionatum, ſcilicet quod ſi ſanaretur, Religioſus fieret, v. g. Carmelitanus; tempore

Digitized by Google

decurrente convaluit, & perfectæ ſaluti reſtitutus, non immemor ſponſionis factæ manſit, quod arguit veroſimiliter, non plenè judicio privatum, quando à genitore ſibi perſuaſum fuit votum emittere, nam de his quæ in amentia contingunt ſæpius immemores ſumus; & ſi non ita ex angore non perturbaretur liberum arbitrium, tantiſper claudicabat, ſiquidem propoſitio objecti non erat à pleno judicio indifferentia adequata repreſentata; aliàs à ſalutis deſiderio urgere poterat ſponſio: Pertingens dictus Dionyſius ætatem 18. annorum divina gratia opitulante in pleno judicio, taliter qualiter factum fuiſſet votum, nullo cogente, ſpontè ante crucifixi imaginem ratificavit abſolutè ſic: *Ratifico votum, quod emiſi inſtante meo parente dum infirmus jacerem tali tempore.* Poſtea ac ita ratificavit, à quatuor menſibus amaſiam tenuit mulierem, quam in Venerem aliquoties ſollicitans, & ipſa reſiſtens, tandem non niſi promiſſione, quod ipſi nuberet conſequi potuit accedendi ad illam; laſciva paſſione cœcus & verbo & ſchedulâ, utrumque ſub juramento promiſit, maritandum nempe ſe cum illa, monitus à quodam utramque compatibilem ſponſionem, aut conſtante Matrimonio, ambo conjuges intrando Religionem, vel ſi viduus foret, aſſumente ipſo regularem Carmelitanum habitum; Conſilio acquievit, & finaliter nupſit; quidquè tunc ipſum aſtringebat, conſuluit uxoratus jam.

SVMMARIVM.

INquiſita varia curioſa num. 1.
Ad animæ detrimentum ſpeculationes quando confundunt in re morali reſolutiones num. 1.
Dum Deo placent conſilia nihil intereſt hominibus diſplicere num. 1.
Quid votum, & quæ ad iſtud libertas requiſita num. 2.
Signa validitatis, aut invaliditatis in voto num. 2.
Duo ſigna ſe ſolis inſufficientia num. 2.
Indiſcretio minuit libertatem, non eam tollit num. 2.
Ratio judicata ſufficiens ad accipienda Sacramenta Pœnitentiæ & Euchariſtiæ, abundat in vovendum validè num. 2.
An metus reverentialis invalidet. votum num. 2.
Unde ortum tenet metus num. 3.
Metus à cauſis naturalibus non annullat vota num. 3.
Eventus ex jure Canonico num. 3.
Utrum ſatisfaciat voto de ingredienda Religione aſſumens in ea habitum num. 3.
Iure naturæ nullum eſt votum deficiente libertate nu. 3.
Quando perſuaſio relinquit voventem in ſuo libero arbitrio num. 3.
Si vexatio non fiat ad extorquendum votum, non invalidatur num. 3.
Quid, dum quis eſt certus ſe voviſſe, dubitat tamen, an animum habuerit ſe obligandi num. 3.
Propoſitum quando in re votum num. 4.
Repugnat votum non obligans in conſcientia num. 4.
Animus non ſe obligandi in voto, peccatum grave nu. 4.
Oneroſus contractus intervenit penes votum num. 4.
Factum ex dolo non obligat num. 4.
In voto alia cauſa impulſiva, altera finalis num. 4.
Vota præſumpta quomodo obligant num. 4.
Quando tacita voluntas validè vovet num. 4.
Diſtinctio operis promiſſi à promiſſione num. 5.
Caſus poſſibilis in contractu explicans votum num. 5.
Eventus de concubinario ordinato in ſacris num. 5.
Fit Clariſſa ex voto fœmina vovens ſine intentione nu. 6.
Impedimenta tollit Deus, ut anima proficiat num. 6.
Quo extinguitur voti obligatio num. 6.
Ratificatio validat nulliter factum votum num. 7.
Regula juris expoſita, quod ab initio non valet tractu temporis non convaleſcit *num.* 7.
In Sacramentis ſine exceptione ea regula num. 7.
Differentia in eis ac in actibus humanis, circa ratihabitionem num. 6.
Ratihabitio facit antiquum ſortiri effectum num. 7.
Quando Ratihabitio, locum non tenet num. 7.
Plus impedit uſum Matrimonij votum caſtitatis quam Religionis num. 7.
Compatitur ſtatus Religioſus cum vero Matrimonio num. 8.
Ignorantia invincibilis, quibus caſibus admittitur, etſi munus incumbat ex officio ſciendi aliquid num. 8.
Diligentia neceſſaria, ut ignorantia ſupponatur invincibilis num. 8.
Mens ſancti Auguſtini expoſita à Cornelio à lapide num. 8.
Peccat promittens conſummandum nuptum, ſi votum tenet caſtitatis num. 9.
Ad quid tenetur Vovens Religionem ſi ſine voti diſpenſatione nubat num. 10.
Vovens Religionem, an voveat caſtitatem num. 10.
Æquanimiter ſe gerit votum dum non diſpenſatur num. 10.
Cur ex voto Religionis ante profeſſionem non aſtringitur quis ſervare paupertatem, bene caſtitatem num. 10.
Quando quis manet liber à voto ingrediendi Religionem num. 10.
Votum non obligat cum proximi injuria num. 11.
Hæc cur reſultat ex non dato debito conjugali num. 11.
Perfectius eſt obſervare, quam non obſervare caſtitatem num. 11.
Creditor liberè & licitè quit non exigere debitum nu. 11.
Dum non condonatur juge ſolvere tenetur num. 11.
Quando Votum Religionis diſpenſabile ab Epiſcopo num. 11.
Ex voto, quæ in aliis reſultat obligatio num. 11.
Diſcrimen voti realis ac perſonalis num. 11.
Onus perſonale non tranſit ad hæredes num. 11.
Soluta objecta ex bimeſtri conceſſo à Tridentino nu. 11.
Voto caſtitatis, vel Religionis aſtrictus ſtuprator virginis, ad quid tenetur num. 12.
Fortius vinculum ſitum, & aſtringens ex charitate, quam ex juſtitia, & Religione num. 13.
Pro diſpenſatione petenda, doctrina utilis num. 13.
Suffragium non capiendum à fraudulentia num. 13.
Quod tutius eſt in votis exequendum num. 13.
Conſenſus implicitus in copulam maritalem non frangit votum caſtitatis num. 13.
Deipara in ſuo Matrimonio virginali nec remotè, nec implicitè in copulam maritalem conſenſit num. 13.
Rationabili cauſa differri poteſt voti executio num. 14.
Vovens Religionem, & impotens ſervare quæ in ea obligant liber eſt à voto num. 14.
Decretum ſacræ congregationis de quadam matrona ſexagenaria ut ingrederetur Religionem num. 14.
Conſilium à medicis vendicandum an vires ſufficiant num. 14.

1. VARIA in hoc eventu occurrunt: primumquè inquiſitum à Dionyſio fuit, an vir ille, qui fama vulgari reputabatur doctus, peccaverit in conſilio ſibi præſtito, in cujus vim ipſe Matrimonium contraxit, quamvis nuſquam potuerit in conſcientia quieſcere, ſemperquè ſcrupulizabat: Secundùm, utrum in

Digitized by Google

tam contingens tempus reducta voti ſeu promiſſionis adimplectio, argueret aliquod peccatum in Dionyſio, principaliter, quia aliquando altero ſumpto prætextu uxori propoſuerat de communi conſenſu ambos conſtituendos Religioſos, quæ ditiſſimè ſemel, & iterum ipſa ferebat, firmans nuſquam ſibi talem ſtatum in mentem veniſſe, aliàs unde conjectare poterat Dionyſius, quod nolente illâ monialem fieri, ſtante incontinentiæ periculo ob juvenilem ambotum ætatem, potius ipſe quam ſponſa viduaretur: quod viro illi docto proponens, ajebat reſpondiſſe in tali eventu ſufficere, ſi peteret, & exhortaretur, quod vidua ingrederetur in Monaſterio. Quid rudius? nam præter quam quod illa voto mariti aſtringi non potuit, ridiculum erat, temerarium atque culpabile; ſubjunxit Dionyſius à tali viro qui eum conſulebat, ſic pro ſecunda ipſius conſcientia monitum; videlicet, quod de communi conſenſu eodem die ille peteret habitum in conventu virorum; & ſua ſponſa in Monaſterio fœminarum, & fortaſſis ambobus, aut uni eorum negabitur; quod ſi ita à voto liber manebit: Bone Deus! quanta imprudentia, & quot inconvenientia reſultant ex aliquibus ſpeculationibus eorum, qui non rei veritatem reſpiciunt, ſed nullum conſulunt, & confunduntur in animæ ruinam. Tertium. Utrum propoſitum in Dionyſio de adimplendo voto uno ex illis tribus mediis excuſaret ipſum ab impedimento, etſi non dirimente contrahendi connubium; veruntamen quod abſque diſpenſatione licitè poſſet petere debitum. Quartum, an commiſerit peccatum, & quale in maritali contractu. Quintum, quid faciendum ad hoc quod ſine ſcrupulo maneret uxoratus in Matrimonio penes iſtud conſummatum, & conſummandum. Sextum propoſuit ſatisfaciendum, quamvis per ſe notum ſit, nec omittendum, ſupponens enim quod ſua ſponſa conſcia fuit de voto ante maritationem, & nupſit ei, qui voto ſimplici caſtitatis, & Religionis erat aſtrictus, & tenebatur id adimplere; utrum etiam ipſa implicitè Religionem voverit. Septimum ad quid viduatus vir, vel viduata mulier, (horum quilibet) teneretur. Quot ex uno conſilio ſimili damna reſultant præcipuè illorum quos fugit Apoſtolus qui Deo non placent, & hominibus placere ſatagunt, juxta illud ad Galatas primo, verſ. 10. *Modo enim hominibus ſuadeo an Deo? An quæro hominibus placere. Si adhuc hominibus placerem, ſervus Dei non eſſem.* Inſinuans neque in his quæ conſulit privatim, aut publicè prædicat, vanum humanum plauſum quærere, ut complaceat mundo; nec ſervum Dei vocandum qui ſic placere cupit, neque divinam cauſam agere, illis profundiſſimis verbis docens Paulus, quomodo qui hominibus, non Deo placere ſtudet, detrimentoſſima animabus cumulare, contingentiſſimam eis ponens ſalutem æternam, & de numero reproborum (ſaltem ſecundum præſentem juſtitiam) reputandi. Dum Deo places, nihil intereſt hominibus diſplicere.

2. Antequam excitata decidantur notandum venit, quod cum votum ſit voluntaria promiſſio divino numini facta deliberatè procedens, ea libertas exigitur ad voti valorem, quæ ſufficit ad conſtituendam actionem bonam meritoriam, vel malam demeritoriam, aliàs, quia liberum arbitrium non operatur, niſi præcedente ſcientia & notitia plena de objecto ad quod tendit, in ſua optione manens, aut actus poſitivus in proſecutionem, vel fugam: ſeu ſiſtat in pura omiſſione, nullum votum validum erit deficiente indifferentia in propoſitione objecti facta ab intellectu: vel in voluntate, facultate eligendi quodcumque de duobus extremis. Suarez tom. 2. de Religione trac. 6. lib. 1. cap. 9. n. 11. ſequentem excitans litem in doctrinæ ſuffragium & ad plura percipienda. *Quo ſigno diſcerni poterit, quando votum ſubito factum validum, aut invalidum fuerit ex perturbatione vel inconconſideratione rationis.* Sententia fuit aliquorum, duo ſigna manifeſtare inſufficientem libertatem ad obligandum votum emiſſum; primum ſignum ponitur, quando quis ceſſante paſſione vel infirmitate, memor eorum quæ vovit, dolet pœnitetque promiſiſſe; alterum ſignum quod ita coartatur, ut non interveniente paſſione ſive infirmitate nullatenus votum emitteretur. De primo ſigno hoc judicium fert Suarez. *Non tamen rejiciendum eſt hoc ſignum, quin ſit aliqua conjectura, ſi alia accedant; ſed ſolum; nec ſufficiens, nec vehemens exiſtimandum.* Quæ debeant conjecturæ accedere non aſſignat. De ſecundo vero ſigno nu. 12. ſequentia habet. *Neque etiam eſt ſignum quod non præſtitit conſenſu, poſita paſſione, neque etiam indicat fuiſſe omnino perturbatam rationem, ſed ad ſummum indicat indiſcretum, vel imprudens judicium.* Indiſcretio vel imprudentia voluntarium minuit, non tollit libertatem ad actus humanos; nu. 13. concludit. *Nullum certum & infallibile poſſe circa hoc dari, ſed prudenti arbitrio opus eſſe, & præſertim expectandum eſt rationis advertentiam.* Doctores ſæpius recognovi, nec in ullo certum & infallibile ſignum inveni; ideo Suario adhereo, prudenti arbitrio relinquendum. In caſu conſulto habemus Dionyſium nuſquam retractaſſe pleno judicio, ac libertate votatam promiſſionem quam protulit laborantem febribus ſincopalibus, nec immemorem fuiſſe circunſtantiæ temporis, in quo ſpopondit aſſumendum à ſe ſtatum Religioſum, imo à contrario nullo ſuggerente, aut cohortante, ratificaſſe promiſſionem factam præcedente inſtantia ſui genitoris; ſpontanea optione ex nutu proprio, nullo aſtringente iteraſſe; unde dat probabile non fore, ſufficere illa duo ſigna in invalidandum votum, præciſa ratificatione, adhucque obligabatur ab illo, principaliter quia examinatus quid poſt votum emiſſum ipſi acciderit in langore, reſpondit ſtatim poſt vocatum confeſſarium, & Sacramentum pœnitentiæ ei adminiſtratum, & à brevibus inſtantibus ſeu momentis, Euchariſtiam per viaticum; Si ergo ſufficientem libertatem tenuit, nec ratio judicata fuit perturbata à medicis, & confeſſario, ut utrumque iſtud Sacramentum acciperet, non eſt cur inſufficiens putetur ad validè vovendum, ſi quidem iterato examine an ſomno dicto lethargo, recordaretur de his quæ acciderunt quando genitor perſuadebat votum emittendum conditionatum, dixit, quod quamquam anxiaretur pro illo tunc nullo pacto impeditum judicium in noſcendum ſuum patrem, nec alterum fuiſſe, qui voto perſuadebat; addidit, ſe timore filiali in reverentiam paternam, addictum metu, ne genitor iraſceretur, ideo annuiſſe vovendo; ex quo alia controverſia inducitur ad judicium ferendum de validitate, vel invaliditate prædicti voti emiſſi. Utrum videlicet; metus reverentialis promittentem excuſet ab obligatione adimplendi illud quod tali timore aſtrictus, non vi, vel coactione, vovit.

3. Liberam ab omni coactione, & metu debere fore voluntatē in promittente nihil certius. Suarez citato lib. 1. cap 7. n. 2. ſupponit. *Metum interdum oriri ex imminentia mali provenientis ex naturalibus cauſis, ut ex gravi morbo, ex naufragij periculo, & ſimilibus; interdum vero ex hominis coactione violenta, quæ interdum poteſt eſſe juſta, interdum injurioſa: at denique aliquando poteſt metus ira mitti ad extorquēdum votum, ut ſi mater minaretur filiæ gravem vexationem, niſi voveat caſtitatē aut Religionem; aliquando vero metus eſt occaſio voti, licet directè non fiat ad illum finem.* Subdiſtinguit Suarez & individuat doctrinam nu. 3. innegabile ſtatuens, metum provenientem à cauſis naturalibus valida relinquere vota, capite literarum de voto; quin obeſt, capite Gonſaldus 19. quæſt. 2. Ubi introducitur caſus in quo à Pontifice reſtituendum præcipitur cuidam Beneficium Eccleſiaſticum & eventus fuit. Preſſus paſſione vehementi, ſeu infirmitate, dictus Gonſaldus vovit committere ſe ſubjectum juriſdictionis cujuſdam Abbatis in eadem ejus

Digitized by Google

Religione; Sed Papa declarat tale votum, quia paſſione emiſſum non fore validum; Ergo ſic in noſtro caſu. Reſpondeo negando minorem: quia ſummus Pontifex tantummodò declaravit Gonſaldum ſatisfeciſſe voto aſſumendo habitum Religioſum, à quo ſpoliatus noviciatus anno, judiciali ſententia obtinuit regreſſum ad ſuum Beneficium Eccleſiaſticum; Ergo etſi mortis metu voverit Dionyſius; vel reverentiali timore paterno: ſi directè, unum vel alterum factum non fuit ad extorquendum votum, valori ejus non obſtabat; ut expreſſit Suarez eo capite 7. nu. 8. Quidquid ſit an jure naturæ (ut vult ſanctus Bonaventura 3. diſ. 36. art. 3. quæſt. 2. ad primum) ſive Eccleſiaſtico; nullum fore votum, nulla interveniente optione voluntaria omnes fatentur; ſi autem intercedat vexatio incutiens metum, hic præſcindendus; aut enim incutitur vis violenta ex minis malorum, quibus coagitur animus vel perſuaſio procedit à quadam benevola dilectione, optante bonum illi qui vovit; primo modo difficulter aſſignatur quo pacto non annullet; ſecundo verò non quit nullum reddi, niſi ab aliqua circunſtantia, in qua metus incuſſus verificet vexatum voventum. Caſtro Palao tom. 3. tract. 15. diſp. 1. p. 1. nu. 5. *Ob nullum metum juſte incuſſum vota annullare, quia poſtulant votum hujuſmodi metu illato, potius cenſendus eſt votum offerre, ut medium ad vitandum malum ortum ex natura delicti aut aliàs, quam metum inferre; quæ ratio procedit etiam ſi ad profeſſionem, vel Matrimonium cogat: quia in hac petitione nulla eſt coactio, ſed potius cujuſdam beneficij & remedij mali tibi imminentis.* Hæc doctrina roborat illam inſinuatam à Suavio. *Etiam ſi metus proveniat ex actione hominis injurioſa, ſi non directè ſit ad extorquendum votum, non obſtat valori ejus.* Quis Patrem benevolum cogitaret rigida violentia incuſſiſſe metum filio moribundo, & non potius amoroſa perſuaſione in vitandam ejus mortem ſapientiſſimo conſilio melioris ſtatus, & perfectioris rogaſſe; Ergo pro hac parte Dionyſius validè vovit; qui iterùm interrogatus, an certè, vel dubiè memor fuerit habuiſſe voluntatem, animum, ſeu intentionem ſe obligandi, anceps manſit. Diſplicet, & merito Diana 4. parte tract. 3. reſol. 10. §. notandum Alphonſi de Leon ſententia ſtatuens in dubium, ſentiendum pro libertate; id eſt quod à voto quis non aſtringitur. Occurrit Diana. *Mihi non placet, nam quando aliquis eſt certus de voto, ſed dubitat, an habuerit animum ſe obligandi, tunc poſſeſſio non eſt pro libertate voluntatis, ſed pro voto*; Ergo quamquam Dionyſius dubitaverit de animo & intentione ſe obligandi, manſit obligatus, non liber à voto.

4 Inde iterùm reſpondente Dionyſio, certum fuiſſe quod vovit quidquid Pater perſuadebat, at ſine propoſito ſe obligandi ad aſſumendum habitum exequendo promiſſum; quare tantummodo depromipſiſſet præciſa verba externa hoc tenore. Voveo quod ſalute obtenta Carmelitanam ingrediar Religionem, quam profitebar. Caramuel tom. 3. lib. 4. præl. 3. nu. 1864. *Propoſitum etſi firmiſſimum non eſt votum. Quid ſi aliquis promittit ſine intentione ſe obligandi, hunc vovere contendit Caietanus apud Hermanum Buſembau in Medulla lib. 3. trac. 2. cap. 3. dub. 2. nu. 11. hanc eſſe quæſtionem de nomine judicat Buſembau. At hunc non vovere certum eſt; ita Leſſius lib 2. cap. 40. dub. 1. nu. 6. Lugo diſp. 26. de juſtitia, ſec. 1. & ratio eſt, quoniam repugnat votum quod non obliget.* Contradictio in terminis patet, aut ad voces reducenda eſt controverſia. Non obligat niſi in quantum intentio & animus inducit obligationem; Sed intentio non ſe obligandi non poteſt inducere obligationem; Ergo non obligabit; Ergo in re, votum non erit, & putanda deceptio fraudulenta, peccatum graviſſimum in fallencia rei tam ſacræ, quale votum eſt. Loquimur enim in caſu quò quis ſine animo ſe obligandi voverit, vel de voto abſolutè facto, aut conditionato; in illo tranſeat, nec votum fore, nec obligationem imponere, reputaturquè fraus, tanto gravior culpa, quanto facta Deo in facie Eccleſiæ, qui ſeſe ipſum fallit doloſè ſe gerendo & mendaciter penes illum qui etiam de potentia abſoluta repugnat fidelem non fore in ſuis promiſſis: quæ doctrina innegabilis manet, poſtquam inter 65. propoſitiones ab Innocentio XI. damnatas, hæc quæ eſt ex 25. reprobatur. *Cum cauſa licitum eſt jurare ſine animo jurandi, ſive res ſit levis, ſive gravis.* Quod enim prohibetur in juramento, & in voto prohibitum cenſendum, cum ſcopus & finis unius, alterius etiam idem ſit. At in voto conditionato peracto à Dionyſio eſt contractus oneroſus imponens obligationem utrique; Ergo pactum obligare non poſſe, tranſeat, ſi fiat ex liberalitate tantummodò ſe gerit, verum eo ipſo quod dat, contractum celebrat atque in promittente obligationem imponit. Bonacina tom. 2. diſp. 3. de contractibus quæſt. 1. p. 2. nu. 12. *Patet quid dicendum ſit de voto ſimplici facto per dolum, dicendum enim eſt juxta dicta de voto non eſſe obligationem adimplendi votum ſimplex factum ex dolo verſante circa cauſam finalem. Votum vero factum per dolum verſantem circa impulſivam, adimplendum eſt.* Quid hæc utraque cauſa, impulſiva videlicet & finalis penes votum explicaverat nu. 8. *Tunc dolus verſatur circa cauſam finalem, quando ita movet diſponentem, ut aliàs non fuiſſet diſpoſiturus.* Et paucis interpoſitis. *Tunc dicitur dolus verſari circa cauſam impulſivam, quando quis ceſſante eo dolo dediſſet quidem, ſed non ita libenter aut non ita facilè, vel cito.* Quid luculentius pro individuo eventu quem gerimus. Ceſſante dolo, metus ipſe reverentialis Dionyſij influens illum ceſſavit; poſtea non ita facilè vel cito votum rectificavit; Ergo præſumptum votum validum quod emiſit conditionatum à completa conditione ſanitatis. Quam propriè Scotus 4. diſ. 38. quæſt. 1. §. dico v. iſti 3. nu. 8. ſimilia vota appellat præſumpta aſtringentia ex intentione ſine intentione. Replicavit Dionyſius; ab ignorantia invincibili ſe excuſare; inſiſti ex Bonacina tom. 2. diſp. 4. circa ſecundum Decalogi præceptum quæſt. 2. p. 1. nu. 7. *Tacitam etiam, & virtualem voluntatem circa votum caſtitatis habet ille, qui recipit ordines ſacros ignorans illis annexum votum caſtitatis*; Ergo licet ignoraret Dionyſius invincibiliter annexam obligationem in illo voto conditionato, adimpleta conditione, implicita & virtualis fuit voluntas ſe obligandi, compatibilis quidem cum illa formali & expreſſa quam ajebat non ſe obligandi; & hoc eſt quod diximus in ſimilibus votis incumbere obligationem cum dolo emiſſis, quia ſine dolo, adimpleta conditione aſtringit contractus intercedens inter promittentem & liberaliter donatarium.

5. Abundabat in aſſumptum quod hucuſquè introduximus, robur tamen accipiet à quadam doctrina Ferdinandi de Caſtro Palao tom. 3. trac. 15. diſp. 1. de voto p. 3. nu. 4. Ubi diſtinguit in voto executionem operis promiſſi à promiſſionis obligatione, unde duas depromit conſequentias; *Ergo poteſt eſſe animus amplectendi obligationem, quin adſit animus exequendi promiſſum; Ergo poteſt eſſe promiſſio abſque animo promiſſum exequendi.* Conformaliter quod conditionatè quis vovet, virtualiter & implicitè habet animum amplectendi obligationem adimpleta conditione quantumcumquè animus non ſit exequendi promiſſum à fallaci intentione qua geritur in verbis; Ergo, quia dolus in Dionyſio fuit non exequendi promiſſum, quamvis interceſſerit in ipſo expreſſa intentio non ſe obligandi per illam ſimulationem fraudulentam, ab ipſo quod conditionatè promiſit, pro obtinenda ſalute, inter Deum & ipſum pactum ſeu contractus interceſſit; donanſque divinum nomen ex liberali Clementia ſua ſanitatem, talis contractus induxit in Dionyſio implicitum, & virtualè

Digitized by Google

propoſitum, ad quod exequendum tenebatur ex vi donantis & promittentis pactione: Exemplifico rem in his quæ quotidiè contingunt. Ponamus Antonium, & Bernardinum inter ſe convenire de quadam domo transferenda ab Antonio in Bernardinum; ſub ſequenti conditione ſi hic exſequatur exitum ab alia domo, promittit Bernardinus quod exibit dum ante ſcripturam factam ſit promiſſio de donanda domo, ſcripturam facit Antonius; ab eo ipſo quod conditio fuit completa, manet obligatus Bernardinus ad exequendum, quod in contractu ſpopondit, quantumcumquè proteſtetur ſe animum & intentionem non habuiſſe adimplendi quod ſpopondit, ex illa Palao conſequentia: *Poteſt eſſe animus amplectendi obligationem, quin adſit animus exequendi promiſſum.* Et iſtis conſonat eventus à quodam antiſtite variè ponderatus: Juvenis quidam concubinarius nullum habens propoſitum ſeparandi à ſe concubinam; pro ordine ſacro Subdiaconatus inſtantibus parentibus adoleſcentis ad Epiſcopum acceſſit, qui Subdiaconum conſtituit; & conſequenter vovit caſtitatem, cumque non ita ſilentiosè ſe gereret poſtea in concubinatu; vocatus ab Ordinario loci, & minatus de pœna infligenda propter turpitudinis ſacrilegium, reſpondit ſe animum non habuiſſe imponendi ſibi obligationem in exequendo voto cum illa individuali fœmina: Ergo aliud eſt, voto ſe obligare, alterum non exequi votum; ille tolerabat propoſitum firmum & efficax non ſe aſtringendi voto, & virtualiter ſeu implicitè eo aſtrictus manebat, undè, ex pacto, ſeu contractu intercedente inter illum qui ſuſcipit ſubdiaconatus ordinem, & Eccleſiam, exiſtente implicicita & virtuali intentione in vovente obligandi ſe ad caſtitatem: Ergo compatibile eſt quod Dionyſius quantumvis ignorantia invincibili laboraret, animum & propoſitum habuiſſe non ſe obligandi ſanitate accepta aſſumendi habitum Religioſum, & obligatum manſiſſe ad exſequendum, quod ſpopondit ex adimpleta conditione propter contractum ſeu pactum intercedens.

6. Horum tenore ſubſcriſi obligationem reſultare cuidam fœminæ, ut fieret clariſſima; infirmitate laborabat quidam maritus Helenæ v. g. nomine Didacus; cumque moribundus à medicis moneretur, ferventiſſima devotione allectus in ſanctum Complutenſem Didacum ſponſam vocavit, atque maritali dilectione perſuaſit, ambos de communi conſenſum votum emittere, quod ſi interceſſione tanti herois civis cœlectis ſalutem conſequeretur, ſponſus Minorita laicus efficiendus, uxor monialis ſanctæ Claræ; uterque communi conſenſu externo votum emiſerunt ante illius imaginem; miraculosè teſtificabant Medici derepentè convaluiſſe infirmum, ut quâ horâ moriturum prænunciaverant, perfecta ſalute donatum invenerunt, non aliter, ac de Carolo Hiſpaniarum Principe recitat factum Breviarium Franciſcanum ad diem 19. Menſis Novembris in tertia lectione ſecundi nocturni. Præſtanti & ſufficienti robore præditus languidus Didacus reſtitutuſque poſt ſex menſes de adimplendo voto, tractat cum uxore Helena, quæ reſpondit ſe eo non aſtrictam, quia tantummodo exterius id promiſerat, ne ea reſiſtente in perniciem mariti reſultaret, ingraveſcente infirmitate deducta ad ultimam illius horam; interius autem nullatenus ſe voluiſſe obligare, eo quod ſibi jugiter fuit repugnans ſtatus Religioſus, incomprenſibilia judicia Divina, quæ ſemel inchoata à ſe perficit, impedimentum tollens ne in caſum bona humana voluptas defraudetur; à viginti diebus poſt propoſitum à Didaco Helenæ uxori, hæc eodem langoris genere, ac præceſſit in marito, è vita uxor diceſſit, quin facultas in ea foret ex amentia in quam incidit, votum ratificare aut de novo promittere; cumque liber jam Didacus adimplere promiſſum curaret, pro ſua conſolatione congreſſum decem Theologorum vocavit in domum propriam, quos conſuluit, an mortua ſponſa ipſe teneretur voto illo: ſubſcripſerunt octo, obligatum pariter; pro quo Bonacina tom. 1. quæſt. 1. de ſponſalibus p. 5. nu. 6. *Votum Religionis quod ſponſus emiſit, poſtquam virtute ſponſalium copulam extorſit non eſſe irritum & invalidum, ſed eſſe validum & obligare poſt diſſolutionem Matrimonii. Ut ſic enim eſt de re juſta & habet tractum ſucceſſionis; conſequenterque ſponſus diſſolutis ſponſalibus, ſeu Matrimonio per mortem, vel ob aliam juſtam cauſam, tenetur ingredi Religionem, quia votum ex parte ſponſi videtur eſſe validum, neque ejus obligatio extinguitur per Matrimonium, ſed ſuſpenditur*; Ergo quamquam Didacus non voverit, niſi intrare Religionem conſtante Matrimonio, & jam viduatus, non ad hoc liber manebat: quia obligatio non erat extincta. Cujus ratio efficax eſt, non altera, niſi eo quod conditionatum præceſſit, & adimpleta conditione intervenire videtur contractus ſeu pactum inter promittentem, & Deum ſanitatem donantem; Si ergo in hoc eventu urget onus exequendi, & adimplendi votum, tenens tempus quo ſuſpenditur debitum executionis, plus multo efficacius in Dionyſio, in quo nec minimum, quo ſuſpenderetur invenitur.

7. Præcipuè autem; quia in plena libertate taliter qualiter factum fuerat votum ratificans Dionyſius denuo promiſit, qui enim ratificat aut quod peregit, certum & validum, confirmat; vel peractum nullum & incertum validat & certificat, relata ad actus humanos illa juris Regula; *Quod ab initio non valet tractu temporis non convaleſcit*, (Vazquez tom. 4. in 3. p. quæſt. 93. arti. 2. dub. 2. Et Lugo diſp. 19. de ſacramento pœnitentiæ ſec. 2. n. 21. eam verificat tantummodo ſine minima exceptione in ſacramentis) non tenet niſi in ſacramentis Eccleſiæ, ita ut ſi quando aliquod eorum conficitur, & intentione actuali vel virtuali conficiendi miniſter caret, poſtea quantumcumque ratificet voluntatem, conficere non valebit: quia validitas dependere nequit à conſenſu reduplicativè futuro; imo nequè futuro ſpecificativè; ita licet in contractu maritali ratihabitio non admittatur; quoad actus humanos, in voto & quolibet altero contractu civili admititur. Diſcrimen notum eſt, quia ſacramenta ſunt ſigna practica ſic inſtituta à Chriſto, ut quoad miniſtri intentionem nulla eſſet, niſi actualis vel virtualis. Quo pacto advertit Hicheus, quarto, diſ. 19. in commentario ad literam Scoti n. 38. improbabilem fore ſententiam firmantem dari ratihabitionem in peragenda ſacramenta *Quia ipſa Iuriſdictio debet antecedere actum judicialem in miniſtro; ratihabitio conſequitur factum, & ſolum in contractibus & cauſis civilibus retrotrahitur & comparatur mandato.* Moxquè ſubnectit. *In genere quandoquè facta ſuppleri poſſunt à jure qua aliàs erat nulla, ut quod obligatio ſuam ſortiatur per ſubſequentem ratihabitionem. Nequit autem jus ſupplere defectum eſſentialem in ſacramentis*; Sed in voto ſuppletur à jure; Ergo ratihabitio efficit quod antiquus ſortiatur effectus, conſequenterquè in plena libertate exiſtens Dionyſius adimplére tenebatur votum, quantumcumquè dubius aut certus ſteterit de defectu intentionis ſe obligandi tempore, quo primo emiſit votum qualitercumque pro tunc judicetur invalidum. Caramuel tom. 1. in Theologia fundamentali fundamento 39. clavi 4. n. 967. poſtquam Regulam 10. explicat quæ eſt hujuſmodi. *Ratihabitionem retrotrahi & mandato non eſt dubium comparari*, advertit, & genuiniſſimè. *Nota obiter ratihabitionem non habere locum, ſi lege publica excludatur, aut Reſpublica ſolemnitatem aliquam poſtulet ad valorem contractus*; Ergo dum nulla lege excluditur à voto ſimplici caſtitatis, vel Religionis, nec in

Digitized by Google

eis indicitur aliqua ſolemnitas inſtituta ab Eccleſia tertotrahetur ex ſequenti conſenſu in valorem prioris invaliditatis, quin immoremur, utrum in ſolemni voto capacitarem teneat ratihabitio, tenere ſentiunt fere omnes; imo in votis ſimplicibus profeſſorum ſocietatis Jeſu, & illarum Religionum quæ in votis ſimplicibus approbantur ab Eccleſia, quia ipſa Eccleſiæ approbatio id declarat. Quoad ergo caſum conſultum, quantumvis motus ille reverentialis ad genitorem in Andrea dicatur ſufficere ad invalidandum votum, aſſerendum eſt peccaſſe Matrimonium abſque diſpenſatione contrahendo, propter ratificationem ſubſecutam in plena libertate totieſque peccaſſe, quoties ab uxore debitum extorſit conjugale, non autem dum petitum à ſponſa dedit.

8. Septem jam difficultates propoſitæ nu. 3. dedeciduntur præ conſideratione tenendo plus impedire uſum Matrimonii votum caſtitatis, quam Religionis. Compatitur enim licitum fore uſum Matrimonii in eo, qui verè Religioſus eſt; & patet in militaribus ordinibus ſancti Jacobi, ſub regulâ ſancti Auguſtini; Alcantaræ & Calatravæ, ſub regula ſancti Benedicti; de quo infra numero ſequenti. Penes ergo primum veſtigatum eo n. 3. diſtinguo de viro docto conſilium præſtante, aut enim ex munere & officio exercito illud dedit, puta confeſſionem ſacramentalem adminiſtrando, ſivè quia Ordinarius erat Parrochus; hoc pacto graviſſimè peccavit cum in munere quod alicui incumbit, invincibilis non admittatur ignorantia, & quæcumque ſit, reputetur craſſa, ſupina, & vincibilis: vel ita monuit, ad eum non pertinens conſcientia Andreæ inquirentis dictamen; & quia ſic capax erat ignorantiæ invincibilis, excuſari valebat à peccato. Quando una vel altera judicanda ignorantia, Maſtrius in Theologia morali diſp. 15. quæſt. 6. art. 2. n. 96. *Quænam autem diligentia ſit adhibenda ut ignorantia aliqua judicetur invincibilis, certum eſt quod quotieſcumque quis præſtat omne id quod præſtare tenetur ad ignorentiam expellendam, & ad acquirendam ſcientiam, oppoſitam quam habere tenetur, tunc ignorantia adhuc in eo remanens erit invincibilis, & inculpabilis, quia juxta communen Theologorum ſententiam ad expellendam ignorentiam, non tenetur homo adhibere omnem diligentiam phiſicè poſſibilem, ſiquidem cum lex Dei ſit jugum ſuave cum tanto rigore obligare cenſenda non eſt; ſed ſufficit ſi adhibeat diligentiam moraliter poſſibilem & quæ moraliter ſufficiens cenſetur ad ignorantiam expellendam. Qualis autem, & quanta hæc moralis diligentia eſſe debeat, & quando dicatur quis omnem diligentiam præſtare, quam adhibere tenetur, hæc regula generalis à Theologis communiter aſſignari ſolet, quod quotieſcumque adhibetur humana & morale diligentia quam adhibere ſolent cordati in aliquo negatio grave, conſulendo ſcilicet viros doctos. adhibet diligentiam prudenti judicio ſufficientem, quamvis poſſet adhibere majorem, non tenebitur, & ignorantia erit invincibilis.* Inde infert quod præſtita prædicta diligentia nullam ſuſpicionem ponit, quod peccet operando quod aliàs illicitum erat; idem ſcripſerat Maſtrius in ſecundum ſententiarum Scoti diſp. 5. quæſt. 2. circa virum conſulentem hæc cenſui; penes Dionyſium nuſquam adhærebo non peccaſſe, ſemperque in eo vincibilem judicabo ignorantiam, quandoquidem ſolo conſulto illo viro docto, adhuc tenebatur dictamen aliorum ſapientium quærere, principaliter, ajente Andrea remorſu conſcientiæ jugiter ſcrupulizare, & ſatis ſibi factum nuſquam quietem potuiſſe ſentire, & jam poſt contractum Matrimonium, eatenus inquiſiviſſe ab aliis, quid ſibi expedire, in eo eventu tenebatur.

9. Quoad ſecundum propoſitum eo n. 3. profert peccaſſe Dionyſium mortaliter dando ſchedulam, ſeu promittendo ſub juramento nuptias in maritationem Plura occurrebant ad aſſertionis robur, quæ omitto cum abundent verba Cornelii à lapide piæ mentis ſancti Pauli clauſulam, prima ad Chorinſtios 7. v. 9. refert enim hic Jeſuita quid de tempore ſancti Auguſtini in pœnam illis infligebatur propter fractionem voti caſtitatis ſi nubebant, & inquit, commentario ad v. 9. g. allegatum ex epiſtola ad Chorintios. *Tempore ſancti Auguſtini illæ quæ voverant & profeſſæ erant caſtitatem, licet peccarent nubendo, validum tamen contrahebant Matrimonium; nec dum enim illo tempore ab Eccleſia votum ſolemne conſtitutum erat impedimentum dirimens Matrimonium.* Quo poſito ſic. Contra ſe opponit ſanctus Auguſtinus libro de ſancta Virginitate cap. 34. *quod illæ quæ voto aſtrictæ fornicantur melius facerent, ſi nuberent, quam urerentur id eſt flamma concupiſcentiæ vaſtarentur.* Quibus ſatisfacit Cornelius n. 156. per tres ſolutiones. *Aliter hoc dicit Auguſtinus, hoc ſenſu, quod nimirum, talibus melius, id eſt minus malum ſit nubere, quam fornicari. Non ergo negat eas peccare nubendo, ſed tantum aſſerit eas minus peccare nubendo quam fornicando.* Non enim Auguſtinus conſulit nubere tales, ſed conferens flagitium quod perpetrant, minus malum inquit futurum, quod nuptui ſe darent quã hoc frangerent cum ſcandalo votum. Subjungit Jeſuita. *Talibus enim abſolutè melius eſt nubere quam uri, ſi videlicet legitimè has nuptias in eam, puta cum conſenſu Eccleſiæ, diſpenſatione Pontificis in voto continentiæ.* Sed Dionyſius contra votum continentiæ abſquè diſpenſatione Papæ Matrimonium promiſit, verbo & ſcripto, quin de hac memor eſſet; Ergo peccavit promittens quod niſi illicitè adimplere non quibat. Conſonè Cornelius n. 157. *Talis ſi nubat peccat quidem graviter contra votum nubendo; poſt nuptias tamen poteſt ſervare votum caſtitatis, ita ut non peccet ſi videlicet non exigat, ſed, tantum reddat debitum.* Ergo quoties exegit debitum peccavit frangens votum caſtitatis inclusum formaliter in voto Religionis, quod ſpopondit Dionyſius in plena libertate exiſtens, quando ratificavit illud præcedens in quo dubitabatur, an ſine ſufficiente libertate illud deprompſerit invalidum (ſaltem propter metum reverentialem ad ſuum genitorem, qui perſuadebat benevolo affectu promiſſionem) validum tamen à ratificatione.

10. Verumtamen quia verſamur non in voto caſtitatis præcisè, ſed in eo quod eſt aſſumendi habitum Religioſum, Bonacina tom. 2. diſp. 4. in ſecundum Decalogi præceptum quæſt. 2. p. 5. §. 6. n. 19. inquirens. Ad quid teneatur *vovens, qui poſt votum Religionis iniit Matrimonium, cum nondum repulſam in perpetuum tuliſſet ab iis ad quos expectat admiſſio.* Nonnè hic eſt eventus conſultus. Ad quid tenebatur Dionyſius voto aſtrictus aſſumendi habitum carmelitanum, cum nondum repulſam paſſus ſit ab eis ad quos expectabat eum admittere ad Religionem, vel repellere. Reſpondet. *Teneri inito Matrimonio, ſed nondum conſummato Religionem ingredi; nam adimpletio voti eſt adhuc illi poſſibilis; ideo peccat prima vice petendo, aut reddendo debitum poſt primam verò vicem poteſt petere & reddere, quia votum Religionis non eſt votum caſtitatis, & vovens Religionem non tenetur ex vi voti ad caſtitatem ante ſuſceptam Religionem.* Non annuo cauſali Bonacinæ, quia revera ante ſuſceptam Religionem tenetur ad caſtitatem ſervandam extra Matrimonium; argumento efficaci. Qui voto Religionis aſtrictus fornicationem facit illicitam, vel ſacrilegium committit, aut non; primum dat intentum; nequit circumſtantia ſacrilegii fornicatio conſtitui, niſi fractione voti caſtitatis per te eam circunſtantiam tenet ex voto Religionis præcisè emiſſo; Ergo tenebitur ad obſervandum votum caſtitatis: ſi dicatur ſecundum,

Digitized by Google

contra; Ergo nec in prima vice peccat exigendo debitum, aut reddendo. Probatur conſequentia; non minus influit in Matrimonium votum Religionis impediens uſum Matrimonii quoad primam vicem, ac penes alteras, quandoquidem æquanimiter ſe gerit, dum non diſpenſatur; Sed per te in prima vice peccat exigens & reddens; Ergo ſemper eodem pacto peccabit. Obiicies: non aliter ſe habet in voto Religionis ante profeſſionem illud quod eſt paupertatis, ac alterum quod caſtitatis eſt; ſed ante ſuſceptam Religionem in profeſſione, nullus obligatur ad ſervandã paupertatem, quamtumvis aſtringatur voto Religionis aſſummendæ; Ergo nec obligatur ad ſervandum caſtitatem. Omitto majorem, & diſtinguo ſuppoſitum, nempè ſibi *pariter ſe habere*, reſpiciat obligationem ex natura & influxu ſponſionis, quin inſpiciat prohibitionem Eccleſiæ per Matrimonii impedimentum ſtatutum ab ea; fateor ex natura rei pariter ſe habere connotativè ad id quod prohibet Eccleſia nego. Unde cum hæc ponat impedimentum in voto caſtitatis, & Religionis, eo præcisè quòd Religio vovetur, inhibetur petitio debiti continua, dum votum non diſpenſatur. Altera pars conſilii de viduato Dionyſio, & tunc non admiſſo in Carmelitana Religione, utrum tunc ſecundas & tertias nuptias celebrare quiret. Pellizatius tom. 1. trac. 4. cap. 1. n. 56. *Voventem Religionem manere liberum ſi adhibita & facta ſufficienti diligentia non admittatur, intelligendum eſt cum duplici limitatione, quod cauſa repulſæ ſit perpetua, & quod repulſa proveniat ab habente legitimam poteſtatem admittendi*: quò fit, ut ſi repulſa ſteterit per voventem, qui malitioſè ſe gerit, aut non fuerit niſi ad tempus; non liberabitur ab obligatione voti. Viduatus igitur Dionyſius & repulſus perpetuò à legitimo ſuperiori Carmelitano, non dante ipſo repulſæ cauſas ſeu motiva, tutâ conſcientiâ poterit ſecundas & tertias nuptias celebrare, quia eo ipſo quod repellitur manet ſine obligatione voti, cujus adimpletio exacta non ſtat per eum.

11. Tertium, in quo quartum, & quintum inquiſitum n. 3. ſolvitur, petit advertere; non eſſe noſtrum caſum illum, de quo loquitur Pellizarius eo capite 1. n. 77. diſputans. *Ad quid teneatur qui poſt votum Religionis contrahit Matrimonium* n. 78. ſic decidit *Veruntamen eſt quotquot tempus conceſſum conjugi poſt Matrimonium in jure ſit limitatum; nempè duorum menſium, ſi illud tempus elapſum ſit, ſive per impotentiam, ſive per negligentiam, & alter conjux petat jus ſuum à conjuge aſtricto voto Religionis nolens amplius differre, poteſt iſte, imo & tenetur reddere debitum, nec peccat conſummando Matrimonium (eſto non poſſit conſummare petendo, cum vi voti teneatur ſe conſervare, quantum eſt ex ſe aptum ad ingreſſum Religionis, & non ponere novum impedimentum;) & ratio eſt quod cum alter conjux petat jus ſuum pro eo tempore quò ipſi debetur non poteſt, vovens juſtè negare occaſione voti, quod utique non obligat. Cum injuria proximi.* Clauſulæ iſtæ confirmant inducta numero præterito contra Bonacinam; quin urgeat adverſus me hoc argumentum. non obſtante voto emiſſo ab eo, quia Matrimonium fecit validum præſtita fuit juriſdictio, ſeu præceſſit jus in corpus conſugis, qui voto non aſtringebatur; & ſimiliter in iſto penes corpus alterius voto aſtricti; Ergo iſte nec dando nec petendo peccabit. Probatur conſequentia; ideo ſponſus voto aſtrictus exhibendo non peccat, quia ceſſat obligatio propter injuriam irrogatam conjugi non aſtricto volenti ſuo jure uti; Sed non minus injuriatur, dum ab eo non petitur debitum; nam privatur jure quod ab ipſo exoretur; Ergo & licitè valebit & petere quoties voluerit; nec peccabit, niſi quia Matrimonium contraxit. Reſpondeo adimpletionem voti excellere, & præponderari proli propagandæ, eo quia ſemper obſervatio caſtitatis eſt majoris ponderis, quam non obſervatio caſtitatis, quantumvis hæc licita Matrimonio ſit. In forma dico: tranſeat major probationis, nego primam conſequentiam & minorem ſubductam, & patet doctrina ex differentia exigendi debitum à creditore ac ſolvendi ipſum à debitore: licitè enim creditor poteſt non exigere debitum; debitor autem nullo pacto poteſt non ſolvere dum tenetur; & hinc de Dionyſio in tertio propoſito dubio, patet ſine diſpenſatione non potuiſſe petere debitum conjugale, commiſiſſequè peccatum in contractu maritali: & ut abſque ſcrupulo maneret nullo impedimento laborante, tenebatur petere diſpenſationem voti Religionis à Papa, vel virtute indulti, ſi ſit, ab eo qui facultatem obtinet diſpenſandi ſimilia vota, quæ inter reſervata generaliter connumerantur, & indiſpenſabilia ſunt non obtenta autoritate ſingulari, quâ reſervatio tollatur; bene verum eſt quod ſi non adſit acceſſus ad ſummum Pontificem propter periculum incontinentiæ, valde probabiliter Doctores aliqui affirmant & inſinuavi, & eos dedi in conſultatione 4. nu. 6. in eo rariſſimo eventu de Matrimonio cum duabus ſororibus, urgentiſſima enim neceſſitate occurrente pariter ſe habent, impedimenta Matrimonii & votum. Unde tale votum à loci Ordinario diſpenſabile mihi veroſimile videtur, non enim Catholica Eccleſia onera imponit incomportabilia.

12. Sextum jam decidendum quod interrogatum habetur nu. 3. Nihi certius, quam voti particularis obligatio perſonalis. Suarez tom. 2. de Religione lib. 4. cap. 9. n. 1. *Aliud eſt formalem obligationem voti comprehendere alium præter voventem; aliud vero ex voto unius manere obligationem aliquam ad alium, non voti, nec Religionis, ſed juſtitiæ vel alterius præcepti.* De primo ſenſu indiſputabile eſt, quia nihil plauſibilius, quam voti obligatio marito incumbens non tranſeat ad uxorem: ideo ea quæ fuit Andræ, etſi conſcia illa de hujus impedimento, à nullo capite peccavit in contractu maritali, nec privata fuit exigendi, vel dandi conjugale debitum; nec aſtricta, aut uxorata, vel vidua intrare Religionem. Diſcrimem votorum quæ nuncupantur realia, atquè perſonalia dicuntur, nihi compertius; Audiamus Suarium eo libro 4. cap. 11. nu. 2. *Perſonalia non tranſeunt ad hæredes, etiam volente & præcipiente teſtatore, niſi hæres ſpontè ſua acceptet, & faciat ſuam promiſſionem defuncti juxta caput, licet de voto, quia hoc onus perſonale non eſt conjunctum cum hæreditate.* Igitur cum votum non ſit Matrimonii onus, illud quod peractum eſt à viro non tranſibit ad ſponſam, nec emiſſum ab hac in illum; ſolumque reſtat exponere, utrum à juſtitia, vel ab altera radice manſerit obligata talis Andræ uxor in non conſentiendum contractui maritali cum illo quem ſciebat peccaturum cõtrahendo; & ratio dubitandi efformatur ita: qui ponit ex ſe perpetuum impedimentum, ut adimpleatur præceptum, juramentum, vel votum quô quis tenetur, peccat mortaliter, vim inferens illi; Sed uxor Dionyſii ex contractu maritali conſummato ponebat ei perpetuum impedimentum, præcipuè nuſquam ipſa conſentiente, ut fieret Religioſus, intrante illa in Religionem; allas poterat mori Dionyſius priuſquam uxor, ſicque nuſquam tempus habuiſſe adimplendi & exequendi votum; Ergo videtur peccaſſe conſentiendo in Matrimonio. Debilis inſtantia. Non peccaſſe arguitur in contractu maritali ab hoc quod quantumvis conſcia fuiſſet de voti impedimento, adhuc manebat bimeſtre, in quo nullum erat obſtaculum Dionyſio ad exequendũ quod ſpoponderat; principaliter cum fama talis mulieris urgeret ex illius promiſſione præſtita, verbo & ſcripto. Diana 3. parte trac. 4. reſol. 203. diſcutiens; *An qui poſt votum Religionis, vel caſtitatis corrupuit fœminam ſub pacto conjugii, teneatur illam*

ducere

Digitized by Google

ducere Affirmativè reſpõdens, notat ex Ponçio de Leon lib. 6. de Matrimonio cap. 12. n. 9. *Teneri quidem contrahere, ſed ante conſummationem debere ad Religionem tranſire, quia poteſt commodè utrique obligationi ſatisfacere juſtitiæ contrahendo; ſic enim reſarcitur damnum illatum illa deceptione; voto autem tranſeundo ad Religionem. Cum ergo commodè poſſit utrique ſatisfieri, non eſt cur dicamus obligationem voti Religionis aut ceſſare aut differri.* Quibus clareſcit in contractu maritali Dionyſii uxorem non poſuiſſe impedimentum adimpletionis voti. Quia tutâ conſcientiâ poterat maritus intra illud bimeſtre ſatisfacere & exequi ſponſionem, negando debitum; unde ſi Matrimonium conſummavit per eum ſtetit illud perpetuum obſtaculum apponi; eatenus maritus fuit qui peccavit, nullatenus ſponſa. In forma, nego ſuppoſitum minoris.

13 Ceſſat his ſubdubium motum à Pellizario tom 1. trac. 4. cap. 1. ubi cum nu. 84. ut reſolvat ad quid tenetur qui præmiſſo caſtitatis voto, urgetur ab infamia, quæ mulieri irrogaretur, ſi non contraheretur Matrimonium; & reſpondens fortius vinculum aſtringere in charitate ad non irrogandam proximo infamiam, quam in juſtitia & Religione exercenda, quandoquidem illa principalior eſt virtus Theologica; juſtitia vero, & Religio pertinent ad virtutes Morales; & in conferentia ſeu concurrentia virtutum Moralium cum aliqua ex Theologicis, iſtæ ceſſant ut illæ accipiant perfectum complementum; Subdubitat igitur Pellizarius nu. 85. *Utrum in iſto caſu* (Videlicet, in quo irrogaretur infamia) *debeat peti diſpenſatio voti Religionis?* Et à doctrina Leſſii lib. 2. de juſtitia & jure cap. 10. nu. 35. Reſpondet. *Non videri neceſſarium* (Nempe petere diſpenſationem) *Cum executio voti facta ſit illicita voventi, Conſulendum tamen eſſe ut petatur.* Veneror conſilium, ſecurior via eſt, quando petitur & obtinetur; non improbo diſcurſum, quamquam illa propoſitio. *Cum executio voti facta ſit illicita voventi*, aliquam teneat ambiguitatem, ſiquidem conſequenter & à malitia voventis proceſſerit, nec ſuffragium uſquam capiendum à fraudulentia, dolo, ſive peccato; nec propterea, quia illicita ſit executio alicujus voti vel juramenti, ſi adſint media, unde licita peragantur excuſationem ponunt; quaprоter ſub diſjunctione meum aperiam ſenſum; vel enim intentans Matrimonium incompoſſibile cum adimpletione voti caſtitatis, quod emiſit, illud exequitur ſine intentione conſummandi talem maritationem, ſed intra bimeſtre abſtinendo, ſe à copula maritali quantumcumque hæc extorqueatur à conjuge non aſtricta voto. Si hoc eſt in intentione ſua non tenebitur diſpenſationem petere, ſin vero tali propoſito careat non invenio cur diſpenſatio non petenda; in his enim rebus, in quibus tam faciliter à benignitate Apoſtolica ſuffragamur, quod tutius & ſecurius eſt ſemper pro ſententia firma tenendum, atque tuendum. Dicis non poteſt contrahi Matrimonium ratum, quin implicitè quis conſentiat in copulam maritalem; Sed votum caſtitatis frangitur non ſolum per conſenſum explicitum, verum & per implicitum in commiſtionem carnalem; Ergo voto Religionis ſeu caſtitatis aſtrictus egebit diſpenſatione, etiam ad licitè volendum contrahere Matrimonium ratum. Nego majorem, quidquid ſit de aliquorum ſententia, eam propoſitionem concedens; contra quos diffusè egi tom. 2. certaminis diſp. 3. ſec. 1. ſubſec. 3. à nu. 14. oſtendens, neque in cauſa aut radice, nec implicitè Deiparam ejuſque ſacrum ſponſum conſenſiſſe per virgineum Matrimonium in copulam carnalem: Sed tranſeat major, negabo minorem ex eadem doctrina eorum qui majorem concedunt, qui illum conſenſum implicitum cum rigidiori virginitate compatiuntur. De quo iterum redibit ſermo in inſtantiam ſolvendam conſultatione 10. n. 12.

14. Penes ultimun annuendo viduatam Dionyſii uxorem, ab hujus voto (quia perſonale iſtud, non reale) tutâ conſcientiâ, ſicut ante ſtante Matrimonio perpetuo manebat ſæcularis; inde poſt mortem ejus non aſtringebatur Religionem ingredi ex præmiſſis numero præterito; inſtabat tamen in maritatione conſulta, curâ de filiis & filiabus in ætate puerili tunc conſtitutis, & ſponſus qui erat voto Religionis aſtrictus, iterum conſuluit; an pervenientes illi ad ætatem & ſtatum, in quo ſine ipſius diligentia poſſent per ſeipſos gubernari, & alimentari, dum in ætate conſtitueretur ipſe ſenili, quâ impotens redderetur ſuſtinere rigiditatem obſervantiæ Carmelitanæ aſſumere ejus habitum obligatur, aut liber à voti obligatione manebat; quantumque temporis poſt viduationem differre quibat fieri Religioſum. Dixi ad ſerenandam quietamque conſtituendam conſcientiam, & ne amplius ſcrupulis vexaretur, ſiquidem erat non difficulter diſpenſabile votum, quod peteret diſpenſationem de eo; ſed replicavit dolens de hoc, quod nondum adimpletat votum, timere ſuam condemnationem; quia valde addictus devotioni ſantiſſimæ Matris Tereſiæ, metuebat ſibi innumera eventura mala, dum diſpenſationem peteret, ideoque nolebat à voti obligatione liberari, & lacrimis plenus ante imaginẽ Crucifixi ratificavit (nec licebat non fovere tam ſanctum propoſitum) eatenus ipſi ſatisfeci ex verbis Palao tom. 3. trac. 15. diſp. 1. p. 13. n. 4. *Si autem votum fiat abſque ulla temporis determinatione obligat ut quamprimum commodè fieri, poſſit, executioni mandetur, ex quo fit occaſionem rationabilem eſſe differendi voti executionem, ſi ſpes ſubſit quod melius & utilius ex dilatione poſita votum executurus ſis.* Non enim tardatur quod ut melius fiat, differtur. Unde occurrente in Dionyſio educatione filiorum, ſi fortaſſis viduaretur, reſpondi quod iſta conſecuta, aut inveniens media, quibus filii poſſent non indigere ſuâ curâ, ſtatim exequi ſponſionem tenebatur abſque ulla mora. Pellizarius tom. 1. trac. 4. cap. 1. n. 95. *Vovens autem non præſumitur voluiſſe ſibi imponere adeo ſtrictam obligationem, ut juſta ex cauſa non poſſet differe voti executionem, maxime cum juſta de cauſa poſſit differri executio aliorum præceptorum. Epiſcopi differunt aut anteponunt jejunium Vigiliæ ſancti Joannis ſi incidat in feriam quintam corporis Chriſti*: De quo vide conſultationem 30. n. 11. Ergo potius ne turbaretur Religio, aut aliquod onus imponeretur ex collocatione filiorum, differe poterat Dionyſius voti adimpletionem circa ultimum in quo angebatur, dum impotens ſe inveniret in obſervanda ea rigida quæ vovere tenebatur in profeſſione. Pellizarius. *An vovens Religionem, dum eſt juvenis & non potens juſta de cauſa implere votum, niſi jam factus ſenex teneatur ingredi.* Reſpondet nu. 76. *non teneri quantumvis vovens ſua culpa tempore juventutis votum non impleverit.* Mox que ex ſanzio. *Voventem in tali caſu non teneri tale votum commutare, ſed de preterita negligentia dolere, nec teneri ingredi Religionem, & ſi Religioſi velint ipſum admittere.* Hæc abundiſſimam dat ſolutionem, quam brevitatis gratia non dilato innixus verbis decreti Sacræ Congregationis videndi in Pellizario nu. 96. expedit. Anno 1645. de quadam matrona ſexagenaria aſtricta Religionem ingredi in voti adimpletionem, quod juvenis emiſerat, decernit Sacra Congregatio quod de concilio Medicorum ſuſtinere quibat ea omnia quæ quæ ſub peccato veniali vel mortali aſtringebant tenebatur voto: Ergo ſi ſuſtinere non poterat libera manebat à voto; Ergo ita in Dionyſio Philoſoplandum

CONSULTATIO IX.

De Moniali Apoſtata defuncta ex bona fide extra Monaſterium.

QUEDAM nobiliſſima, Marchioniſſæ titulô illuſtris, fœmina ancillam tenuit per ſpatium octo annorum, ſuæ benevolentiæ addictiſſimam, tum, ut ajebat, ex indole optima, fidelitate irrefragabili, ob peritiam de quocumque manuvm laboritio, quod Hiſpanè dicimus. *Muger de aliento para qualquera labor*, tum à ſollicito famulatu inſerviendi heræ imfirmantem, ſive ſanam, vel Marchioni in utroque eodem ſtatu, tum à morum compoſitione, honeſtate preſtantiſſima dotatam, inſimulquè, quia tali prudentia ſe gerebat penes alias famulas,quod Muliebres rixas componebat & alia domeſtica in directiorem pacem placabat. Poſtquam ſex duravit annos in eo famulatu, quodam die lacrimis plena ad ſuam Marchioniſſam Dominam acceſſit ſub ſecreto notum ei efficiens ſe Religioſam profeſſam fore. Noluit hera dicto credere, uſquedum occultioi cautela rem examinaverit interventu cujuſdam magnæ autoritatis Eccleſiaſtici, qui in longinqua urbe, ubi monaſterium erat, ſecretiori prudentia ex indiciis evidentibus compertam manſit, veritatem fore, ut ipſa narraverat; doluit nimis Marchioniſſa à ſua ſocietate ſeparandam Ancillam inſtantem ſuo. Cœnobio reſtituendam; & de viri doctiſſimi Concilio, annuente Diœceſano Epiſcopo, petitum fuit à ſummo Pontifice quod diſpenſaret, ut dum viveret Marchioniſſa in ſuo maneret famula comitio, nec uſquam diſpenſatio obtineri valuit; in his, aliiſque diligentiis unus percurrit annus, in cujus finem morte præoccupatur extra Monaſterium famula in Marchionis Palatio; cumquè aliqua bona quantioſa remanerent, quæ aliàs dum voto paupertatis non aſtringeretur, talês forent Ancillæ, & de eis diſponere quiret aliàs ſi profeſſa non eſſet, in condito validò teſtamento, quid de prædictis bonis, quæ ſuo labore & induſtria aquiſiverat, dum fuerat in famulatu illa, precipuè quædam monilia aurea & argentea quæ emerat; altera ſibi gratitudine donata ab illuſtribus fœminis propter laboricia ſua in ornatum muliebrẽ eis impenſa. Inquiſitum fuit; & utrum à die certitudinis, quod illa Monialis profeſſa erat, & non reſtituta ſuæ Religioni, excommunicationem, cæteraſque cenſuras decretas contra detinentes, & auxilium dantes Apoſtatis incurſa fuerit prædicta Marchioniſſa, & quotquot de eo noti, impedimentum appoſuerunt ne ſtatim ſuo reſtitueretur Monaſterio; & an, bona fide annum illum tranſegerit ancilla abſque apoſtaſiæ pœnis; quidquè penes horam mortis extra Religionem.

SUMMARIUM.

IN Apoſtatis eadem eſt conſcientia obligatio penes obſervantiam ac, ſi incola forent Monaſterii num. 1.

Quidquid Apoſtata acquirit conventui acquirit; numero 1.

Religioſi incapaces condendi teſtamentum, ſive codicillum num. 1.

Quomodo non capitur à delicto ſuffragium num. 1.

Licentiare poteſt Papa Religioſum in condendum teſtamentum num. 1.

Religioſi qualiter celebrant contractus num. 1.

Diſponunt Epiſcopi de inteſtatis num. 2.

Quæ apoſtaſia privat habitu fidei infuſæ num. 2.

Religioſus quando rigoroſè, & propriè Apoſtata nunum. 2.

Exitus de Monaſterio, ut quis ſit Apoſtata requirit nimum non redeundi num. 2.

Quo differt fugitivus ab Apoſtata num. 3.

Principium conſtitutivum, eſt diſtinctivum, & è contra num. 3.

Cur fugitivi dicuntur Apoſtatæ num. 3.

Diſcrimen apoſtaſiæ à fide, ac à Religione numero 3.

Ut incurrantur cenſuræ contra Apoſtatas debet quis formaliter conſtitui Religioſus num. 3.

Moniales appellata Turris ſpeculorum nuſquam Apoſtata num. 3. & 4.

Novitii, neque fugitivi neque Apoſtatæ eſſe poſſunt num. 4.

A Beaterio receſſus apoſtaſia non eſt num. 4.

Dantur Moniales nomine, non re, quæ æquivocè, non univocè Religioſa nuncupantur num. 4.

Inaniter petitur licentia ſi eâ opus non eſt num. 5.

Receſſus à propria Religione animo tranſeundi in aliam excuſat ab apoſtaſia num. 5.

Sententiis amplioribus, probabilibus utendum in liberandum fugientem ab apoſtoſia num. 5.

De Apoſtâta exiſtente in loco, ubi non eſt ſui ordinis Monaſterium, nec acceſſus num. 5.

Differentia pœnarum à jure contra Apoſtatas, vel fugitivos num. 6.

Apoſtata infames, inhabiles teſtes, irregulares, excommunicati, voce activa & paſſiva privati numero 6.

Duplex Bulla Iulii 2. contra foventes Apoſtatas num. 6.

Excommunicatio ſupponit peccatum mortale numero 6.

Quando liberatur à cenſuris favens Apoſtatatas numero 6.

Recipiendi Apoſtatæ ut reducantur num. 7.

Præceptum Chriſti de charitate, & correctione fraterna num. 7.

Prudentia in ſe gerendo cum Moniali, quæ cum Amaſio apoſtatat num. 7.

Concluſio ſtabilita, & per partes fundata numero 8.

Obligatio denunciandi hereticos num. 8.

Solum licet recipere hæreticos ut denuncientur numero 8.

Heretico extremè indigenti ſubveniendum num. 8.

Recurrendum ad ſacram pœnitentiam, quando numero 8.

Digitized by Google

Curandum pro fama & honore cuiuſvis num. 8.
Papa poteſt diſpenſare in clauſura Moniales numero 8.
Non obligat clauſura cum diſpendio vitæ Monialis num. 8.
Apoſtatæ virili habitu diſſimulata reducenda, quin inſamentur num. 9.
De clauſura Monialium, Tridentinum num. 9.
Caſus expreſſi, quibus liceat Clariſſis exire numero 9.
Cum periculo vitæ ne contingat ſuicidium licet exire num. 10.
Diſcrimen mortis à violentia, ac ab ægritudine numero 10.
Obſervantia Cartuſianorum in abſtinentia num. 10.
Quid de Clariſſis curationis cauſa num. 10.
Ob peſtem non ſemper diſpenſanda clauſura, niſi dum æquivalet incendio (quod non contingit in lepra) num. 10.
In contingentibus quo utendum concilio num. 11.
Aliud regredi, alterum non exire num. 11.
Eventus de Moniali Apoſtata in regreſſu ducta ad vitandam infamiam habitu virili num. 11.
Et quæ urgent Monialem ad non dimittendum habitum, ac clauſuram obſervare num. 11.
Ut abſolvantur Apoſtatæ gaudent privilegio ordinis num. 12.
Quibus privilegiis privantur num. 12.
Sacerdos ſimplex in periculo mortis de omnibus abſolvit num. 12.
Mortis periculum quid & quando num. 12.
Cum jactura famæ confeſſio non facienda num. 12.
Valde curat Deus nullum æternaliter damnari numero. 12.
De contrita Moniali Apoſtata documentum num. 13.
A pœnitentia maximâ lucrantur num. 13.
Suffragandi Apoſtatæ contriti num. 13.
Pœnitens quando innocenti præferendus num. 13.
Clementior divina pietas erga contritos num. 13.
Cujuſdam confeſſarii prudentia imitanda num. 14.
Declarari aliquid juridicè à Religioſo, voto paupertatis ejus non opponitur num. 14.
Solum poteſt revocari teſtamentum ab eo qui teſtare de novo quit num. 14.
Religioſus capax declarandi teſtamentum, ſeu codicillum quod condidit ante profeſſionem num. 14.
Capit Anima peccatrix à pœnitentia majus ſuum emolumentum num. 14.
Pœnitentia vera nullam rubiginem preteritarum culparum relinquit num. 14.

1. NE Religioſi ex delicto commoda reportent; plauſibiliter à cunctis ſtabilitur, Apoſtatas nullo pacto exemptos, aut liberos fore ab eiſdem oneribus, quibus aſtringebantur Monaſterij incolæ; inde illa juris Regula, *quidquid acquirit Monachus Conventui acquirit*, etiam in apoſtaſia verificatur, nuſquam libera prædicta Monialis famula ab eiſdem obligationibus, ac ſi delictum non perpetraret, cumque Religioſi profeſſi incapaces ſint condendi teſtamentum abſque licentia Papæ expreſſa (de quo Pellizarius tom. 1. trac. 4. cap. 2. à nu. 204.) oportuit advertere quæcumque bona quæ remanſerunt in heræ diſpoſitione ad Conventum in quo profeſſa fuit pertinuiſſe, & ei reſtituenda, quantumvis Cœnobium eſſet de illis, quæ primam Regulam ſanctæ Claræ profitentur, qualiter nos Minores, ſine proprio in communi & in particulari ſumus; ex decretis Pontificum, qui eorum ſunt Domini, & ita fieri diſponunt, videndus Suarez 4. tom. de Religione trac. 8. lib. 3. nu. 21. Dicis ex hoc ſequitur à delicto commoda reſultare in Monaſterium illud, ubi profeſſionem emiſit Apoſtatá, quia permanente dote abſque onere alimentorum illi præſtandorum, aliàs pretium eorum Monilium reſultantium in ejus ditionem, dominium, vel uſum acquirat. Ergo ſicut non obeſt commodum à delicto provenire ad communitatem, nec impedit in particularem aliquam proventurum: Ergo à delicto emolumentum capere potuit talis Religioſa. Fallax argumentum; nego ſuppoſitum, à jure indito, non à delicto reſultat in communitatis beneficium, ſeu commodum (ſi dominij capax illa ſit) ex proprietate illorum bonorum, quæ durante apoſtaſia lucratus eſt Apoſtata, ſin verò monaſterium fuerit incapax & in communi, & in particulari, qualiter noſtri Franciſcani Conventus, & eorum qui Clariſſarum ſunt primæ regulæ, illud oritur à diſpenſatione, id eſt, diſpoſitione Apoſtolica, quæ in uſum ſimplicem talium Cœnobiorum decretum eſt reſultare emolumenta præfata; quorum ratio eſt: Ab illa reſultat commodum, à quo patet legitima poſſeſſio, ſeu uſus ejus; Sed à jure indito, ſeu à diſpoſitione Apoſtolica unum, & alterum legitimum cenſetur; Ergo ab eo reſultabit, non delicto. Si diſpliceat ſolutio, monuî Papam conſulendum, & directioni ejus ſtandum, qui ſicut licentiare poteſt Religioſum profeſſum in condendum validum teſtamentum, ita & poſt mortem ipſius, in bonis declarare aut Dominum proprium, ſeu quibus in uſum optanda. Replicabis negando paritatis ſuppoſitum videlicet de licentia Papæ teſtamentum condi poſſe à Religioſo. Si nil habet jure ex voto paupertatis, de quibus teſtabit. Rodriguez tom. 3. qq. regul. quæſt. 69. art. 2. *Ad hoc* (id eſt in condendum teſtamentum) *non opus eſt ut Monachus habeat dominium proprietatem bonorum; Sed ſatis eſt quod habeat adminiſtrationem, cujus quidem adminiſtrationis Religioſus eſt capax ipſo jure ad celebrandos contractus inter vivos: & ideo autoritate Pontificia erit capax ad teſtandum abſque hoc quod fiat diſpenſatio in voto eſſentiali paupertatis.* Quid ſi diſpliceat etiam, nonne Epiſcopi diſponunt de bonis eorum, qui ab inteſtato morte præocupantur; Ergo potius ad Papam devolvitur facultas diſponendi de bonis perſonarum, quæ ipſum connotando teſtamentum condere valent; ſic conſcientiæ ſecurius ſerenabuntur, nec reſtabit ambiguitas aut litium contentiones.

2. Deveniamus ad præcipua in conſultatione indulta, quæ tot circunſtantiis difficillima redditur ad reſolutionem; pro qua capienda ſuppono Angelicum Doctorem ſecunda ſecundæ quæſt. 12. art. 1. in corpore hæc ſcribere. *Apoſtaſia importat retroceſſionem quandam à Deo, quæ quidem diverſimodè fit ſecundum diverſos modos, quibus homo Deo conjungitur. Secundo per debitum & ſubjectam voluntatem ad obediendum præceptis ejus. Tertio per aliqua ſpecialia ad ſupererogationem pertinentia, ſicut per Religionem & Clericatum.* Quamvis apoſtoſia ſemper ſit receſſus à Deo, quoquo modo fiat nuſquã infidelitate, Apoſtata maculatur amiſſione habitus fidei, niſi quando à fide retrocedit; unde ſi à Religione retrocedat, à Deo retrocedit, non tamen manens ſine virtute fidei infuſæ, quam in baptimate accepit: ideo ſanctus præceptor ſequentia ſubnectit. *Contigit enim aliquem Apoſtatam à Deo retrocedendo à Religione, quam profeſſus eſt.* Non uniformiter Doctores iſtam deſignant retroceſſionem, res enim eſt graviſſima, nec de facili inſamandum, vel calumniandum Apoſtatam retrocedentem. Miranda tom. 1. Manualis Prælatorum quæſt. 51. art. 1. concluſione 1. *Propriè atque in rigore loquendo, non omnis Religioſus recedens à ſuo Monaſterio & Religione, inconſulto Prælato, etiamſi id fiat ſine habitu eſt diſſenſus, ſive cenſendus Apoſtata, niſi voluntatem firmatam habeat in malum, & animum atque intentionem non redeundi ad Religionem.* Ergo à contradictorio, Apoſtata non

Digitized by Google

erit rigoroſè & propriè, qui quantumcumque recedat ſine habitu quem dimittit, animum & intentionem tenet redeundi ad Religionem; & ut omnia comprehendamus, Mirandæ deductionem adverte: *Non debere dijudicare Apoſtatam propriè & in rigore, etiam ſi ad longinquum tempus diſcedat, & diu divagetur, niſi qui ita vivit ut animum redeundi ſe depoſuiſſe oſtendat.* Quò præ oculis habitò, ab illo qui conſultationem attulit ſolerter inquiſivi, utrum in ſpatio illorum annorum honeſtiſſimâ modeſtiâ vixerit Ancilla prædicta in conjectandum liberam & immunem à rigida & propriè dicta apoſtaſia; dimiſiſſe habitum indubitabile fuit; narravit tamen conſultationem adducens, quod à quatuor annis in quibus Marchioniſſæ famulabatur, obtinuit ab ipſa beneplacitum ut devotionis prætextu habitum indueret ſimilem in ſubſtantia illi, qui deferebatur à Monialibus ſui ordinis, licet in accidentibus, v. g. in manicis non tantæ longitudinis, nec in forma eadem erat velum, vel dicta toca, ſicut & factum eſt, eratque in Palatio vulgare ab eo talis fœminæ nomen, *La beata*, à quo arguebatur animus redeundi, ſicut poſtea compertum fuit; Sed ſi tamen ſi ab initio, non redeundi intentionem tenuit, nullus ſecurè firmabit apoſtatam non fuiſſe.

3. Formaliter ergo ad propriè dictam apoſtaſiam, ultra fugam à Prælati obedientia animus non redeundi in perpetuum exigitur, ut contra Suarium tom. 4. de Religione lib. 3. nu. 21. & capite 2. nu. 14. cum pluribus quos citat tuetur Caſtro Palao tom. 3. diſp. 4. pag. 16. nu. 4. à communi & fræquentiſſima Doctorum ſententia (ſupponente Suario ad veram & propriam apoſtaſiam à Religione, animum exigi numquam redeundi ad priorem ſtatum) recedendum non eſt: omnes enim Doctores fugitivum ab Apoſtata diſtingunt, per hoc quod ille redeundi animo caret, ſive ſit ad tempus, ſive in perpetuum dimiſſo habitu Religioſo, & aſſumpto alio in quo diſſimuletur, ne notus de ea regulari familia noſcatur & reducatur: etenim certè principium conſtitutivum eſt diſtinctivum; Ergo ab oppoſito principium diſtinctivum eſt conſtitutivum; Sed principium diſtinctivum fugæ à Monaſterio perpetratæ à Religioſo invito ſuo Prælato, ab apoſtaſia eſt quilibet animus non redeundi; Ergo iſtud hujus conſtitutivum erit, bene verum eſt, tam in fuga quam in apoſtaſia votum obedientiæ frangi per peccatum mortale. At multo gravius eſt illud in quo animus non eſt redeundi; doctrina inſinuatur à Tridentino ſeſ. 25. cap. 4. de regul. Neque obſtat fugitivos vocitari Apoſtatas, aut eiſdem puniri pœnis in fuga: eſt metaphorica ſeu lata appellatio, quoad punitionem ſimilem fore nihil mirum, quia Eccleſia non judicat de interioribus, externaque undique aſſimilantur; ab iſtis patet diſparitas apoſtaſiæ à fide, ac à Religione regulari: illa enim quantumvis animus inſit redeundi ad fidem, in hæreſim incidere facit, amitterequè habitum fidei infuſæ, cum fides ſemel accepta non dependeat à tempore. Peracutè Palao. *Religioſus ſtatus cum reſpiciat tempus totius vitæ, ſiquidem pro omni eo obedientiam & ſubjectionem promiſiſti, cenſeri non poteſt integrè & completè ab eo retrocedere, ſi animum habeat limitato tempore relinquendi.* In apoſtaſia à fide incompoſſibile eſt animus redeundi & relinquendi ad tempus; verſans iſta talia audivi ut non in vero ſimiliter firmare poſſem, neque fugam fuiſſe receſſum talis fœminæ famulæ: quia verè Religioſa non erat; fertur enim dixiſſe inter alia ad mortis horam quod petebat ab hera, ut de ſuo tranſitu moneret domus (à qua receſſerat) præſidem, veniam ſuo nomine poſtulando de ſcandalis, quæ ſua retroceſſione inter ſorores optimas cauſaverat; audiens *domus præſidem*, neque Abbatiſſam, Prioriſſam, in mentem venit inquirere; an quod appellabatur Monaſterium, Beaterium foret, ſeu Collegium (quale in hac Cæſaraugustana urbe habetur dictum Dominæ noſtræ *de las Virgines* ſub regimine & Obedientia Ordinarij in cujus ſtatutis, ſtatuto 19. Ubi decretantur pœnæ temporoles ſororum, quę contra Rectricis obedientiam fugiunt poſt promiſſam perpetuitatem; & quamvis verę Religioſæ non ſint, fuga earum, fuga dicitur; Sed non incurrunt in pœnas ſpirituales, ad quarum incurſus petitur ſtatus Religioſus approbatus ſub peculiari regula;) Ergo ſi ita erat Domus à qua prædicta ancilla retroceſſit, etſi pœnis temporalibus ſubjaceret, nec peccato veniali gravabatur ſecluſò ſcandalò. Palao nu. 6. ut diſtinguat fugitivos ex Religione Societatis Jesu poſt biennij vota (qui revera ſi animum non habent redeundi Apoſtatæ ſunt) à fugitivis de quibuſdam beateriis, fugientes graviter peccare inquit, ſi voto obedientiæ aſtringuntur, quia ſe ab illo promiſſo ſubtrahunt. *Non tamen ſunt Apoſtatæ, quia ſtatus ille non eſt propriè Religio.* Ergo ſi nullo voto aſtringebatur, aliàs quod vocabat Monaſterium in re ſolum erat Beaterium, neque fugitiva, neque Apoſtata, deductum quidem, & ſolidatum in his quæ ſcribit Diana 8. p. trac. 7. reſol. 78. de ſororibus Romanis dictis Turris ſpeculorum, quas etſi Moniales appellet in laudabili inſtituto trium votorum ſimplicium, concludit. *Si recedant à Monaſterio non ſunt Apoſtatæ, quia non ſunt Religioſæ.* Ergo ſi Religioſa non erat dicta famula, non judicanda Apoſtata.

4. Confirmandum ex Bonacina tom. 1. trac. de clauſura, & pœnis eam violantibus quæſt. 2. p. 11. nu. 3. qui poſtquam novitios retrocedentes à Monaſterio à nullo capite probat poſſe nuncupari in re fugitivos, nec Apoſtatas, aut in cenſuras latas adverſus eos incidere, quia deficit eis votum obedientiæ annexum regulæ approbatæ ab Eccleſia, de beateriis in quibus licet ſorores Moniales appellentur, ſubnectit. *Idem cenſendum eſt de nonnullis mulieribus, quas alicubi Beatas, alibi Terciarias, alibi Urſulinas vocant. Iſtæ enim Apoſtatæ non ſunt, etiam ſi fortè ſimplicia vota paupertatis, obedientiæ & caſtitatis emiſerint; ipſarum enim Religio, ſeu potius congregatio approbata non fuit à Summo Pontifice tanquam Religio.* Inter quas numerat Moniales turris ſpeculorum relatas de Urbe Romana, in cujus Congregatione ſupponit, & tria vota intereſſe ſimplicia, & vocula Monialis inſigniri quamlibet de eis fœminis, quæ ibi talem emittunt ſimilitudinariam profeſſionem, quæ de rigore non eſt regularis, quia deficit ipſi approbatio Apoſtolica, quam Religio propriè dicta exigit. Non loquitur de illis Terciariis Franciſcanis, etiam in velo nigro conſtitutis, quas veras Religioſas fore dictas ſanctæ Elizabeth Reginæ Ungariæ, nihil practicabilius; Ergo ſtabit nomen Monialis, quin in re ſit Monialis; nec diſſonat uſui fræquenti vocabulorum conformiter ab eam diviſionem nominum, in quibus ſe dilatant Logici, & Metaphiſici proferentes alia fore nomina univoca, altera æquivoca, illa dicuntur cujus appellatio eſt communis, ratio verò ſignificata per nuncupationem eſt eadem, v. g. canis ſi compararetur ab animali quodam terreſtre; æquivoca verò aſſeruntur fore, quando nomen ſolum convenit neutiquam ratio ſignificata per ipſum ſecundum vulgarem & communem ſonitum atque ſignificationem v. g. nomen canis comparatum ad quandam ſtellam dictam *canis* & ad quendam piſcem marinum, quem canem etiam appellant; Ergo quin hereamus in voce, quâ famula propoſita in conſultatione Monialis vocabatur compati poterat, neque fugitivam fuiſſe, quantumcumque tribus votis ſimplicibus aſtringeretur, ſi aliàs domus præſidem à ſe ſic nuncupatam, non erat ſuperior communitatis profitentis illa vota ſub regula ſpeciali approbata ab Eccleſia. Quo in caſu facile non erat aſſignare, an peccaverit in retrocedendo; exempta tamen à pœnis & cenſuris à jure, à culpaque videbatur immunis; nec ſatis fiebat dicendo ſemetipſam vo-

Digitized by Google

vocatam à ſe propriâ Monialem, & ſuam cõmunitatem Monaſterium, nam poterat nomen fore æquivocum, & perſonæ & communitati; non ita ut volebant ſatisfactum mihi hoc à conſulente, ſolumque potui colligere univocè & Monaſterium, & Monialem, ab eo, quia beneplacitum petitum fuit à Sede Apoſtolica, ut remaneret in Marchioniſſæ famulatu quod obtineri, non valuit, & reſtitui præceptum decretatur in regreſſum ad ſuum Monaſterium; ſi Apoſtata aut fugitiva non eſſet, ad quid licentiam manendi in eo Palatio; inanis illa cenſetur, quando eâ opus non eſt.

5. Ulterius, ut ſcire poſſem, an fugitiva vel Apoſtata talis ancilla, inquiſivi, utrum flagitium illud commiſerit animo intrandi in aliud Monaſterium alterius vel ipſiuſmet Religionis, aut perpetuò manendi in ſæculo; ſi aliquod in iſtud certum reſultaret, & animo tranſeundi etiam ad laxiorem Religionem, vel manendi in eadem in diſtincto Cœnobio non iſta ſtrictioris obſervantiæ, quale erat illud à quo fugit, rigoroſa apoſtaſia non cenſenda; & videtur iſtud intentum illius fuiſſe, nam monens Marchioniſſam de ſuo regulari ſtatu, & hera reſiſtens, replicabat ſe poſſe ei inſeruire conſentiendo ſeſe reducere ad quoddam Monialium Monaſterium, ſitum in ea civitate longinqua ab illo in quo profeſſionem emiſit, perſuadens ab ea habitatione Monaſtica, in ferè omni parte earum rerum, quibus de ſua induſtria indigebat inſervire poſſe ipſi. Si enim intentio ſeu is animus convinceretur ab initio, fuga fuit, non apoſtaſia. Palao citatus nu. 6. dubitat *An cenſendus ſis Apoſtata ſi fugias à tua Religione, ingrediendo aliam invalidè.* Reſpondet. *Communis ſententia negat, eo quod ex ea voluntate ſtatui Religioſo ut ſic non deficiat, tametſi deficias ab hoc particulari & proprio ſtatu; habens enim voluntatem non relinquendi abſolutè ſtatum Religioſum, ſed commutandi ſtatum unius Religionis in alium; & licet illa commutatio non ſortiatur effectum, non impedit, quominus, quod habueris voluntatem ſub illo ſtatu Religioſo vivendi; non igitur ex voluntate à Religioſo ſtatu recedis.* Poſt datos Autores hujus ſententiæ à Palao nu. 7. eam vocans probabiliſſimam, contrariam, quam tenet cum Suario ſatis probabilem, & forte veriorem appellat. Aſt in excuſandum factum, conſtituendumque iſtud minus flagitioſum, abundat uſ opinione probabiliſſima; audi pro ſalubri conſilio ſervitrici impendendo, ſi vixiſſet, Pellizarium tom. 1. trac. 3. cap. 5. nu. 145. *De Religioſo quodam Apoſtata aut fugitivo docent Suarez, Portel, & Rodrigez, quod ſi reſipiſcat in remotiſſimis regionibus, in quibus non extarent Monaſteria ſui ordinis, aut alterius ſtrictioris, nec poſſent à legitimo ſuperiore petere facultatem tranſeundi ad alium laxiorem, aut redire ad propriam provinciam, tunc poſſet tranſire ad ordinem etiam laxiorem, ſine alia licentia.* O utinam id adverterent qui cauſam ſimilem ac conſultam tractabant fortaſſis non fuit in optione id conſultum ab eis qui ancillæ negotium peragebant, nam penſatis circunſtantiis quæ occurrebant, non facile erat expeditionem ſumere congruam famæ & opinioni illiuſquæ delictum perpetraverant, tam ſecretè tamen quod in poſſeſſione ſuæ famæ erat. Curioſa indago mihi occurrit inſciendũ qualiter, aut qua cauſa à ſuo Cœnobio illa retroceſſerat & in tam longinquam regionem pervenerat. Marchioniſſa hæc prædictam famulam narraſſe, conſulens palam fecit, ſibi ab illa ſic dictum; inducta quidem in exitum à quodam cum quo familiarem tenebat communicationem per duos ferè annos, traductamque in eam urbem titulo uxoris ſuæ, quo mortuo tamquam ſi ejus foret vidua ſe geſſit, & famulatui prædictæ Marchioniſſæ ſeſe aſtrinxit; maritatam tamen non fuiſſe: ideo ajebat, quia putabat ſe voto caſtitatis aſtrictam, à quibus & aliis indiciis in comperto habui ſtrictè & rigoroſè Religioſam cenſendam, conſequenterque non tantum fugitivam, ſed verè Apoſtatam, in curſam quidem in omnes cenſuras, pœnas, quibus ſimilia delicta ab Eccleſia puniuntur; ideoque intereſt componere quo pacto detenta toto illo tempore à die in quo notum fuit Marchioniſſæ Religioſam fore, hæc id eſt hera ſua non incidit in cenſuras contra detinentes ſeu foventes illos, qui apoſtaſiæ reatũ incurrunt; ſi quidem in Monaſterio ejuſdem Ordinis, vel alterius laxioris ſine alia licentia trãſire poterat per aſſerta ex Pellizario, abſque famæ jactura, vel altero inconveniente.

6. Diſcrimen jam advertendum de pœnis latis à jure contra fugitivos, & adverſus rigoroſè Apoſtatas à Religioſo ſtatu; citato pag. 11. nu. 6. hæc habet Bonacina. *Non idem eſſe Apoſtatam & fugitivum; quamvis enim omnis Apoſtata ſit fugitivus, non tamen omnis fugitivus eſt Apoſtata; conſequenterque neque ſubjicitur pœnis contra Apoſtatas impoſitis, etiamſi habitum aliis veſtibus tegat, vel dimittat.* Ergo pœnæ ſeu cenſuræ utroſque comprehendentes, non æqualiter reatum earum influunt adverſus eos, qui illos fovent vel auxilium præſtant; nec eiſdem cenſurabitur fovens fugitivum, ac ſi Apoſtatam foveret; videndus allegatus Palao à nu. 8. Durante apoſtaſia aut fuga infames cenſentur neque in teſtes examinari poſſe. Lezana probat tom. 1. cap. 16. nu. 12. quidquid de hoc irregulares, voce activa & & paſſiva privati habentur, per tradita à Peyrino tom. 2. privilegiorum conſtitutione 2. Pauli 4. imo nec ullo ordinis privilegio faveri, niſi eo quod dirigitur ut ab apoſtaſia reſipiſcat, & abſolvatur à culpa, & cenſuris de quo nu. 14. Attamen uſquedum authenticè probetur aliquem Apoſtatam fore, talis non cenſendus, nec dimittendus à judice ſæculari, cenſent Doctores, ſic quidam peritus in jure tradere noluit inventum extra Monaſterium ſine habitu, & tonſura, quem carceraverat non præmiſſa juridica plenaria quod verè Religioſus erat: Ergo annuendo notum à Marchioniſſa ſic Apoſtatam ſuam ſervitricem, dubitatur, an illa hanc detinens ne regrederetur ſpe optinendi diſpenſationem ut ſecum maneret, incideret in cenſuras latas à Julio 2. quas meminit Pellizarius eo cap. 8. nu. 78. duplicem recenſens excõmunicationem latam contra detinentes, auxilium præſtantes illis qui fugitivi vel Apoſtatæ ſunt, & tangit Bonacina ubi ſupra pag. 12. §. 5. advertens, quod ad incurrendas tales excommunicationes exigitur à loci Ordinario admonendas tales perſonas, ne auxilium favorem adminiſtrent, impedientes regreſſum in Monaſteria; pro inſtituto ſufficiat Miranda proferens tomo 1. in ſuo manuali prælatorum quæſt. 51. art. 2. concluſione 2. *Sæculares recipientes in ſuis domibus fratres Apoſtatas & fugitivos occultantes, & tenentes ipſos, favoremque impendentes ut in tali ſtatu permaneant mortaliter peccare, & ſunt etiam ipſo facto excommunicati.* Quid certius, ſi ipſo facto excommunicantur, mortaliter peccare; implicat enim quin iſtud præcedat, in ea incidere cenſuram. Sed ſtatim notat: *Adverto circa prædictam concluſionem, quid quamvis mortaliter peccent, atque in pœnam, & ſententiam excommunicationi incurrant prædictos Apoſtatas, & fugitivos in ſuis domibus recipientes, occultantes, auxilium, ſive favorem præſtantes, ut in ſuo malo ſtatu, atque apoſtaſia perſeverent. Si qui tamen illos receperint non in eum malum finem, ſed bono & ſimplici animo, aliquo honeſto reſpectu, non quidem qua ratione ſunt Apoſtatæ, & à ſua Religione & profeſſione defecerunt, ſive retroceſſerunt, ſed quia ſibi ſunt conſanguinei, aut affines, ſeu alia honeſta & rationabili cauſa, meo quidem videri, nec mortaliter peccabunt, nec in ullam pœnam excommunicationis incident.* Et meo quidem videri, idem fatendum, nam conſanguinitatis vinculum, vel quælibet alia rationabilis cauſa motivum dans ad hoc quod quamquam Apoſtatæ ſeu fugitivi non eſſent admitterentur hoſpites in talem domum, quia titulus

Digitized by Google

eſt præſtandi eis hoſpitium independenter omnimodè à fuga vel apoſtaſia, excuſari videtur à peccato & cenſurarum incurſu, ſiquidem finis legis nullo pacto comprehendere quit caſum propoſitum, aliis titulis honeſtis inſtantibus, ex quibus nulla reſultaret, nec minima indecentia, aut ſcandalum, imo in hoc vitandum, videtur dirigi detentio, ſeu hoſpitium; at ſemper debet caveri, quod faveantur.

7. Quapropter, ne dubium aliquod inſit, & ſcrupuli vitentur qualiterque quis ſe gerere debeat in recipiendo ſimiles tutâ conſcientiâ, idem Miranda ſubjungit. *In eum tantum finem debent recipere, atque in ſuis domibus admittere, ut convertantur, & ad ſuas proprias Religiones redeant; quod ſi facere renuerint, ſtatim debent illos ejicere, tanquam oves perditas & derelictas, niſi ad ſanam mentem redeant, & à Dæmonibus, quod abſit, devorandas.* Titulus ergo quivis ſit, quô ſimiles admittuntur in ædibus propriis ſatagendus eſt, quanto citius ad regreſſum & remedium, quod ſi non amplectatur, jam noſcitur qualiter charitati ſatisfactum fuerit, & inſtat præceptum à Chriſto latum de correctione fraterna Matthei 18. verſ. 17. *Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ, ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.* Brevius totum cinxit Pellizarius eo cap. 5. nu. 79. v. addo. *Cenſuras hic relatas contra eos qui recipiunt, detinent, & occultant Religioſos Apoſtatas, & fugitivos non afficere eos qui prædicta faciunt ratione conſanguinitatis, amicitiæ, neceſſitatis, aut alio ſimili titulo*; Ergo aliqualiter facit pro Marchioniſſa; ſingulariter ab his, quæ in caſu ſpeciali de Monialibus tangit idem Pellizarius allegato capite 8. ex eo quod, (ubi apparet ferè loquutū in eventu conſulto quem gerimus) inquit. *Si quæras qualiter procedi debeat cum Moniali quæ ex malo fine egreſſa è Monaſterio cum Amaſio per plures annos vagatum ſub habitu viri, & demum reſipiſcens accedit ad confeſſarium regularem intra ejus Conventum eique imprimis manifeſtans ſe revera eſſe fœminam illum conſulit, quid debeat facere ut anima ſua ſalutem ponat in bono ſtatu, & dignos fructus agat pœnitentiæ.* Similis in aliquibus iſte caſus ei in quo verſamur; Marchioniſſæ ancilla ex malo fine egreſſa de Monaſterio, quando eum Amaſio retroceſſit, per plures annos vagatur, etſi non ſub habitu viri, neque ad confeſſarium regularem accedens, ſeque manifeſtans intra Conventus clauſuram; (quo in eventu præter ea quæ dictus Jeſuita conſulit, prudentiæ potius & conſilio cordato committendum, utraque tamen ut ſe poneret in bono ſtatu ad lucrandam animam quæ ab ovili Chriſti fugerat, & repetabat dolens receſſum, reducenda erat.) Quid enim bonus Paſtor fecerit Dominus in parabola docuit Matth. 18. v. 12. *Quid vobis videtur ſi fuerint alicui centum oves & erraverit una ex eis: Nonne relinquit nonaginta novem in montibus & vadit quærere eam quæ erravit.*? Qualiter reducit, expreſſit Lucas cap. 15. v. 5. *Et cum invenerit eam imponit in humeros ſuos gaudens & veniens domum convocat amicos, & vicinos dicens illis. Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quæ perierat.* Tantopere inſtat hoc Redemptoris exemplum in omni medio apponendum, ne ovis errabunda depereat (anima in jacturam infernalem deducta) & dignos faciat pœnitentiæ fructus, unde ratio dubitandi efformatur; Ergo non operante Marchioniſſa penes famulam ſuam poſt notitiam quod Monialis erat, id omne quod conducebat in regreſſum ad ovile quod erat Religioſus ſtatus in Monaſterio, ſed ſuo commodo proſpiciens & à Summo Pontifice petens in ſuo ancillatu permanere, videtur incurſa in pœnas cenſuraſque latas contra illos, qui talibus rebus favent. Nihilominus quantumcumque doctrinæ probabiles locum dent, intereſt fœminam nobilem, quæ ſinceritate potius, quam malitia ducebatur, (licet tantummodo reſpiceret propriam domeſticam commoditatem) excuſare.

8. Dico igitur compoſita intentio Marchioniſſæ detinendi famulam Religioſam in ſua domo cum ſpe obtinendi diſpenſationem à Summo Pontifice, quod ibi ſecum maneret, præoccupataque ancilla langore, quando notum fuit Papam noluiſſe diſpenſare, neque peccavit venialiter, neque in ullam cenſuram incurrit, illam ſecum in ſuo Palatio detinens Marchioniſſa. Prima pars reſolutionis probatur, argumento inducto ab excommunicatione Bullæ Cœnæ Domini contra quoſcumque cujuſvis conditionis, qui recipiunt aut detinent ſecum Apoſtatas à fide, nam poſt reprobatam illam propoſitionem ab Alexandro 7. quæ eſt 5. in ſerie, & habetur tom. 6. Bullarij in appendice, eſtque hujuſmodi. *Quamvis evidenter tibi conſtet Petrum eſſe hæreticum, non teneris denuntiare, ſi probare non poſſit, aut ſi notum tibi ſit eum pœnitere*; quæ propoſitiones damnantur; Unde in omni caſu ſi hæreticum recipias in domum, ſolummodo excuſabit te ad incurrendas cenſuras, hic finis detinens eos, ut denuncies, quia jus præſumit non aliter remedium de dicta hæreſi applicandum (aut reincidentiam in eam, vitandam) niſi denuntiatione; Ergo cum in apoſtaſia à Religione vel fuga, altera præſumantur remedia, locus datur ne recipientes in ſui ædibus mox incidant in cenſuras. Miranda citatus numero præterito allegans Navarrum cap. 27. nu. 151. de ſupradictis hæreticorum receptoribus, fautoribus, aut etiam defenſoribus: *Ubi hoc quidem omnino dicit, & addit probandum adducit legem in delicto 5. de trac. ff. de noxa; & addit, quod hæretico extremè indigenti, etiam ex præcepto divino tenemur ſubvenire.* Sed non excuſabunt denunciare eùm. Iſto ſtabilito procedo ad argumentum ex ſolutione addibita à Pellizario in inquiſito quod moverat de Moniali, tranſcripto nu. 9. cui his formalibus verbis ſatisfacit. *Reſpondeo in iſto caſu curandum eſſe ut ſacra Pœnitentiaria (ad quam in hoc eventu recurri debet ad conſulendum famæ Monialis) cum hac diſpenſet, ut poſſit ad alium Conventum tranſire; ſiquidem non tenetur redire ad Monaſterium, in quo antea profeſſionem fecerat, ne ſuam manifeſtet turpitudinem, & ſe infamet, cum aliàs in præſentia creditur mortua; & ſit moraliter certum ejus delictum omnino occultum manſurum eſſe. Interim vero poteſt Monialis degere extra clauſuram reſumpto habitu honeſtæ fœminæ & commendari probatæ alicui matronæ apud quam vivat, uſquedum obtenta ſit diſpenſatio, & alia de jure præſtanda jam ſint præſtita, cum hoc tamen ut præfata omnia efficiantur ſine diſpendio famæ Monialis.* Per ſingula adaptentur facto prudenti Marchioniſſæ, in quo laudanda, non culpanda; ne in diſpendium iret ſuæ ſervitricis fama quæ commendanda conſulebat, noluit Religionem monere, & à viro doctiſſimo edocta, expeditionem petivit à Papa, interim conſcientiam ſerenantem, & quod pro tempore, in quo hæc agebantur Jubileum pleniſſimum inſtaret conceſſum, quin in ipſo præter crimen hæreſeos, aliud reſervaretur, neque in foro interno, aut externo, in utroque abſoluta manſit ancilla à quodam Antiſtite, cui totum negotium commiſſum fuit, & conſilium de diſpenſatione dedit; pro qua parte tutè procedebatur. Pro altera nulli Matronæ probatiori commendari valuit velut Marchioniſſæ, nec indigebat habitum exteriorem mutare, nam vidua exiſtimata morte amaſij, ſimilem in entitate defferebat habitum, ac à ſororibus ſui Monaſterij induebatur per aſſerta nu. 4. momenti non eſt, ſupplicatam diſpenſationem, quod ſecum maneret in Palatio, dum viveret, Summus enim Pontifex clauſuræ votum (dato quod in profeſſione emiſſum fuerit) aut non obſervata clauſura à conſuetudine, diſpenſare quibat. Altera pars concluſionis ab iſtis patet; cum periculo vitæ non licet reſtitui Religioſum in Monaſterium, quia illud eſt de jure naturæ, iſtud de jure poſitivo, ideoque hoc debet

eredere;

Digitized by Google

cedere; Ergo nullo capite Marchioniſſa peccavit.

9. Occurrit Pellizarius nu. 10. quidam objectioni deſumptæ ab hoc in caſu quem propoſuit de loco ubi curandum ſit de remedio Monialis illius Apoſtatæ, habitu virili diſſimulatæ. *An autem in caſu propoſito ubi confeſſarius agnovit eſſe revera fœminã quam ementito habitu credebat virum, debeat eam dimittere è Monaſterio in Eccleſiam, ibi cum ea diutius locuturus, idque ad ſervandam legem clauſuræ fœminas excludentis clauſtres virorum Religioſorum*, ſupponit mulierem illam ſub habitu viri diſſimulatam allocutam confeſſario in eo loco, ubi introire non licebat, eatenus incurſam in novam excommunicationem adverſus clauſuræ fractores. Quantum conſulendum ſit cujuſlibet famæ ab iis quibus iſta ſervanda committitur, ait. *Reſpondeo debere (nempe deduci ad Eccleſiam) ſi id fieri poſſit ſine diſpendio famæ Monialis; & ratio eſt; quia lex clauſuræ excludit generaliter omnes fœminas, & conſequenter Monialem hanc cum verè ſit fœmina, licet ex errore credatur vir; nec apparet ex quo titulo reſpectu illius obligatio clauſuræ ſuſpendatur; ita in contingentia facti mihi propoſiti cenſui; ſicque antea fuit in ſimili eventu practicatum.* Componenda cum doctrina conditionali præmiſſa. *Si id fieri poſſit ſine diſpendio famæ Monialis.* Ergo à contradictorio ſi fiat cum diſpendio famæ Monialis ceſſabit clauſuræ obligatio, & titulus erit ad licitè alloquendum illi intra clauſuram; Ergo quia in noſtro caſu conſulto fortaſſis efficatius in vituperoſius & miſerabilius Monialis famæ diſpendium cederet, toto tempore quo duravit diligentia in negotiandam diſpenſationem, à Summo Pontifice exoratam, titulus abundans invenitur, ut ceſſaret clauſuræ obligatio, tutâque conſcientiâ in Palatio retineretur; poſtea à paucis diebus, in quibus inquirebatur medium, quo ſine diſpendio famæ, Religioni reſtituendam, notum jam Papam negaſſe diſpenſationem, infirmatur, ita ut ſine vitæ periculo nequiret domicilium mutare; hæc omnia faciunt in excuſandam Marchioniſſam; igitur quamquam varia de clauſura inſtent decreta uſque ad tempora Bonifacii (qui floruit anno 1294. uſque ad annum 1303.) capite 1. de ſtatu regulari in 6. non videtur ſtrictam poſuiſſe obligationem clauſuræ obſervantiam; Tridentinum ſec 25. cap. 5. de regul. omnem tulit ambiguitatem, præcipiens nomini Santimonialium liceat, poſt profeſſionem exire ex Monaſterio, etiam per breve tempus quocumque prætextu; *Niſi ex aliqua legitima cauſa ab Epiſcopo approbanda.* Videndus Rodriguez tom. 1. quæſtionum regularium, quæſt. 49. articulo 1. ubi ſpecialiter tractat de clauſuræ voto emiſſo à Monialibus ſanctæ Claræ, & ita exitum ſtringit, ut ne cum periculo vitæ illi liceat, præter tres caſus exceptos, èpimediæ, inundationis, vel Monaſterij combuſtionis, qui ſunt èventus, in quo periclitatur tota communitas, non autem vita alicujus particularis. Inde objicies; Ergo cum diſpendio vitæ tenebatur Marchioniſſa reſtituere illam ancillam Religioni; nego conſequentiam, ut mox patebit aſſignando quando cogi poſſunt Moniales ad obſervantiam clauſuræ, quamvis inſtet periculum vitæ.

10. Comperiamus verba noſtri Rodriguez eo articulo 2. §. advertendum pro explicatione, quod non poteſt ſuperior cogere Moniales ad ſervandam clauſuram, ſtante periculo mortis, ſi mors cujus periculum imminet ſit violenta, quia nemo poteſt cogi ut ſeipſum occidat, quia id apertè eſt contra legem naturæ. *Si tamen mors non ſit violenta, ſed naturalis qualis eſt, quæ ortum habet ab ægritudine, videtur tamen probabile quod ſic. Probatur: nam Carthuſienſes coguntur licitè ut abſtineant à carnibus, quamvis ſint morituri ea ægritudine propter abſtinentiam ad eſu carnium, quia hæc abſtinentia cum reſpiciat bonum commune illius Religionis, & tendat ad conſervationem virtutis abſtinentiæ poteſt cadere ſub præcepto.* Hæc de doctrina communi penes obſervantiam Religioſam incompatibilem cum eo, quod quis ſeipſum occidat; Et ideo inundatione minante, ruina ædificij Monaſterij, vel incendium à quo cadet, peccabunt mortaliter Moniales ſi intuitu ſervandæ clauſuræ pereant violenter §. ſecundo colligo idem Franciſcanus. *Non eſſe reprehendendos Prælatos, qui mortali ægritudine, & teſtimonio vero Doctorum Medicorum accedente, aliquando cum aliqua Moniali ſervatis ſervandis diſpenſaverint, verbi gratia, ſi Monialis non ratione voti, ſed præcepti tantum Eccleſiaſtici, teneatur ad clauſuram in aliquo Monaſterio ſervandam*; Ergo ſi ratione voti tenetur, nequibit ab imminentis mortis naturalis periculum ab infirmitate proveniens frangere clauſuram. Quoad Clariſſas ſorores quartum in profeſſione votum æque ac cæterorum emittentes. Miranda tom. 1. quæſt. 3. de ſacris Monialibus articulo 2. §. quintus caſus, ex Collectore privilegiorum ſatur ita. *Sed licet quantumcumque alia infirmitate non ſic contagioſa Monialis aliqua laboret, atque infirmetur, & adhuc taliter quod medici dicerent illam non poſſe mortem evadere ibi manendo, & quod poſita in aliquo alio Monaſterio ſui ordinis poſſet curari & ſanari, non propterea inquit* (adde collector) *poſſe exire clauſurâ, nec inde educi, aut ad hoc ſufficeret licentia protectoris, vel alterius Prælati, ſed inquit, ibi curetur prout melius fieri poterit, & habeat patientiam. Sic enim ait determinatum fuit per plures, & inſignes Doctores Univerſitatis Salamantinæ.* De qua reſolutione iterat ſermonem articulo 4. (ubi conſtitutionem Pij 5. de verbo ad verbum tranſcribit §. ſed contraria, in quæſtione Summo Pontifici propoſita de ea re. *Præmiſſa, ac propoſita ſibi quæſtioni; an Generalis Miniſter, Provincialis, ſeu viſitator, vel Commiſſarius Ordinis Fratrum Minorum, Monialiũ ſanctæ Claræ curam habentes, licentiam poſſe præſtare cuidam Moniali graviter infirmanti, ut de ſuo Monaſterio exiret ad aliumque ejuſdem Ordinis poſſet tranſire cauſa curandæ prædictæ gravis infirmitatis. Exactiſſima ut dicitur diſcuſſione facta circa præſentem difficultatem, omnes unanimiter, atque uno ore reſponderunt atque dixerunt, non poſſe id fieri.* Placita iſta currunt in infirmitatibus regularibus, neutiquam inſtante epidemia, in quo eventu firmat etiam Pellizarius tom. 2. trac. 10. cap. 5. nu. 24. *Moniales ſanctæ Claræ non obſtante voto clauſuræ quod faciunt, poſſunt in caſu epidemiæ egredi è clauſura, ſi id ſit neceſſarium ad vitandum contagium.* Id de jure & facultate earum procedit, ſed de conſilio fidentes in divina miſericordia, ſperent remedium zelo & ſcopo obſervandi clauſuram; quam non omnes in caſu peſtis eam frangere valent; ſolummodo illi Moniali licebit, quæ contagiata in periculo evidenti ponit ſe mortem ſubituram & totam communitatem. Unde quia epidemia æquivalet incendio, non autem lepra aut alij morbi ſimiles, in iſtis ſicut in illa non licebit exitus à clauſura.

11. Igitur quamquam ita ſit, & libentiſſimè annuam, atque ſtante propoſita doctrina, quamquam Marchioniſſæ ſervitrix, de qua nunc eſt inſtitutus ſermo, reduci deberet in Monaſterium ſui Ordinis, quia talis ancilla, aliàs Apoſtata, Clariſſa erat, cui cum diſpendio vitæ peculiaris aſtringitur ad clauſuræ obſervantiam ex tranſcriptis nu. 12. exemplo Cartuſianorum, nihilominus profero in eo eventu particulari, quando inſtabat periculum mortis illi famulæ Religioſæ, quæ apoſtatavit ex mutatione loci, in quo jacebat infirma tutâ conſcientiâ, neque ullo minimo intercedente etiam culpæ venialis ſcrupulo detineri potuit à Marchioniſſa, quin hæc incurreret in pœnas & cenſuras adverſus eos qui favent, vel auxilium præſtant fugitivos, ſeu Apoſtatas; pro quo referam caſum, & poſt fundabo propoſitum; demus quod practicè experitur, & Mi-

Digitized by Google

randa (ea quæſtione 51. articulo 2. in concluſione) ſtabilitur. *Secundus caſus eſt* (id eſt exeundi à Monaſterio Clariſſa) *quando ab habente poteſtatem mitteretur ad aliquem locum cauſa eligendi vel ædificandi eandem Religionem, aut reformandi aliquod Monaſterium ejuſdem Ordinis.* Contigit enim quatuor Clariſſas eductas à ſuo Monaſterio de licentia ſuperiorum intuitu fundandi alterum ejuſdem Ordinis à decem leucis in urbe una à duabus civitatis leucis à qua exierunt earum quædam incidit in febres hoſpitam apud cujuſdam magnæ matronæ domum, impotens continuare iter; tres aliæ ex obedientia Prælati tramitem perrexerunt, relinquentes ſororem ægram in domo ubi hoſpitabatur. Cumque infirma peteret defferri in ejuſdem Ordinis Monaſterium, ſitum ea in urbe, periculum ſi moveretur monentes medici de aſſenſu Theologorum in ædibus ſæcularis permanſit; eo fundamento quod cum jura illa favores non ſint, niſi odia reſtringi debent, ita ut non liceat propter periculum particulare vitæ alicujus egredi, non autem cum jactura ſalutis, vel vitæ regredi; Ergo cum mortis periculo, imo & famæ non aſtringebatur Marchioniſſa Ancillam ſuam in tanto periculo vitæ & famæ ponere; horrendiſſimum enim reſultaret ſcandalum ex notitia regreſſus, cum à pluribus de nobilioribus noſcebatur reputata uxoratam fuiſſe, poſtea viduam. Similis huic alter eſt caſus. Monialis quædam apoſtaſiam commiſit, & cum diſtaret ferè quinquaginta leucas à ſuo Monaſterio, ſuuſque Prælatus ſcripſiſſet ſuperiori talis urbis diſtantis, ex ſignis & indiciis datis capta fuit, & depoſitata in alio ejuſdem ordinis Cœnobio; monitus igitur ſuus ſuperior de captura, detinendam ibi popoſcit uſque ad ipſius acceſſum, quod à paucis diebus contigit, & in vitandum ſcandalum in habitu virili non mulieribus comitibus ejuſdem Religionis, bonæ notæ, & probatæ virtutis ſecum tulit; conſentientibus Theologis, licitè & prudenter factum. Tunc ſic: non minus urget regreſſus Monialis Apoſtatæ in habitu proprio, quam ad Conventus clauſuram regredi, cum utrumque pariter voveatur; ſed in vitandum ſcandalum laudabiliter & prudenter factus fuit regreſſus in habitu virili; Ergo in iſtud vitandum licebit Marchioniſſæ detinendam Ancillam, principaliter cum de conſilio viri tam docti, qualis erat Epiſcopus, quodcumque peractum fuerit à matrona perfectæ indolis & probatæ virtutis.

12. Circa abſolutionem in foro conſcientiæ & externo, aliqua notanda ſunt, gaudebat enim ſui ordinis aliquibus privilegiis illa Clariſſa, Apoſtatæ recedentes à Religione habitum dimittendo, intuitu quod eorum profeſſio eſt nulla illis omnimodè privari tenet cum Sancio Pellizarius tom. 2. trac. 8. capite 1. nu. 65. diſcutiens. *An Religioſi Apoſtatæ uti poſſint privilegio ordinis?* & ſatisfacit. *Reſpondeo non poſſe ſi nomine Apoſtatarum intelliguntur ij qui recedunt à Religione & habitum dimittunt prætendentes profeſſionem eſſe nullam*, introducit Tridentini verba ſeſ. 25. de regularibus cap. 19. ſuntque. *Quod ſi antea habitum ſponte dimiſerit, tamquam Apoſtata puniatur, interim vero nullo privilegio ſuæ Religionis juvetur.* Quam clauſulam interpretatur. *Hoc decretum cum ſit pœnale non debere extendi ad illos Apoſtatas, in quibus hæ conditiones non concurrunt*, videlicet animus dimittendi habitum, intentioque annullandi profeſſionem. Et in uno probatur ut cætera pateant, ſi quis vulneraret Apoſtatam non Ordinatum in ſacris violenter, ſciens Religioſum eſſe, etſi in Apoſtaſia incideret in excommunicationem Canonis. *Si quis ſuadente Diabolo*, dum certus eſſet animum, & intentionem non habuiſſe annullandi profeſſionem; Ergo non ſtantibus iſtis conditionibus ſuffragatur aliquibus privilegiis ordinis. Inde interpretandum Tridentinum verbis ipſius Pellizarij. *Cum loquatur per verbum futuri; non juvetur; exigi ſententiam judicis ad eam pœnam; nam verbum futuri importat ſententiam ferendam, ut contra multos ſuſtinet Tiraquellus lege ſi inquam v. revertatur num. 152. & ſeq. codice de revoc. donat.* Sed Marchioniſſæ famula nuſquam intentionem habuit annullandi profeſſionem; Ergo privilegia ejus in ipſius ſuffragium erant: Ergo intuitu eorum, vel Religioni conceſſorum, aut per participationem abſolvi quibat, quando non inſtaret Jubileum, illud pleniſſimum, quod propoſuimus. Sed ne in ambiguis verſemur, cum plures ſint qui negant, neque Apoſtatas, neque fugitivos uti valere ſui ordinis privilegiis. At ad mortis horam nihil reſervatum manet ex Tridentino ſeſ. 14. cap. 7. facultatem concedente, benignitate Sedis Apoſtolicæ, ut quilibet ſimplex Sacerdos abſolvere à quibusvis peccatis & cenſuris teneatur; Ergo in periculo mortis conſtituta ancilla à quocumque Sacerdote abſolvi potuit, remaneretque tam mundam ejus animam in contritione peccatorum, ſicut ſi nullam culpam commiſiſſet; reſtabat à quo momento ſic abſolvi quibat in infirmitate conſtituta. Diana tertia p. trac. 4. reſol. 57. *Quo tempore in periculoſa infirmitate poſſit confeſſarius à reſervatis abſolvere? Reſpondent Doctores non eſſe intelligendum ultimum vitæ ſpiritum, ſed quodvis etiam probabile mortis periculum.* Quale hoc? Joannes Sancius in ſelectis diſp. 12. nu. 5. *Arbitror item abſolutionem à reſervatis poſſe impendi à prima die infirmitatis periculoſæ ut doloris lateris, Hiſpanè tabardillo.* Et contra Thomam Sancium idem ſentiens Diana. 5. notandum. *Quia peccator in tali caſu tum jure divino, tum poſitivo, tum etiam naturali erga ſe ipſum ad confitendum obligatur; quæ ratio obligationis æquè locum habet, etſi aliquis ſine neceſſitate, & proprio ſpontè periculum mortis adeat.* Non ergo ſine abſolutione à cenſuris atque peccatis extra Religionem mortua fuit ſervitrix; licet non in aliquo Ordinis Monaſterio ultimam clauſerit horam; cum talibus ſignis & indiciis ſuæ prædeſtinationis ut teſtarentur cõſulentes tam fructuoſo fervore deductam fuiſſe, quod ſi non prohiberetur in jacturam tentabat ſuam prodere famam confeſſionè publica; verum prudentiſſimè confeſſarius & Marchioniſſa obſtarunt, nec tale fieri permiſerant, ne in Religionis dedecus reſultaret. Quam incomprehenſibilia ſunt judicia divina, in eos quos redemit, nullum à ſuo Regno peccatorem contritum exſulem faciens, quantumcumquè propter horribiliorem malitiam retroceſſerit à tanta clementia.

13. Inquam venerandam non præteribo recencere, quid poſt mortem, & ad horam ejus ſupernè directam penes felicem, quia contritam fœminam famulam, ne ſine Religionis habitu vitam finiret, cordato devotionis prætextu petivit à Marchioniſſa, ut Prælatam Monaſterij ejuſdem Ordinis ſiti in civitate ubi morabatur, habitum mittere in ſe ſepeliendam; deportatur ergo habitus quantumvis aliqui replicarent, eo indui fecit cum omni capitis velamine, nec uſquam amoveri à ſe permiſit per ſex dies, in quibus vixit poſt acceptum unctionis Sacramentum; non defuerunt qui dictamen induendi ſe habitum maniæ, ſeu phrenitidi infirmitati attribuerunt; Medicis teſtantibus in ſuo integro judicio ferè toto illo ſex dierum ſpatio permanſiſſe, & feciſſe actus fidei, dilectionis Dei & humilioris contritionis, publicè confitendo ſe inter peccatrices pejorem, tandem ſic diſpoſita cœlitus, defuncta fuit; Marchioniſſa ut annueret ſuæ ancillæ petitioni, copiam pecuniæ offerens ſororibus Cœnobij prædictæ Religionis, ab eis obtinuit, ut ſepulturæ mandaretur cadaver in oſſario ſeu loco ubi Moniales tumulabantur, ſic mortua delata in Monaſterium, ſepulta fuit inter Religioſas, à pœnitentia fructuoſa conſequens idem, ac ſi nuſquam minimum in ea flagitium

præceſſiſſet

Digitized by Google

præceſſiſſet Apoſtaſiæ. Hera autem interventu urbis Epiſcopi occultiori ſecreto de toto eventu monuit generalem prædicti Ordinis,ne defunctæ deficerent Religionis ſuffragia; qui ſuperior rem totam manifeſtam fecit in Provincia, in qua profeſſionem emiſerat, ſanctæ obedientiæ, & excommunicationis præceptum imponens ad ſilentium ſervandum: Heroina Marchioniſſa, auguſtâ liberalitate ducta, ſuis ſumptibus funerariam fecit, miſſaſque plurimas pro anima illius, quam tantopere dilexit, offerri curavit, moniliaque, & quælibet alia prætij quæ de famula remanſerunt collegit mittens ad Antiſtitem, medio confeſſario Monialis defunctæ, ut ipſe qui pro ſua cura totum negotium ſumpſerat, diſponeret reſtituendo domino proprio, aut ei ad quem pertinebant. Laudabilis Deus in omnibus, & per omnia qui clementiſſimus pro pœnitentibus ſeſe miſericordem demonſtrat. Verificatum illud quod tangit Franciſcus de Mendoza tom. 2. in Reges annot. 25. circa literam in caput 7. ſec. 1. Ubi utilitatem confeſſionis Sacramentalis variè diſcutit nu. 17. deſcribens qualiter in vero pœnitente nec rimula, nec fiſſura manet præteritorum peccatorum concludens. *Ita ut ſi innocens, & pœnitens conferantur: hic illi totius mentis pulchritudine præferendus* Videatur, quod fundat in illo Deuteronomi 30. ubi exhortans Moyſes populum ad pœnitentiam, promittit quod ſi eam peregerint fructuoſam. *Majoris numeri eſſe te faciet, quam fuerunt Patres tui.* Subjungit Jeſuita. *Ut quaſo dicit nefarios filios ſantiſſimis Patribus preferendos. Credo quia Patres innocentes, filij pœnitentes extiterunt; quorum Deus cauſam ſtudioſius tuetur.* Experimentum capiendum; nonne pœnitenti Moniali in beneficentiam ſtudioſior cura divina oportet ad ſalutem ejus, ac ſi innocens præceſſiſſet? Jugiter adoranda clementior hæc pietas.

14. Occurrendum cuidam objectioni adhuc: nam ex quo pro ſæculari vidua in communi fama habebatur famula illa, quali diſcretione geſtum fuit, ut abſque teſtamento decederet? Incapax enim erat teſtandi; aliàs dum codicillum conderet ſeu teſtamentum peccabat mortaliter, à proponente conſultationem id inquiſivi; qui notum mihi fecit confeſſarium talis ancillæ Monialis iſtud diſpoſuiſſe innixum ut ajebat illi doctrinæ Pellizarij tom. 2. trac. 10. cap. 4. nu. 26. in indaginem vocantis. *An Monialis poſſit revocare, aut ſaltem declarare teſtamentum à ſe factum ante Religioſam profeſſionem?* Non enim idem eſt declarare aliquod & revocare, diſtintiſſimum utrumque ad revocandum exigitur poteſtas dominativa in declarandum, opus ea non eſt. Quotidie igitur Religioſi, quibus aliquod fidei commiſſum in teſtamento demandatur declarant; nec id opponitur voto paupertatis; quod enim de alieno in declarationem ponunt de his quæ uſui ſuo fuerunt, cur effici repugnabunt? Audiamus Pellizarium. *Non poſſe revocare, cum eadem poteſtas exigatur in diſolvendo actu qua in eo conſtituendo; ideoque teſtamentum ſolum poſſe revocari ab eo, qui poteſt illud condere. Poſſe tamen illud declarare.* Declarans nihil novum facit, niſi aperire quod fecit. Igitur confeſſarius Notarium vocare fecit tota diſſimulatione, & præſentes judicabant id fore ad condendum teſtamentum quin ullus inquireret ad quid vocabatur ingreſſus Notarius in infirmæ cubiculum, illico languida quin minimum pandeter, nihil aliud dixit præter hoc. *In mea Patriâ (quæ eſt tale oppidum) condidi quoddam teſtamentum, nec ullum alıud peractum à me invenietur; actus juridicus teſtificetur, me nullum alterum velle condere;* Sic teſtibus præſentibus Marchione & Marchioniſſa, teſtificatus fuit actus à Notario. Quid ergo declarare Religioſum authenticè ſe non velle, id quod licitè aut validè velle quit. Poteſt cogitari in minimo tangere votū paupertatis? ergo ſumma diſcretione, ut laudetur Deus univerſum directum fuit, proſperum ex divina miſericordia finem tenens hic tragicus eventus in anima pœnitenti, nulla manente via, qua Religio in minimo denigraretur, ita ut de proſpera hac fœmina verificari noviter queat, quod Arnoldus Carnotenſis tractatu de ſeptem verbis Domini in cruce (premens illud quod Redemptor juſto Latroni promiſit; Lucæ 23. v. 43. *Hodiè mecum eris in Paradiſo,*) profundiſſimè fatur. *Cum jam anima egreſſum accelerans in primis labris eſſet, & hora ultima adventaret, aquo animo ibat, neque urgebat formido pœnarum conſcientiam quæ ſe ſanguine Chriſti præterfluente ſentiebat abluta.* Pauciſque interpoſitis, in ultima vitæ periodo ad veniam invitatus, conſideratur peccator verè contritus, exhortans, *Conſiderare neceſſe eſt quid poſſit pœnitentia?* quid poſſit, concludit. *Multa antiqua, quæ peccata illico abolet gratia, nec proceſſu moraque temporis indulgentia limat corroditque culpa rubiginem; ſed ubi repentè ſpiritus ſanctus illabitur, quidquid imbuerat peccati tabe, ſiccatur.* Siccata ita manſerunt in famula Moniali peccata, ut nulla rubigo maneat ex pietate, quâ conjectari valet in divinam depromendam laudem ad Empireum vocatam tam inſignem pœnitentem.

CONSULTATIO X.

De legato obtinendo intuitu Matrimonij rati, ſub quandam cautel. m.

LEGATUM mille ducatorum, pro una vice inſtitutum fuit à Franciſco, hac clauſula. *Vt mea conſanguinea maritentur.* Clara conſobrina inſtitutoris à multis annis Religioſum aſſumere ſtatum fervidè & efficaciter anhelabat, & dotis defectu ſuum ſanctiſſimū intentum perficere nequibat; nam nec congrua ipſi erat ut Laicarum aſſumeret habitum; Talia cum ſuo confeſſario confabulans, examinata uſque ad ultimas differentias Claræ vocatio, confeſſarius opportunum invenit conſilium, docuitque ipſam petere ad nubendum ſui conſobrini legatum, nuſquàm intendens Matrimonium celebrare conſummatum, propoſitumque firmum tenens, ratum tantummodo affuturum; & intra bimeſtre debitum pro ſemper negare conjugale ſtrictioris caſtitatis obſervantiam ſatagendo, velut ſeduliſſimè fecit; fere uno menſe tranſacto, monuit illa legati Patronos in tali Monaſterio ſe Religioſam fieri velle: quali dote, reſponderunt, replicavit ipſa, mille ducatorum ex legato mihi pertinente, in quod jam dominium teneo. Conſultum fuit, utrum tutâ conſcientiâ dare obligarentur; & an licite eo fine uxorari valuerit ipſa Clara. Etenim plures teſtificabant mentem inſtituentis legatum, nuſquam fuiſſe, niſi quod in maritali ſtatu, millia illa ducata obtinerentur; cumque inſtaretur, dubium fore quod affirmabant, ſed caſu negato, quod concederetur, verum jam completa erat conditio in Matrimonio rato, quam aſſertionem roborabant auxilium præbentes pro Religioſo ſtatu

Digitized by Google

ſuffragando ei, devotæ mulieris dictamen & eventum proponebant, quem contingere poſſibile erat. Proferebant ſic: antequam Matrimonium Claræ cum Franciſco conſummaretur, concedatur quod hic infirmus, nullo pacto conſummationem pertingere potuit; detur mortuum ſponſum, vidua illa manente, quo in caſu ipſa non tenebatur reſtituere dotem ex legato acquiſito; Sed penes ipſius dominium manebat, ita ut ſi vellet Monialem fieri fructu dotis ſumpto ab illis mille ducatis, tutâ procederet conſcientiâ; Ergo videbatur jus, & dominium in illa acquſiviſſe, debereque ipſi ad ſtatum Religioſum aſſumendum; nec annuebant Patroni, hoc diſcrimine excogitato; mortuo ſponſo independenter ab eo dominium in illa mille ducatorum manebat, at vivens, pariter ac uxor Dominus erat vir, neque abſque hujus conſenſu quibat de illis fieri diſpoſitio; maritus tenuebat cupidus connubium conſummare; fœmina conſtans in ſua vocatione perſiſtebat, ne litis juridica interponeretur, convenerunt in eo quod de conſcientia procederet, parati omnes dictamini cedere pro re quæ obligaret eos.

SUMMARIUM.

Frivolum, negare legatum fœminis Religionem ingredientibus, relictum pro eis maritandis nu. 1.
Fundamentum cur id illis debeatur num. 1.
Diſcrimen legati relicti pro certis ac pro incertis num. 1.
Textus diſpoſitio authenticè, declarata num. 1.
Legatum relictum pro conſanguineis num. 1.
In præjudicium alterius, legata non concedenda num. 1.
Paritas advertenda ad omne legatum num. 1.
Non de inconſequentia arguendus Diana num. 2.
Aliqua de legatis notanda num. 2.
In favorem fœminarum ſatagentium Religioſas fieri quoad capienda legata num. 2.
Nullus inclinatur in ſententiam, quam impugnat nu. 2.
Mirabilior ſanctus Auguſtinus ex libro retractationum num. 2.
Determinatū & indeterminatū non contradictoria nu. 3.
De quibus dotanda à Patrefilia Religioſa num. 3.
Favendum plus ingreſſui Religionis quam Matrimonio carnali num. 3.
Determinatum & non determinatum contradictorie oppoſita num. 3.
De individuo vago utilis obſervantia num. 3.
Nihil quod continetur in determinatione teſtatoris, tertiam perſonam præjudicat num. 3.
Indeterminatum æquivalet individuo vago num. 3.
Legatum relictum viduæ permanenti debetur Religionem ingredienti num. 4.
Profeſſio in Religione approbata dirimit Matrimonium num. 4.
Differentia Matrimonij rati à conſummato penes ſtatum Religionis num. 4.
Profunda Scotica ſpeculatio num. 4.
Conditio, ſi vidua permaneat *non excludit ſtatum Religioſum num.* 4.
Deciſio ficti caſus, & dilemma num. 5.
Æqua facultas diſponendi de bonis in morte civili ac naturali num. 5.
Peccant Patroni gravamen ponentes in legatis dum à Patrono non præceſſit num. 5.
Merus executor gravamen imponere nequit num. 5.
Cœlibatus laudabilis in Matrimonio num. 6.
Commendanda ex hoc ſancta Delphina; & ſancta Salomea num. 6.
Iura faventia Matrimonio conſummato, rato favent num. 6.
*Sine notitia aut acceptatione acquiritur jus in legato n.*6
Diviſio legati in purum, & alia membra num. 6.
Quid legatum modale num. 7.
Conditio contra intentionem teſtatoris, legatarium excludet num. 7.
Dictio ut, *an conditionale conſtituat legatum num.* 7.
*Propriè legatum conditionale in quo conſiſtit num.*7.
Vt quis nubat, aut, ut nubere poſſit, idem in legato num. 7.
Clauſula, ut conſervetur deſcendentia *quid conducat in legato num.* 8.
Sub his conditionibus legatum, ſi non nupſerit, aut ſi Religionem non ingrediatur... *an nullum num.* 8.
Quando legatarius repetere poteſt pro legato in conditionibus à jure pro non habitis declaratis num. 8.
Illuſtrius conſervatur familia à ſtatu Religioſo nu. 8.
Non pendente conditione à legatario valet legatum num. 8.
Non interpretanda voluntas contra ſtabilita à legibus num. 8.
Teſtis non concludit de voluntate aliena, ſi mutari quibat num. 8.
Vnde præſumptio de revocata voluntate num. 9.
*Iura quid præſumant in legato favente cognato num.*9.
*Legatum plus pium inſtitutum in Dei cultum num.*9.
*Piè plus legatum reſpiciens animam, quam temporalia num.*9.
Clauſula impulſiva, vel finalis, quid num. 9.
Errores Notarij, & Amanuenſium circa legata nu. 9.
Caſus de legato bipartito ſub quadam conditione nu. 10.
Quando ſtricta obligatio non incommodandi genitores obligant, ne Religioſi filij conſtituantur num. 10.
Honeſtior in Religione mulier quam in ſæculo num. 10.
Vituperoſius familiæ luxuria fœminarum num. 10.
Documentum pro maritandis filiis num. 10.
Pro profeſſoribus Monaſtici ſtatus doctrina num. 11.
Cœlibatus utilitates, maritationis cura num. 11.
Nupta, & virgo, excellentiſſimum num. 11.
Herculis narratio fabella doctrix pro caſtitate num. 11.
Miles fortior, indecenter à laſcivia victus num 12.
Contractus maritalis compatitur ſine conſenſu implicito vel explicito in copulam num. 12.
Inſtantia uſus de ſeparatione à dominio num. 12.
Conſenſus explicitus in dominium tranſlatum, non eſt conſenſus implicitus in dominij uſum num. 12.
Damna à quibus liberat ſtatus Religioſus num. 12.
Exemplaria quæ intra Monaſterium conſpiciuntur gerunt vicem gratiæ externæ protectionis, unde juvamur, ne miſerè pereamus num. 12.

1. LIBUIT radicitus pertractare rem, licet in terminis communibus non difficulter fieri poſſit ſatis per tradita à Caſtro Palao tom. 5. diſp. 1. de ſponſalibus p. 10. à nu. 17. ubi graviſſimam hanc vocat difficultatem. *An relictum puellis maritandis, concedi poſſit Religionem ingredientibus?* Poſtquam appellat, & merito frivolum argumentum eorum, qui partem affirmativam tuentur, non alio fundamento, niſi ne via ſtatui perfectionis præcludatur, quid præcludi nullum habentes præceptum, quo aſtringamur eligendum perfectius; infert ita. *Quapropter fundamentum hujus deciſionis* (ſcilicet quod legatum relictum pro maritandis fœminis poteſt tutâ conſcientiâ applicari eis, dum Moniales fiunt) *eſt ſola præſumptio à jure*

facta voluntatis teſtatoris, qui creditur in legato relicto determinatæ perſonæ in Matrimonium collocandæ ſolum attendiſſe; quod ipſi perſonæ utile ſit, eamque in ſtatum decentem collocare. Cum ergo Religionem ingrediens, & maximè utilem aſſumat ex præſumpta teſtatoris voluntate, legatum obtinebit. Non ab his utpar eſt eventus conſultus ſolvetur, cum legatũ quod volebar Clara ſibi in dotem aptari pro ſtatu Monialis, relictum non fuerit incertis & indeterminatis, ſed certis & determinatis, ad maritalem ſtatum. Citatus Palao verat ſi. *Si legatum relictum ſit non perſonæ determinatæ ſed indeſinitæ pro puellis maritandis, nequaquam concedi potes Religionem ingredientibus, quia diſpoſitio textus authenticè de ſanctiſſ. Epiſ. §. ſed hoc præſenti collat. 9. ſolum eſt de legato relicto certæ perſonæ.* Unam ponit exceptionẽ n. 19. *Ab hac regula excipiendum eſt legatum pro puellis conſanguineis teſtatoris: hæ enim obtinebunt legatum pro illis ſi Religionem ingrediantur; quia propter affectionem teſtatoris latam interpretationem legatum recipit, ut dicitur in l. Aurelius §. Tidius teſtamento facto FF. de libert. legat, cenſeturque ac ſi certæ perſonæ legatum factum eſſet.* Citatis pro eodem Sancio, Mantica: & Gutierrez rationem diſparitatis aſſignat, art. 20. *Si inquiras. Quare ius præſupmit teſtatorem velle ſuum legatum certæ perſonæ maritandæ relictum concedi, ſi Religionem ingrediatur, non autem perſonis incertis, ea eſt quia ſi legatum certæ perſonæ relictum alteri concedatur, eo quod ipſam Religionem ingreditur, legatum in ſpecifica forma non completur; ſecus vero incertis relictum. Nam eſto hac vel illa Religionem ingrediatur, aliis concedi poteſt ut Matrimonium ineant.* Veneror Autorem; non amplector diſparitatis rationem in exceptione de conſanguineis teſtatoris; aut enim pro non conſanguineis doctrina etiam currit, vel conſanguineas non comprehendit. Non minus incertæ & indeterminatæ ſunt, quando nulla determinatur nominata cum conſanguinitas interponitur, ac ſi non interveniat; Sed ob præciſam indeterminationem teſtatoris non conſanguineæ excluduntur à legato, quia latam interpretationem in eis non accipit illa lex *Aurelius*. Cur ergo in conſanguineis latè interpretanda, ſiquidem indifferentia & indeterminatio utrobique pariter relationem ſeu connotationem reſpicit; non igitur ſpecifica teſtatoris implebitur voluntas plus in uno eventu ac in alio; quia una Moniali facta, altera nubat. Ponamus legatum inſtitutum à Didaco pro maritandis decem puellis non conſanguineis; & à Bernardo pro conjugandis novem conſanguineis; ſi ex illis decem una nuptias celebret, quid plus habet, ac ſi ex decem una maritetur in latam vel ſtrictam interpretationem voluntatis teſtatoris nullam determinantis perſonam certam.

2. Non poſſum, non advertere ante deductionem ad caſum conſultum, (non inconſequentiam Dianæ, quia tam peritus undique Magiſter venerandus, non taxandus de inconſequenti in his quæ reſolvit; vel ergo priorem retractavit opinionem, aut non proprio ſed alieno loquitur marte in his quæ docuit antecedenter) parte 2. trac. 16. reſol. 50. §. ſed circa ait. *Divina circa legata pro virginibus maritandis multa ſcitu digna invenies. Primo quod legatum pro virginibus maritandis non patitur commutationem pro opere, niſi id faciat Romanus Pontifex de plenitudine poteſtatis. Secundo legatum ſpeciale alicui puellæ relictum pro maritanda conſequitur, ſi ingrediatur Religionem; & idem uxor ſi relinquitur ſi vidualiter vivat. Non tamen ita erit in legato relicto generatim pro virginibus ſeu puellis incertis maritandis, nam ſi accedat aliqua puella dicens ſe velle ingredi Religionem & lucrari legatum, non eſt reddendum.* Hæc ſcripſit ex alieno marte, non à propria opinione recitativè ſeſe referens ad illa quæ defendit Lara: ſiquidem concludit. *Hac omnia Lara ubi ſupra.* Nec non explicat, ſi adheret, aut non annuit; fortaſſis proveniens reſolutionem ad ea quæ decreverat decidenda 5. p. trac. 14. reſol. 35. in propriis terminis diſcutiens. *An legatum relictum non perſonæ particulari, ſed generaliter pro virginibus maritandis lucretur puella quæ Religionem ingrediatur.* Adverſus Laram §. ſed eo doceo. *Legatum relictum non ſolum conſanguineis; & certis puellis, ſed etiam incertis abſolutè ad has ut collocentur matrimonio, poteſt eis omnibus diſtribui, etiam ſi non nubant, ſed Religionem profiteantur.* Quæ ſententia opponitur quoad non conſanguineas aſſerti Ferdinandi de Caſtro Palao dato numero prætcrito; & poſt tranſcriptas à Diana Baſilij de Leon lib. 3. de Matrimonio cap. 11. clauſulas concludit. *Dicendum eſt igitur contra Sanchez & alios multos nullam differentiam reperiri, inter legatum relictum pro maritanda perſona certa, & indefinitè pro maritandis perſonis incertis; ſed in utroque caſu ingredientibus Religionem, tale legatum conſequi poſſe dicendum eſt.* Quod idem præter Doctores quos citat firmant Villalobos tom. 1. trac. 12. diſ. 10. nu. 7. Garcia tom. 2. ſuæ politicæ regularis trac. 11. diſ. 3. nu. 11. & deinceps, Martinus de S. Joſeph in ſua ſumma trac. 41. Paſſim arguendus, qui Dianæ ſummam per alphabetum recopilavit volumine Typis dato Venetiis anno 1663. licet in altero compendio id ipſum varietur. Voce legatum nu. 7. poſt data ea quæ docuit Diana citata 5. parte, ſubjungit. *In ſententiam Laræ inclinaverat p. 2.* Nullus bonæ notæ author ſe ipſum inclinat (niſi exprimat) in ſententiam quam impugnat, aut fatendum ſuam propriam inclinationem impugnare, ignarum de ea; ſeu certe ſibi contradiceret; Sed Diana pro viribus impugnat Laræ ſententiam; Ergo in eam non inclinaverat; vel ſibi oppoſitum fatendum erit; potius, ſi inſtes Inclinatum dicam retractaſſe ac ſibi ipſi oppoſitum, cuique id indecorum retractare ſemel aſſerta docilitatè pro veritate, dignum venerationis indicium; nihil plus laudabile exemplo mirabiliſſimo liber retractationum quem ſcripſit ſanctus Auguſtinus, adhæreo igitur Dianæ in deciſione ſtatuta contra Laram, quoad legatum inſtitutum pro incertis & indeterminatis puellis, maritandis penes aſſumendum habitum Religioſum non contracto Matrimonio.

3. Huic ſententiæ non opponitur authentica illa quam interpretatur Palao, *de ſanctiſſ. Epiſcopis*; non enim evadit legitima conſequentia ab hoc antecedente. Legatum inſtitutum pro certa & determinata perſona ut nubat, licitè conceditur ſi Religionem ingrediatur; Ergo inſtitutum pro perſona indeterminata concedi non poteſt ſeu tribui, quando relinquitur in nuptias, & Monialem fieri intendit; nego millies conſequentiam; quia determinatum & indeterminatum opponuntur contrariè, non contradictoriè; & ſicut non ſequitur hic paries eſt albus, ergo non eſt niger, ita in caſu poſito: quod ſequitur eſt, non eſt non albus; Pellizarius tom. 2. trac. 10. capite 3. nu. 47. in difficultatè quam movet *an, & ex quibus bonis teneatur Pater conſtituere dotem taxatam filiæ ingredienti Religionem?* Authenticam relatam referens (inquit, eam explicando.) *Reſpondeo teneri & quidem etiam ex bonis aliàs ſtrictiſſimè vinculatis, quæ ſicut poſſunt diſtribui pro dote deſcendentis à teſtatore ad contrahendum carnale Matrimonium, ſic & poſſunt ad ingrediendum Religionem, cum favorabilior ſit ingreſſus Religionis dote ad Matrimonium temporale juxta authenticam de ſanctiſſimis Epiſcopis.* Si ergo favorabilior eſt quomodocumque attendatur conformiter ad prædictam authenticam, numquam limitanda diſpoſitio teſtatoris, & jugiter ad quoſcumque caſus extendenda, ſive legata pro determinatis perſonis, ſive indeterminationis inveniatur. Principaliter innitendo terminis Logicis aut Metaphiſicis, in quibus ut præmiſimus determinatum; &

Digitized by Google

non determinatum fore, quæ opponuntur contradictoriè, taliter quod explicitè negatum vel affirmatum de uno, implicitè & neceſſariò conceſſum aut negatum de altero intelligitur; neutiquam determinatum aut indeterminatum, quia iſtud vices gerit individui vagi, illud individui certi; aliud quod ſubnecxuerat Palao, ambiguitatem ingerit, & in eo innodando fundamentum præcipuum ad reſolutionem, quæ ſtat in hoc, qualiter compatitur legatum relictum incertis perſonis poſſe valere aut interpretari, dum non adimpleta poſitivè conditione in una perſona, reſtant aliæ in quibus talis conditio purificatur; eatenus in tertij damnum licebit cuique id verti quod eſt falſiſſimum. Nuſquam cum alterius detrimento tutâ conſcientiâ alteri ſuff agatur; nego ſuppoſitum quod probo à paritate. Per te non reſultat in damnum tertij ſi legatum relictum determinatæ perſonæ pro Maria maritanda v.g. ei donatur ingredienti Religionem; Ergo neque reſultabit indeterminatè ſtabilitum pro maritandis fœminis inſtitutum. Probatur conſequentia. Ideo legatum reſpiciens determinatam perſonam non cedit in damnum ſeu præjudicium tertij in caſu propoſito, quia continetur in determinatione teſtatoris inſtituentis legatum; Sed quod relinquitur incertis & indeterminatis, ſimiliter continetur in teſtatoris determinatione, quia ut probavi ſolum non determinatum eſt quod in ea non continetur ex regula videlicet quod indeterminatum æquivalet individuo vago; unde ſicut Petrus & Joannes continentur ſub iſta ſpecie, *homo*, ita comprehenduntur ab individuo vago, *hic homo*; Ergo in damnum tertij non reſultabit, quandoquidem indeterminatum non patitur excluſionem ſicut non determinatum à determinatione perſonæ, quæ nihil in individuo expreſſit.

4. Dicis; legatum relictum à marito ſponſæ ſe conſervanti in ſtatu viduitatis, debetur viduæ, dum fit Monialis, ex eo quia ſtatus regularis in Religione, quam profitetur non tollit eſſe in re & formaliter viduam; Sed ſtatus Religioſus diſſolvit Matrimonium, ſive hoc ratum ſit, ſive conſummatum, quando de communi conſenſu ambo conjuges profeſſionem emittunt Religioſam in tribus votis caſtitatis, obedientiæ, & paupertatis, ut expreſſit Scotus 4. diſ. 31. quæſt. 1. §, ad quæſtionem ergo v. hæc autem relaxatio nu. 8. & de rato Tridentinum ſeſſ. 24. de Matrimonio can. 6. *Si quis dixerit Matrimonium ratum non conſummatum per ſolemnem profeſſionem alterius conjugis non dirimi, anathema ſit.* Ergo cum non permaneat conditio à teſtatore expreſſa conſiſtens in maritatione, videtur non debere legatum, non tantum determinatæ perſonæ, ſed potius pro incertis & indeterminatis inſtitutum: frivola paritas. Nec moram faciendo in eo pro quo allegatur ſubtilis Doctor, qui non loquitur ut patet in ejus contextu de Matrimonio conſummato, niſi de rato; utriuſque diſcrimen clarum propono. Ratum liberum relinquit conſortem ut alteri nubat ſi velit, alio emittente profeſſionem ſolemnem, ſicque ex iſto ſignum eſt dirimi & diſſolvi contractum anteriorem maritalem per illa Scotica mirifica verba ea diſtin. 31. *Hæc autem relaxatio Chriſti rationabilis fuit, quia rationabile eſt obligationem ad minus bonum commutari in obligationem ad majus bonum, ab eo qui habet autoritatem commutandi. Profeſſio autem in Religione eſt obligatio ad majus bonum, quia ſpirituale.* In Matrimonio autem conſummato quando ſine periculo incontinentiæ manet alter conjux in ſæculo, id approbante Papa vel Diœceſano; alter conjux profeſſionem emitens, ille qui in mundo manet nubere non poteſt, vivente altero in Religione profeſſo; quod ſignum eſt Matrimonium neutiquam diſſolutum, neque quoad vinculum ſpirituale, repræſentans unitamen Chriſti cum ſponſa Eccleſia; neque carnale ex conſenſu voluntario quo inhibentur unus & alter; videndus noſter Hicheus, commentario ad allegatam diſtinctionem in v. aliter à n. 15. & ſequentibus; ne nos divertant doctrinæ à ſcopo, nego cauſalem primariò & formaliter intellectam, alioqui melioris conditionis foret Matrimonium conſummatum quam ratum; & caſu quo in illo unus ex contrahentibus vellet, aut ambo communi conſenſu intrare Religionem, deberetur eis legatum, ſiquidem non minus quam vidua Religioſa facta conſervat viduitatem, ambo illi maritationem, quoad utrumque vinculum, impedito uſu ob ſolemnem amborum, vel alterius profeſſionem poſt Matrimonium emiſſam. Ratio enim formalis & primaria, quâ viduæ Religionem intranti debetur legatum, non eſt quia diſſolvitur, vel non diſſolvitur ſtatus vidualis; ſed eo quod à determinatione teſtatoris, per illam clauſulam conditionalem, ſi vidua permanſerit, non intelligitur excluſus ſtatus Religioſus, qualiter dum exprimeret, ſi vidua permanſerit in ſæculo, excluderetur, quo in caſu dari nequiret; quia intentioni expreſſæ inſtitutoris opponeretur.

5. Per hæc devenio ad deciſionem eventus conſulti, in quo à tenore verborum teſtatoris inſtituentis legatum, nullum nec minimum verbum invenitur, unde Matrimonium ratum excludatur, aut arguatur exigi in lucrandum legatum, maritationem copula carnali conſummatam; quapropter à die quo Clara conſobrina inſtitutoris iſtud contraxit, jus legitimum acquiſivit in poſſidendum, independenter à marito, talis legati fructum, conſequenterque, nec tutâ conſcientiâ valebant Patroni illud ei denegare ut Religioſa fieret, & ipſa licitè ac ſine ſcrupulo minimo conſcientiæ poterat proventum ejus aſſumere in dotem requiſitam ad profeſſionem; item quod de dote ſupererat illorum mille ducatorum, ante profeſſionem condere quibat teſtamentum, in Violarium ſibi captandum, aut ad illud quod magis ſibi expedire noſceret diſponendum. *Pro* quo fundando fingendus eſt caſus qui Phyſicè contingere potuit. Supponamus quod nuptiarum nocte à dimidia hora quâ Matrimonium validum celebrarunt Clara & Franciſcus, illam in febrem lethalem incidere, poſt demandatum & jam donatum à Patronis legatum. Arguo ita vel prædicta Clara uxor in ſuo teſtamento aut codicillo capax erat diſpoſitionis mille illorum ducatorum independenter à Franciſco marito, vel incapax. Si concedatur capax, conceditur intentum, quandoquidem non inæquum cenſetur jus diſponendi de bonis quæ ad aliquem pertinent contingenter teſtamentum condi, aut codicillum in morte naturali, quam in civili qualis eſt profeſſio valida in Religione approbata: ſi ergo tunc Matrimonium ratum ſufficiens fuit independenter à marito ad dominium & diſpoſitionem, quare non abundabit ſi aſſumatur & exercatur ſtatus Religioſus. Si dicatur incapacem fuiſſe Claram diſponendi de illis mille ducatis; inquiro à quo incapacitas orta? Non ab inſtitutore, qui in ſua determinatione non excluſit ſtatum Religioſum, & per eam incertitudinem aut indeterminationem manet probatum, neutiquam excluſam; doctrina propoſita in præciſione inducta, ſcilicet aliud eſſe non determinatio, quæ contradictoriè opponitur determinationi; alterum indeterminatio in qua ad ſummum invenitur contraria oppoſito, compatibilis tamen determinationi; iſta non conſtante expreſſa, & ambigua manente; quoad punctum de dependentia mariti in diſponendum de mille ducatis legati à Clara, ſimiliter interrogo oriebaturne ab aliqua conditione inducta ſeu contractu expreſſè in illis quæ dicuntur capitula Matrimonialia, ubi Patroni legati exponebant demandatum tale legatum mille ducatorum pro Matrimonij dote ad diſpoſitionem mariti. Si hoc, peccabant mortaliter in gravamine talis clauſulæ cum fidei commiſſarij, non Domini fue-

Digitized by Google

rint legati, etiam prævidentes, damnum aliquod ſeu peccuniæ jacturam eveniendam, ex regula juris quod merus executor nullum gravamen imponere poteſt legitimo bonorum Domino, qui in hereditate liberam tenet facultatem ad diſpoſitionem bonorum. Ergo dum in tali eventu Matrimonium ratum ſufficeret, ne ulla expectetur mariti dependentia, potiori ratione quando Religioſum ſtatum aſſumit in emittendam profeſſionem ſolemnem.

6. Ulterius, ponamus alterum caſum quod nuptiarum nocte præmoniti à Deo, auxilio opportuno duo contrahentes illi Franciſcus & Clara in Matrimonio rato, voto ſimplici caſtitatis ſe aſtrinxerint, & toto tempore vitæ per vigenti annos in cœlibatu infallibiliter vixerint cohabitantes in eadem domo exemplo & imitatione illorum heroum tertii ordinis Franciſcani, videlicet ſancti Eleazarii & ſanctæ Delphinæ, de quibus Minoriticum breviarium ad diem 28. menſis Septembris ſequentia narrat. *Sanctam, & immaculatam virginitatem, non ſolum animo, ſed etiam corpore conſervavit cum ſancta Delphina conjuge ſua, ducens perpetuum cœlibatum, non aſpernantes jura conjugii, nec virginitatem in aliquo violantes.* Quod idem evenit in auguſto illo Matrimonio quod ſereniſſima ſancta Salomea contraxit cum Colomano Rege, de communi enim conſenſu nocte nuptiarum votum caſtitatis emiſerunt, ad amuſſim iſtud obſervantes; poſt mariti mortem Salomea Clariſſa fit in profeſſione ſolemni, Eccleſiam catholicam & Franciſcanos præcipuè honorans; de quibus fuſus eſt ſermo à me in poſteriori ſanctoralis Apoſtolici & Seraphici parte, volumen quod dum hæc ſcribo tipis datur Toloſæ hoc anno 1679. concione 31. §. ex matrimonio formaliter rato, ſancta Salomea prout nupta cum Rege verè propriè & rigoroſè conſtituitur Regina, transferente Matrimonio rato omnia jura & immunitates, ac quæcumque alia regalem majeſtatem conducentia, quia privilegia quæ favent contractui maritali in quantum conſummato, dum à lege non repugnent, favere debent ei, quatenus rato, quia majoris excellentiæ in prærogativis habetur iſtud, ac illud; Sed neque à lege, neque à teſtatoris diſpoſitione aliquid repugnabat in legatum capiendum à Clara ex Matrimonio rato; Ergo ab hoc, ipſi pertinebat ut utendo ſuo jure per bimeſtre negaret debitum, intentione aſſumendi habitum Religioſum, inſimulque acquirendo jus legitimum in facultate diſponendi de legato ad dotem Monaſterio pro ſua profeſſione capienda. Minor probatur. Si aliquid à lege obſtaret, maxime, quia non conſtabat acceptum à Clara legatum; Sed nec requiri acceptationem, imo nec notitiam in acquirendum tale jus, ut ex l. finali codice de ſancta Eccleſia lege à Titio ff. de futuro; id fundat Caramuel in ſua Theologia fundamentali tom. 1. fundamento 41. clavi 6. n. 1072. Ergo nihil obſtabat Claræ in diſponendum de legato. Amplius diſcurſus firmabitur ex quodam examine juridico, nam in quacumque ſententia quam Doctores reſolvant, cõvincam deberi executores legati (ad quod Clara recurrebat in monialem conſtituendam) non impedire tam laudabilem propoſitum. Diſputo enim, utrum legatum commemoratum in conſultatione reputari debeat, & in re ſit, purum, modale, ſeu conditionale. Uulgari doctrina inter juriſtas & Theologus donationem ſive factam inter vivos, ſive mortis cauſa, ut contingit in legatis fieri ſic, & explicari, vel purè vel cauſaliter (quod juxta aliquos idem eſt, aut modaliter) aut conditionaliter, ſive demonſtrativè, lege prima codice de donationibus, quæ ſub modo. Videndi de hoc Juriſconſulti, Periè, diffuſeque Joannes Baptiſta Lerana in ſumma; tom. 2. in 2. p. dictione, *Legata regularibus relicta.*

7. Nimis longum & extra intentum procederemus, ſi ſingula cogeremur enodare quoad ea quæ Autores dilatant, tam in terminis fori interni, quam contentioſi de eiis quæ jura decernunt in legatis & legatariis; fusè Leſſius de juſtitia & jure lib. 3. cap. 18. dubio 16. cum enim legatum de quo loquimur nec purum, nec demonſtratiuvm, nec cauſale ex ſeipſo pateat, aut conditionale, formandum eſt fore vel modale (& ne vocibus controvertamus, ſi velis modale tantum appellare, tecum conveniam per aſſerta ex cardinali Thuſco allegato à Bonacina tom. 2. diſp. 3. de contractibus quæſt. 17. p.8. §.1.n.4. *eſſe modale præſertim ſi fiat ut nubere poſſit, conſequenterque hujuſmodi legatum ſolvendum eſſe ante impletum modum, ſicut traduntur alia legata relicta ſub modo.*) Quod ſi dicatur in legato conſulto (formalia verba tenente qualiter memorantur n. 1. *ut mea conſanguinea maritentur*) potius urget à die quo maritare incepit Clara, jus tenere in illa mille ducata, ante maritationem. Et probatur ſi ſolemnem profeſſionem emiſiſſet ante maritationem juſtè denegaretur legatum, eo quod impoſſibilem apponebat modum exequendi & adimplendi teſtatoris ſeu inſtitutoris voluntatem expreſſam prædictâ clauſulâ, *ut mea conſanguinea maritetur*, quia ſic Religioſa nubere nequibat uſquam; Ergo à contrario quando nubere quivit, & nupſit, legatum ex modo adimpleto ſuum fecit; Ergo potuit de eo quod ſub dominio ejus erat, ſolvere dotem ad profeſſionem. Si dicatur conditionale ex dictione *ut* per tradita à Villalobos ſecunda parte trac. 20. diffic. 9.n. 2. non obſtat conditio, nam hæc tantummodo quando eſt de futuro & numquam de præſenti, legatarium gravat ad reſtitutionem in integrum, impoſſibilitando eum ad ponendam conditionem de præſenti; Sed Clara poſuit conditionem de præſenti; Igitur conceſſo legato conditionale adhuc tutâ conſcientiâ poſt Matrimonium ratum proventus ejus ſuos fecit. Reſpondebis clauſulam, *ut nubant*, æquivalere ut nubere poſſint toties quoties; cum autem Religionem ingrediens ad ſecundas nuptias impoſſibilitetur: ideo non potuit uti illis mille ducatis ad profeſſionis dotem. Voluntaria replica illa de toties quoties à nullo tenore deducta. Bonacina ver. mihi dicendum, *Hujuſmodi legatum eſſe conditionale, ſi dicatur. Relinquo Bertæ centum ſi nubat, conſequenter hujuſmodi legatum non deberi Bertæ antequam nubat, & mortua Berta antequam nubat non tranſmitti ad hæredes, quia legatum conditionale non adquiritur ante conditionis eventum. Si vero dicatur relinquo centum Bertæ ut nubat, vel ut nubere poſſit, probabiliſſimum mihi videtur hujuſmodi legatum eſſe modale & deberi ante conditionis eventum.* Quid clarius clauſula ita. *Ut mea conſanguinea maritetur*: an alterum ſignificatum tenet *ut nubant*, ac ut *maritentur*; igitur ſtante Bonacinæ doctrina ante maritationem, jam Clara jus habuit ad legatum; Sed jure tenente ad legatum ipſum ſuum fecit; Ergo potuit illo uti ut ſibi melius placitum fuerit. Ad illud de toties quoties reſpondeo quod ſicut filiis primi Matrimonii potuit relinquere, quod hæredes fuerint illorum mille ducatorum, ita ut deducatur ex quo modale ſeu conditionale appellatur legatum, quod ſemel facta maritatione legitimus fit legatarius ſimiliter non expreſſo toties quoties, legitima legataria manſit Clara in rato Matrimonio, & conſtituta religioſa.

8. Agè demus conditionatum legatum; ajebant plures teſtes, & pro eo monſtrabant inſtrumentum juridicum in proceſſu ſeu ſummaria coram Ordinario loci ad futuram rei memoriam, ubi deponebant tres conteſtes uniformiter ſeſe audiviſſe ab ipſo inſtitutore ſuam intentionem fore in legati inſtitutione, ut ſua conſervaretur deſcendentia; Sed conſervari nequibat ex Matrimonio rato, poſtea conſtitutâ monialitaliter nuptas; Ergo ſic maritata executionem non tenebat voluntas teſtatoris, nec legati conditio purificabatur; Ergo Cla-

ra in dotem, illud aſſumere nequibat. A deciſione ante legatum relictum ſub conditione, *ſi non nupſerit*, vel *ſi Religionem non igrediatur*, ſi validum, id pendet. Diana tertia parte trac. 5. reſol. 57. poſtquam advertit, & conſonè valde (præ oculiſque maxime tenendum à confeſſariis) *Dixi in foro conſcientiæ, nam inforo exteriori dictas conditiones haberi pro non appoſitas* (& recitans opinionem ſibi appoſitam, nempe non deberi in foro conſcientiæ) cum Joanne Valerio ſcribit. *Tam in foro interiori quam etiam exteriori poſſe à legatario tutâ concientiâ capi prædictum legatum, etiam ſi deficiant dictæ conditiones; & ratio eſt, quia cum talis conditio à jure merito reprobetur, & pro non ſcripta habeatur, non video cur in conſcientia ſecurus eſſe non poſſis, licet de contraria voluntate teſtatoris appareat, quia regulanda eſt ejus voluntas ſecundum jus, nec poteſt facere ut leges juſtæ in ſuo teſtamento non valeant. Et voluntas teſtatoris non ſemper pro lege ſervanda eſt, niſi quando eſt ſecundum, vel præter legem, non tamen quando talis voluntas à lege reprobatur.* Huic conditioni, videlicet, *ſi non nupſerit*, vel, *ſi Religionem non ingrediatur*, ſimilem alteram ponit reprobatam quidem etiam à jure, & proſequitur Diana perſiſtens in ſua ſententia. *Et licet aliqui limitent hanc ſententiam in conditione appoſita, nempe ſi Religionem non ingrediatur, quando conſtat appoſitam fuiſſe principaliter cauſa conſervandi familiam. Sed tunc in hoc caſu etiam contrariam tenet cum Valerio.* Ergo quamquam concedamus, & fidem integram demus voluntatem teſtatoris ſeu inſtitutoris fuiſſe & permaniſſe eo tenore, ac in ſummaria, ſeu proceſſu conteſtabatur, ut conſervaretur ſua familia, addo quamquam plus expreſiſſet extendendo, *in ſucceſſione deſcendentium ab ea* adhuc Clara erat legataria, Monialis facta poſt contractum Matrimonium ratum; in primo, ſiquidem non expreſſit conſervandam, hoc vel illo medio, & illuſtrior conſervatur quæque familia quanto perfectiores ſtatus profitentur qui deſcribuntur in ea; ideo nihil illuſtrius velut ſanctum canonizatum, vel beatificatum tenere; in ſecundo de ſucceſſione deſcendentium aliquod poterat difficile interponi, ad clauſulam ſeu conditionem fore nullam, per ſe patet: quia cum conditio non pendet à legatario, & aliàs eſt contingens, pro nulla reputabitur; etſi valida haberetur, nec in Matrimonio conſummato legatarii forent, dum filios procrearent, aut procreati obirent omnes ante mortem parentum. Nuſquam interpretanda voluntas teſtatoris contra diſpoſita & ſtabilita à legibus in conditionibus quas per non appoſitas decernunt l. quidam ff. de condit. & inſtitut. l. prima ff. delegatis primo, videnda gloſa penultima cap. finali poſt textum ibi de condit appoſit; Ergo non licebat Patronis Claræ negare legatum poſt matrimonium ratum, imo tenebantur fovere & ſuffragari operi heroico quod intendebant deſiderio ſummo Monialem fieri anhelans.

9. Iterum atque iterum perlegi in proceſſu ſeu ſummaria trium teſtium depoſitiones, numero præterito allegatas, in dictamen fixum formandum de voluntate ſtrictiori & intelligentia legati. Unum inveni ſine ulla dubietate teſtem, qui ſeſe audiviſſe certificavit ab illo de conſervanda familia; alii duo idem firmabant, ſed addebant, neſcimus tamen, an teſtator revocaverit poſtea quod audivimus ab eo; quę clauſulâ non conſtabat; Utrum nutu proprio teſtium, appoſita vel à judice interrogata præſumptio vehemens oriebatur de revocatione in inſtitutione ſeu teſtamento, ſiquidem ſi conſtans in eo perſeveraſſet, revera aliqua appoſuiſſet verba, in quibus contraria quæque diſpoſitio annullaretur, ideoque ab ipſa ſummaria ſeu proceſſu colligitur teſtatorum noluiſſe ſeſe aſtringere, & liberum intentaſſe manere prout libuerit ipſi condere legati inſtitutionem. Thomas Sanchez tom. 1. de matrimonio lib. 3. diſ. 18. n. 24. ut faciat ſatis huic replicæ. *Legatum odioſum eſſe, & ſtrictam capere interpretationem.* Totum negat, contrarium ſtabiliens. *Imo eſſe favorabile, & largam capere interpretationem ut ex multis textibus & Doctoribus comprobat ibi Manſica n.* 14. Videndus lib. 7. de conjecturis ultimarum voluntatū tit. 1. 2. n 13. & deinceps. Si ergo largam capit interpretationem, propterea quod inter favorabilia connumerantur talia genera legatorum, cur voluntas iſtituentis, conceſſo expreſſam clauſulâ, *pro conſervanda familia*, limitanda ad Matrimonium conſummatum, & non potius à tenore inſtitutionis interpretāda revocata, fine quo ſapientiſſimè motus fuit, ne aliquod impedimentum foret in ſuis conſanguineis, laudabiliorem & perfectionem ſtatum aſſumere in profeſſione Religioſa, ac maritatione conſummata; pro qua parte quamquam Clara Matrimonium ratum non contraxiſſet, legataria legitima ut fieret Monialis apparebat; ne ſine fundamento opportuno pervadat mea præſumptio; Arguo: nullus negabit tale legatum pium fore, non onerosum; Ergo tanto plus exiſtimandum & interpretandum de eo (dum voluntas teſtatoris ſeu inſtitutoris contraria evidenter non conſtat) quanto creſcit, ampliaturque pietas; Sed dum legatarius utitur legato in Matrimonium conſummatum, non niſi una dumtaxat urget pietas, nempe collocationis conſervantis honoratam familiam; At comprehendens etiam ratum, geminatur familiæ honor perfectiori profeſſione in obſervantia caſtitatis, cui ſi addatur ſtatus Religioſus noviter pietas præſtantior intervenit; Igitur urgentiori ratione voluntas teſtatoris noſcitur impleta, extenſa inſtitutio ad Matrimonium quodcumque fuerit, ſive ratum, ſive conſummatum, ac dum ſtringitur & limitatur in iſto; Ergo ampliſſimè interpretandum ad Claræ fovorem ut Monialis conſtituta ſponſa Chriſti, virgo permanens exaltaretur; quid enim aliud legatum pium, niſi quod conditur in Dei ſanctorumque cultum, vel ad ſubveniendum proximo, collocando in ſtatu, unde honeſtam peragant vitam, ſive inſtitutio imperetur, ſeu dirigatur à charitate, ſive ab alia quaque virtute; Vel ut loquitur Ricius in ſua praxi aurea reſol. 426. n. 53. (à quo id ſumpſit Barboſa de univerſo jure Eccleſiaſtico lib. 3. cap. 27. n. 2. & ſequentibus) ubi generaliter legatum Pium vocat uterque, illud in quo aliqua ex parte potius animarum quam temporalium rerum inſpicitur lucrum; Ergo quia Franciſci inſtitutoris contrarium non conſtat à tenore inſtitutionis, ſuæ conſanguineæ Claræ debebatur legatum, illo prudenti ſtratagemate de Matrimonio rato, ut fieret Religioſa in ſuæ animæ ampliores fructus.

10. Ne fugiamus difficultatem de inſtantia clauſulæ quam conteſtes in ſummaria, ſeu proceſſu firmabant, *ut conſervaretur familia*; Tranſeat hanc finalem, & impulſivam cauſam fuiſſe, nec ad mortis horam mutatum dictamen in eoque propoſito perſtitiſſe inſtitutorem, aut ut ajebant Patroni, notarii incuriâ teſtificantis, aut amanuenſis, qui ſcripſit tenorem inſtitutionis, omiſſa prædicta verba; obſecro legatur Marcus Antonius Genuenſis in practicabilibus quæ ſcripſit quæſt. 150. n. 3. decidendo quid operandum in quodam legato formalibus iſtis verbis expreſſo. *Solvantur quinquaginta ducata Mariæ conſanguineæ meæ ſi nubat; ducenta ſi Religionem ingrediatur.* Maria conſanguinea omnino nubere renuit, nec ullis diligentiis in Matrimonium conſentire potuit ab ea obtineri, quantumcumque inſtarent affines conſanguinei, & amici quod nuptias celebraret; & primo filio habito jurejurando promitteret maritus futurus verbo, ſcripto, quod fieret clericus, & ipſa ſic monialem ſtatum aſſumeret, nec tale obtineri potuit à Maria, fortaſſis quia ipſa votum Religionis ſeu caſtitatis promiſerat; neque valuit altera inſtantia promittentibus conſanguineis,

Digitized by Google

ſanguineis, ipſos à ſummo Pontifice diſpenſationem adducturos, ut poſt duos annos à die contractus maritalis, Matrimonio conſummato poſſet Religioſa conſtitui, ſponſaque ſuo in ſtatu Clericali conſtituto, in quibus omnibus hic annuebat ductus ex amore quô fæminam venuſtiſſimam nimis diligebat; ſed ipſa ſpecioſitatem ſuam pedibus dominicis ſubjiciens negabat ſe voto aſtrictа, & ex auxilio divino præmota, aiebat nuſquam maritandam & Religioſam conſtituendam quanto citius; in ſpecie hujus facti à piis aliquibus affinibus excitatum fuit, admiratis de honeſtiſſima mulieris conſtantia, utrum ſolvenda ei quinquaginta ducata relata ad conditionem *Si nubat* vel ſtandum ſcripturæ tantummodo de ducentis: & ſi non tam largè, in eodem eventu reſpondet Genuenſis donanda etiam ipſi quinquaginta, nam ſimilis conditio, *ſi nubat*, reduplicans ad retrahendum à Religione, præſumitur non adjecta, in quantum nullus Catholicus judicandus eſt, ſuos conſanguineos velle à majori perfectione, quam ſibi intendunt retrahere; Igitur quatumcumque concedamus in eventu conſulto de Clara intentum teſtatatoris fuiſſe per illam Clauſulam *ut conſervetur familia* idem ac ſi diceret, nubat, non eſt præſumendum quod ſtatum religioſum excludit; & ita licet non revocaverit voluntatem, adhuc Claræ conſanguinei debebant legatum, quandoquidem de eo indignè præſumeretur ſe voluiſſe ullum de conſanguineis impedire id quod perfectioni ipſius conduceret, quomodo Catholicus aliquem vocatum ab eo in Religionem profitendam, at an ſancto propoſito retrahet; niſi urgeat ſtricta obligatio aut ſubveniendi parentibus extrema egeſtate laborantibus, ſeu eorum ſtatum juxta conditionem ſanguinis ſeu nobilitatis in jacturam ponendum. Ad cujus conſonantiam attendenda relati Marci Antonii Genuenſis quæſt. 388. n. 3. perutilis notatiuncula quam obſervat, *ſimilia* inquiens *legata pro maritandis fœminis conſanguineis generaliter inſtituta à teſtatoribus eo animo & propoſito ut ſua conſanguinea caſtè vivant, ne ulla de ſua conſanguinitate tali careat honeſtate, & caſtimonia immunes & libera à meretricationis periculis, ne diffametur ſua familia*; conſervata hæc in famæ opinione honorabili, quid velut muliebris inhoneſtas eam dilapidat, plus etiam commoda temporalia à cognatione tollens, imo rixas excitans ſcandala, plurimaque altera horribilia; innumera occurrebant de iſto, ſacra & profana. Abundat praxis, ô utinam abſque ea ſolummodo ſpeculatione prævenirentur prædicta damna atque continerentur fœminę inmodeſto, honeſtoque ſermone debito atque potius ab eis obſervando; quam ipſarum fragilitas excuſet, non tot deploraretur jactura experimentis. Documentum quidem perutile totum ſolidans quod ſervo ſuo confidentior, eliezre nomine, præcepit Abraham in quærendam uxorem filio ſuo Iſaaco Gen. 24. à v. 2. *Dixitque ad ſervum ſuum ſeniorem domus ſuæ. Pone manum tuam ſubter femur tuum, ut adjurem te per Deum Cœli & Terra ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananæorum inter quos habito.* Et Gen. 28. v. 1. *vocavitque Iſaac & benedixit eum, præcepitque ei dicens. Noli accipere conjugem de genere Chanaan.* Et Abraham & Iſaac Chananæas fugiunt in maritationem, quia laſciviis deditas; videndus Cornelius Tacitus, de moribus Germanorum, conſulens & inſtans quantopere tenentur conſanguineæ in tuto curare, ſui ſanguinis mulieres ponere. Quando plus in tuto ſunt, ſicut Religioſæ factæ voto, vel præcepto clauſuræ munitæ, nonne magis, ac in Matrimonio quocumque ſive rato, ſive conſummato; congruentia equidem in legatum mille ducatorum nulla ex parte negandum Claræ, ut Monialis fieret, etiam ſi non præcederet Matrimonium ratum, quo conditionem, ſeu modum inſtitutionis ejus adimplevit.

Thoma Francez de Urrutigoyti.

11. Quis erit Catholicus qui arbitrium non curet præſtandum optioni laudabiliſſimæ illius fœminæ, quæ ſponſam Chriſti toto conanime fieri anhelat, & quæ familia non cumulatiſſimè honorificabitur potiſſimè à Religioſa vita, quam tam ardenter ſatagebat ſibi Clara. Per paritatis cauſalem de profeſſoribus monaſtici ſtatus, perutiliter Didacus Alvarez tom. 2. de vita ſpirituali lib. 5. parte 2. cap. 2. §. dicendum, ſtatum conjugalem laudat *Bonum eſt enim conjugium, ſed mala ſunt quæ circa illud ex hujus mundi cura ſuccreſcunt, & ideo nunc Apoſtolus cum ad cœlibatus gratiam inſtrueret, non conjugium ſprevit, ſed curas mundi naſcentis ex conjugio repulit.* Quæ formalia verba ante docuerat ſanctus Anſelmus exponens illud Pauli prima ad Chorintios 7. v. 33. *Qui cum uxore eſt ſollicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat uxori, & diviſus eſt. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini ſunt, ut ſit ſancta corpore & Spiritu.* Non quod neget Apoſtolus nuptam & virginem compati; Deipara nonnè nupta, & per excellentiam, ſeu antonomaſiam virgo. Annè plures maritati in Matrimonio rato, minus virgines Heroicó facto, quam Moniales? Bene ita; Sed dum non confirmantur in gratia, ſive perſeverantiæ dono, non ita ſecuri de virginitate, ſicut Religioſi; relatus Jeſuita §. ſi Religioſa. *Si Religioſa dicta licitas conjugio voluptates excludit, quanto magis illicitas voluptates reijciet. Si carnem à conjunctione ſine peccato admiſſa purificat, quanto juſtius ab ea quæ ſordidiſſima eſt juncta peccato, mundabit?* Nonnè periclis plena in mundo vita; Ergo tutius in Religione caſtitis honor ſervabitur. Herculis hiſtoriam quam ex Ovidio commemorat Alvarez, §. cæterum per ſequentia carmina inducenda, attendantur obſecro, & in cautelam, & documentum.

Non pudet Alcide victrice mille laborum
Raſilibus calathis impoſuiſſe manum.
Craſſaque robuſto deducis pollice fila:
E quaque formoſæ penſa rependis heræ.
Dueris infelix ſcatice temefactus habenas
Ante pedes Dominæ pertimuiſſe minans.

Subjungit *Herculis quoque ad hanc veritatem aperiendam* (videlicet commodo in tuto caſtitas) *Fabella narratur* (poſita in proximis carminibus) *qui poſt glorioſſimos triumphos de hoſtibus reportatos, laſcivia victus, inter mulierculas ſedens tenuiſſima lini fila contorſit.* Quali dedecore virum infamat laſcivia victor Hercules famoſus de triumphis, ſe ſuoſque infammavit victus à libidine, id potius in fœmina. Ergo in tuto poſita Religioſa facta favenda præcipuè, ſi Dei genitricis imitatrix fuerit, virgo & nupta, qualiter Clara in conſultatione poſita fecit, inde omnia arbitria præſtanda in tam laudabile propoſitum perficiendum, ideoque legatum ipſi debitum cenſendum.

12. Scrupulizabis. Si virgo permaneret Clara, tranſeat Patronos legatum ipſi conferre, ut Monialis fieret, quia ſic honorificè conſervabat familiam; Sed virgo non permanſit; Ergo juſtè repugnabant applicandum ei legatum. Major ex ſe patet, virgo permanens & nupta imitabatur in ſtatu Religioſo Jeſu Domini Matrem, & nihil honorificentius fœminæ & familiæ, de qua eſt velut in aliquo Deiparæ aſſimilari. Minor probatur. non poteſt Virginitas conſervari cum conſenſu explicito vel implicito in copulam carnalem, quantumcumque licitam maritalem; Sed eo ipſo, quia conſenſit in Matrimonii contractu, implicitè in copulam maritalem conſenſit; Ergo jam in jacturam fecit ſuam Virginitatem; Bene verum eſt, quod abſque minimo peccati venialis ſcrupulo. Ridicula objectio, in qua, dum argumentum efformaretur aliqua ambigui-

Digitized by Google

tas ſuſpendit me, ut ſolverem illud aliter, ac nunc reſpondebo. Nego millies Minoris probationem ex latè aſſertis tom. 2. certaminis diſp. 3. ſec. 1. n. 14. uſque ad numerum 24. pro quo fundando, utor declarationibus Apoſtolicis penes regulam Franciſcanam in Clementina. *Exivi de paradiſo*, Et alia Clementina *exiit qui ſeminat ſeminari ſemen ſuum*, ubi declaratur ſeparari poſſe uſum rerum, quibus indigemus Minoritæ à dominio, & earum propietate, quô manet firmum noſtrum paupertatis votum, nec in communi, neque in particulari dominium & propietatem rerûm quibus utimur, tenentes. Argumentor ita. Explicitus conſenſus in uſum rerum, à nullo capite eſt implicitus, dominium, & propietatem earum; Ergo ab appoſito legitima erit & efficax conſequentia; Ergo conſenſus explicitus in dominium, & proprietatem neutiquam erit implicitus in uſum; quia non minus ſeparabile eſt unum ab altero, ac alterum ab alio; Ergo compatibile eſt in Matrimonio conſentire explicitè unum excontrahentibus in dominium dandum, quoad ſuum corpus alteri conjugi, & acquirendam ſeu poſſidendum penes corpus alterius ſponſi, ſine implicito ullo minimo conſenſu in uſum talis dominii, ſeu propietatis. Quapropter conceſſo conſenſum implicitum, in copulam maritalem jacturam facere virginitatis; negabo talem conſenſum in Clara quæ dum expreſſum habuit propoſitum negandi debitum intra bimeſtre, & intra illud Religioſam fieri, virgo & nupta permanſit; inde legitima legataria ut fieret Religioſa. Si non præceſſiſſet virgo, idem fatendum erit, quia ſtatus Religioſus aliis mediis ex ſe ipſo honorem cumulat familiæ conſervando ipſam commendabilem ab eo quod talis ſtatus eſt perfectionis, & in tuto ponit aut caſtitatem jugiter conſervatam, vel ſi hæc in jacturam facta fuerit, reſarciendo damna & detrimenta, quæ à laſcivia provenerunt, ne uſquam in re incidentia præterita peccata ſint; principaliter cum omnino detollant cadendi quaſcumque occaſiones, & exemplaribus cæterorum Religioſorum, tamquam ex gratia externæ protectionis jubeamur, ne in recidivum miſerè pereamus.

CONSULTATIO XI.

De occiſore puero, inquiſito ad tormentum, & in pœnam ordinariam puniendo.

ANNUM ſuæ ætatis decimum attingens quidam puerulus, malitiâ laſcivè ductus, ſed diſſimulata, fingens à benevolentia ſe alloqui velle conſobrinam ſuam (quæ compleverat viginti annos, permanens in virginali candore, & cupiens ſtatum Religioſum) hæc nec minimam præſumens fraudem à conſobrino, aut dolum in tam paruulo viro, non renuit etiam iſtius amplectus, in mentem non veniens ab illo procedere potuiſſe ab affectu turpi atque inceſtuoſo, uſque dum verbo, & facto novit in id dirigi; audiens ſe à conſanguineo ſollicitatam in venerem: caſuali Tragœdia ſoli remanſerunt ambo in eodem cubiculo, virilis modeſtiſſima fœmina validè reſiſtens, vociferanſque inſolentem auſum fortuitò inventum à puero ſuper ſellam cubiculi tormentum bellicum, hiſpanè, vocatum Piſtola, infauſtam violenter occidit mulierem, fauſtam vero cum in caſtitatis tutamen vitam obtulit; ad ſtrepitum bellici tormenti, & fœmineas voces intrant domeſtici, unuſque illorum Juſtitiæ miniſter erat, tragicus tam inopinatus admiratur eventus, reperto tamen adhuc in puero decenni tormento bellico vulneratam in pectore ſemidefunctum fœminam, quæ à duabus horis ultimam clauſit, domeſticus ille Juſtitiæ miniſter in flagrantia à vehementiori indicio puerulum decennem carceri mancipavit, oppidique ordinarius judex requiſitus inſtante parte, dubitant, utrum tutâ conſcientiâ procedere valeret juridicè adverſus flagitii perpetratorem, tum ad tormenti pœnam, ut fateretur delictum, tum in ordinariam exequendam, ſi cætera concurrent in proceſſu legitima præter ætatem. Et licet Juriſtarum potius quam Theologorum deciſio proprior, periculumque inſit effuſionis ſanguinis ex concilio præſtito, ſi ſententia exequitur mortis, irregularitas contrahitur, ſolidum fundamentum infra ſtabiliendum recognoſcens, in illam omnimodè vitandam, ne ingratitudine cenſurarer, & querulos tenerem quoſdam benefactores meos, qui ſummoperè inſtabant ut meum proderem judicium, ab eo palam faciendo quid procederet, de conſcientiæ æquitate aperire coactus ſum; quin aliquas excuſationes quas propo ſui conſulentes admittere vellent.

SUMMARIUM.

PUBLICE accuſatus, quando non tenetur publicè confiteri delictum num. 1.

Nulli licet ſeipſum infamare num. 1.

Si irregularitatis metu tractantur res criminales à Sacerdotibus in conſulendam conſcientiam numero 1.

Quid debet efficere judex cum reo impœnitente penes pœnam capitalem. 1.

Quando excuſatur quis à peccato imponens ſibi crimen non à ſe perpetratum in vitandum tormentum numero 2.

An æquivocatione loqui, ſit mentiri num. 2.

Nuſquam licitè conſulitur, aut peragitur peccatum veniale num. 2.

Utrum licitè delinquens occultus prodat ſe, numero. 2.

Se accuſans, aut fugere potens, & non fugiens reus, quo pacto non ſe occidit num. 2.

Nuſquam licet ſuicidium num. 2.

Actiones mortem præcedentes duplicis generis numero. 2.

Diana de caſibus occurrentibus mortis tempore numero. 2.

Favendum Reo, potius quam actori num. 3.

Digitized by Google

Iura cavent valdè ne innocens puniatur num. 3.
Reo inquiſito minor 25. annorum dandus curator curatoris officium, munus, quale num. 3.
An ſi Deus minor genitorem viventem tenet, hic debeat conſtitui ejus curator num. 3.
Sine poteſtate judex dum à jure deficit num. 3.
Functio prima juridica penes Reum, quæ num. 4.
Praxis ſeu ſtylus in præbendo curatorem num. 4.
A curatore minor, idoneus conſtituitur in judicio numero 4.
Illegitimè carceratus non tenetur reſpondere in judicio num. 4.
Repugnante jure, nulla eſt juriſdictio num. 4.
Carcer, in pœnam, alter in meram cuſtodiam numero 4.
Niſi fiat juſtitiæ ſerie carceratio, illicita num. 5.
Reus non propter quodcumque crimen carcerandus numero 5.
Carcer propriè & tropicè num. 5.
Perpetuus carcer in pœnam, mors civilis num. 5.
Iudex pœnoſum carcerem deſignans Reo, quem in illo claudit, quando peccat mortaliter num. 5.
Dum actuatus proceſſus illicitè pœna infligitur Reo num 5.
Quomodo catenandus reus ne fugiat, dum actuatur proceſſus num. 5.
Regularis judex ante ſententiam affligens reum puniendus num. 5.
De pueri decennis incarceratione reſolutio num. 6.
Paritas de regimine œconomico ad politicum numero 6.
Acceſſorum punitio & incarceratio cui num. 6.
Diſcrimen punitionis à Patrefamilias, ac à reipublicæ Patre num. 6.
Acceſſorium non ſemper ſapit naturam principalis numero 6.
Carceratio ad cuſtodiam non eſt acceſſorium proceſſus num. 6.
Pro citatione reatus, an reputaretur carceratio numero 6.
Citatio inchoata & completa, quæ num. 6.
Non præcedente ſummaria, nullus carcerandus numero. 7.
Sindicandus judex, qui ante ſummariam carcerat numero 7.
Exceptio de regula generali, nullus carcerandus niſi præcedente ſummaria *num.* 7.
Flagantia criminis æquivalet ſummariæ num. 7.
Modus procendi judicis ex notitia patrati flagitii numero 7.
Delicti notorietas vehementior ſummaria num. 7.
De Miniſtris juſtitiæ qui vocantur alguacili num. 7.
Limitatio quædam pro poteſtate carcerandi numero 7.
Si abſque tortura puniri quit reus, vitanda num. 8.
Tormentum ſit ultimum remedium judiciale num. 8.
Ad torturam non ſufficit vulneratum jurare ſe ab hoc individuo percuſſum in mortem, num. 8.
Iudicia inſufficientia ad torturam num. 8.
Sui officii munera ignorans judex, deponendus numero. 8.
Puer minor 14. annorum torqueri nequit num. 9.
Quæ perſonæ, & quibus de cauſis intorquibiles numero 9.
Curandum, ne pereat quis ubi purgari quit num. 9.
Flagitium hæreſis, ac crimen leſæ Mageſtatis tormentmento ſubſunt num. 9.
Civiles leges conſcientias judicum aſtringunt numero 9.
Quoad torturam decennes criminoſi num. 9.
Fine prohibito, media ad eum vetita cenſentur numero 10.
Immunis à tormento pœna Ordinaria non damnandus num. 10.
Notandum de intentione efficaci, & inefficaci numero 10.
Voluntas in Deo ſaluandi omnes qualiter beneplaciti num. 10.
Media in finem, alia ſufficientia, efficatia altera nunum. 10.
Lex judici impoſita ad condemnandum reum numero 10.
Peſſimus judex, qui contra legem operatur num. 10.
Leges aliter à judice ac à Legiſlatore reſpiciuntur numero 11.
Iudex nequit leges diſpenſare num. 11.
Quando indiſpenſabilis lex, etiam à Legiſlatore numero 11.
Legiſlatore pœna legis numquam ſubjacet num. 11.
Humanæ leges quando conſcientiam aſtringunt numero. 11.
Iudex, utrum ſit merus legis executor num. 11.
Nullus eſt judex, quin juret ſe ad miniſtraturum juſtitiam conſonè ad leges num. 11.
Totius conſultationis deciſio num. 12.
In uno ſyllogiſmo robur reſolutionis num. 12.
Minores 14. annorum ferula, ſeu habena cadendi numero 12.
Capacitas phiſica, & moralis explicita num. 12.
Tyranni contra Martyres, varie peccant num. 12.
Puer decennis pœna Ordinaria incapax num. 12.
Licitè aliquando poteſt pœna relaxari num. 13.
Et in pecuniariam commutare num. 13.
Si jura ſint obſcura favendum reo num. 13.

1. AD concilium impendendum tutè ſine minimo irregularitatis timore, præmitto Scotum 4. diſtin. 15. quæſt. 4. §. tertio membro v. remanet n. 6. ut occurrat cuidam objectioni, hæc habere. *Durum videtur, quod quilibet accuſatus ab uno in publicum ſtatum, teneretur de neceſſitate ſalutis in publico confiteri illud, & ſic ſtatim exponere ſe patibulo in judicio ſanguinis. Sed habendo oculum, non tantum ad pœnam, ſed ad honeſtum & inhoneſtum non apparet, quod iſte honeſtè, & ſecundum rectam rationem debeat confiteri coram tali judice, quia ipſe pluſquam quicumque alius accuſans, ſingularis auferret ſibi famam* Non trepidans irregularitatem aliquam ſubtilis præceptor ita ſcripſit, ſicut & quæ ſequuntur eodem n. 6. Quid ergo *Cauta eſt reſponſio Iuriſtarum; Nego propoſita. Ut proponuntur; & hæc quidem ſine mendacio poſſunt dici in propoſito, qui proponuntur in propoſito & ut publica, & publice probanda; ſi autem negare ea poteſt quis ſi ſcit ea non poſſe probari publicè, quod ſi judex urgeat eum, ut confiteatur propoſitum, velut publicè, neget, reſpondere poſſet quod ipſe reſpondit ſufficienter ad accuſationem, & ſitus eſt modus Iuriſperitis reſpondere, nec ab illa reſponſione vult declinare, faciat judex erga accuſantem quod juris eſt.* Ultima ſcotica verba aſſumo, *faciat judex erga accuſantem quod juris eſt.* Et do eum loqui, ut patet ex contextu, vel judicio ſanguinis in pœna capitali penes accuſantem exequendam, qui dum non probaret delictum, pœnæ talionis ſubiicitur; aliàs judex poteſt contra accuſatum plenè probare delictum & reum damnare in pœnam capitalem, ne propterea, quia tantus Theologiæ Magiſter iſta docuit, ullus in eo præceſſit irregularitatis nexus; Ergo abſque eo procedere valemus in conſultatione poſita. Intentum confirmabo à celebri Dominicano omni plauſu digno in re morali. Acazius Marchan de Velaſco tom. 2. dictione *homicidium*, reſol. 38. n. 2. Hiſpanico ſermone ſcribit, quod ſequitur latino idiomate verſum, licitum judici fore reo vitam amputare

Digitized by Google

quamvis revelatione divina ſciat ſtatim eum damnandum æternaliter; debet tamen tempus illi ſufficiens donare & monere ipſum, ut ſacramentalem efficiat confeſſionem, ſed pertinax inventus confiteriquè renuens, non propterea ſuſpendenda eſt juſtitiæ executio ſeu ſententia, aliter Rei quotidie in vitam conſervandam fingerent ſe impœnitentes in Reipublicæ gravisſimum damnum; En Religioſum ſine ullo minimo irregularitatis ſcrupulo, patibulum conſulentem. Non enim per ſe mors à doctrina procedit, aut à conſilio, ſed per accidens ſe habet, de quo numero ſequenti ex verbis tranſcribendis præcipuis in rem totam exponendam. Joannis Sancii, & aliorum magnæ authoritatis Doctorum.

2. Igitur pro mea aſſertione, & ne noter ab aliquo ſcrupuloſo, Joannes Sancius in ſelectis diſp. 46. nu. 16. *Ad vitanda gravia tormenta excuſabitur quiſpiam à veniali labe, falſum ſibi imponendo, licet ob illius confeſſionem eſſet morte plectendus, quia vita non eſt digna tanto dolore, & mendacium excuſatur æquivocatione mente retenta, ſcilicet crimen commiſiſſe, non re, ſed ſolum ut fateatur judici ad evitenda tormenta.* Penes id quod ait de æquivocatione, ſeu reſtrictione mentali, jam convenire non licet propter tres propoſitiones damnatas ab Innocentio XI. de amphibologia, quas conſultatione 18 tranſcribam n. 3. & ideo in eo quod aſſerit Sancius omnimodè impugnandus, nec admittenda ejus reſolutio: tantummodoque talis doctrina deſervire, ſeu aptari quit in argumentũ allegandi ab irregularitatis ſcrupulum. Contra eos, quos titat proferentes reum imponentem ſibi crimen non commiſſum ut fugiat torturam, etſi non mortaliter, venialiter peccare, ſubnectit. *Et ſanè ſi ſolum tormentum patiens à mortali, & non à veniali excuſaretur, parum favorabilis hæc opinio miſero eſſet, eo quod tunc à confeſſario conſuli minimè poſſet falsò delictum ſibi imponere, ob torturam fugiendam, nullo namque fine, peccatum veniale committendum eſſe ſuaderi, aut conſuli poteſt ex capite ſuper eo de uſuris.* An metuit irregularitatem confeſſor, quia licitum id aſſerit conſilio? Diana 3. parte trac. 5. reſol. 7. *Notandum eſt etiam hic obiter poſſe delinquentem occultum prodere ſe judici, ut in eo debitam exequatur punitionem, cum id efficiat ob virtutem juſtitiæ volendo potius in hoc mundo peccati pœnam ſuſtinere, quam in alio luendam ſervare.* Hic eſt alter caſus inducens pœnam capitalem, prodente ſe reo in flagitio ab ipſo commiſſo, cui leges eam ſtabiliunt v. g. ſi delictum foret læſæ Majeſtatis in primo capite; nec Diana Doctrinæ ſcriptor timuit irregularitatem. Tandem tertius digniſſimus Epiſcopus, Joannes Caramuel tom. 4. in Theologia morali præterintentionali præcepto 5. n. 2373. ubi ſcribit. *Reus poteſt è fracto carcere non fugere, tametſi ſciat ſe puniendum capite; conſonat lumini naturæ, & fidei, nam & Socrates ut pulcherrimè proponit Plato, potuit & noluit fugere; & multi Martyres in carcere fracto manſerant.* Adde; *occidendi*: Conſonè ad ea quæ docuerat tom. 2. in Theologia fundamentali fundamento 54. in quæſtione de ſuicidio n. 1631. *Poteſt reus accuſare ſe in cauſa criminali; Ergo poteſt ſe occidere jubente judice; patet, qui ſe accuſat. ſe occidit lingua, qui ſe transverberat, ſe occidit gladio, & tamen ſe occidere lingua, aut gladio perinde eſt.* In diſparitatem ut firmetur, quod per ſe notum habetur, nuſquam ſuicidium licere, Reſpondet. *Aliquando & neceſſarium, ut quis ſe prodat, aliquando utile, nempe reo & Reipublicæ, at ut ſe manu propria confodiat neceſſarium non eſt, accedit quod accuſatio ſit remota, nec neceſſarium cum morte ſe accuſantis conjuncta, quamobrem ſi eſſet homicida, qui ſe accuſat coram eſſet homicidia qui, ab aliis accuſatus crimen confiteretur*; Homicida ergo non erit doctrinam ſcribens, quia in ea mortis cauſam nullo pacto ponit, & tantummodo dirigitur, ut ſciat judex qualiter ſe gerere debet in conſcientiæ ſerie ad munus incumbens ipſi; aut quo merito, vel demerito, ſive immunitate reus laudabiliter, quin ſuicidium committat, valet aut alterius vitæ pœnas minuere, luere in hoc volendo, quas ſua flagitia meruerunt; vel ſe ſubiicere legi pœnali, quam incurrit ob ſuum reatum; redibit de eodem ſer. conſ. 13. à n. 3. Pro coronide Silvius ſecunda ſecũdæ. qu. 69. art. 4. 5. quæritur quarto; veſtigium in ambiguitatem, nec minimum relinquens. *Obſervandum eſt actiones mortem præcedentes eſſe in duplici genere. Quædam ex ſe ſunt cauſativæ mortis veluti ſe præcipitem dare, vel ex patibulo ſeſe proiicere cum fune collum aſtringente; item venenum mortiferum haurire, & venam tunc aperire, quando non eſt proviſio ad eam ſtatim occludendam, ut proinde totus ſanguis ſit emittendus. Alia non ſunt ex ſe cauſativa mortis, ſed diſpoſitiones ad eam, vel ſimpliciter, vel facilius faciendam ut aſcendere ſcalam patibuli, aut collum extendere.* Sicut enim reus non ſeipſum occidit, collum extendendo in funem, vel ſcalam aſcendendo ad furcam, quia ex ſe ſimiles actiones mortis ejus cauſa non ſunt, niſi tam remotiſſimè, ut cauſa dicantur, quia homines ita volunt; pariformiter doctrinas ſtabiliens in reſolutione dubiorum, quoad pœnam Capitalem plus remotum influxum præſtare dicitur ex humano beneplacito non re ipſa. Quid ergo, annè Diana irregularis, quia 5. parte ſuarum reſolutionum totum tractatum tertium in id dirigit, ut agat de caſibus occurrentibus tempore mortis, & quartum de homicidio, neque enim per ſe aut per accidẽs ea diſcutere, influit mortem; eatenus in dubium ſit, nullum ſcrupulum de irregularitate emergere.

3. De eventu funeſto jam propoſita deciſio, in prædicta doctrina fundatur, quo pacto ſine ſcrupulo dilatandum in reſolutionem. Igitur puer ille decennis reus arguitur; Sed cum jura clament favendum reo potius, quam actori. At licet judicialis ſententia ſic tutâ conſcientiâ decerni poſſet ante propoſitionem ſecundam reprobatam ab Innocentio XI. inter 65. damnatas, quæ eſt ita. *Probabiliter exiſtimo judicem poſſe judicare juxta opinionem minus probabilem*: Ita ut concurrentibus duabus opinionibus ſi, minus probabilis favebat reo præcipuè in criminalibus, juxta eam decernenda erat ſententia diffinitiva; At jam probabiliori ſtandum: Nec id aiunt eſt Patrocinari delicta, ſed juſtiſſimè cavere ne aliqua ex parte imponatur alicui pœna, quâ non eſt ſuſtinere dignus. Vide Portel. tom. 2. cap. 40. à n. 2. Inde imponenda non eſt, niſi quantum prudentia, & probabilitas major permittunt; ante omniaque obſervandum penes eventum conſultum, quod annotat Caſtro Palao tom. 1. tract. 4. diſp. 8. p. 6. nu. 6. *Reo inquiſito minori 25. annis dandum eſſe curatorem, ut ejus autoritate accuſationi reſpondeat ex textu expreſſo in l. Clarum quod de autoritate præſtanda; & ibi notat Gloſſa. Angelus & omnes; aliàs reſponſio Minoris facta abſque his ſolemnitatibus, etiam in crimine hæreſis, nullius erit momenti, ac proinde ex illa neque abſolvi nec condemnari poterit.* Pro quo citatis aliquibus Doctoribus concludit. *Officium curatoris eſt ſua autoritate & præſentia perſonam inquiſiti legitimare ad reſpondendum, quapropter interponit ſuam autoritatem ſuper hoc articulo, an ſcilicet interrogandus ſit? Item an præſtare debeat juramentum de veritate dicenda? Non tamen neceſſarium eſt, imo nec conveniens, præſentem eſſe, quando inquiſitus ſuper facto proprio reſpondet, quia ſecundum propriam notitiam; & non aliunde ſubminiſtratam reſpondere debet.* In hoc ultimo non adhæreo, quia quanquam directè non ſecundum aliud reſpondere debeat in cauſa facti, ne ſincerè ſibi noceat, aut metu puerili præſentia curatoris exigi videtur neceſſaria: fusè jura allegat pro aſſertis Antonius Gomez to. 3. variarũ cap. 1. de delectis à n. 64. & deinceps ſubnectit Palao n. 7. *Quid, ſi minor inquiſitus Patrem habet?*

Digitized by Google

Ad ipſum ſpecialiter non pertinet tale officium, quia Pater in litibus ſeu cauſis criminalibus non eſt adminiſtrator, ut ex Bartolo in l. finalem §. pupillus ff. de verborum obligationibus, in l. cum oportet §. cum tacitus in fine cod. de bonis quæ liberis. Liquet, quod quia ab his forenſibus juribus diſcurrendum ſit, quid de conſcientiæ foro procedit, per iſta ſuppoſita decidendum venit conſultum inquiſitum, ut quis legitimus judex quomodo tractari debeat de ea cauſa criminali; placitum uniforme de quatuor conditionibus neceſſariis ad procedendum judicem in cauſæ examine ad ſententiam ferendam per notata, à Maſtrio de Meldula in ſua Theologia morali diſp. 6. quæſt. 2. artic. 1. nu. 23. Prima conditio inquit, *ut habeat legitimam judicandi poteſtatem.* Nec iſta tenetur à judice, quando contra ſtatuta à legibus, aut formatur vel introducitur judicium v. g. ſi procedit non audito reo, vel non obſervans id quod ſibi incumbit quoquo modò ſit judex, vel procedens poteſtate à juriſdictione ordinaria, ſive ex commiſſione delegata ſive arbitraria, quando ex partium conſenſu in compromiſſo committitur judicium; ſeu dicta acceſſoria propter juriſdictionem reſultantem à delicto commiſſo ultra territorium cap. poſtulaſti, cap. finali de foro competenti.

4. Functio ergo juridica prima ad judicem pertinens conſiſtit in ſumenda confeſſione judiciali reo inquiſito & capto, qui ſi ſit Minor 14. annorum niſi præcedat creatus jam ei procurator ſeu curator, nulla erit talis confeſſio. Miranda in ſuo ordine judiciario, quæſt. 10. art. 1. conclu. 3. l. *Prebendo curatore ad litem Minoribus 25. annis hic ſtylus à judicibus communiter obſervatur in praxi, ut detur ſibi procurator unus ex Procuratoribus aſtantibus in judicio, qui & ejuſmodi officium acceptare debet, & jurare in forma de eo munere fideliter exercendo, prout de jure tenetur, qua etiam de re coram judice fidejuſſorem prabet & ambo coram tabellione jurant, quæ omnia in proceſſu ſcripta debent apponi ex ipſiſque conſtare, alioquin omnis proceſſus cum minore abſque curatore geſtus erit ipſo jure nullus*: Textus in l. Minor 25. annis ex aſpectu ff. de Minoribus l. cum in Minores cod. ſi adverſus rem judicatam; in quibus & aliis juribus decernitur Minorem ætate, legitimam non tenere perſonam ad comparendum citatum in judicio, ut reſpondeat pro ſe, qua de cauſa jura inſtituunt ei procuratorem, ſeu curatorem, unde quod in ſua perſona reperitur inidoneum, ſeu illegitimum ad comparendum in judicio; curatore ſeu procuratore creato, uno de tabellionibus teſtificante à juramento aſtricto infideliter ſe gerendum, tam ſolerter ac ſi cauſa eſſet propriæ perſonæ, idoneum facit & legitimum pupillum ad comparendum nomine ſuo, eum quem juſtitię & charitatis æquitas in ſui emolumentum crearunt, Farinacius tom. 3. quæſt. 81. de reo confeſſo & convincto n. 44. & nu. 352. A quibus urget ratio dubitandi difficilis. Non tenetur nec per ſe, nec per alium in judicio reſpondere qui carceri mancipatur ab illo in quo poteſtas, ſeu juriſdictio non eſt ergaſtulo includere illum quem capit, ſed juſtitię miniſter, qui puerum decennem conſobrinæ occiſorem carceri mancipavit juriſdictione & poteſtate carebat ad illum capiendum; Ergo nec per ſe nec per alium tenetur in judicium comparere; quod in noſtro Aragonenſi Regno Hiſpanico, idiomate dicitur ex ſpeciali lege mancipati; *ſalio libre de la carcel y ſin coſtas.* Minor probatur; nullus judex ſeu juſtitiæ miniſter juriſdictionem tenebat in puerum illum decennem repugnante juriſdictioni lege, ſeu jure; ſed repugnabat; Ergo caruit juriſdictione ille miniſter qui carceravit occiſorem. Patet Minor, ex dictis nulla juriſdictio poteſt conſiderari in judice penes pupillum minorem ætatis, niſi præcedat ei creatus Procurator, ſeu curator; eo quia hoc non præmiſſo, repugnat lex juriſdictioni; Sed quando juſtitiæ miniſter carceravit puerum decennem occiſorem, non erat adhuc creatus ipſi procurator ſeu curator; Ergo lex repugnabat juriſdictioni. Plura falſiſſima includuntur in hac ratione dubitandi, quæ vera forent, dum puer ille decennis præſumptus flagitioſus homicida carceri manciparetur alio Scopo, ſeu fine præter hoc quod in cuſtodia foret, ne fugeret aut in eo aliquod pœnale infligeretur, juxta id, de quo loquitur Solozanus Embl. 70. nu 14. *Carceris autem miſerias & ærumnas ita graviter & ſtrictè apud Theodoſium Imperatorem cognomento Magnum Libanius Sophiſta repreſentavit, ut eundem lachrimari coegerit; & Caſſiodorus qui carcerem vocat Cellam gemituum, triſtitia domum, locum perpetua nocte cæcatum, in qua non unum tormentum ſuſtinet Reus.* A quo carcere ſimili fateor totum quod introducit argumentum in oppoſitum; neutiquam ab ergaſtulo quod conſiſtit in mera ne fugiant Rei cuſtodia, ubi incluſus dicitur puer ille decennis conſobrinæ occiſor. Alioqui ſi carceri, hoc pactò conſiderato repugnarent leges, nullum liceret in delictorum flagrantia, à judicibus ſeu juſtitiæ miniſtris carcerari; quare notanda eſt valde doctrina mox ex Angelico Doctore proponenda.

5. Aliud enim eſt in ergaſtulum mitti propter fugæ periculum imminens; alterum cauſam pertractari in pœnam luendam pro flagitio perpetrato indagando, ſeu examinando. Sanctus Præceptor ſecunda ſecundæ qu. 65 art. 3. in controverſiam vocat. *Utrum liceat aliquem hominem carcerare?* In corpore articuli reſolvit. *Incarcerare aliquem vel qualitercumque detinere eſt illicitum, niſi fiat ſecundum ordinem juſtitia, aut in pœnam, aut ad cautelam alicujus mali vitandi.* En præter ordinem licere quandoquè carcerationem, eo fine ut cautelatum malum vitetur; Ergo cautelante juſtitiæ miniſtro puerum illum decennem non occidi propter iram, quam omnes contra eum conceperunt, licitè potuit ergaſtulo tradi, quamquam nullus foret creatus ei curator, ſeu procurator. Eo articulo 3. ad ſecundum ſic ſuccinctè ſanctus Thomas. *Secundum humanam juſtitiam non pro qualibet culpa homines carcerantur ſed pro aliquibus.* Ergo ſupponit delicta fore de carceratione pro pœna conſtituta à judice, diſcuſſo flagitio, & convicto reo illud eum perpetraſſe. Inde ſancti Patres & juriſtæ conformi mente carcerationem dividunt in eam quæ largè, ſeu tropicè dicitur carcer, quin arguat minimam punitionis umbram, & conſiſtit in mera præciſaque perſonæ cuſtodia; & in carcerationem, quæ pœnam inducat inflictam, ſeu infligendam intuitu delicti commiſſi; tanta etenim aſſolet ſimilis pœna cenſeri, quod quandoquè æquivaleat exilio perpetuo, aut ad triremis Anguſtias, vel rigidiore verberationi; quæ omnia quamvis non conſtituant, nec dicantur mors naturalis, ex violentia inflicta, reputantur pro morte quæ civilis nuncupatur, & in iſta acceptione incarceratio ſtrictè & rigoroſè dicitur; ad quam pœnam infligendam in judice non eſt juriſdictionis, ſeu poteſtas prout induit formalitatem quâ Reipublicæ Pater attenditur, & dum ſic in eo ſe gerit judicis munus exercendum poſt deciſam cauſam convicto reo de perpetrato delicto, & in aliquibus provinciis conceſſo, aut in tormento vel extra; hoc ſenſu innumeri ſunt Doctores, qui aiunt judicem peccare mortaliter, quoties reum claudit in tenebricoſo ergaſtulo, aut alterum alium cruciatum ipſi infligit tempore quò cauſa agitur, & proceſſus formatur, non audita reorum defenſione: prima cod. de cuſtodia reorum, cujus tenor ponderoſiſſimum eſt. *Interea dum cauſa deciditur talis ſit cuſtodia, ut excruciatio deſit, & reus ſub firma cuſtodia maneat.* Hinc juſtiſſimè Generalis cujuſdam Religionis, Provincialem quemdam valde punivit privando eum officio, quia ante proceſſus formationem reum carceratum nimis vexavit catenis compedi-

Digitized by Google

bus, jejunio in pane, & aqua, aliiſque curciamentis ante ſententiam. Non nego poſſe judices priuſquam hæc pronuncietur catenare reos, manicis, ſeu compedibus ligare, ſi oporteat ad cuſtodiam, & fuga probabiliter timeretur; ſed iſta omnia tali ſuavitate peragenda, ut moleſtia quantum fas eſt vitetur, modo quo in regimine œconomico, aſſolent ſe gerere Patres familias punientes domeſticos delinquentes; recognoſcendi Antonius Gomez tom. 3. ſuarum variarum reſolutionum cap. 9. à nu. 8. Farinazius tom. 1. parte 1. lib. 2. quæſtione 27. nu. 98. & interim, ſi placet, diſcurſum pervade excitato codice de cuſtodia reorum, & ſ. finali cod. de accuſationibus, à quibus doctrina omni ſoliditate fundatur, tam in his quę procedūt quoad forum externum contentioſum, ac in eo quod conſcientiæ eſt.

6. Jam ad primum petes incarcerationem pueri decennis tam atrociter flagitioſi nullo expectato curatore ſeu procuratore (præter propoſita abundè ſolventia) dico decennem illum puerum conſobrinæ ſuæ occiſorem, tutâ conſcientiâ, ergaſtulo mancipatum à miniſtro juſtitiæ fine cuſtodiendi ipſum, aut vitandi periculum imminens alicujus damni minantis delinquentem; & probatur. Juriſdictionem quam tenent Patresfamiliæ quoad hoc ut cuſtodiantur recluſi in pœnam ferendam pro culpis perpetratis à domeſticis delinquentibus, eadem quidem adeſt in Reipublicæ Patribus, quoad flagitia reſpicientia Rempublicam; ſed Pater familias filium decennem, ſeu quoſque domeſticos abſque creato curatore, ſeu procuratore licitè & tutâ conſcientiâ ita punire poteſt filium, ſeu domeſticum; Ergo tutâ conſcientiâ licitè valuit ille puer decennis, à Miniſtro juſtitiæ incarcerare. Si reſpondeas punitionem & cauſæ examen fore aut acceſſorium recluſioni, vel iſta illius acceſſoria, & ex regula juris. Acceſſorium ſapit naturam principalis, dum illud repugnat in puero decenni abſque curatore & procuratore, ſequitur repugnantem etiam eſſe ſine illo carcerationem; & ſi in iſto non invenitur implicantia, nec in altero reperiri debet; aliàs ſi paritas Patrisfamilias valeret, ſequeretur quod ſicut iſte ad puniendos domeſticos non creat procuratores, ita nec procreandi erunt à Patribus Reipublicæ. Non urget objectio ex diſparitate, quà ſe gerunt in delictis Paterfamilias & Pater Reipublicæ; omne munus illius contentum in illo. Pater enim familias nullam juriſdictionem ſeu poteſtatem accipit à jure gentium, ſicut Reipublicæ Pater, ut judex ſit inſimul circa ea quæ geruntur in Republica, non ſolum ad pœnam infligendam, verum & ut abſolvat illum à pœna, ſi delictum non probatur, propter quam differentiam, ſumma æquitate cavetur ea lege prima allegata cod. de cuſtodia reorum carceratio omni excrutiatione ſemota ad quam dumtaxat attendenda firmitas evitandi periculū fugę in reo: ſic in forma ad replicam, juridicum axioma. Acceſſorium ſequitur naturam principalis, fatebor in cunctis verificari (quantumcumque Doctores varias inveniant in illud exceptiones, & limitationes (videndas in in Barboſſa volumine de variis tractatibus, trac. de axiomatibus uſu frequentibus axiomate 4. nu. 10. & de eo redibit ſermo conſult. 33. nu. 10.) Nego ſuppoſitum, quod carceratio ſit, vel proceſſus acceſſorium, aut ipſius principale & ratio eſt, quia carceratio in ſe in prima inſtantia preſcindit à proceſſu, ſtareque poteſt abſque eo: inconvenientia quod ſe gerunt uniformiter Paterfamilias quoad domeſticos, & Reipublicæ Pater penes illos qui ſunt in ea; tranſeat, ſed negandæ ſunt omnes ſequelæ inductæ. Urges, carceratio facta in Republica licet non ſit citatio verbalis in re, pro citatione reali reputatur; Sed quoties citatio fit ſuperioris ad inferiorem non peragitur à Republica ſub iſta reduplicatione, niſi à judice reduplicativè in quantum judex; Ergo nuſquam carceratio publica perficitur in puero decenni licitè & tutâ conſcientiâ abſque creato curatore ſeu procuratore. Quidquid ſit de Majore propoſitione, quæ negari deberet ſic abſolutè ſumpta, & non concretata ad carcerationem quæ excludat præciſam cuſtodiam; eam omitto & do citationem realem à jure cenſendam; aſt non dicenda completa citatio, niſi inchoata; & inde quoad curatorem & procuratorem creandum: prout inchoata non ſufficit ad hoc, quod invaliditatem ponat, & ob defectum curatoris ſeu procuratoris, tam indemnem ponat puerum illum decennem, quod eum liberet ab examine juridico criminis perpetrati, ob hoc quia nondum ipſi ob anguſtiam temporis, & fugæ timorem, ſeu alia occurrentia creatus fuit curator, nam opera quæ inchoantur, dum in initio ſunt, non reputantur pro facto, niſi pro diſpoſitione peragendorum in quantum perveniuntur ea quæ commodè perficienda petunt ſua tempora in ſucceſſione eorū à prudentiori ſagacitate examinanda & cōprobanda.

7. Alterum in oppoſitum reſtat ſolvere argumentum: l. 2. cod. de exhibendis reis cautum habetur quod niſi ſummaria de delicto præmittatur carceratio nuntiati pro quo multus eſt Juriſperitus Julius Clarus lib. 5. ſententiarum §. finali quæſt. 28. ubi cum Baldo in legem 2. cod. de iis qui latrones occultaverunt docet reum ante ſummariam captum carcerique mancipatum, ſi poſtea innocens reperiatur, indicandus, & puniendus judex, ſeu Miniſter qui talem carceravit; Sed quoties ſindicandi, & puniendi ſunt judices, ſeu Miniſtri, illicitè operantur; Ergo illicitum erit carcerare aliquem non pręmiſſa ſummaria; Sed nulla præceſſit ad carcerandum puerum decennem conſobrinę occiſorem; Ergo illicitè ergaſtulo traditus fuit, ſindicarique debuit, & puniri juſtitiæ ille Miniſter, dum alio non expectato incarceravit; Igitur perperam dixi numero præterito carcerationem, citationem fore verbalem incohatam; eſt enim formaliter completa ab eo, quia in agentem reſultare poteſt, & ſindicatio, & punitio. Ut fiat ſatis, ſuppono cum Proſpero Farinazio p. 1. tom. 1. quæſt. 55. à nu. 133. & Antonio Gomez tom. 3. variarum cap. 9. Ad capturam & carcerationem munus præciſum gerentem cuſtodiæ ſolùm, cum inſtat flagitij flagrantia, aut exceptionem habere regulam generalem de præmiſſa ſummaria, vel ipſam flagrantiam æquivalentem tenere ſummariæ locum; principaliter in crimine publicè perpetrato, ſtantibus indiciis pluſquàm probabilibus innixo carcerantem perpetraſſe delictum. In forma ad argumentum omitto Majorem, Minorem, & conſequentiam; diſtinguo ſubſecutam Minorem; nullam præceſſiſſe ſummariam formaliter ex teſtium indagine, tranſeat per æquivalentiam in evidentibus indiciis nego: flagitium publicum per flagrantiam repertum, quare non vocanda ſummaria realis, ſeu per facti ęquivalentiam ad carcerandum quoſcumque inventos in ea, quibus imputabile ab indiciis eſſe poteſt crimen. Ad illud de citatione inchoata reſpondeo concedendo, quod ſi carcer ſit ultra cuſtodiam, carcer pœnalis, jam completa eſt citatio. Azor tom. 3. ſuarum inſtitutionum Moralium lib. 23. cap. 16. prope ejus exordium. *Aliquando procedit judex ex evidentia patrati criminis, quia evidentia facti locum habet accuſatoris, nimirum quando notorium eſt crimen commiſſum, ſed etiam notorius eſt autor criminis. Cap. evidentia de accuſationibus; cap. manifeſte 2. quæſt.* 1. crimen notorium per evidentiam facti, æquivalens nuncupatur accuſator; Ergo ab ęquivalentia ſummaria non impropriè appellabitur ſufficiens ad carcerationem, ſingulariſſimè dum notorietas autoris criminis ab indiciis conjectatur ferè evidentibus. Notorium erat fœminæ conſobrinæ homicidium, ex indiciis patebat homicida tenens adhuc in manibus bellicum tormentum, nec ullus alter in cubiculo repertus ultra mulierem ſemimortuam in infixo pectore ipſius recenter vulnere, & cum puerum à tam modica ætate

Digitized by Google

eam horrendè crimino ſum; Ergo facti notorietas abundabat pro ſummaria æquivalente in incarcerationem pueri decennis. Inſtabis, qui flagitioſum in ergaſtulum miſit, judex non erat, ſiquidem ille qui oppidi ordinarius habebatur invocatus dicitur ad cauſæ examen; Ergo ſine hujus peculiari commiſſione, quam tenere non potuit carceravit; Ergo non licebat etiam in flagrantia capere occiſorem. Ludovicus de Miranda tom. 1. ſui directorij ordinis judiciarij quæſt. 15. articulo 4. in diſcuſſionem vocans. *Vtrum Miniſter juſtitiæ qui dicitur Alguacillus abſque expreſſo mandato judicis poſſit incarcerare*, concluſionem primam terminat ita. *Quod ſi Miniſter juſtitiæ reperiat quempiam in flagranti delicto poterit ſine expreſſo mandató judicis eum incarcerare? Reſpondeo & ſit ſecunda concluſio, Miniſter juſtitiæ qui quempiam fugientem, aut in flagranti delicto repererit bene poteſt eundem apprehendere & in carcererem detrudere abſque expreſſo mandato judicis. Hac concluſio apud omnes Juriſconſultos eſt comperta.* In comperto à cunctis, quid altero indigemus? Sequens tamen neceſſarium additamentum, dum à judice non coarctatur captura, limitante ipſam ex mandato, quod eam nullam peragat non præcedente expreſſo altero ſibi dato; quando autem non ita limitatur, tacitum eſt mandatum judicis & commiſſio ad illam individualem capturam. Inde nego conſequentiam, quia juſtitiæ Miniſter flagitioſum puerum carcerans, à nullo judicis oppidi mandato limitatus fuit ad carcerandum repertos in quocumque flagranti delicto; quod firmiter teſtificabat conſulens aſſerendo hanc exceptionem poſitam à procuratore homicidæ & repulſam à judice teſtificante ſe nuſquam aliquid illi Miniſtro limitaſſe; pro qua parte legitima, propria, & licita, fuit pueri illius carceratio.

8. Peractis cunctis conducentibus poſt carcerationem à judice illius oppidi, & ante omnia creato curatore, pro Minori ætate illius pueri crimino ſi, examinatiſque teſtibus ea obſervantia quâ à jure diſponitur in ſimili eventu, renuente criminoſo puero fateri homicidium, per indiciaque evidentia conſtans voluntarium fuiſſe, non cauſale; firmante uno teſte ſe deforis vidiſſe ab ipſo irata tormentum bellicum ſumptum, nec tempus ſufficiens ipſi fuiſſe, ut ingrederetur cubiculum ad vitandum tragicum ſucceſſum; fortaſſis renuens perpetrator illud fateri, tantam in ſe concitavit indignationem, ut plurimi alta voce clamarent, torqueatur, & pœna capitali puniatur. Portel in dubiis Regularium dictione. Tortura nu. 4. *Quando delictum probari poteſt alia via, nullo modo eſt adhibenda tortura, nam hæc juxta communem ſententiam eſt ultimum remedium in defectu teſtium.* In caſu conſulto procedamus, concedendo teſtium defectum, ſolumque indicia inſtare vehementia ex tormento bellico invento calido in occiſoris manu, fœmina defuncta ferè à pectoris vulnere. Etſi enim Portel nu. 10. ſcribat. *Non videtur ſufficiens ad torturam, ſi unus moribundus dicat. Fullanus me percuſſit, vel occidit, nam illud dictum non eſt juratum, neque decet ab illo juramentum ſumere, præterea cum ſit pars læſa, ejus dictum eſt infirmum in jure.* Inde repulſis tribus teſtibus conteſtibus ſe audiviſſe à defuncta fœmina ſequentia formalia verba. *Jeſus Primo cruel que por tu deshoeſtidad me has muerto, Jeſus confeſion.* Additque Portel. *Neque item ſufficit ad torquendum inimicum illius, qui mortuus eſt, ſi ille mortuus reperitur mortuus ex veneno; illa enim ſuſpicio quod inimicus clarus defuncti propinaverit, eſt levis & remota; potuit enim dare venenum inimicus occultus, vel ipſe moriens poſſet volens ſumere aliquod venenoſum.* Igitur quia potuit mulier occiſa in ludum cum conſobrino decenni ipſamet aſſumere tormentum bellicum, & cauſaliter ſe ipſam occidere; conſobrinum vero puerili ductu vim aliquam facere, ut illud à fœmina auferret: hac ratione non videbatur licitè in tormentum condemnari; hæc autem frivola allegatio quam Hiſpani vocamus *trampas legales*, refragabatur à quadam domus ancilla deponente ſe audiviſſe ante ſtrepitũ tormenti bellici defunctam iratam clamantem. *Que es eſto inſolente picaro, que haras quando grande, tu forçarme? Retirate que yo haré ſe te caſtigue el atrebimuento y nunca mas pongas los pies en eſta caſa.* Niſi teſtem allegarum teneret proceſſus, qui ſe vidiſſe, ut diximus depoſuit, revera ad torturam locus non eſſet, ſiquidem ex datis cum Portel non videbatur ſufficiens probatio quæ audita conteſtabantur à læſa, & mortua muliere; ſed acceſſit altera ancilla domus famula teſtificans, ſe vidiſſe ex feneſtra oppoſita cubiculi feneſtræ, aliqualem vim inductam à puero in oſculis & præcipuè pudicitiæ partibus aggrediente in laſcivos tactus inſimulque cum impetu ut removeretur à muliere, hanc ipſum à ſe per impetum recedere effeciſſe, à quo iratus ille adverſus reſiſtentiam conſobrinæ acceſſiſſe & tormentum bellicum ſumpſiſſe, cumque deſdenderet in juvandam ſuam heram, ſonitum ſeu ſtrepitum tormenti bellici audiviſſe; pro qua parte ſi ætas no excuſabat, ſufficiens videbatur probatio ad torturam. Nec immorandum qualiter à minoris ætatis reo extorquenda in tormento confeſſio, deponendus judex qui id non ſciret, & videndus Farinazius eo tom. 1. quæſt. 8. n. 352. Et practici Autores qui talia fusè pertractant.

9. Itaque Villalobos tomo 2. tract. 14. difficul. 13. nu. 1. cum Antonio Gomez, Julio Claro, & Gregorio Lopez quos allegat, firmiter tenet licitè torqueri non poſſe puerum minorem 14. annorum, quod idem ſuccinctè Miranda in ſuo ordine judiciario quæſt. 26. art. concl. 3. *Minores 14. annorum, & ſenes decrepiti, ſtando in communi jure prohibiti ſunt torqueri. Hac concluſio quoad Minores habetur expreſſa in l. de Minori ff. de quæſtionibus, cujus ſunt quæ ſequuntur verba. De Minori 14. annorum. Quæſtio habenda non eſt: facit ad idem textus in l. primam §. occiſorum, v. in pueri ff. ad Libaniam, & textus in l. ex libero §. 1. ff. de quæſtion.* & Caſtro Palao tom. 1. trac. 4. diſp. 8. punct. 9. nu. 12. *Variæ ſunt perſonæ à tortura exemptæ, tum ratione officij, & dignitatis, tum ratione ætatis, & corporis valetudinis* Poſtquæ ſtabilita nu. 14. ſic. *Difficultas autem eſt de perſonis exemptis ob periculum vitæ propriæ, vel alienæ, ut ſunt Minores 14. & ſenes, & valetudinarij, & mulieres prægnantes, an inquam ij omnes in criminibus exempti præcipuè in hoc crimine hæreſis torqueri poſſent.* Sententia negativa recenſita, pro qua citata Gomeciũ & Penam concludit. *Credo hoc omnes* (adde, propter hæreſeos crimen) *torqueri poſſe excepta muliere prægnante, ſi tortura, ea cautela & moderatione adhibeatur, ut ſecundum medicorum Concilium; nullum inde periculum mortis timeatur*, valdè cavent jura mortis periculum in tormentis, ne pereat qui in illis purgari valet; igitur ſi ad tormentum perveniendum eſt, licitè in puero decenni, non aliter in illud damnandum tutâ conſcientiâ, niſi à medicis recognoſcatur corpus, & ab eis ſecurum fiat non exponi periculo vitæ probabili. Fundamentum aſſerti capitur à l. de Minore ff. de quæſtionibus, ubi exemptio Minoris 14. annorum à tortura ſubditur non procedere in crimine læſæ Majeſtatis; Sed atrocius crimen læſæ Majeſtatis divinæ eſt hæreſeos; Ergo excepta muliere prægnante, quilibet alius reus ad torturam damnari valebit; in illa enim exceptio ipſam non reſpicit, niſi fœtum qui ſi animatus non ſit, etiam urget, ne inchoata conceptio in jacturam reddatur; proſequitur Palao intentum. *Nec vales dicere hos inquam torquendos tortura relata in l. prima §. en pueri ff. ad ſi, an ubi cavetur impuberes terreri poſſe habena, vel ferula cadi, quia hic terror eſt ceſſio etiam ex crimine, excepta conceditur. (Ferula vel habena tortura non computantur civiles) item quia*

Digitized by Google

textus in l. de Minore abſolutè dicit, torquendos, quidem non juridicè, politicè bene, in morum correctionem. Moram non faciamus in altero præter id quod in deciſionem conſulitur; & ita prætermiſſo in quibus criminibus licitè & tutâ conſcientiâ torqueri queunt illi, qui in jure impuberes vocantur, ſuntque Minores 14. annorum, cum homicidium voluntariè pecaminoſum, aut ſtuprum intentatum à puero illo decenni non ſit flagitium, quod in ſimilibus ponunt juxta exceptionem, neque Doctores, annuendo quod fundabitur nu. 13. qualiter ſaltem ex juramento, civiles leges, judicum conſcientias aſtringunt; dico quod in eventu conſulto nullo pacto licitè potuerit à judice quantumvis delictum foret plenè probatum, occiſor ille ad torturam condemnari, & ſi ita fiat, judicem & quot quot complices fuerint ad eam exequendam peccare mortaliter.

10. Cum autem diſcurſus per eadem geri debeat quoad tormentum, pariter ac ad pœnam ordinariam argumento deſumpto ex l. cum delictum ff. de pactis l. oratio ff. de ſponſalibus l. cum lex ff. de fidejuſſoribus, quæ jura decernunt quod quandocumque finis prohibetur, media ad illum vetita cenſentur; & è contra. Fusè Proſper Farinacius tom. 1. quæſt. 41. de indiciis & tortura nu. 84. & nu. 108. prohibito tormento, vetitum cenſetur ſententiam conſtrui de pœna ordinaria; tortura enim medium eſt illam reſpiciens ut finem. Quæ plauſibiliora principia in Philoſophia & Theologia. Infirmus v. g. qui voluntate efficaci renuit media ad ſanitatem conducentia, efficaciter renuit ſanitatem, quam ſi dicat ſe velle, aut mentitur, vel ſolum illam vult intentione inefficaci, & conditionata; compatibile enim eſt velle aliquem efficaciter media alteri donanda conducentia ad finem, ſed ex fine volito inefficaciter & conditionatè; nec quia occaſio ſe offert Theologiam fugiam difficillimam per quam me explicabo: eſt enim in Deo voluntas ſalvandi omnes, & diſputatur à Doctoribus, an iſta ſit beneplaciti vel ſigni; Doctores qui tuentur beneplaciti & efficacem fore, quoad præbenda cuicumque media ſufficientia ad ſalutem æternam proferunt, nulli reprobo iſta negata ad ſe ſalvandum, etſi enim compatibile ſit id in mediis ſufficientibus, non autem in illis quæ efficacia dicuntur, qualia ſunt illa quæ infallibiliter conſequuntur juſto, aut peccatori gratiam juſtificantem finalem; hoc genus mediorum ſic adinvicem & inter ſe tenent correſpondentiam, ut decretum ſeu intentio efficax finis implicitè contineat volitionem, etiam efficacem talis medii ſe gerente voluntate, modo quo intendente efficaciter finem, & non exiſtente, niſi uno medio ad eum conſequendum, dicitur manere neceſſitatem (contrariè, & contradictoriè, ſeu quoad ſpeciem & exercitium, non quidem antecedenter, niſi conſequenter) ad talis medii aſſumptionem; & hac doctrina diſſidium in quo conſiſtat prædeſtinatio, an in electione efficaci ad gloriam, vel in decreto efficaci dandi gratiam finalem, apud plures bonæ notæ Autores aſſeritur, pura de voce quæſtio; quod percipietur ad noſtrum caſum verbis noſtri Hichei commentario ad diſtinctionem 41. libri 4. ſententiarum Scoti, ubi de præceptis fatur. *Præceptum de fine comprehendit, ea quæ ſunt neceſſaria ad finem per modum præcepti, & non neceſſariò reſpicit per modum conſilij. v. g. præceptum de jejunando in quadrageſima, vel in alia feria eſt præceptum de non comedendo carnes, quia abſtinentia à carnibus eſt medium neceſſarium ad finem*; & in caſu juridico quem gerimus, præceptum imponens onus conſcientiæ judici ad condemnandum reum, ut pœnam mortis luat, præceptum imponit illi ad hoc quod eum teneat convinctum, plenè ſeu confeſſum de delicto à tali reo patrato, cui leges ſtabiliunt capitalem pœnam; & à contrario, præcepta ſtatuentia judicem tenere convinctum, & confeſſum reum de crimine quod ſolum pœna mortis ſolvitur, præceptum eſt obligans in conſcientia judicem ad pronunciandam talem contra eum capitalem ſententiam, eo quod præceptum de fine, ut ajebat Hicheus, comprehendit ea quæ ſunt neceſſaria ad finem præcipuè, non conſiliativè. Advoco nunc Portelem n. 7. citatum quoad torturam, quam vocat ultimum remedium, ſeu medium quo reus condemnandus eſt; Ergo leges præcipientes puerum decennem non poſſe à judice condemnari in ſententia interlocutoria ad tormentum, præcipiunt neque in diffinitiva licitè poſſit condemnari ad pœnam ordinariam; Ergo puer decennis conſobrinæ occiſor, etſi perpetraverit hortendiſſimum flagitium in homicidio, quia ab ætate minori licitè non valet in tormentum condemnari, nec licitè quibit deſtinari ipſi, ut pœnam homicidio ſtatutam luat. Et quia verſamur non in eo quod ad forum contentioſum pertinet, ſed ad internum, ſuccinctè decidenda occurrit controverſia; quando & quibus ſub reatu peccati mortalis aſtringant leges civiles, aut attento earum tenore directè, vel indirectè ab hoc quia ipſarum juratur obſervantia. Si enim ſtatuta, jure decernente, minores 14. annorũ nullatenus torquendos juridicè, directè, vel indirectè modo explicato cogunt judicẽ. Imponitur ab eis conſcientiæ obligatio, ne contra faciat, contraque faciens peccat mortaliter: Semper enim detrimentoſum judicatur non conſonè ad leges operari, ut non jugiter graventur conſcientiæ niſi quando forum interius, ſive ab ipſarum legum vi, ſive à juramento, comprehenditur.

11. A difficultate præſcindo mota ab Angelico Doctore, 1a. 2æ. quæſt. 36. art. 4. *Vtrum lex humana imponat homini neceſſitatem in foro conſcientiæ?* Doctores quos citat, Caſtro Palao tom. 1. trac. 3. diſp. 1. p. 14. nu. 2. hæc affirmare teſtatur. *Tam legem Eccleſiaſticam, quam civilem habere vim, & efficaciam obligandi ſubditos in conſcientia, ita ut illarum tranſgreſſiones ſint peccata mortalia, non tamen ſemper hoc onus imponunt, etſi vim imponendi teneant.* Diffuſiſſimum foret, dum omne quod exigit hæc doctrina, tractare aſtringeremur, quare tantummodo ea quæ ad intentum conducunt præcisè hujus conſultationis introducenda, judico expediens, uno præmiſſo diſcrimine de differentia qua reſpiciuntur leges à judice ac à Legiſlatore, quando non in una perſona hoc utrumque copulatur munus, & diverſa eſt quæ legem condit authoritate legitima, vera & propria, ac dum ſecundum legem judicat: aiente Caramuele tom. 1. Theologiæ fundamentalis in regulis juris civilis, regula 90. quæ eſt de æquitate, in una ſuccinctiſſima, ad profunda valde marginali. *Leges aliter reſpiciuntur à Legiſlatore, aliter à judice.* Non uniformiter Philoſophandum eſt de uno ac de altero, ab illo reſpiciuntur tanquam ab eo qui declarare, priviligiare, aut diſpenſare poteſt; nam Legiſlatori ſubduntur & ſubjiciuntur, & ejus optioni voluntariæ committitur diſponendum: Judex vero reſpicit legem ut eis quibus ſubjicitur ad ſe gerendum conſonè, & conformiter ad ipſarum tenorem; bene verum eſt quandoque Legiſlatores non minus, quam ſubditi coartantur ad obſervantiam, ſi ad legem ferendam indiget conſenſu alieno, & non niſi juramento poteſtatem tenet civilem, aut Eccleſiaſticam, de quo Maſtrius in ſua Theologia Morali quæſt. 4. artic. 4. nu. 111. licet quoad pœnam ferendam, quando lex eam dictat, immunes ſint, l. Principes ff. de legibus. Neque obſtat quomodo compatitur ſeculatem Legiſlatorem facultatem poſſe tenere in ſubditorum conſcientias. Idem Maſtrius nu. 129. poſtquam hanc dilatat concluſionem. *Leges humanas, tam Eccleſiaſticam quam civilem ad culpam quoque mortalem obligare poſſe, & ad pœnam æternam.* Quo ſolidè fundato procedit ad id quod commune fore teſtatur, & meo videri à nullo negandum, ſic ſcribens,

Digitized by Google

bens, nu. 130. ponderetur que obſecro adverbium indirectè, nec difficultatis rimula erit. *Legiſlatorem tam Eccleſiaſticum, quam civilem habere poſſe juriſdictionem ſaltem indirectam in ſubditorum conſcientiam. Hac eſt communis.* Sic à Legiſlatore reſpicitur lex, utique ſaltem vim habens imponendi ſubditis, & ſibi aliquando onus conſcientiæ peccati mortalis, & pœnæ æternæ reatû; à judice autem nullo pacto reſpicitur lex, niſi tanquam ei cui ſubjicitur, non ipſius legis Dominus, ſed applicator ſeu declarator ex æquitate juſtitiæ, quod talis eſt caſus occurrens ut pœnam ſtatutam ab illa luat qui tranſgreſſor eſt, & convincitur fregiſſe ipſius immunitatem. Et inde non diſplicet ſententia illorum qui cenſent judices tantummodo puros fore executores, ideo neque addere, neque auferre contra illarum tenorem, aliquid, nec minimû valere, quamquam ſi disjunctiva in pœnis inveniatur circa vel alteram pœnam, prout libuerit, tutâ conſcientiâ eligit quod ipſi juſtitiæ æquius ſecundum circunſtantias occurrentes, ipſi viſum fuerit; v.g. furtum puniendum ſtatuit lex, vel morte naturali in patibulo publico, aut morte civili in exilio perpetuo, ſeu in triremi decem annorum, non aſtringitur judex ad condemnandum furem, ut luat majorem pœnam mortis naturalis, & tutâ conſcientiâ ſententiam proferet pro una earum aſſignatarum morte naturali vel civili. Unde ſaltem indirectè conſcientię judicum aſtringuntur per leges civiles, quia nuſquam judex, etiam inter Gentiles ad mittitur in munus exercendum, niſi præcedat juramentum conformiter ad Regionum ſtylum de adminiſtranda juſtitia conſonè ad leges quas jurat, ideo conſcientia ipſius à jurejurando aſtringetur & mortaliter peccabit quamcumque ſententiam, ſive interlocutoriam, ſive difinitivam pronuntiet contra legis tenorem.

12. Quibus conſtat non potuiſſe tutâ conſcientiâ oppidi judicem in conſultatione propoſitum procedere contra puerum illum decennem conſobrinę occiſorem pronuntiando ei in interlocutoria ſententia pœnam tormenti, ut crimen fateretur, bene flagellando, non equidẽ facta vulneratione per carnificem ordinarium, qui appellatur pœnarum civilium executor, ad vapulationem qualiter fieri aſſolet in dorſo viris ſupra ætatem 14. annorum, cędendus enim eſt ferulâ, modo quo pueri cęduntur, & homo non ſemel ſed iterato, terroribuſque minari ut fateatur horrendum delictum ab eo perpetratum; conſequenterque neque pœna ordinaria poſſe illum malefactorem affici, etiamſi extra tormentum flagitium, in ea flagellatione ferulæ confiteatur. Hæc ſolutio conſultationis eſt, & utraquæque pars oſtendetur ex efformato iſto ſyllogiſmo. Judex licitè & tutâ conſcientiâ poteſt punire reum pronuntiando in ſententia interlocutoria pœnam tormenti, ut ille delictum confiteatur, ſi à lege non inhibetur; neutiquam ullo pacto, dum lex penes aliquem inhibet tali pœna afficiendum; ipſa enim exemptio individui à pœna inhibitio eſt cujuſcumque judicis in pronuntiandam ſententiam, quâ illam exequatur, conſequenterque procedens in eo injuſtè intruſus operatur tyrannicè abſque legitima, & genuina juriſdictione; Sed leges declarantes, & ſtabilientes judices poſſe & debere procedere contra delinquentem puerum minorem 14. annorum, ſtabiliunt & declarant non poſſe procedere infligendo illis torturam, niſi ferulâ vel habenâ, ut vidimus, taliter quod flagellationis forma ſeu modus ſit diverſus ab eo, quò viri cæduntur in dorſo; Ergo puer Minor 14. annorum per ſententiam interlocutoriam non poterit à judice condemnari in torturam ferendam, cum ipſa exemptio ejus à pœna, inhibitio ſit judicis; Sed puer conſobrinæ interfector, eo quia decennis Minor erat 14. annorum; Ergo adverſus eum nequibat judex oppidi procedere pronuntiando ei in ſententia interlocutoria tortura pœnam, ut crimen fateretur, quod teſtificabatur ab illo tam atrociter perpetratum, & id quamquam inſtaretur; Siquidem privilegium exemptionis latè interpretandum erat. Ex quo patet ſecunda pars; nam non eſt prohibitus judex à lege nec limitatus ut ſemel iterumque ferulâ puer cædatur, ſine quo perpetratum delictum fateatur, ut liquet à legibus citatis. Tertia pars ſcilicet neque poſſe pœna ordinaria illum punire ex aſſertis nu. 10. conſtat. Qui eſt capax medij ultimum finem conducentis, capax invenitur ipſius finis; Ergo qui illius incapax reperitur, & iſtius incapax invenitur; Sed tormentum eſt medium ultimum reſpiciens pœnam ordinariam infligendam, tanquam finem; Ergo qui eſt incapax tormenti, incapax erit pœnæ ordinarię; Sed puer decennis eſt incapax tormenti (non loquor de capacitate aut incapacitate Phyſica, niſi Morali, quæ eſt propriè licita ex parte connotationis in agente;) Ergo erit incapax pœnæ ordinariæ; Sed judex infligens pœnam delinquenti cujus incapax eſt, peccat mortaliter v. g. ſi deliquens ob flagitium commiſſum non eſt capax moraliter patibuli, & patibulo eum afficere facit judex, peccatum mortale homicidij voluntarij committet. Quo ſenſu Tyranni non tantum in Martyrum tormentis, quæ illis injuſtè infligebant, peccabant contra divinum numen in cauſa Religionis Catholicæ, verum & ex circunſtantia mutante ſpeciem fractores erant legum civilium, inhibentium ipſos ad procedendum per illa tormenta, quorum incapaces erant moraliter, ſuſtinentes ipſa; Igitur ſi puer decennis conſobrinæ occiſor tormenti & pœnæ ordinariæ moraliter reperitur incapax, peccabit mortaliter judex unum aut alterum infligens per ſententiam. Quod autem neque etiam ſi extra tormentum & in vapulatione per ferulam fateatur crimen, pœnæ ordinariæ non ſubjiciatur, oſtenditur. Nullus reus exemptus à pœna ordinaria poteſt condemnari ad eam, quantumvis fateatur delictum, extra vel intra tormenta, v. g. ordinatus in ſacris eſt exemptus à lege, ne propter homicidium à ſe perpetratum, puniatur morte naturali in patibulo, quod judex Eccleſiaſticus nequit in eum per ſententiam infligere; Ergo ex quo puer decennis dicitur exemptus à pœna ordinaria, quantumcumque delictum confiteatur, nequibit pœna ordinaria affici; & alia quærenda pro ſupplicio ſatisfaciendo in juſtitiæ æquitatem.

13. Neque in caſu conſulto locum tenet illa moleſtiſſima controverſia diffuſiſſimè tractata à Covarruvias lib. 2. variarum cap. 9. & Proſpero Farinacio tom. 1. quæſt. 5. de inquiſit. nu. 8. & quæſt. 17. à nu. 10. uſque ad 67. quam excitat Angelicus præceptor ſecunda ſecundæ quæſt. 67. art. 4. *Utrum judex licitè poſſit pœnam relaxare.* In corpore articuli epilogat quidquid ſciri poteſt, tam quoad ſupremam Principum poteſtatem in diminuendis pœnis, ac penes judicum ordinariorum facultatem circa diminutionem ſuppliciorum; non enim locum tenet in conſultatione de puero decenni, cui non inquirebatur qualiter diminuenda ipſi pœna, imo inſtabatur accreſcendam petens ille qui conſulebat, ne impunè evaderet; quo pacto tutâ conſcientia inſtandus judex, ut illum plecteret. Ex capite 2. de delictis puerorum infertur, quandoque pecuniaria pœna reſarciri poſſe illam quæ capitalis ordinaria infligenda propter delictum erat; nec me urget aliquos reſpondere eo capite & alibi ſtabilita, procedere ultra capitalem pœnam, vel loqui de homicidio caſuali non voluntario. Hoc ultimum ſine fundamento procedere videtur, propterea, quia caſuale homicidium, eo quod eſt involuntarium ſimpliciter, nulla civili pœna plectitur, non reputante jure ipſum pro delicto puniendo, neque Eccleſia pro conſcientiæ gravamine. Caſtro Palao tom. 1. trac. 3. diſp. 2. p. 5. prope finem, *Si delictum non attingat gravitatem communiter contingentem, quia fuit provocatus & ſubita ira accenſus tem-*

perari poteſt pœna ex l. abſentem ff. de pœnis. Item ratione ætatis vel ſenilis, vel puerilis l. auxilium ff. de Minoribus. In conſultatione puer decennis, quamquam ira accenſus inexcuſabilis fuit; ſiquidem à luxurioſa turpitudine in vindictam juſtæ & honeſtiſſimæ reſiſtentiæ flagitium homicidij perpetravit, & ideo non temperanda pœna luenda propter homicidium, temperanda tamen videtur ab ætate, ſicque adhuc in pœna pecuniaria vel exilio in annis moderari valet, ideoque ita tutâ conſcientiâ ſic puniendus. Et quamvis Autores ſint, qui negent reſarciri pecuniis poſſe pœnam capitalem; Sed tamen jam nequit pro judicibus practicari. Portelis documentum tom. 2. ſuarum caſuum Moralium caſu 40. *Licitum eſſe judici ſequi partem probabilem in favorem rei relicta parte probabiliori accuſatoris; & hoc præcipuè in criminalibus. Quod probatur primò, quia juxta regulam juris in 6. quando jura partium ſunt obſcura, licet declinare in favorem rei; Sed quando pars Rei eſt probabilis, licet pars accuſatoris ſit probabilior, jura non clara, ſed adhuc obſcura. Ergo favendum eſt reo.* Poſt damnatam ab Innocentio XI. propoſitionem tranſcriptam de judice, conſultatione hac 11. nu. 5. defendi nequit doctrina Portel, niſi in eis juribus obſcuris probabilior appareat opinio favens Reo. Nunc ſyllogiſo. Jura excludentia homicidij pœnam pecuniariam, & capitalem decernentia circa puerum decennem homicidam, non ſunt clara & patentia, imo tenentur obſcura; Sed cum obſcura ſunt jura favendum eſt reo in ſententia ferenda ſecundum opinionem æquè probabilem relicta accuſatoris etiam probabili; Ergo temperari debet ſententia condemnans puerum decennem conſobrinæ interfectorem, & quærenda ea commodioq, ut reus corrigatur à delicto capiens cautelam, ne uſquam reincidat, prudentiori modo inquirens quomodo pars actoris maneat ſatisfacta, criminoſam cautelet reincidentiam, doleat de perpetrato flagitio, pœnitens, & emendatus.

CONSULTATIO XII.

De carnifice in ſcrupulum incidente penes quandam reſtitutionem.

LATRO inſignis in furto notabili ſacrilego deprehenſus à juſtitiæ Miniſtris carceri mancipatur, & intra unius diei tempus, actuando & ſubſtantiando proceſſum, ſententiaque lata & intimata, exequitur ſtatim, furcâ ſuſpenditur plaudente populo juſtitiæ eam promptam executionem; cumque viginti quatuor horarum ſpatio in eo patibulo juxta morem, & conſuetudinem illius nationis adeſſet, & in corporis diviſionem à furca cadaver commoveretur, ut viis publicis corporeæ partes diſciſæ, appenderentur, (quod Hiſpani vocamus *deſquartiZar*,) nam ita ferebat criminalis ſententia, deferente carnifice demortui Rei veſtimenta in ſuam domum, burſam ſeu crumenam parvam invenit abſconditam in femoralibus latronis defuncti, quam aperiens reperit ipſam continere ex metallo aureo ſexaginta ſex ducata, nec hoc ita occultum factum, ut defuncti Rei mulieri abſconditum fuerit, quâ notitiâ, lis mota fuit, cui reſtituenda pecunia, quæ non erat de loco ſacro; inſtabat furis demortui ſponſa, coram judice ſibi illa ducata aurea donanda. Vocatur ad tribunal carnifex, fatetur pecuniam inventam, ad ipſumque pertinere inſtabat, nec deerant ipſi advocati, qui ita in more fore allegabant. Uxor autem vidua illius infelicis hominis teſtamentum peractum à ſuo marito in curia præſentavit, & ab eo juridicè plenè conſtabat ipſam univerſalem bonorum illius hæredem inſtitui, his vel talibus oneribus injunctis: judex in ſcrupulum incidit pro qua parte ſententia diffinitiva ferenda, an in fœminæ hæredis favorem, utrum in carnificis beneficium, quia in ea provincia immemorabilis conſuetudo vigebat, veſtes eorum qui ſententia capitali damnabantur in patibulo, dominio & poſſeſſioni exequentis carnificis ſupplicium veniebant, nulla in hac lege contradicente altera, ſemperque ſic ibi obſervatum, in anteceſſoribus carnificibus, & penes ipſum, à quo petebatur reſtituenda caſualiter inventa pecunia.

SUMMARIUM.

DUO dubia penes teſtamentum condendum à Reo ſeu conditum, dum in pœnam capitalem damnatur num. 1.

Nullo jure divino, vel naturali tenetur, quis condere teſtamentum num. 1.

Quæ jura inhibent, & qui condit teſtamentum prohibentur num. 1.

Jura inhibentia reo ultimam ſuam voluntatem in teſtamento declarare num. 1.

Quando ad fiſcum reorum bona pertinent num. 1.

De conſcientiæ foro in reorum bonis quid procedit nu. 1.

Conſuetudo, loci obſervantia inconcuſſa, ſeu pro lege tenendum penes reorum teſtamenta numero 2.

Apud Caſtellæ regnum in condenda teſtamenta modificata communia jura num. 2.

Bona publicari in reo idem ac confiſcari num. 2.

Pendente appellatione licitum, & validum teſtamentum eſſet à reo conditum, etſi pœna capitali damnato nu. 2.

Loci conſuetudo quando tenet vim legis, & quid ut ea non muniatur numero 2.

In Aragoniæ regno quæ delicta ſecum ferunt confiſcationem bonorum num. 2.

Communia jura in quocumque foro, ſive interiori, ſive exteriori ſuas admittunt exceptiones, ſive interpretationes num. 3.

De teſtamento valido in uno regno, & invalido in altero num. 3.

Jura ubique unum & eundem reſpiciunt ſcopum numero 3.

Curandum ſemper teſtatoris voluntatem in cunctis, & per cuncta adimpleri num. 3.

Qualiter inteſtatus obiit, qui jure teſtamentum condere impeditur num. 3.

Sæpe in foro conſcientiæ aſtringit aliquid quod petit, ut validum ſit in contentioſo, plures ſolemnitates numero 3.

Cuique

Digitized by Google

Cuique dandus advocatus dum accuſatur, etiam quantumvis infimioris plebeculæ ſit num. 4.

Pilatus contra duos latrones (qui Crucifixi fuerunt cum Domino) juſtam proferens ſententiam, iniquiorem protulit adverſus Jeſum num. 4.

Evangeliſtarum concordia de diviſione veſtimentorum Chriſti num. 4.

Cur non memores Evangeliſtæ de indumentorum latronum diviſione num. 4.

Non furto, loci conſuetudine, Jeſu & latronum veſtimenta ad carnifices crucifigentes pertinuerunt numero 4.

Theſaurus inventus caſaliter, ſeu fortuitò in agro empto ſub cujus dominium cadit num. 4.

Angelici Doctoris mens in ſedandas conſcientias de fortuitis inventis num. 4.

Quæ bona habita pro derelictis cenſenda num. 4.

Caſualiter inventa, quibus caſibus inventoris non ſunt numero 5.

Neceſſaria conjectura in judicium ferendum de bonis fortuitò inventis num. 5.

Damnatus capitali ſententia etſi teſtandi facultate privetur, de his quæ ſua ſunt liberè diſponit num. 5.

Legitimum dominium inventori caſuali à qua radice ortum tenet numero 5.

Specialiſſimus eventus de invento in quadam vinea, ſeu hæreditate numero 6.

Annexa cum donatis, & donari præſumit lex, ſi ſtatutum non repugnat num. 6.

Juſtiniani Imperatoris mens, & diſpoſitio de fortuitò inventis numero 7.

Dominium quo pacto acquiritur circa ea quæ accedentia dicuntur numero 7.

Non idem eſt eſſe alicui annexum; & fore in eo depoſitum numero 7.

Bonæ aut malæ fidei acceſſio cujuſvis rei, quo propriè quidditatur num. 7

Facto delinquentis, actio legitima non præjudicanda ab ullo, numero 7.

Diſtinguenda bona ex acceſſione alicui advenientia numero 7.

Inventa fortuitò, ſeu caſualiter quando pauperibus eroganda numero 8.

Triplex genus intentorum, ſubtili calamo à Scoto praeſcinditur numero. 8.

Reſtitutio vaga; *quis rigoroſus hujus vocis terminus numero 8.*

Cenſuræ latæ à quodam antiſtite propter inteſtatum ab aliquibus inductum num. 9.

Nullus, niſi qui à teſtatore hæres exprimitur inſtitui quit hæres ex teſtamento num. 9.

Id cenſendum quomodocumque extrajudicialiter conſtet de voluntate teſtatoris num. 9.

Merè depoſitarius eorum quæ invenit, inquirere tenetur legitimum Dominum num. 9.

De quibus expectanda locorum leges penes inventa numero 9.

Quæ foro conſcientiæ opponuntur, leges non cenſenda numero 9.

Qualiter dominia tranferuntur num. 9.

Tres conditiones ut juſta & valida ſit donatio num. 9.

Factum mirabile ſancti Nicolai antiſtitis num. 10.

Inventa caſaliter in propria domo, quando in ſubſidium domeſticorum vertuntur licitè num. 10.

Divinum numen ſolerter curat prohibere peccatum numero 10.

De fortuitò inventis filiorum Iacobi exemplar numero 11.

Cedit quandoque præceptum de charitate ad illud quod de juſtitia eſt numero 11.

Sollicitudo Iacobi in reſtitutione caſualium inventorum numero 12.

Doloſitas prævenienda, & cavenda num. 12.

Ars ſincerè cauteloſa laudanda, doloſè fraudulenta vituperanda numero 12.

Pro reſtituendis inventis, efficax argumentum num. 12.

1. DUO neceſſariò indaganda occurrunt; unum, an ſi reus ex infami delicto damnatus in pœnam capitalem, teſtamentum antea condiderit validum, ſemper ita permaneat, quin ab ipſa ſententia irritetur & annulletur; ex quo alterum reſultat inquiſitum. Quæ delicta ſeu flagitia inhibeant delinquentem damnatum à judice in capitalem pœnam, ne poſſit condere teſtamentum, aut codicillum. Et aſſentiendo communi placito, nullatenus jure divino, vel naturali aſtringere condendum; juriſque gentium diſpoſitionem fore in teſtamento ſeu codicillo defuncti voluntatem exponi, his vel illis ſolemnitatibus; Bartholus in l. interdum columna 1. n. 7. & generaliter ibi Juriſtæ, neque ullum hominem fore rationis compotem, qui niſi inhibeatur à voto, vel aliàs, quia manet ſub patria poteſtate filiusfamilias, ſeu altera ex cauſa congruere & politico commercio, & in vitandas lites quod ab hac vita decedat non diſpoſito in teſtamento ſeu codicillo de cunctis, quæ ad ipſum pertinent bonis temporalibus; extat inter Doctores contraverſia in reo damnato per ſententiam judicialem ad patibulum publicum, utrum quidem unum ſeu alterum condere queat; in terminis ipſis Diana 5. parte trac. 3. reſol 120. *An damnatus ad mortem propter aliquod facinus poſſit teſtari.* ſequentia epilogat notanda. *Reſpondendum videtur negativè in foro externo, ex l. deportati l. in metallum. Authentica bona damnatorum; cod de bonis præſcrip. & ex l. quidam ſunt, & ex l. qui vult, & ibi Bartol ff. de pœnis. Et ratio eſt, quia tales per datam ſententiam perdunt ea quæ juris ſunt civilis, ut dicta lege quidam; & conſequenter amittunt teſtamenti factionem, quia eſt juris civilis, teſtamentum ff. de teſtam, in foro vero conſcientiæ, ſi teſtetur coram duobus teſtibus validum erit teſtamentum, id eſt tutâ conſcientiâ poterit hæres bona retinere, dum non compellitur per judicem bona fiſco tradere.* Quid clarius alienas volui clauſulas, ne in propriis tantillus irrepſerit error in eis quæ præcisè jura civilia reſpiciunt; Ergo ſi bona confiſcata fuerint: dubium eſt, an tutâ conſcientiâ poſt ſententiam criminalem queat hæres in teſtamento conſtitutus, illa ſibi retinere, quantumcumque vinculata ſint: nec improbabiliter ſententiæ affirmativæ adhærent plures attento conſcientiæ foro, nec ſcio qua ratione bona vinculata confiſcari queant, quia iſta & ſub dominium tranſeunt, illius qui eorum hæres conſtituitur, ut non cadant ſub facultate alienandi ipſa, & transferendi dominium ad alterum, niſi ad eum qui in ſucceſſione vocatur; cum Leſſio lib. 2. de juſtitia & jure dub. 19. num. 47. & Becano parte 2. tom. 3. cap. 7. quæſt. 4. relatus Diana annotat. *In teſtamento damnatorum ad mortem habendam eſſe rationem locorum, & conſuetudinis, quia juxta cod. ubique non ſervatur;* Remittenſque ſe ad Laiman cum Maldero concludit. *conſuetudinem eſſe in contrarium, ut quando damnati bona non publicantur* (idem ac non confiſcantur) *condere valet teſtamentum, & firmum manet prius conditum; imo ſi non condatur, hæredes ab inteſtato habeat ſucceſſores.* Ergo latro ille legitimum, & validum condidit teſtamentum, & uxor ejus ſupervivens conſtituta in eo ipſius hæres, transferebat in ſe omne jus, quod in defuncto præceſſerat; cumque bona demortui non præceſſerint confiſcata, ſuccedebat in eis, quod titulum hens ad hoc quod ſibi peteret reſtituenda illa ſexaginta ex ducata aurea: iſta faciunt in favorem ſponſæ illius infelicis hominis.

2. Villolobos in ſua ſumma tom. 2. trac. 30. diffi.

10. num. 6. multus eſt in probando damnatos ad mortem civilem ſeu naturalem, vel ad triremes inhabiles jure civili in cōdemnandum codicillum ſeu reſtamentum l. ejus qui ff. de teſtamentis l. ſi quis filio §. irritum ff. de injuſtitia; advertit tamen apud Caſtellæ regna hæc jura modificata, & in conſuetudine ſo. &c. habiles tales homines fore ad efficiendum teſtamentum, & codicillum, aut expreſſandam de ſuis bonis ſuam ultimam voluntatem, dummodo ex ſententia criminali talia bona non præcedant confiſcata, ſive Cameræ Apoſtolicæ applicentur; idem ſtabilit Martinus de ſan Joſeph in ſumma lib. 2. trac. 10. num. 15. uterque Franciſcanus ſe ſe remittens ad Antonium Gomez in l. 4. Tauri n. 1. Nec diſſentiunt Trullench tom. 2. in decalogum libro 7. cap. 18. dub. 4. num. 9. & Bonacina tom. diſp. 3. de contractibus quæſtione 17. pag. 2. à. v. ſeptimo illi; ubi firmans hanc propoſitionem: *Non poſſunt teſtari quibus ob delicta interdictum eſt à jure*; iſtos qui ſint, individuat, addens, *& condemnati ad mortem: iſti enim non poſſunt de jure teſtari, quamvis aliter alicubi per conſuetudinem receptam videatur, quando bona condemnatorum non publicantur l. is qui. §. 1. ff. qui teſtamentum facere poſſet.* Duas alteras interponit exceptiones; *una niſi à ſententia appellaverit, tamen pendente appellatione teſtari poteſt, quia appellatio ſuſpendit ſententiam.* Loquitur quando in illa non intervenit effectus ſuſpenſivus niſi tantum devolutivus. Altera, *niſi aliud ferat locorum conſuetudo, nam aliter alicubi per conſuetudinem preceptum eſt, quando bona condemnatorum non publicantur.* Et v. vetum; *in hac re ergo ſtandum ſentio, conſuetudini locorum.* Conſuetudo enim loci vim legis tenet in tali caſu, etſi non derogans jus commune iſtud, aut exponens ſeu limitans in Aragoniæ Regno, ubi bonorum confiſcatio non eſt, niſi in cauſis fidei à ſacro ſancti officii tribunali; unde ſtabilito latrocinium ſacrilegum delictum fuiſſe illius hominis in patibulo demortui, in cujus burſa ſeu marſupio inventa fuit pecunia à carnifice nec à ſententia declaratam bonorum ejus confiſcationem, nullo ex capite apparebat irritum ſeu invalidum teſtamentum preſentatum à ſua uxore, in quo ipſa conſtituebatur hæres; pro qua parte urgebat in conſcientia reſtituendam ipſi pecuniam.

3. Quin caſus introductus à Caramuel in minimo eum inficiat; tom 1. in Theologia fundamentali ſub titulo. Regulæ juris civilis num. 1134. & antequam illum proponam tranſeat conſuetudinem provintiæ in qua fur ille ſacrilegus pœnas in furca debitas luit, legibus municipalibus prohibere teſtamenta ſeu codicillum à quocumque reo criminaliter damnato condi. Duo noſtri ſcriptores Aragonenſes multi ſunt, & peritè advertentes, juris communis ſtatuta in quoquo foro, ſuas admittere exceptiones & interpretationes, unus eſt Seſe deciſione 94. n. 9. deciſione 236. num. 70. deciſion 296. num. 13. alter Selves conſilio 100. num. 10. Nunc Caramuel. *Erat Titius vir dives & habebat in Auſtria, & Bohemia bona plurima; devixit Biena; & juxta leges auſtriacas teſtamentum ſuum condit, omiſſis ſolemnitatibus nonnullis, quas poſtulant Bohemorum tabulæ. Iudicatur in Auſtria illud; judicatur in Auſtria illud; judicatur etiam in Bohemia; ibi validum, hic invalidum.* Qua ratione invalidatur in ea provincia, niſi quia opponitur legibus municipalibus ejus; Ergo ſi opponatur teſtamentum conditum à reo in patibulo damnato legibus provinciæ, nullum erit; Igitur dum conceditur quod in ea provincia, in qua ſuſpenſus furca obiit latro ſacrilegus, inhibitus à ſententia valida conſtruere teſtamentum quantumcumque vidua ejus iſtud demonſtraret tanquam legitima hæres, debebantur illi ſexaginta ſex ea aurea ducata caſualiter reperta à carnifice. Non reſolvit Caramuel, etſi tetigerit quod deſideratur ad conſcientiam ſedandam, videlicet, utrum teſtamentum conſtans ſolemnitatibus requiſitis ſecundum unius provinciæ legem, ubique terrarum validum cenſendum, quoad conſcientiæ forum. Quidquid ſit de contentioſo & externo; non lateat rectitudinem & æquitatem legum civilium in requiſitis ad ſolemnitatem teſtamentorum, unum eundem uniformemque ſcopum reſpicere, nempe cavere ne teſtatoris voluntas in minimo frangatur, & omnimodè adimpleatur; & ad hoc quod palam conſtet de ea quantum poteſt attingere acies humana, ut ſtent cuncti veritati, omni tergiverſatione ſemota, fallaciaque ſeu fraude remotiſſima, in tantum quod vix moraliter impoſſibile judicetur teſtatoris voluntatem non recipere exactiſſimum complementum. Solidatur doctrina, ex l. teſtamento 3. §. eodem l. jus publicum 39. de pactis, l. teſtandi cauſa 13. cod de teſtam. textus in legem nemo 55. de regulis juris. Utrum ab hoc manaverit juriſtarum inconcuſſa obſervantia. *Inteſtatus decidit qui omnino teſtamentum non fecit, aut non jure fecit.* De foro contenſioſo, non de illo quod conſcientiæ eſt, procedit. Iuxta illud in practica eſt ubique terrarum, non valere teſtamentum conditum deficientibus ſolemnitatibus, quibus cōſtare debet conſonè ad leges talis, vel talis provinciæ; An hæc practica conformis ſit conſcientiæ, quando abundantiſſimè conſtat de voluntate teſtatoris omni fraude ſemota? fateor me non invenire argumentum quò adhuc probabiliter judicem poſſe tutâ conſcientiâ non eſſe validum ubique terrarum & legitimo hæredi ibi inſtituto debeti in conſcientia donari bona, quæ ad ipſum pertineret, eodem pacto, ac ſi tales ſtarent ſolemnitates, præcipuè dum iſte potius aſſumuntur in tergiverſationem vitandam, quam in veritatem rei amplectendam; quo pacto licet invalidum concedatur latronis teſtamentum, ſi ex alia parte non præferendum eſſet aliud à quo conſtaret illa ſexaginta ducata aurea ad alterum pertinere, reſtituenda erant uxori viduæ hæredi, ex aſſertis in illa clauſula. Diana num. 3. *Tutâ conſcientiâ poterit hæres bona retinere.* Loquitur de teſtamento invalido ita declarato à judice & hinc ſolvitur argumentum factum, omittendo majorem, & negando ſuppoſitum; ſupponitur enim ex teſtamento invalido ob defectum ſolemnitatum forenſium tolli jus procedens à conſcientia, conſtante irrefragabili rei veritate perſpicua, ac patente de voluntate defuncti.

4. Pro parte carnificis inſtabatur (etſi homo in munere tam infimæ plebeculæ foret, non deficiebant ipſi & advocati & allegationes; unam præcipuè efformabant) quam independenter à teſtamento robur tenere aiebant puritatem, propterea quia proferebant deductam à ſacra ſcriptura, ex ſententia iniqua, quâ Dominus Jeſus à Pilato criminaliter crucis patibulo datus fuit; inſimul judice pronunciante æquam & juſtam ſententiam adverſus duos latrones qui eodem tempore crucifixi fuerunt cum Redemptore, & attento quod hiſtoriam Evangeliſtæ non texebant niſi de Jeſu-Chriſto, ſuppoſito factum de indumentis latronum idem ac de eis quę Servatoris erant, ſic de veſtibus Jeſu unuſquiſque: Mathæus cap. 27. v. 35. *Poſtquam autem crucifixerunt eum, diviſerunt veſtimenta ejus, ſortem mittentes ut impleretur prophetia* Marcus ca. 15. v. 24. *Et crucifigentes eum, diviſerunt veſtimenta ejus mittentes ſortem ſuper eis, quis quid tolleret* Lucas cap. 23. v. 54. *dividentes vero veſtimenta ejus miſerunt ſortem.* Joannes cap. 19. v. 23. *Milites vero cum crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta ejus, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem.* Deiparæ ſuperviventi reſtituta non fuerunt dominica indumenta, nec furto ablata fuerunt à carnificibus illis qui Dominū crucifixerunt, quibus jure competebat eorum

Digitized by Google

hæredes fore, aiente ſancto Cirillo Alexandrino lib. 12. in Joannem cap. 32. *veſtes damnatorum quaſi hareditantis lege ad ſe pertinentes ſibi vendicant.* Et ne meo Marte de veſtimentis latronum aliquis judicet, idem ſtabilitum audiat à Maldonato ad caput 27. Math. num. 35. v. ſortem. *Dubitare lector poterit an latronum etiam veſtes â militibus diviſa fuerunt; nihil enim de ea re Evangeliſta ſcriptum reliquerunt. Non dubito; quia conſuetudo eadem apud Iudaos & Romanos fuerit, quam nunc apud omnes gentes eſſe videmus & eorum qui capite puniuntur veſtes, carnifex tollat. Quare & latronum veſtes a Militibus qui carniſicum munere fungebantur diſtribuiſſe credendum eſt. Sed nimirum Evangeliſta, quia nec latronum, ſed Chriſti hiſtoriam narrabant, & in veſtium latronum diſtributione nullum ſciebant fuiſſe myſterium, ſola enim conſuetudine fuiſſe diviſas; diviſionem autem veſtium Chriſti non conſuetudine ſolum, ſed etiam myſteriô factam fuiſſe, ut Davidis impleretur prophethia Pſalmô 21. v. 9. diviſerunt veſtimenta ſibi, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem; de veſtium latronum diviſione mentionem non fecerunt, de diſtributione diviſioneque veſtium Chriſti fecerunt.* Ergo conſuetudo preſcripta à tam longo tempore obſervata, tunc à Romanis, & Iudæis derivata, ubique terrarum facit ut prætermiſſis hæredibus illius qui capitali ſententia plectitur, quoad ejus veſtes Dominium tranſeat legitimum in carnificem plectentem; Ergo ex quo fuit caſuale inventum illud de pecunia ſexaginta ſex ducatorum in veſtibus quorum dominium jam acquiſitum fuerat à carnifice, etiam ad ipſum pertinebat, argumento ſumpto de illa parabola aſſerta à Domino Mathæi 13. v. 44. *Simile eſt Regnum Cœlorum Theſauro abſcondito in agro quem qui invenit homo, abſcondit & vendit univerſa qua habet & emit agrum illum.* Ab ipſo enim quod emtione venit ager in dominium ementis, venit & theſaurus fortuitò inventus in illo; Ergo ex quo caſualiter reperta fuit pecunia in indumentis demortui latronis, quæ veſtimenta jam carnificis erant, ſuam illam fecit lictor, quin uxor hæres, vi teſtamenti (ſive validi, ſive invalidi licitè potuerit ſibi reſtitui illa ſexaginta ſex ducata petere tutâ conſcientiâ.

5. Si abſque ulla exceprione in res inventas fortuitò teneret doctrina, decidendum erat ad carnificis favorem; at quia tenemus in Angelico Doctore omnimodam ſoliditatem, ejus verba percipiamus, ſecunda ſecundæ quæſt. 63. arti 5. ad ſecundum. *Circa res inventas eſt diſtinguendum; quadam enim ſunt, qua nunquam fuerunt in bonis alterius, ſicut lapilli & gemma, qua inveniuntur in littore maris, & talia occupanti conceduntur; & eadem ratio eſt de theſauris antiquo tempore occultatis, quorum non extat aliquis poſſeſſor, niſi quod ſecundum leges civiles tenetur inventor dare medietatem Domino agri, ſi in alieno agro invenerit; propter quod in parabola Evangelii dicitur Mathei* 13. *de inventore theſauri abſconditi in agro, quod emit agrum quaſi ut haberet jus poſſidendi totum theſaurum. Quædam vero res inventa fuerunt de propinquo in alicujus bonis; & tunc ſi quis eas accipiat non animo retinendi, ſed animo reſtituendi Domino, qui eas pro derelictis non habet, non committit furtum, & ſimiliter ſi pro derelictis habeantur, & hoc credat inventor, licet ea retineat non committet furtum; aliàs autem committitur peccatum furti: unde Auguſtinus dicit* (Sermone 19. de verbis Apoſtoli) *& habetur* 14. *quaſtione* 5. *ſi quid inveniſti & non reddidiſti, rapuiſti.* Premo quid ſanctus Præceptor in illa inducit conditionali. *Si quis eas accipit non animò retinendi ſed reſtituendi Domino.* Ergo bona habita pro derelictis, caſualiter inventa Domino proprio reſtituenda; Sed iſta ſunt, quando talia bona numerantur inter ea, quæ amiſſa ſub alterius erant dominio; Ergo licet caſualiter, vel fortuitò illa ſexaginta ſex ducata aurea reperta fuerint in indumentis latronis, ad carnificem non pertinebant. Probatur conſequentia, pecunia illa reperta à carnifice non erat de illis theſauris, qui non fuerunt in bonis alterius, de quibus conſonè ad leges civiles decidit ſanctus Thomas, primo occupanti concedi. Ergo de alio genere bonorum computari debebant illa, quæ juxta diſtinctionem poſitam dicuntur pro derelictis habita; & præſcindo ab excitabili juridica controverſia in termino quo utitur ſanctus Præceptor, per præciſionem bonorum, quæ dicuntur pro derelictis, vel non; quoquo modo pro legatis explicitè in teſtamento, ſeu altero in inſtrumento expreſſa, ſtandum in rigore votis (quam explicat Azor tom. 3. ſuarum inſtitutionum moralium lib. 1. cap. 18. §. dubiæ quæſtiones: *quando quid pro derelicto habere videatur*? Veſtigat, & reſpondet. *Id conjecturis eſſe judicandum, veluti, ſi quis rem ſuam facilè poſſet recuperare, & nihilominus non faciat*) Interpretanda latronis demortui voluntas, quod ſi memoriæ ſuæ occurreret illa ſexaginta ſex ducata apud ſe fore in marſupio ſeu burſa inventa in fœmoralibus ejus, diſponeret ante ferendum patibulum, aut donanda in uxoris viduandæ ſubſidium, vel in ſacrificia ſeu ſuffragia peragenda pro anima ſua non quidem novo Teſtamento, ſeu codiclllo, ad quod utrumque dicitur legibus nationis, ſeu oppidi inhibitum, ſed ſpeciali donatione, confeſſoris interventu, vel alterius perſonæ quam vocaret illa extrema hora ad ſui conſolationem; Ergo pro hac parte talia bona pro derelictis computanda; aliàs hæres, ſcilicet ſponſa inſtabat ad recuperandam pecuniam; ſi autem pro non derelictis dicantur, reſtitui etiam debere conſtat, quandoquidem primo occupanti non pertinebant, eo quod indumenta non reperta cenſenda in bonis, quæ nuſquam in alterius dominio fuerunt, poſſeſſionem enim & propietatem præceſſiſſe dubitari non poteſt; Ideo in uxorem tranſlatum dominium talium bonorum congruentius apparet; & ratio deducitur à ſequenti ſpeculatione. Dominium theſauri inventi caſualiter, non transfertur inventori uſque ad inſtans in quo verificatur primum fore occupantem; Sed in eo momento in quo carnifex primo occupans dicebatur; jam dominium transferebarur in uxorem hæredem; Ergo legitimè huic debebantur. Probatur minor; in inſtanti quo ultimam horam clauſit latro, tranſtulit dominium eorum quæ tutâ conſcienriâ potuit ad ſui hæredem, & quoad indumenta ad carnificem; Ergo pro eodem temporis momento unum & alterum judicandum; Ergo jam pro primo occupante præſumendum eſt: Igitur ſemper uxori debebarur, neque tutâ conſcientiâ carnifex quibat eum retinere, invenit enim illius legitimum dominum, à quo non poterat tollere jus, cum loci conſuetudo, iſtud carnifici non influxerit ad inventa caſualiter in veſtibus, niſi erga indumenta.

6. A confeſſario quodam ſimile audivi eveniſſe, & ab ejus conſilio me amplius explicabo. Contigit hominem potentiſſimun divitem, famulo qui prætioſa ſua indumenra cuſtodiebat, thoracem illi dediſſe & integram veſtem ſericam proximis diebus ſibi factam, propter felix nuntium àb illo ſibi primo nunciatum de honorifico officio, in quo talis Dominus apud ſuam Rempublicam ſortitus fuerat; cumque dictus famulus ſerica ſibi caperet veſtimenta donata, in thorace monile aureum pendens caſualiter valoris viginti ducatorum reperit; per aliquot dies ſiluit intentione retinendi ſibi monile, nec reſtituendi Domino, ad confeſſionem Sacramentalem acceſſit, & examinatus à Sacerdote in quinto Decalogi præcepto manifeſtavit non accuſatione, ſed in Conſilium quod ſibi contigerat in reperto monili, reſtituendumque hero ſuo præcepit; nec abſolvendum monuit, dum reſtitutionem firmiter non

Digitized by Google

proponeret; duriſſimè id audivit famulus, qui nuſquam convictus voluit promittere reſtituendum, & abſque abſolutione ſurrexit querulus valdè, nimiſque iratus ad me acceſſit querimonias efformans de ſcientia prædicti cõfeſſarii, at injuſtas, & ab his quæ Azor. tangit tom. 3. ſuarum inſtitutionum moralium cap. 14. dictamen meum declaravi, laudans confeſſarii diſpoſitionem; varias igitur Jeſuita aſſignans cauſas quibus rerum dominium acquiritur, §. jure quoque ſcribit, *Iure quoque gentium acquiritur dominium per traditionem rei, non quidem nudam, ſed talem, ut per eam is qui tradit in animo habeat in accipientem transferre dominium l. adeo quidem* §. *hæc quoque res. Hæc quoque res ait Gaius Iuriſconſultus, quæ traditione noſtra fiunt, jure gentium nobis acquiruntur; nihil enim tam conveniens naturali æquitati quam voluntati Domini volentis rem ſuam in alium transferri, ratam haberi.* Ergo uſquedum Heri voluntas pateat, an inſimul cum veſte ſerica tranſlata ex donatione in famuli dominum, etiam & tranſlatum fuit dominium monilis illius valoris viginti ducatorum aureorum, iſtud retinere non poterat, quia nec directè, aut indirectè pertinebat tale monile ad rem liberaliter donatam, neque erat de annexis pertinentibus ad indumenta: eatenus prudentiſſimè & in munus ſuum adimplendum confeſſarius monile reſtitui præcepit; & ita alios viros doctos ſenſiſſe mihi notum fecit ipſe inventor; Ergo, quia pecunia ſexaginta ſex ducatorum reperta à carnifice in fœmoralibus latronis, non erant de attinentibus, ſeu annexis ad illa, in quibus vigebat conſuetudo transferendi dominium, ſicut penes indumenta demortui, ad carnificem non transferabatur, reſtituendaque erant legitimo hæredi; qualis conſtabat uxore fore, aut vigore teſtamenti validè conſtructi, ſi lex non repugnabat, vel ab inteſtato ex aſſertis cum Diana num. 3. juxta interpretationem poſitam numero præterito de defuncti voluntate, ſi conſuleretur. Quapropter, regula generalis ſtabilienda quod quoties annexa ſeu pertinentia ſunt, quę donantur illis quæ inveniuntur fortuitò ad empta ſeu donata (qualis erat ille theſaurus de quo Dominus illâ parabolâ Mathæi 13. v. 44.) acquiritur dominium ab inventore, theſaurus enim annexus erat agro; neutiquam pecuniam ſexaginta ſex ducatorum veſtibus.

7. Momenti non eſt replica efformabilis ex doctrina ejuſdem Azorii, qui capite 13. prope finem à §. poſtremi generis, ait. *De theſauris igitur, Iuſtinianus Imperator in inſtituta de rerum diviſione ſic ait. Theſauros quos quis in loco ſuo invenerit D. Adrianus naturalem æquitatem ſecutus ei conceſſit qui eos invenerit. At ſi quis in alieno loco non data ad hoc opera ſed fortuitò invenerit, dimidium Domino ſoli conceſſit, & dimidium inventori.* Tunc ſic: locus in quo inventa fuit pecunia, nempe veſtimentum, jam erat ex conſuetudine ſub carnificis dominio; Sed bona inventa in loco ſuo, inventor ſibi propria facit totaliter; Ergo carnifici, non uxori debebatur pecunia ſexaginta ſex ducatorum. Plaudo doctrinam inductam; (quamvis negare poſſem ſuppoſitum ex dictis n. 7. in fine, quandoquidem eo inſtanti ſuccedebat uxor.) omitto majorem ſyllogiſmi, diſtinguo minorem. Si ea bona ſint de annexis ſeu pertinentibus ad locum tranſeat; ſi non ſint, nego minorem; perutiliter idem Azor cap. 14. diſcutiens; quo pacto dominium inſit, circa res nobis accedentes §. acquiritur. *Acquiritur etiam dominium rei per acceſſionem, quæ fit quando res aliena rebus noſtris accedit per humanum laborem, & induſtriam. Inſtituta de rerum diviſionibus,* §. *ſi tamen alienam, ubi dicitur. Si tamen alienam purpuram veſtimento ſuo quis intexuerit, licet precioſior ſit purpura, tamen acceſſionis vice cedit veſtimento, & qui Dominus fuit purpuræ adverſus eum qui ſubripuit, habet actionem, & conditionem, ſive ipſe ſit qui veſtimentum fecit, ſive alius.* Specie hujus textus introducitur veſtimentum, cui purpura annexa eſt, & conſultus docet, quod ille qui actionem habet penes indumentum, eo ipſo & tenet circa purpuram; Ergo ſi non annecteretur non eadem eſſet actio; Sed pecunia ſexaginta ducatorum depoſita, non annexa erant veſtibus Latronis; Ergo in talem pecuniam actionem non tenebat carnifex; hæcque inerat in uxore hærede. Proſequitur Azor. *Si roges: an res aliena fiat noſtra per acceſſionem, bona vel mala fide factam. Reſpondeo fieri noſtram, quia ſive bona fide, purpuram alienam intexuerit quis ſuo veſtimento, quia credidit eſſe ſuam, ſive mala fide, quia novit eſſe alienam, prior Dominus purpuræ amittit dominium; habet tamen adverſus eum, qui id bona fide fecit condictionem, ſive cauſam, vel etiam actionem ad exhibendum l. prima ad finem ff. de condictione, ſive cauſa & l. gemma ff. ad exhibendum, & adverſus eum, qui mala fide purpuram intexuit habet furti actionem ad pœnam.* Conſpice actionem uxoris in repetendum pro pecucia inventa, ſive bona, ſive mala fuerit fides carnificis invenientis, & eam retinentis. Moxquè urget ex cauſali. *Quoniam etſi is qui intexuit veſtimento ſuo purpuram alienam, dominium acquiſierit ejus, furtum tamen commiſit, eo ipſo quod mala fide purpuram alienam accepit, etiam ante quam ſuo veſtimento conjunxerit. Actio enim ſemel nata non poteſt extingui facto delinquentis. Unde in l. Sed etſi ex meis ff. de acquirendo rerum dominio* §. *in quibus Paulus Iuriſconſultus ait. In quibus propria res expectaretur, ſi quid additum erit, toto cedit; ut ſtatuæ pes, ſcypho fundus, aut aulæ lecti fulcrum, navi tabula; ædificio cæmentum; tota enim ejus ſunt cujus antea fuerunt.* Ex Juriſconſulto Paulo: quæ acceſſione addita ad ea quæ noſtra ſunt, & ad nos expectant diſtinguenda; vel ſunt pars totius, & ſic toto cedunt; aut non ſunt, & ita non cedunt; Sed pecunia ſexaginta ducatorum non erat pars totius veſtimenti, in dominium carnificis inducti à lege; Ergo ad eum non pertinebant; Igitur bona vel mala fide retinebat; ſi bona erat fides, quia vigebat ignorantia invincibilis, retinendo, non peccabat carnifex; ſin vero mala retinendo, jam peccabat mortaliter non reſtituens legitimo Domino apportuno tempore illa ſexaginta ſex ducata aurea, aut carens propoſito reſtituendi.

8. Hæc mecum conferens uniformes inveni Clauſulas ad ſoliditatem in Trulench tom. 2. ad Decalogi præcepta lib. 7. dub. 2. num. 1. & in Maſtrio de Meldula in ſua Theologia Morali diſp. 7. quæſt. 2. arti. 3. ubi poſtquam num. 55. inquirit. *An res inventæ debeant pauperibus erogari*, pro explicatione advertit triplex fore genus rerum quæ reperiuntur, & inquit. *Primi generis ſunt, quæ in viis, ſeu in aliis locis inveniuntur à propriis dominis amiſſæ & ratione loci, temporis ſeu aliarum circunſtantiaram, quando inveniuntur, judicantur veros habere dominos; & de his jam dictum eſt juxta communiorem & probabiliorem ſententiam, quod ſi poſt dilgentem inquiſitionem, dominus earum non inveniatur, pauperibus, vel aliis piis operibus eſſe erogandas.* Ita Scotum docuiſſe, ejuſque mentem fore patet ab ejus verbis 4. diſtin. 15. quæſt. 2. ubi in limine proponens argumentum contra ſe, ſecundum efformans de modo quo penes inventa, reſtitutio facienda, iſtud ſolvens §. de quinto ſcilicet v. Primo ad argumenta num. 35. fatur *Ad ſecundum, & tertium patet ex dictis in quarto articulo, quia neſciens tenetur reddere pauperibus; Sed quod adducitur ibi, de neſcientia domini rei inventæ, debet tradi alicui perſonæ publicæ cuſtodiendæ, & in locis publicis proclamari; ut ſic dominus qui amittit, poſſit eam pertingere; Sed ſi poſt talem clamationem nullus appareat; faciendum eſt ſicut de reſtitutione vaga.* Quid in li *de reſtitutione*

Digitized by Google

vaga intelligat, exponit Hicheus in commentario nu. 186. v. reſpondeo. *Fiat reſtitutio pauperibus ſicut de bonis incertis & vagis contingit.* Ergo reſtitutio vaga illa putanda, in qua Dominus rei inventæ nullus apparet; in caſu conſulto jam apparebat dominus illorum ſexaginta ducatorum in legitimo jure per teſtamentum exhibitum, aut ſi hoc nullum ab inteſtato ſic credens. Secundi generis juxta Maſtrium. *Res inventæ ſecundi generis. Sunt quæ numquam Dominum habuerunt ut lapilli, gemmæ & alia, quæ aliquando reperiuntur in littore maris.* Et de iſtis abundè dictum ex Angelico doctore num. 7. Concludit num. 56. Maſtrius. *Res tandem inventæ tertii generis, ſunt quæ aliquando dominum habuerunt, quando tamen inveniuntur, probabiliter judicantur jam nullum habere; cujuſmodi eſt theſaurus in viſceribus terræ abſconditus, vel communi loco occultus, & ſermo eſt de theſauris propriè dictis, & non de illis, qui aliquo loco ad cuſtodiam deponuntur, quorum dominus facilè ſciri poteſt.* Primam clauſulam attende in hoc tertio genere rerum inventarum, ut tutâ conſcientiâ poſſint retineri ab inventore, ad quod exigitur probabile judicium, quod nullus ſit talis theſauri dominus; Sed tale judicium efformari nequibat penes pecuniam inventam indumentis Latronis defuncti, quandoquidem probabilitas erat ſaltem, quoad uxorem ad quæ pertinebat tanquam legitima hæres; Igitur illicitè carnifex retinebat illam pecuniam ſibi; theſauri enim iſti Dominum legitimum recognoverunt ante latronis mortem, ipſummet in cujus poſſeſſione inventa fuerunt; poſt ſententiam capitalem & tranſitum ejus ab hac vita in conſcientiæ foro debebantur illi, qui proprium jus eorum demonſtrabat, quanquam in foro externo teſtamentum, nullam ad id daret actionem, quam acquirebat ex alio, quod dicitur *ab inteſtato*, ſiquidem defuncti voluntas nota erat inſtrumento, cui fides debebatur, ſaltem ut peculiaris ſcriptura quâ patebat ultimam de ſuis bonis diſpoſitionem, cum non alterum fuiſſe.

9. Horum tenore quidam antiſtes in inteſtato, quia provinciæ ſolemnitates teſtamento cuidam deficiebant, & ideo à Senatus ſæculari conſulto nullum declaratum eſt, & ab inteſtato mortuum, inſtatus ab hærede ut cenſuras provideret, ne alius in hæreditatem intraret, providit; & diſputatum fuit, an validæ reputandæ, & declaratum dicitur apud ſacram regularium Congregationem, validas cenſuras in foro conſcientiæ, quia nuſquam licet alium ſubrogari hæredem præter illum, qui conſtat inſtitutum à defuncto, determinatum, medio quomodocumque conſtet de ejus ultima voluntate. Reducendæ igitur illæ pecuniæ inventæ ad primum genus, quod expreſſit Maſtrius, earum ſcilicet, quæ à propriis dominis commiſſæ judicantur; eodem pacto ac ſi in vico publico, vel in aliqua domo, ſeu loco, quis fortuitò illa ſexaginta ſex ducata aurea reperiret; Sed inventor hujus generis non poteſt conſtitui, nec ullo jure conſtituitur Dominus legitimus, eſtque merè depoſitarius, ſeu fidei commiſſarius, aſtrictus in conſcientia inquirere legitimum dominum, qui talem theſaurum amiſit, & quanto citius invenit eum ipſi reſtituere quod caſualiter reperit; Ergo quia defuncti uxor, ex quod mariti hæres convincebatur, reſtitui ipſi debebantur pecuniæ inventæ; & licet hanc notatiunculam inducat citatus Maſtrius penes reſtitutionem bonorum quæ fortuitò inveniuntur, *expectandæ etiam ſunt leges & conſuetudines propriæ Regnorum & Regionum in quibus variæ eſſe ſolent*, præter quam quod loquitur de inventis tertij generis, non primi. Leges & conſuetudines regnorum & regionum nullæ poſſunt fore, nec veræ leges, aut legitimæ conſuetudines, ſi conſcientiæ foro opponantur. Scotus ea diſtin. 15. quæſt. 2. §. de ſecundo articulo v. de prima tranſlatione nu. 9. (in dominij tranſlationem bonorum quæ fuerunt latronis defuncti ad ſupervirentem viduam ſponſam quæ fuit ejus) apprimè. *Tranſlatio dominij autoritate legis juſta eſt. Probatur, quia ſi lex juſta potuit juſtè determinare prima dominia, & non minor eſt autoritas legis vel Principis, quod habeo hic pro eodem, poſt diviſionem dominiorum quam ante; Ergo propter eandem cauſam & eundem finem poteſt juſtè transferri dominium poſtquam fuerat alicui appropriatum.* Quod exenterabitur à tribus conditionibus quas Hiribarne to. 2. in quartum diſp. 10. ſec. 7. ad ſectionis exordium obſervat, ut juſta ſit donatio in dominij tranſlationem; inquit. *Ad juſtam donationem tres exigi conditiones; quarum prima eſt libertas amborum in dando, & recipiendo, adeo ut neuter illorum prohibeatur à lege, vel à ſuperiore.* A lege ut filiusfamilias; à ſuperiore, qualiter Religioſi profeſſi ex voto obedientiæ; *Secunda conditio quod donatio ſit liberalis tranſlatio ex parte donantis.* Non excludit donationem debitam in tranſlatione dominij eorum bonorum, quæ vinculata dicuntur, & independenter ab illo, qui transfert, ſit tranſlatio. *Tertia conditio eſt quod non deſit voluntas recipiendi ex parte illius cui ſit donatio.* Nulla harum defuit in tranſlatione dominij pecuniæ inventæ. Autoritas legis ſeu Principis exprimebatur in teſtamento, ſi validum erat, dum nullum dicitur propter municipales leges, tanquam à privata ſcriptura ab eodem conſtabat, ſicut & donantis libera transferendi voluntas, & recipientis, in quantum ſua hæc mulier prætendebat reſtitui, neque manere apud inventorem; Ergo non carnificis uxori danda pecunia.

10. Reſtat ſcrupulus (qui maximè facit ad carnificis favorem, qualitercumque in inventa dicantur illa ſexaginta ſex ducata aurea) ex facto ſancti Nicolai Epiſcopi recenſito apud breviarium Romanum ad diem 6. Decembris, inſignius quidem charitativæ liberalitatis & pietatis monumentum; Hiſtoria habetur. *Illud inſigne eſt Chriſtianæ benignitatis exemplum, quod cum ejus civis egens, tres filias jam nubiles in Matrimonio collocare non poſſet, earumque pudicitiam proſtituere cagitaret, re cognita Nicolaus noctu per feneſtram tantum pecuniæ in ejus domum injecit, quantum unius virginis doti ſatis eſſet; quod tum iterum, & tertio feciſſet, tres illæ virgines Matrimonio datæ ſunt.* Tribus vicibus, ab hoc viro, genitore trium illarum fœminarum, caſualiter, & fortuitò inventa eſt pecunia in propria domo, & tamen non quæſivit, quis talis pecuniæ dominus foret, aut quo pacto ibi in propriis ædibus adfuiſſet, nec aliud curavit ultra illud quod ſuæ familiæ expediebat, collocando in matrimonio prædictas tres filias, utens talibus pecuniis, mandans eas unicuique in capitulationibus Matrimonalibus, non aliter ac ſi ſub dominio ſuo, vel induſtria propria forent, aut hæreditario jure; Ergo ſignum eſt, quod ea quæ cauſaliter quis invenit in propria domo, aut in eo loco, ubi legitimum habet dominium, ſibi iſtud acquirit circa inventum; Sed carnifex in propria domo, imo in indumentis defuncti, quæ jam ſua erant à lege communi, vel municipali, reperit illa ſexaginta ſex ducata; Igitur ſua fecit iſta, neque ad reſtitutionem cogendus eſt, nec talia pertinebant ad latronis demortui uxorem. Veneror hiſtoriam tanti Herois Nicolai, valde diſparificata, nec ullo medio applicanda eventui conſulto. In forma nego caſuale, ſeu ſuppoſitum injunctum; uno enim ex duobus mediis potuit ille ſanctus antiſtes concivis dominus fieri pecuniæ miſſæ per feneſtram à tam præclaro exemplari & zeloſo honeſtatis Epiſcopo. Unum fuit inquirendo, ſicut & credere fas ſit peractum, an à liquis reperiretur dominus legitimus talis pecuniæ de illis qui intrabant in ſuam domum; quo non reperto ad ſuæ inopiæ ſubſidium licitè illam applicare valuit, aiente Trullench

tom. 2. in Decalogum libro 7. cap. 14. dub. 4. nu. 7. & 8. *Ad hoc ut quis ea ſibi applicet, vel alteri diſtribuat abſolutè loquendo, non requiritur, ut utatur Conſilio Epiſcopi, aut Parrochi, aut prudentia confeſſarij; ſufficit namque ut prudenter à quocumque fiat, quia nullo jure contrarium eſt ſtatutum.* Ergo homo ille non invento Domino pecuniæ miſſæ, uno ex tribus mediis, vel Epiſcopi Concilio, aut Parrochi, ſeu confeſſarij prudentia præſumendum eſt, quod in alios egenos, ad eorum neceſſitates levandas perficere quibat; Ergo in ſubveniandũ filiabus nubilibus prꝑſtare potuit. Nec non in vero ſimiliter affirmabitur luce divina auxilio internè excitante per illam gratiam externæ protectionis, ut reſipiſceret de eo, quod peccato gravi cogitaverat de proſtituenda filiarum pudicitia, illuſtratarum à divino numine miſericorditer reſpiciente caſtimoniam virginalem earum trium fœminarum, (quæ ab eo, quia dicuntur virgines, in proſtitutionem nullo pacto firmandum eſt conſenſiſſe.) Alterum medium fuit quod ab ipſo ſancto Nicolao monitus fuit talis concivis, quin eam eleemoſinam panderet à ſe miſſam, & Dominus illius fecit in eum finem, ut collocarentur tres filiæ ipſius in maritali honeſto ſtatu: At in carnifice oppoſitum contigit, quandoquidem notum ipſi erat legitimum ſexaginta ſex ducatorum Dominum, uxore repetente ſibi reſtitui, neque in ipſius carnificis actione manere. Si enim ſanctus Nicolaus poſt miſſam pecuniam inſtrumento fidem faciente probaret ſuam, & ſibi reſtitui repeteret, quantumvi fortuitò inventa apud inventorem non maneret, & à judice legitimo Domino præciperetur reſtitui.

11. Mirum Joſephi Jacobi filij factum perpendamus, à quo in meæ reſolutionis robur, argumentum capio. Contigit enim quod cum fratres ſui de Chanaan, tempore maximæ inopiæ tritici ad emenda alimenta in Ægyptum pervenirent, incognituſque Prorex Joſephus foret ab eis, licet ipſe noſceret tales adventantes, dicitur quomodo in patriam revertentes in proprio cujuſque ſacco inventa eſt cujuſvis pecunia elargita pro frumento. Geneſis 42. v. 35. *His dictis cum frumenta effunderent, ſinguli repererunt in ore ſaccorum ligatas pecunias.* Recenſet contextus v. 15. de Joſepho. *Iuſſit Miniſtris ut implerent ſaccos tritico & reponerent pecunias ſingulorum in ſacculis ſuis, datis ſupra cibariis in viam, qui fecerunt ita. Apertoque uno ſacculo ut daret jumento pabulum in diverſorio, contemplatus peccuniam in ore ſacculi dixit fratribus ſuis. Reddita eſt mihi pecunia; en habetur in ſacculo,* Tyrannus cenſet in eo hoſpitio, ubi iſta inventa dicitur, ſingulorum ſaccos ab unoquoque apertos, & in quolibet reperta pecunia; *iſteque qui id monuit, primuſque fuit ſuum aperiens ſacculum Levi fuiſſe: ſicut iſte aperuit ſaccum ſuum & invenit pecuniam, ita omnes alij extunc ejus occaſione ita fecerunt, & hoc concordat cum eo quod dicitur infra ſequente capite. Cum veniſſemus ad diverſorium aperuimus ſacculos, & invenimus pecuniam in ore ſacculi.* Caſualis ſeu fortuita pecuniꝑ inventio, in cujuſlibet ſacculo eſt; & cum Lipomano peracutè noſter Joannes de la Aye commentario in v. 28. capitis 42. Geneſis attendens illorum mutuam turbationem propter inventum, ſcribit. *Turbantur, ne furti arguerentur, ſicut jam fuerant dicti exploratores; cur ſi timore percellerentur, ne tanquam furti conſcij, à Miniſtris Pharaonis deprehenderentur; cur inquam in Ægyptum non redire, ut ſuam omnibus probarent vitæ innocentiam? Nonnè genitorem Iacob premebat inedia, meritò igitur ſuum perficiunt iter, omnia poſtponentes parentis neceſſitati & obſequio, non redierunt ſtatim, inquit Lipomanus, cuntabundi de Patre cupientes conſulere eſurienti.* En pecunia caſualiter inventa; quo in caſu urgebant ipſis inventoribus duo præcepta divina, unum de ſubveniendo genitori in illa ſumma ægeſtate; alterum erat præceptum de quꝑrendo Domino legitimo pecuniæ fortuitò repertæ; cedebat iſtud, quia ad juſtitiam pertinebat illi, quod de linea charitatis erat, nam ſi non cederet, redirent in quærendum Dominum ſub cujus dominio & jure erat talis pecunia; Ergo ſignum eſt quod ex præciſa & formali inventione caſuali, dominium non acquiritur penes repertum, & iſtud reſtituendum ei, nec aliter tutè procedet conſcientia; Igitur ex formali & præciſa inventione illorum ſexaginta ſex ducatorum in veſtimentis latronis demortui, nullum jus ſeu dominium acquiſitum fuit à carnifice, & tenebatur in conſcientia, dum vidua illius non repeteret ſibi reſtitui, ut legitimæ hæredi, inquirere, an aliter reſtituere teneretur, & dum iſte non reperitur, in pia opera diſtribuere.

12. Confirmatur per ea, quæ de pecunia reperta à fratribus Joſephi præceptum fuit à Jacobo parente cui inventum narraverunt; dicitur enim Geneſis 43. v. 12. *Pecuniā quoque duplicem ferte vobiſcum, & illam quam inveniſtis, reportate, ne fortè errore factum ſit.* Caldaïca lectio. *Et argentum quod redditum eſt in ore ſacculorum*, eandem numero pecuniam jubet providus Pater, quod reddatur regredientibus inventoribus in eam Regionem, ubi conjectat Dominum proprium illius inquirendum. Joannes de la Aye, ſic Jacobi directionem cordatiſſimam conſcientiæ conſonam, premit. *Triticum enim charius vendetur quam cum primum deſcenderant in Ægyptum, & adeo duplo precio comparandum erit aiebat, ſuam, licet inventa fuerit, non eſſe, meritò igitur imperat ut deferat; unicuique enim quod ſuum eſt tribuendum.* Tam ab antiquo tempore, tantaque autoritate pollet judicium, quod nulla ex parte inventor caſualis cujuſcumque rei, quæ Dominum habere cenſetur, quamvis hic ſit incertus, nullatenus ſub dominium illius qui reperit, cadit; diligenterquè cura cavendum ne doloſè factum ab aliquo in odium alterius, ut de furto arguatur. Guillelmus Amerus in 43. caput Geneſis folio mihi 248. col. 2. *Ut Iacob prudentiſſimus ſenex ſemper Ægyptiorum ingenia ut ſuſpecta & ſubdola habet, ſed & filios ſuos qua poteſt ratione contra Ægyptiorum vaferritatem tutos reddere ſatagit. Pecunia quæ in ſaccos prima filiorum frumentatione reddita erat, parum ſincerè factum putabat, & artem quandam Ægyptiorum interpretabatur.* Prudentia quidem laudabili, tam fortuitum meditans factum ſibi, & filiis ſuis, atque argumento efficaci optimus paterfamilias diſcurſum deducit legitimum pro quaque parte, fidem præſtans dicto conformi eorum qui teſtificabant fortuitum inventum, attendenſque ad id quod de conſcientia procedebat, nil alterum ſatagit, præter hoc quod ipſe, & hi qui de ſua erant familia muneri ſuo unuſquiſque ſatisfaceret, reſtitutioque per ea media ab eo diſpoſita omni dolo remoto. Non enim hæc erat Ægyptiorum, ſed qui illam noſcebat in deceptionibus, quibus utebantur vituperabiliter, arte laudabiliſſima ex veritate, eam corrigit cordatiſſimum Patriarchæ venerandum Concilium; neutiquam temerarium judicium; à cujus exemplari directione hic formatur ſyllogiſmus. Si ex præciſa ratione inventionis fortuitæ ſeu caſualis theſauri in aliquo in quo quis dominium directum & legitimum tenet, theſaururs conſtitueretur in dominio inventoris, nullo pacto poſſent argui de furto Jacobi filij non reſtituendo, & retinendo ſibi pecuniam, in cujuſvis ſacco repertam; Sed cavet prudentiſſimus genitor, ne de furto filij ſui arguatur; Ergo cenſet theſaurum repertum caſualiter & fortuitò in eo quod inventoris eſt, ad inventorem non pertinere, & quærendum legitimum Dominum, ipſique reſtituendum; Igitur quantumcumque latronis de mortui indumenta fecerit ſua carnifex, & in illis ſexaginta ſex ducata invenerit, ſua non fecit; & reſtituenda videbantur uxori legitimæ hæredi, cui incumbebat onus inquirendi, an ab aliquo furto ablata illa ſexaginta ſex ducata; & non reperto, peractis ſufficientibus diligentiis,

Digitized by Google

diligentiis ſibi retinere, & prout libuerit eis uti, etenim onus hæredi imponitur debiti ut ſolvat defuncti onera ante omnia (ex quo accepiat hæreditatem) de eis bonis, quæ illius erant; à quo ſuperſedeo, quia de iſto non conſultabatur.

CONSULTATIO XIII.

De carnifice exequente ſuſpendium in eum quem certo ſciebat innocentem.

TITIUS vicum tranſiens fortuitò, ubi quidam occiſus violenter jacebat ex vulnere à tormento bellico, Hiſpanè dicto, *Piſtola*, : in delicti flagrantia cum aliis carceri à miniſtris juſtitiæ mancipatur, dumque recluſioni daretur, recognitus ab illis inventus fuit tormentum bellicum ſecum portare; à quo indicio, à ſuaque confeſſione, nec deficientibus teſtibus, etſi falſis ignoranter ad torturam damnatur, in qua confeſſus delictum, quod nec cogitavit, ſententiatur à ſenatu criminali; ex proceſſo actuato juridice propter illud individuale homicidium, in furcæ ſuſpendium; carnifex qui executurus erat id ad quod damnabatur, luce clarius ſciebat Titium tale non commiſiſe flagitium, neque directè aut indirectè ſciviſſe vel perpetraſſe, quia nuſquam violenter occiſum viderat, aut de eo individuo notitia illi advenerat: tormenti ſententia intimata Titio dolenti & afflicto, quid aut qua expeditione ſeſe in delicto imputato generet, ambigebat reus vocatus, & inter angores confeſſarium ſupplicat, ante ſibi donari cui manifeſtat timorem claudendi vitam in tortura, ſeque impotentem in eam ſuſtinendam robore, animo & viribus deficientibus; & inquirit à prædicto confeſſario, annè peccaret flagitium confeſſione judiciali ſibi imponens ad pœnam capitalem, quod nullo pacto à ſe in mentem venerat committendum, inculpabiliter in eo recognitus à conſcientia. Annuit confeſſarius, & de iſto quæſitum, utrum irregularis manſerit, morte illius ſecuta; inter hæc vocatus carnifex, & audiens antequam in torturam de facto veniſſet, Titium fatentem flagitium quod certo ſciebat ab eo non peractum, ad quid teneretur, ſcrupulizat, & inſimul in conſultum vocat, utrum peccaret ſi coaiteretur à judice torquere eum quem un lique de culpa certificabatur fore innocentem, qualiterque in ſuſpendio exequendo poterat tutâ conſcientiâ munus ſuum exercere.

SUMMARIUM.

IN VITANDUM tormentum, an licitè quis ſibi imponas crimen à ſe non perpetratum num. 1.
Torturæ metus, qualiter tormentum num: 1.
Non eſt irregularis, qui ob vitandam gravius damnum conſulis minus exequi num. 1.
Mors præterintentionalis ab irregularitate excuſat numero 1.
Caſus de infante Baptiſando, timente Miniſtro ex aqua tactu illum infallibilliter moriturum num. 2.
Articulus mortis, mortem non cauſat infallibiliter numero 2.
Aliud conſtitui in mortis articulo, alterum in morte num. 2.
Scoti Doctrina penes conſcientiam erroneam numero 2.
Pro iſta deponenda num. 3.
Heroicum ſancti Conradi factum num. 3.
Diſcrimen conſiliantis, ac imperantis, circa irregularitatem conſrahendam num. 3.
Conſilians liberum relinquit moraliter, non ſic imperans num. 3.
Confeſſarii, animæ Doctores, nec docentes cooperantur abſolutè loquendo num. 4.
Ad Magiſterium obtinendum ultra informandam mentem, quid aliud exigitur num. 4.
Cauſa per accidens mortis incidere non facit in irregularitatem, & replica ſoluta num. 4.
Irregularitas, & actu peccaminoſo, & meritorio contrahitur num. 4.
Exagitata & deciſa controverſia, an judex teneatur ſecundum allegata, & probata ferre ſententiam num. 5.
Tres opiniones quoad difficultatem excitatam num. 5.
Iudex jurisdictione carens nullam profert ſententiam num. 5.
Intruſus judex, quiddam ſententiam pronuntiat ſine juriſdictione vera num. 5.
Iura, & judices in ſententia conſonantiam teneant, non diſſonantiam ex probationibus juridicis numero 5.
Pro inculpabilitate eorum quos ſcit judex innocentes quid debet peragere num. 6.
Quantum tenetur judex operari ſolerter, ne ullus inculpabilis pereat num. 6.
Iudex quas eliget opiniones num. 6.
Advocati, & judicis differentia num. 6.
Divino, & naturali cedit jus civile num. 6.
Iura inferiora juri eminentiori cedunt num. 7.
Lex divina de non condemnando inculpabili nu. 7.
Tenetur judex renuntiare officium num. 7.
Si alter liberari nequeat ad proferendam injuſtam ſententiam num. 7.
Difficilis objectio à paritate de judice impotente condamnare, ſeu non convictum juridice nu. 7.
Non impar obligatio abſolvendi innoxios, & condemnandi noxios judici incumbit num. 7.
Occulta crimina publice nullatenus punienda numero 7.
Concors in quo, confeſſarius miniſtrans ſacramentum pœnitentiæ, & judex penes ſententiam ferendam num. 8.
Eventus notandus poſſibilis, qui in confeſſione ſacramentali contingere poteſt num. 8.
Secundùm quam notitiam tenetur operari confeſſarius noſcens à divina revelatione pœnitentem non contritum. num. 8.
Peccat moraliter qui ſcienter efficit quodcumque ſacramentum nullum num. 8.
Veritas civilis, ſeu dicta rei veritas, in quo diſtinguitur num. 8.

Thomæ Francez Urrutigoyti.

Concurrens veritas rei , & civilis ſeu politica, dum una alteri opponitur quæ prævalere debet num. 8.

Carnifex de reorum criminibus non notitiatur juridicè num. 9.

Quando carnifex tenenetur renuntiare officium , ne inculpabilem torqueat , aut occidat num. 9.

Plenior delictorum probatio , Reorum confeſſio judicialis , neutiquam extrajudicialis num. 9.

Stylus in cauſis criminalibus præcipuus , & uniformis obſervandus num. 9.

Iure divino imponenda pœna Reis conſtante iſtorum confeſſione num. 10.

Ex novo , & veteri Tcſtamento Sacræ Scripturæ argumentum efformatur pro illo. 10.

Spontanea confeſſio judicialis quid , & an hæc verificetur in tormento num. 10.

Ut reorum pro pleniori habeatur probatione confeſſio, quæ concurrenda num. 10.

Quanquam non ratificetur ſpontanea rerum confeſſio , probalis plena ab illa reſultat num. 10.

Non facta ſponiè confeſſio , neutiquam judicium terminat num. 11.

Quando prout non revocatur pro ratificata habenda confeſſio num. 11.

Triplex Reorum confeſſio requiſita in plenarium convincendam contra eum probationem num. 11.

Diſcrimen intentionis virtualis in Miniſtro conficiente ſacramentum , & in Reorum confeſſionibus judicialibus num. 11.

Cur antequam citetur Reus examinandi teſtes numero 12.

Paritas de teſtibus in inſufficientiam virtualitate depoſitionis num. 12.

Diſparitas de inſufficientia virtualitatis in teſte , non in reo num. 12.

Iudex tenetur Teſtium iterare examen num. 12.

Virtualitatis diſparitas , paritatem roborat nu. 12.

Imprudentia confeſſariorum penes reos num. 13.

Tempus teneat reus extra torturam ut ſe ratificet numero 13.

Argumentum futile ſuccinctè ſolutum num. 13.

Ieſu , & Martyrum inculpabilitas , ſole clarior numero. 13.

1. EX fundatis verbis expreſſis Joannis Sancii citati conſultatione 11. n. 4. poterat dici Titium, nec venialiter peccaſſe dum impotentem ſufferre tormenta ſibi impoſuit confeſſione judiciali delictum, quod nec cogitavit ; nec confeſſarium conſilium illi dans. Quomodo invirilis erat ad torturam tolerandam ipſe novit , nec ad caſum facit ; quo pacto judex non peccaverit ex ſententia interlocutaria condemnans illum ad tormentum , ſi ſecundum allegata & probata id effecit , quamquam ſciret falſos fuiſſe teſtes infra patebit. Nunc cum juriſtis quos citat Miranda in ſuo ordine judiciario quæſt. 26. articulo 4. adhæreamus ipſi in prima concluſione, paulo poſt medium ajenti. *Tormenti metus torturæ ipſi æquiparatur ; & in jure paria ſunt confiteri quempiam per torturam , & confiteri torturæ metu juxta legem noviſſimè , ff. quod cum falſa tuto , v. quid enim.* Latere non potuit confeſſario pœna ordinaria afficiendum Titium ex illa confeſſione judiciali metu tormentorum extorta , amplius ac ſi in ipſa tortura geret , quod tam per ſe patet, ut ſuperfluat quidquid hic à jure introduci quibat ; Licitè tamen quin in irregularitatem incideret , ſi non obſtarent propoſitiones quædam damnatæ ab Innocentio XI. (ut dicam num. 6. id conſulere potuit confeſſarius, quia hinc eſt præterintentionalis mors ſubſecuta , nec remotè cauſa influens ille dici poteſt in eam , cum in iſto ſe gerat tum abſque influxu , mero & preciſo conſilio à ſe exorato de duobus occurrentibus malis , attentiſque circunſtantiis indicat, & efficaciter cõvincitur ſe perſuadere eligendum minus ; tum eo quod potius dilatat vitam ad ulterius tempus ex eo quod proponit , quam cooperatur in mortem ; ſiquidem ab ipſo Titio audit, tali angore quati , ut infallibiliter in tormento ultimam horã ille clauſurus erat , & ſaltem per illas horas uſque dum differebatur ſuſpendium , dilatabatur vita , horrore plenus lamentabatur à tortura ; Tunc ſic : (præter fundata Conſultatione 11. num. 2.) Nullus incidit in irregularitatem , quando ex duobus damnis concurtentibus , & infallibiliter unum, aut alterum eveniendum conſulit eligendum minus malum , ad deſtrimentoſius , & gravius vitandum ; Pono exemplum. Scio Petrum determinatum in occidendum Joſephum , & obſecrationibus impetro , nec occidat , & ſibi ſatisfaciat infligendo ei unum , vel duo vulnera ; Annuit Petrus & infligit vulnera , ex quibus quia malè complexionatus erat Joſeph , incidit in ultimam horam , eamque vitæ ſuæ claudit ; Conſulens non incidit in irregularitatem , quia mors ſubſecuta eſt ei præterintentionalis ; Ergo eo quod præterintentionaliter ſe geſſit confeſſarius penes ſuſpendium Titii , irregularis non manſit ex ſubſecuto ſuſpendio , quia monuit ſolum minus detrimentum ad vitandum majus , ſubſequens enim mors non eſt effectus conſilii proprius , neque indirectus ; & ita dum intentio Sacerdotis ſolum vertebatur penes vitandum gravius damnum Titio , ab omni irregularitate immunem deducebat confidentem.

2. Difficultas ſtat in probando quomodo homicidium ſubſecutum imputabile non erat confeſſario. Scotus in alterius generis eventu 4. diſtin. 5. quæſt. 1. §. quod ſi præſumptio nu. 2. diſputans quid faciendum à miniſtro Sacramenti Baptiſmi , quando infans adducitur ei in illud recipiendum quem tam proximum morti invenit, quod vehemens oritur ſuſpicio ex externo aquæ tactu ultimam Claudet horam infantulus ; & reſpondet. *Si præſumptio illa de morte imminente , vel acceleranda propter baptiſmum non ſit certa, ſed levis & fortè irrationalis , utpotè ſi parvulus , vel adultus eſt in articulo mortis conſtitutus , dico quod habens conſcientiam de acceleratione mortis talis infirmi, per baptiſationem habet conſcientiam erroneam.* In quibus verbis indicat ſubtilis præceptor levem & incertam fore conjecturam de morte infallibiliter ſubſequenda ab eo quod quis in articulo mortis dicatur conſtitui , ſicque implicitè inſinuat, quod Sacerdos qui renueret Baptizare parvulum talem ex conſcientia erronea , procederet ſcrupuliſans in Baptiſmo , cum mortis articulus non infallibiliter mortem cauſet ; & contingens ſit vel à cauſis naturalibus , ſive Deo operante ſua potentia abſoluta , ſanitatem recuperari. Pauciſque interpoſitis proſequitur præceptor. *Si etiam ille ſtante conſcientia erronea quod Baptizando acceleret mortem , peccat etiam mortaliter , quia ſecundum conſcientiam facit homicidium. Quid ergo neceſſe eſt , ſi nullus adſit , qui poſſet Baptizare ; dimittere iſtam conſcientiam , quia in caſu illo nullum eſt aliud remedium vitandi peccatum mortale.* En Scotum docere præterintentionalem mortem ſubſecutam ex Baptiſmo applicato infanti ; vel adulto in articulo mortis conſtituto ; Nec (præciſa conſcientia erronea) Baptizando quamquam mors poſtea ſequatur minimum peccatum committi. Igitur confeſſarius conſulens Titium licet illum conſtituat in articulo mortis annuens confeſſionem judicialem peragendam ab eo in vitandum tormentum , non peccabit mortaliter , dum ex conſcientia erronea non putet concilio peccare. Quid de irregularitate reſolvit Doctor , ſequentibus clauſulus. *Sed nunc quid Baptizans cum iſta conſcientia erronea eſt irregularis , ſi poſt mors ſequatur ;* reſ-

Digitized by Google

reſpondeo non eſt irregularis; quia nulla lex Eccleſiaſtica quantum ad illud reddit irregularem, niſi vere homicidam; iſte autem ſecundum veritatem non homicida. Et cur non homicida; quia præterintentionalis eſt ei mors ſubſecuta, quæ in re non eſt imputabilis, unde ſi imputatur non procedit à rei veritate, niſi à conſcientia errante: quo autem pacto, ſe gerere debeat, decidit mox. *Tamen poſt mortem illius Baptizati, ſtante illa conſcientia, tenetur ſe habere, tanquam irregularem, quia ſe habet tanquam homicidam, ſed ceſſante vel amota illa coſcientia non oportet diſpenſationem quærere, quia nunquam fuit verè irregularis.* Mirifica Doctrina, & undique obſervanda, ut ſciamus, quando vel quomodo in irregularitatem quam jura ſtabiliunt, ſive ab homicidio caſuli, ſive à voluntario incidimus.

3. Tunc ſic eatenus in iſto adminiſtrati Baptiſmi eventu, mors ſubſecuta Baptiſati non imputatur Baptizanti, quia non infallibiliter ſequitur ex Baptiſmo; ſicut enim contigit mors evenire, non evenire potuit: ideoque ait Scotus, dum Baptizat ſcrupulo, ſi aſſentit mortuum ex ſacramento præſtito conſcientia erronea procedit, quâ peccat, & tanquam irregularis gerendus eſt; quia ſe habet in ſua conſcientia vel ut homicida; in rei autem veritate neque peccaret ſi conſcientiam & dictamen teneret conſonè ad illam; neque homicida cenſendus; neque irregularitate quatitur; Sed ex intentione confeſſarii conſulentis Titium confeſſionem judicialem de delicto, quod non perpetraverat, eo ſcopo, ut vitaret Torturam contingere valuit non ſubſequendam mortem, vel examinata ulterius cauſa, vel cognita à flagitii perpetratore, & innocentia & inculpabiliter titii; ſicut factum legimus apud Breviarium Franciſcanum ad diem 19. menſis Februarii imitando exemplo ſancti Conradi confeſſoris per hæc formalia verba. *Placentiæ nobili genere natus, ac venationi cum primis deditus, juſſit aliquando vepres ubi feræ latebant ſuccendi; ſed ultra quam voluit ventus perlatus, ignis proxima fœdo vaſtavit incendio. Quo viſo Conradus in urbem latenter ingreſſus eſt; ſed mox ad prætorem delata re, dimiſſoque ſatellite, homunculus infimæ plebis tanquam incendii autor comprehenſus eſt, vique tormentorum falſa confeſſione expreſſa, damnatus ad ſuplicium rapiebatur; Tunc Conradus conſcientia excitatus, innocentem homunculum è carnificis manibus eripuit, ſeque reum confeſſus, divenditis bonis illata damna compenſavit.* Quid Clarius cogitari potuit, ſicut Conradus fecit ex ſtimulata conſcientia, liberans homunculum illum à ſuſpendio; Et Titius eripi valuit; Ergo & in iſto mors contingens erat, qualiter in altero exprimitur. Sibi ipſi confeſſarius conſulat de juridica confeſſione monens Titium comperiatque ſuos ſcrupulos, inveniensque ſe ipſum nulli erroneæ conſcientiæ annuiſſe, judicet ſe non peccaſſe, nec in irregularitatem incidiſſe, dum autem illi adhæſit, ſibi imputetur, quia per eum ſtetit; notatiuncula tamen intereſt in conſideratione facti; nam vel fuit merum concilium in ſubveniendo Titii anxios angores, quin autoritate imperativa uteretur; vel mandato uſus eſt, jubens confeſſionem illam judicialem peragendam; primo modo currit doctrina; in ſecundo non audeo liberare prædictum Sacerdotem à ſcrupulo incidendi in irregularitatem, ex differentia mandati & conſilii, iſtud liberam ſpontaneam & voluntariam relinquit optionem, ſeu electionem; illud quaſi determinat principaliter, quandocumque conciliatus ſe ſubjicit tamquam ſuperiori directioni, & obedientiæ conſiliantis; oportuniſſimum quod Cornejo in tertiam partem Angelici Doctoris trac. 5. de irregularitate dub. 2. ſcripſit, & poſt eum Diana 4. parte trac. 2. reſol 25. in fine: *In tali caſu ſtandum eſt dictis ipſius conſulti; ita ut ſi dicat ſe motum non fuiſſe per conſilium, liber manet conſulens ab irregularitate.* Liber eadem ratione manebit Titii confeſſarius, vel alter quivis, quando in ſimilibus urgentiſſimis eventibus proteſtetur ſeſe nullum neque minimum ad operationem mandatum imponere, animumque ſuum & intentionem tantummodo verſari penes hoc quod tuto conſcientiæ mentem ſecuram faciat; in reſtanti quod eligat qui conſulitur quidquid ei commodius libuerit. Mandatum etenim, talis proteſtatio vitat ſignificans id tandummodo prævenire, neque ſe gerit quaſi moraliter influẽs directè ſic ut indirectè in actum electionis: qui actus undique provenit ab illo qui dictamen alienum exoravit, ut ſibi quod plus expediens ſit, conſulat, atque decernat, determinatione ſe gerente ut cauſa cujuſvis effectus ſubſecuti.

4. Ulterius inſtat pro confeſſario perutile Caramuelis documentum tom. 4. ſuæ Theologiæ Moralis præterintentionalis quæſt. 3. nu. 2354. *Confeſſarium,* inquit, *Iuriſperitum, Medicina Doctorem ſic conſulantur; ſi priores* (ideſt Juriſperiti) *dicant tale crimen eſt capitale, tale non; talis ſceleris reus debet comburi, talis ſuſpendi, talis decapitari; & hic ultimus* (ſcilicet medicus) *dicat: hæc herba eſt ſalutifera, illa lethifera, & ſi ex hac doctrina homicidia ſequantur, non incurrere in irregularitatem.* Ita Vazquez quem citat & ſequitur Turrianus de cenſuris lib. 9. diſp. 66. dubio 4. & in ſecundam ſecundæ tom. 1. diſp. 93. dub. 1. *Quia iſti homines non influunt immediatè in cauſam, ſed agunt vices Magiſtrorum quorum intereſt mentem diſcipulorum formare, non vero ad eorum actiones concurrere.* Quidquid ſit de ſcientiæ Magiſtro, utrum ſe gerat in docendo more ſuperioris mandatum imponens, vel tantummodo per modum conſiliantis, (quod utrumque exercet munus) ſi in caſu quem docet contingenter cautelatur mors, & in eo ſe ſerat utendo juriſdictione imperij, revera influit immediatè in cauſam mortis, nec liber manebit ab irregularitate, quando vero merè conſiliantis in formandam mentem monet, quo iſta quieſcat in dubiorum ambiguitate, vel ad tollendam ignorantiam, quâ laborat ſuſpenſa, ad actionem non concurrit; Ergo conſilium petitum à perito, ſive Theologo, ut ſedetur petentis conſcientia, ſive à juriſperito in purgandam rempublicam à malefactoribus ad juſtitiæ adminiſtrationem, ſive à medico pro ſalute corporali, horum nullus reduplicativè ut conſilians per ſe, niſi per accidens ſe habebit in ſubſecutam mortem: Sed confeſſarius penes Titium Magiſtri more ſe geſſit in ſedandam ejus conſcientiam de confeſſione judiciali in tormentum vitandum; Ergo per accidens ſe habuit, neque directè aut indirectè influxum tenuit penes mortem ſubſecutam à ſuſpendio; Ergo cum id quod ſe gerit per accidens circa irregularitatem, eam à nullo capite inducat, prædictus confeſſarius in ipſam non incidet, immuniſque evadet. Si reſpondeas compatibile influxum non tenuiſſe, neque directum penes ſuſpendium, & tamen irregularem manere, quia quando in generali proponuntur illæ regulæ à Theologo, juriſperito & medico, per accidens ſe fert, non autem cum in individuo eventu præſtatur conſilium; individuo enim vago mors non contingit, individuo vero determinato evenit; replicat Caramuel nu. 2355. *Si interrogo, an Petrus qui comprehenſus, & convictus homicida eſt, debeat damnari capite, non video cur debeas incurrere irregularitatem, ſi reſpondeas Petrum eſſe damnandum: Si vero dicas omnem homicidam eſſe damnandum, non debes; quia cum hanc ultimam reſponſionem das, primam clariſſimè includis; aut ad mentem interrogantis, non reſpondes, imo non ſolum te poſſe, ſed debere interdum in particulari.* Pro quo ſtat paritas loquendo de irregularitate contracta ex delicto (nam de illa qua loquitur idem Caramuel tom. 1. in Theologia fundamentali, fundamento 40. num.

Digitized by Google

1063. *Irregularitas etiam non ſolum actu peccaminoſo, ſed etiam virtuoſo contrahitur, putà, ſi judex aliquem capite condemnaret*, non eſt nunc ſermo alioquin in terminis foret contradictio.) Argumentor ita: determinatio efficax voluntatis occidendi aliquem hominem, nullum individuum in particulari decernens, eſt actus peccaminoſus quamvis objectivè ſit indeterminatus ſubſecutaque morte alicujus in individuo, dum ab eo pendet, qui objectivè erat indeterminatus, illum conſtituit irregularem, ex hoc quia objectiva illa indeterminatio in formalem mortis determinatæ conſenſum; Sed objectiva indeterminatio à conſilio confeſſarii penes Titium nuſquam tenuit talis confeſſarii conſenſum; Ergo nuſquam à conſenſu, à quo indeterminatum tranſivit refundere valuit irregularitatem in confeſſarium. Dixi nu. 3. id licitè conſultum, ſi non obſtarent quædam propoſitiones damnatæ ab Innocentio XI. nam poſtquam reprobavit eas quæ 25. 26. & 27. una de juramento ſine animo jurandi; altera de mendacio, alia de amphibologia, etſi quoad excuſandum confeſſarium ab irregularitate, doctrina nullam teneat difficultatem, penes hoc, quod reus inquiſitus à judice timore fugiendi vim tormentorum falsò ſibi imponat crimen à ſe non commiſſum, quæcumque ſit ambiguitas, ſive reſtrictio mentalis, jugiter illicitum erit, tam ipſi, quam conſulenti; Siquidem conſilium circa iſtud nuſquam poteſt eſſe objectivè indeterminatum.

5. Devenimus jam ad carnificis ſcrupulos ſedandos, & opere precium duxi, quia nullo melius occurrere poſſumus, velut ex reſolutione illius controverſiæ juridicæ, & Theologicæ quam tetigi primo in ſanctoralis Apoſtolici & Seraphici priori parte, concion. 24. §. 5. à nu. 24. & deinde tom. 4. certaminis diſp. 6. ſec. 13. §. 8. nu. 131. Utrum judex teneatur ſecundum allegata & probata ſententiam proferre juridicam, contra propriam ſcientiam, & conſcientiam; v. g. Alphonſus judex eſt, ſcit evidenter Ferdinandum inculpabilem ab homicidio ipſi imputato, nihilominus in juridico proceſſu plenè probatur à pluribus conteſtibus de viſu, etſi falſis, Ferdinandum homicidij perpetratorem. Inquiritur, utrum Alphonſus judex teneatur proferre ſententiam ſuſpendij penes Ferdinandum notum à ſe innocentem, & inculpabilem. Recenter ex Vulpeſio de monte piloſo, alter Scotiſta, Maſtrius de Meldula in Theologia morali diſp. 6. quæſt. 2. art. 1. à nu. 25. tres de hoc lite ſententias recenſet: Una negans poſſe judicem, Ferdinandum punire; ſecunda affirmans debere in conſcientia punitionem proferre; ultima, (pro qua allegat Bonacinam Lugum, & alios) diſtinctione procedit de ſententia ferenda, nam iſta aut geritur in cauſa mortis, qua executat per appellationem, reus, nec in parte aut in integrum poteſt ad indemnitatem reſtitui, quo caſu aiunt teneri judicem ad renuntiandum officium, ne pereat innocens & inculpabilis; de aliis vero ſententiis ut ſunt excidium, pœna pecuniaria, quæ per appellationem revocantur, & fit in integrum reſtitutio, licitè poſſe procedere, ſententiamque proferre ſecundum allegata & probata contra propriam ſcientiam & conſcientiam; mentem ſuam declarat Maſtrius nu. 29. *Harum opinionum prima mihi magis placet, ejuſque fundamentum ſtabilius videtur; quia ſcientia teſtium requiritur in judicio ad informandum judicem facti ignarum, quam ſi judex fuerit propria ſcientia facti pleniſſimè informatus, ex qua ſibi pariter conſpicua fiat falſa teſtium depoſitio, planè non video quomodo licitè judicare poſſit ſine peccato contra veritatem ſibi agnitam ſecundum falsò allegata & probata.* Debile fundamentũ Maſtrij, corruens ſequenti paritate. Dum judex juriſdictione caret ad caſum particularem, etiam ſi aliàs juriſdictione polleat; (v.g. ſi ſit aliqua lege ſuſpectus, quia conſanguineus, ſeu altera ex cauſa,) non poteſt, nec jura permittunt ſententiam proferre, aut munus exercere, quantumvis in facto certiſſima conſtaret evidentia, æquiſſimam prolaturum ſententiam, quia ſuſpenſus caret juriſdictione, nec fungitur autoritate publica circa illam individualem cauſam in qua declaratur ſuſpectus; Sed ſententiam pronuntians motus à ſcientia peculiari de crimine contra actuata in proceſſu & probata, non operatur ut functus autoritate publica, & à privata caret juriſdictione; Ergo tam longè eſt, ut licitè queat pronuntiare per ea quę nota ſunt ei peculiariter, quod ab eo peccaminosè & illicitè arguetur operari intruſus ſcienter in exercendam juriſdictionem quâ carere non ignorat; ſic ergo in munere gerere debeat ſe ſecundum jurium diſpoſitionem, ut à juribus non deflectat; Sed jura tam civilia, quam criminalia, & Canonica diſponunt ſententiam conſonam probationibus proferendam, l. illicitas §. veritas ff. de officio præſidis, ubi ſine ulla exceptione præcipitur fidem à judice capiendam ab his, quæ in proceſſu probantur; capite placuit 6. quæſt. 2. capite Deus omnipotens 2. quæſt. 1. capite illa 11. quæſt. 3. cap. judicet 3. quæſt. 7. Ergo non permittitur à juribus aliter judicem proferre ſententiam, niſi proceſſui conſonam; Sed judex qui conſonè ad jura pronuntiat, licitè & tutâ conſcientia pronuntiat; Ergo contra peculiarem ſcientiam licitè pronuntiabit.

6. Abundabat, at aliter cum noſtro Antonio de Cordova in ſuo quæſtionario lib. 1. quæſt. 3. p. adverſus noſtrum Mirandam in ſuo ordine judiciario quæſt. 27. art. 2. in concluſione, punctum meditor, fatendo nunquam licere contra facti ſcientiam evidentem, quam tenet judex hunc damnare innocentem & inculpabilem, quem certò & infallibiliter talem ſcit; & quia allegata & probata, quæ ad talem judicem non poſſunt conſtituere ipſa conformia ejus menti; aliàſque inſtat doctrina, quam in introitu articuli citati obſervat Miranda, ex communi placito, ab utroque principio intentum proſequar. Mirandæ verba ſunt: *Eſſe apud omnes compertum, quod ſi aliquis homo judici fuerit oblatus, ut criminoſus, & noxius ad hoc quod illum puniat id quod legitimis teſtibus comprobatur, & ex alia parte ſciat ipſe judex eundem eſſe innocentem, & innoxium tenetur quidem ipſum aliquâ viâ* (plus conſonè, atque aptius diceret id quo meo videri, conformius eſt conſcientiæ, pietati, & juſtitiæ, ne pereat inculpabilis, tenetur omni via) *& ratione commode liberare, ſi poteſt, vel impediendo accuſatorem ne ad judicium veniat,* (utique inſtando contra iniquè accuſatum, aut removendo ſe ab inſtantiis factis adverſus illum) *aut vinctum ipſum è carcere liberando, aut aperiendo ei carcerem, ut exeat, & fugiat id ſi fieri poſſit ſine nota, & ſcandalo, ſeu examinando teſtes certa & peculiari ratione, ut fecit Daniel olim cap. 13. cum teſtibus Suſanna, aut certa aliqua via quod eſt certum & compertum apud omnes*, in comperto & certo apud cunctos ſuperfluè aliquis citatur. Argumentor ita, eadem obligatio incumbens judici, ad proferendam ſententiam ſecundum allegata & probata aſtringit eum, ut ſollicitet abſolvendum à pœna, & extrahendum de carcere; Sed non obſtantibus allegatis & probatis, tenetur judex in conſcientia quantũ attingit abſolvere quem ſcit inculpabilẽ à pœna, aperireque carcerẽ ad hunc evadendum, contra id quod in proceſſu novit; Ergo nec licitè poterit ſententiam condemnatoriam proferre, & omni via quantum in ſe eſt ipſum liberare ſecundum totum quod attingit, uſque dum officium dimittat, ne per eum ſtet innocentem perire. Confirmatur ab his quæ ſtabilit cum Vazquecio, Sancio, Caſtro Palao tom. 1. trac. 1. diſp. 2. p. 10. nu. 9. *Judicem in eligendis opinionibus attendere ſolum debere, quæ allegata ſunt, non quæ allegari poſſunt, neque poſſet alteri parti, quæ allegare, vel probare, debeat aperire, cum hoc ſit officium non*

Digitized by Google

judicis, ſed advocati. Inter unum enim & alterum hoc præmiſerat diſcrimen nu. 2. ut de advocato dicat; *Non petit à judice ſententiam in favorem actoris contra reum; caſu quò judex illam dare non poſſit, ſed repreſentat judici jus actoris, ut ipſe examinet, & videat, an poſſit pro illo ſententiam ferre*; Ergo ſi in noſtro caſu judicat judex innocentem accuſatum, & expedire non condemnandum; Ideoque aperiendum ipſi carcerem, ne pereat inculpabilis tenebitur, contra allegata & probata pronuntiare, peractis illis diligentiis, quæ ſine ſcandalo fieri debent, uſquedum ſi aliter non valet, renuntiet officium; quia tunc ad eum individualem caſum cedunt jura civilia, juri divino & naturali.

7. Quod autem ita ſit. Probatur per illa quæ tangit Vulpes de monte piloſo tom. 3. ſuorum operum parte 3. diſp. 94. de legibus articul. 3. ſub iſtam maximam. Quoties obſervatio legis non compatitur cum obſervantia legis majoris eminentiæ, hæc adimplenda, quia ceſſat illa; non compatitur lex naturalis de conſervanda, ſeu non amittenda vita ægrotantis cum lege poſitiva de jejunio Eccleſiaſtico obſervando; hujus jura ceſſant, quia illius ſunt eminentiora incompoſſibilia, & peccaret infirmus, ſi cum periculo vitæ jejunaret; Sed lex de non puniendo inculpabili ſeu innocente, evidenter noto, incompatitur cum lege de puniendo eo ſecundum allegata & probata, aliàs illa jura ſunt naturalia & divina, iſta vera poſitiva & humana; Ergo ceſſabunt jura civilia, ſeu criminalia, quæ tam minoris eminentiæ ſunt ad naturalia, & divina. Minor probatur quoad eam partem, videlicet non puniendum inculpabilem, jus fore divinum & naturale Deuteronomii 19. *Non effundatur ſanguis innoxius.* cap. 27. *Maledictus qui accipit munera ut percutiat animam ſanguinis innocentis.* Et Chriſtus Phariſæis Matth. 12. ver. 7. exprobans prætextatam ipſorum hypocriſim. *Si autem ſciretis, id eſt miſericordiam volo, & non ſacrificium, nunquam condemnaretis innocentes*; Sed cum ceſſat lex, caret juriſdictione judex; Ergo judicans ſecundum allegata & probata contra propriam ſcientiam ex cognitione evidenti, operabitur ſine juriſdictione; Ergo, quia tenetur judex renuntiare officium, quoties cogitur ſententiam ferre ſine juriſdictione operans, tenebitur illud renuntiare, ne peccet mortaliter. Quod judicare ſecundum allegata & probata ſit juris humani poſitivi, patet cum reguletur diſpoſitionibus Imperatorum, & procedat à gentium jure. Dicis (nec alteram momenti invenio objectionem, nam quæcumque pro oppoſita ſententia facillimè ſolvuntur ex dictis) ſi judex evidenter ſciat homicidii crimen perpetratum à Ludovico, qui ſecundum allegata & probata demonſtrat ſe tale delictum non commiſiſſe, non ſolum non tenebitur renuntiare officium, quia non punit quem ſit evidenter reum, imo peccabit pronuntians contra Ludovicum pœnam ordinariam, eumque non abſolvens; Ergo judicis conſcientia aſtringitur pronuntiare conſonè ad allegata & probata, contra propriam ſcientiam. Probatur conſequentia; non impar obligatio ineſt abſolvendi Titium, quem privatè novit, v. g. innoxium, & ſecundum allegata & probata convincitur noxius, quam condemnandi Ludovicum quem privatè novit noxium, & ſecundum allegata & probata convincitur innoxius, Sed tutâ conſcientiâ hunc abſolvit, neque aſtringitur officium renuntiare; Ergo licitè condemnabit illum conſervante ſuum officium. Nego paritatem; quia ad damnandum occultum reum, non eſt jus divinum, imo ab iſto teneor occultum delictum ejus ſecretum tenere, & occultè corrigere, præcipiente Jeſu Domino Matth. 18. v. 15. *Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum.* Præter quam quod, Ludovicus reus occultus ſuæ famæ erat bonæ fidei poſſeſſor, quin contra talem famam valeret pronuntiari aliquod ab ea poſſeſſione expolians ipſum; at abſolvens occultè innoxium, potius conſulit famæ ejus, quam aliquid de fama deperdenda exponatur, nec jura divina ſunt aut naturalia expreſſa pro noto noxio privatè puniendo, ſicut pro cognito innoxio nuſquam caſtigando.

8. Materia eſt graviſſima; ideo amplius ſtabilimen libuit ad meum pronuntiatum addere ex paritate de confeſſione Sacramentali, in diſparitatem fundandam; cum non aliter ſe gerunt Sacerdos, ac judex ſæcularis in cauſis criminalibus. Ponamus Deum revelare Paulo Sacerdoti cum evidentia in atteſtante, quod Petrus qui accedit ad confeſſionem Sacramentalem efficiendam cum illo, tale mortale peccatum perpetraſſe, quod ſicut mendacio negans ſe illud commiſiſſe in Paulo confeſſario concurrit ſcientia ex certitudine revelationis, quæ propter evidentiam in atteſtante falsò ſubjici nequit; inſimul & notitia ſecundum allegata, probata & confeſſa à Petro. In hoc judiciali Sacramentali tribunali conſonè ad quod debet operari judex Sacerdos; conformiter ne ad notitiam quam ex revelatione privata divina accipiat, an conſonè ad ſcientiam ſubminiſtratam à reo, juxta id quod allegat, & ſua confeſſione privata judiciali ſententiæ ſubjicit. Si reſpondeas teneri confeſſarium operari conformiter ad id quod ex revelatione divina certum noſcit, das intentum. Eatenus iſtud, quia noſcitur infallibiliter verum; allegata vero, & probata evidenter falſa ex obice poſito ad abſolutionem; Sed judex ſæcularis ex facti evidentia noſcebat infallibiliter verum, non perpetraſſe Titium delictum, quamvis allegata probata, & confeſſa opponerentur, falſa quidem; Ergo in pronuntiandam ſententiam attendenda veritas in quolibet judicio, & fugienda falſitas: dum dicas teneri Paulum confeſſarium eo caſu conformare ſe cum allegatis & probatis, & confeſſio à Petro pœnitente reo, præter innumera inconvenientia quæ ſequerentur, unum irrationabiliſſimum ſufficiat. Scit evidenter Paulus confeſſarius nullum tale Sacramentum pœnitentiæ effici; Ergo peccabit mortaliter conſonè operando contra illud ſcit privatæ revelationis notitia. Probatur ſequela: fieri nequit validum Sacramentum pœnitentiæ, quando non eſt integra confeſſio de omni peccato mortali commiſſo, & aliàs mendacio interpoſito in ea per materiam gravem; Sed Petrus ſe accuſans integram non fecit confeſſionem, mendaciumque profert negans ſe commiſiſſe tale peccatum; Ergo nullam efficiet confeſſionem. Reſpondebis diſparem eſſe rationem in tribunali Sacramenti pœnitentiæ, ac in contentioſo civili, ſeu criminali; in illo enim allegata & probata, nullam influere poſſunt veritatem conſonam ipſi; At in civilibus & criminalibus quamquam facti ſeu rei veritas non ſit, adeſt veritas civilis, quam influunt allegata, probata & confeſſa contra reum: quapropter licet Paulus confeſſarius teneatur procedere conſonè ad privatam notitiam, judex aſtringetur ad pronuntiandum juxta allegata & probata; innumeros mitto terminos Metaphiſicos, quomodo in re falſa aliqua influi valeat veritas, concertationeſque ſyllogiſticas, de quibus Ariſtoteles 2. Priorum, & Scotus quæſt. 2. in eum Philoſophi librum; in Caramuele tom. 1. Theologiæ fundamentalis, fundamento 17. quæſt. 1. nu. 637. lego: *Politicè enim vera non ſunt, quæ plenè probari non poſſunt*; Ergo politicè vera erunt, quæ plenè probantur; ſic in mente judicis duo vera concurrunt, unum rei in ſe; alterum politicum quod plenè probatum fuit contra Titium in confeſſione Sacramentali admitteturnè verum politicum? Si concedis, das intentum; cedere debet in Paulo confeſſario verum politicum ad verum rei in ſe, quia iſtud à jure naturali & divino primariò procedit, illud vero à politica introductione; Ergo pariter in tribunali ſæculari; Ergo paritas ſemper eſt in

Digitized by Google

ſuo robore. Si autem tale verum politicum neges in Sacramenti pœnitentiæ Tribunali, ideo erit quia nullum jus humanum aliquod, nec minimum poteſt intromitti in Sacramenta, per illam regulam ſancti Ambroſii lib. 4. de Sacramentis cap. 4. *Autor Sacramentorum, quis eſt niſi Dominus Jeſus, de cœlo iſta Sacramenta venerunt: concilium enim omne de cœlo eſt.* Ergo cedere debet in judice ſæculari ad rei veritatem quæ de jure naturali eſt civilis veritas. An ſi cōcurrant alia flagitia quibus pœna capitalis reo imponenda foret poſſit prudente cautela judex talem innoxium de eo individuali flagitio condemnare, ex aliquo ſtratagemate juris in formanda ſententia, non in veroſimiliter erit affirmativa pars, quam ſufficiat tetigiſſe, quin in eo meum dictamen aperiam.

9. Jam quid de carnifice in Conſultatione inducta, & quoad tormentum, & pœnæ ſuſpendium Titii, nihil certius nuſquam juridicè notitiari carnificem de flagitiis propter quæ demandatur ei torquere reum, vel ſuſpendio interficere, ſtragulatione, ſeu decapitatione, ſive quando jubetur flagellare aliquem ſeu prævenire quod ad ſuum munus expectat ſolummo ab aliquo, vel aliquibus Miniſtris inferioribus, de ſuperiorum commiſſione, vel quandoque ab iſtis monetur hunc hominē individuum tali pœna afficiendum fine, quo iſtrumenta præveniat, & præparetur ad executionem. Nec judices ſententiam ferentes interlocutoriam ad torturam Titii, ſive in Ordinariam ad ejus ſuſpendium, iſtum reum fuiſſe de homicidio perpetrato ſecundum allegata & probata notitiam juridicam præbuerunt carnifici, propter tale delictum & torquendum; poſteaque confeſſionem judicialem fecit extra torturam ſuſpendendum in furca, nec quando ducebatur ad eam, præcones individuebant homicidium, à quo conjectari evidentia facti poſſet damnatum propter delictum, de quo certo ſciebat Titium inculpabilem & innoxium; quapropter tutà conſcientiâ potuit torquere, nec in eo peccavit; nec poſtea non ſecuto tormento in ſuſpendio; notanter pono *non ſecuta tortura*; nam ſi in ea audiret, qualiter juridicè interrogabatur à judice & reſpondebat falſum crimen ſibi imponens quod certum ſciebat non perpetratum eo, & extra tormentum juridicam audivit ratificationem à Titio de delicto ſibi falſo impoſito, tunc non poterat licitè in furca occidere, & tenebatur renuntiare officium, ne ſua manu innocens periret; quod ſi ratificationem non audivit, juridica valebat tutà conſcientiâ ſuſpendium exſequi, qualitercumque ex notitia privata in ſuſpicionem veniret punitum propter delictum homicidii, nec tunc tenebatur renuntiare officium. In roborandam deciſionē duo præmittere oportet, unum communem juris peritorum proloquium, ſcilicet pleniorem facere de crimine probationem reorum confeſſiones judiciales, quam quorumcumque teſtium concordium depoſitiones. Alterum qualiter habenda reorum confeſſio ad hoc ut pœna ordinaria afficiantur; ne nos divertere faciat ſtylus obſervatus in confeſſionem judicialem extorquendam à reis, quam primo capiunt judices, poſt ſummariàm ab eis vocatam in noſtro Aragonenſi Regno *Demanda*, vel poſtea quando devenitur in plenaria ad ſententias interlocutorias, & ſive in tortura, vel extra, datis illis quos vocamus *cargos* id eſt ea quæ reſultant contra ipſos ex probationibus teſtium; quicumque ſit ſtylus in diverſis tribunalibus, jura quoad obſervantiam ſubſtantiæ proceſſus nulla omitti queunt, etſi aliquando in eis, in quibus de plano proceditur, qualia ſunt regularia tribunalia, nihil de apicibus juris, aut ſolemnitates quæ aliàs exiguntur, requiratur.

10. A divino jure patet cæteris deficientibus in rei facto, plus firmum procedere judicium à reorum confeſſione, ac à quibuſcumquè teſtibus de viſu, concorditer deponentibus. Habetur enim Lucæ 19. v. 12. illa miranda Jeſu parabola tam doctrinaliter introducta in vitandam damnationem æternam. Sic Dominus. *Homo quidam abiens in regionem longinquam, accipere ſibi regnum & reverti*: Uni ſervo decem Mnas tradidit in negotiationem, alteri quinque, alii unam; accepto Regno introducitur proceſſus verbo formatus in reſidentiam ad ſententiam ferendam, vel remuneratoriam de meritis, ſeu punitivam de demeritis; præmiſſa ea quæ ſollicitis ſervis in præmium ſuæ ſolertiſſimæ ſollicitudinis præſtita fuerunt; devenitur ad confeſſionem judicialem ſervi nequam, qui eam hoc pacto fecit v. 20. *Et alter venit dicens: Domine ecce Mna tua quam habui repoſitā in ſudario. Timui enim te, quia homo auſterus es, tollis quod non poſuiſti, & metis quod non ſeminaſti.* Quo audito, non expectatis teſtibus, ſtatim ac confeſſio auditur, ad ſententiam proceditur condemnatoriam v. 22. *De ore tuo te judico ſerve nequam.* Ubi Menochius *De tuis ipſius verbis te condemno, in tuum ipſius caput ſententiam protuliſti.* Ita in veteri teſtamento, ut alia omittam, opportunum valde quod geſtum eſt contra libidinoſos ſenes, qui falſum teſtimonium contra Suſannam protulerunt cap. 13. à v. 54. ſententia prolata fuit à Propheta, de ore enim illorum, examinatus quiſque in pœnam capitalem ducti fuerunt rei v. 61. *& conſurrexerunt adverſus eos Præsbiteros (convicerat enim eos Daniel ex ore ſuo falſum dixiſſe teſtimonium) feceruntque eis ſicut male egerant adverſus proximum ut facerent ſecundum legem Moyſis, & interfecerunt eos, & ſalvatus eſt ſanguis innoxius in die illa* Ad quid teſtes, ubi crimen convincitur perpetratum ore ipſius delinquentis? hinc jure Canonico, capite multi eadem cauſa, capite primates, capite, ac ſi Clerici de judiciis hoc firmum habetur. *Nos in quemquam ſententiam ferre non poſſumus, niſi aut convictum, aut ſpontè confeſſum.* Diſiunctiva premenda, quamquam per teſtes non convincatur ſi ſpontanea confeſſione conſtat aliquem perpetraſſe delictum, abundat in ſentētiam punitivam ferendam, adverbium, *ſpontè*, notandum maxime, inductū in confeſſione judiciali, & diſcrimen premendum de facta in tortura, aut extra, de quo juriſtæ Simancas de chatolica inſtitutione cap. 13. & pro toto Antonius Gomez tom. 3. variarum cap. 12. num. 3. & deinceps; civiliaque jura clariſſima ſunt l. ſervus cod. ad legem Juliam l. qui ſententiam cod. de pœnis, l. ſi Confeſſus ff. de Cuſtodia reorum l. 1. §. ſi quis ultra ff. de quæſtionibus, & alibi fræquenter; à quibus proloquium manavit commune reorum confeſſione cuncta eorum crimina comprobari; at ex lege prima allegata §. Decius ſeverus, ut confeſſione crimina probentur oportet quod ſit expreſſa, clara, veroſimilis, non confuſa, aut tergiverſa. Videndus Proſperus Farinacius tom. 3. quæſt. 81. de reo confeſſo à nu. 56. & latius à num. 316. Allegato capite 12. num. 3. protulerat in tantum valere ſpontaneam confeſſionem factam à reo extra tormentum, quod licet incuria judicis, aut alia quacumque cauſa non ratificetur, quoquo modo voluntariè iſta depromatur plenariè probare delictum, nec ſi judex velit, aut ſibi placeat, altero non indigere ad pronuntiandam ſententiam; quæ doctrina unam tenet exceptionem, nempe quando privata ſcientia non noſcit judex eam confeſſionem factam falſam, aut tormentorum timore, vel alia cauſa extrinſeca violentante; nam ſi noſcit falſam, ne pereat innocens, tenetur non uti ea in ſententiam; ſin vero à metu oriatur, quia timor eſt cadens in virum conſtantem, violenta cenſenda à nullo capite ſpontanea, & voluntaria.

11. Non immoror in his quæ tangit de reo denuntiato, & inquiſito Ludovicus de Miranda in ſuo ordi-

Digitized by Google

ne judiciario tom. 2. quæſt. 30. concluſione ſecunda cum ait. *Si confitetur, terminatum eſt judicium, ſi vero neget, recipiuntur partes ad probationem.* Id intelligendum de confeſſione facta ſpontè; verumtamen eo tom. 2. quæſt. 19. articulo 14. in illa celebri controverſia *Utrum reorum confeſſio ſpontanea ratificari debeat, ut ſufficiat ad eoſdem condemnandos*, ſequentem ſtatuit concluſionem, conſonè ad ea quæ præmiſimus ex Antonio Gomez. *Quamvis reorum confeſſio in tortura emanata ad eoſdem condemnandos non ſufficiat, niſi in ipſa perſeverent, & poſtea ſe ratificent, confeſſio tamen ſpontanea bene ſufficit ad eorum condemnationem ſine ratificatiòne, dummodo non fuerit expreſſè revocata.* Ampliant plures prædictum documentum in ſedandas judicum conſcientias, proferendo pro ratificato tenendam talem confeſſionē quandocumque non revocatur, eo quod virtualiter permanet, ſufficiens ſemper in cauſandum effectum, qualiter in miniſtro Sacramenti, virtualiter durans eumdem effectum cauſat, ac ſi noviter ratificaretur actualiter; inde ex Julio Claro lib. 5. ſententiarum §. finali quæſt. 65. n. 2. v. ſed quæres. Et Gomecio tom. 3. variarum reſolutionum cap. 12. num. 3. iterat Miranda. *Nunquid unica confeſſio ſufficiat ad hoc ut reus condemnari poſſit, an vero plures requiruntur.* Per gloſam in l. 1. ff. de quæſtionibus cōtra Gomecium ſic ex Julio Claro ſuam pandit deciſionem; *Quod una cōfeſſio ſpontè facta non ſufficiat ſed quod tres requirantur dicit (adde Julius) quod illa gloſa cōmuniter non tenetur, & in re diſtinguendam eſſe inter confeſſionem ſpontè factam, & eam, quæ fit in tormentis, nam in confeſſione ſpontè facta, unica tantum ad condemnandum reum ſufficit dummodo fiat judicialis quod tenere dicit omnes Doctores; at vero in confeſſione quæ fit in tormentis ſeu tormentorum metu non ſufficit ea ſola, aut propter eam ſolam non poteſt reus condemnari, niſi in ea perſeveret, illamque ratificet.* Remittitque ſe ad præcedentia, quæ dixit quæſt. 64. num. 40. v. cæterum ubi tenet. *Non eſſe ſtandum confeſſioni facta in tortura, niſi reus in illam perſeveret, & extra tormentum eandem, ad bancum juris ratificet.* Non improbò ſententiam, neque in conſcientiæ foro, aut in externo tribunali: fatebor tutè, & licitè judicem, ſi eam vellet ſequi procedere; At ex differentia intentionis virtualis in miniſtro efficiente Sacramentum, ac in illo qui à confeſſione reo ſibi pœnam imponet, tutius & ſecurius invenio, quod ſemper ipſam confeſſionem ratificare debet expreſsè reus. Intentio enim Miniſtri quamvis confuſa præceſſerit actualis, ſufficiens eſt in effectum deducendum, non autem ſi præit confuſa judicialis confeſſio; Igitur, quia virtualitas in cunctis debet actualitati convenire, quamquam in Miniſtro prout non revocata ſufficiat, in reo quatenus non revocata inſufficiens erit, quia in quantum non revocata, eſt implicita & connumeratur de ordine confuſorum. Quod enim implicitum eſt, explicito opponitur, & explicitum, expreſſumque ſinonoma ſunt; Ergo requiritur in reo ratificatio quantumcuque præceſſerit ſpontanea confeſſio: quâ doctrinâ ſolvitur paritas facta in qua non negabo virtualitatem in Miniſtro efficiente ſacramentum cauſare eodem pacto effectum; nego id ipſum cauſari à confeſſione judiciali non revocata, quia iſte in eo petitur, quod procedat in quantum expreſſa, & explicita.

12. Roboratur aſſumptum ex communi placito, & practica inconcuſſa de teſtibus in qualibet cauſa, præcipuè criminali; tangit enim & bene Pellizarius in ſuo manuali regularium tom. trac. 9. cap. 4. num. 148. *De communi ſtylo totius mundi; & quidem etiam approbato a Conſilio Tridentino ſec. 25. de reformatione cap. 6. ante citationem rei ſolent examinare teſtes contra ipſum ob multas rationes, quas adducit Alderete nu. 4. id ſolum deſervit, quoad carcerendum reum, ſi fortè ſuſpectus ſit de fuga, ita ut iſta prima examinatio pertineat tantum ad ordinem judiciarium, non autem ad cauſam principalem.* Tunc ſic: non ſufficit in teſtibus non ſe revocare, & requiritur in eis ratificatio, nec tutâ conſcientiâ procedet judex, ſi eos non ratificat ad ſententiam pronuntiandam, quamtumvis virtualiter permaneat in eis depoſitio prima facta actualiter in ſummaria; Ergo virtualitas permanens in confeſſione judiciali reorum non ſufficiet, & requiritur expreſſa eorum ratificatio. Nec fit ſatis, ſi reſpondeas teſtem poſſe fore falſum contra reum, aut animo doloſo vel paſſione ſe gerere adverſum eum; At nulla jura præſumunt aliquem ſibi ipſi doloſum, vel tam nocivum, quod velit ſpontaneè ſubjici pœnæ rigoroſæ, quam fugere & vitare valet; Ideo in illis ratificatio exigitur expreſſa, ut quælibet tergiverſatio vitetur: hæc autem in voluntaria confeſſione qualiter cogitanda fulcitur, quæ ſatisfactionis diſparitas roboratur, ab iiſque relatus Pellizarius ſubnectit; *Imo ſi judex in iſta repititione teſtium timeret de falſo, poſſet & deberet iterum illos examinare ex propoſito, ad videndum an concordent nec nè; tuncque non ſufficere, me remitto iis, quæ dixi in prima depoſitione*; Idque ipſum expreſſus Miranda tom. 1. ordinis judiciari quæſt. 18. ar. 7. in concluſione. *Certiſſimum atque cōſtantiſſimum eſt, quod teſtes in ſummario judicio recepti & examinati, debent iterum examinari & reproduci; ſeu quod vulgo dicitur ratificari, & quod aliter, non fidem faciunt in judicio.* Totam doctrinam lubentiſſimè amplector. Aſt non evacuatur mea difficultas; Unde probatur in ſolutione, aut jura præſumere ſpontè non ſibi poſſe imputari aliquem propter vanam gloriam, vel alium finem pravum, crimen quod non perpetravit; ſicque falſam efficere etſi peccando, voluntariam confeſſionem; aut à puſillanimitate, quæ eſt ſpecies deſperationis, minus malum deceptione diabolica putare ſuæ vitæ jacturam efficere, quam angoribus præſentibus quati, & anxiari? ſi enim ad vitandam teſtium falſitatem, doloſitatem, fraudulentiam, & paſſionem imponitur onus judici in iterandum eorum depoſitiones & ratificandum ipſos non ſemel, ſed iterum atqui iterum reproducendus, ut aliebat Miranda, quod vulgò dicitur ratificandos, quare occurrentibus urgentioribus inconvenientibus in non ratificata cōnfeſſione judiciali reorum, impoſitum in conſcientia non tenebit onus judex expreſsè ratificare confeſſionem judicialem, ſive in tormento, ſive extra torturam factam à reo; Ergo tenebatur judex, ut in ſuſpendium condemnaret Titium ultra confeſſionem quam fecit de crimine non à ſe patrato, iſtum ratificare apud bancum juris.

13. Liquet per propoſitam doctrinam, quę neceſſaria fuit ad occurrendum carnificis conſcientiæ, hunc non peccaturum, ſi deveniretur ad tormentum ex aſſignatis à num. 10. quia quamquam privatè noverit Titium non patraſſe homicidium, non conſtabat ei juridicè quale erat flagitium propter quod torqueri præcipiebatur; ideoque, neque ea ratione tenebatur carnificinum officium relinquere, ne torqueret innocentem; penes ſuſpendium poterat eſſe aliqualis difficultas, ſi carnifici conſtaret juridice unicè non propter aliud delictum damnatum ad furcam; at quia nunquam ipſi id notum fuit, bona fide procedebat merus executor ſententiæ; etenim debebat credere muneri ſuo ſatisfaciſſe judicem, nec contra conſcientiam ſuam innocentem ſeu innoxium patibulo affeciſſe, hinc patet imprudentia aliquorum confeſſariorum, temeritas & ignorantia permittentium reos ad extremam horam è patibulo proclamare, audiente populo, ſe non debere mori propter flagitium ipſi imputatum, nam (præterquam quod id cedit injuſtitiæ adminiſtratæ dedecus; ne Reipublicæ Patres ea in veneratione habeantur, ut par eſt, ac tenentur) unde confeſſariis conſtant

Digitized by Google

judicis teſtium probationes, & quod rectâ conſcientiâ procedunt judices in eo patibulo decretato, quod innocentem morte afficiunt, & non potius ut id ne ſequatur officium, renunciaturos. Aliter, etiam ſimiliter ſi carnifex in tortura audiret Titium non de alio delicto interrogatum, & ipſum falſa confeſſione ſibi imputatum, noſcens altero capite inculpabilem; in eo eventu etiam tutè procedebat exequendo ſuſpendii ſententiam, quia cum hæc adimpleri non poſſet, niſi Titio ſe ratificante ad bancum, & tali ratificationi præſens non fuiſſet, ſemper bona fide procedebat, ex aſſertis numero præterito requiri ad ſententiæ pronuntiationem, expreſsè ſe reum ratificare, & non ſufficere nuſquam mutaſſe dictamen, vel ſenſum, quem ſua confeſſione protulit ſpontaneum. ſingulariter in eo dubitatio emergere nequibat, quando tormentorum metu nullus eſt qui voluntariam dicat confeſſionem judicialem præceſſiſſe; audiamus Pellizarium allegato capite 4. *Illud demum annotandum eſt, quod cum confeſſio delicti facta in tormento ſit nulla ad effectum condemnandi reum, niſi extra tormentum ratificetur poſt aliquod tempus ex judicis arbitrio diffiniendum, juxta qualitatem rei, torti & tormentorum, ita ut veroſimilis ſit metum ceſſare, ex quo confeſſio reddebatur nulla, mox debet induci ad eam ratificandam poſt aliquod tempus, quale eſſe poſſet ſpatium trium dierum.* Poſt tres dies carnifex cogitavit Titium ratificatum extra torturam; Ergo potuit tutâ cõſcientiâ præſumere alia delicta ipſi imputata, propter quæ innoxius non peribat. Dicis carnifex non fuit obligatus ad renuntiandum officium; Ergo melioris conditionis erat, quam judex, qui ſi juridicè noſceret Titium falſum ſibi imputaſſe crimen, ſive in tormẽto, ſive extra tormentum, & poſtea in expreſſa ratificatione, conſonè ad mea principia manebat obligatus in conſcientia ſe abſtinere à pronuntianda ſententia, etiam cum jactura privationis ſeu renuntiationis officii judicis; Ergo, quia ad id non coartatur carnifex, quamquam privatam ſcientiam non aliter ac judex teneret, videtur peiorem conditionem induere ſupernum miniſterium judicandi, & adminiſtrandi juſtitiam, quam plebeium; & vile exequendi carnificinam. Nego ſuppoſitum; obligatio enim renuntiandi officium non oritur ab ipſo, niſi à notitia quæ ſe habet tanquam removens prohibens, non autem per verum influxum; ſic inculpabiliter proceſſit carnifex. Mitto ſimile argumentum contra me. Carnifex bona fide inculpabilis procedit, quia tenetur judicare rectè proceſſiſſe judicem; Ergo Jeſu Crucifigentes non peccarunt, neque illi qui Martyres torxerunt: Nego millies conſequentiam; quia Jeſu & Martyrum innocentia tam clara erat, ut bonam fidem exequentium omnimodè excluderet.

CONSULTATIO XIV.

De abortu intentato ante animationem, & executo.

DIVORTIATA Anna, nec cum marito habitante à duobus annis per ſententiam ordinarii de ſeparatione decretam, ab Amaſio quodam adulterè concepit, cumque in bonæ famæ poſſeſſione, & illa uxorata & prædictus Amaſius, (qui erat Eccleſiaſticus magna & ſuprema dignitate conſtitutus) à tribus diebus copulæ illicitæ carnalis habitæ, conſilium exoravit ab eo ipſo complice ſuæ gravidationis; utrum ante ſobolis animationem abortum procurare valeret, allegans aut inſuperabilem violentiam, ſeu mortem, ad minuſque civilem in perpetua clauſura domeſtica ſibi inferendam à cognatis, qui valde ſenſerunt divortiari eam, & minacibus verbis, ne tale tentaret, antea ipſi pluries ſuggeſſerunt, propter ſtrictam amicitiam quam profitebantur cum ſuo ſponſo, à quo ſuſpicabatur criminaliter accuſandam coram legitimo judice, ut ille purgaretur, falſaſque allegationes fuiſſe in obtento divortio; alias aiebat, quomodo ſe gereret, ſi cogeretur declarare complicem; qui iſta, aliaque propoſita audiens, quia timoratæ conſcientiæ (etſi fragilitate ductus, in illam inciderit venerem Eccleſiaſticus) ut vitaret irregularitatem, cæteraſque cenſuras, affirmans ad minus peccaturum mortaliter cooperando in abortum inanimatum, à conſulendo abſtinuit; itaque dicta Anna contra eum, Theologum vocavit peritiſſimum, cui rem conſuluit & tutâ conſcientiâ potuiſſe procurare abortum inanimatum dixit, ſicut effecit, & potionibus, & venarum pedum ſciſſione fingens ſanguinis abundantiam; à die copulæ habitæ quadringenteſimo molam è ventre emiſit, quin aliqua organiſatione membra noſcerentur delineata. Inquiſitum fuit, utrum vir ille (qui dicebatur peritiſſimus conſulens) peccaret, & mulier bona fide procedens commiſſa illius conſilio tutâ conſcientiâ id exequi potuiſſet, videlicet per tale tempus quadraginta dierum ſumere pocula, aliaque remedia in abortum, cumque frequenter confeſſiones pœnitentiales efficeret (duas quaque hebdomada) communioneſque, interrogavit; an illæ quia nullæ ex non propoſito de non cõmmando abortu neceſſario repetendæ, iſtas vero ſacrilegè factas.

SUMMARIUM.

IMprobabilia & damnata ab innocentio XI. duorum medicorum placita num. 1.
Thomas Fienus Medicus errat in tempore animationis fœtus num. 1.
Potius erravit Ioannes Marcus in eodem num. 1.
Examen ſententiæ fieri num. 2.
Veritas Catholica exules faciat fabulas num. 2.
Infuſio animæ rationalis non non ſucceſſiva nu. 2.
*Validum dilemma contra Fenium num.*2.
Veriſimſapit infuſio rationalis animæ ad inſtans, ſartus puerpera affirmare num. 3.
Quando contrahitur peccatum originale à fœtu numero 3.
Tria ingentis ponderis contra Ioannem Marcum numero 3.
Inconvenientia Theologica & Philoſophia num. 3.
Exemplum de fructu, ab arbore exponitur num. 3.
Dum Chriſtus Deus homo non fatetur, Dei mater eſſe non poteſt num. 3.
Quando contingit homicidium in abortu num. 4.

Nec

Digitized by Google

Nec ſancta Anna, nec Deipara metuere abortum potuerunt num. 4.
A triplici radice reſultat abortus num. 4.
Hic præter intentionalis, inculpabilis num. 4.
Adamo non peccante abortus non foret num. 4.
Grave peccatum, abortum procurare num. 4.
Nec licet ſine vitandi infamiam & mortem num. 4.
Culpandus non eſt conſulens ſecundum ſententiam probabilem num. 4.
Circunſtantiæ advertendæ in opinione probabili numero 4.
Communi Doctorum ſententiæ quæ dicitur oppoſita numero 5.
Teſtis de ſolo auditu, non convincit num. 5.
Sententia prohibita, defendi nequit num. 5.
Locutiones generales tenent exceptiones num. 5.
Sixtus V. pœnas contra procurantes abortum decrevit num. 6.
Illarum rigiditas à Gregorio XIV. moderata num. 6.
Quid Urbanus VIII. confirmavit num. 6.
Non ſecuto effectu peccat abortum procurans num. 6.
Pœna contra abortare efficientes ex capite exodi numero 6.
Portel de decretis Sixti, & Gregorii num. 6.
Quoad fœtum animatum nec in tota moderatur Sixti decretum num. 6.
Animatum contrariè non contradictoriè inanimato oppoſitum, num. 6.
Duplex ſyllogiſmus Caramuelis notandus num. 7.
An liceat abortus in prægnantis vitam conſervandam numero 7.
Comprobabilitas impugnata, excogitata à Caramuele num, 7.
Secundum Caramuelem, nec Ariſtoteles, nec peripatetici noverunt ſyllogiſmi probabilis quidditatem numero 7.
Pro Conceptione Deiparæ immaculata; notandum numero 7.
Inconveniens de comprobabilitate num. 8.
De circonſtantiis in confeſſione aperiendis, doctrina numero 8.
In ſyllogiſmo demonſtrativo, utraque præmiſſa cogitur concedenda num. 8.
Subtilitati Caramuelis veneratio præbenda num. 8.
Moderatum à Gregorio XIV. de Sixti Bulla numero 8.
Abortus fœtus inanimati neque in irregularitatem, nec in excommunicationem incurrere facit num. 9.
Peccat poculum dans ut ſterilis radicaliter maneat fœmina num. 9.
Quid Theologia præter intentionalis num. 9.
Rationes contra intentionales quæ num. 9.
Non omne caſuale præter intentionale num. 9.
Ad eventum conſultum diſtinctio notanda num. 10.
Plus præferenda Monarchia quam genitorum vita numero 10.
Sed cavenda ſine præjudicio tertij num. 10.
Balneum illicitum ſanguine infantium num. 10.
Quando in vitam matris conſervandam licet abortus numero 10.
Impugnata ſententia de fœtu aggreſſore num. 10.
Medicus probabiliter judicans ſobolem uterinam mortuam, in matris incolumitatem ad quid tenetur numero 10.
Nuſquam licet pollutio in vita incolumitatem num. 10.
Egregium factum ſancti Caſimiri de caſtitate num. 10.
Fœtus corruptus an maſſa maligna matris num. 11.
Rarus eventus de monſtruo num. 11.
Utrum ſemen attineat ad corpoream integritatem numero 11.
Quando putridum ſemen vacuari quit num. 11.
Pollutio quomodo voluntaria, aut præter intentionalis numero 12.
Quandoquè præter intentionalis abortus num. 12.
Ab Innocentio XI. propoſitio damnata num. 12.
Non penetrata Scoti mente ei falſum imponitur numero 13.
Salus æterna prolis præferenda ſaluti matris temporali numero 13.
De moderamine inculpatæ tutelæ in abortu num. 13.
Matri incumbit cura in aggeneratione prolis num. 13.
Ignorantia invincibilis, & bona fides inde in abortu numero 13.
Reſolutio excuſans fœminam à peccato num. 13.
Utendum diſtinctione in conſulente mulierem num. 14.
Paritas notanda de ſollicitante num. 14.
Signum ut craſſa reputetur ignorantia num. 14.
Caſus notandus & præter intentionalis abortus nu. 15.
Objectio advertenda num. 15.
Et ſolutio ejus num. 16.
Diſtincti caſus à jure, ac à facto judicandi num. 16.
Quando quis ex conſilio dato tenetur ad reſtitutionem numero 16.
Non omnia quæ poſitive leges ſtabiliunt, noſcuntur numero 16.
Fraus & ignorantia craſſa, quando in eis num. 16.

1. QUANTUM ſententiæ medicorum, reſolutiones Theologicas impediunt, ad ſedandos ſcrupulos, vel in conſcientiarum ruinam, in limine annotare intereſt quorumdam Galeni interpretum improbabiles quaſdam opiniones, quas recenſet impugnat Caramuel tom. 1. in Theologia fundamentali; fundamento 55. de homicidio à nu. 1622. ubi refert cujuſdam medici dictamen proferentis, quod à prima, ſecunda, vel tertia die ad ſummum commixtionis carnalis, animari ſpiritu rationali embrionē Alter ab oppoſito tenaciter tuebatur quod toto tempore in quo ſoboles clauditur utero materno vivit anima rationali matris, & quando è viſceribus emittitur, tunc propria anima rationali informatur; juxta primi medici ſenſum ſine homicidio nullus contingeт abortus, conſonè ad ſecundum, ſemper prodiit abſque vera fœtus morte; penes hos medicos Caramuel nu. 1625. *Extremas has Thomæ Fieni & Joannis Marci opiniones Theologi indicant improbabiles, & ego in re tanta non diſcedo à via trita, nec volo moralem Theologiam perturbare. Tenet enim communis opinio mares quadrageſimo die, fœminas octogeſimo animari.* Et poſtquam fundamenta convellit acutò calamò, v. hinc venio, ſcribit. *Thomæ Fieni ſententiam eſſe improbabilem; addo ſententiam Ioannis Marci quatenus aſſerit ante parturitionem rationalem animam non infundi, etiam improbabilem & intolerabilem eſſe.* Meo videri prima ſententia cenſurari debet temeraria, utique oppoſita communi cœtui Patrum, & Theologorum; à qua ſequeretur nullum proclamandum, venerandumque miraculum, in hoc quod non exputarentur naturæ periodi in formatione Corporis Chriſti apud Marianum Virginalem ventrem, & enim materia immaculata adminiſtrata à Deipara ſine viri opere, concurrente Spiritu Sancto, nequaquam periodos naturæ ſervavit, & exigentiam quæ in cæteris individuis humanis evenit quoad organiſationem membrorum, & diſpoſitionem, ut ſpiritu rationali animentur operante enim potentia abſoluta Dei, eo die, momento ſeu inſtanti, quo tranſmiſſa percipitur illa materia, ſingulari portento manſit ſecundum omnes corporeas partes organiſata, animata, unica verbo hypoſtatice, & productum hoc concretum Deus homo, Chriſtus Jeſus generis humani Redemptor.

2. Si aliquam apparentiam teneret ſeu veroſimilitatis probabilitatem hæc Thomæ Fieni ſententia, nihil commodius ſolutioni ad argumentum efformatum

Digitized by Google

à ſancto Bernardo contra Canonicos Lugdunenſes, quos variè reprehendit, epiſtola 174. quia die 8. menſis Decembris ſolemne agebant feſtum, de Mariana Conceptione paſſiva ſine macula originali. Cumque ab Eccleſia Catholica non aliter eligatur dies, videtur eodem pacto rationem dubitandi inſurgere, ſi Fieni opinio de animatione fœtus intra uterum contingeret à primo die, qualis ſolutio genuinior, quia eo octavo Decembris infuſa anima Mariana fuit in corpore efformato ex copula maritali ſancti Joachimi & ſanctæ Annæ. Etenim veritas Catholica non utitur fabuloſis ſententiis, nec inſolidis ſpeculationibus ad ſuperanda inconvenientia quæ acies humana acutior cogitat; ideoque impugnata medici iſtius ſpeculatione; patet quanta fraudulentia ſine fundamento procedit, per ea quæ fundo ſec. 8. de Conceptione (& eſt primus tomus certaminis pro deipara) à nu. 7. 8. ubi motus præcedentes animationem deſcripſi in organandum corpus humanum, ad ſpiritus rationalis infuſionem, unione Phyſica & reali intercedente inter ambas partes (aut unica ut intendunt Thomiſtæ & Jeſuitæ aliqui, vel duplici qualiter tenent Scotiſtæ) etenim, quia nullo pacto educitur à viſceribus materiæ primæ anima rationalis, quæ propriè dicta actione creativa producitur, regulariter loquendo, (ne nos divertant modernæ veſtigationes, utrum de potentia abſoluta effectus qui ſecundum exigentiam ſuam improducibilis eſt, niſi actione propriè dicta creativa educi valeat de potentia materiæ) per inſtans debet infundi excluſa omni ſucceſſione. Igitur ut ſpiritus rationalis infundatur corpori, petitur quod præcedat organicum, delineatum ſecundum omnes ſuas partes integrantes, ita aliter quod pes conſtet planitie & quinque digitis, iſtaque individua figuratione, non altera; manus ſimiliter; caput, dorſum; ſic cæteris: huc uſque talis eſt tria Philoſophica communis mens, quam vel admiſit Fienius, vel negat. Si primum non capitur quomodo in tam brevi tempore, coordinatio membrorum perfecta coagulari queat in animationem. Si ſecundum dicat videlicet non requiri organiſationem, ut informet materiam anima, à ſuis comedicis capiat experimentum in abortu contingente, quando gravida mulier parturit molam; de qua inquiro, an præceſſerit informata anima rationali; vel non. Si non præceſſit; Ergo neutiquam à primo, ſecundo vel tertio die infunditur ſoboli; ſi quidem per te nulla debet præire organica diſpoſitio; dum primum dicis concedere contra te teneris intentum; quoad argumentum ergo quo ſe fulcire poterat de celebritate Eccleſiæ die 8. Decembris, in qua ſolemniſat Dei genitricis immaculatam Conceptionem paſſivam; tam abundè manet à me & exemplis, & inſtantiis res pertractata ea ſec. 8. de Conceptione, præcipuè nu. 72. in ſtylo quem obſervat Sedes Apoſtolica in nuſtetiis ſucceſſivis decernendo ea feſtinari hora, à quâ incipiunt, non vero qua complentur quod addere non habeo, nec repetere licet, quæ jam typis manent data.

3. De ſecunda Joannis Marci opinione; quantumcumque ipſam exenterare cogitavi, aquieſcere non valui niſi meo videri, judicans ipſam ſapere ſaltem hæreſim; & præter educo à Caramuele ex capite 25. Geneſis v. 22. gravidatione Rebecæ, cui addo ſimilem Thamaris gravidationem Geneſ. 38. à v. 27. de Joanne Baptiſta Præcurſore Domini ſanctificato ante quam nato, Lucæ 1. ſic annunciato ab Angelo v. 14. & expreſſius v. 41. & Jeremia ſimiliter antequam natus, purgatus & ſanctus etiam intra ventrem maternum cap. 1. v. 5. tria maximi ponderis inconvenientia reperio. Si enim uſque ad inſtans Nativitatis ex utero differtur infuſio animæ rationalis in ſobole genita, ſequeretur à nulla creatura humana contrahi peccatum originale, uſque ad inſtans partus prægnantis. Sed eſt de fide ante tale inſtans contrahi; Ergo contra fidem docetur eo momento Nativitatis infundi animam fœtui: minor patet à relatis de ſanctificantis intra uterum maternum, Majorem probo. Macula Adami non eſt in prole prout carne induitur ſola, niſi quatenus hæc informatur propria individuali anima in primo ipſius creationis momento; Sed per te primum iſtud creationis momentum ſolum eſt, quando ſoboles prodiit ab utero; Ergo uſque tunc non contraheret peccatum originale; quod eſt hæreſis manifeſta. Alterum inconveniens ſtat in caſu quo fœmina gravida de novem menſibus ſubitò intereat, quin perveniat ad partum fœtus, anima (quæ per te eſt anima matris) aut beatur in Empirio deſcendens in gratia finali, aut pœna ſenſus & damni torqueretur in inferno eo quod ſeparata fuit anima in peccato finali. Quid ergo in eo eventu penes judicium Domini particulare, quando ſoboles formata educeretur ſectione ventris materni. Decedit enim anima quæ contraxit peccatum originale ſine baptiſmo, vel cum baptiſmo, ſine peccato actuali; cum gratia, & actualiter in peccato originali; quanta ab una chimera Philoſophica reſultant; circa tumulum dandum ſoboli altera difficultas ab eo ipſo, quod anima matris baptizatæ animabatur fœtus ſepultura Eccleſiaſtica debetur; ab hoc quod cadaver fœtus nuſquam baptizatus præceſſit, locus ſacer negatur ipſi in ſepulcrum; vel dicendum erit uſque ad inſtans Nativitatis à ventre non trahit peccatum originale, & tunc die quod puer erectus mortuus illud contraxit? Preter quam quod totus diſcurſus Ariſtotelicus invertitur, & deſtruitur, aliàs ſaltem in aliquo ſapit Pitagorico errori de tranſmigratione, & regreſſu animarum in proprium & alienum corpus; quando puerpera concipit tranſit, cum parturit, regreditur. Neque exemplum de fructu arboris pendentis, ullam facit vim imo intentum Catholicum confirmat, ſiquidem fructus eſt effectus non pars arboris. Præcipuum inconveniens eſt hujuſmodi; Ergo Deipara non dicenda Deimater uſque *ad inſtans* partus apud Bethleem non tempore quo ab *Angelo* ſalutatur & ſuum præſtitit conſenſum, illa *admiranda* humilitate, Lucæ primo v. 88. *Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum Verbum tuum.* Argumentum ita: dum Chriſtus homo Deus non eſt, Dei mater eſſe non poteſt; Sed in ſpatio illorum novem menſium quibus virginaliter gravidabatur Maria de Spiritu Sancto, Chriſtus eſſe non poterat, ſi ſententia Joannis Marci apparentiam haberet; Ergo Mater Dei eſſe nequibat. Probo minorem. Nuſquam verificatur, Chriſtus homo Deus, uſque dum verificatur hoc individuum corpus efformatum in utero Virginali non informatum anima puræ creaturæ, ſed uſque ad inſtans partus ſecundum Joannem Marcum fuit informatum anima Dei genitricis, quæ eſt pura creatura; Ergo uſque ad momentum partus non foret homo Deus Chriſtus; neque quando ſanctificavit Joannem Baptiſtam ſuum præcurſorem Lucæ 1. à v. 41. quid ergo v. 43. ipſa Elizabeth, *& unde hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me.* Quæ ſequi, & concedere, abſit, ſunt enim horrenda menti Catholicæ, & non in unam hæreſim, ſed in plures incidere cōvincitur; hæc mecum volvens pervenerunt propoſitiones 65. damnatæ ab Innocentio XI. & una earum reprobata, quæ in Serie eſt 35. ſic inhibetur aſſentiendum ei. *Videtur probabile, omnem fœtum, quamdiu in utero eſt carere anima rationali, & tum primùm incipere eandem habere comparitur, ac conſequenter dicendum erit in nullo abortu homicidium committi*, quid clarius adverſus ea medica figmenta de inſtanti animationis.

4. Veritate Catholica ſuppoſita animationis fœtus virilis, vel fœminei, ſpiritu proprio rationali præditus à certo tempore, dum utero exiſtit materno, & ab inſtanti in quo animatus, homicidium contingere in abortu

abortu, ante vero neutiquam; de quibus latè peregi tom. 2. certaminis diſp. 1. ſec. 7. nu. 28. & deinceps in probandum nullo pacto potuiſſe ſanctam Annam gravidam de Deipara abortum metuere; & tom. 3. ejuſdem certaminis diſp. ſec. 5. à nu. 61. demonſtrando fidei articulum, videlicet ſecutam fuiſſe Mariam de non abortu in ſua virginali gravidatione; utrobique explico talem eventum, nempe abortare matrem pregnantem ab uno ex tribus capitibus procedere; vel à genitrice intendente malitioſè abortare, ſecundo dum præterintentionaliter contingit nulla præcedente culpa, ex infirmitate, ſeu ab alia cauſa incùlpabilis manens ipſa, tertio à ſobole male collocata, vel in partum veniente non conformiter ad tramitem, ne ſuffocetur, progredi in conatibus tergiverſantibus, tentante; quomodo naturæ lapſæ ſit pœna diriſſima abortus, ibi declaratur; in cæteris, de hac infelici tragœdia, qui plura ſcire cupit recognoſcat Paulum Zachiam lib. 1. ſuarum quæſtionum medico legalium titulo 1. quæſt. 6. à nu. 1. & conſilio 37. nu. 3. Diana parte 6. trac. 8. reſol. 37. à Lezana in ſumma quæſtionum regularium tom. 2. dictione abortus nu. 5. ait. *Peccatum grave eſt procurare abortum etiam in caſu, quo fœmina nobilis aut Monialis cum viro peccaverit, & timet mortem vel infamiam, vel ſcandalum ſi gravidæ fiant; non enim ſunt facienda mala ut veniant bona; & eſt contra ordinem impedire conceptionem fœtus, nam ſemen & copula à natura ſunt inſtituta ad prolis conceptionem, & generationem. Dicit tamen Azorius, oppoſitum eſſe opinionem probabilem aliquorum quã non refert, quam credo probabilem ſolum in eo caſu quando nullo alio omnino modo nullave via impedire poſſit infamia aut mors talis fœminæ.* Idem ſentit Trullench tom. 2. in Decalogum lib. 5. cap. 1. dub. 4. *Non tamen licet ad peccatum matris occultandum, vel periculum vitæ ex partus manifeſtatione imminens, vel infamiam inde ortam, potionem ad expellendum fœtum inanimatum ſumere, aut impedire fœtus conceptionem.* Subjungens. *Quidquid aliqui quos tacito nomine refert Azor. & illos ex parte enumerat Diana, ſecunda parte trac. 3. reſol. 21.* Ergo exiſtimant, ſi alium non ſuppetat remedium licere procurare aborſum fœtus tamen inanimati ad evitandum periculum puellæ prægnantis, ſicut diximus licere ad evitandã mortem naturalem. *Hæc autem opinio non omnino placet Dianæ, & meritò quidem propter rationem à nobis allatam, non tamen videtur improbabilis, probabilior tamen & verior eſt noſtra ſententia.* Probabiliorem & veriorem fatebor, nuſquam licere; ſed eo ipſo quod teſtificatur à duobus Autoribus tam probabatis non improbabilem contrariam ſententiam, & firmat Diana ſolum in caſu quando nullo alio omnino medio, ſeu via impediri poteſt infamia, aut mors fœminæ, videtur (ſit arguendi ſcopo) tutã conſcientiã proceſſiſſe illum virum doctum Annam divortiatam conſulentem, licitè potuiſſe in proſpiciendam ſuam famam, propriamquè vitam conſervandam, alteraque vitanda damna, pocula aſſumere, aliaque remedia ne gravidaretur, aut ſi prægnans ſeſe noſcebat in abortum fœtus inanimati ire, quia ſequens opinionem probabilem in praxi nullum committit peccatum, principaliter in urgentiſſimo frangenti ortu non à malitia aliqua tenaci niſi à fragilitate muliebri, aut dicta continua perſuaſione, vel impotenti ſeſe defendere; & ulteriùs eo quod delicti complex tantæ autoritatis erat perſona, ut à fama declinaret, in qua magni fiebat in ea Republica, & propter ſuam nobilitatem, & ab officio in quo erat deflectebat: Nec abortus remedium exigebatur ſine firmo propoſito nuſquam ulterius reincidendi, dolore pœnitentiali & ſponſione repetita correctionis; quæ congruentia erat in quolibet quærendum arbitrium, ut pro individuali eventu probabili illa ſententia utendo conſuleretur fama utriuſque complicis in crimine ſecreto.

5. Confirmari debet tutã conſcientiã proceſſiſſe virum conſulentem ab his, quæ teſtificat Diana ea reſol. 37. prope finem. *Tandem non deſinam hic adnotare quod conſultus de hoc caſu à viro nobili, & fide digno teſtatus eſt mihi Doctiſſimum Theologum Societatis Jeſu, quem ego ſcio reſpondiſſe ut ſupra dictum eſt licitum eſſe pro ſalvanda vita & honore puellæ pragnantis procurare ejus aborſum ante fœtus animationem.* Alterum Jeſuitam Theologum reperio id ipſum typis mandaſſe Pellizarium ſcilicet tom. 2. trac. 8. cap. 3. nu. 9. *Inde obiter Torreblancum, Zambellum, Bordonum, Lezanam & doctiſſimum quemdam Theologum Societatis Ieſu relatos à Diana parte 6. trac. 8. reſol. 37. ſuſtinere, non eſſe improbabile quod liceat procurare abortum fœtus inanimis ad conſulendum famæ & vitæ fœminæ pragnantis, ſi aliter ei conſuli non poteſt quorum opinio ſi admittatur ut probabilis, non debet practicari niſi inſtar antimonii (ut ad me reſcripſit vir Doctiſſimus Societatis) & bene cum adverſetur communi Doctorum ſententiæ & ſit valde periculoſa.* Communi Doctorum ſententiæ non opponitur ea quæ plures patronos habet, niſi abutatur in caſu quo conſona eis non appareret; ideo non improbabilis cenſenda; & probabilis putanda, verificata conditionali illa Pellizarii. *Si aliter fama aut vita illius quæ gravida manſit nequeat conſervari*; aliter omnimodè improbabilem manere; & licet adhuc in tali eventu ſemper ſentiant difficillimam, nihilominus rationem tentabo veroſimilem inducere ne peccatum mortale perpetraſſe & conſuluiſſe arguatur virum illum propoſitum Doctiſſimum, qui fœminæ infamiam & vitæ jacturam vitare curavit; fortaſſis non aliud inveniens medium ideo radicitus examinata & exenterata cauſa, propoſita nec cenſurandum aut damnatum fore judicium cui aſſenſit qui Annam conſuluit; dicta reſol. 37. recenſet Diana in reſolutionis fine. *Eſſe improbabile tenet Doctiſſimus & amiciſſimus Pater Magiſter candidus* (quem autorem attingere non potui) *in diſquiſitione moral. to. 2. diſquiſitione 1. articulo 1. imo audio ſi verum eſt fuiſſe damnatam in Congregatione ſancti Officii.* Audivit Diana, ſed ego, teſtor de viſu, me vidiſſe, hanc damnatam hoc anno, dum hæc ſcribo inter 65. propoſitiones reprobatas ab Innocentio XI. iſtam quæ in ſerie eſt 34. *Licet procurare abortum ante animationem fœtus ne puella deprehenſa gravida, occidatur, aut infametur.* In quorum prohibitionem perſpicuum eſt, Summum Eccleſiæ Paſtorem D.N. Papam duo precepta oppoſita concurrere novit, unum conſervandi propriam famam, & vitam, ne hæc violenter tollatur, & illa deperdatur in infamiam incidere pro una parte; ac pro alia ne abortus etiam ſobolis inanimatæ ſequatur; declarat Papa iſtud illi præcepto prævalere, illicereque iri, ſeu procurare quod abortet mulier, etiam in jacturam vitæ ſeu famæ incidens: Stanteque hac propoſitione damnata, non invenio medium, quò vir ille Doctiſſimus conſulens non peccaret lethaliter, niſi uno ex duobus mediis, aut quia nondum ita decretum fuerat, & talis homo procedebat in bona fide, cum ignorantia invincibili ſequens opinionem quam videbat non reprobatam, & inter perſonas doctas tanquam probabilem tueri; vel eo quod examinans delinquentem certus fuit neutiquam eveniendum abortum, & ſolummodo fore preventionem à timore debili, & ſine fundamento ne gravidaretur; A conſulentibus inquiſivi, utrum dicta Anna divortiata tempore quo vitam maritalem peregit aliquando gravidaretur cohabitando cum ſuo ſponſo: atque uniformiter teſtificarunt, quod nuſquam, quantumcumque ipſa varias devotiones, & oblationes feciſſet, ut à Deo obtineret prolem filioſque pareret. Ut ſolidus procedam opportuniſſimum erit ſanctiones recenſere Apoſtolicas abortum inhibentes.

6. Primo videtur prohibitos abortus in concilio Il-

Digitized by Google

Ilerdenſi Canone 2. aut in ſexta generali Synodo cap. conſuluiſti 2. quæſt. 5. capite ſicut ex literarum de homicidio, capite ſi aliquis. Nullum autem horum ſeu aliorum decretorum ita punctum ſtringit velut illud Sixti V. Diploma. ſub hoc initium. *Effrenatum.* Anno 1588. legendum in Cherubino tom. 2. Bullarii conſtitutione hujus Pontificis 87. Nimis rigidum tale decretum moderatur à Gregorio XIV. anno 1591. diplomate. *Sedes Apoſtolica* videnda in eodem Cherubino citato tom. 2. Bulla 8. hujus Pontificis. Tandem, Urbanus VIII. conſtitutione 28. de regularibus Apoſtatis tom. 4. citati Bullarii in Sanctionibus ſubjunctis pag. 67. colu. 2. nu. 4. *Procuratio, auxilium, ſeu conſilium ad abortum faciendum poſt animatum fœtum, etiam effectu non ſecuto.* In quibus nihil aliud innovatur ultra Sextianam (quæ moderatur à Gregoriana) præter hoc quod eſt improbare ſententiam quorundam qui tuebantur procurantes abortum ſobolis animatæ, ſi non ſequebatur, nec peccatum mortale fore, nec efficere incidere in cenſuras, aut homicidium; decernitur enim quod quamquam effectus non ſequatur, peccat mortaliter, & id conſulens & exequens; prætermiſſis illis quæ jura civilia ſtabiliunt, recenſita à Diana ſeptima parte trac. 5. reſol. 3. §. civiles; imo Exodi 21. v. 22. divino numine. *Si rixati fuerint viri, & percuſſerit quis mulierem prægnantem & abortivam quidem fecerit, ſed ipſa vixerit* Portel tom. 1. dubiorum regularium verbo abortus ſequentia habet. *Quoniam Sixtus V. in ſua rigoroſa conſtitutione contra procurantes, conſulentes, & auxiliantes, ad abortum, bis nominat regulares, & eorum privilegia omnino revocat, & in Bulla Gregorii XIV. moderatrice prædicta Sixtianæ video vel timeo aliqua ab aliquibus non ſervari, vel non obſervari, viſum fuit breviter ab hoc expectantia ſummare.* (De quibus dicam ſpeciatim nu. 11.) ſumat plura, non cuncta. Annuamus in dubium fore, nec verti in controverſiam, expreſſum à Sixto V. nec revocatum ab ullo ejus ſucceſſore, aut moderatum quoad abortum fœtus animati, in quo nulla exceptio admittenda poſt declarationem diplomatis Urbani VIII. indeque fortaſſis ſi ſit ſancti Officij decretum à Diana commemoratum tranſeat de ſobole animata expeditum potius dum ex tenore conſtat; Ergo quia ante animationem concretari ei non poſſit adjectivum, animatum non comprehendetur in illis legibus, quæ quia in odioſis verſantur reſtringendæ ſunt, neque extendendæ ad id quod contradictorium, ſeu contrarium apparet; fatebor inanimatum contradictoriè non opponi niſi contrariè, animato; ſicut cum dicimus, album non albo contradictoriè opponi, nigro vero contrariè; ſed ſive contrarium, aut contradictorium ſit quod decernitur de uno non poteſt intelligi in prohibitione decretum de alio; v. g. ſi lex eſſet Pontificia præcipiens nullum hominem abluere faciem ſeu manus cum aqua calida, talis prohibitio non comprehenderet poſſe ablui manus cum aqua frigida, quia quod inhibetur non eſt ſubjectum cui forma accidentalis inhæret prout abſtractum ab ea, vel compoſitum cum alia forma; Sed inquantum concretatum cum illa individuali; igitur fœtus ſeu ſoboles uterina, ſubjectum eſt, cui adhærere quit ſucceſſivè duplex forma; aut anima rationalis, quia dicitur animari, aut inſimul cum altera forma componi, qua inanimatus dicitur fœtus connotans carentiam ſpiritus rationalis; ſanctiones Pontificiæ hoc numero recenſitæ non verſantur circa fœtum ſeu ſobolem compoſitam cum inanimatione ſed concretam ad animationem; Ergo probabili conjectura immunis cenſendus vir ille doctiſſimus (ſi ei non obſtarent aſſerta nu. 7.) qui Annam conſuluit divortiatam, non alterum remedium ne in mortem naturalem incideret, ſeu infamiam, reperiens, niſi in abortum iri effectus inanimati; ut patuit in illis quadraginta diebus, quibus completis non organiſatum corpus, vel delineatum forma humana parturivit, & molam tantummodo è ventre deprompſit. Abundare videtur hucuſque inductum; amplius tamen urgere petitur, quia quanto punctum eſt difficilius tanto accuratius fundandum exigitur, præcipuè in materia in qua tantopere cavendum eſt, ne male intellecto conſilio per abuſum, damna ſequantur irreparabilia.

7. Difficile cogitatur à Caramuele illud quod in paritate quadam inducit ex Baſilio Ponce de Leon lib. 10. de Matrimonio cap. 13. nu. 2. contra Thomam Sancium tom. 3. de Matrimonio lib. 9. diſp. 20. nu. 10. non parificante abortum intuitu conſervandæ vitæ mulieris gravidæ languentis, non alterum inventum medium ne ultimam clauderet horam præter abortare, & fœminæ in infamiam infallibiliter deducendæ abortum non facientis; ab utroque dicto autore ſyllogiſmum efformat Caramuel tom. 4. in ſua morali præterintentionali Theologia caſu 38. nu. 2802. *Eadem eſt vita & honoris ratio; atqui mater non poteſt abortum procurare propter honorem; Ergo neque propter vitam*, unde ſcilicet ſequi eos qui annuum genitrici procurare abortum in mortem vitandam (pro quo allegat Azorem tom. 8. lib. 1. cap. 4. §. quæres primo, alioſque nu. 2798. ſpecialiter Torreblancam cujus clauſulas tranſcribit nu. 2803.) quare illicebit non ſequi ad famam conſervandam; ſub eandem majorem propoſitionem in altero ſyllogiſmo quem ſic prodit, Caramuel. *Eadem eſt vita & honoris ratio, atqui mater poteſt abortum procurare propter vitam; Ergo & propter honorem.* Nec unus aut alter ſyllogiſmus ait ſuas concluſiones deducere probabiles quantumvis in ambobus utraque præmiſſa probabilis concedatur; recurrens ad præmiſſarum comprobabilitatem, ad hoc quod probabilis deducatur conſequentia; ſcribit. *Non urgeor, ſæpe enim monui nec Ariſtoteles nec peripateticos cognoviſſe eſſentiam ſyllogiſmi probabilis; non enim meretur hoc nomen ille cujus præmiſſæ ſunt probabiles; hoc eſt eidem fundamento inſiſtentes, & quæ ab eodem doctore ſimul admitti poſſent in ſyllogiſmo autem iſto, præmiſſæ non ſunt comprobabiles, nam Baſilius concedit majorem, & negat minorem; & cæteri concedunt minorem & negant majorem; nemo præter torreblancam utramque præmiſſam concedit.* Ergò nemo præter Torreblancam probabilem deducet conſequentiam. De hac Caramuelis comprobabilitate aliqua tetigi tom. 4. certaminis diſp. 4. ſec. 14. à nu. 99. in robur cujuſdam ſyllogiſmi pro tuenda immaculata Deiparæ conceptione, in cujus ſtabilimen (parcat lector me quaſi per parenteſim iterum repetere in Marianam gloriam quod ibi incluſi etſi aliqualis ſit digreſſio) ſyllogiſmus igitur efformatus ibi talis eſt. Nullus homo Conceptus & natus ex Matre quæ contraxit peccatum originale eſt Meſſias & Redemptor; ſed in ſententia oppoſita, Chriſtus eſt homo natus ex Matre quæ contraxit peccatum originale; Ergo Chriſtus non eſt Meſſias Redemptor: quæ conſequentia eſt horrendior hæreſis ut pertracto in eadem ſyllogiſatione tom. ejuſdem certaminis diſp. 5. ſec. 16. nu. 156. Reſpondebis cum Caramuele utramque præmiſſam probabilem, nequaquam comprobabilem, eaque propter conſequentia evadit falſiſſima; neutiquam probabilis. Data doctrina de comprobabilitate etſi ante Bullam Alexandri VII. (quæ incipit ſollicitudo omnium Eccleſiarum & habetur to. 6. Bullarij eſtque in Serie 114. in hujus Pontificis conſtitutionibus, ubi quamquam interius conſentiatur ſentire oppoſitum, exterius nullo ſigno excogitabili permittitur exprimi) doctrina currere poterat, tamen poſt eam nullo pacto in minori poſitione probabilitas ore valet produci; nam decernit Summus Pontifex eo diplomate §. 5. non deducendum ad labia. *Quoquo modo directè vel indirectè, ſub quovis prætextu etiam diffinibilitatis ejus examinandi ſive*

Scripturam ſacram, aut ſanctos Patres, ſive Doctores plosandi, denique alio quovis prætextu, ſeu occaſione, ſcripto ſeu voce loqui. Ergo in ſyllogiſmo pro Mariana Conceptione nemo tutâ conſcientiâ negabit ore, aut ſcripto majorem, à cujus falſitate negata procedit conſequentia falſiſſima, & neganda etiam cum jactura vitæ & honoris, cum ſit baſis & fundamentum fidei tueri cunctis viribus Jeſum Dominum Chriſtum, Deum utique hominem, generis humani Redemptorem Meſſiam. Paſſim iſta ſufficiât pro ſpeculatione probabilitatis & comprobabilitatis, ut in obſequium Dei genitricis cedat digreſſio; & jam procedamus ad ſcopum, de duobus ſyllogiſmis, quos Caramuel efformavit pro re morali, in caſu de abortu: quid enim probabilis propoſitio? Nonnè quæ tutâ conſcientiâ negari poteſt, aut concedi? Et quæ improbabilis, nonne quæ jugiter negari debet, & numquam licet admitti; quibus occurro cuidam ſolutioni quâ ſatisfeciſſe intendebat quidam Theologus ad ſyllogiſmum efformatum pro Mariana Immaculata Conceptione proferendo non aliud robur accepiſſe hoc Deiparæ excellens Myſterium ab Alexandro VII. præter manere innegabile externa voce, aut alio ſigno; contrarium vero ei ſemper ore negandum. Utique fateor, non alterum attamen, quis non vidit, iſtud ingentiſſimi ponderis habendum robur pro ſtabilimine certitudinis illius, ſiquidem authoritate Apoſtolica munitur innegabilitas ejus, quæque hæc ſit, & de oppoſito affirmabilitas, unum quia de vero participat ſecuritatem, aliud eo quod nullam tenet in contingentia adherendi ei.

8. Arguo nunc. Non poteſt dari probabilitas, quin comprobabilitas præmiſſarum convincatur in deductionem conſequentiæ probabilis; Ergo in nulla ſcientia nec in foro conſcientiæ evaderet ulla concluſio probabilis. Exemplifico, & probo ſequelam in controverſia excitata ab omnibus Summiſtis, & Theologis de obligatione aperiendi in Confeſſione Sacramentali circunſtantias peccatorum lethalium ſub onere non faciendi Pœnitentiæ Sacramentum validum, & fructuoſum; aliqui ſic ſyllogiſant. Non tenetur quis declarare, niſi numerum peccatorum mortalium, quæ commiſit; Sed circunſtantiæ aggravantes, nec minuunt; neque adaugent numerum peccatorum mortalium; Ergo non tenetur quis circunſtantias aggravantes declarare. Opinio affirmans, negat majorem, arguitque aliter. Tenetur pœnitens declarare omnia quæ ad medicinam Sacramentalem conducunt; Sed explicare circunſtantias aggravantes conducit in medicinam Sacramentalem; Ergo tenebitur pœnitens eas declarare, oppoſitè ſentientes negant minorem; Ergo nulla harum ſententiarum eſt opinio probabilis: probo conſequentiam. Opinio ex una & altera parte eſt probabilis in deducta conſequentia per ſyllogiſmum quem quæque ſententia pro ſe efformat, ſed per te deficit comprobabilitas in præmiſſis cujuſvis; Ergo aut hæc ſuperfluit, nec facit ad probabilitatem, vel in nulla facultate ſcientifica, ſeu arte liberali quam profitemur in Scholis, ſive Philoſophia, ſive medicina, ſive Mathematica, aut Juriſprudentia, vel Theologia, erit ulla opinio probabilis; vix enim reperitur niſi in ſyllogiſmo demonſtrativo ea comprobabilitas præmiſſarum inducta: Tunc vero conſequentia evidens tenenda, non probabilis; v. g. Nullus homo qui nos redemit fuit purus homo; Sed Jeſus nos redemit; Ergo Jeſus non fuit purus homo; conſequentia infallibilis evidenterque certa dicenda eſt, neutiquam probabilis, fallentiæ ſubjecta: Ergo comprobabilitas quam Caramuel aſſerit incognitam ab Ariſtotele, & peripateticis, aut reducitur ad quæſtionem de nomine vel conjectanda in terminis implicantia confundens, omnemque tramitem tollens quo affirmari queat ulla opinio probabilis in aliqua facultate ſtudiorum, liberaliumque diſciplinarum; Sed in venerationem omni ex parte tam peritiſſimi Magiſtri qualiter toto affectu illuſtriſſimum Antiſtem Caramuelem proſpicio, dicam ſolvi poſſe meum inconveniens, ut quando una ex præmiſſis ambigua proponitur, neceſſarióque eſt diſtinguenda, ut conſequentia negetur, ſic in primo ſyllogiſmo à me propoſito diſtinguetur major; non tenetur quis directè; concedo: indirectè ex indigentia medicinæ Sacramentalis nego; conceditur minor, & negatur conſequentia. Similiter in altero ſyllogiſmo omittitur major illa; Sed explicare circunſtantias aggravantes conducit in medicinam ſimpliciter requiſitam negatur, ſecundum quid ut commodius applicetur conceditur; inde negatur conſequentia: hinc diſtinguenda major in aliis duobus ſyllogiſmis, quos conſtruxit Caramuel in ſuum dictamen proferendum tranſcriptis nu. 9. eadem eſt vitæ & honoris ratio diſtinguo quando utraque eſt præterintentionalis, tranſeat; ſi non ita, nego. Quia diſtinctione arguitur diſparitas caſus conſulti annuendo probabilem ſententiam, firmantem; licere ex directa nego, ex indirecta intentione & abortu præterintentionali conſervandæ famæ matris conſulere quod non tendat in abortum ſobolis concedo, Portel in dubiis regularium dictione *abortus* moderationes Gregori XIV. ad Bullam Sixti V. copioſè diſtinguens nu. 2. hæc habet. *Gregorius XIV. illius ſucceſſor prædictam Bullam in duobus præcipuè reſtrinxit dicens. Primo quod quilibet Sacerdos approbatus poſſit abſolvere à peccato & cenſuris ex delicto abortus juxta Sixtum quintum erat caſus reſervatus; Gregorius reſervationem tulit; alterum eſt ſi fœtus non fuit animatus vel ſi ſolum datum fuit poculum, vel remedium ad non concipiendum, vel ſterilitatem cauſandam, tunc non incurrantur pœnæ à Sixto, ſed ſolum tunc reguletur delictum, per jus commune Canonicum vel Concilii Tridentini.* Ergo ſemper delictum erit abſolutè loquendo abortus ſive fœtus ſit animatus, ſive inanimata ſoboles, niſi ab aliqua circunſtantia, malicia actus ceſſet ex præmiſſis nu. 7.

9. Unde colligit Portel proximè allegatus, ea voce *abortus* num. 3. *Procurans vel conſulens abortum fœtus inanimati neque incurrit in excommunicationem neque irregularitatem, quia jus commune tales pœnas huic crimini non injunxit, imo neque pœnam homicidii.* Et numero quatro *neque prædictas pœnas incurrit dans remedium ne fœmina concipiat, vel ut ſterilis fiat, quia jus commune illas non imponit. Peccatum tamen grave eſt.* fateor grave, ſed ex dandis conſ. 46. radicalis exigitur inferenda ſterilitas, ut aiebant in poculo dando cuidam moniali in ſanitatem acquirendam, quo poculo, aiebant ſterilem manſuram; quamquam enim graviſſimum ſit peccatum, intereſt examinare, an dabilis aliqua circunſtantia quâ excuſetur vir ille doctiſſimus) ultra duas aſſignatas num. 7.) qui Annam divortiatam, ne gravidaretur vel in abortum iret, conſuluit. Relato tom. 4. Caramuel ad initium in ſynopſi num. 2011. ſupponit ut ſatisfaciat cur titulum talis voluminis imponit. *Theologia præter intentionalis.* Meritò enim Thologia hæc facultas vocatur, *nam circa merita peccataque (hæc Deum reſpiciunt obſecutum, illa offenſum & permittentem) & præter intentionalis ut ab intentionali diſtinguatur: & enim morales actiones (has ethica Theologia contemplatur) ſunt duplices. Aliæ enim ex intentione natæ; Aliæ præter intentionem obortæ ſunt. Omnino diſſimiles, etſi idem ſit de utriſque judicium. Voluntati enim nec merito, ſunt nec demerito quæ præter ejus intentionem ſunt facta.* Plauſibile documentum quod ſolum ab ignorantia negabitur; alias actiones connumerat num. 2013. quas vocat, *contra intentionales*; de quibus ſcribit. *De actionibus contra intentionalibus vix verbum paucam; omnia enim quæ præterintentionalium favere, dicta eis*

Digitized by Google

à fortiore favent. Si enim non imputantur homini mala quæ præter intentionem eveniunt, quæ contra intentionem, minus debebunt imputari. Exponendum venit, non omne quod caſu ſeu fortuitò contingit judicandum præterintentionale, ſeu contraintentionale, utique cunctum caſuale, ſeu fortuitum ultra, utrumque progreditur diſtinctione Methaphiſica vocata includentis ab incluſo, ita taliter quod omne præintentionale ſeu contraintentionale contingit, caſualiter ſeu fortuitò, non tamen è contra. Nam quæcumquæ procedunt ab ignorantia invincibili, qua non exiſtente forent peccata, dicuntur præterintentionalia, & tamen caſualia ſeu fortuita non ſunt: v. g. ignoro invincibiliter hodierna die præceptum inſtare de jejunio, & non jejuno. Non jejunium eſt præterintentionale voluntati, & tamem non eſt caſuale; item quoties ex defectu alicujus requiſiti ad hoc ut actus ſit peccaminoſus & licitè peragitur præterintentionaliter habetur, & fortuito evenit, v. g. pollutio in ſomnis nullo antecedente, vel conſequenti conſenſu approbata, eſt præterintentionalis, quia nec in ſe nec in cauſa, prout præmiſſa nec in affectu voluntario conſenſu, eſt libera; ad quod reducitur in homicidio illud quod Iuriſtæ vocant moderamen inculpatæ tutelæ; à quo, nec judex in ſententia capitali contra occiſorem reum, nec carnifex exequens mortem peccant venialiter, imo actio eis poteſt eſſe meritoria, ſic poſſeſſor divitiarum quæ re vera non ſunt ſub ſuo dominio, & bona fide eas tenet, à jure vel ab ignorantia invincibili, propter moderamen inculpatæ tutelæ, conſcientiâ tutâ, & licitè retinet, non retenturus ſi bona fides deficeret aut ignorantia ceſſaret; & tamen hæc poſſeſſio talium divitiarum eſt præterintentionalis poſſidenti, non tamen caſualis, ſeu fortuita; Ergo non omne præterintentionale affirmandum erit caſuale, ſeu fortuitum.

10. Per hanc doctrinam diſcurſus pervadat in eventu de Anna divortiata, conſilium exorante à Theologo illo doctiſſimo, qui mulieri annuit in remedia ſumenda, id enim potuit conſulere, uno ex duobus modis vel ex intentione formali explicita ſeu expreſſa, ſive implicita, qua nulla præcedente ignorantia invincibili voluit abortum, & tunc ſic conſulens ut in ſterilitatem veniret, peccavit mortaliter, ſicut & fœmina ſumendo illa remedia, confeſſiones quas fecit nullas in eo propoſito manens; & ideo repetendas, communioneſque ſacrilegas; vel uterque proceſſit præterintentionaliter, vir quidem conſulens, & mulier immemores ambo de abortu tantummodoque intēdentes vitare mortis periculum, & famæ jacturā ex bona fide, quod non intendebatur abortus, quia fœmina jurare nequibat ſe gravidam eſſe; atque hoc pacto quaſi moderamine inculpatæ tutelæ, poſtea cōtigit abortus eorum cuique videatur præterintentionaliter, quo in caſu, neque Annam divortiatam confeſſiones ſubſequentes invalidas judicandas feciſſe, neque communiones ſacrilegas, conſoneque ad hoc, nec vir doctus conſulens peccavit; dum iſte & fœmina, ſe geſſerunt more medicorum, qui non intendentes nec directè, aut indirectè abortum eveniendum in muliere gravida languida, quam viſitant, iſta caſualiter abortat, non præcisè & formaliter propter remedia adhibita quæ ex ſe in id non intendebant ſeu tendebant, & per accidēs ſequitur talis effectus à circunſtantia vel complexione temporamenti ægrotantis, ſeu ab hoc quod infirma non ſe geſſit ut par petebatur curans de ſua ſalute, & aliquid contra eam efficiens: ſolummodo enim in abortu præſumitur peccati reatus ex tertii præjudicio, ſeu detrimento, quale eſt vitare ſpeciei propagationem, non impariter, ac injuſte extinguere ejus conſervationem; ſic, & Herodiana crudelitas in ſanctos Martyres dictos innocentes, & quælibet mors executa non authoritate publica in reum, cui jura pœnam capitalem decernunt, peccatum mortale cenſetur: quo pacto ad diem 31. Decembris, apud Breviarium Romanum, crudele & impium proditur balneum decretum à medicis gentilibus ex ſanguine infantium ob ſanitatem de lepra, qua laborabat Conſtantinus imperator, cui ſalus data divinitus interventu Silveſtri dum ab abominabili receſſit impietate, & Baptiſmi lavacro animam mundavit. Non ergo licebit ex intentione directa vel indirecta procurare abortum. Non me latet Dianam 4. p. trac. 5. reſol. 34. ſic difficultatem excitare. *An mulieri gravidæ, quando pro ſalute nullum alind ſuppetit remedium liceat uti medicamentis, ex quibus ſequendus ſit abortus fœtus inanimati?* Affirmativam ſententiam cōmunem vocat & ait licere. *Eo quod in tali caſu fœtus dicatur aggreſſor ſui cum ille invadat, quaſi matrem dum illi periculum mortis creat, eo plane modo quo pravi humores invadunt naturam; Ergo ſimile ratione poterit ille expelli & abigi cum melius ſit illum nondum animatum expellere, quam matrem extingui; tum quia licitum eſt ob ſalutem totius abſcindere partem.* Nec vim evacuat ſolutio quam refert à quodam Autore, quem attingere non potui, negante fœtum inanimatum aggreſſorem Matris alioqui ut animata ſoboles ſimiliter aggreſſor diceretur, & liceret expelli, & eodem pacto pollutio voluntaria in tuendam ſalutem; contra quod arguit diſcriminando partes corporis humani intendentes deſtructionem totius, aut conſervationem ejus; ſive id quod in corpore eſt, nec pars ejus cenſetur; & nihilominus tendit in detrimentandum totum ad jacturam infallibilem unde ſicut licitum eſt abſcindere brachium corruptum, ne pereat totum corpus, quia iſtud invadit in deſtructionem, ita licitum erit intendere expulſionem ſobolis inanimatæ modo quo expelluntur humores corporis, qui naturam invadunt ad deſtructionem; & comprobatur, nam ſi uterina ſoboles ſignis patentibus recognoſceretur mortua, teneretur Medicus mulieri gravidæ applicare medicamenta in expulſionem illius quod ſibi mortē afferebat infallibilem non autem dum indiciis notum medico foret ſobolem vivere, quia in eo eventu, & ſi fiebat bonum ſequebatur malum homicidii, non autem in primo caſu, quando jam ſupponitur defunctus fœtus, & in corruptionem, mortemque matris tendere; illud autem de pollutione voluntaria non urget; nuſquam licere, etiam cum vitæ jactura eſt perſpicuum quia ſi ſit bonum in ſalute humana, ſequitur malum, tum in periculo pluſquam probabili conſenſus tum quia minoris gravitatis eſt peccatum in copula carnali conſummata, quam pollutio voluntaria; Sed illicita eſt copula carnalis extra matrimonium; & laudabiliſſimum ſalutis & vitæ jacturam facere in conſervandam virginitatem, ſeu caſtitatem vidualem per abſtinentiam à copula carnali; ut valde commendatur à ſancto Caſimiro de quo Breviarium Romanum ad diem 4. Martii *Virginitatem quam ab incunabulis ſervavit ſub extremo vitæ termino, fortiter aſſervavit, dum gravi preſſus infirmitate, mori tius quam caſtitatis jacturam ex Medicorum conſilio.* Quidquid de primo, in ſolutione inducta pro ſecundo.

11. Reſpondebis aſſignando diſcrimen ſciſſionis partis integralis corporis quæ propter totum à ſciſſione cedit à fœtu, qui ſivè corruptus ſivè non, pars non eſt integralis mulieris gravidæ; de quo concludit ea reſolutione 34. *Si tamen fœtus eſſet corruptus, tunc liceret directè illum abigere ad conſervandam ſalutem matris, quia tunc non diceretur amplius fœtus, ſed maligna maſſa.* Et cur, inquiro, non dicendus fœtus, mortuus ea analogia ſeu proprietate quâ Petrus, cadaver conſtitutus, nuncupatur Petrus mortuus? Dices quia hic non eſt maligna maſſa tendens in corruptionem alicujus totius cui nectitur; ſed dum in-

cuſſat Matrem uſque ad tempus in quo animatur ſobolcs aliud non eſt niſi maligna maſſa coagulata, ex fæcationibus menſtruis copulatis cum partibus carnoſis, ſeu ſpermaticis efformatis, vel efformandis; Ergo in utroque par eſt ratio; & ſicut nullus in dubium vocat licere fœtum mortuum è ventre Matris evacuationibus, & medicamentis projicere, ita licebit ante animationem vitare gravidationem. Quod autem tutà conſcientiá poſſit à Medico vitari mors Matris ſimilibus evacuationibus patet à paritate in Hiſtoria ſæpe repetita à pluribus, de quodam monſtruo ab umbilico & ſurſum duplicatum tenente corpus, cumque ſucceſſu temporis unum eorum à vitâ deficeret & aliud ex ineficiente corruptione infirmaretur, conſultum fuit, an Periti Chirurgi poſſent licitè ſcindere illum quem noſcebant mortuum ne alius in pernitiem ſui iret. Et conſonè Theologi ſenſerunt licere, dum Chirurgi taliter peritè ſe gerunt quo pluſquam probabile conjectura noſcent non ad interitum viventis futuram ſciſſionem. Nec urget paritas de emiſſione ſeminis quod & ſi de ſe non attineat ad corporis integritatem, ut ejus pars de individuo, tendit ad naturæ propagationem, eatenus quandocumque putridum eſt noſcitur ita à Medico licitè poterit vacuari, non tamen dum putreſcit, ſicque ſive in copula carnali; ſivè in pollutione peccabit mortaliter effundens illud quandocumque non noſcitur putridum, in ſuo vigore naturæ recrementum generationi aptum.

12. Non obſtante quod Diana citatus inſolutas relinquit replicas. Mazucheli putat affirmativam ſententiam probabilem, & in praxi tutam, quam omnium communi calculo admitti aſſerit, teſte Naldo; ſubjungens fœtus inanimati expulſionem non fore tam intrinſecè malam, velut eſt pollutio voluntaria mala, quæ prout concreta cum voluntario nuſquam licita, bene verò in quantum diviſa ab illo. Et ita ſi evacuatio ſeminis contingat ut in ſomnis ſæpe nullo conſenſu adhibito, nec ante nec poſt, aut in confeſſario, vel Chirurgo medente fœminam (de quo vaſq. tom. primo in primam ſecundæ diſp. 115. num. 9. Joannes ſancius in ſelectis diſp. 21. num. 12. Diana part. 2. tractatu 16. reſol. 54. & p. 3. trac. 5. reſol. 22.) præterintentionalis cenſebitur & à peccato excuſabit; Ergo ſi in caſu conſulto convincatur præterintentionalis Annæ abortus, ipſi licebit; ſed propter conſervandam vitam judicatur præterintentionalis, quandocumque à Medicamentis contingeret talis abortus quin directè ſeu indirectè intendatur; Ergo ſimiliter præterintentionalis erit, certo ſciens occidendam naturaliter aut civiliter à cognatis; Ergo licite proceſſit. Nec curo ut meum proferam dictamen, de his quæ ſcripſit Caramuel tom. 2. in Theologia fundamentali, fundamento, 56. de peccatis contra naturam. §. 4. n. 16. quæſt. 3. ſic arguens. *Pollutio ideo eſt peccatum quia eſt ſeminis ad prolem ordinati infæcunda deciſio; Sed hæc ratio non ſufficit; Ergo* Probat minorem *Proximior eſt proli fœtus ipſe quam ſemen ut fœmina quæ deberet mori, vel embrionem aut fœtum emittere poteſt, Theologorum concilio contra embrionem, contra fœtum imo etiam contra ipſum infantem anima rationali præditum ſicut contra invaſorem procedere cum moderamine inculpatæ tutelæ; Et dato caſu quod aliter directi nequeat vitam ſervare illius emiſſionem directè & poſitivè procurare & eundem de facto etiam emittere; Ergo directè & poſitivè poterit procurare emiſſionem ſeminis in caſu quo illud invadat in hominem, & iſte nequeat ſe conſervare aliter*: quanta poſſent contra iſtam doctrinam ingeri, ex ſententia probabiliſſima connumerante pollutionem inter ſodomaticos actus; ſaltem nullus negat illam, peccatum contra naturam, ſic jure naturæ prohibita; oppoſitumque habetur damnatum ab Innocentio XI. in propoſitione 48. quam reprobat, quæ erat hujuſmodi. *Mollities jure naturæ prohibita non eſt. Unde ſi Deus eam non interdixiſſet ſæpe eſſet bona, aliquando obligatoria ſub mortali.* Tria inhibentur in hac propoſitione Primum quod affirmetur jure naturæ non fore prohibitam pollutionem voluntariam, ſivè directè, ſive indirectè ſit voluntaria: Sed quod jure naturæ eſt prohibitum dum operatur facit operationem, peccatum contra naturam; Ergo pollutio voluntaria eſt peccatum contra naturam; Secundo inhibetur à ſummo Pontifice judicare caſum poſſe contingere in quo pollutio voluntaria poſſit eſſe bona conceſſo illam non interdictam ſpecialiter à Deo; & ita hæc erit vero: ſi per impoſſibile Deus non eſſet, adhuc ſemper pollutio voluntaria jugiter eſt mala, nec datur caſus in quo honeſtati queat; Ergo occurrente vitæ jactura, hæc potius eligenda, quantumvis à divino numine non foret peculiariter prohibita voluntaria pollutio, quam hanc ſollicitare in vitandam mortem. Ex quo tertium liquet, nuſquam poſſe concedi obligatoriam; Ergo cum non ſit caſus in quo liceat directè, aut indirectè intendere in id quod honeſtati non quit, ex ſe, & juræ naturæ non dabitur ut pollutio voluntaria licita ſit: & hoc quantumvis concedatur ſemen abundans fore talem invaſorem vitæ, ut in eam conſervandam aſſumatur pollutio prætextu defenſionis, qualiter dixerunt aliqui de fœtu uterino, ut intendatur abortus nam præterquam quod difficile per difficilius introducitur, juxta aſſerta num. 7. nec licebit directè, aut indirectè intendere in abortum. Non ſinamus proptera quia intereſt mens Scoti declarare.

13. Neſcio an penetraverit mentem ſubtilis Magiſtri cui imponit quod nullo pacto cogitavit: inquit *reſponderet Scotus voluntariam ſeminis emiſſionem interdici à Deo & homicidium; Cum moderamine inculpatæ tutela non interdici.* Quid ergo à præceptoris Doctrina, abortus quomodocumque ſit, infertur licitus? An aliud contra mentem ejus, plus oppoſitum. Valde ſatagit Scotus 4. diſtinct. 4. quæſt. 3. Ne fœtus abſque Baptiſmo decedat; & hinc diſputat, qualiter intra puerperæ ventrem Baptizare queat, ad quæſtionem nu. 4. Decidens quod ſi ab aqua intingi poſſit in qualibet parte corporis, Baptizari debet; nil ibi tangit de abortu; à qua doctrina diſputat Maſtrius de Meldula in ſua Theologia Morali diſp. 8. quæſt. 2. art. 2. num. 30. *An liceat prægnanti in ſua vita conſervationem abortum procurare.* Poſt diſcuſſas ſententias, num. 31. ſtabilit. *Salus æterna prolis, vita Temporali matris preferri debet.* A quo non ſequitur, ex mente ſubtilis præceptoris, licere aliquandiu abortum, nec moderamen, inculpatæ tutelæ apponitur juxta ſententiam Scoticam propter temporalem matris vitam; ſolummodoque intenditur pro ſemper præferenda ſalus æterna prolis in quocumque eventu maternæ valetudini; inde ſemper interdici ab eo, diceret Scotus abortus fœtus in quocumque caſu negans moderamen inculpatæ tutelæ verſari in puerpera invadendo vitam illius, quem genuit, & in aggenerationem ſuo muneri incumbere ſatagere, à quo diſtinguo majorem cauſalis, ſupponendo cum Bonacina tom. 1. quæſt. 4. de Matrimonio Punct. 10. à n. 1. ſolū ex defectu libertatis aut ex ignorantia invincibili, bona fide præcedente poſſe excuſari à peccato, quemcumque abortum: diſtinguo majorem. Pollutio ideo eſt peccatum quia eſt ſeminis ad prolem infœcunda deciſio, compoſita jugiter cum incompatibilitate ignorantiæ invincibilis; concedo, ſi compateretur nego, ideo nego ſuppoſitum ſubſequentium, cum ratio naturalis dictet voluntariam ſeminis emiſſionem nuſquam licere extra Matrimonium, aut interficiendum innocentem propterea, quia vivat ægrotus; unde ſi Anna laboraret ignorantia invincibili, & ex concilio peritiſſimi viri, bona fide iret in abortum non illicitè proceſſiſſe judi-

Digitized by Google

carem & gravandam in confeſſiones nullas, communiones ſacrilegas; eatenus nec illas repetendas, nec de illis mentionem faciendum.

14. Ita difficultas ſtat in illo periciſſimo, qui dicitur, viro conſulente, an in eo poſſit admitti bona fides, aut ignorantia invincibilis ut ei præterintentionalis attribuatur abortus, conſequenterque non ipſe peccaminoſus lethaliter, quin improbetur, nec incidat etiam in propoſitiones relatas, quas damnavit Innocentius XI. ſaluo meliori judicio utor diſtinctione. Vel enim conſilium dedit cooperans in abortum, ſeu in impediendam fœcunditatem, antequam ad ſuam notitiam veniret inculpabiliter illa prohibitio, memorata à Diana, & à me recenſita n. 7. improbans decreto S. Officii opinionem illorum, quos allegavi, præcipuè Torreblanca) qui firmabant licere ad conſervandam famam mulieris, vel vitam ejus, conſulere ſeu præbere remedia in abortum, nec etiam notum fuit, quia impotens conſequi individuales propoſitiones damnatas ab Innocentio. XI. Vel revera ſtetit per eum ignorantia talis improbabilitatis; quia non fecit eam exactam diligentiam quæ ſufficienter expediebat: etenim vir quamtumcumque peritiſſimus in aliqua facultate ſeu in omnibus ſcientiis, etiam valde doctus, non cuncta ergo comprehendit ſeu penetrat, principaliter, dum à juribus dependet concluſionis deciſio, ſicut in noſtro caſu, ante Gregorium XIV. ſtando in Xiſti quinti diplomate, aliter reſoluendus erat abortus fœtus inanimati, ac poſtea moderata Xiſtina bulla a Gregoriana per ciata cum Portel num. 8. ſi primum dicatur ab ignorantia invincibili excuſabatur à peccato propter conſilium abortus præſtitum, quia operabatur præterintionaliter ex opinione probabili à bona fide Ratio ſumitur à paritate. Vigebant plures propoſitiones ante Alexandrum VII. in ſuo robore probabilitatis, priuſquam expediret decretum die 24. Septembris 1665. habitum tom. 6. Bullarii in appendice hujus Pontificis Sexta propoſitio damnata improbabilis quæ manens illa; *Confeſſarius qui in Sacramento confeſſionis tribuit pœnitenti chartam in qua ad venerem incitat non cenſetur ſollicitaſſe in confeſſione, & proinde non eſt denuntiandus.* Demus fœminam exorare conſilium an ſic ſollicitata, teneatur denuntiare confeſſarium; Virque ille à quo petit notitiam ignorat invincibiliter decretum fore Alexandri VII. & bona fide abſque ulla fraude conſulit non denuntiandum, quia & ſuo Dictamine operatur conſonè ad opinionem probabilem; igitur ſi ignorantia fuit invincibilis præterintentionalis erit conſulenti eventus, neutiquam quando ignorantia laborat craſſa atque ex incuria voluntaria & impertinenti ſui ſatisfactione, omiſſo ſtudio ad conſilium procedit; tunc intentionalis eſt ipſi abortus & graviſſimum peccatū, quia mala fide procedit cum per eum ſteterit ignorare id quod tenebatur, & ſcire poterat.

15. utriuſque, & viri docti conſulentis, & Annæ exorantis conſilium, præterintentionalitatem verſari poſſemus, præmentes ſigna mortis inferendæ mulieri ex evidenti certitudine timoris cadentis in virum conſtantem, dum accuſata talis fœmina de adulterio non probato. hæc ſub ſigillo confeſſionis in Sacramento pœnitentiæ ſe accuſante fœmina peteret conſilium atque tunc in eo ſigillo exhortaretur talis vir in vitandum abortum; Annaque ſic accuſata proferret falſum teſtimonium imponens viro illi, quod conſuluit abortum votatuſque examinaretur talis confeſſor, an id conſuluerit. Si negat conſuluiſſe indirectè frangit ſigillum confeſſionis; Ergo tacendo in ſuſpicionem verſans conſuluiſſe, ut intactum & inviolabile conſervet pœnitentiale ſigillum, abortus erit ipſi præterintentionalis, nec ei imputari valebit ad culpam. Hæc pro parte conſulentis. Pro ea quæ mulieris eſt urget etiam ab alio capite, nempe ab hoc quod decepta proceſſit ab alio. v. g. demus Annam amicam Anthoniæ fuiſſe, & hanc conſuluiſſe quod ei in ſimili caſu conſiliatum fuit licere abortū, & quin ipſi occurreret an illibatum ſequi dictamen Anthoniæ iſtud amplecteretur bona fide, quia probatæ conſcientiæ erat mulier, ignorantia non erat craſſa ad quam debet præcedere dubium, ſeu ſcrupulus interior, & in Anna nullus præceſſit, videtur præterintentionaliter operatam in abortu. obiicies: in nullo caſu excuſare quit Anna abortans ab ignorantia invincibili quin in omni conſulens excuſetur: Ergo aut illa etiam peccavit, aut iſta numquam. Probatur antecedens influxus præſtitus ab ignorantia juris vel facti æquè in uno ac in altero cenſetur ſed ignorantia inſtat in fœmina bonam fidem, cum à jure eximatur ergo & confeſſarium excuſabit, immunem conſtitutum à peccato propter conſilium præſtitum illo zelo vitandi infamiam & mortem.

16. Reſpondeo diſtinctos caſus fore procedentes à jure, ac, quando facto menſurantur; In iſtis notitia æquè procedere valet in Doctioribus & imperitioribus, Imo ſæpiſſime contingit plus Idiotas magis de eventibus notos, quam ſapientiores; at in his quæ à jure pendent, iſtis non illis incumbit ſciendi obligatio, compatiturque imperitos in eis excuſari ab ignorantia neutiquam doctos Bonacina tom. 2. diſp. 2. de reſtitutione in genere quæſt. 2. Punct. 7. à num. 21. fuſè de conſiliante in quacumque ſcientia & num. 23. *Confeſſarium vel Theologum, vel Iuriſconſultum vel Parochum, Vel concionatorem teneri ad reſtitutionem damni cujus ipſe fuit cauſa per culpam latam ſeu per ignorantiam craſſam, aut per gravem negligentiam.* num. 24. de conſulentibus ex ignorantia vincibili juris idem ſtabilit; quando juris ſcientia ipſis incumbit num. 25. fert judicium de idiotis. Utrum idiotæ & imperiti homines dantes conſilium ex bona fide teneantur ad reſtitutionem damni ex eo conſilio ſubſequuti. *Reſpondeo non teneri quamvis ſe ſponte ingeſſerint ad dandum conſilium modo conſilium dederint bona fide abſque fraude & dolo.* Fraus intercedit quoties indoctus ſeſe peritum fingit doloſitate in mala fide: Ergo diverſimodè Philoſophandū penes imperitos ac peritos; Ergo patitur bonam fidem capere ignorātiamque invincibilem in indocto, nequaquam in docto, quare diſtinguo majorem; quod influit ignorantia juris vel facti in uno influit in altero de his quæ ſunt per ſe nota à jure vel facto, qualia contingunt attenta obſervantia legis divinæ vel naturalis, concedo, In eis quæ ſunt dependentia unicè à legibus poſitivis ſive Eccleſiaſticis, ſive ſæcularibus nego: quibus patet quomodo Anna potuit in omni eventu facere præterintentionalē abortum ad ſuam famam & vitam conſervandam dum proceſſit bona fide, neutiquam conſilianti, quandocumque in illa excluſa convincitur omnis fraus, ſeu Dolus, ſubjecta dictamini & commiſſa conſcientiæ conſiliantis, cui ſemper imputabitur ad culpam ſi à negligentia ſtudii, aut altera omiſſione ceſſavit in iſto bona fides & ignorantia invincibilis de jure Lato ſeu decreto.

CONSVL-

Digitized by Google

CONSULTATIO XV.

De Sacerdote præbente Hoſtiam non conſecratam pro conſecrata.

ANTISTES quidam edictum promulgavit, ne fœminis ullum in Eccleſia, vel extra, adminiſtraretur Sacramentum, ſive Euchariſtiæ ſive Pœnitentiæ, ſive Matrimonij, dum uſque ad collum pectora, dorſumque cooperta illæ tenerent, ſive indumento ſive linteo; ita ut à nulla parte ſimiles carnes videri quirent in immodeſtiam vitandam accedentibus, & decentē honeſtumque veſtitum ſollicitè ſatagens, & decernens, ut par eſt Chriſticolis Sacramenta ſuſcipientibus. Varia inter mulieres, & ſuppoſitionis viros inſurrexerunt per probra & ſuſurrationes contra Religioſum Sacerdotem qui manum retraxerit, nec communicare Sacramentaliter voluit duas matronas (aliàs nobiles, & bonæ famæ) depapillatas, nec minus adverſus quendam Parrochum, qui Matrimonio noluit aſſiſtere, eo quia in ambobus eventibus mandatum & cenſura impoſita excommunicationis majoris non obſervabatur, ille enim depapillatæ in nudo pectore, dorſoque communicari volebant, & ſimiliter maritari altera; quidam Sacerdos timore, ſeu puſillanimitate incurſus, videns formas apponi ad communionem laïcalem, quatuor, vel ſex ſeparavit, ſeparataſque non conſecravit, fine communicandi de non conſecratis, eas mulieres quæ depapillatæ accederent, ſicut & fecit penes duas, quas in dorſo, & pectore diſcopertas conſpexit ad communicandum flectere genua. Petivit à me utrum tutâ conſcientia fecerit, vel ſi ita efficere alia vice poſſet abſque ſcrupulo.

SUMMARIUM.

PENES fœminarum depapillationem utilis doctrina num. 1.
Jurisdictio Epiſcopi in eam prohibendam num 1.
Opportunius in deciſionem num. 1.
Depapillatæ mulieres quando in maritatione peccant num. 1.
Quæ juriſdictio in Ordinario ad præcipiendum habitum decentem in Sacramenta ſuſcipienda num. 1.
Epiſcopis committitur cura de reverentia penes Sacramenta num. 1.
De pictore pingente imaginem immodeſtam num. 1.
Penes depapillatas mulieres, utilis doctrina num. 1.
Iuriſdictio Epiſcopi in prohibendas depapillationes num. 1.
Introducta doctrina ad deciſionem num. 1.
Depapillatæ quando ſacrilegè maritantur num. 2.
Eſt peccatum occultum, & publicum num. 2.
Infamia contrahitur à facto & à jure num. 2.
Qui numerandi inter publicos peccatores num. 2.
Peccatori occulto non irroganda infamia num. 3.
Pejus peccare, quam infamari, & cur num. 3.
Nullus licitè peccat ut alius à peccato liberetur numero 3.
Eligenda infamia ne ſacrilega ſit communio num. 3.
Quatuor gradus peccatoris publici, aut occulti num. 3.
Delictum famoſum, quid num. 3.
Ut res ſit publica quos perſona eam ſcire ſufficiat numero 3.
Fore publicum contingit vel reſpective, aut abſolutè numero 3.
Res ut ſit publica quam judicij probabilitatem petit numero 3.
Euchariſtia an præbenda ei qui de crimine eſt ſuſpectus num. 3.
Triplex diſtinguenda ſuſpitio num. 4.
Inſufficiens, in neganda Euchariſtia, quæ ſuſpicio numero. 4.
Non ſufficienter probatus malus, cenſendus bonus numero 4.
Violenta ſuſpitio in quo conſiſtit num. 4.
Sinonima non ſunt ſuſpicio, opinio, & judicium numero 4.
Quid ſuſpicio addit ſupra dubium, & eorum diſtinctio includentis ab incluſo num. 5.
Opinione vel ſuſpitione illicet infamare num. 5.
Miniſtri Eccleſiæ non laborent ignorantia craſſa numero 5.
Neganda communio peccatori, occultè petenti num. 6.
Si abſit infamiæ periculum, præbenda num. 6.
Per Sacerdotem non ſtet petentis infamia num. 6.
Factum Chriſti communicando Iudam proditorem numero 6.
De ſancto Thoma Apoſtolo apocripha narratio numero 6.
Reſolutio dubii de duobus Sacerdotibus num 7.
Rationes cur non neganda Euchariſtia peccatori occulto publicè petenti num. 7.
Fieri poteſt ut indignè accedens ſubitò fiat dignus numero 7.
Æque publicus ac occultus peccator conterere quit num. 7.
In moralibus quæ certitudo ſufficiat num. 8.
Peccatori publico ex ſigno contritionis non negandum Sacramentum num. 8.
Caſus notandus de recente Sacerdote num. 8.
Ad mortis horam qualibet doloris ſigna abundant in adminiſtrandum Sacramentum num. 8.
Depapillatio muliebris forſan reprobationis ſignum numero 9.
Indignior irreverentia Euchariſtiæ, quæ num. 9.
Solum illicet Miniſtro dare Sacramentum indigno quando complex eſt num. 9.
Actio à cooperatione libera eſſe poteſt num. 9.
Quando quis complex num. 9.
Concurſus phiſicus complicem non conſtituit num. 10.
Deus non eſt cooperator, nec complex malitiæ formalis num. 10.
Mens ſancti Bonaventuræ advertenda num. 10.
An ex conventione liceat Sacerdoti dare in communione Hoſtiam non conſecratam vice conſecratæ num. 10.
Remedia falſa, periculis atrotiora num. 10.
Indiſcreto Zelo utitur Sacerdos penes uſurarium numero. 11.

Digitized by Google

Fictionem mendacem abhorret veritas num. 11.
Non omne quod fingitur, mendatium eſt num. 11.
Fictio Metaphiſica, veritas rata Moralis numero 11.
Diviſio Fictionis, & quæ ſine mendatio num. 11.
Qualis dolus licitus in bello num. 11.
An hac numero Hoſtia adoranda ſit ſub explicita conditione num. 12.
Eventus in quo non committitur ſacrilegium neque à celebrante, neque ab adorante, propoſita Hoſtia non conſecrata pro conſecrata num. 12.
Conditio implicita ſeu virtualis in quo ſtat num. 12.
Advertenda irreverentia ex conditione explicita numero 12.
Rex Hiſpaniæ, aut Galliæ eſſe nequit, niſi chriſtianus ſit num. 12.
Quo vitatur idololatria in adoratione num. 12.
Interpoſita Hoſtia conſecrata cum non conſecratis quando idolatrandi periculum imminet num. 13.
Abſque verbis mendax, quis num. 13.
Nuſquam licet dare Hoſtiam non conſecratam pro conſecrata num. 13.
Simulata opera, quando mendatia num. 13.
Ambiguitas, Amphibologia, æquivocatio in adminiſtrationem Sacramentorum non licet num. 13.
In anguſtiis periculorum vitæ famæ & bonorum jacturæ, quo pacto quandoque liceat ſimulatio num. 13.
Indigna Sacramentorum ſuſceptio, per peccatorem ſtat num. 13.
Caſus de Sacerdote imprudentiſſimo num. 14.
An liceat elevari in Miſſa Hoſtiam non conſecratam num. 15.
Stultitia Sacerdotis ut ſimularet negligentiam numero 15.
Metus nullus in cauſa ſimulandi num. 15.
Decretum ſacræ congregationis prohibens ne adminiſtretur Hoſtia non conſecrata, vice conſecratæ numero 15.
Interpretatur mens ſancti Bonaventuræ num. 15.
Vitæ & famæ jactura qualiter vitanda num. 15.
Omni inſtanti dat Deus auxilia ſufficientia in contritionem num. 15.
Quando obligat contritionis præceptum num. 15.
Ex peccato finali ſolummodo quis damnatur numero 16.
Duo media ad vitandum peccatum num. 16.
Abutens active Sacramentis æque ac ſuſcipient peccat num. 16.
Præbens Hoſtiam non conſecratam pro conſecrata abutitur Euchariſtia, & cur num. 17.
Abuſus, quid num. 17.
Diſcrimen Sacramenti Pænitentiæ ab Euchariſtiæ Sacramento ut liceat in illa non in iſto ſimulatio numero 17.
Quid ſimulat confeſſor negans abſolutionem num. 17.
In Euchariſtiæ adminiſtratione, qua ſimulatio licet num. 17.
Sigillum confeſſionis obligat tam in confeſſione invalida ſeu ſacrilega quam ſi valida & formata, ſit num. 17.

1. ANnuendo juriſdictionem Antiſtitis intimantis edictum legitimam fore, tum quia, ut ait Azor tom. 2. ſuarum inſtitutionum Moralium lib. 3. quæſito 4. diſcutiens, quid juris & poteſtatis habeat Epiſcopus circa civiles, & temporales cauſas v. poteſt itidem ſcribit. *Poteſt itidem Epiſcopus, inhibere virorum fæminarumque luxus, inanes, ſupervacaneos corporis ornatus, præſertim quibus facies deturpant, & immutant, & ad libidinem provocant, ludos & expectacula inhoneſta, & turpia exterminare*: Præcipue cum illorum Curæ committatur major Sacramentorum reverentia, tum quia aliqua motiva in edicto appoſuit quæ etſi directè ea careret juriſdictione, indirectè ipſa pollebat legitimè, & præceptum imponere, & cenſuras valens juxta tradita à Diana 11. P, trac. 4. reſol. 32. per incidentiam diſputationis quam movet. *An Pictores pingentes imagines peccent mortaliter & quid de detinentibus illas* de quibus controverſia redibit ſermo ad longum in propria conſultatione quæ eſt 37. ubi iterabo horrorem de depapillatis fæminabus ex dictis ait. *Patet me recte reſpondiſſe his diebus interrogatus de hoc caſu. An mulieres quæ in quadam civitate ſtatus, Eccleſiæ inſedere publice volebant cum parte pectoris, & mamillarum nudata, an inquam à confeſſariis dictæ mulieres eſſent abſolvendæ & negative reſpondi*, pro quo tres Doctores allegat: Tunc ſic: ſub præceptum cadens, pertinenſque ad juriſdictionem Eccleſiaſticorum de eo imponere poteſt ordinarius pænas, & cenſuras contra quoſcumque petentes, ut illis contraveniendo confeſſarius tribuat chriſtiano abſolutionem Sacramentalem) quotidie experta decreta Epiſcoporum adverſus concubinarios & uſurarios) ſed cenſuræ & edictum latum eſt de hoc genere, alioqui injuſte ab ordinario decretaretur, negativa abſolutio, ergo juriſdictionem tenuit in promulgandum edictum: juriſperitos etiam hoc idem ſentire colligitur; duo bonæ notæ ſufficiant citari, ſæcularem unum atque Archidiaconum Metrapolitanum alterum; ille D. Joannes de Solorzano Emblemate 25. ſub hoc lemate. *Delitiæ nimis Rempublicam perdunt*. Num. 28. ita luget. *In fæminarum veſtibus dolendum, & plorandum eſt, quæ jam tam manifeſtis hiatibus, uberum & ſcapularum carnes proſtituunt, ut Mazelli januam cenſias, aut certe proſtibuli in hac ſola nuditate gloriantes; & hyemis frigora non timentes, cum ſic ignem ſpirent, ſic urant atrius, & incautos dum retibus tot plicis, complicibus implicatis, has partes adornant velut ex inſidiis gravius feriunt; ſed hæc his qui clavum reipublicæ tenent judicanda & emendanda.* Nonne Epiſcopi clavum tenent in emendandos habitus diſſonos, ad Sacramentorum ſuſceptionem? Alius juris conſultus Sacerdos, meus frater (qui in Domino requieſcit) Michaël Antonius Frances de Urrutigoyti in ſuis variis cap. 2. à num. 20. cum Joanne Andrea & ſi dicat *Licet Epiſcopus prohibeat Ornatum hunc ſub pæna excommunicationis (quod facere poſſe probant Doctores omnes ſuperiùs citati) inde teneatur mulier obedire huic mandato.* Mox illius exceptionem ponit, declarans quando tenetur Epiſcopi mandato obedire, & hoc videtur loqui caſu quo etiam in uxorata maritus decreto Antiſtitis contradiceret, cum ſubjungat loquens de depapillatione mulieris *Poteſt tamen* (adde Epiſcopus) *ne eo modo,* (id eſt depapillita) *Eccleſiam ingrediatur.* A quo ſumma efficax argumentum dictum de majori convincendum ex minori convicto. Major reverentia ſatagenda eſt à catholicis in receptione Sacramentorum quam in Eccleſiæ ingreſſu; ſed validum mandatum imponunt Antiſtites prohibentes ne fæminæ depapillatæ ingrediantur eo luxu indumentorum ad Eccleſiam; Ergo & validum imponent mandatum, ne ita nullibi recipiant aliquod ex Sacramentis Eccleſiæ, cujus ſunt capaces, & quibus indigent aut voluntariè, vel neceſſitate medii, ſeu præcepti.

2. His igitur annuendo ut indubitabilia, legitimamque undique fuiſſe juriſdictionem in impoſito mandato, tam quoad mulieres depapillatas, quam penes Miniſtros Sacramentorum, aut Sacerdoti cui incumberet aſſiſtere Matrimonio; præmittendum ut factum examinemus de illo qui non conſecratam præbuit Hoſtiam, conſecratæ vice, dubium quod movet Joannes Sancius in ſuis Selectis diſp. 35. in propriis terminis. *An liceat Sacerdoti miniſtrare peccatori Hoſtiam*

Digitized by Google

Hoſtiam non conſecratam ad ſacrilegium ſuſcipientis vitandum. Fortaſſis hic fuit principalis Scopus illius qui hac conſultatione inducitur, comperuit enim quam acriter in eo oppido, ſeu civitate, etiam quæ habebantur de prima magnitudine Matronæ, ferebant Epiſcopi dictum, & forſan probra audivit quæ contra Sanctiſſimum ejus zelum jactaverant, verbo etiam perſonam ſucifacientes; ab his, & ab aliis publice inobedientes, & in ſua pertinaci contumatia perſeverantes publicos judicabat peccatores non aliter ac patenter uſurarios, ſeu concubinarios, & unus alterque Sacerdos ſcrupulizabat quod ſacrilegium committebant in ſuſceptione Sacramenti, is qui adminiſtrabat Euchariſtiam, in ea recipienda, ille qui aſſiſtebat Matrimonio dupliciter ſacrilegi, & prout ejus miniſtri, & in quantum iſtud recipiebant: igitur ante omnia indagandum occurrit, quid de muliere ad ſuſcipiendum Sacramentum accedente in ea veſte; ab hoc ipſo quod publice ſic accedat utrum cenſenda, habēda & connumeranda inter peccatores publicos? Angelus Doctor 3. p. quæſt. 80. art. 6. in corpore. *Circa peccatores, diſtinguendum eſt, quidam enim ſunt occulti; quidam vero manifeſti; Scilicet per evidentiam facti, ſicut publici uſurarii, aut publici raptores, vel etiam per aliquod juditium Eccleſiaſticum, vel ſeculare.* Hoc autem diſcrimen eſt de his qui per evidentiam facti reputantur peccatores publici ab illis, qui ex juditio Eccleſiaſtico tales Declarantur, quod iſti non ſunt judicandi publici ante ſententiam latam ultimo diffinitivam; & aliquando interpoſita appellatione per effectum ſuſpenſivum remanent in ſua poſſeſſione bonæ famæ, quin nondum diffamentur; at illi, comperto ad oculum facto prohibito, onere peccati mortalis, ab ipſo quod delinquunt tali ſcandalo publici reputantur peccatores: & maximè advertendum ſanctum Præceptorem in ſingulari loqui proferendo *facti*, non in plurali, *factorum* evidentiam, quo videtur numerandos inter publicos peccatores illos, qui unico facto patenti publicè operantur, tranſgreſſores præcepti alicujus ſuperioris in materia ſufficienti ad conſtituendum lethale peccatum; ideoque Peccator publicus, alius eſt habitualiter publicus, qui in republica taliter infamatus cenſetur; alter ducitur in republicus, etſi privatè, nonpublice infamatus habeatur ab illis, coram quos tale peccatum commiſit. An iſtæ mulieres, una accedens in Matrimonium celebrandum contraveniens edicto antiſtitis inveſte depapillata; altera ſimiliter in Communionem, connumerandæ ſint inter illos peccatores de quibus ſanctus Thomas hanc decidit concluſionem. *Manifeſtis ergo Peccatoribus non debet etiam petentibus ſacra communio dari:* Conſequenterque, nec Parrochus aſſiſtere cum celebrant Matrimonium, exceptis caſibus, ſi id fiat inter infideles.

3. De peccatore occulto idem Angelicus Doctor. *Si vero non ſunt manifeſti peccatores, ſed occulti nonpoteſt eis petentibus ſacra Communio denegari.* Et ad primum, cunctum evacuat difficultatem occurrens argumento facto de ſacrilegio, à quo eximit Miniſtrantem. *Licet pejus ſit peccatori occulto peccare mortaliter ſumendo corpus Chriſti quam infamari* (illud enim privat gratia atque in æternam ducit damnationem, iſtud ſolummodo cōducit in malum temporale) *tamen Sacerdoti Miniſtranti corpus Chriſti penes eſt peccare mortaliter infamando injuſtè, peccatorem occultum, quam quod ille mortaliter peccet, quia nullus debet peccatum mortale committere ut alium liberet à peccato.* A ſubjuncta mente ſancti Auguſtini tom. 4. quæſt. 42. in Geneſim ex facto Loth. Gen. 29. v. 8. concludit, *Peccator tamen occultus potius deberet eligere infamari, quam indigne ad merſam domini accedere.* Tantopere ut communio vitetur ſacrilegā ſatagendum; quis proprie & rigoroſe occultus aut publicus cenſendus Peccator, totum fundavit. Suar. tom. 3. in 3. par. diſp. 77. ſec. 5. poſtquam ad limen difficultatis quatuor diſtinguit gradus, publici & occulti. inquit. *Primo enim dicitur occultus peccator, qui vel à ſolo ſacerdote cognoſcitur, vel certe ab uno, vel altero, nulla tamen infamia, vel publico rumore laborat. Secundo dici poteſt peccator occultus, qui certa ſcientia ejus crimen uni, vel alteri nondum eſt, tamen apud alteros eſt publica ſuſpicio, & rumor, & aliqua infamia inde orta; & hoc ſolet dici delictum occultum, famoſum, tertio fieri poteſt, ut delictum notum, aut manifeſtum ſit tribus, vel, quatuor & tamen adhuc cenſetur retinere gradum delicti occulti. Quarto. Eſt peccatum publicum evidentia facti pluribus nota.* Quot perſonæ debent eſſe quibus notum eſt delictum, ut publicum dicatur, aſſerunt debere pervenire notitiam ad decem perſonas, alteri ſufficere ſex proferunt. §. His poſitis, relatus Jeſuita rem declarat. *Peccator poteſt dici publicus, vel reſpective, vel abſolute; Reſpective adhuc comparatione facta ad modum quo pet.t Sacramentum, quia videlicet tam publicum eſt peccatum ejus quam petitio Sacramenti, ut quando illi in quorum præſentia petit Sacramentum noſcunt delictum, quod aliis eſt abſolute occultum, quia duobus, vel tribus tantum notum eſt, abſolutè autem publicum voco quod eſt multis cognitum notitia juris, vel facti; Cum qua notitia ſtare poteſt, ut illi in cujus præſentia Sacramentum petitur ignorant delictum.* Utroque modo quo ſit publicum delictum (aut per juris vel facti evidentiam) negandam fore Euchariſtiam peccatori petenti, non autem ſi omnes vel aliqui eorum qui adſunt illud neſciunt dico ſecundo, peritiſſime ſtabilit; Iſta certitudo non ſufficit probabilis, quia probabilitas in foro Eccleſiæ non tollit jus, dum probatum non eſt flagitium; vel facti evidentia ad oculum notum non indigens declaratione judicis.

4. Adhuc deſideratur Doctrina in caſum cōſultum decidendū ſuppoſito proximè aſſerto, quod innumerabiles vitat ſcrupulos, videlicet nullatenus ſufficere ut aliquis dicatur, & habeatur publicus peccator notitiam de flagitio probabilem, ſeu conjecturalem ergo ad hoc quod Sacerdotes illi (qui renuebant, unus aſſiſtere matrimonio, alter dare in communione Hoſtiam conſecratam fœminis illis propter depapillationem) tenebantur, ut judicarent eas publicas peccatrices, dignas ut denegaretur eis Sacramentum, non tantum probabiliter ſeu conjecturaliter id noſcere, ſed per evidentiam facti tabem attingere notorietatem earum delicti, ut patentiſſime ad oculum conſtaret fore in peccato actuali mortali de linea, ſeu in ſerie inobedientiæ; unde quid de hac ſuſpitione decernendum inquirere intereſt. Suarez ea diſp. 7. ſec. 6. veſtigans de Euchariſtiæ Sacramento; *Utrum adminiſtrandum hominibus de aliquo crimine tantummodo ſuſpectis.* Circa poſteriorem partem, ex gloſa in cap. dixit Dominus, triplicem diſtinguit ſuſpitionem; unam vocat temerariam quando nullo nititur fundamento; alteram probabilem, cum aliquo fulſitur; tertiam violentam quandocumque facto præter intentionem occurrit. Prima injuſta eſt, peccatumque læthale arguit in ſuſpicante. De ſecunda §. circa poſteriorem, ſcribit. *Non ſufficere ad negandum Sacramentum tunc enim dicitur ſuſpitio probabilis quando intercedit ſufficientia rationis ad generandum dubium, non vero in indicandum ſimpliciter de peccatis alterius; in caſu autem dubio melior eſt conditio poſſidentis, & quando aliquis non ſufficienter probatur malus, præſumendus eſt bonus.* De tertia autem ſuſpitione, dicta violentæ, fatur. *Quæ ſcilicet violenta eſt & probabili ratione deponi non poteſt, ſufficit ad negandum Sacramentum juxta communem Theologorum doctrinam.* Advertendus maximè terminus quo utitur. *Suſpectus:*

Digitized by Google

à quo? à Miniſtro; nec explicat de quo habere debeat opinionem, & firmare judicium; non enim iſta tria, dubium, ſuſpitio atque judicium (unde capietur quando proprie, aut improprie, culpabiliter ſeu inculpabiliter procedimus) ſinonima ſunt; has voces peracute explicat Miranda 1. ſui ordinis judiciarii quæſt. 4. art. 5. §. primo eſt, in quibus latiſſimum invenit diſcrimen, ſuaſque proprias habere ſignificationes, quibus ab invicem diſtinguantur, oſtendit, contra eos qui in idem coincidere, aiunt.

5. Ne meo marte in tanti ponderis negotio errem formalia Franciſcani citati aptiſſimum erit transcribere verba; ait. *Dubium ſive dubietas proprie loquendo tunc de re aliqua habetur quando ipſius reſpectu alicujus animus eſt ſuſpenſus, haretque quaſi in ancipiti, nec magis in unam quam in alteram partem propendet; ſive inclinatur.* De ſuſpitione proſequitur. *Addit ſupra dubium ſive dubietatem, aſſenſum aliquem, eſt enim ſuſpitio, opinio quædam mali procedens ex levibus inditiis juxta legem abſentes ff. de pænis: l. finali ff. de quæſt. ubi in eo quod dicitur quod eſt opinio, datur intelligi quod jam aliqualem habet aſſenſum unius partis, quamvis cum formidine alterius, quod opinionis eſt proprium.* Dubietatem ſeu dubium nullum dicere aſſenſum ulli ex partibus exprimit ſanctus Auguſtinus lib. de mendatio cap. 1. ex Bartolo idem habetur l. in legem ff. de aqua pluviali ante penultimo, gloſa item in l. ſi duo ff. uti poſſ. differre autem ſuſpitionem ab opinione per hoc, quod opinio vertatur tam circa bonum, quam circa malum; ſuſpitio autem ſemper ſumitur in malam partem, & dicitur de malo. Ergo proprie ſuſpitio ſpecies opinionis eſt diſtincta ab illa tamquam animal & rationale; procedit miranda ad declarandam judicii naturam ſequenti clauſula. *Sed judicium addit ſupra dubietatem prædictam ſuſpitionem, & opinionem, ſententiam & firmitatem quam non habet ſuſpitio, neque opinio, cum ſit ſemper cum formidine in alterutram partem.* Ergo ex quo Sacerdotes illi in conſultatione propoſiti facto ſuo, unus negavit communionem, alter noluit aſſiſtere Matrimonio, dicendi non ſunt operari ſuſpitione, aut opinione; Sed judicio firmantes, & adhęrentes in malam partem, ſcilicet illas fuiſſe peccatrices publicas, quia depapillatas vidit unuſquiſque contra venientes mandato, nam ſi ſuſpitione ducerentur, aut dubio neutiquam in damnum famæ id efficere, poſſent tuta conſcientia infamantes peccatorem occultum ex probabilitate tantummodo; quibus patet qualiter quandocumque depapillatæ fœminæ, occultarent dorſum ſeu pectus quaque coopertum, & à Sacerdotibus diffamarentur, eos peccaſſe negando illis Miniſtrare Sacramenta; Sed mihi veroſimile eſt, Miniſtros Eccleſiæ tam craſſa ignorantia non laboraſſe; & ideo indubie propoſui illos revera comperuiſſe, præcipuè qui negavit communionem, illas à majori parte perſonarum concurrentium notas contravenientes præcepto Antiſtitis; quod expertum, quid mirum denegaſſe Sacramentum publice non occulte petitum, & quaſi flocci facientes obedientiam debitam.

6. De hoc eventu ſpecialius Franciſcus amicus tom. 7. diſp. 7. nu. 13. ſequentia habet. *Conveniunt omnes negandam eſſe communionem peccatori occulto occulte eam petenti, quando peccatum ipſius eſt à Sacerdote extra confeſſionem cognitum, modo ex tali negatione nullum impendat infamiæ periculum peccatori petenti.* Igitur valde attendendum eſt, an per Sacerdotem ſteterit infamia publicationis delicti in contraveniente ad modeſtiam & habitum decentem, quem decreverat Prælatus Eccleſiaſticus ex legitima juriſdictione ad accipiendum Sacramentum; vel per ipſas fœminas ex ſuo facto nulla ignorantia invincibili excuſatas, ſeu bona fide. Si primum peccavere Sacerdotes illos in dubium eſt; illum ſecundum aſſeritur, licite, quod debebant operabantur; quin urgeat quemcumque de Sacerdotibus aſſiſtentibus regularem fuiſſe exemplum à juriſdictione Epiſcopi; nam licet directe ab iſto non poſſet coerceri tenebatur ex præcepto divino non Miniſtrandi Sacramentum indigno publico, ſemota omni infamia; ſi enim hæc quia occultus peccator, intervenit, potius facto Chriſti, quam altero quocumque evidenter notum patet; quandoquidem Judæ Iſcharioti proditori occulto, qui in atrocius peccatum deicidii conſenſerat, ſuum corpus ſumendum tradidit, non aliter ac cæteris undecim Diſcipulis, præſtitit, qui digne accedebant; at ſi inter Apoſtolos major eorum pars noſceret atrox traditoris flagitium, indubium ſit a Chriſto Domino non præſtiturum ſuum Corpus ei quem voluntariè à ſeipſo infamabatur ex communione ſacrilega. Nec ad propoſitum facit inſtantia ex Hiſtoria recenſita à Lugo diſp. 8. de Sacramentis ſec. 1. nu. 4. ex Thoma Stapletono in ſuis Annalibus nu. 1120. in collectanea de ſancto Thoma Apoſtolo; narrat enim, iſtum Apoſtolum, una anni die, in certa Indiæ civitate totum populum communicare, taliter quod eis *qui* digne accedunt, Euchariſtiam præbet; ſin vero indigne (ſive ex malitia ſive ex ignorãtia) retrahere manum, nec porrigere Sacramentum: Nam præterquam quod veritas Hiſtoriæ nullo fulcitur fundamento; de caſu ſpeciali à providentia divina directo nobiſque ignoto, non bene arguitur ad generalem & communem directionem in adminiſtratione regulari Sacramentorum. De Parrocho nolente aſſiſtere Matrimonio potius urget Doctrina, ſiquidem in ea publicitate tam notoriè à cunctis arguebatur peccatum in fœmina frangente præceptum de non depapillatione, quod à ſe ipſa infamabatur. Si reſpondeas omnes quotquot aderant flocci feciſſe ſcrupulum Parrochi, id agravabat infamiam complices in peccato uxorandæ cooperatores, & in meritum Parrochi reſultabat.

7. Dico igitur tali judicio Sacerdotes illos non peccaſſe, aliaſque cenſendas publice in culpa lethali illas mulieres acceſſiſſe ad Euchariſtiam, incurſas in excommunicationem in foro interno contravenientes edicto Antiſtitis eodemque pacto illa quę Matrimonium contrahebat; nec urget doctrina Suarij ea diſputatione citata ſec. 4. §. propter hanc; ubi recenſens rationes ut peccatori occulto non ſit deneganda communio, tertiam ait ſore. *Non eſt ita certum ſacrilegum indigna communionis, quia fieri poteſt, ut peccator ſubjecto mutetur interius, ac convertatur & ſe diſponat, ut digne communicet.* Diſplicet ipſi, & merito talis ratiocinatio, nam ſi aliquam vim haberet, teneremur publico quantumvis peccatori, nuſquam Euchariſtiam negare, quandoquidem non minus ex auxilio opportuno, ſubitò poteſt, mutari, reſipiſcere, & dolere, quam occultus; ideo ſtando obſervantiæ quam mox ſubnectit, per hæc verba. *In rebus moralibus non eſt quærenda Metaphiſica evidentia, ſed ſufficit moralis certitudo, qualis eſt in præſenti caſu, & præſertim quando nullum eſt ſignum contritionis, nec probabile motivum ut præſumatur.* A quo patet approbandum, amborum Sacerdotum ſcrupulum, in uno quoad præbendam Hoſtiam conſecratam mulieribus illis accedentibus ad communionem in ea depapillatione contra mandatum & cenſuram Prælati; bene verum eſt in iſto horrendum, & ſacrilegium fuiſſe dare hoſtiam non conſecratam vice conſecratæ. Laudabilis undique in altero Presbytero nolitia aſſiſtendi Matrimonio illius quæ accedebat in depapillatione, dolentibus ambobus Sacerdotibus de contraventione ad juſtum & venerabile mandatum, ſi enim propoſitum vitandi reincidentiam indicarent aliquo doloris ſigno fœminæ, nullatenus negaretur eis adminiſtratio Sacrament à zeloſis & doctis Miniſtris, committentibus ſe Divinæ Clementiæ, invocantibus Dei auxilia ad donum perſeverantiæ; à qua reſolutione cujuſdam recen-

Digitized by Google

ter Sacerdotis ſedavi ſcrupulum; hic tranſiens per quendam vicum vocatus, ut moribundam mulierem abſolveret ex ſubita ſincope, quam mors repentina minabat; inventa valde depapillata (nam prompte à labore in acu & filo cecidit induta eo modo) ingreſſus domum & audiens petiiſſe confeſſionem, adducto Oleo ſancto, quod eſt unctionis utrumque Sacramentum adminiſtravit. Rectiſſimè factum, ad mortis enim horam ſigna quæcumque doloris ſufficientia videntur ut confeſſor teneat ſatisfactionem de perſeverentia in propoſito quantumcumque atrox ſit peccator: Bone Deus, ô utinam muliebris honeſtas ut par eſt à fœminis attenderetur atque minus de mundialibus vanitatibus ad propriam pulchritudinem attenderent; ſimiles, aliquæ, virginibus fatuis de quibus Chryſoſtomus homilia 70. in Matheum: *Idcirco etiam fatuas appellavit: quoniam majori certamine ſuperato in faciliore totum perdiderunt.* Quid facilius vitare depapillationem ne in æternam ducat damnationem fortaſis! vide obſecro quæ pertracto de mulieribus depapillatis in poſteriori parte mei Sanctoralis cont. 21. §. 5. à num. 29.

8. Replicabis; indigno cognito ut tali dare Euchariſtiam eſt actus pejor ac eam projicere in ignem, aut in locum immundum; Sed hoc eſt illicitum Sacerdoti, nec honeſtati ulla via valet; ergo neque aliquo pacto licebit indigno quantumlibet occulto cognito, illam adminiſtrare: diſtinguo majorem. Eſt actus pejor quando refunditur malitia ex parte dantis concedo, ſi ei non refundatur nego; omitto minorem; nego ſuppoſitum conſequentiæ videlicet inhoneſtabilem quandoque talem actionem; datur caſus, in quo Euchariſtia occultari quit in loco immundo; v.g. prævenit Sacerdos futuros infideles conantes Euchariſticam irreverentiam, neque tempus dat opportunitatem in eam vitandam, aut ſumendo ſpecies, vel aliter; unicum ſolummodo repertum medium fore, occultandi in loco immundo. Nonne tunc meritorie? Ergo quia negando peccatori occulto ſacram Sinaxim ipſi tribueretur peccatum infamiæ irrogatæ per aſſerta ex Angelico Doctore nu. 5. licebit tribuere. Urges nequit per hoc honeſtari; Ergo perperam aſſeritur, antecedens probatur. Nequit honeſtari actus quo arguitur agens complex actionis peccaminoſæ; Sed tali actu dandi Euchariſtiam peccatori, etiam occulto, arguitur dans complex actionis peccaminoſæ; Ergo nequibit licite dari Miniſtro, oſtenditur. Quando non poteſt non eſſe aliqua actio niſi ſit cooperator, non poteſt non argui hic ejus complex, præcipue dum ipſa ſimpliciter requirit agens, quo remoto non eſſet; ſed ſi dans non daret Euchariſtiam, recipiens nullatenus committeret illam ſumptionem ſacrilegam; ergo cooperatur ei complex; principaliter ſi medium ſit alterum, quo vitari queat talis ſumptio ſacrilega; ergo quia medium eſt vitandi ſacrilegium, tenebitur non dare. Suppoſitum conſequentiæ probatur. Quia licitum videtur præbere Hoſtiam non conſecratam vice conſecratæ, urgente periculo vitæ, aut infamiæ, in unum ex duobus incidendum; ergo quoquo modo concipiatur illa actio Sacerdotis illicita reputanda. Concedo majorem, nego minorem, diſtinguo ſecundum conſequens. Quando non poteſt non eſſe aliqua actio niſi ſit cooperator complex in eo inquo cooperatur concedo; in alio in quo non cooperatur nego. Si dans non daret, non committeret illam actionem ſacrilegam recipiens, Phiſicè loquendo tranſeat; moraliter nego. Hic diffundenda erat Theologica controverſia de concurſu Dei immediato quam cætus Theologorum contra Durandum & Ludovicum de Adola tuentur: Remitto eam videndam fuſe in Oviedo contr. 10. Philoſophiæ p. 1. §. 4. deinceps.

9. Tunc ſic: in actum peccaminoſum tenet Deus concurſum immediatum, quin malitia formalis ipſi attribuatur, aut ex cooperatione cauſæ univerſalis arguatur Deus complex peccati quoad deformitatem neque divino numini malitia formalis directe aut indirecte attribuitur non alia ratione, niſi quia etſi cooperetur ad actum Phyſicum Phyſicè, neutiquam moraliter in peccaminoſum; ergo ita in noſtro caſu. Sacerdos cooperator eſt actionis Phyſicæ talis ſumptionis indignæ, non tamen indignitatis, ſeu deformitatis moralis ejus. Subjunctum de altero medio in præbenda Hoſtia non conſecrata eſt cōſultatio preſens, in qua neceſſarium fuit præmittere omnia quæ hucuſque manent fundata. Seraphicus Doctor 4. diſt. 9. art. 2. quæſt. 4. ſequentem exagitat controverſiam: *An peccet damnabiliter qui dat Corpus Chriſti peccatori?* Et num. 6. contra ſe hoc proponit argumentum. *Aliter poteſt vitare ſcandalum, ut ſi pro Hoſtia conſecrata daret panem benedictum*, id in fine quæſtionis ſic ſoluit. *Ultimum patet quia non deberet dare Hoſtiam non conſecratam, nam ſi daret peccaret ille, & ipſe ſimulando, niſi fortaſis ipſe peccator Hoſtiam peteret ob vitandam infamiam, & in dominici Corporis reverentiam.* Unde videtur ad ſancti Bonaventuræ mentem diſtinctione utendum; nam vel id facit Sacerdos nutu proprio (quo pacto feciſſe illum, qui in conſultatione propoſitum tenemus; ideoque peccaſſe ſimulando, vel ex conventione cum recipiente: Suarez. Diſp. 77. de Euchariſtia ſectione 4. §. circa tertium ſub aliis terminis. *Alii diſtinctione utuntur. Poteſt duobus modis hoc fieri, primo ignorante homine qui communicatus eſt, & exiſtimante verum ſibi dari Sacramentum, cum tamen Sacerdos ſolum det Hoſtiam non conſecratam. Secundo fieri poteſt ex conventione inter Sacerdotem, & peccatorem. Si priori modo fiat, omnes fere autores docent eſſe illicitum, & eſt res certa;* De altero. *At vero ſi fiat poſteriori modo; ſcilicet ex conventione inter dantem & accipientem dicunt aliqui autores hoc medium eſſe licitum.* In qua ſententia ſunt Villalobos tomo primo tractatu 7. dif. 38. nu. 7. Ludovicus de Sanjoan tomo primo, quæſt. 7. de Euchariſtia art. 8. dif. 3. probabiliſſimam in praxi eam opinionem judicat Martinus à ſan. Joſeph lib. 10. trac. 7. nu. 25. nec improbabilem ipſam cenſurare audet Diana 4. parte trac. 4. reſol. 47.

10. Verum Suario valde diſplicet, nec in praxi id operandum proponit, innixus verbis Innocentii 3. cap. de homine, de celebratione Miſſarum. *Falſa ſunt abjicienda remedia, quæ veris ſunt periculis graviora.* Facto enim affirmat Sacerdos in illa Hoſtia non conſecrata fore Chriſtum, cum ibi ſit vera ſubſtantia panis, nec adſit Jeſu Corpus. Ideo amicus ea diſp. 30. nu. 26. in fine reprobat quamdam cautelam Sacerdotis Colonienſis; qui ut terreret publicum uſurarium loco Hoſtiæ conſecratæ nummum poſuit in ore ejus, ut territus recipiens contereret, putans in nummum converſam Hoſtiam. Omnem etenim fictionem mendacem Catholica ſinceritas abhorret; at ſi prudens arguitur cautela ab omni fraude mendatio, & amphibologico dolo remota qualiter abhorrenda? Tenentes de Chriſto Lucæ 24. ver. 28. *Finxit ſe longius ire.* Præclara ſancti Auguſtini propoſitio to. 4. lib. 2. quæſt. Evangelicarum cap. 51. *Non enim omne quod fingimus mendatium eſt.* Quædam enim dicta fictio, Metaphiſica appellatur à Caramuele (tom. 3. in Theologia morali intentionali lib. 2. de lege virtuale n. 56.) veritas rata moralis, ut fundamento procedamus ſolido divide fictionem in eam à qua inſeparabilis eſt dolus ſeu fraus, & in iſta ſemper eſt mendatium; altera quæ prudenter cautela provida utitur, aliqualique ſimulatione vera tamen unde reſultat aut divinum obſequium; vel utiliſſimum commune bonum, quin aliqua ex parte, niſi ab errore concipientis aliter, ac eſt res intelligi queat, exulem faciendo quamcumque deceptionem ex parte ſimulantis; diviſio roboratur ab his quæ tractant moderni in verbis Ju-

Digitized by Google

dith cap. 10. v. 12. pro cunctis unus recognoſcendus Joſephus de la Zerda, tom. 2. Commentario literali ad cap. 10. à nu. 110. uſque ad 121. nec ſilentio prætereunda paritas inducta à Celada §. 5. in cap. 10. dum de Raphaële Angelo ad Tobiam oſtendit non mentitum quando ei dixit vocari Azariam Ananiæ magni filium, cap. 3. lib. Tobiæ v. 16. & deducit. *Ut quis ſe bello juſto ab injuſto aggreſſore tueatur poſſe uti dolo, & ſtratagemate, in rebus ut in latentes inſidias callidè hoſtis deducatur incautus; & poſſe etiam uti æquivocis quæ in aliquo, etſi abſtruſo, & remoto ſenſu vera ſint, licet hoſtis in alio ſenſu eadem certe intelligat, unde abſque mendatii culpa ambigue loqui poteſt.* Amplector doctrinam, licet poſt prohibitionem referendam nu. 15. aliqualiter limitanda ſit ſententia.

11. Ut mentem Seraphici Doctoris datam nu. 11. non inequa reverentia, ac ea quæ ſubtilis eſt, amplectamur (quam ſpecifice declarabo nu. 16.) duo explicanda veniunt circa fictionem Hoſtiæ factam à Sacerdote illo, porrigente non conſecratam, pro conſecrata abſque ullo interventu recipientis & quamvis compatiebatur fictio ſine mendatio, fraude & dolo à quo tanquam à cauſa neceſſaria idololatria reſultabat, putantes fœminas depapillatas accepiſſe verum & reale Corpus Dominicum ab ipſis latria abſoluta adoratum; in qua adoratione non erat periculum ex conditione implicita qua Hoſtiam hanc numero Catholici adoramus, ſi ibi eſt Corpus Chriſti vera ac legitima conſecratione; ex celebri doctrina Cardinalis de Lugo diſp. 37. de Incarnatione à dogmatica gravi controverſia diſcutientes. An hæc numero Hoſtia adoranda ſit, ſub expreſſa; aut ſufficiat eam colere ſub implicita conditione; ſiquidem contigere poteſt hunc numero Sacerdotem carere intentione conſecrandi, & aliquoties evenit celebrantem non fore Presbyterum; ſive quia ex malitia ſe intromittit in eo numero (& aliquos vidimus punitos à ſacro Tribunali ſancti Officij ob tale patratum immaniſſimum flagitium) vel eo quod, qui baptizavit celebrantem caruit intentione baptizandi; ſeu Epiſcopus ordinandi; in quibus eventibus quando proponitur adoranda abſque fraude & dolo neque à celebrante, nec adorandæ Hoſtiam non conſecratam pro conſecrata committitur idololatria. Audi Lugum ſec. 4. nu. 46. *In adoratione Eucharistia ſemper requiritur conditio implicita, ſeu virtualis legitimæ conſecrationis: in hoc conveniunt omnes; & probatur facilè explicando quod ſignificet hæc conditio virtualis. Ego intelligo per illam, fundamentum quoddam ex modo adorandi ut interpretemur, quod ſi homo ſciret ibi non adeſſe Chriſtum non adoraret continentum ſub ſpeciebus.* Subnectens nu. 47. *regulariter non eſt neceſſe opponere illam conditionem explicitam.* Imò n. 49. cum Caietano, & aliis probat aliqualem irreverentiam nos irrogare ex tali explicita conditione, exemplo Regis v. g. Hiſpaniæ, aut Galliæ; contingere non eſt impoſſibile Miniſtros qui eos baptizavit Monarchas caruiſſe intentione baptizandi, cumque tunc Reges non eſſent, quia in utraque Monarchia capax coronæ non eſt niſi baptizatus; liceret ne alicui vaſallo explicite profferre, ſi baptizatus es te veneror Regem aliter non; hæc explicita conditio, injurioſa reputaretur, & dedecoroſa, quandoquidem ſemper implicita ſupponitur; igitur ſuperflua conditio explicita in Hoſtiæ adoratione: Quando enim dicit Sacerdos Communicanti. *Ecce Agnus, Dei Ecce qui tollit peccata mundi.* Ipſique Sacerdos Hoſtiam ſumens, profert; *Corpus Domini noſtri Jeſu-Chriſti cuſtodiat animam meam*, & in Calice *Sanguinis Domini Noſtri Jeſu-Chriſti*, &c. An aliqua explicita eſt conditio? Ergo implicita vitabit idololatriam penes Hoſtiam non conſecratam pro conſecrata; pro qua parte idololatriæ periculum vitabatur.

12. His ſit ſatis argumento præcipuo oppoſitæ ſententiæ, nam quamtumvis Hoſtiæ non conſecratæ indiſcriminatim adorandæ populo proponantur numquam non conſecratæ adorantur propter implicitam conditionem; quare pro iſta parte nullum crimen erat in Sacerdote illo puſillanimi ſeparante eas Hoſtias non conſecratas in communicandas dictas fœminas: nec moram facio in ſolutione quam aliquando audivi à quodam negante in eventu de data Hoſtia non conſecrata mendatium eo quod Sacerdos communicans quando præveniebat communicantes Hoſtia non conſecrata non oſtendebat niſi conſecratam cum populo aiebat. *Ecce Agnus Dei*; nulluſque abſque verbis mendax. Præterquam quod id refragatur ſiquidem quando Hoſtiam non cōſecratam immittebat in ore ſuſcipientis proferens. *Corpus Domini noſtri Ieſu-Chriſti cuſtodiat animam suam.* In quo convincitur fraus, & mendatium in Sacerdote ſic præbente Hoſtiam non conſecratam pro conſecrata, dat enim quod non eſt, diſcordans factum ſeu opus à verbo quod profert; & quidquid ſit, hæc an ſit amphibologia numeranda inter propoſitiones ab Innocentio XI. tranſcribendas conſult. 48. nu. 3. expreſſum teneo teſtimonium in Angelico D. 1. 2 quæſt. 184. art. 5. in ſecundo argumento *Incurritur mendatium non ſolum in falſis verbis, ſed etiam in ſimulatis operibus ut Ambroſius dicit.* Fortaſſis perniciosiora oriuntur mendatia à ſimulatis operibus, ac à vocibus falſioribus. Non enim licet ambiguitati nec uti ſtratagematibus in adminiſtratione Sacramentorum; nec juſta uſquam cauſa invenitur utendi æquivocatione, amphibologia aut ſimulatione perclitante mendatij ſuſpitione; perbellè Joannes Sancius in ſelectis diſp. 35. nu. 3. v. primam namque. *Nullam adeſſe juſtam cauſam ad utendum æquivocatione ſine crimine mendatii cenſeo, quia liberum eſt peccatori non incidere in crimen ſacrilegæ communionis, ſi velit deſirere peccatum, a quo non abſtinere à ſola ejus voluntate pendet, ſibique imputet ſacrilegium.* At immediate quædam ſubjungit examine digna ſcribens. *Quando vero aliquis in anguſtiis, & periculis verſatur amittendi bona, famam aut vitam, à quibus eripi ſolum ab ejus voluntate & facultate pendet, haud erit obligatio ſubveniendi vitæ, aut famæ illius*, nec verbis aut rebus ſignificare poterit aliud quod ſit in mente abſque mendatio, de quo extra Sacramentorum adminiſtrationem, ubi nulla licita ſimulatio admittitur, redibit ſermo conſ. 17. n. 4. 8. & deinceps: & conſ. 18. à nu. 3. igitur quia proſemper eſt ſpontaneum, & liberum cuique viatori accedere dignè ad ſumendam Euchariſtiam, quia pœnitentiæ Sacramentum nulli negatur baptizato, nec auxilia ſufficientia in contritionem (videndus Diana p. 9. trac. 3. reſol. 19. præcipue ad finem) ſemper imputabitur ipſi quod accedat indigne; igitur nuſquam licebit Hoſtiam non conſecratam accipere pro conſecrata, quantumcumque interveniat conventio vel periculum famæ, aut vitæ, neque Miniſtro dare tantum Sacramentum in ambiguitate ex ſimulato mendatio.

13. Gratulor Sancio mecum convenire in illa clauſula. *Nullam adeſſe juſtam cauſam ad utendum æquivocatione ſine crimine mendatii.* Ergo ſi juſta cauſa adeſſet poſſibilis, ſine mendatii crimine licebit adminiſtrando Sacramentum uti æquivocatione, ſed nuſquam juſta cauſa munitur, quando nutu proprio Sacerdos dat Hoſtiam non conſecratam pro conſecrata, quia numquam tunc conſtare poteſt de ſuſcipientis impotentia ad dignè ſumendum; Ergo non erit eventus in quo non peccet mortaliter ſic adminiſtrans ſacram ſinaxim; Ergo peccavit mortaliter Ille imprudens Sacerdos inductus in conſultatione. Roboratur ex reſolutione Jeſuitæ Tamburini l. 2. de ſacrificio Miſſæ cap. 8. §. 8. num. loquente de quodam Sacerdote qui parvulam hoſtiam conſecravit & à ſacrario ſumens magnam conſecratam levavit po-

Digitized by Google

pulo adorandam; Tranſeat pejus eſt quod ab altero factum audivi, uterque utens ſtratagemate ne à populo notaretur, nam iſte ſecundus conſecrans puerum, & fortuito inveniens, ante Calicis conſecrationem, inter corporalia Hoſtiam magnam, hanc non conſecratam elevavit adorandam, ad illius caſus conſonantiam inquirit Tamburinus. *An celebrans poſſit elevare Hoſtiam à ſe non conſecratam.* Et poſtquam cum Acacio Marchan & Diana negat id ritè geſtum ab illo num. 21. tranſcribit. *Melius tamen meo judicio feciſſet ſi majori iſti Hoſtiæ alteram parvam per illud ſacrificium conſecratam ſimul adjunxiſſet, quod facile fieri poterat exhibendo utramque adorandam.* Valde diſplicet Tamburino, & num. 23. procedit. *Illud certè probandum nullo pacto eſt, quod quidam Parrochus dum ei Hoſtia grandior conſecrata non ſuppeteret ad eam exponendam in oratione quadraginta horarum imprudenter egit; parvam enim conſecratam Hoſtiam affixit Hoſtiæ grandiori non conſecratæ, ita ſimul expoſuit, ne ſcilicet parva formula in ſpherula appareret populo, qui Sacerdotem de negligentia præparandi majorem reprehendiſſet. Hoc inquam non eſt probandum, quia eſſet periculum idololatriæ cum fideles adorent totum illud quod expoſitum eſt per modum unius.* Unde procedit ad noſtrum eventum. *Nullo modo licet ut in ſimili de Parrocho oſtendente particulam conſecratam, & deinde miniſtrante peccatori occulto particulam non conſecratam.* Remittens ſe ad ea quæ tractat Lugo diſp. 8. de Sacramentis ſec. 11. nu. 188. ſed ex implicita conditione ſtabilita nu. 8. cum eodem Cardinali jeſuita patet debilitas inconvenientis in adoratione; ideoque ab alio capite vendicandum eſt qualiter illicita, & reprobanda ſimilis cautela, ſeu ſimulatio; & licet paritate convinci poſſit à propoſitione damnata inter 65. reprobatas ab Innocentio XI. & eſt in ſerie 29. *Urgens metus gravis, eſt cauſa juſta Sacramentorum adminiſtrationem ſimulandi.* Si enim metus gravis excluditur; Ergo nuſquam licebit quaque cauſa occurrente, ſimulatio in Sacerdote Miniſtrante Hoſtiam non conſecratam, vice conſecratæ.

14. Præter tam ſolidum fundamentum, audivi ſacram Ritum congregationem decretum produxiſſe prohibitivum ſub gravibus cenſuris, ne liceret alicui Sacerdoti ex conventione facta cum altero quocumque per quemlibet caſum præbere Hoſtiam non conſecratam vice conſecratæ, quo ſtante, ut fide dignus teſtes mihi ſub juramento propoſuit ſe vidiſſe, & quantumvis curaverim illud tenere, ut hic apingerem ſecundum ſuum tenorem non valui; jam permanente in ſuo robore præfatum decretum, non licebit uti ſententia Seraphici Doctoris relata nu. 11. in illa exceptione quam ibi de eo tranſcripſimus. *Niſi fortaſis ipſe peccator Hoſtiam peteret.* Et interpretanda ſic ſancti Bonaventuræ pronuntiatio in exceptione, ut intelligatur in ſenſu diviſo à determinatione Eccleſiæ, neutiquam in ſenſu compoſito ſtante in ſua vi prohibitione aliqua ſacra; inde quòd aliquando & ſæpe ſunt media quibus vitari poteſt communio ſacrilega, ne in jacturam vitæ vel famæ quis incidat; conſultiſſimò ſancta Mater Eccleſia prohibitionem poſuit; obex enim ad communicandum alia via quit occultari, ſi ore aquam ſumat, & trajectam ad ſtomachum afferat ſine mendatio ullo; vel ſacarum ore teneat dubitans, an poſt mediam noctem aliquam particulam deglutivit, nec jejunium naturali ſervavit eo die; vel altero ſtratagemate utens, quod ſi nullum ſufficiat, jacturam vitæ, vel famæ faciat non communicando, cum per eum ſtet ſacrilega communio, quandoquidem nullum eſt inſtans in quo alicui contingat carere auxilio ſufficienti ad conterendum, ſicque neceſſitas quam concipit in metu non eſt antecedens niſi conſequens, eatenus pro ſemper culpabilis, quia dum non conterit non eſt quia non poſſit, ſed eo quod non vult; Attendenda Caramuelis obſervatio de contritione tom. 2. in Theologia fundamentali appendice prope finem voluminis nu. 2097. v. tertium; verſantis enim, aliquas propoſitiones hanc introducit. *Ubi ſæculares leges maritum in tali caſu, aut Patrem executorem ſententiæ capitalis inſtituunt nihilominus peccabunt mortaliter, ſi reos confiteri non permittant. Patet quia ſine cauſa aut neceſſitate, reos in orcum præcipitant. Quo enim illi miſeri modo inſtant turbatione percuſſi poterunt actum contritionis elicere, cum vix eliciunt homines cum ſedato animo illum elicere procurant.* Non adhæreo in ly *poterunt*, ſiquidem auxilia ſufficientia in contritionem præcipue inſtante morte nulli deficiunt, ut juge imputetur damnatio æterna reprobo, qui potens conterere ex gratiæ auxilio ſupernaturali & in juſtificatione finali decedere, noluit: Nec cohærere videtur aſſignata Caramuelis doctrina cum alia, quam ab eo commodius tranſcribam conſ. 17. nu. 3. uni ſtemus principio; duobus temporibus, nos obligari ex præcepto divino ad eliciendum contritionis actum (ſive ſit attritionis, dum jungitur Sacramento pœnitentiæ) de quo Fagundez lib. 2. in præcepta Decal. cap. 6. nu. 6. unum tempus eſt, quoties accipiendum eſt aliquod de dictis vivorum Sacramentis, noſcentes animam mandari reatu læthali. Alterũ inſtante mortis periculo, ſi non adſi copia confeſſoris.

15. Quibus inſtat argumentum in eventu poſito à Caramuele; videlicet, quando, v. g. maritus, non authoritate privata, niſi judicis publica adulteram, ſive convinctam, ſive in flagante delicto inventam occidet (de quo redibet ſermo in curioſſiſſima indagine conſul. 24.) quin locum det confeſſioni Sacramentali, eamque mulierem exiſtentem in peccato mortali nullum producere actum contritionis: Quis affirmabit ipſam non damnandam æternaliter, quia impotentia orta ex inſtantanea turbatione eſt conſequens non antecedens cum habuerit auxilium ſufficiens ad contritionem eliciendam; & vitandam reprobationem; Sed non minus tenemus auxilia ſufficientia ne indigne uſquam communicemus, & per nos ſtat ſacrilega communio aut non vitare vitæ vel famæ jacturam; ergo ſemper erit peccatum non conterere quia juge medium invenitur ad vitandam ſacrilegam communionem in auxilio opportuno; duobus enim mediis excuſatur peccatum infallibiliter perpetrandum, aut illis quæ licita ſunt; vel aliis quæ illicite fiunt; v. g. inſtat tentatio de non jejunando die cinerum, ſcio infallibiliter non jejunaturum, ſi vado in domum Petri quia id mihi Deus revelavit; conjecto me jejunaturum ſi in domum Franciſci me confero; valde meritorium erit in illius ædes non ingreſſu, at ſi ue in domum Petri ingredi me nuſquam determinarem quia alapa publica, vel vulnere me percuſſit & ut vindictam ſumerem de injuria nollem ingredi in domum Petri, ille non ingreſſus ex medio appoſito eſſet illicitus, quia non ſunt facienda mala ut inde ſequantur bona; cum autem medium excogitatum ſumendi Hoſtiam non conſecratam, vice conſecratæ ſit illicitum ex mendatio per factum commiſſo, numquam licebit, tum ex prohibitionibus relatis, tum ab his quod citatus Sanchez peritiſſime ſcripſit ea diſp. 35. nu. 5. v. quamvis. *Tamen aliquibus piis & doctiſſimis viris viſum ſit non ſolum mortale crimen committendum tri in hujuſmodi fictione* (loquitur in noſtro caſu) *verum contra illum caſum procedere rationem, & mentem brevis contra ſollicitantes confeſſarios edicti, utpote peccantis ſub confeſſionis ſcuto, & in illius opprobrium ut refert Acuna de confeſſariis ſolicitantibus quæſt. 1. nu. 2. qui tamen non comprehendi caſum illum cenſet.* Bene fateor non comprehendi in edictis adverſus confeſſarios ſolicitantes, de quibus egerat Sancius diſp. 6. à nu. 66. verumtamen, ſuſpenſus de fide videtur qui exponit voluntarie adorandam Hoſtiam non conſecra-

Digitized by Google

tam; quaſi ſi conſecrata foret; potius quam qui teſtatur reliquiam alicujus ſancti beatificati vel Canonizati fore, aliquiam, quam in re, aut in facto noſcit evidenter illius non eſſe.

16. Paritatem inducam accommodatiſſimam. Non minus ligant præcepta, & cenſuræ generales Miniſtro abutenti Sacramento Euchariſtię quam Pœnitentię dum univerſaliter ſtatuuntur; Sed quiſquis abutitur Sacramento Pœnitentiæ, præter ſpeciales pœnas cenſuris generalibus ſubjicitur, & aliàs ab abuſu, peccat mortaliter; Ergo qui Euchariſtiæ Sacramento abutitur, ab abuſu læthaliter peccavit; Sed qui præbet Hoſtiam non conſecratam vice conſecratæ, Euchariſtia abutitur; ergo peccavit, minor. Probatur; abuſus propriè eſt contrarius uſus uſui recto; Sed nihil plus contrarium ſpeciebus Sacramentalibus panis, quam ſubſtantia panis; ergo dante ſubſtantiam panis vice non ſubſtantiæ panis abutitur præcepto divino in adminiſtratione ſpecierum Sacramentalium. Si reſpondeas id concludere quando non eſt pactum, aut conventio inter Sacerdotem, & accipientem, non verò ſi mutuò conveniant ambo de danda Hoſtia non conſecrata; eo modo quo contingere aſſolet in Sacramento Pœnitentiæ quando in vitandam infamiam accedentis quandoque ſimulatur à confeſſario eum abſolvere, quin in re abſolvat; proferente Sancio diſp. 37. nu 1. *Neque etiam injuria fit Sacramento* (ſimulante confeſſario abſolutionem quam non præbet) *aliàs peccaret Sacerdos fingens abſolvere pœnitentem ob vitandam infamiam non abſoluti, quod credo nullum Doctorem conceſſurum.* Et optimè credit, quia talis, eſt prudens ſimulatio neutiquam fictio, non tantum quia non ponitur pœnitens in periculo peccandi ex conſcientia, velut in eventu quem verſamur, ſed ob mox dandam diſparitatem; demus zeloſum maritum inſtare ſuam uxorem ut confiteatur, & communicet, in comperiendum; an crimen commiſerit adulterij, imparatamque invenerit confeſſor ad abſolutionem, ſimulat confeſſarius abſolvere; & de communione ex Henriquez Martinus de ſancto Joſepho tractatu 8. nu. 25. *Con diſimulacion paſſe el Sacerdote ſin dar el Sacramento al penitente fingiendo con traza que lo comulga.* Et Diana 4. p. trac. 4. reſol. 47. *In fine notandum eſt tamen hic quod eſto Hoſtiam non conſecratam loco conſecratæ porrigere accedenti communicare minime Sacerdoti liceret, poteſt tamen ſaltem Euchariſtiam in os illius emittere.* Immittere, non eſt dare; nec immitere prohibetur. O utinam id effeciſſet Sacerdos penes depapillatas fœminas fortaſſis multa vitaſſet ſcandala ſicut enim iſta ſimulatio fit ſine mendatio, & fraude, id ipſum efficeretur quando ſtratagemate confeſſor indigno ſimularet eum abſolvere: utrumque enim ſignum non eſt ſignificativum Sacramenti, quod non eſt, ſed alicujus, quod vere eſt; in pœnitentia ſignificat confeſſarium coerceri ad ſigillum Sacramentale peccatorum, quod in re eſt nam non minus tenetur ſigillo in confeſſione valida ex fundatis conſult. 2. nu. 6.) quam in ſacrilega, & invalida; at quando præbet Hoſtiam non conſecratam ſignificando dare conſecratam ſignum eſt falſum; ideo in iſto, non in illo abuſus quia ſolum cum intercedit fraus intervenit iſte, & peccatum quando ſignum non cohęret ſignato; ſin vero cohęret non eſt dolus; & propterea licitè fit. Obſecro recognoſcatur Diana ea parte 4. trac. 7. reſol. 12. §. notandum, & invenietur decretum ſancti Officij adverſus eos qui ſive conventione, ſive aliter ſimilibus amphibologiis utuntur: quandocumque ſignatum à ſigno diſcordat, mendaces ſunt in re graviſſima, & læthaliter peccant.

CONSULTATIO XVI.

De Maumetano baptizato, & defuncto.

MANSIT in quodam regulari cœnobio infirmus, cujuſdam principis ſervus ſub mancipatu, nomine *Amete*, qui Religioſorum ſolerti cura, & continua exortatione, nec minus privatis & communitatis orationibus inſtanter petebant divinum numen miſericordem ad converſionem illius infidelis; jam fere moribundi à languore (ſed nullo ſenſu amiſſo, ac in juditio perfectiſſimo) hic ſua ſponte cum minus de ipſius converſione ſpes ſuppeteret (dolentibus religioſis in damnationem ire æternam hominem, aliàs bonæ indolis, charitativum, nulla ſtoliditate confuſum, imo claritate ingenii pollentem, affixum tamen tam tenaciter ſuis erroribus, ut quando convincebatur de catholica veritate, non aliud reſpondebat niſi religionem ad ſalvandam animam, diſcurſu non arguendam, ſed gladio tuendam) ultra fiduciam Monaſterii nondum agonizans Baptiſmi Sacramentum ferventer petit: ſufficienter cathechizatus baptizatur, ſtatimque à Domino manu miſſus, promiſit perpetuo ſervitio Conventus ſeſe addicturum ſi viveret, poſt duos dies vitam terminavit ſuæ prædeſtinationis ſignis moraliter evidentibus. Exorta fuit quæſtio dum ægritudo ingraveſceret an, aut eo die ad veſperam, vel ſequenti, adminiſtrandum ipſi ſacrum viaticum eſſet, & tandem ſuo tempore unctionis Sacramentum, in partem affirmativam inclinati; quia lux divina in eo ita patės apparuit, ut noſceret quid ſub ſpeciebus Sacramentalibus accipiebat; tandem ſuſcepta unctione poſt biduum à baptiſmo ſuſcepto; in Domino requieuit, moreque adultorum ſepelitur; notus Epiſcopus loci, de peractis, localem Prælatum regularem vocat, & motiva cur id fecerit indagat; cumque, meus foret ſuperior, ab Antiſtite vocatus, reſolutionem juſſit ſcribere, quam fundamentis ſequentibus undique de omnibus propoſui.

SUMMARIUM.

FACULTAS Regularium in adminiſtratione Sacramentorum num. 1.

Sine præjuditio conceditur, & quid hæc poteſtas Regularibus ex jure adminiſtrandi baptiſmum num. 1.

An infidelis dicendus ſubditus Diœceſani num. 1.

Juriſdictio in infideles voluntaria, non aſſertiva num. 1.

Paritas

Digitized by Google

Paritas de pœnitentia ad baptiſmum in articulo mortis numero 2.
Aliud Patrinum fore, alterum Miniſtrum Baptiſmi numero 2.
Franciſcani Miniſtri, non Patrini eſſe poſſunt nu. 2.
Apud indos Religioſi baptizant num. 2.
Voluntaria non directiva poteſtas penes infideles non baptiZatos eſt in Eccleſia num. 2.
Præſente etiam Parrocho licet ſimplici Sacerdoti abſolvere moribundum num. 2.
Regula de iſto num. 2.
Facultas à Tridentino penes abſolut ionem in mortis articulo num. 2.
Significatio dictionum, omnis, & quilibet num. 3.
Favorabilius baptizato Sacramentum Pœnitentiæ numero 3.
Vniverſalis, in favorabilibus nihil excludit num. 3.
Cuilibet, quibuſvis, æquivalet, omnis num. 3.
Vtrum facultas abſolvendi de jure ſit divino num. 3.
Æquè poteſtas pariter exerceri quit num. 3.
Parrochi præſentia non dat urgentem neceſſitatem numero 3.
Poteſtas Apoſtolica ad abſolutionem moribundi num. 3.
Benedictinis conceſſum privilegium num. 4.
Infirmantibus intra regularium Monaſteria iſtis independenter à Parocho quæ Sacramenta præberi poſſunt numero 4.
Hæc iſtis ſicut famulis Conventus poſſunt Miniſtrari numero 4.
Baptiſmus & pœnitentia mortuorum Sacramenta numero 4.
De neceſſitate medii, hoc utrumque eſt Sacramentum numero 4.
Quin baptiZemur ſalvari non poſſumus num. 4.
Bene aliqui, ſine Sacramento Pœnitentiæ num. 4.
Ideo ab iſto Baptiſmus plus de neceſſitate medii nu. 4.
Materia circa quam horum duorum Sacramentorum numero 5.
Baptiſmus regeneratio; pœnitentia reconciliatio nu. 5.
Stante fine legis eodem pariter Philoſophatur num. 5.
Ordo ſervandus inter Miniſtros Baptiſmi num. 5.
Quale peccatum non obſervare illum num. 5.
Objectio notanda ex paritate numero 5.
Solutio objectionis, & diſparitas numero 6.
Craſſa fœminarum ignorantia inſtruenda num. 6.
Putatur Sacerdos baptizatus à muliere invalidè numero 6.
Caſus de obſtetrice baptizante nulliter num. 6.
Statutum Eccleſiæ quoad Baptiſmum penes infantes numero 7.
Lex quandò ceſſat in particulari caſu num. 7.
Præcipuus ſcopus in proceſſus examine, quis num. 7.
Quando licitè baptiZat obſtetrix ex communione Parrochi num. 7.
Non ſcrupulizandum inſtante periculo ſalvationis numero 7.
Famuli regularium in quibus pendent à Parrocho nu. 8.
Propriè ſamiliares, aut famuli, qui num. 8.
A quo domicilium conſtituitur num. 8.
Non ſufficit animus permanendi in loco ad conſtituendum domicilium num. 8.
Statim ac quis incipit habitare in loco huic domiciliatur num. 8.
Doctrinæ applicatio ad caſum conſultum num. 8.
Quo ſigno conſtituitur aliquis de familia ubi domiciliatur num. 8.
Peregrinus unde cenſendus num. 9.
Initium permanendi domiciliat num. 9.
Parrochus famulorum cujuſvis conventus eſt hujus prælatus localis num. 9.
Sacramenta exigentia publicitatem aliquam in facie Eccleſiæ præberi nequeunt à Regularibus ſuis famulis numero 9.
BaptiZatus in caſu neceſſitatis domi, deferendus, ſi vivit ad Eccleſiam intuitu ſolemnitatis num. 9.
Vtens ſuo privilegio nullum præjudicat num. 10.
De familia conventus, quis num. 10.
Privilegiantur qui communicant in privilegiis nu. 10.
In cenſendum privilegium conceſſum quid requiritur numero 10.
Quo erit aliquis capax recipiendi unum, vel alterum Sacramentum num. 11.
Ad mortis horam inſtat confeſſionis præceptum numero 11.
Eo non obligantur, non baptizati num. 11.
Confiteri tenetur aliquando non gravatus niſi venialibus num. 11.
Præceptum de viatico ad mortis horam num. 11.
De adulto recenter baptiZato an capax Sacramenti Extremæ-Vnctionis num. 11.
Non omnis capax pœnitentiæ Sacramenti Communionis eſt capax num. 12.
Baptiſmus, Euchariſtia, Extrema-Vnctio adminiſtrari ſucceſſivè poſſunt cathecumeno num. 13.
Sub conditione quando miniſtranda Extrema-Unctio numero 13.
De Sacramento Confirmationis aliqua annotanda numero 13.
Omiſſio Sacramenti Confirmationis ex contemptu (& in quo iſte conſiſtit) peccatum mortale num. 13.
Sepeliendus in loco ſui domicilii quando quis num. 14.
Nihil habens de quo diſponat teſtandi num. 14.
Diverſimodè ſepeliuntur infantes, & adulti num. 14.
Sacramentum Extremæ-Unctionis an aliqua occaſione amentibus adminiſtrandum num. 14.
Ætas ad communionem certò conſtare nequit nu. 14.
Quid ſufficit ad Sacramentum Pœnitentiæ & Euchariſtiæ accipiendum num. 14.

1 SINE tertii præjuditio poſſe regulares miniſtrare omnia Sacramenta quorum ſunt miniſtri, vel dum etſi non ſint, ratione muneris, incumbere eis penes aliquos, excepto Matrimonio, patet ab indulto Pauli 3. conceſſo ſocietati Jeſu, de quo omnes Religioſi ſunt participes & tangit Suarez tom. 4. de Religione lib. 9. trac. 10. cap. 4. & cum eo Pellizarius tom. 2. in ſuo manuali regularium trac. 8. cap. 3. num. 339. *Addit ſuarez ubi ſupra tale privilegium fundari in indulto Pauli 3. quo dat ſocietati facultatem miniſtrandi omnia Sacramenta ſine præjuditio tertii.* Eſtque Bulla ſeptima ſub initium *Delectis Filiis* die 3. Junii anno 1555. & habetur in Bullario Rodriguez. Pag. 335. quod diploma ſpecificat, qui ſunt tertii, in quorum præjuditium ſuſpenditur facultas, per ſequentia num. 5. *Aut aliàs Chriſti fidelibus ipſis Euchariſtiæ, & alia Eccleſiaſtica Sacramenta ſine alicujus præjuditio miniſtrandi Diocæſanorum locorum, Rectorum Parrochialium, & aliarum Eccleſiarum, aut quorumvis aliorum licentiâ deſuper minimè requiſita.* Si ergo præjuditium non reſultat, prædictis juribus ex adminiſtratione Sacramentorum dicto Amete (quia vocatus in Baptiſmate Didacus Franciſcus) facilè fieri ſatis valebat his quæ exigebantur. Quoad Baptiſmum, res eſt clara aſſerente Pellizario tom. 1. trac. 6. cap. 14. num. 1. diſputante. *An & quando regulares poſſint miniſtrare Sacramentum Baptiſmi ſtando præcisè in jure communi.* Reſpondet, non poſſe niſi in caſu neceſſitatis, aut de licentia Parrochi Disjunctiva, *aut*, arguit in caſu neceſſitatis Parrochi licentiâ non indigere; Sed nullus caſus majoris neceſſitatis ſicut Maumethanum in periculo mortis conſtitutum, petere Baptiſmum: Ergo licitè inſcio Parrocho potuit; non enim pejoris conditionis quoad Baptiſmum ſuſcipiendum debet

cenſeri parvulo non Baptizato in mortis articulo adultus recte diſpoſitus in eâ hora, imo urgentior videtur ratio, cum iſte à Sacramento Baptiſmi vitet damnationem æternam in inferno, ille vero dum taxat in limbo: & ab hoc veneror Clementiſſimam Apoſtolicam pietatem penes infideles nondum Baptizatos ablutionem eorum cupientem per illa quæ ſubjungit eo cap. 3. num. 3. Pellizarius à ſuario tom. 4. de Religione tract. 10. lib. 9. cap. 4. num. 8. ubi diſcutit decretum Eugenii Papæ inhibentis cap. placuit 2. 16. quæſt. 1. ne impediautur regulares transferentes ſe ad indos hos Baptizare, de quibus concludit. *Eccleſiam habere in infideles nondum Baptizatos juriſdictionem*, ut ait *Non quidē aſſertivam, ſed voluntariam*: Igitur non eximebatur à jurisdictione ob infidelitatem Maumethanus; qui velut extra caſum neceſſitatis ſubdebatur Diœceſano, inde, extra mortis periculum Baptizari non quibat à regulari ſicut nec abſolui poterat; at in eo adultus factus ſicut à quolibet ſimplici Sacerdote in articulo mortis ſine ullo præjuditio à peccatis poſt Baptiſmum commiſſis abſolvi quibat, cur non Baptizari.

2. Paritas hæc de pænitentia valde conducit in argumentum de Baptiſmo de quo etiam noſter Miranda in ſuo Manuali Prælatorum quæſt. 43 art. 1. poſtquam in limine concordat jura inhibentia Monachos Baptizare, fatur. *In caſu neceſſitatis, vel de licentia Ordinarii non eſt prohibitum Religioſis Baptizare.* Etiam utitur disjunctiva; non obſtante quod hic Autor advertat vi regulæ Franciſcanos à Seraphico Parente inhibitos; *Ne fiant compatres vivorum aut mulierum.* Aliud enim eſt Patrinum fore, alterum Miniſtrum; illud prohibitum minoribus eſt, non iſtud. Quo poſito audiamus Dianam 4. par. trac. 4. reſol. 161. veſtigantem. *An ſit opinio probabilis aſſerere in articulo mortis præſente Parrocho poſſe quemlibet Sacerdotem abſolvere moribundum* Rejiciens Aloyſum Turrianum in ſelectis diſputationibus centuria 2. cenſuræ Theologiæ dub. 77. judicantem improbabilitate cenſurandam ſententiam affirmativam quod poſſit quilibet Sacerdos Moribundum abſolvere præſente Parrocho, ſic peritiſſimè decidit. *Sed ut verum fatear hic Auctor ut ſentiunt etiam multi viri docti ex eadem ſocietate rigidè, & parum modeſtè ſe gerit in cenſurandis aliorum opinionibus, & ideo hanc opinionem quam falſam ille vocat probabilem eſſe puto cum illis 13. Doctoribus quos citavi prima parte trac. 5. reſol. 5.* Addens alios inſimul 3. par. trac. 4. reſol 57. & & ne othericè noſter Maſtrius in tomo 4. ſententiarum diſp. 5. de pænitentia quæſt. 19. art. 2. num 529. *An ſimplex Sacerdos hanc habeat authoritatem in prædictis caſibus, etiam præſente Parrocho, vel altero Confeſſore delegato: affirmant Navarrus, Rodriguez, Henriquez, Villalobos, Barboſa, Ledeſma, Diana, & probabiliter etiam cenſent Cardinalis de Lugo, & Caſpenſis; eo quod Concilium tridentinum in verbis præallegatis amplam & abſolutam facultatem concedit omnibus Sacerdotibus pro articulo mortis ſine ulla exceptione.* Sancta Sinodus ſeſ. 14. cap. 7. de Sacramento pænitentiæ ſic: *Veruntamen pie ad modum ne hac ipſa occaſione aliquis pereat, in eadem Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit, ut nulla ſit reſervatio in articulo mortis, atque ideo omnes Sacerdotes quoſlibet pænitentes à quibuſvis peccatis & cenſuris abſolvere poſſunt.* Plurima ſcitu digna, varioſque Autores videndos in Barboſa remitto, ad illa quæ hic Juriſconſultus collegit, & expoſuit ſolidiſſimis rationibus, & conjecturis, Collectanea ad Tridentinum cap. citato à num. 11. noſtramque ſententiam, iterum pro viribus tuetur 1. part. de officio & poteſtate Epiſcopi allegatione, 15

3. Libuit Concilii mentem expendere per illas dictiones univerſales quibus utitur; *Omnes, quoſlibet, quibuſvis.* Loquimur enim in materia tam favorabili, nulla cogitari queat favorabilis homini Baptizato, quamdoquidem tendit in vitandam mortem æternam; Sed juxta civile jus favorabilia valdè, nil excludunt per dictionem univerſalem expreſſa, l. teſtatorem in principio ff. de legatis 3. l. hoc articulo ff. de hæret, inſt, Tiraquellus in l. ſi umquam dictionem totam, cod. de revoc. donat num. 1. Menochius concil. 10. num. 17. & Concil. 156. num. 235, quod autem illæ voces, quilibet, quibusvis, univerſales ſint æquivaleantque, ac ſi diceretur omnes, exprimatur l. à procurat. cod mandati cap. ſolite de Majorit & de ob. Tuſchus tom. practic concluſionum litera D. conclu. 35. vim accipit intelligentia à controverſia excitata à noſtro Antonio Hicheo commentario ad diſtinctionem 29. libri. 4. ſententiarum Scoti, ubi quartum Articulum ſubtilis Doctoris exponendo in diſcutionem erat; *Utrum facultas abſolvendi, jure Divino aut Eccleſiaſtico Sacerdoti committatur.* Duplicem recenſet ſententiam oppoſitam, unam Durandi 4. diſt. 19. quæſt. 2. cani 4. part. relectionum, Paludani 4. diſt. 20. quæſt. prima art. 2. Capreoli, & Ruardi 4. diſt. 19. quæſt. prima art. 3. qui contra Calvinum affirmant poteſtatem, ſeu juriſdictionem abſolvendi in articulo mortis conceſſam cuilibet ſacerdoti fore juris Divini; quod ſi ita; arguitur efficaciter. Non majorem, imo æquam poteſtatem tribuit Divinum jus Sacerdoti ſimplici quam Parrocho penes moribundum; ſed cum æqua & par eſt facultas hanc exercere licet cuique, præſente altero ergo licite Sacerdos ſimplex in mortis periculo abſolvet moribundum, quantumcumque Parrochus ejus præſens ſit: ſi dicatur talem poteſtatem ſeu juriſdictionem, non fore. niſi humanam (ut cūm ſancto Bonaventura & aliis probabiliùs cenſet Hicheus) cum hæc non proveniat ab authoritate Diœceſani, ſicque Apoſtolicâ emanatâ à ſummo Pontifice per Tridentinum expreſſâ, idem convincitur. Reſpondebis Prædictam poteſtatem ſimplicibus Sacerdotibus conceſſam ſolum fore, intuitu neceſſitatis urgentis, ne moribundus decedat abſque Sacramento pænitentiæ; cum autem præſente Parrocho ceſſet neceſſitas ſubveniendi ſimplici Sacerdote non præſumitur tunc ipſi conceſſa; contra, non eſt certum Parrochum præſentem intentionem abſolvendi tenere infallibiliter; Ergo ſemper neceſſitas urget ut poſſit ſimplex Sacerdos abſolvere quamtumvis exprimat Parrochus ſe velle abſolvere, quia decipere non eſt impoſſibile; præter quam quod jam regulæ juris Claudicarent in materia tam favorabili admittentes exceptionem.

4. Unde arguitur pro Baptiſmo conferendo in caſu neceſſitatis tam urgentis quo præbeatur Baptiſmus independenter à Parrocho illi Maumethano per ea quæ Emanuel Rodriguez tangit tom. 2. quæſt. 4. regularium quæſt. 7. art. 1. in privilegio conceſſo Benedictinis, quorum gratiis ſumus participes omnes Regulares; Tenor conceſſionis eſt hujuſmodi: *Quod ſi qui intra ſepta Monaſteriorum infirmati fuerint, extremam unctionem dare poſſunt, Apoſtolica autoritate liberè, & licitè Parrochiali, Praesbiteri, vel alterius cujuſcumque Epiſcopi vel ſuperioris licientia nullatenus requiſita.* A quo arguit Rodriguez. *Hoc inquam privilegium ſi intelligatur de iis qui infirmantur intra ſepta Monaſteriorum, & ſunt in actuali ſervitio fratrum, non privilegium, ſed jus commune eſt, cum in jure communi habeatur; explicari ergo debet ut aliquid extra jus commune operetur de his qui, neque ſunt familiares, intra ſepta Monaſterii, tamen infirmari, & curari contingit, pro quibus tamen non recurrendum eſt ad Parrochos.* Argumentor ita. Sacramentum unctionis eſt vivorum; pænitentiæ vero, & Baptiſmi mortuorum; ſed penes adminiſtrandum illud ei qui infirmatur in Monaſterio non eſt recurrendum ad Parrochum, & licitè à Religioſis adminiſtratur: Ergo circa illa facultas

cultas erit in regularibus adminiſtrandi eis qui in ſuo conventu infirmantur & curantur; Ergo cum Maumethanus in ipſo infirmaretur, & curaretur, licitè & legitimè à Religioſis adminiſtrata fuerunt; Sed quia præcipuè hærebat Parrochus accuſans regularem ſuperiorem de Baptiſmate præſtito, inſtavi ex Caramuele tom. 2. in Theologia fundamenti fundamento 77. nu. 2004. ubi poſtquam Baptiſmum & pænitentiam ex tridentino ſeſ. 7. can. 4. & ſeſ. 14. can. 3. ponit fore ſacramenta de neceſſitate medii ad nos ſaluandos; rationem pro eo efformat num. 2005. *Illa ſunt de neceſſitate medii quibus omiſſi, etiam ſi inculpabiliter ommittantur, nemo ſaluari poteſt, nam ſi aliquis invincibiliter ignoret Baptiſmum in re vel in voto eſſe neceſſarium, & tamen neutrum habeat, non obſtante ignorantia invincibili non perveniet ad cælum.* Quidquid ſit, an dabilis ſit ignorantia invincibilis de Baptiſmate ſuſcipiendo; nam *in omnem terram exivit ſonus eorum & in fines orbis terræ verba eorum.* Omitto doctrinam & inquiro quale amborum Sacramentorum eſt plus de neceſſitate medii, Baptiſmus an pænitentia? Videtur reſpondendum magis nos indigere Baptiſmate quam Sacramento pænitentiæ, ſiquidem quin Baptiſemur ſaluari non poſſumus, & datur caſus in quo aliquis non ſuſcepto Sacramento pænitentiæ ſaluari quit, v. g. ſiquis gratiam Baptiſmalem conſervaret, & nuſquam de venialibus confeſſionem efficeret; quia ad annuam quæ præcipitur ab Eccleſia careret opportunitate confeſſarii; & infantes non pervenientes ad uſum rationis ſine Baptiſmate in limbo reprobantur; cum eo ſuſcepto abſque pænitentia beantur; plura tranſeo quæ id confirmare poterant.

5. Relatus Hicheus ſcripſit commentario in quæſtionem 6. diſtinctionis 4. libri ſententiarum Scoti nu. 24. præmittens hanc maximam. *Pænitentia non magis reſpicit peccatum actuale poſt Baptiſmum commiſſum, quam Baptiſmus peccatum originale, & actuale ante commiſſum.* Moxque. *Utrumque enim ex fine intrinſeco inſtitutum eſt ad remiſſionem peccati; alterum per modum regenerationis, alterum per modum reconciliationis: utrumque appellatur Tabula quâ ſalvamur à naufragio.* Et de ambobus. Sacramentis. *Utrique etiam æque competit neceſſitas medii, & præcepti.* ſtante fine legis eodem, & indiſtincto, pariter Philoſophandum eſt in utroque, ſed ut Sacramento Baptiſmi & pænitentiæ requirantur ex neceſſitate medii & præcepti, finis legis eſt idem & indiſtinctus, videlicet ne pereat anima æternaliter, imo in Baptiſmate plus urget, ex datis numero ſuperiori, ergo pariter in utroque Philoſophandum; Sed licitè à quolibet Sacerdote, etiam præſente proprio Parrocho, adminiſtratur pænitentiæ Sacramentum moribundo, ſeu conſtituto in mortis periculo; igitur urgentiùs de Baptiſmate; igitur illi Maumethano conſtituto in mortis periculo legitimè datus fuit Baptiſmus quantumvis Parrochus foret præſens, quid dum abſens erat: ſi dicas non ſubſiſtere paritatem per ea quę inducit Caſtro Palao tom. 4. trac. 19. dup. de Baptiſmo puncto 9. à num. 8. ubi præſuponit cum Bonacina Vaſquetio & aliis *Neminem alium à Sacerdote, vel Diacono ex commiſſione Sacerdotis Miniſtrare Baptiſmum ſolemniter poſſe, quia uſurpant alienum Officium ſibi non competens, ob cujus uſurpationem de jure impoſita eſt irregularitas.* De mortis articulo nu. 9. *ſtante extrema neceſſitate, tunc ordinem ſervandum eſſe in Baptiſmi Miniſtratione, ut minus dignus digniori cedat; Sacerdoti cedat Diaconus, diacono ſubdiaconus, ſubdiacono alii Clerici inferiores, & Clerico Laïcus, & viro fæmina niſi in miniſtrando Baptiſmate expeditio exiſtat.* Et nu. 10. Quale ſit peccatum ſubdubitat invertere ordinem; v. g. ſi præſente Sacerdote Diaconus Baptiſaret illum qui in extrema neceſſitate invenitur conſtitutus; alii mortale proferunt fore, alteri ſaltem veniale, nullum doctorem licitè fieri poſſe aſſerit Diana 5. part. trac. 3. reſol. 18. hac doctrina corruit meum fundamentum. Quamquam non magis unum quam alterum Sacramentum præaſſignatum ſit de neceſſitate medii (imo ex à me ſtabilitis urgentior ſit inducta in ſuſceptione Baptiſmatis) non licet præſente Miniſtro cui incumbit alteri Miniſtro inferiori adminiſtrare in mortis periculo; quia ſaltem peccabit venialiter, quamvis validum ſit Sacramentum; Ergo non rectè arguitur de eo quod pænitentiæ eſt, ad illud quod conſiſtit in Baptiſmate: igitur & ſi præſente Parrocho liceat abſolvere, nullatenus Baptiſare; Ergo ad minus peccaſſe dicendum venialiter illum regularem qui Maumethanum Baptiſavit, juſtiſſimeque conquæſtus fuit Diœceſanus.

6. Faciliſſimo negotio dabo diſparitatem in eventu quem gerimus adhuc, Admiſſa Doctrina quod ſit peccatum mortale, aut veniale inductum per objectionem, nam probabiliter non deſunt Doctores ſentientes oppoſitum, & licitè abſque omni ſcrupulo poſſe Baptiſari infantem notum moribundum à qualibet fæmina, etiam præſente Parrocho, aut altero Sacerdote; ex quo enim conceſſo leges illas prohibitivas in ſua ſint viridi obſervantia, cum ſint pænales & numerentur inter odioſa reſtringendæ, non extendendæ ſunt ad alium caſum præter illum de quo loquntur ſed loquuntur de Baptiſmate tantummodo infantium; Ergo non de Baptiſmate Adultorum, in quo ſicut, concurrit actus Baptiſandi ad validitatem, ita & debet concurrere in valorem Baptiſmi; ideo in ſuo robore mea ſemper manet paritas. Quod autem juſtiſſimè mulieres inhibeantur (niſi ſimpliciter requirantur quia aliter non adminiſtraretur Baptiſmus) colligo à notantiſſimo caſu relato à Caramuele tom. 4. in morali præterintentionali Theologia Præcepto 50. caſu 3. ſub hoc titulo. *Mulier invalidè Baptiſat* num. 2109. *Mulierum anxietatem diſcurrit introducentium ſe*, in plura quæ cæco dictamine lacrimatur de obſtetricibus Baptiſantibus, & ſcribit. *Vix eſt obſtetrix quæ formam hanc* (Baptiſmi ſcilicet) *bene ſonare ſciat, & vix naſcitur infans, qui non imponat vitæ extremum periculum, ne careat occaſione Baptiſandi; multos caſus quotidie audimus, ſed unum vel alterum ſubjungam ut earumdem innoteſcat audacia.* Sequentem refert memorabiliſſimum. *Canonico N. ſenior quædam* (à fæmina alloquitur) *te majoris quam reliquos cognatos facio, nam tibi jungor cognatione etiam ſpirituali à Baptiſmate exorta. Turbatus ille* (nempe canonicus de auditis à vetula) *Sed Mater ait: quid dixiſti cum me Baptiſabas? Reſpondit illa Salutationem Angelicam, & integrum die ſequenti roſarium.* Inconvenientia majoris ponderis ab hoc eventu ſequuta congerit à num. 2110. difficilioremque recitat alterum à num. 2112. ſtatuens. *Ut innoteſcat clariùs non eſſe permittendum fæminis extra extremum periculum Baptiſare.* Nec reticeam alium, cujus teſtis oculatis fui; vocatus ego ad nativitatis Dominicæ matutinum recitandum in vehementi partu cujuſdam cognatæ; & obſtetrix mortuam ſobolem Baptiſarit natam ſed jam defunctam ab ea inquiſivi utrum Baptiſata, affirmabat jure jurando ſe ipſam Baptiſaſſe, dum caput ſolum è ventre deduxiſſet cognito periculo naſcentis; hac bona fide ſepultus fætus in Eccleſia quadam, manſit per terdecim menſes cumque quadam die domus ancilla in alio partu cum illa obſtetrice rixas haberet jactaretque probra, inter alia auditum fuit à Domino domus vociferaſſe hanc mendacem perjuramque obſtetricem, hæc, & ancilla ante legitimum judicem vivam juramēto teſtificatunt nullatenus ſobolem ſepultam Baptiſaſſe, ſed ita protuliſſe ne ſibi imputaretur abortus, & ab eis ædibus exul fieret: intuere quam futili fine tot momenti res introduxit Compertoque in Eccleſia, & certâ notitiâ, habito

Digitized by Google

cadaver fore non Baptiſatū, proviſum fuit quod expedicbat non abſque difficultate.

7. His aliiſque impedimentis ſalutis æternæ infantiū expertis ab Eccleſia opportunum prǫveniens remedium contra temerarios mulicbres auſus ſtabilit prudenter modum miniſtrandi Sacramentum Baptiſmi ad mortis periculum infantibus dumtaxat; quod cum non occurrat in caſu quem gerimus de adulto, non comprehenditur in ea prohibitione; plauſibilis eſt ſententia inſinuata à Gloſſa cap *Etſi Chriſtus* de jure jurando verbo ceſſante, in principio, quam ex juriſtis tenent Panormitanus in cap. quia in inſulis, & alii ex Theologis Cayetanus tom. 1. opuſculorum trac. de Matrimonio quæſt. 2. Ledeſma. Dubi 17. de Matrimonio pag. 1275 Emanuel ſa dic. lex num. 1. videlicet quod quoties lex, vel conſuetudo vim legis tenens ſtabilitur ad vitanda inconvenientia, ceſſat in particulari caſu; hic non intelligitur contentus ſub lege: in foro contentioſo; adamuſſim ita obſervatur à judicibus, quando aliquis accuſatur de fractu legis; præcipuus Scopus in proceſſus examine, an ſubſiſtant inconvenientia, purgatuſque reus, quod in eo individuo caſu ceſſarunt, abſoluitur decſaratus nullum contraxiſſe reatum; ſi non ceſſare comperitur, condemnatur; de quo Suarez lib. 6. de legibus cap. 7. à num. 5. & toto capite 8. Salas prima ſecundæ. Diſp. 11. ſep. 3. num. 31. Concl. 3. Sed ut ceſſent totaliter debent inconvenientia verificari tunc non concurrere; igitur ſi in Baptiſmate præſtito Maumethano nullum reperitur inconveniens, de his quæ cavent jura ut liquidò patet, licitè potuit à Religioſo Baptiſari, inconſulto Parrocho, præterqamquod licet per duos dies adhuc viveret recenter converſus, quando Baptiſmum ſua ſponte petivit, poſt horam inqua catechizabatur, adveniente Medico & pulſum tangente infirmi hæc dixit. *Apriſa apliquenle la aqua bendita que los pulſos indican que novivira media ora* ſtatim vocatus Prælatus Monaſterii, eoque annuente à particulari Religioſo Baptiſatur; ſimiliter dequadam obſtetrice aliquando conſultus; an peccaverit Baptiſans infantem moribundum præſente Parrocho, qui tacuit, nec aquam ab illius manibus aſtulit, & ipſe præbuit Sacramentum; non peccaſſe mecum cenſerunt, quia qui tacet conſentire videtur; ita factum innuitur tunc ab obſtetrice ex Parrochi commiſſione? Admonet Diana 5. parte trac. 3. reſol. 13. prope finem. *Cavendum eſt igitur maxime ex his, ne ille à quo petitur, ut miniſter in periculo mortis Baptiſmus propter ſcrupulos, relinquat morientem ſine Baptiſmo.* Impertinentes fuiſſent, imo & culpabiles ſcrupuli Religioſorum, ſi periclitaretur ille Adultus & mortem ſubiret abſque Baptiſmate in mora vocandi Parrochum.

8. Ergo Maumethanus, dictus Amete (& Baptiſatus moribundus appellatus, Didacus Franciſcus) cum manumitteretur à Domino ſub conditione quod converteretur, & conditione jam eſſet expleta ipſeque promitteret à die manumiſſionis ſervitio conventus ſeſe addicturum, de familia Monaſterii erat famulus, & in eo domicilium acquiſivit; familiaris ſeu famulus Religioſorum conſtitutus in exemptionem à juriſdictione Ordinarii quod Sacramenta accipienda, (quæque iſta ſit ante Baptiſmum voluntaria, ex dictis num. 3. cum Caramuele) & poſt Baptiſmûm, per ea quæ tractant Martinus de ſan Joſeph in ſua ſumma lib. 1. trac. 4. num. 4. & Rodriguez tom. 2. quæſtionum Regularium quæſt. 77. art. 1. §. qui autem ex Gloſſa in 3. quæſt. ubi familiares vocat conſanguineos colonos, & omnes habitantes in domo, qui expenſis alicujus commenſales continuè exiſtunt; famulos autem qui ad ſervitium, aut pro libito deſtinantur, vel conducuntur; inde quia à triplici origine ſeu radice cuique reſultat domicilium ut familiaris, vel famulus ſuffragetur privilegiis domus, ex Gloſſa in caput *licet* voce *Domeſt.* De privilegiis; Baptiſatus Adultus jam famulus conventus conſtituebatur cumque poterant Religioſi Baptiſare, & alia ſacramenta adminiſtrare tamquam uni de ſua familia vel familiari juxta aſſerta num. 6. precipue inconcuſſo principio adhærendo, domicilium acquiri, vel nativitate, quod appellatur originis, vel Baptiſmate, vel perpetua manſione; & ne hæreas dicam ſufficere animum permanendi perpetuò in aliquo loco ad domicilium, quamquam nulla præceſſerit habitatio; vide Villalobos tom. 1. trac 11. difficul. 9. num. 2. Thomam Sanchez tom. 1. de Matrimonio lib. 3. diſp. 23. num. 1. Ad domicilium igitur acquirendum à Maumethano in eo conventu jam quæcumque neceſſaria tenebat, ut de ejus familia computaretur etiam in ſtrictiori opinione illorum qui expoſcunt decennium inſimul cum habitatione ad illud comparandum in aliquo loco, (quod judico ſine fundamento) namqui proponit perpetuam habendam habitationem, decennium proponit, & domicilia non verificantur à die in quo tempus completur, niſi quando inchoatur ex animo habitandi toto eo tempore quo jura diſponunt; quod omne complectitur citatus Sancius proferens n. 2. *Non tamen opus eſt ad Domicilium contrahendum decennio habitaſſe, ſed ſtatim, ac quis incipit habitare animo perpetuo ibi manendi acquirit domicilium.* Quam clauſulam oſtendit efficaciter ita. *Probatur ex l. Domicilium ff. ad municipia ibi domicilium re & facto transfertur, juncta Gloſſa verbo domicilium; ubi inquit. Facto ſubintellige & animo; nam hac duo ſunt neceſſaria; Ergo cum hic ſit factum & animus perpetuò habitandi comparatur domicilium.* Hæc formalis mea concluſio; ſtatim ac baptiſatus fuit inductus inconſultatione, impletam tenuerit conditionem manumiſſionis, & animum in ſua optione liberum ad eligendum domicilium, hocque elegerit in famulatum conventus; a quo acceptatus fuit in unum de *ſua familia*, ergo jam à juriſdidictione Ordinarii erat exemptus & ad Religioſos pertinebât, nulloque conſulto Parrocho potius ad mortis horam adminiſtrari debebant Sacramenta pænitentiæ, Euchariſtiæ & extremæ unctionis dum eorum inveniatur (ſicut repertus fuit) capax; & poſt tranſitum ab hac vita, cadaver ſepelire tamquam unum de ſua familia videndus Barboſa de quodam privilegio conceſſo Minimis ſancti Franci de Paula, quod omnes participent mendicantes.

9. Notandus Azor tom. 3. ſuarum inſtitutionum moralium lib. 13. cap. 15. §. notandum eſt in idem confirmandum. Ait. *Ad domicilium ſatis eſſe alterum, iſtorum, nimirum ut quis lares alicubi conſtituat; hoc autem tunc accidit quando quis familiam ſuam alicubi conſtituit, animo habitandi ibi perpetuo l.* Cives cod. de incolis, & Gloſſa ibi; *Si conſtituat iterum diſceſſurus, hoc non facit incolam, ſed peregrinum.* Nec ſilentio prætereundum ad majorem cunctorum intelligentiam, quod expreſſit Bonacina tom. 1. diſp. 8. de Sacramento ordinis quæſt unica puncto 4. num. 10. *Animum manendi per aliquot tempus in aliquo loco non ſufficere ad contrahendum domicilium alioqui ſcholares contraherent domicilium in ea civitate in qua ſtudiorum cauſa decreverunt ad octo, vel decem annos commorari.* Et num. 10. *Non ſufficere ſolum animum manendi in aliquo loco, ſed requiri ſimul actualem habitationem, quamobrem, qui ſolum mente ſtatuit in aliquo loco habitare, & re ipſa nondum incepit habitare non contrahit domicilium in eo loco, ſicut neque amittit domicilium per ſolam intentionem inde diſcedendi.* Compone quæſo, cum animo perpetuo habitandi, illam Bonacinæ clauſulam, *& reipſa nondum incipit habitare.* Et inveniens qualis habitatio ſufficit; non enim exigitur quod per aliquod tempus inſit, ſed abundat, ut ſit perinſtans primum habitationis in fieri, quamquam in facto eſſe

Digitized by Google

nondum verificetur; & colliges qualiter Maumethanus à nullo alio niſi à Religioſis illius Conventus debuit baptiſari (etſi non ſolemniter occurrente neceſſitate: de quo mox) promiſſus fuit à Domino manumitendus ſtatim ac converteretur, nec ſpecificatum fuit baptiſaretur; Sed ante baptiſmum converſus fuit, & tunc animum tenuit permanendi in eo Monaſterio & acceptatus ab ipſo, ut de ſua familia; Ergo non ad alios niſi ad ipſos pertinebat Sacramentum adminiſtrare. Probatur conſequentia. Non ſolum Religioſi, verùm & quotquot de ſua familia connumerantur ita quia à jure eximuntur, Parrochus eorum proprius eſt localis Prælatus cui imcumbit cura & ſollicitudo talium animarum; Sed ante baptiſmum jam erat Maumethanus de familia illius Monaſterii; Ergo ad Religioſos pertinebat in eo articulo mortis miniſtrare Baptiſmum, & alia Sacramenta, ſepulturamque poſtea, ut numero ſequenti amplius ſpecificabitur ſoliditate Doctorum; advertenter poſui, *in eo mortis periculo*, in occurrendam replicam quod cum contingeret extra illud baptiſandum Maumethanum, debebatur à religioſis defferri ad Parrochum, ſiquidem jura diſponunt, in ſacris Canonibus nullum nec parvulum, nec adultum, preciſo mortis periculo extra fontem nomine baptiſmalem Sacramentum baptiſmi accipere, cum eis ceremoniis, quę Ritualia decernũt; à quibus occurro replicæ efformandæ in caſu conditionali, dum ſemel baptiſatus in eo mortis periculo de infirmitate convaleret, aut intuitu remediorum ſive divinitus tenebantur religioſi illud ad Eccleſiam Parrochialem deferre in ſolemnitatem Baptiſmi; non in Baptiſmum, quod eſt Sacramentum imprimens caracter conſequenterque initerabile, modo quo infans cujus vita periclitatur, naſcens, & valide baptiſatus in domo Paterna, poſtea ad Eccleſiam Parrochiæ defertur id ſolemnitatem Baptiſmi non in Baptiſmum; ſolemnitas etenim non eſt, de jure divino niſi Eccleſiaſtico ut latè Scotus 4. diſt. 38. quæſt. 1. §. dico num. 2.

10. Quod autem nullum præjudicium à facto Religioſorum cauſatum fuerit nec Parrocho, nec Juribus Diocœſani ab hoc quod relata Sacramenta adminiſtrata fuerint à Religioſis, oſtenditur. Qui utitur privilegio quo à favore Principis eximitur, nullum cauſat præjuditium illi, qui abſque tali privilegio id faceret injuſte, non obtento illius beneplacito ſeu licientia; Sed Religioſi in eventu conſulto ſuis utebantur privilegiis; Ergo nullum cauſarunt præjuditium. Pro minori adverto quod de familia cujuſvis conventus eſt quicumque aut ut profeſſionis factæ vel faciendæ, ſeu quia iſtud elegit indomicilium, animo ibi permanendi, qualiter famuli ſeu familiares Monaſterii ibi habitantes conventui domiciliari dicuntur; dequibus Portel tom. 1. in dubiis Regularium dictione famuli ſeu familiares Fratrum. *Poſſe regulares ſuis famulis intra conventum degentibus omnia miniſtrare Sacramenta, etiam in articulo mortis & illos in ſuis Eccleſiis ſepelire etiam ſi dum viverent ibi ſepulturam non elegerint.* De eo fuſius Rodriguez tom. 2. qq. regularium quæſt. 77. art. 2. Miranda in ſuo manuali prælatorum tom. 1. quæſt. 49. art. 1. §. ſed. pro familiaribus, recenſet conceſſione Clementis IV. *Ut his qui in noſtris commorantur obſequiis cuncta libere miniſtrare poſſimus Sacramenta, & ipſos cum defecerint in noſtris Cameteriis ſepelire.* In fine autem articuli poſt data alia indulta in ipſum conducentia, concludit. *Quibus omnibus, privilegiis potiuntur utique, ac poteri poſſunt non ſolum fratres, quibus directè & immediatè facta ſunt prædicta conceſſiones, verùm etiam omnes alii privilegium habentes communicationis:* Ergo habentes Religioſi in quorum conventu mortuus fuit baptiſatus, iſte famulus jam, ſeu familiaris Monaſterii tenebat communicationem privilegiorum & ideo Sacramenta ſuſcipere quibat, defunctumque ſepeliri, cum privilegiorum conceſſorum (aliis etſi Religionibus) uſu, nil præjudicabant Parrocho ſeu juribus Eccleſiaſticis; etenim vel illa ſunt privilegia vel non, ſi non, fruſtanea, & illuſoria videtur apoſtolica conceſſio, quod abſque gravi cenſura non affirmabitur; ſi privilegia ſunt, aliquid concedunt in liberam & licitam executionem ſeu uſum; quod tenor dictionum *liberè & licitè* ſignificant. Quid concederetur dum gravaremur beneplacitum, licentiam, aut commiſſionen Parrochi ſeu diœceſani expectare eodem pacto ac ſi nil præceſſerit indultum in favorem regularium.

11. Ulterius quoad ſacrum Viaticum, & Extremam-Unctionem, ſepulturam que more adultorum, non immoremur in illis quæ per ſe nota ſunt; ab hora enim inqua ille homo manſit baptizatus capax erat omnium Sacramentorum quæ in Eccleſia Catholica adminiſtrantur adultis, & alias in ſuſcipiente non eſt obex, ſeu impedimentum quoad receptionem; nullus dubitat ad mortis horam urgere præceptum Eccleſiaſticum vel divinum confeſſionis Sacramentalis, ſaltem ſi aliquod peccatum mortale præceſſit commiſſum, de quo Caſtro Palao tom. 4. trac. 23. de pœnitentia diſp. unica puncto 20. nu. 6. *Perſonæ quæ divino præcepto confeſſionis aſtringuntur ſunt fideles poſt Baptiſmum in peccato mortali lapſi, quia ſolum peccata poſt Baptiſmum commiſſa Sacramento Pœnitentiæ ſubjici poſſunt. Unde fit infideles obligari non poſſe præcepto divino confeſſionis.* Poſt Baptiſmum; infidelis non erat jam; proſequitur nu. 7. *Dixi lapſi poſt Baptiſmum in mortale peccatum, nam habentes ſola peccata venialia neque præcepto divino neque Eccleſiaſtico aſtringuntur.* Quibus compatitur illum qui tantummodo uno veniale maculatur meritoriè ad horam mortis exortari in Confeſſionem Sacramentalem, Viaticum, & Extremam-Unctionem percipiendam; in Euchariſtia autem urget ſpeciale præceptum, in ea hora, præcedat vel non in homine baptizato peccatum ullum, ſive mortale ſive veniale; aiente eodem Palao eo tomo 4. trac. 21. diſp. unica puncto 14. nu. 4. *Longè veriùs eſt præcepto divino omnes fideles aſtringi ad communionem percipiendam in articulo mortis*: Ergo baptizatus ille qui fuerat Maumethanus, nec deficiente opportunitate adminiſtrandi prædicta Sacramenta utiliùs & decentiùs pro ſua ſalute æterna ſatagebant Religioſi ea illi donanda; & penes Extremam-Unctionem ſufficere unum tantummodo veniale commiſſum poſt Baptiſmum certiſſimum eſt, juxta tradita à Joanne Santio in ſelectis diſp. 27. num. 18. (quam ſententiam, fore Scoti oſtendo ſectione 32. de conceptione num. 926.) ſicque Parrochum noſcentem per confeſſionem nullum à puero commiſſum veniale nondumque capacem Sacramenti pænitentiæ, nec præbere Extremam-Unctionem licebit. Probabilitatem non negabo ſententiæ plurium (quod citat & ſequitur Diana 2. trac. 4. reſol. 181. infirmantium in Extremam-Unctionem ſuſcipiendam non requiri ut ullum præcedat peccatum & de eo Palao trac. 26. puncto 6. num. 9. ſi *Adultus immediate poſt Baptiſmum ſuſceptum ſi in morbum incidat periculoſum poſſe & debere ei unctionem miniſtrare, quia ad illius ſuſceptionem non expoſtulatur actualiter peccaſſe, ſed expectata ſuſcipientis natura potuiſſe peccare, capacemque ſuſcipientem eſſe gratiæque Sacramentàlis* Conſonè ad iſtas doctrinas quid clarius, ut plaudantur Religioſi qui hominis illi in adimplendum præceptum de viatico, & augendam gratiam, utrumque miniſtrarunt Sacramentum, conſtituto jam illo de ſua familia, & ſub pabulo illius Paſtoris talis conventus.

12. At quia verſamur in materia quam tenemur ſatisfacere perquamcumque opinionem, & illa quæ viget penes Sacramentum unctionis de requiſito peccato veniali (quam pro viribus curat fore ex Angelico Doc-

Digitized by Google

tore, Didacus de Nuño tomo ſecundo in 3. partem quæſt. 32. art. diffic. 2. & art. 4. concluſione 2.) examinati fuerunt duo Religioſi aſſiſtentes illi moribundo poſtquam baptiſatus fuit an impatientiam aliquam, vel mendacium leve noverint in illo infirmo, & ſub juramento teſtificarunt duo mendatia levia competuiſſe ab eo commiſſa, nam cum in febre maligna ſiti angeretur, & aquam ad refrigerium peteret languidus, cumque daretur, & ipſi diceret dans aquam, ne aliquam trajiceret in ſtomachum, interrogatus, ſi trajecit, negavit, & ab una hora, potum iterum petens infirmus in lacrimas converſus, diſcedente jam eo qui primam aquam præbuit, alter duos alloquitur proferens illis mendacem non futurum,ſicut effecerat cum primo, cui negavit ſe non trajeciſſe aquam, quem revera trajecerit: Tandem infirmarius conventus cordiale miniſtrans, & antea in abluendum os aquam naturalem quam deglutiſſe novit, dum objurgaretur id negavit ægrotus;quæ & alia experta, & præeunte præcepto ſanctæ obedientiæ ad Religioſos qui teſtificabant, indagata veritate de mendatiis, perſuaſus fuit, ut de illis confeſſionem efficeret Sacramentalem, quam valde renuebat; ſed concilio & benignitate convinctus fuit, atque divina gratia operante Sacramentum pænitentiæ recepit; nondum tamen determinantur Religioſi viaticum ipſi adminiſtrare, uſque dum catechiſatus adequatè, notus de eo quod recipiebat foret in hoc Sanctiſſimo Sacramento, luce ſuperna potius quam exemplis quibus inſtructus fuit à ſex lectoribus Theologiæ, decretum fuit capacem ſuſcipiendi viaticum, & adductum, tanta devotione, atque tali incremento animæ dicitur ſuſceptum ab illo, quod fortaſſis de multis annis catholicus non tali fervore & reverentia ſuſciperet præcipuè, cum gratiarum actio ab eo poſt exhortaretur acturus propter majus beneficium à ſe acceptum in ſacra ſinaxi. Unde liquet quod ſi capax inventus fuit ex illo duplici mendatio levi, Sacramenti Pænitentiæ, iſtudque rite adminiſtratum, & legitimè præſtitum Sacramentum Unctionis, etiam capax fuit ſimiliter in ſententia illorum qui ad illud ſuſcipiendum requirunt peccatum veniale perpetratum poſt Baptiſmum, quantumvis tam proxime ad iſtud, illud ſuſceperit.

13. Gaviſus ſui cum inſolidandum meum proprium dictamen inveni formalia ſequentia verba in Diana 4. par. trac. 4. reſol. 119. §. ſed contrarium. *Anno 1620. teſtatur ipſemet Sancius fuiſſe miniſtratum cathecumeno Matritenſi mancipio Maumethano periculoſo morbo decumbenti Sacramentum Baptiſmi, Euchariſtiæ, & Extrema-Unctionis ſucceſſivè unum poſt aliud.* Memor non eſt Sacramenti pænitentiæ, fortaſſis quia in illo converſo non eſt inconventum peccatum veniale poſt Baptiſmum, qualiter repertum in eo quem gerimus per noſtram conſultationem; & concludit Diana. *Unde licet Nunnus ubi ſupra, & alii aſſerant in tali caſu ſub conditione miniſtrandam eſſe Extremam unctionem; attamen ego puto cum ſupra dictis Doctoribus abſolute poſſe miniſtrari; ex quibus valde miror aliquos Parrochos baptiſare infideles tempore mortis, & tamen illis Sacramentum Extrema-Unctionis minime miniſtrare.* loquitur conformiter ad ſua principia, nempe opus non eſſe præceſſiſſe ullum peccatum in ſuſcipiente Extremam-unctionem; validèque ab his confirmatur Religioſorum factum, qui etſi non præiſſet pænitentiæ Sacramentum, legitimè & prudenter miniſtrarunt illi Euchariſtiam, & Extremam-unctionem; imo etiam in noſtris Scoticis principiis exigentibus veniale commiſſum ad Extremam-unctionem ſuſcipiendam, tenemus probabiliter cum Nunno potuiſſe ſub conditione præberi. Sed dicet aliquis; cum in tota hac delatione tam ſolertes fuerunt Religioſi adminiſtrando illa quatet Sacramenta, cur non vocarunt illius civitatis Epiſcopum ut conferret tali converſo confirmationis Sacramentum, uno duorum dierum in quibus vixit, nam licet ſalus æterna non periclitaretur ſine tali Sacramentis, at de eo ſcribit Angelicus Doctor 3. p. quæſt. 72. art. 8. ad quartum. *Anima ad quam pertinet ſpiritualis ætas immortalis eſt, & ideo etiam morituris hoc Sacramentum id eſt* (Confirmationis) *dandum eſt, ut in reſurrectione perfecti appareat ſecundum illud Epheſ 4. donec occurramus omnes in virum perfectum in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti; & ideo Hugo de ſancto victore* (Libro 2. de Sacramentis par. 7. cap. 3.) *Dicit; omnino periculoſum eſſe, ſi ab hac vita ſine confirmatione migrare contingerint, non quia damnaretur, niſi forte propter contemptum, ſed quia detrimentum perfectionis pateretur.* Ubi ſanctus Doctor ſupponit peccatum mortale fore non ſuſcipere confirmationis Sacramentum, omiſſum ex contemptu; & probabilis eſt ſententia eorum qui aſſerunt contemptum fore data opportunitate ſuſcipiendi illud, ſuſcipere non curare, ergo ſaltem peccarunt Religioſi non monentes Epiſcopum, ut in exercendum opus tantæ charitatis iret, & cõfirmationem adminiſtraret. Teſtis occularis fui quod id à religioſis præventum fuit ſtatim ac Baptiſmum adminiſtrarent, & tamen quia abſens erat loci Antiſtes nec facilè poſſet advenire vocatus non fuit quod ſi in iſto culpantur Religioſi; quot ſæculares culpandi qui non vocant antiſtites, ne ſui filii abſque Sacramento confirmationis moriantur. Si non arguendi de contemptu iſti; & cur illi, etiam ſi Epiſcopus in ea civitate eſſet neque præveniretur aut à regularibus illis vocaretur.

14. Penes ultimum, ſcilicet funus patet legitime factum à fundatis num. 10. de domicilio quod acquiſivit in Monaſterio, aiente Bonacina tom. 2. diſp. 3. de contractibus quæſt 21. de ſepulturis, puncto 3. num. 6. primo cum. *Qui aliquo in loco domicilium habet ſepeliendus eſt in loco inquo domicilium habet, ſeu habitat ut probatum eſt, niſi alibi ſepulturam elegerit.* Sed defunctus alibi ſepulturam non elegit; ergo in monaſterio ſepeliri debuit; nihilominus urget difficultas, nam cum mortuus ille dum vixit de conſequenti incapax fuiſſet teſtandi, quia in ſumma paupertate nil proprium tenebat, ſive providere de funere nequibat; ideo ſtare juri communi tenebantur Religioſi in humando eo. Ritualia Apoſtolica diſcriminant, & in more eſt, diverſimodè ſepelire eos qui recenter baptiſati ultimam claudunt horam, ac alii poſt baptiſmum multo tempore viventes ætate adulta; iſti funera tenent in Miſſa, & reſponſoriis de requiem; illi in Miſſa dicta Angelorum, unde aliqualiter diſputabatur à Religioſis, quibus ceremoniis ſepeliendum illud cadaver, firmabant aliqui; funeri dandum modo quo humantur perpetuo amentes ab infantia, quibus quandoque adminiſtratur etiam Extrema-unctio; at moniti de Sacramento pænitentiæ quod adminiſtratum fuit ipſi, omnes convenerunt ſepeliendum more Adultorum, ſicut & factum fuit; quæ res tam clara patet ut non indigeat alio niſi eis clauſulis, quas ſcripſit Franciſcus Amicus tom. 7. Theologiæ Moralis diſp. 29. num. 59. *Omnes Adulti baptiſati cum perveniunt ad eam ætatem quæ plenum rationis uſum ſciunt, diſcernere inter hunc panem ſacrum & communem* (Adde, & communicare, inter Adultos reputandi ad ſepulturam debent) *Quæ tamen ætas nequit certo termino d ffiniri.* Pauciſque interpoſitis. *Notant Doctores minorem uſum rationis requiri ad præceptum confeſſionis, quam communionis; ad confitendum enim ſufficit poſſe diſcernere inter bonum & malum; ad communicandum ulterius requiritur poſſe diſcernere inter cibum ſacrum, & communem.* Ergo judicatus capax utriuſque Sacramenti computandus erat inter illos adultos de quibus Palao tom. 4. diſp. unica trac. 26. pun. 6. nu. 3. firmat ſepeliendos ritu adultorum quid.

Digitized by Google

illis duobus diebus in quibus vixit potuit alia committere peccata, & ſuffragiis Eccleſiæ indigere, dum prædeſtinata ejus Anima, (ut piè creditur) non adæquatè ſatisfecit, & ſatiſpati egebat in purgatorio.

CONSULTATIO XVII.

De ſcandaloſo Sacerdote Reipublicæ noſcivo, & à ſæculari occiſo.

IN quadam Hiſpanica Diœceſi, Sacerdos quidam aggregatur Vandolinæ centum hominum, quos idiomate noſtro, vocamus, *Foragidos*; duxque eorùm conſtitutus; neque à ſuis Prælatis, neque à juſtitia ſæculari capi uſquam potuit, cumque commune perſentiretur damnum, quidam ſtratagemate, ſuo ſodalitio ſe conjunxit, atque ſpe obtinendi vitam cujuſdam fratris ſui (qui propter homicidium perpetratum in duello carceri mancipabatur, parſque contraria erat potentiſſima, & acriter inſtabat interfectori pœnam capitalem dandam) promiſit Regni Præſes, damnati ad mortem unum vitam daturum cuicumque, qui clericum ſcandaloſum, vel vivum, vel occiſum adduceret; hac fiducia, & ut fratrem duellatorem à morte liberaret ſocietati Sacerdotis ſcandaloſi ſe ſe conjunxit; per ſeptemque menſes duravit in tam perfido commitio tot pleno enormitatibus, & ſummam confidentiam de conſotio tenuit, Sacerdos bannitis & in ea plura quæ aliis de ſuo ſodalitio non fidebant, cum ipſo communicabat ex ſtrictiori amicitia, quam conceperat; in tantum quod ſæpè diceret ſe nuſquam hominem inventum tam ſui affectus, velut qui noviter congregationi, veneat; quadã die ambo exeuntes ad ſaltum ſaxorũ altiſſimum relicto in valle ſatellitio pauliſper obſervata occaſione præcipitavit Sacerdotẽ, quo mortuo monuit Regni Præſidem, qui juncto agmine, perſecuti illi qui de Vandolina erant, quia ſine duce, alii fugerunt alii ſuſpendio in viis publicis pœnas luerunt; inquiſitũ flagitioſi Sacerdotis cadaver inventum fuit per partes diviſum, capite tamen & facie integra, ita ut pluribus teſtificabatur cognitus; quinque curioſiſſima in dubium vocata fuerunt. Primum; an peccaverit occidendo Sacerdotem noſcens enim fore in peccato mortali. Secundum, utrum tam Regni Præſes quam quotquot cooperarunt illius morti fregerint immunitatem Eccleſiaſticam. Tertium, An tempore quo Sacerdotis occiſor in tam nefario ſodalitio perſeveravit v. g. non audiendo ſacrum die Feſto; non jejunando, & aliis. Quartum. Utrum etiam cooperatione in latrociniis Reus fuerit. Quintum. An à judicibus legitimis puniri deberet propterea quia complex in talibus atrocitatibus flagicioſſiſimis.

SUMMARIUM.

OCCIDERE aliquem quem ſcio eſſe in peccato mortali an lethalis culpa num. 1.

Non licet Marito interficere uxorem in flagranti delicto deprehenſam num. 1.

Lex injuſta exponens animam damnationi æternæ numero. 1.

Civilis lex impunitum relinquit Maritum occidentem uxorem in adulterio, non ea quæ conſcientiæ eſt, numero. 1.

Caſus in quo licitè interfici quit reus non dato tempore ut pœniteat num. 1.

Cur peccat Maritus occidens conjugem in flagrantia num. 1.

Quando judex debet dare Reo tempus in pœnitendum n. 1.

Eventus ſpeculativè, & practicè poſſibilis num. 2.

Quid malum fore per ſe num. 2.

A ſola impœnitentia mors in peccato finali num. 2.

Nulli in hora mortis deficit auxilium ſufficiens ne damnetur num. 2.

Angelus cujuſque cuſtos in ea hora juge illuminat numero 2.

Rariſſimus caſus de duobus adulteris prædeſtinatis in flagrantia delicti occiſis num. 2.

De inſolenti clerico eventus deciſus num. 3.

Dolet Caramuel inopiam Epiſcoporum num. 3.

Hiſpaniæ zelus in exaltandam fidem Catholicam numero 3.

Replica contra ſæcularem pœnitentem Eccleſiaſticum num. 3.

Cupit Caramuel reformationem tribunalium Eccleſiaſticorum & minuendos Epiſcopatus in italia numero 3.

Conſequentia hujus Doctoris mirabilis num. 3.

Libertas clerici in pernitiem reipublicæ à quo punienda num. 4.

Impotentia judicis Eccleſiaſtici ad puniendum ſubditum cui æquivalet num. 4.

Non aliter Reipublica ſeculari licet ſe defendere ab alia ſæculari invadente ac ab Eccleſiaſtica ſi injuſtè invadat num. 4.

Leges Eccleſiaſticum non obligant cum vitæ diſpendio num. 4.

Quando culpabilis judici ſæculari clerici facinoroſi occiſio num. 5.

Concurſus ſeu influxus directus vel indirectus in mortem, & qui peccaminoſus num. 5.

Petri Sarpi volumen examinatum, & reprobatum numero 5.

Latro publicus, graſſatorque viarum propriè, quis, numero 5.

Bis vel ter delinquens non cenſendus publicus uſurarius; ſimiliter meretrix num. 5.

In Territoriis ſæcularibus Eccleſiæ ædifitia non reputanda num. 6.

Quando privatur immunitate Eccleſiaſticâ, & ſepultura Bannitus num. 6.

Quomodo hic intra Eccleſiam exiſtens occidi licitè queat, aut non & à quibus num. 6.

Violenta quæque ſanguinis effuſione polluitur, ſeu violatur Eccleſia num. 6.

Lex pœnalis exprimens caſum, non extendenda ad non expreſſum num. 6.

Exceptio quædam ne intelligatur extenſa ad non expreſſum num. 7.

Digitized by Google

Vtens ſuo jure nullum injuriat num. 7.

Juditium Dianæ circa immunitatem Eccleſiaſticam; num. 7.

Suo jure utitur judex etiam in executione ſententiæ num. 7.

Æquè annectitur loco, & perſonæ immunitas Eccleſiaſtica num. 7.

Dimittens clericus habitum, & tonſuram qualiter à judice ſæculari puniri quit num. 7.

Declaratio ſacræ Congregationis Cardinalium numero 8.

Conjectura ut præſumatur clericum relinquentem habitum, & tonſuram, non rediturum ad ſuum ſtatum num. 8.

De clericorum incorrigibilium pœnis num. 8.

Applicatio doctrinæ ad caſum conſultum num. 9.

Amiſſo immunitatis privilegio, hac non frangitur numero. 9.

Clerici Aſſeſſini non gaudent immunitate num 9.

Degradatio à ſtatu clericali duplex num. 9.

Quando clericus degradatus ſeu degradandus cenſendus num. 9.

Eo quod clericus Aſſeſſinus declaratur, privatur immunitate num. 9.

Bannitorum delictum ſpeties Aſſeſſinatus num. 10.

Triplex ſignificatio vocis Aſſeſſinus num. 10.

Licet quandoque hoc promulgare edictum contra Bannitum, adducatur ſive mortuus ſive vivus *num.* 10.

Quo pacto liceat præmium offerre ei qui Bannitum occidat, & inſidias in interficiendum parare num 10. *&* 11.

Innocentius XI. de proxima occaſione peccandi numero 11.

Æquè hæc vitanda, in quoquo peccato num. 11.

Caſus in quibus licet conſulere minus malum in vitandum majus num. 11.

Nulli licet ponere aliquem in proxima peccandi occaſione num. 11.

Sumens habitum Bannitorum licitè ne? num. 11.

Non facienda mala ut inde ſequantur bona num. 11.

Nullo prætextu licet alicui peccatum veniale numero 12.

Etſi fama, vita, bonum commune occurrat, etiam majora vitanda damna, aut æterna damnatio numero 12.

Minus eligendum malum dum ad unum ex duobus coarctatur electio num. 12.

Minus electum ſit rationem tenet boni num. 12.

Sophiſticum ſolutum Argumentum num. 12.

Bannitus unde peccat non audiens Miſſam nec jejunans num. 12.

Non puniendus operans lege conſentiente ſed id qua ratione 13.

In pœnis benignior fiat interpretatio num. 13.

Quid in conſcientia de eo qui voluntariè ſe impedit ad jejunandum num. 13.

Ad quid tenetur judex promittens ſe non puniturum eum num. 13.

Prætextus qui licet in vindictam injuſtam, aſſeſſinatus vocatur num. 13.

Reorum pœna qualiter licitè relaxatur, vel à judice, vel à Rege num. 13.

1. PENES primum adhæreo Caramueli tom. 4. in Theologia præterintentionali morali præcepto 6. caſu 11. num. 3027. oſtendenti occidere aliquem in peccato mortali ex ſe non eſſe malum; nam contingit quotidie à Deo factum, impenitentes enim interfecit Divinum numen ſubito Dathan, & Abiron num. 16. v. 32. idolatraſque quos invenit Moyſes ſine pœnitentiæ ſpe occidere fecit, noſcens in peccato finali ultimam clauſuros horam Exodi 32. à v. 22. Huic quin moram peragem qualiter ſubſequentia pronuntiata Caramuelis cohæreant cum his quæ ab eo tranſcripſi conſul. 15. num. 16. ei adhereo in iſtis aſſertis: Verba illius ſunt. *Non eſſe per ſe, & intrinſece malum, occidere hominem exiſtentem in peccato mortali, jam clemens illum caſum proponendo in quo damnatus capite expiare per Sacramentalem confeſſionem ſuam non velit; poteſt enim, impœnitentia hac non obſtante, tradi Miniſtro publico* (adde carnifici) *& plecti.* Veriſſimum pronunciatum, cum id fuit authoritate judicis publica, & fortaſſis de ea loquitur ſubjungens, ne ſibi oppoſitis arguatur *Maritus qui conjugem in adulterio deprehendit poteſt illam tuta conſcientia occidere.* Si enim loquatur de authoritate privata, & non præcedente ſententia judicis conſtituentis maritum executorem ejus, eſt propoſitio damnata ab Alexandro VII. nam inter 45. quas reprobat 20. in ſerie hæc eſt. *Non peccat maritus occidens propria auctoritate uxorem in adulterio deprehenſam.* Nunc urgit Caramuel num. 3024. illa lex eſt injuſta, & impia quæ exponit animas evidenti æternæ damnationis periculo; ſed lex quæ impunem deducit Maritum occidentem uxorem inventam in flagranti adulterii delicto impunem relinquit eum, qui ponit illos in evidenti damnationis periculo; Ergo eſt injuſta) quidquid ſit de foro exteriori impunitatem decernenti prædictam, l. merito ff. de adulteris l. Grachus eodem titulo de quo fuſius redibit ſermo conſul. 24.) ut ergo ſolvat prædictum argumentum, illam maximam ponit Caramuel; Sed ſine neceſſitate recurrit ad eam addens citato numero 3027. *Addo & nunc caſum in quo petenti tempus confitendi non poſſe concedi nam in generali conflictu quando conferuntur, ſigna pares Aquilæ, & pila minantia pilis ſine ullo delectu adverſarii, nec audiretur qui diceret expectate, quia ſum in peccato mortali; date mihi tempus ut poſſim confeſſarium adire; Ergo iterum concluditur non eſſe per ſe malum hominem exiſtentem in peccato mortali occidere.* Nec propoſitio catholica eſt ſic dicta dum fit authoritate publica ſicut in bello ſed non in confirmandum quod intendit de marito interfectore ſponſam repertam in flagante delicto; quia hic eam non occidit autoritate privata. Et conſonè Egidius Trullench tom. 2. in decal. lib. 5. cap. 1. dub. 2. num. 7. *An judex qui certis inditiis & ſignis conjecit ſi reum ſtatim pœna afficiat iterum eſſe in infernum, & damnandum; v. g. quia fingit furorem, teneatur ei vitam condonare ſi exiſtimet poſtea pœnitentiam acturum, & ſaluandum*, Difficilior hic caſus; Reſpondet. *Iudicem ſolum tunc teneri admonere & hortari ad pœnitentiam per ſe, vel alios idoneosq; quod ſi adhuc ſua culpa impœnitens maneat, juſte poteſt, & debet illum occidere, etiam ſi per revelationem conſtet eum eſſe damnandum.* Solum in uno caſu diſſentio quando præiudicaretur juſtitia, numquam ſtat per judicem damnatio; caſu inquit; *Unde peccaret mortaliter eum liberando.* Eo quod muneri juſtitiæ nullatenus ſatisfaceret, quod ei incumbit, & alias quia media ſufficientia ei præſtitit in exhortationibus, ut pæniteret, neque damnaretur.

4. Eventum produco ſpeculativè poſſibilem; annuamus Deum revelare Antonio Petrum venire cum propoſito efficaci illum interficiendi, à quo non liberabitur niſi occidat ſuum agreſſorem, quem reprobavit poſitivè divinum numen mortali finali in quo prænoſcitur deceſſurum; vel licebit Antonio propter ſui defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ trucidare Petrum invaſorem; vel non licebit. Primum dat intentum. Non peccat Antonius interficiens Petrum quem ſcit ex revelatione divina infallibiliter damnandum æternaliter; Ergo per ſe malum non eſt nec peccatum occidere hominem in finali culpa exiſtente motivo inevitabili;

vitabili;

Digitized by Google

vitabile; ſecundum dici nequit, nam per ſe malum non eſt niſi illud in quo nec de potentia abſoluta uſquam licitè exequi valet; v. g. mendatium, blaſphemia, idololatria; occiſio autem hominis in læthale animæ delicto per ſe non dirigitur ad peccatum quia per accidens iſtud ſe habet ad mortem quæ non procedit, fore in peccato niſi ab impœnitentia, ſeu obſtinatione interfecti, cui, præſertim illa hora, non deeſt auxilium ſufficiens in contritionem emittendam, & Angelus, præcipuus cuſtos, qui cum tunc illuminat contra invaſiones diabolicas ad vitandum ipſi æternam damnationem, volens in eo, Jeſu-Chriſti ſanguinem non luctari ad ſalutem æternam. Fere liber exemplorum non eſt, qui (in exaltandam divinam miſericordiam, atque demonſtrandum reprobum ſuâ culpâ in orcum deduci) non recenſeat eventum deductum, aut aiunt, ex libro ſancti Hieronimi ſub titulum. *Vita Patrum* refertur enim, quod cum quidam maritus in ſuſpectionem veniret de ſuæ uxoris adulterio ſtratagemate uſus, & prudenti cautelæ confiſus, occaſionem tenuit quomodo in flagranti delicto inveniret ſponſam & adulterum, quos actualiter peccatum perpetrantes occidit, cumque in devotione foret occiſor maritus pro quocumque quem ſciebat morte violenta vitam finire duas pro anima defuncti miſſas facere celebrare, ſtatim ac in ejus accedebat notitiam mors cujuſvis violenta, præſumens à ſe interfectos tam ſubito, punitas æterna damnatione, de miſſis celebrandis in ſuffragium illarum animarum non curavit: poſt aliquos menſes à fatalitate, fertur defunctam conjugem corporatè apparuiſſe, Dei nomine, cur omiſerit pro ſua anima, & alterius quem occidit, miſſas conſuetas? Reſpondenſque, putaſſe eas illis infructuoſas, judicans illos de numero reproborum in inferno decretos cum vix fuerit tempus ad conterendum de adulterio in quo eos interfecit; cui reſpondiſſe narratur mortuam mulierem, eas, & alias celebrare fac, ſiquidem miſericors Deus opportuno auxilio nos excitavit, & per actum contritionis ſumus in ſalvationis ſtatu, illicoque diſparuit; & poſt, numero completò plurium miſſarum, nec minus in indulgentiis lucratis aliorumque ſuffragiorum iteratur apparitio ejuſdem, & commortui, ſub columbę duplicis ſpetie radiis ſolaribus circundatus uterque, gratificantes pietatem, & monentes ſe jam beati; Ergo obire in culpa finali per animam ſtat, non per occiſorem. Unde ſolvitur primum; interfectorem illum qui præcipitavit Sacerdotem bannitum, non peccaſſe, quamquam noſcebat in peccato lęthali fore flagitioſum ſiquidem nec directè neque indirectè concurrit in mortem prout compoſitam cum culpa finali, igitur etſi malum ſit occidere hominem reduplicativè in quantum exiſtentem in peccato mortali, ſpecificativè licet, urgente bono communi vel reipublicæ præjuditio.

3. De ſecundo inquiſito idem Caramuel eo tomo 4. præcep. 5. caſu 14. à nu. 2556. hunc titulum apponens. *Inſolens clericus graſſatur præter intentionem*; Licet alia via, ferè eundem eventum quem gerimus refert, & prævenit *de judice laicę & tamen cum nullum aliud remedium ſuppeteret juſſit occidi*, diſtinguens Italiam ubi facilis eſt acceſſus ad Summum Pontificem Chriſti Vicarium, à germania in qua difficilius videtur, & de Epiſcopis ejus Provinciæ dolet interdum carere viribus ob Hæreticorum ibi commorantium potentiam, ideo eventum quem refert in Germania poſſibile non judicat, bene in Hiſpania ubi hæretici puniuntur, nec permittuntur, & Antiſtites quoties brachium invocant ſæculare totam Regni tenent potētiam ad fidei Catholicæ exaltationem, atque ut juriſdictio Eccleſiaſtica in cōmunitate ſua veneretur, & exequatur, ut par eſt, ſi contingat Eccleſiaſticos ſcandaloſos puniendos. Non tantum Salas de legibus, qu. 94. tr. 14. diſp. 14. ſec. 9. nu. 111. ſed alij cenſent, præſentem caſum in quo Epiſcopis tam omnimodè deficiant vires, ut non niſi à poteſtate laica è medio tollatur Eccleſiaſticus inſolentiſſimus, poſſe hunc ab illo puniri; ſed replicat Caramuel nu. 2561. *Quidquid de Hiſpania, Gallia, & Italia ſit, omnia accidant ſemper, & ubique ut Salas piè, aut civiliter credidit; videtur enim experientia carere, neſcireque ſumma egere reformatione multa tribunalia Eccleſiaſtica* addo, non ex incuria, aut zeli defectu in Epiſcopis, & Miniſtris, niſi ab his quæ optat (fortaſſe expertus Caramuel) in tenuitate ſumptuum à qua nequeunt talia tribunalia efformari de perſonis provictis, quæ inſerviant veluti juſtitiâ, zelo, ac æquitate tenentur. Suſpirat nu. 2563. *ex eadem cauſa oritur Epiſcopos carere ſatellitibus, & tametſi omnes adhibeant diligentiam non poſſe homicidas, & ſceleratos capere, debere ipſos à brachio ſæculari pendere, ac propterea Clericos quorum cognati ſunt qui debent Epiſcopo favere, nec Deum, nec homines vereri.* Paucisque interpoſitis, proponit deprecationem in ſuppreſſionem aliquorum Epiſcopatuum Italiæ. *Oro ut Epiſcopatus in Italia ad minorem numerum redigantur, nam ſi duo vel tres tenui unirentur, haberet media Epiſcopus, ut juſtitiam poſſet adminiſtrare; modo enim, ubi Epiſcopus eſt pauper, Clerici ditiores inſoleſcunt, & coerceri non poſſunt ab Epiſcopo; Ergo debent à principe, aut à nemine*: Digna tanti ingenij conſequentia, à qua ſubinfero; ſi ab Epiſcopo propter impotentiam carcerari non poſſunt, alias nec à principe; Ergo in libertate conſcientiæ operabitur ſine lege Clericus ſcandaloſus ſumens ſuffragium à ſcandalo & abutens ſtatu à quo moderari, & bonum præbere exemplum aſtringebatur, catenus in disjunctiva altera vim non modicam pro deciſione tenebo infra, ſub mirabilem illam conſequentiam inductam; coerceri non poſſunt ab Epiſcopo; ergo debent à principe, aut à nemine.

4. Ludovicus de Molina tomo 1. de juſtitia & jure, trac. 2. diſp. 31. nu. 10. ducatum præbebit in tanti momenti re; inquit. *Obſervant Victoria, & Sotus, ſi Clericorum libertas in manifeſtam cederet ſæcularis reipublicæ perniciem Clericis impunè vacantibus in laicorum cædes, ſummique Pontifices admoniti adhibere nollent remedium, poſſe equidem Principes ſæculares ſuis ſubditis conſulere, nihil immunitate & privilegio Clericorum impediente.* Si Epiſcopus Monitus in iſto eventu non punit in republica, abſque fractione immunitatis Eccleſiaſticæ ſæcularis facultas punit Clericum; ſed impotentia puniendi in judice Eccleſiaſtico equivalet nolitioni; ergo tunc non frangetur immunitas. Proſequitur Molina. *Ratio eſt quoniam reſpublica civilis eſt ſibi ipſi ſufficiens; quoniam quemadmodum propria autoritate poteſt ſeipſam defendere & ſervare indemnem à quacumque republica alia ſæculari, ſic etiam ab Eccleſiaſtica. Meritò autem admonent poteſtatem hanc eſſe apud Principem, non apud judices & Magiſtratus; & idcirco nefas illis eſſe propria autoritate agere contra Eccleſiæ libertatem, aut Clericos capiendo, aut malefactores extrahendo ab Eccleſia; vel aliqua alia ratione leges tranſigendo, tametſi vim vi rèpellendo cum moderamine inculpatæ tutelæ ſua ab Eccleſiaſticis tutari, ac defendi poſſint.* Unum ſupponitur immunitate Eccleſiaſtica non ſuffragari, quoties Princeps judicaret, aut ex delegatione ſeu commiſſione ejus, ſui Magiſtratus & judices (non hi propria autoritate ordinaria) neceſſarium in tuendam rempublicam ſæcularem, ab invaſione alicujus; vel aliquorum Eccleſiaſticorum; noſtris temporibus audivimus plures Eccleſiaſticos, etiam regulares, contra Catholica Regis Hiſpaniæ Arma ſumentes, aut invadentes arcem aliquam, vel agmen, inventos occiſos in habitu Clericali, & Religioſo; nec non cum Eccleſiaſtici quidam convincerentur plenariè exploratores fore (Hiſpane *Eſpias*) in tradenda aliqua arce, ſuſpendio periiſſe ex decreto judicis ſæcularis,

Toma Francez Vrrutigoyti.

Q

quin ille cui competebat tutare immunitatem Eccleſiaſticam cogitaret fulminandas cenſuras ob ejus fractionem; maxima enim illa inducta, plura ſoluit; arguiturque hujuſmodi. Poteſt reſpublica ſæcularis licitè non ſolum ſe deffendere, ne deſtruatur, ſive in communi ſive in particulari, contra Rempublicam ſæcularem invadentem, ſed adverſus Eccleſiaſticam ſimiliter in ejus deſtructionem tendentem; leges enim Eccleſiaſticæ, quales ſunt à quibus pendet immunitas, non obligant cum diſpendio vitæ, & potius dum tenditur ad jacturam boni communis: patetque nam ſi invadat me Clericus, & interficere tentet, cum ego eum occido ac præciſa ratione meræ defenſionis, nullatenus ob id à me frangitur immunitas Eccleſiaſtica; neque in excomunicationem incido, ex moderamine inculpatæ tutelæ qua munior propter tuendam præciſè propriam vitam; verificet exactè judex ſæcularis invaſorem Eccleſiaſticum ſuæ reipublicæ, & tutâ conſcientiâ capiet, & puniet.

5\. Alterum principium ſtabilit Caramuel eo tom. 4. num. 2743. in occurrendum quando occiſio Clerici quamtumcumque facinoroſi foret culpabilis, judici ſæculari. *Peccaret reſpublica, ſi directè, aut indirectè hominem facinoroſum & ſceleſtum per ſe & ex intentione deliberata occideret*, nec de hoc argumentum efformat, poteſt tamen fundari in his quæ nu. 1244. verſiculo *porro* ſcribit. *Cum judex latronem cruci affligi jubet, latronis mortem directè non intendit, ſed ſalutem reipublicæ unamque morbidam ovem abjici ne totam gregem inficiat.* Pariformiter Philoſophandum; in judice enim duplex eſt intentio quando ſententiam capitalem, ex actuatis & probatis firmat; una directa præciſè in liberandam Rempublicam à nefario homine, qui illam deſtruere conatur ſuis flagitiis; obſervandam legem quam juravit; ſiſtente in iſta judicis voluntate meretur ex recta operatione laudabilique ſui muneris zelo; ſin vero ultra propter odium quod concipit contra reum ſe complaceat, vel alio fine in ejus morte, peccabit directè, aut indirectè influens culpabiliter in homicidium, aliàs juſtum; ita quando non eſt aliud medium, ut banniti Eccleſiaſtici puniantur, neque poteſtas ſuperioris iſtius valet, ſuis carceribus mancipare, proceſſuſque formare, & ſententiam proferre, conſonè ad jura ſacrorum Canonum de immunitate Eccleſiaſtica, aut quia negligentia ſua impunitùs convincitur, vel eo quod vires non ſuppetunt, tunc judex ſæcularis, quin culpabiliter directè, aut indirectè influat ad punitionem perſonæ Eccleſiaſticæ ſolumque incolumitatem ſuæ reipublicæ attendens, tamquam invaſus à tali malefactore quod muneri ſuo incumbens, deffendens, ex moderamine inculpatæ tutelæ immunis manet à fractione immunitatis Eccleſiaſticæ; non quidem puniendo hominem ſecundum allegata & probata, ſed ex facto notorio rempublicam tutans ab invadente iniquo. Verùm quia verſamur in delicatiſſimo puncto, libuit præmittere quod inveni in Diana recenſente 6. par. trac. 2. quodam volumen (ante reſolutiones examinandas) quod ait ab ipſo recognitum cum à ſacra Congregatione Romana univerſalis Inquiſitionis beneplacitum, & facultatem obtinuit legendi quoſlibet libros prohibitos, inter quos ad ſuas inquit manus quemdam perveniſſe, autore Petro Sarpo (primo italicè) conſcriptum, (poſtea Latino datum idiomati, & Typis excuſſum Lugduni in officina Elzeviriana anno 1622.) ſub titulo de jure Aſyliorum; inter alia quæ confutanda prædicti Sarpi deliramenta introducit Diana duo præciſè ſunt, unum exagitatum ab eo reſol. 15. *An publici latrones, & graſſatores viarum gaudeant immunitate?* Quis dicendus publicus latro non ſuffragatus privilegio, & intelligitur exceptus à Bulla Gregorij XIV. declarantis, hos illa non gaudere, ſcribit peritiſſimus Jeuinus; *Non enim dicendus eſt publicus latro qui publicè, & cum violentia ſemel vel bis depredatus eſt, ut Eccleſiarũ immunitate privandus ſit*, exemplo mulieris & uſurarij, illa meretrix non dicitur ob duos actus luxurioſos; neque hic publicus uſurarius ob unam, ſeu alteram peractam uſuram; caſus iſte non eſt conſultus, ſiquidem ſcandaloſus ille Clericus, non bis, ferè millies latro compertus viarum graſſator, Bannitorum caput, & Dux.

6\. Conditionatam alteram introducit indaginem de Bannitis reſol. 21. Diana. *An exules, ſeu Banniti confugientes ad Eccleſiam gaudeant ejus immunitate, ſi non commiſerunt delicta in jure exceptuata.* Ubi ſupponit ex ratione formali Bannitorum non privari immunitate, requiritque quod non ſemel ac bis commiſerint delicta exceptuata in illa Gregoriana; & contra Sarpum reſolvit. *Etiam capitaliter* (adde damnatos) *Bannitos gaudere Eccleſiarum immunitate, dummodo delictum pro quo ſunt Banniti non ſit de exceptuatis.* Et poſt datos plures autores ut oſtendat ex ratione formali flagitij Bannitorum non privari juris privilegio, ſubnectit Eccleſiam in territorio principis ſæcularis de ejus territorio non fore ideoque de beneplacito poteſtatis Eccleſiaſticæ extrahi nequit: nec urget aliquos Bannitos privari Eccleſiaſtica ſepultura, nam excommunicatus ea privatur, neutiquam immunitate; ſimiliter infideles ſacro loco ſepelire nequeunt, & gaudent immunitate. Verſiculo, notandum duo introducit præ conſideratione tenenda; unum de Bannito confugiente ad Eccleſiam, ut non ſolum non poſſit capi, atque extrahi ab Eccleſia, ſed nec poſſe in ea occidi, non obſtante quod ex forma ſtatuti aut ex alio capite poſſit impunè occidi; *Nam taliter occidentes, licet puniri poſſint tamquam homicidæ, debent tamen puniri, ut violatores Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ immunitatis.* Geminatum conſiderat eventum, unum in quo impunè occideretur Bannitus, quando ex autoritate legitima, ſi aliter capi nequiret commiſſio daretur in necandum illum; alterùm dum ea interfectio contingeret in loco, qui ſacer non eſt, ex quo duplici capite liber videbatur à culpa occiſor ille Clerici ſcandaloſi, ſiquidem tenuit autoritatem publicam adducendi ipſum, ſive vivum ſive mortuum, aliàs è rupe in monte præcipitavit; qua propter ſi oſtendatur Bannitum ex delicto perſonali ammiſiſſe immunitatem, à nullo medio arguendus erat; ipſe Diana ulteriùs. *An occidens Bannitum in Eccleſia incurrat in excommunicationem Gregorij XIV. contra extrahentes ab Eccleſia.* Remittit ſe ad reſolutionem ultimam ejuſdem primi tractatus, in quo non eſt niſi penultima, ex ſerie 35. & vocat quod ibi pertractat curioſius, & frequenter practicabile; contingit ſæculares, & eorum judices quin animadvertunt, qualibet violenta ſanguinis effuſione pollui, ſeu violari Eccleſiam, delegare facultatem interficiendi reos, ſin aliter ab Eccleſia educere & capere non valent: In quo plurima attendenda ſunt, nec etſi urgeat motivum valde relevans, curandum omnibus aliis viis remedium, ne violetur Eccleſia.

7\. Itaque ea reſol. 35. in diſcuſſionem vocat Diana. *An judex laicus jubens interfici reum in Eccleſia incurrat in excommunicationem Gregorij XIV. tam ipſe quam ejus Miniſtri?* Duo ſtabiliens pro his qui de Gregoriana pertractant, unum ſyllogizari debet; lex pænalis expreſſans caſum non eſt extendenda ad alterũ non expreſſum; Sed Gregoriana lex expreſſat caſum extrahentium, non tamen occidentium; ergo occidentes non comprehenduntur cenſuris Gregorianæ; facillimè tamen ſolvitur diſtinguendo majorem; Si finis legis pænalis comprehendat caſum non expreſſum, negat: Si non comprehendit concedit; quomodo comprehendatur idemque finis ſit in Gregoriana, ille qui inhibet extrahere, ac interficere infra patebit; alterum advertit ex Henriquez in ſumma lib. 4. cap. 17. nu. 4. in fine, aſſerente non violari Eccleſiam à judice qui

Digitized by Google

emiſſo jaculo extra Eccleſiam exiſtente, perturbatorem reipublicæ intra illam exiſtentem occidit, quem capere non poteſt. *Et ratio eſt quia actum debitum exercet & ſua cura conceſſum; unde utitur jure ſuo.* Si hæc doctrina ſubſiſteret nil aptius pro noſtro eventu cogitare poſſemus, & ſyllogizari poſſet ſic: qui utitur ſuo jure nulli facit injuriam; ſed qui nullum injuriat nequit ullo reatu, aut pœna affici; Ergo quoties judex ſæcularis convincitur ſuo jure uti penes Eccleſiaſticum, non frangit immunitatem; Ergo utens ſuo jure qui Bannitum Eccleſiaſticum interficere præcipit nullam fractionem immunitatis incurrit; neque qui illum præcipitio dedit; ad autoritatem hoc fert Diana judicium de Henriquez ſententia. *Hanc Doctrinam eſſe falſam, & improbabilem, & ut talem illam damnat & improbat noviſſimè Stephanus Fagundez in dec. tom. 2. lib. 6. cap. 3. nu. 14.* Et meo videri fundatur in ſuppoſito falſiſſimo; nam illa occiſio Banniti in Eccleſiam, etſi extra eam jaculum jaciatur eſt juriſdictionis exercitium in alieno territorio abſque beneplacito Domini proprietarij immunitatis talis territorij; ſed judex non utitur ſuo jure quando indiget beneplacito alieno iſtudque non conceditur; ergo perperam Henriquez ſuo jure aſſerit tunc uti. Major probatur. Non ſolum utitur ſuo jure judex, quando profert ſententiam contra reum, ſed etiam quando carnifex talem exequitur; v.g. licebit ne judici qui in Aragonia ſententiat latronem in furca ſuſpendendum, decernere nullatenus exequendum ſuſpendium intra terminos Aragoniæ, ſed deferendum reum ad Galliam & ibi furca dandum abſque beneplacito judicum Galliæ, tam per ſe notum eſt non licere, ut alio non indigeamus præter practicam in argumentum; igitur pariformiter in eventu quem gerimus; ideo adhæreo Dianæ aienti, *judices laicos, & eorum Miniſtros occidentes reos intra Eccleſiam incurrere in excommunicationem conſtitutionis Gregorij XIV.* Si ergo ab altero medio non excuſatur tam judex ſeu Miniſter promittens quod ſi occiſus adduceretur flagitioſus ille Sacerdos Bannitorum dux, ac qui eum præcipitem fecit, ne incidant in cenſuras latas à Gregorio XIV. non evacuatur difficultas ad incidentiam in eis; quandoquidem idem finis verificatur in occiſione talis Clerici, ac in Bannito quem jaculis interficeret miſſis extra Eccleſiam ad negandum eum intra ipſam; quia æquè & pariter annectitur perſonæ ac loco immunitas Eccleſiaſtica; ſed improbabilis, & falſa judicatur quælibet deductio attento loco; ergo & ſimiliter perſona attenta. Nec urget illa Caramuelis præclara conſequentia data nu. 5. ergo à nemine puniri poteſt; fortaſſis quamvis à nemine pro tunc puniri queat poſtea decurrente tempore à legitimo judice punietur; interim vallo circundetur Eccleſia; ne fugiat, & ſi comperitur recedere, extra eam interficiatur.

8. Per ſe ita videbatur diſcurrenda conſultatio ſecundum ſubſtantiam, & entitatem attentam; at penſatis circunſtantiis in manifeſta publica evidenterque nota ſummaria, & proceſſu de abſentia per varios teſtes quos de viſu Antiſtes Diœceſanus Prælatus ſcandaloſi Banniti Sacerdotis examinavit, eos conteſtes firmantes ſe talem Bannitum vidiſſe ſine habitu, & Tonſura Clericali, abſque ulla ſpe quod recognoſceretur, & pœniteret regreſſus ad ſuum ſuperiorem in miſericordiam & pœnitentiam, quia de Diana tantumper rem ſtrinximus, ab eodem capiendum quod intendimus; etenim prima parte trac. 2. reſol. 34. diſputat; *An Clericus qui aliquando dimittit habitum & Tonſuram amittat privilegium fori, & judex laicus poſſit illum punire.* Reſpondens negativè, ſubjungit; *& ut amittat ſupradictum privilegium opus eſt tanta perſeverantia in dimiſſione habitus ut publicè eſtimetur ut laicus.* Referens ex Bonacina tom. 2. trac. de legibus diſp. 10. quæſt. 2. puncto 1. §. 4. num. 14. declarationem ſanctæ Congregationis Epiſcoporum, & Cardinalium ſic conſonam; *Sacram Cardinalium Congregationem declaraſſe Clericum qui dimiſſo Clericali habitu homicidium commiſerat, & ſine Clericali habitu à laica poteſtate captus, fuerat, remittendum eſſe ad forum Eccleſiaſticum, quia non præſumitur dimiſiſſe habitum animo illius deſerendi, ſed ut commodiùs delictum perpetraret.* Ergo ſi præſumptio ſtat quod aſſumit habitum laicalem (& tam ſcandaloſum, qualia ſunt Bannitorum indumenta in multiplicitate armorum, confirmatum flagitium à facto quin vires Eccleſiaſticæ ſufficerent, nec ſui Prælati Monitiones, miſſæ per Epiſtolas Paſtorales ab ipſo admitterentur imo flocciſactas, minando quemcumque ei tales afferret quod occideret, videbatur ita illum obſtinari in ea perfidia quod nulla inveniebatur via ad hoc quod reduceretur) conjectabaturque deſeruiſſe habitum Clericalem non tantum in faciliùs perpetranda flagitia, verùm animo, & intentione nuſquam redeundi ad obſervantiam ſtatus Eccleſiaſtici; & id urgebat, ſi verum erat ab eo auditum tali ſcopo adjunctum in Vandolinam, ut Bannitorum dux conſtitueretur, juramento ſeſe abſtringendo conſodalibus nullo ſuæ vitæ derelinquendis ab ipſo, & uſque ad mortem quaque fortunâ eam profeſſionem acturum: Quot multiplicant delicta, qui à ſtatu perfectiſſimo in malitiæ baratrum cæca mente cadit: Itaque ex ſolo præciſo depoſito habitu Clericali peccabat mortaliter, & in excommunicationem majorem incidebat, quam fulminaverat & publicaverat in ea Diœceſi Antiſtes ejus, contra Cleros quaque occaſione habitum Clericalem deponentes, præcipuè de nocte in ſumenda arma, & à domibus exeuntes per vicos & plateas oppidi, vel viarum publicarum; in pluribus, ſimilis eſt cenſura, illæ quam refert Remigius trac. 5. cap. 7. §. 4. nu. 2. anno 1652. latam in Toletana Diœceſi.

9. Tot circunſtantiæ penſatæ liquidò faciunt, & manifeſtant eventum conſultum eundem fore, aut pejorem illo qui ſic in generali ſcribit Acajus March de Velaſco in ſumma, voce clerigos tom. 1. reſol. 175. nu. 1. in Latinumque verſæ clauſulæ hujuſmodi ſunt. Clericus qui dimittendo habitum Clericalem vivit ſcandaloſiſſimè, quin ullo pacto refrenetur, multaque committit crimina gravia, & atrocia gaudet privilegio fori dum tribus vicibus à ſuo Prælato non fuerit Monitus; verumtamen ſi Monitus non emendetur, & declaretur incorrigibilis, tunc poterit juſtitia ſæcularis mittere in eum manus, & punire; quod conſtat ex capite cum non ab homine de judic. cap. finali de vita & honeſtate Clericorum, quo in caſu inquiunt Farinatius, & Julius clarus, talem Clericum puniendum pœnis juris civilis; ſi ergo juris civilis pœnæ, ut in conſuetudine eſt apud omnes Religiones etiam Barbariores, Bannitos quos capere non poſſunt judices quamtumvis quærant, aliquo precone publico ſeu contractu ſecreto præmium offerre vel in pecunia copioſa, vel vitam donando alicui reo carcerato, cuique vel quibuſvis, qui ſtratagemate aliquo eum capiat Bannitum, ſive vivum ſive mortuum, valdè probabile judicio præſidem illum reipublicæ tutâ conſcientiâ proceſſiſſe, neque ullam fregiſſe immunitatem Eccleſiaſticam, tum in decreto, & promiſſione, tum circa capientem Bannitum Sacerdotem, qui præcipitio dans eum occidit autoritate publica; & eadem ratione manſit liber à fractione immunitatis, quandoquidem Monitus præceſſit facinoroſus ille Eccleſiaſticus; item declaratus pro incorrigibili, proteſtante ſuo ſuperiore vires ſibi deficere, invocante auxilium ſæculare, ut puniretur homo undique incorrigibilis; unde patet amiſſum fori privilegium; ſed hoc ammiſſo à perſona vel loco non frangitur immunitas; ergo fracta non fuit; neque obſtat nondum ſolemniter degradatum; tum quia ut benè Ægidius Trullench tom. 1. in decalogum lib. 1. cap.

Digitized by Google

11. nu. 23. loquens de Clericis Aſſeſſinis qui immunitate Eccleſiaſtica privantur; *Talis Clericus poterit per judicem ſecularem puniri abſque aliqua degradatione, quia ipſo jure videtur degradatus, & cuicumque datur poteſtas illum occidendi.* Tum eo quod degradatio eſt duplex, una ſolemnis prout opportunitas occurrit; altera declarativa fit quoties à judice competenti degradari exponitur aliquis, populo vel privatis perſonis, neque ſuppetit aut invenitur tempus, ſeu occaſio in degradationem ſolemnem deveniendum. Caſtro Palao tom. 2. tract. 11. (qui eſt de reverentia debita locis ſacris, & eorum immunitate) diſputatione unica puncto 6. nu. 2. putat degradatione dignum quotieſcumque judex ſic illum declarat per ſententiam in proceſſu de abſentia (conſtituta in eo circunſtantia incorrigibilitatis, pertinatiæ ſeu contumatiæ, quia non comparuit, neque capi poteſt) privari fori privilegio, & interpretativè degradari cenſendum eſt. Quid pro noſtro eventu aliud inquirere aptiùs poſſumus? Ergo degradatus ſcandaloſus Sacerdos Bannitus jam non ſuffragabatur fori privilegio; conſequenterque licitè potuit à judice ſæculari in eas pænas juris civilis duci, & quin ullus maneret ſcrupulus delegationem facere in adducendum vivum, vel mortuum, quia præceſſerant omnes diligentiæ quæ illum à poteſtate Eccleſiaſtica extrahebant ex atrocitatibus commiſſis.

10. Veruntamen quia idem Palao eo puncto 6. nu. 4. ex Farinatio lib. 1. tit. de inquiſit. quæſt. 8. nu. 86. Julio Claro, & Boſſio, profert de Aſſeſſinis. *Neque ad hanc declarationem expectare debet incorrigibilitas ſed eo ipſo quod Clericus declaratus fuerit Aſſeſſinus juriſdictionis eſt ſecularis, conſtat ex capite 1. de homicidio in 6* & aliàs Bannitorum delictum immemoratur inter Aſſeſſinarius crimina, ideo Philoſophandum utrobique eodem pacto videtur; abundat in argumentum Bonacina tom. 2. diſp. 3. circa primum decalogi præceptum quæſt. 7. puncto 6. nu. 2. tripliciter capiens hanc dictionem Aſſeſſinus; & in acceptione ſecunda, ait. *Secundò nomen Aſſeſſini accipitur pro illis qui homines in viis publicis obſident & deprædantur, & hoc immunitate Eccleſiaſtica privari.* Quid aliud Bannitus perpetrat niſi in viis publicis obſidere & deprædari. Sive palam, ſive occultè inſidias parans, atque ſine ullo delectu occidens latrocinando. Explicandum reſtat quomodo, aut qualiter licebat commiſſio illius delegationis; *adducat ſive vivum ſive mortuum.* Trullench tom. 2. in decalogum lib. 5. cap. 2. dubio 2. nu. 8. hæc habet. *In aliquo caſu, ut pote, in crimine notorio & urgenti, licet ſupremo principi vel ejus locum gerenti in exercitu, vel alibi, ubi particularis ratio militat hanc facultatem concedere.* Id eſt adducat vivum vel mortuum; notanda disjunctivè non ſolum comprehendere, adducendum dum neceſſarium videtur ad exercitum militarem dirigendum; cum ait, *vel alibi* actiones juridicas proprias Senatus criminalis comprehendit, requirens crimen notorium, & quod ſit urgens neceſſitas; quid notorius velut in caſu conſulto, & quæ urgentior neceſſitas? Sicut hominem incorrigibilem inſenſiſſimum cunctis non poſſe neque à ſuo prælato puniri. Proſequitur Trullench. *In aliquibus enim caſibus poſt latam ſententiam poteſt Princeps talem facultatem concedere primus eſt circa latrones publicos, Aſſeſſinos, & alios perturbatores reipublicæ qui tanquam aggreſſores, & hoſtes reipublicæ ex facultate à quolibet occidi poſſunt; colligitur ex capite pro humanis, de homicidio in 6.* Nec in præmio oblato de liberando fratre reo comdemnato ad mortem quis dubitet. Azor tom. 3. Suarum inſtitutionum Moralium lib. 2. §. quarto quæritur. Dubium excitat. *An ſit licitus uſus & ſtatutum quo præmium promittitur occidenti Bannitum, nimirum, ut quicumque ex Bannitis alium Bannitum occiderit, vita, libertate, & ſervitute donetur; vel ut quicumque alius Bannitum occiderit recipiat certam pecuniæ ſummam; vel condonet pænam uni, vel duobus Bannitis quos ipſe maluerit. Reſpondeo id eſſe licitum, quia aliquando id expedit communi reipublicæ bono.* Nuſquam plus expediens, qualiter in caſu conſulto; ergo & licuit & judici promiſſio, & acceptanti executio; pro qua parte in his duobus nullus manſit ſcrupulus de facto illicito.

11. Reſtat penes inſidias quibus ille miſer occiſus fuit, an interfector in ea diſſimulatione peccaverit; per proprios terminos idem Azor citatus §. dubium. *An ſtante prædicto ſtatuto, licitum ſit occidere Bannitum proditoriè, vel per inſidias.* Referens ſe ad Julium clarum lib. 5. receptarum ſententiarum §. homicidium nu. 4. (qui de iſto varias recenſet ſententias) ſic ſuccinctè Azor. *Dico id eſſe licitum ob commune reipublicæ bonum* ſic aſſertum, nec ulteriùs explicatum non poteſt ſuſtineri, poſt damnatas propoſitiones ab Innocentio XI. una earum eſt in Serie 62. *Proxima occaſio peccandi non eſt fugienda quando cauſa aliqua utilis aut honeſta non fugiendi occurrit.* Simuliſque eſt 63. damnata etiam ſic ſe habens. *Licitum eſt quærere directè occaſionem proximam peccandi pro bono ſpirituali vel temporali noſtro vel proximi.* Igitur ex ſe licitum fatendum inſidias ponere ſceleſto illi ut capiatur, non verò dum conſtituunt ponentem in manifeſto periculo, & occaſione proxima peccandi, aut ſi eum capere non poteſt quin perpetret aliquod peccatum. Pro quo arguo. Non impariter ſe habet proxima occaſio vitandi peccatum in una ſpetie quam in altera; Ergo in quaque ſpetie, ſine peccato non poteſt quis ſeſe ingerere in proxima occaſione peccandi, occurratque utilitas ſpiritualis, vel temporalis, ſive publica, ſive privata. Dices, non eſt damnatum, & licitum, plauſibileque eſt poſſe aliquem conſulere minus malum ad vitandum majus; ſed parans inſidias licet ſe ingerat in proxima occaſione peccandi operatur minus malum ad vitandum majus; Ergo id licebit. Diſtinguo majorem, licitum eſt conſulere minus malum ad vitandum majus cooperando in minus malum, nego; non cooperando concedo; cum autem qui conſulit minus malum potens, aut ſe vel alterum in proxima occaſione peccandi cooperetur, etſi ſit in minus malum, ideo hoc pacto non licebit. Unde poſt declarationem Innocentij XI. damnantem propoſitionem relatam, illicitum eſt in praxi id quod ex Thoma Sanchez libro 7. de Matrimonio diſp. 11. nu. 18. tom. 2 recenſet Rodericus de Arriaga tom. 1. in 2. partem diſp. 38. ſec. 3. nu. 28. de Cuſtode nemorum, ubi ait. *Licitum eſſe abſcondere ſe ex induſtria, & dare opportunitatem latronibus intrandi ad furandum ut hac occaſione deprehenſi corrigantur.* Abſcondendo enim ſe, in occaſione proxima ponit latrones, eaque de cauſa non licebit. A quibus tertium inquiſitum patet. Capiens, ſe præcipitans Sacerdotem ſcandaloſum, aut in nulla proxima occaſione peccandi ſe poſuit, vel in ea voluntariè ſe injecit, trangreſſor etiam, quia cooperabatur in atrocitatibus; ſi primo modo (nec conſulens, nec non loquens, niſi merè paſſivè ſe habens) tunc ex præciſa ratione, aut conſotietatis, vel quia præcipitavit, nullo pacto peccavit, ſin vero ſecundo modo, revera peccaſſe conjectatur ab aſſertis. Non urget habitus ſcandaloſus quem ſumpſit Bannitorum in finem obtinendum quem optabat, quia ex præciſa habitus Bannitorum aſſumptione non ponebatur in proxima peccandi occaſione ut fuſius tota conſultatione 18. delatabo. Similiter non facit ad rem quod conſociaret, nam ſi conſociabat, & merè paſſivè ſe habebat in conſequendum ſuum propoſitum ob bonum reipublicæ, Philoſophandum eſt de iſto eadem doctrina qua famuli ſociantes Dominum ſuum ſcientes eum in luxuriam ire cum non ſe ponunt in proxima peccandi occaſione, merè paſſivè ſe habentes.

12. Quoad quartum tangens an peccaverit, vel non.

Digitized by Google

nec jejunans, v.g. nec miſſam audiens ille qui ſodalitio infami illo Bannitorum ſe aggregavit ſcopo capiendi, aut occidendi Sacerdotem ſcandaloſum ducem tam nefariæ Vandolinæ, axioma commune intereſt inducere, quod cap. ex tuarum, cap. ſuper eo de uſuris; & uniformiter habetur in jure civili, ut latè Tiraquelus lib. 5. connubiali parte 5. gloſſa 5. nu. 21. Surdus conſilio 574. & juriſperitus Palatius in repetitione capitis de donat. Inter virum, & uxorem notabili 6. nu. 2. & 13. (paſſimque plena ſunt Summiſtarum volumina, nec non Theologorum fundamenta) videlicet. *Non ſunt facienda mala* (id eſt peccata) *ut inde ſequantur bona.* Igitur nullus niſi is pro quo conſulitur, teſtis, aut arbiter eſſe poteſt, niſi ipſe Bannitis aſſociatus, ſtratagemate, quo ſe induit illorum habitu; vel enim ſponte potens abſque vitæ periculo, præcepta Eccleſiaſtica obſervare; vel ſemel aſſumpto munere in beneficium reipublicæ, ut purgaretur à tam infenſiſſimo hoſte adimpletionem talium mandatorum omittebat: Hoc ſecundo modo judico non peccaſſe neque venialiter; bene primo modo; quia in iſto erat voluntaria præcepti tranſgreſſio, in illo præterintentionalis. Nuſquam enim erit licitum peccare, ut proximi obtineant vitam æternam, nec etſi certò ſcirem ab eo perpetrato, omnes animæ purgatorij educendæ; quia obſtat alterum axioma ex capite ſi aliquid 22. quæſt. 4. cap. duo mala 13. Minus eligendum malum de duobus malis, dum neceſſe eſt alterum eorum exequendum; de quo Theologi cum Angelico Doctore, prima ſecundæ quæſt. 19. art. 6. ad tertium, Vaſquez tom. 1. in primam ſecundæ diſp. 6. cap. 2. nu. 6. Suarez tom. 4. in 3. partem diſp. 4. de pœnitentia ſec. 10. nu. 4. Molina de Juſtitia & jure trac. 2. diſp. 339. nu. 10 & ex Juriſtis Tuſchus tom. 5. practicarum concluſionum litera. M. conclu. 26. per totam, illa ratione innixi, quod minus malum reſpectu majoris inevitabilis, tenet ratione boni; v. g. malum eſt non jejunare inſtante præcepto Eccleſiæ; majus malum eſt amittere vitam jejunando; eligens non jejunium ob conſervandam vitam non eligit malum, quia jam comparativè eſt bonum; ſed capiens Bannitum timeret occidendus ſi in furtis, & homicidiis non cooperatur: ſiquidem non cooperans, ſocietas cautelaretur de traditione; ergo cooperans non peccavit; cooperatio enim abſolutè mala eſt, reſpectivè vero bonum continet in conſervandam propriam vitam, & obtinendum præmium liberando reum cognatum à ſententia capitali in quam iret propter duellum. Sophiſtica ſyllogizatio, in qua conſiderandum eſt qualiter ille cognati liberator ſe ingeſſit ad capiendum five vivum, ſive mortuum Bannitum Sacerdotem, cum voluntariè ſe ingeſſerit ex primo oblato, nam vel unicum ſuæ menti offerebatur medium ad conſequendam intentionem occurrente non aliud niſi cooperando latrocinis, cæteriſque atrocibus flagitiis, & ſi ſic ſe introduxit reverà peccavit toties quoties cooperabatur; vel acumini intellectus ejus plura media occurrerunt, ut quin cooperaretur, ſimularet ſe, nec ullam cooperationem præberet, v.g. me explicabo; committebatur ipſi tormentum bellicum parare in occidendum viatorem quem capiebant Banniti, poterat in illo tormento bellico tacum, aut ballas non immittere; ſi gladio interficere juberetur, nec occidere nec vulnerare excuſando ſe de ſua imperitia utendi enſe; ſi ligabantur capti, ita debiliter ligare, ut damnum non ſequeretur, & facillimè ligatus fugeret; dum furta perpetrabantur ſtratagematibus uti, notus ab ipſo qui bona ſeu pecunias amittebat, & reſtitutione poſtea danda quæcumque ablata, conſonè in iſta ipſe teſtis ſit ſuorum factorum de tempore quo illi nefario ſoladitio ſe conjunxit; quod autem in non audiendo ſacrum die feſto, vel jejunando ſit etiam ipſe arbiter; vel potuit ſine periculo vitæ, aut non; primum neutiquam excuſabat: Bene ſecundum, ut præmiſi hoc nu. 14. & qui id velit amplius fundare recognoſcat Dianam, 1. p. trac 1. de jejunio reſol. 40. & 521. bene verum eſt quod poſt damnatas ab Innocentio XI. quaſdam de jejunio propoſitiones, quas tranſcribam conſ. 38. cautè utendum eſt eis doctinis ex quibus antea in bona fide, ex probabili ſententia excuſabamur à jejunando.

13. Penes ultimum, reip diſcurram in deciſionem potius conjecturas ſumendo à jure civili, quam ab aliquo Metaphiſico fundamento, ſeu principio; ideo notum debet eſſe quid decernitur l. Grachus cod ad legem Juliam de adulteriis; ubi decernitur, non puniendum illum qui operatur lege, aut judice conſentiente ſeu permittente. Decius conſil. 581. in 2. dubio nu. 9. deinceps poſitis: principaliter quia cœtus communis Juriſconſultorum plaudit illud quod lege penultima ff. de pœnis, & cap. de pœnitentia 49. de regulis juris in 6. ſtabilitur inconcuſsè obſervandum ſequenti maxima *in pœnis benignior fiat interpretatio.* Tiraquellus in legem ſi unquam, dictione revertatur nu. 246. cod. de revoc. donat. Ugolinus de officio & poteſtate Epiſcopi cap. 6. §. 2. nu. 3. ergo ſi Prætor ſeu Regni præſes non tantum permiſit, ſed (ad vitandum tam peſtiferum hoſtem boni communis totque regionum, & Regnorum infeſtuoſiſſimum inimicum, qualis erat Bannitus, Sacerdos ſcandaloſus) & pactum fecit contractumque cum captore celebravit, hic nulla pæna juris videbatur ſubjici, neque ad proceſſum contra ipſum ex inſtantia fiſcalis procedere quibat quantumcumque comperiretur cooperatum in atrocitatibus, dum captor juridicè probaret non alio fine id peractum à ſe niſi intuitu contractus celebrati ad capiendum malefactorem illum; verumtamen tenebatur judex examinare ſaltem per ſummariam, an pretextu capiendi Bannitum aliquid retineret ex latrocinio alienum, & tunc cogere ad reſtitutionem illi faciendam, quod ſi ex privata Monitione id reſiſteret, mandato juridico debebat obligare in eam peragendam hæc & alia conſulens hunc eventum, mihi noviter interpoſuit conſultor quid decernendum à judice, ſi ſciret captorem prætextu capiendi Bannitum, vel ſeipſo, aut interventu aliorum Bannitorum interfeciſſet aliquem ſeu aliquos, qui inſtabant in caput ſui cognati qui remanebat in carcere, ſpe quod condonaretur pæna capitalis, ſi ſuus cognatus adimpleret promiſſum. Dubium eſt tam clarum, quod dubii nomine indignum eſt; quandoquidem, & captorem peccaſſe mortaliter ex circunſtantia valdè aggravante, & legibus criminalibus ſubjectum eſſe per ſe noſcitur; imo & majori pæna, fortaſſis aſſaſſinatus; nam quid aliud fuit; niſi vel idipſum conſtitui aſſeſſinum, vel interventu aſſeſſinorum talia perpetraſſe, etenim illa nequibat peragere cum autoritatem publicam non teneret niſi in occidendum bannitum Sacerdotem: congruebat hic pertractare difficultatem excitatam ab Angelico Doctore ſecunda ſecundæ quæſt. 67. art. 4. quomodo reorum pœnæ poſſunt à judice licitè relaxari ex principis commiſſione, vel immediatè affirmat ſanctus Præceptor in corpore ſub duplice conditione; una. *Si ille qui paſſus eſt injuriam velit eam remittere* altera. *Si hoc publicæ utilitati viderit non eſſe noſcivum.* Plura in iſto juriſtæ ad legem, nulla juris ratio, ff. de legibus, & in propriis terminis diverſitatem ſententiarum componunt, ut quandoque liceat cuique judici reo relaxare totam pænam Proſper Farinatius p. 1. q. 5. de inquiſ. nu. 8. & quæſt. 17. à nu. 10. Julius Clarus lib. 5. ſen. §. finali quæſt. 85. & 86. nu. 10. Covarruvias 1. var. cap. 9. nu. 8.

Digitized by Google

CONSULTATIO XVIII.

De licito veſtimentorum uſu à Catholicis eorundem ac haretici utuntur.

QUIDAM Hiberni Franciſcani ex Britannia in Aragoniæ Regnum accedentes ſtudiorum motivo (quos benevolè acceperunt Prælati) meo muneri commiſſum examen eorum de fide Catholica & regulari obſervantia , in utroque firmiter conſtantiſſimi inventi poſt devotiſſimè in Conventus choro ; fidem Romanæ Eccleſiæ proteſtantes , ante Jeſu-Chriſti , Deiparæ , & Seraphici parentis imaginem profeſſionem , & obedientiam Catholicam ratificantes , nec in iſta tranſgreſſores inventi de regula Minoritica ; (confuſio mihi fuit eorum fervor , atque de oratione mentali ipſorum practica , inſimul & quantopere ſe in eo exercitio dabant , divinum numen ſæpius laudans , cæleſtem admirans providentiam quod juvenes inter tot errores tam longo tempore degentes,tali ſalubritate proſpiceret ſuoque ſuperno auxilio continuerit ne in ullum , nec minimum illi inciderent , aut dubium ſpeculativum adhuc de veritate Religionis Chriſtianæ edoctæ à ſancta Romana Eccleſia) poſt aliquos dies (cum jam in habitu regulari ſecundum ſuum inſtitutum induerentur dimiſſis veſtimentis ſæcularibus in quibus advenerant, & publicè decedebant in propria patria) anxij valde, ſcrupulum ſpeculativum , non practicum in conſilium à me petierunt ; quid ſentirem, quo pacto non tantũ non peccaviſſe venialiter non induti habitu regulari, imo actu Meritorio potuiſſe in mortificationem ipſis reſultare uti ſæcularibus indumentis , ad gratiam juſtificantis & æternæ beatitudinis augmentum ; utrumque fundavi, libuitque idipſum noviter ampliare ſiquidem inter pertractanda occurrunt plura digna ſcitu , præcipuè poſt damnatas illas propoſitiones de Amphibologia ab Innocentio XI. quas tranſcribam nu. 3.

SUMMARIUM.

DUPLEX propoſitio ab Innocentio XI. damnata numero 1.

Amphibologia omnes condemnantur num. 1.

Inter Maumetanos eorum veſte uti , quando liceat numero 1.

Indumentorum forma , ſeu figura ſignum ad placitum numero 1.

Amphibologiâ Chriſtus uſus non fuit num. 1.

Simulatio ab Apoſtolis approbata num. 1.

De eorum conſilio Gamalielis ſimulatio laudanda numero 2.

Duo hypocritæ Theodas , & Judas Galilæus num. 2.

Urgente ingenua fidei confeſſione , ſimulatio illicita numero 2.

*Temeraria debet eſſe habitus dimiſſio ut Religioſus illum dimittens incidat in excommunicationem num.*2.

Tranſeunter vel permanenter , per accidens ſe habet numero 3.

Simulatio Joſephi de Arimathea laudatur num. 3.

Qualiter viri hujus ſimulatio obtinuit Jeſu cadaver ad honorificentiſſimam Domini tumulationem num. 3.

Cautè legendus Diana in propoſitione de mendatio numero 3.

Vocis , Amphibologia , *ſignificatum num.* 4.

Ex Scriptura ſacra nomen , ambiguum , *explicatum num.* 4.

Incertum , & ambiguum , ſinonima num. 4.

Quin fallere intendat ambiguitas compatibilis nu. 4.

Amphibologia ſenſus quando ex parte liquentis nu. 4.

Eſt amphibologia ſermonis , & facti num. 4.

Indumentorum forma ſignum nationis , vel Religionis numero 4.

Non naturalia , ad placitum iſta ſunt ſigna nu. 4.

Diſtinctio habitus ſignificantis Religionem , aut regionem numero 5.

Beneplacitum Papæ requiritur , in utendum licitè habitu infidelium numero 5.

Poteſt Eccleſiaſticus de licentia Papæ in totum habitu merè ſæculari incedere num. 5.

Argumentum de uſu licito idiomatis infidelium nu. 5.

Statum celare ob bonum finem , peccatum non eſt nu. 5.

Verbo aut facto , non ſilentio , mendatium committitur numero 5.

Simulatio licita , aut illicita ex facto , & ſilentio numero 6.

Amphibologia in juramento jure illicita num. 6.

Hæc à tribunalibus omnimodè exul fiat num. 6.

Illicitum jurare ſine intentione jurandi num. 6.

In verbis animus exponitur num. 6.

Qualia mutorum verba num. 6.

Æquè requiſitum in Sacramento Pœnitentiæ confeſſio, & contritio numero 6.

Votum Monialis de ſilentio perpetuo num. 6.

Illicita pro ſemper amphibologia num. 6.

Scoti mirificentiſſima doctrina de licita , aut illicita ſimulatione numero 7.

Encomiabilis ſimulatio unde procedit num. 7.

Penes illa quæ indifferentia ſunt , nec ulli nocent , aut præjudicant , utilis ſimulatio num. 7.

Compatitur idioma tenere ſignum ad placitum , & ſignificare naturaliter idiomatum voces num. 7.

Mens ſubtilis Magiſtri de ſimulatione ponderatur numero 8.

Peragendum malum peſſimè ſimulatur num. 8.

Davidis ſimulatio licita , & exemplaris num. 8.

Quando furioſum ſimulavit ſe David , mirabilem ex ſancto Auguſtino Prophetiam evulgare dicitur numero 8.

Aliud eſt fallere , alterum mentiri num. 9.

Occultare prudenti ſtratagemate ipſam veritatem , mentiri non eſt numero 9.

Judith a ſermo , ſeu habitus in agmine Holophernis ſine mendatio numero 9.

Digitized by Google

Sanctus Auguſtinus pro Iuditha non mentiente nu. 9.

Ioſephus DelaZerda maltus in commendandas hujus Heroïna laudes numero 9.

Diſcrimen inter iſta, fallere, fallacem fore, illuſorem conſtitui *numero 9.*

Inſidelitas, & mendatium illicita; non ſtratagemata in bello damnantur num. 9.

Scotus interpretatùs de Iuditha loquens num. 9.

Receſſus in vitandam mortem, propriè fuga num. 9.

Objectum feſtivitatis ſacra ſupernaturale num. 9.

Circa Inditha ornatus interpretatio num. 10.

Excuſans à peccato veniali poteſt non excuſare à mortali numero 10.

Pro ſemper attendit ſubtilis Doctor mentem ſancti Auguſtini numero 10.

Matrimonia licita aliquando Hebreorum cum Gentilibus urgente motivo boni communis num. 10.

Periculum in ornatum mulierum num. 10.

Sanctus Auguſtinus Iacob aliàs excuſans à mendatio numero 11.

Hiſtorialis epilogus de hareſi Anglicana num 11.

Pietas divina conſervans ſuam fidem Catholicam in pluribus Anglicis numero 11.

Non mendaces Eccleſiaſtici Hiberni in habitu ſaculari decedentes numero 11.

Qualiter liceat Catholico pugnare pro Domino ſuo infideli numero 11.

Diſcrimen de Catholico incognito apud inſidelos ab eo cognito inter eos num. 11.

Fidelis quandoque non peccat diſſimulans ſe fidelem numero 12.

Nuſquam licet fideli ſimulare ſe inſidelem num. 12.

Inequè inſidia licent fideli ac inſideli num. 12.

Qua ſigna nationis, aut ſuperſtitionis num. 12.

Prudens ſtratagema cujuſdam Angli num. 12.

Martires praclari ſub infidelo vexillo ſimulati num. 12.

Inquo bello illicet fideli aſcribi ſubinfideli vexillo numero 12.

Quo pacto licitum fideli inſidelium templa adire, eorum concionibus, & conventibus aſſiſtero num. 13.

Duplex ſubortum dubium, explicatum num. 13.

Tacita hareſis profeſſio, qua num. 13.

Argumentum in deciſionem conſultationis num. 13.

Franciſcani Angli ſervant Regulam Minorum nu. 13.

Proteſtatio, ut Catholico plura liceant num. 13.

Eliſei penes Naaman Syrum hiſtoria num. 13.

1. PROMISI conſultatione 11. num. 2. hic me fuſius acturum de his quæ ſub iſta continentur, & ne in introitu aliquid impediat duplex propoſitio damnata à SS. P. Innocentio XI. Pontifice maximo, una quæ earum eſt in Serie 26. ſic ſe habens. *Si quis vel ſolus, vel coram aliis ſive interrogatus, ſive propria ſponte, ſive recreationis cauſa, ſive quocumque alio fine dicat ſe non feciſſe quod revera fecit vel quodvis aliud additum revera non mentitur, nec eſt perjurius.* Cui addenda eſt immediatè ſequens in ordine 27. *Cauſa juſta utendi his amphibologiis, eſt, quoties ſit neceſſarium, aut utile ad ſalutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum; ita ut veritatis occultatio ſentiatur tunc, expediens & ſtudioſa.* Stantibus ab hoc anno 1679 præfatis declarationibus, diverſimodè decidenda præſens conſultatio, ac quando anno 1659. reſpondi conſonè tunc ad varias Doctrinas probabiles inconcuſsè vigentes, præcipuè inveniendo eo tempore Caramuelem tom. 4. in Theologia Morali præterintentionali; præcepto primo à nu. 2151. fundans & hanc concluſionem, numero 2155. *qui inter Mammethanos ethnicos utitur veſte nationis non peccat*, addo tamen (ut in omni ſenſu ſummi Pontificis venerandam declarationem tuear) ſi in uſu talium indumentorum, nullo pacto, aut mendatium interponitur ex facto, vel amphibologia. Etenim ipſe Caramuel proferens unius, & a terius compatibilitatem, ſubjungit. *Veſtes cum verbis, & aliis ſignis comparando ſigna enim ſunt, & debent ad placitum ut ſigna reliqua ſignificare.* Dico in limine certiſſima præmittenda. Unum, quod prudens veritatis ſimulatio, omni excluſo mandatio nec dicenda ambiguitas ſimulata, nec ullo pacto amphibologia; Alterum, nec Chriſtum, nec Apoſtolos uſquam uſos fuiſſe illa, vel iſta, & tantorum heroum ſermonem fuiſſe illum quem ſacer Magiſter docuit eis, & omnibus in ipſis. Mat. 5. v. 37. *Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt; non non.* Et conſonè Jacobus Apoſtolus in ſua Catholica epiſt. cap. 5. v. 12. *Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt; non, non, ut non ſub juditio decidatis.* Quibus compoſſibile fuit aliquando quin Apoſtoli conſulerent ambiguitatem, ſeu amphibologiam Gamalieli perſuadere, ut vera ſimulatione veritatem quam profitebantur Catholicam occultare: Igitur actorum 5. v. 24. cum ab impia judaica tyrannide carcerarentur Domini Diſcipuli, & miſſo Angelo de Cœlis ergaſtuli januas aperuiſſet, illique exeuntes docerent publicè, ut antea ac carcerarentur Evangelium, nunciatus evẽtus ab invidia principibus Sacerdotum, hi ſtatim concilium congregarunt vocantes Domini Diſcipulos, ſicque Princeps Sacerdotum v. 28. illos increpans. *Præcipiendo præcipimus vobis ne doceretis in nomine iſto; & ecce repletis Ieruſalem doctrina veſtra, & vultis inducere ſuper nos ſanguinem hominis iſtius.* Magnanimitate animi, proprio & Coapoſtolorum nomine, reſpondit ſanctus Petrus. *Obedire oportet Deo magis quam hominibus.* Suggerens valida & efficatia, licet ſuccincta fidei Catholicæ documenta, quæ cum audiſſent diſſecari dicuntur & interficere Jeſu aſſeclas conſultabant; textus vox. *Et cogitabant interficere illos*, id ſignificat conſonè ad Græcum, ſic legentem. *Et conſultabant.* Ubi lyranus *ſua irritationis cauſam ſcribit. Quia reſponſionem eorum non poterant infringere, & tamen volebant eos occidere.* Quid tunc Gamaliel, diſſimulatur Catholicus neutiquam amphibologià etſi palam ſe confiteatur Chriſti aſſeclam non faciat ex Apoſtolorum concilio, nec manifeſtet. Quid in corde tenet, occultans prudentiſſimo zelo in Redemptoris gloriam, & Eccleſiæ exaltationem omni excluſo mendatio verba.

2. Textum ſacrum audiamus, & quia materia eſt graviſſima in ſoliditatem valdè neceſſaria, parcat lector aliqualem digreſſionem; eo cap. 5. actorum v. 35. *Surgens autem quidam in concilio Phariſæus nomine Gamaliel legis Doctor, honorabilis vir, univerſa plebi, juſſit foras ad breve tempus homines fieri. Dixitque ad illos. Viri Iſraëlitæ attendite vobis ſuper hominibus iſtis, quid acturi ſitis. Ante hos enim dies ſtetit Theodas dicens ſe eſſe aliquem; cui conſenſit numerus virorum circiter quadrigentorum qui occiſus eſt, & omnes quicumque credebant ei diſſipati ſunt & redacti ad nihilum. Poſt hunc extitit Judas Galilæus in diebus profeſſionis, & avertit populum poſt ſe, & ipſe periit & omnes quotquot conſenſerunt ei diſperſi ſunt; & hunc itaque dico vobis, diſcedite ab hominibus iſtis, & ſinite illos. Quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium hoc, aut opus, diſſolvitur; ſi vero ex Deo eſt non poteritis diſſolvere.* De Theoda communiter aiunt fuiſſe quendam magum qui ſe Prophetam prædicavit, & occiſus eſt à militibus miſſis à Præſide Syriæ; alter vocatus Judas Galilæus, quidam homo fuit oriundus à Provincia Galileæ prædicans ſe zelatorem fore libertatis populi Dei contra injuſtam, quam aiebant exactionem vectigalium, ſeu tributorum quæ Cæſar, populuſque Romanus exigebant ab Iſraël & Judea, vociferans tyrannide non jure legitimo petitum tributum. De Theoda Joſephus Gorionides lib. 20. antiquitatum cap. 2. de Juda

Digitized by Google

Galilæo lib. 7. de bello Judaico cap. 19. & lib. 18. Antiquitatum cap. 1. Non lateat, certiſſimum ſit, prædictum Gamalielem quando tantopere ſe diſſimulabat catholicum fore, veritate, & re baptiſatum, fidem Chriſti conſervans, tamen utitur non ſermonibus Amphibologicis ſed prudenti diſſimulatione, tunc exemplis de illis duobus Pſeudo Prophetis, tum in hipothetica ſub inductum quod certò credebat interiùs. *Si eſt de hominibus conſilium hoc*; aiebat penes fidem Chriſti; quam firmiſſimè aſſentiebat à Deo non ab hominibus datam, adorans Chriſtum hominem Deum mortuum in cruce ad redemptionem generis humani, tertia die reſurrexiſſe, & montè Oliveti à quadrageſimo reſurrectionis die, æthera penetraſſe in dexteram æterni genitoris. Gloſſa ordinaria in cap. 5. Actorum de Gamaliele. *Hic erat Diſcipulus Apoſtolorum ut putatur remanens apud Iudaos conſilio Apoſtolorum ut peſſima deſtrueret conſilia, & furorem eorum mitigaret.* Idem docet Beda ex S. Clemente Romano lib 1. recognitionum Apoſtolicarum cap. 9. *Ut Clemens ait hic Gamaliel conſotius erat Apoſtolorum in fide, ſed conſilio Apoſtolorum cum Iudais manebat, ut in turbine furorem eorum poſſet ſedare*, quando ſedaret niſi aliqua cordata ſimulatione quin minimo mendatio arguetur verbis utendo non fucis neque Amphibologicis etſi nuſquam licitus Amphibologicus ſermo, aut quævis excogitata Amphibologia (condemnata quidem ab innocentio præcipuè illa, quam ponit in propoſitione 48. ſic: *Quando quis poteſtate publica interrogatur, & urget ingenua confeſſio*; Damnanda enim tunc talis taciturnitas ex facti Amphibologia) ſimulatio tamen veritatis urgentiſſimo motivo occurrente, cum quis à poteſtate publica non interrogatur, nec urget ingenua confeſſio, ſicut evenit in Gamaliale, qui nec interrogatur à poteſtate publica neque urgebatur ad ingenuam fidei confeſſionem, licebit ſimulatio veritatis; Ergo catholici in Anglia parati promper ut quotieſcumque interrogentur, obedientiam ſuam ad Romanum Pontificem palam facient quantumcumque tormenta copulentur, ſe ſimulantes in habitu nationis ex relevantiſſimo motivo nullâ amphibologia, aut ambiguitate.

3. Quod autem liceat in occulto veram fidem profiteri neque tamen eam propalare aliquando in publico, aut ex metu prudentioris cautelæ vel ob relevans aliud motivum, probatur à paritate per ea quæ ſcribit Bonacina tom. 1. quæſt. 2. de clauſura & pænis violantium ipſam puncto 2. num. 13. explicans quando dimiſſus habitus à Religioſo eum in excomunicationē incidere facit; inquit *Non qualibet habitus diviſio ſufficit ad incurrendam iſtam excommunicationem; Sed opus eſt, ut dimiſſio ſit temeraria.* A quo num. 14. colligit *Religioſum excuſari qui cauſa conſervanda vita dum per loca turcharum, hereticorum; vel aliorum tranſiturus eſt; habitum dimittit.* Tranſeunter vel permanenter habitum dimittere, non animo dimittendi, aut deſerendi habitum, ſed Scopo ſervandi vitam, per accidens ſe habet; Ergo ſi dum tranſit non reputatur temeraria dimiſſio in incurrendam cenſuram, nec licet permaneat in dimiſſione permanente eodem individuo motivo; quia utrobique eſt prudens facti diſſimulatio ab omni mendatio, & falſitate immunis erit & libera; qualiter in ſcriptura legimus factum. Non aliter ac de Gamaliele retulimus à Joſepho Arimathea Joann. 19. v. 38. *Poſt hac autem rogavit Pilatum Joſeph ab Arimathea (eo quod eſſet diſcipulus Jeſu occultus, tamen, propter metum Iudaorum) ut tolleret corpus Jeſu* Eſtius. *Palam apud illos non profitebatur ob metum Iudeorum, ne extra Sinagogam fieret, aut quia dives erat, ne damnum pateretur.* Ergo minus quam vitæ jactura abundat in quamcumque diſſimulationem liberam à mendatio. Cordatiſſimum in petendo Jeſu corpus conſilium, tangit Beda apud catenam Angelici Doctoris in verſiculum Joannis allegatum, proferens. *Sedata enim ut cumque eorum ſavitia quod ſe adverſus Chriſtum pravaluiſſe gaudebant, corpus Chriſti petiit* Cauſalem obſecro præmas) *Quoniam non videbatur cauſa diſcipulatus, ſed pietatis veniſſe, ut funeri Officium impenderet, quod homines non ſolum bonis, ſed etiam malis ſolent impendere.* Ergo non Amphibologia, pietate vera, cuncto excluſo mendatio, diſſimulatur rectiſſimè & valdè meritoriè; Ergo aliqua licita & laudabilis ſimulatio plaudenda, quam non includit Innocentius XI. illis propoſitionibus quas damnat ſolumque intendit, & meritò, omnem eam excludere quæ doloſè palliataque fallit Doctiorem, & acutiorem; à contexturaque patet tanti paſtoris intentum ſolummodo fore nullo prætextu amphibologiam, ſive in verbis ſive in factis licere in qua inſeparabile ab ea eſt mendatium; Tam intrinſecam malitiam, & deformitatem tenens, ut nec de potentiâ abſoluta valeat à Deo diſpenſari, qualiter altera decalogi præcepta ejuſdem Ordinis velut v. g. quintum de non occidendo, in quo legimus pluries diſpenſatum; A quibus cautè lege Dianam p. 3. trac. 5. miſcellaneo reſol. 7. cum ait 5. difficultas *Mendatium excuſatur aquivocatione in mente retenta.*

4. Demus vocis ſignificatum ſub illa dictione, in ſecunda propoſitione per ablativum de Amphibologiis. Calepinus in Dictionario littera. A, impreſſione Baſileæ. *Amphibologia, dubium dictum, ſermo dubiam ſententiam indicans, figura que fit vitio compoſitionis cum in ambiguo poſita eſt ſententia*: Quo ſenſu Beyerlinck, in ſuo theatro magno vitæ humanæ tom. 1. ſub ea Voce pagina 389. colum. 2. remittit ad dictionem, *ambiguitas*; quam deſcribit, fol. 216. colum. 1. quæ *unumquodque contradictorium, & aqualibus ambit rationibus; ſeu quod in utramuis partem animo agi poteſt.* Figuram examplificans ex Virgilio 4. Eneidorum; Variaque apophtegmata conſtruens. Solummodo ter vox *ambiguum* invenitur in ſacra pagina, ſub abſtractum *ambiguitas* Deuteronomii 17. v. 8. *Si difficile, & ambiguum apud te judicium eſſe perſpexeris.* Et Ezechielis 12. v. 24. *Non enim, erit ultra omnis viſio caſſa nec divinatio ambigua in medio filiorum Iſraël.* De abſtracto 1. Reg. 9. v. 6. introducitur Saul obediens paterno mandato in querendas aſſinas, quas cum non inveniret, puero alloquitur. *Ecce vir Dei eſt in civitate, omne quòd loquitur ſine ambiguitate venit.* Sa & Menochius; *id eſt certiſſimè.* Ergo illud propriè ambiguum ſeu Amphibologicum, quod incertum apprehenditur; ſine ambiguitate, idem ac ſine incertitudine, fallere non intendens paratus quod ſi ſenſus interrogetur nulla utetur tergiverſatione ut in alium ſenſum percipiatur ac ab ipſo ſincera Propalatur veritate; nullo enim pacto id damnabile videtur, ideo Amphilogiæ reprobandę, quæ non ſunt, nec dicuntur præciſè ambigua, ſed taliter ſenſus in verbis ſeu factis invertitur ex parte loquentis, vel operantis, ut ex ſua intentione in re ſit ambiguitas, alterumque ſignificatum ac in ipſa exprimitur; v. g. occidi ego Antonium; probat judex me eum trucidaſſe, interrogat utrum perpetraverim illud homicidium; reſpondeo ego; non perpetraſſe, intelligens hora decima, quod eſt verum cum non fuerit interfectus à me, niſi hora ſexta, enim ambiguitas à me ponitur, & in eo ſenſu dicitur Amphibologia quæ nuſquam licet; Veritatis autem occultatio ex fine honeſto, omni tergiverſatione remota, quæ dicitur ſimulatio, ſeu diſſimulatio eorum quæ ſub meam optionem cadunt. aut facere manifeſta, vel abſcondita tenere, quo pacto Amphibologia, alioqui interrogatus nulli liceret proprium ſecretum non pandere, aut ea quæ inter amicos tractantur ſub benevolentiæ confidentia palam deberent cuique fieri,

ſub

Digitized by Google

ſub quocumque prætextu, quo inquiruntur; quod nihil abſurdius; factis etiam quælibet prohibetur Amphibologia, non autem prudens ſimulatio ſeu veritatis ſincera, & vera occultatio, & de his in præſenti conſultatione, & quia verſamur in ea quæ arguitur per veſtimentorum operimenta in propriis terminis Joannes Azor n. ſequenti citandus. *Secundum eſt veſtium vel ſignum quod nationes vel gentes uti conſueverunt, aliquando Symbolum eſſe nationis, aliquando ſectæ & religionis*: præter Judæos in aliquibus oppidis utentes certo ſigno in pileo; & Mauros dicto Turbante, ad meam non venit notitiam aliquid fore ſignaculum, imo in civitate liborniæ nullo ſuæ perfidæ ſectæ utuntur Hebræi. Attamen concedamus veſtes fore inditia ſeu ſigna profeſſionis quam quiſque tenet, & inter catholicos nil practicabilius indumenta ſignificare, quis ſæcularis, quis clericus, quis Regularis; & de mulieribus, quæ vidua, quæ monialis, ſignum tamen hoc declarativum ſtatus ſeu profeſſionis ad placitum hominum, neutiquam ut dixi num. 3. naturale invenitur; diſcrimen autem hujus utriuſque ſigni eſt quod naturale in ſignificato nullam ponit ambiguitatem, Amphibologiam, vel incertitudinem ex regula Methaphiſica, ab eo quod res eſt vel non eſt dicitur vera vel falſa; at in ſigno ad placitum ex ſe certitudo nulla eſt, aiente Chriſto. Mathæi 7. v. 15. lupos rapaces ſub ovina ſimulari pelle hypocritas; Ergo qui paratus eſt veritatem ſemper ſine ulla tergiverſatione ex ſigno humano ad placitum declarare, nullam in habitu quo utitur Amphibologiam, ſeu mendatium introducet, præcipuè quando ob ſingulariſſimum commodum reſultans utilitati publicæ utitur tali habitu: non quidem prout Religionis eſt ſignaculum, niſi in quantum nationem, regionis habitatores ſignificat.

5. Eaque propter, memoria tenenda eſt diſtinctio uſus indumentorum prout ſignum Religionis quam quiſque interius credit; vel in quantum ſignaculum regionis in qua quiſque habitat. A ſuppoſito; quod ſine ſummi Pontificis beneplacito, ille qui Eccleſiaſticum profitetur ſtatum non poteſt indumenta, & Tonſuram illum ſignificantia relinquere in aſſumendum habitum ſæcularem, venit ſtabiliendum quod Azor tom. 1. lib. 8. cap. 27. §. quarto quæritur in diſcuſſionem vocat. *An Catholico vel Chriſtiano, vel hæreticorum; vel Paganorum provintias atque oppida tranſeunti, liceat ſalutis cauſâ ſe ſe occultare eorum veſtes induendo, aut linguâ & ſermone utendo.* Poſtquam ſententiam negativam refert ex Caïetano ſecunda ſecundæ quæſt. 3. ar. 3. & ibi ex Bannes, ſequentem concluſionem ſuam proponit. *Licitum eſt imminente mortis periculo, & omni aliorum offenſione ſemota.* Quod declarat paritate *Quemadmodum licet Chriſtiano Paganorum, loca tranſeunti, uti ſermone, & lingua ipſorum ut ſibi neceſſaria ſubſidia vitæ comparet, ſic etiam fas eſt uti veſte, & ſimbolo infidelium.* Lingua, id eſt idioma infidelium nam per ſe, & naturaliter non indicat per eam alloquentem infidelitatis ſecta Maculari; Ergo nec uti eorum habitu, conformiter Trullench tom. 1. in decalogum libro 1. cap. 1. dub. 8. num. 11. *Clericos aut Religioſos deponentes veſtes Clericales, aut Religioſas, ac ſæculares induentes dum tranſeunt per Hereticorum loca, ut tuti ſint, non peccant contra fidei confeſſionem.* Non annuo ei quod ſubjungit nam negabo ex præciſa dimiſſione habitus negare ſtatum, addit ſic. *Quia ad ſummum illud eſt negare ſtatum Clerici, & Religioſi, non autem Religionem & fidem; qui ſi ea ratione intendant alios decipere & fingere ſe eſſe laïcos cum tamen ſint Clereci peccant venialiter. Si tamen tantum intendant ſe celare & occultare ut incolumes evadant, ſic neque mentiuntur, nam bonis mediis ſtatum celare præſertim ob bonum finem non eſt peccatum.* Allegando pro ſe Sanctium, & Filliucium citat Angelicum Præceptorem ſecunda ſecundæ q. 111. ar. 1. ad quartum cujus verba nil ſolidius pro mea reſolutione; inquit. *Sicut aliquis verbo mentitur, quando ſignificat quod non eſt, non autem quando tacet quod eſt, quod aliquando licet, ita etiam ſimulatio eſt Quando aliquis per exteriora ſigna factorum, vel rerum ſignificat aliquid quod non eſt, non autem ſi aliquis prætermittat ſignificare quod eſt. Unde aliquis poteſt peccatum ſuum occultare abſque ſimulatione.* Perpulchrè, atque ſolidiſſimè in propoſitum.

6. Igitur ex mente Angelici Magiſtri dabilis eſt facti, & verbi ſimulatio licita ex taciturnitate, utraque illicita ſemper à mendatio. Unde diverſimodè valdè eſt quando exoratur juramentum pro re quam amphibologicè, ambiguè aut incertitudine percipimus. Ac cum illud nulla ex parte extorquetur, & audiens, vel videns ſibi fidit intelligentiâ in jurejurando enim amphibologia ſemper præſumitur cum mendatio propter damnum tertii, quod ab illa reſultat; ideo meritiſſimè à tribunalibus debet hæc ſpecialiter (valde in depoſitionibus) exul fieri, præcipuè poſtquam Innocentius X I. illam propoſitionem damnavit in ſerie 25. *Cum cauſa licitum eſt jurare ſine animo jurandi, ſive res ſit levis, ſive gravis.* Juramentum autem facto fit, & verbo; quapropter Amphibologiâ in eo utens ſive ſit ex ſermone ſive ab aliqua actione qua declaratur, & percipitur contra id ſignificans quod habet in mente, mentitur; ergo cum non habeat in mente animum jurandi, jurare non licebit ſine animo jurandi ſiquidem hoc pacto inſeparabile eſt mendatium à locutione: aut à factis quibus animus exprimitur, ideo talis ambiguitas in eis ſemper illicita. Conſpicimus quod mutus facto jurat, carens articulatis verbis, juramentum factis interponit, ſed tunc mutus utens illa Amphibologia in juramento peccat, ſi animo careat ſe obligandi; Ergo & Amphibologia facti, etiam prohibetur à Papa. Attendantur obſecro ſequentes inſtantiæ. Etenim mutus per illa ſigna quæ dat in conſenſum, aut diſſenſum loquitur æquivalenter, etſi non articulatè, præditus enim dicitur lingua per nutus, ſeu ſigna; quod convinco in Sacramento Pænitentiæ, ad quod non minus requiritur confeſſio oris quam contritio cordis; tamen mutus articulata voce non loquitur, nutibuſque ſeu ſignis ſupplet quod linguæ deficit; Ergo ſicut in Sacramento Pænitentiæ verbalis mutorum confeſſio Sacramentalis eſt, equivalens verbum; & in moribundo ſenſibus deſtituto ſimiliter, ita quando mutus utitur Amphibologia vice vocis articulatæ; quia valdè curioſus eſt caſus, eum non prætcribo. Contigit quandam valdè loquutricem monialem de præcepto ſui ſuperioris, quia ita expediebat bono communi congruo ſilentio aſtrictam; ſuper ſe ipſam reſpexit, & ita defectum emendavit, ut luce divina excitata de ſuæ prælatæ licentia vovit non loqui niſi inevitabilia. Decurrente tempore ab altero ſuperiori vocata in quadam cauſa juridica, dum reſpondebat interrogata, nutibus capitis, aut aſſentiebat, vel diſſentiebat; judicabatur à prælato muta, & teſtimonium ſecretarius proferens de nutibus in proceſſu, poſtea ad judices delatum, legitimam cenſuerunt depoſitionem quia ſufficientia in animum eorum informandum. Unde patet contra conſcientiâ conſuluiſſe confeſſarium quendam potuiſſe Teſtatorem uti Amphibologia in præjuditium legitimi hæredis.

7. Quibus aſſentire videtur Scotus 3. diſ. 38. q. 1. §. ad ultimum num. 16. ſupponendo quemliber licitè quire ſine ulla Amphibologia ſe & ſua multipliciter ſimulare, modo quo tacendo meum peccatum, ne extra ſacramentum pænitentiæ propalatus infamer, facto me valeo occultare ergo in habitu infidelium, ſi nullum ſignum do me fore infidelem licebit incedere. Audiamus Doctorem ſubtilem de variis ſimulationibus

Uno modo per aliqua ſigna probabilia; oſtendendo ſe habere aliqua bona quæ non habet ut per genuflexiones & orationes poteſt oſtendere devotionem ſibi ineſſe quæ non ineſt; & talis ſimulatio eſt hypocriſis, & eſt peccatum. Alio modo poteſt aliquis ſimulare mala non ineſſe ſibi; & hoc dupliciter vel oſtendendo ſigna oppoſita illis malis, vel non oſtendendo ſigna quæ conſueverunt communiter ſequi mala illa; primum iſtorum videtur pertinere ad hypocriſim, puta, ſi aliquis luxurioſus audiens loqui de mulieribus ſpuat in ſignum caſtitatis oſtendens ſe habere oppoſitum in corde; ſecundum non eſt aliquod malum, imo ſi qua poteſt eſſe laus in malo, eſt laudabile, quia vituperabile prædicare peccatum proprium, eo modo quo dicitur de quibuſdam Iſaiæ 3. peccatum ſuum, quaſi ſodoma prædicaverunt, nec abſconderunt. Etſi malum ſit eſſe malum in corde, addere tamen malum ſignum exterius eſt addere malum malo. Tenemus jam ſimulationem meritoriam, & laudabilem, atque manifeſtationem, quæ novum peccatum arguit in eo, qui non celat id quod interius tenet; procedit præceptor partes ea, quæ indifferentia ſimulantur, & ait. *In indifferentibus autem poteſt aliquis facere aliqua facta, quæ ex natura ſua ſunt ſigna alicujus; ſicut ſudare, ex natura ſua eſt ſignum fatigationis, vel alicujus reſolutionis corporalis; & aliqua quæ ex natura tamen non ſunt ſigna, ſed ſcit ea conſpici circumſtantibus tanquam ſigna, ſicut ſpumare, ita ut ſaliva decurrat per barbam ex natura ſua non eſt ſignum inſanæ mentis, tamen poteſt aliquis ſcire illud judicari à circumſtantibus tanquam ſignum furiæ, puta quia talia conſueverunt eſſe ſigna furioſorum in terra.* Mirificus textus, quo deſignatur quando ſimulatio omni excluſo mendatio, aut animo fallendi, exteriùs poteſt contingere ſine peccato, videlicet quoties ſigna ſunt ad placitum, aut ex conſuetudine, non autem ſi ſint naturalia; liquet prohibitio propoſitionum ab Innocentio XI. quæ ſint amphibologiæ quæ vetantur, & quanta pietate paterna Apoſtolica ſub juramento interrogati teneri decernit nos ſine ambiguitate reſpondere; quia licet Idioma ſit ſignum ad placitum, reſponſio eſt ſignum naturale in interrogatione eorum quę ſcit interrogatus; ideo utendo amphibologia, ſimulatio eſt mendax, in aliis vero eventibus paratus qui ſigna ponit nuſquam ſi requiratur quod habet in mente ſimulare; Verè ſignificat nec mentitur, & cæteras veritatis occultatio licita, ſicut qui dum tenet peccatum ſuum occultum facto non tenetur ſe prodere certitudinaliter peccatorem fore.

8. Se exemplificat ſubtilis Doctor. v. univerſaliter ergo num. 17. & ſequenti reſolutione totum cingit. *De prima, & ſecunda ſimulatione dico quod ſunt peccata mortalia frequenter, quia Hypocriſis, Simulatio tertia, dummodo aliud malum non committitur eſt laudabilis, ita quod homo non oſtendat unum malum per aliud malum. In indifferentibus ſimulatio prima, in aliquibus, licet eſſet forte mala, non tamen graviter, puta ſiquis poſſet ſudare ſine dolore prævio, ſicut quidam joculatores utuntur ſuis corporibus ad aliquos motus ſignificantes aliquas diſpoſitiones quæ non inſunt eis nec præceſſerunt. Simulatio quinta quæ eſt ſecunda in indifferentibus nullum peccatum eſt, & talis fuit ſimulatio David.* Hiſtoria hujus magnifici viri mortem fugientis à Saulis tyrannide patet 1. Reg. 21. à ver. 10. Poſt acceptum Goliath gladium ab Abimelech Sacerdote, textus ita. *Surrexit itaque David, & fugit in die illa à facie Saul, & venit ad Achis Regem Geth dixerintque ſervi Achis ad eum cum vidiſſent David.* Et ver. 12. Cautelans ſuam vitam inter gentiles hic probatiſſimus Iſraelita Dux. *Poſuit autem David ſermones iſtos in corde ſuo, extimuit valdè à facie Achis Regis Geth, & immutavit os ſuum coram eis, & collidebatur inter manus eorum, & impingebat in oſtia portæ ejus, deducebantque ſalivæ ejus in barbam.* Quo viſo à Rege Achis judicat fatuum eum, & furioſum, alloquiturque ſuis. *Vidiſtis hominem inſanum quare adduxiſtis eum ad me?* Joſephus lib. 6. Antiquit cap. 15. *Metuens David ne periculum quod declinaverat à Saul, ab illo* (id eſt à Rege Achis), *ſuſciperet ſimulavit ſe eſſe furioſum & rabidum, ita ut ſpumam ex ore projiciens, & alia quæ furioſi ſunt faciens, fidem Regi veræ paſſionis oſtenderet.* Veritatem ſimulatione oſtendebat, nullum intendendo mendatium; tantum diſtat talis cordata ſimulatio ab ea quæ dicitur amphibologia pro ſemper illicita quia nuſquam niſi mendax, quod ſanctus Auguſtinus tom. 4. lib de mendatio, mirificam prophetiam in iſto denotet, proferens. *Nec quod David ſimulavit inſanum, nec cætera hujuſmodi mendatia judicanda ſunt, ſed actiones loquutioneſque prophetice, ad ea quæ vera ſunt intelligenda referendæ.* Qualiter in iſta Dividis ſimulatione vaticinabatur Jeſu Domini paſſio exponit ſanctus Hyponenſis Antiſtes, contione prima in Pſalmum 33. expoſitione tituli in prædictum Pſalmum, & amplius num. 13. id ipſum in aliis cordatiſſimis ſimulationibus, liberis à mendatio exponetur.

9. Aliud enim eſt falli, alterum mentiri, plus illud extenditur ac iſtud. Non omnis qui fallit mentitur. Uulgare Hiſpanicum proloquium. *La prudenſia ſin mentir engaña conla verdad.* Bene verum eſt quod omnis qui mentitur fallit, ut infra: Davidem igitur in facto non mentitum; ulterius Auguſtinus eo tom. 4. lib. de mendatio ad conſentium cap. 10. *Non autem hoc eſt occultare veritatem quod eſt proferre mendatium;* Quamvis enim omnis qui mentitur velit celare quod verum eſt celans, ab eo quod celat, non mentitur. Iudithæ perpendo ambiguum ſermonem loquentis Holophernis militibus cap. 10. v. 12. *Quæ reſpondit filia ſum Hæbreorum, ideo ego fugi à facie eorum quoniam futurum agnovi quod dentur vobis in deprædationem,* ſanctus Auguſtinus tom. 10. ſerm. 229. de tempore (& habetur ſer. 67. de diverſis, qui eſt ſecundus de Juditha) *Non decuit pudicam mentiri, non intelligentibus dixit.* Non fefellit activè mentiendo ſed Stolidus à ſe ipſo deceptus eſt, & fefellit ſeipſum non penetrans nec capiens veritatem inconcuſſam Joſephus de Lazerda tom. 2. commentario literali in cap. 11. Judith exponenda aſſumit hæc noſtri Lyrani verba. *Iudith ut fallat fallacem, & illudat illuſorem.* Nunc Benedictinus Epiſcopus. *Aliud eſt fallere, aliud mentiri; ſtolidus & excors veris fallitur; verax, & rectus callidè verborum tendiculas ut hoſtem irreptiat legitimè parat; Mentiri tamen ſub nulla excuſatione præſumitur,* & ad cap. 10. multus eſt in probando, à num. 110. liberam & immunem ab omni mendatio; diffuſiùs pro hac heroina Didacus de zelada §. 5. ad cap. 10. Judith nu. 9. & deinceps varios Patres, & Doctores adducens pro eodem. Quin obſtet ſi aliquis me arguat Scotum ea diſt. 38. §. ad illud de Judith v. huic etiam num. 15. ſcribere. *Infidelitas, vel mendatium cujuſcumque in bello contra infidelem damnatur:* veriſſimè. Sed Judith uſa fuit infidelitate, & mendatio; Ergo non excuſantia. Nego minorem, contentam Judith in maxima Doctoris ſubtilis, qui ſubjungit. *Licet poſſet uti aliquibus cautelis belli quæ per ſe non repugnant veritati nec includunt mendatium.* Iudith ergo belli cautelis uſa fuit; nec mendax, proferens ſe filiam Hæbreorum, nec in fuga ab eis, nam quilibet receſſus in vitandum periculum ſeu mortem fuga cenſetur; aliàs exprimens ſe agnoviſſe futurum dandos Betulienſes in deprædationem, æquè verum erat ſi attendebatur potentia Holophernis, & non conſequuto effectu in viribus deſuper datis brachio ſuo, ut decollaret illum Ducem quem proſtravit, non virtute nativa propria; Sed Dei potentia operante ſupra omnem exigentiam cauſarum ſecundarum in nova ſpecioſitate, quam contulit faciei ipſius

ſius

Digitized by Google

ſius, & robore quo non trepidavit, aut ſincope aliqua defecit ſumens pugionem ipſius interfecti à columna pendentem lecti ejus; & his vulnerando, amputato capiti victrix reducta in patriam; quod videtur fundari in feſtivitate inſtituta numini divino apud populum Iſraël, ut habetur cap. 16. à v.31. cum dicitur, *Dies autem victoria hujus feſtivitatis ab Hebreis in numero ſanctorum Dierum accipitur, & colitur à Judæis ex illo tempore uſque ad præſentem Diem.* Et quæ feſtivitas ſacra, in objecto quod ſupernaturale non ſit? de quo vide ſi placet quæ adverſus quendam medicum tracto tom. certaminis. Diſp. 4. ſec. 7. à num. 226. in gloriam ſtigmatum ſancti Patris noſtri Franciſci.

10. Urges Scotus v. ſed ipſa, eo num. 15. fatur de Judith. *Sed ipſam etiam ſe ornavit ea intentione, ut Holophernes caperetur in aſpectu ſuo, & hoc volendo ipſum velle peccare ſecum mortaliter, quod eſt pecatum mortale: unde non videtur omnino certum, quod excuſata ſit ab omni peccato mortali; & licet factum ejus narretur in ſcriptura, & recitetur in Eccleſia tanquam laudabile quantum ad aliqua quæ erãt ibi Religioſitatis; aliqua tamen ibi annexa nec laudantur, nec licent.* Argumentor ſic. Qui non excuſat, potens, à peccato mortali, nec à veniali excuſat; Sed Scotus non excuſat Juditham à mortale in ornatu; Ergo nec à veniali excuſabit propter ambiguitatem ſeu amphibologiam: futilis equidem replica, in qua major apparet falſiſſima quando nulla eſt dependentia peccati venialis à mortali perpetrato, ideo dato mentem ſubtilis Doctoris fuiſſe Juditham in ornatu peccaſſe, non ſequitur in amphibologia fuiſſe loquutam cum hæc ab illo non pendeat. Aſt apparens expreſſa ſancti Auguſtini ſententia, & tanti Doctoris mentem ſemper atentam fuiſſe à Scoto, etiam in his quæ hic ingeruntur tenenda, nec in ornatu peccaſſe quod noſter Pontius in ſuplemento ad literam Præceptoris in eam diſt. 38. num. 200. expreſſit. *Probabilius longe judico cum Lyrano, Cartuſiano, Serrario, Sanctio, Saliano, & Doctoribus communiter, quod ſic non peccaverit, quia ſatis facile excuſari poteſt, & tam celebri, ac optima vita ac conconverſationis mulieris non facilè imponendum peccatum:* Quandoque licita fuiſſe Matrimonia Hæbreorum cum Gentilibus urgente bono publico fundat aſſumptum; proſequitur Pontius. *Ipſa non intendit aliud quam quod Holophernes caperetur, & inde flecteretur ad eam concupiſcendam, ut ſic viam haberet ad ipſum interficiendum, prout bene poterat ſine peccato.* Deficit, *ad concupiſcendam in contractum maritalem*; Nam aliter difficilius probaretur excuſari à peccato; non enim licet fæminæ quæ ornatur, dum capax eſt nuptiarum aliter apperere quod concupiſcatur ab aliquo niſi ad Matrimonium; peccant enim venialiter ſaltem à vanitate: (bene verum ſi extra Matrimonium id intendant fæminæ periclitari valdè in peccatum læthale quatenus aut ſe, aut alios ponunt in occaſione proxima peccandi mortaliter conſentiendo in actum venereum, quandoquidem neſcit mulier, an ille ipſam concupiſcit extra matrimonium ſtatim ac videt ſpecioſam, & conſentiat in copulam cum ea (de Juditha autem ſanctus Auguſtinus ſerm. ſecundo de ea, qui eſt 67. de diverſis varia plaudens concludit. *Species cuſtodit quæ blanditur, & ne violenter pudicitia cuſtodita lædatur.* Præterquam quod cum Scotus ait *non videri omnino certum*, exprimit problematicum ſe in eo eſſe, & in problemate, utraque pars erit eligibilis à Scotiſta. Igitur eam eligamus partem quæ à pluribus Autoribus, melioris notæ, qualis eſt, non peccaſſe, tenemus.

11. Stabilito jam & noviter fundata ſimulationis (quæ amphibologia non eſt) ſpecies licita, in tot quot congerit datus num. 10. ſanctus Auguſtinus & noviter; & tom. 4. lib. de mendatio cap. 10. proferens. *Profecto non ſolum id quod fecit aut dixit Jacob patri, ut benediceretur (Gen. 27. v. 19.) Sed neque illud quod Joſeph velut illudentis locutus eſt fratribus (Gen. 42. v. 8.) Neque quod David ſimulavit inſaniam, nec cætera hujuſmodi, mendatia judicanda ſunt, ſed locutiones, actioneſque prophetica ad ea quæ vera ſunt intelligenda referenda,* Liquidò igitur infertur quanta ſecuritate Hiberni abſque ullo minimo mendatio deponunt veſtimenta, aut Eccleſiaſtica, vel regularia, & quæque altera, ſimulantes ſe catholicos facto, nuſquam verbo, parati quidem quod ſi coarctentur fateri religionem quam profitentur etiam cum vitæ jactura veritatem catholicam palam voce explicabunt à ſe profiteri; Sed interim, ne in totum ab Anglico Regno (antea tam catholiciſſime) à tempore Henrici VIII. in hæreſim cæco, prius enim tanto pondere ſe oppoſuit Luthero ejuſque ſequacibus, ut volumen Typis daret confutans illius errores; & anno 1527. cum Dux Carolus Romam vallo afflixerit, pro maximo Pontifice Clemente VII. tuendo, ſua armavit agmina Monarchia Britannenſis at (pro dolor) poſtea turpiori libidine, Eccleſiæ Romanæ obedientiam negans in innumeras incidit Hæreſes, quæ partim ejectæ aliquando, & reviviſcente fide catholica, tempore quo regnavit Maria filia Catharinæ uxoris propriæ Henrici octavi; poſt defuncta prædicta Maria, & ſuccedente in Regno Elizabetha Annæ Bolenæ filia, intruſæ uxoris, (Annæ ſcilicet) relati Henrici, & ſpuria nata ab ea noviter regnans crudelior ſuorum genitorum peſſimorum & peior imitatrix, errores novos adjunxit prioribus, atque ex tunc nuſquam adhuc pro catholicis conſcientiæ libertas fuit, imo perſecutionibus immaniſſimis attriti, plurimi, ut piè creditur, Martyrii Lauream conſequuti fuerunt; cumque inter tot turbines pientiſſima divina Clementia tantopere radicaverit ſuam fidem chatolicam in multiplicibus Anglicis, & non minus præcipuè in fere cunctis Hibernis, ut cultus veræ religionis permaneat juge etiam ibi non aliud inventum medium, niſi ſub occultato habitu ſæculari Clericos & religioſos degere; in id conſcentientes (& de beneplacito expreſſo) Romani Pontifices (cujus benignitas valdè favet conſtructis variis collegiis inter catholicos diverſorum Regnorum ad Anglicos, & Hibernos dedocendos, ut poſtea in patriam revertantur, & inter tot hoſtes veram fidem teneant, eamque doceant; Quoad regulares autem in quaque provintia Hiſpaniæ, Galliæ aut Jtaliæ benigniſſimè admittuntur quicumque accedunt. Religioſi, & ſapientiſſimi aſſolent experiri, atque poſt completos curſos Philoſophiæ, & Theologiæ, dimiſſo habitu regulari regrediuntur in ſæculari indumento (tutiori conſcientia) igitur talis ſimulatio non appellanda, nec cenſenda amphibologia ſiquidem omne excludet mendatium ab habitu.

12. Hinc patet ſolutio ad id quod prædicti Hiberni ſeduliſſimè ſcire cupiebant ex eventu quem ajebant aliquando in Anglia inexcuſabiliter contingere ipſis: Incogniti quidem Catholici à Britaniæ Rege, & ſuis Miniſtris aſtringuntur arma ſumere atque ſub hæreticorum vexillis aſcribi in aciem militarem, ut ad pugnam exeuntes arma moverent contra hoſtes ſuæ Monarchiæ. Quid agendum in ea apremiatione? Joannes Azor tom. 1. inſtitutionum Moralium lib. 8. cap. 27. §. ſexto quæritur in propriis terminis. *An Catholicus Chriſtianuſve cum hæreticis, & Paganis bellum gerentibus, fas viſque ſit in ſuis vexillis affigere certa quædam ſigna quibus hoſtes utuntur, ut ſic vel interitum effugiant, vel eos certè incautos vincant, & capiant.* Et licet hoc ſcopo valdè probabile foret, licitè; tamen præmiſſerat hic autor §. quinto quæritur alterum dubium annexum, quod in ſeptimo diſcutit ſic ad noſtrum intentum; in quinto igitur. *An ubi Catholici una cum hæreticis ver-*

Digitized by Google

ſantur licitum ſit Catholico adire templa ad quæ hæretici conveniant, eorumque intereſſe contionibus. In ſeptimo autem ita. *An ſervo Chriſtiano inter Paganos captivo liceat in eorum Templo genufleEtere obſequium & officium ſuo Domino genua ſummittendo debitum præſtando quo eum incurvatum ſuſtinet.* Tria iſta exagitata videntur non de Cathôlicis incognitis, & diſſimulatis, niſi de illis, qui noti veri Catholici domicilia tenent. Inter fideles; aut ex bello capti, mancipatui ſubjecti: At Doctrinæ deducentes ſimiles diſcuſſiones, valdè conducunt, fundamentaque jaciunt ad deciſiones de Catholicis incognitis, & ex fine, ſcopoque exaltationis fidei, atque animatum ſalutis ſic ſeſe gerunt, quod præcedente Eccleſiæ beneplacito deponunt indicta exteriora ſignificantia determinatè profeſſionem Catholicam Romanam, inde ſi infideles inter quos commorantur decipiuntur putantes ſibi ſimiles in Religione, neutiquam interponitur mendatium, quo fallere velint aliqua falſitate, aut præſumi infideles, ſolumque diſſimulatio geritur ad notata ex ſancto Auguſtino dato nu. 11. pariter concurrunt verborum & factorum ſigna, quibus quis cordatè plus vel magis licitè à prudenti cautela, non amphibologia, ſimulatur; minus intrare poteſt mendatium in diſſimulationis cautelatione per factum ac per vocem; ſtemus in hoc quod plus vel magis inditia peracta licebunt Catholico, quo magis vel plus ipſi illa ſignificant ſe à fide non deficere; ſed plus ſigna ex ſe id ſignificant, quando ignoratur ab infidelibus fideles fore (aut utemur relatis indiciis nationum infidelium in ſuis vexillis vel cum interſunt in contionibus infidelibus) ac ſi certò ſciunt Catholicos fore, nec ea efficere animo & intentione infideli; ergo dum licitè queunt in iſto ſecundo eventu peragi, potius in primo abſque conſcientiæ ſcrupulo perfici valebunt utrobique; Minorem oſtendo: Major irreverentia præſtatur Deo à Catholico dum talis cognitus ita ſe gerit, ut irreverentia cogitari poſſit de Chriſtiano, ac quando nulla concipi valet à fideli, divino numini irrogari in ſigno præſtito de actione; ſed ſigno Catholici incogniti id ſecundum verificatur, ſi ergo licet Catholico cognito potiùs incognito licebit. Pro ſuppoſito.

12. Relatus Azor, penes primum. *Eſſe licitum id facere* (id eſt vexillis afficere ſigna infidelium) *ſive navali. ſive terreſtri bello res agatur; nam hoc nil aliud eſt, niſi quoddam inſidiarum militarium genus, & quemadmodum in ludis ſolent eſſe juſta, & colludentium inter ſe communes, & proinde abſque peccato, ita in bello militares inſidiæ culpâ vacant, quia ſunt ſtratagemata, atque utrique parti communia.* Paritate rem explicat, quamvis non curtat in omnibus cum compati poſſit infidelem non peccare diſſimulando ſe fidelem, bene vero peccare fidelem ſimulando ſe infidelem, ideoque quamquam æquè utrique parti talia ſtratagemata communia procedant inæquè uti tenentur illis Catholici, ac infideles, ſiquidem iſtis licent, etſi cum detrimento & damno ſuæ infidelitatis, illis vero illicent dum damnum & detrimentum reſultaret fidei Chriſtianæ; tunc conjectabitur tale damnum ſeu detrimentum quandocumque ex non peracto ſtratagemate vitaretur id quod infidelis intendit in ſuæ infidelitatis rationem, & executionem; nam ſi ea non perageret Catholicus alia media aſſumerentur ab infideli in idem perficiendum, ideoque modo quo licitè quis conſulit minus malum in vitandum majus talia ſtratagemata licebunt; proſequitur Azor. *Quid ſi Paganorum ſignum ſint ſecta, & Religionis ſuperſtitioſa Symbolum, fateor eſſe peccatum eo uti, puta ſi eſſet ſignum Martis, Palladis, aut jovis, quod pro diis ſtultè & inſanè gentes coluerunt: Si tamen ſignum ſit per ſe indifferens, ita ut tum nationis, & gentis, tum falſa Religionis eſſe queat, nullum erit peccatum eo uti.* Clarius Caramuel in Theologia Morali præterintentionali tom. 4. cap. 3. præcep. 1. caſu 9. nu. 2169. *Solis, & ſtellarum imagines eſſe æquivocas* (idem ac indifferentes) *nam ſi ab ethnicis figurantur, ut Apollinem, Iovem, Martem, aut alios Deos falſos ſignificent; à Chriſtianis ſine ſuperſtitionis nota ulla ut generis ſplendorem exprimant uſurpantur.* Videnda Hiſtoria quam recenſet à qua arguit ex quodam Ruperto Scharley nobili Anglico prius hæretico, (qui Juvenis acumine præditus ſimilibus ſtratagematibus in Hiſpaniam miſſus, ſua ſimulatione abſque ullius Catholicæ fidei detrimento) poſtquam baptizatus fuit, illam propagavit, & exaltavit medio tali ſignorum indifferentia, quam Martyres præclari non renuerunt ſub Imperatorum vexillis militantes, non obſtante quod in eis ſolis aut ſtelarum imagines conſpiciebant, quia licet ex perfida infidelium cæcitate fabricarentur ſuperſtitioſa idololatria, prædicti ſancti Martyres illas imagines aſſumebant, eiſque utebantur omni remota ſuperſtitione; abundabit punctum verificare in ſancto Sebaſtiano clam colente fidem Catholicam, & ſub Diocletiani vexillis militante, de quo Breviarium Romanum ad diem 20. *Januarij*, ſimiliter & ſancti Euſtachii martyris ad diem 20. Septembris; non diſſimiliter, S. Mauritii, & ſociorum, dictorum Tebeæ legionis ad diem 22. ejuſdem menſis; igitur de ſancto Euſtachio, præcipuè notatur à Trajano conquiſitus, belloque præfectus, Victor in urbem ingrediens martyrizatur ob negatam adorationem Idolis; non ergo illicitum eſt militare, aut incognitus Catholicus, vel cognitus ſub vexilla in quibus indifferentia producuntur ſigna; cum exceptione hac, dum bellum non geritur injuſtum ab infideli contra Catholicos juſto bello, aut invadentes, vel ſe defendentes; conſpice Caramuelem à nu. 2163. annotans Judæorum ſignum, aut Maurorum in turbanto, vel hæreticorum, non fore nationis oſtendens; & monitio quædam de ejus obſervanda præventione, ne in Lupina rabie ſinceritas Catholica periclitetur; ob quæ nimis examinandum eſt à Catholico per ea media quæ *prudenter* attingere queat, belli ſcopus, & *motivum* attendens.

13. Ad alterum quod excitaverat Azor eo §. quinto quæritur, reſpondeat. *Si rei naturam expectemus id* (hoc eſt Catholicos Templa Infidelium adire & eorum conventibus, ſeu contionibus aſſiſtere) *non eſſe per ſe malum cum ſit res ſuapte natura indifferens.* Moxque prope finem. *Ut faciliùs validiùs, & commodiùs eorum confutet errores, ex accidenti tamen peccatum eſt, ſi id fiat cum aliorum offenſione, aut periculo noſtro, vel alieno.* licebit his concurrentibus, quod ſcandalum non timeatur reſultandum, nec in minimo periclitatur fidei decentia, aut ponitur fidelis in occaſione amplectendi errorem, vel hæſitandi in his quæ præcipitur credere, ſive à poteſtate publica interrogetur, juxta propoſitionem 18. damnatam ab Innocentio XI. Unde duplex ſuboritur dubium, utrumque ab Azore motum, primum ibi. *Quid ſi Princeps hæreſi laboret, & jubeat cives, tum Catholicos, tum Hæreticos Templa adire, & etiam frequentare in quibus publica hæreticorum Conventus celebrantur, & contiones habentur, & id imperat pœna conſtituta publica amiſſionis bonorum vel mortis?* Hic erat ſpecialis eventus in quo Anglici cupiebant deciſionem quam præbet Azor ſic. *Si id Princeps jubeat, quoniam obedientia officium Principi debitum præſtant, ſi tamen præcipit ut eo tamquam Religionis ſimbolo pravitatem hæreticam ſimul profiteantur, & ut Catholici diſcernantur ab hæreticis, nequaquam eſſe licitum parere his principis juſſis, quoniam cæteri procul dubio Catholici offenderentur. Deinde eo ipſo tacitè hæreticam perfidiam, ſeu pravitatem profiterentur.* Nuſquam aiebant Hiberni apud Anglos à triginta, & hinc annis ſimilia juſſa publicata à Rege, ſeu parlamento, etſi antiquitùs id frequentabatur; Sed tamen

Digitized by Google

teſtificabant tam Catholicos illius Provintiæ alumnos in tuendam ſuorum Majorum ad Romanum Pontificem obedientiam, quod lubentiſſimè ſufferebant publicationem ſeu amiſſionem bonorum, & mortem, ne hæreticorum perfidiam tacitè præſumerentur profiteri; idque ipſum conſulentibus dixi imitandum; à quo ſumitur argumentum pro principali conſultatione: Vel dimittere habitum Religioſum catholicos exiſtentes in Anglia, & indumentis veſtiri ſæcularibus eſt profiteri expreſſè, aut tacitè hæreticam pravitatem ex ſimulatione ſeu amphibologia; aut non eſt; hoc ſecundum probat licere; primum firmari nequit; alioqui ſequeretur non fore ſignum indifferens & ad placitum; quod eſt rediculum cum amens ſolum diceret, talem formam veſtimentorum ſignificare naturaliter; nec urget quod contravenire videantur menti fundatoris v. g. S. P. N. Franciſci aliquos Minores qui ſub reatu peccati mortalis tenentur diſcalceatos, & in duplici tunica cum femoralibus tantummodo incedere; æquidem Torhace, calceamentis, & aliis Anglici Franciſcani ibi utuntur; nam præterquam quod, prædicta præcepta non obligant urgente neceſſitate, & nulla major quam conſervatio fidei Catholicæ in eo regno, interponitur beneplacitum Pontificis cuncta diſpenſans. Aliud Azoris dubium; *an tunc liceat Catholico ſuo Principi obedire publicè aſſeverando id ſolum efficere ut ſuo Principi pareat, non tamen ut ſectam hæreticalem profiteatur?* Reſpondeo affirmativè, quia ſic nulla quit argui tacita infidelitatis profeſſio; à quibus patet quod §. ſeptimo quæritur excitaverat; cætera remitto ad Caramuelem à nu. 2183. ubi Eliſei factum, circa Naaman Syrum 4. Reg. 5. à ver. 18. variè explicat; & pro eo addo Eſtium, aientem. *Quod ait Eliſeus non eſt diſpenſantis, ſed declarantis licitum eſſe quod faciebat, id autem erat adorare, hoc eſt procumbere & inclinare ſe ad ſuſtentandum Regem volentem adorare in Templo Ammon*: cujus rationem, ex Caïetano, aſſignat Tirinus. *Non ergo vult Naaman cooperari ad adorationem Idoli, ſed ad ſolam curvationem Phyſicam Regis.* Ergo cum Angli Catholici mutatione habitus, nullo pacto cooperentur hæreſi Anglicanę, ſolumque ſit Phyſica actio, nec veniale invenietur peccatum in eis; imo à mortificatione, qua ſic induti incedunt plura ſibi copulare merita judico, remuneranda à Divino numine cæleſti Patriâ.

CONSULTATIO XIX.

De volumine inhibito in Typographiam propter chocolatum.

REMISIT ad me videndum, & approbandum (ſi in eo non inveniretur dignum prælo non fore) quoddam volumen, cujuſdam Diœceſis Ordinarius; titulumque illius legens, erat hujuſmodi. *Levamen jejunii à chocolato ex conſuetudine*, non ſemel, iterato legere, & examinare uſque ad ultimas differentias decrevi, precipuè ad limen inveniens introductum textum Joannis Henriques in ſuis quæſtionibus practicis ſec. 16. quæſt. 27. num. 24. ubi hiſpano idiomate profert ſequentia in latinum verſa. Ubi mos eſt bibendi chocolatum, ſicuti eſt ſumendi collationem ſerotinam non frangitur jejunium, quia conſuetudo potens unum efficere licitum potuit & alterum. A quo ſillogizabat. Cum jejunium Eccleſiaſticum ex ſua natura non frangatur petat ſolum unam refectionem in quolibet die naturali, quidquid poteſt in una ſerie introduci ex conſuetudine ultra poterit ab alia compatibile cum ejus obſervantia, ſed non urget plus conſuetudo collationis ſerotinæ peragendæ, quam ſumendi chocolatum; Ergo ſicut illa jejunio compatitur, ita iſtius ſumptio. Unde deducebat. *Igitur præſcindamus à moleſta concertatione. An chocolatum ſit cibus, vel potus; Quodcumque horum admittatur licebit à conſuetudine iſtud ſumere.* Cætera decurrente conſultatione patebunt. Decognovi Henriquez, & perlegi quod n. 45. negabat conſuetudinem vim habentem legis in ſumptione chocolatica: & congruentiſſimè dum cibus conceditur, non illa neutiquam admitti poteſt niſi prout in more eſt peritiſſimos Doctores, timoratæ conſcientiæ viros conſonè ad examen factum de ingredientibus, ſentiant merum potum fore: cumque inſtaret argumentum in diſcrimine quo frequenter utitur omnibus horis de ſumptione chocolatica, ſive mane ſive Veſpere, modo quo utimur de aqua ſive pura, ſive mixta Sacchato, aut de Vino, ſeu dictis electuariis, non ſemel in die, verum & bis terque, & conſuetudo in collatione ſerotina, non niſi ſemel liceat, inquiſivit ſupra quot vices. Dato, cibum fore morem illum cadere in vim legis, audiens autem frivolè ſatisfacere; & attēdendo propoſitioni damnatæ ab Alexandro VII quæ in Serie eſt 20. ubi reprobatur. *Si liber ſit alicujus moderni debet opinio cenſeri probabilis, cum non conſtet rejectam eſſe à ſede Apoſtolica tamquam improbabilem*, prælo indignum judicavi volumen commiſſum inſtante autem ut fundamenta darem, majorem partem ex ſequentibus deduxi.

SUMMARIUM.

FRACTIO jejunii, aut ejus obſervantia ex chocolati ſumptione hiſpanorum proprior concertatio num. 1.

A materia parvitate in ea poteſt jejunium non frangi num. 1.

Vini puri, ſeu mixti ſumptio jejunium non frangit nu 1.

Paritas de vino confecto dicto Hipocras, *ad chocolatum num. 1.*

Potus aliquando nutrit num. 1.

Humidum nutrimentum potum vocat ſanctus Clemens num. 1.

Idem cibus, & potus, quando unum aut alterum num. 1.

In expetenda excrementa potio Scholaſtica aptiſſima num. 2.

Propriè & per ſe illa non nutrit num. 2.

Alimentum ſi eſt, quoad negativum effectum num. 2.
De nutritione dicta negativa in potu, & poſitiva in cibo num. 2.
Nimis defatigatæ vires robortantur quandoque à potu aquæ etiam num. 2.
Silvius interpretatur mentem Angelici Doctoris nu. 3.
Vinum, nutritivum per accidens num. 3.
Chocolatum confectum cum lacte per ſe nutrit num. 3.
Quod ante erat cibus ſi mixtione fiat potus, non frangit jejunium num. 3.
Electuariorum confectio, qualis num. 3.
Ab olfactu utrum aliquod reſultet nutrimentum nu. 3.
Maſſa chocolatica, & ſaccharum ab aqua ſiunt potio num. 3.
Maſticari, vel modo potabili ſumi, non conſtituit potum vel cibum num. 3.
Silvius impugnatus ab Hurtado num. 4.
Modus & in gredientia in confectione chocolatica nu 4.
Salamantini Doctores pro jejunio com patibili cum chocolatica ſumptione num. 4.
Non invenitur Bulla pontifitia quæ ab aliquibus allegatur de compoſſibilitate jejunii cum chocolatica potione num. 4.
Ubi initium iſta tenuit num. 4.
Vivæ vocis oraculum Gregorii XIII. pro jejunio non frangendo à ſumptione chocolatica num. 4.
Hæc, à Paulo V. Pontifice maximè declaratur potus num. 4.
Societatis Jeſu allegantur legitimi de prædicta Pauli V. declaratione teſtes. num. 5.
Chocolatum ut potus à conſuetudine quid num. 5.
Requiſita ut lex abrogetur à conſuetudine num. 5.
Declaratio Pontificis maximi à quo ſigno univerſalis pro tota republica chriſtiana cenſetur num. 5.
Et ſi non authentica Papæ declaratio, quando vera tenenda quin ſubjici poſſit falſa num. 5.
Uſus opinionis probabilis longævus in quo ſtat num. 6.
Qualibet opinio munita dictamine ſedis Apoſtolicæ intrinſecam, tenet probabilitatem, tutèque practicatur num. 6.
Modo potabili quotidiè fit comeſtio num. 6.
Activitate ignis agentis, mixta cum aqua in aquæ naturam tranſire queunt num. 6.
Fallatia impugnata de conſuetudine num. 6.
Cur non ab omnibus chocolotica potio ſumitur num. 8.
Medici in ſuis conſultationibus quid ſentiunt de conſuetudine num. 8.
Conſuetudo diei Sabbati in Regnis Caſtellæ & majoricarum de eſu extremorum & in trinſecorum animalium num. 7. & 9.
Qualis in Aragoniæ corona conſuetudo de tribus miſſis celebrandis à quibuſdam Regularibus die 2. Novembris num 7. & 9.
Dilema pro chocolatica potione, & quando corruptela num. 8.
Doctores affirmantes chocolaticam frangere jejunium ſumptionem num. 8.
Pinellus ſibi oppoſitus quoad chocolatum num. 8.
In materia parva cibus ſumptus quando non frangit jejunium num. 8.
Nuſquam licet quod ſine culpa veniali fieri nequit num. 8.
Qualis nutritio chocolatica potione reſultare quit numero. 8.
Rultores affirmantes non frangere jejunium potionem chocolaticam num. 10.
Navarri de Azpelioveta textus tranſcriptus, pro jejunio; num. 10.
Qualiter in india conficitur paſta chocolatica num. 10.
Labor unius diei quo pacto ſuſtineri queat ſolo ſumpto chocolato num. 11.
Sententia media penes ſumptionem chocolati num. 10.
Prohibitio Alexandri VII. de quadam probabilitate num. 11.
Diverſum collatio ſerotina ac ſumptio chocolatica n. 11.
Abuſus non eſt conſuetudo num. 12
Hæc non facit legem præcitè num. 12.
Papa non declarat cibum fore chocolatum num. 12.
Peccant ſumentes chocolatum in jejunio putantes cibum fore propter conſcientiam erroneam num. 12.
Implicitus legiſlatoris conſenſus in conſuetudine derogante aut legem ſtabiliente num. 12.
Occurrente charitate non introducitur conſuetudo numero 12.
Caſus fictus de peſte, ſed poſſibilis num. 12.
Virtus, origo ſit conſuetudinis irritantis legem num. 12.
Qui actus requiruntur ut à conſuetudine irritetur lex num. 12.
Conſenſus phiſicus, & moralis num. 12.
Conſuetudo non eſt ſumendi chocolatum, ſupponenda cibum fore num. 13.
Licitum, diebus dominicis quadrageſimalibus ova, & lacticinia edere abſque Bulla cruciata num. 13.
Diſcrimen conſuetudinis edendi iſta potione chocolatica num. 13.
Collatio ſerotina à conſuetudine licita, ſumptio chocolatica non ab ea licet num. 13.
Vox conſuetudo compoſita cum lege num. 13.
Deſcriptio abuſus ſeu corruptela num. 13.
Bona fides, & conſenſus tacitus legiſlatoris in conſuetudinem influit num. 13.
Si cibus firmetur potio chocolatica peccabit mortaliter utens in die jejunii num. 13.
Non dandum Typographia, nec à cenſore approbandum quod cenſuræ ſubeſt num. 13.
Inconvenientia ſubſecuta ex approbatione libri qui cenſuræ ſubiicit num. 13.
Puniendus cenſor qui volumen approbat noſcens in eo aliquod improbabile, aut quodcumque non tutum num. 13.

1. PROPRIOR nationis Hiſpanicæ præſens conſultatio, cum in nulla velut in ea uſus ſumendi potionem catholicam frequentetur, tam ex communi uſu reficiendi ſe ipſos domeſticos, quam in benevolentiam exponendam ad amicos, aut notos quos politicè viſitamus, ſive ſit intuitu gratulationis nuptiarum, aut ſe complacendi accedentes ad domos intuitu alicujus officij reipublicæ, ſeu Monarchiæ adepti; ſolum credo hoc non donari chocolatum in funeralibus, contingente morte, & accedentes ad defuncti, ſeu alterius cumque iſte tenuit incluſionem, idque advertere videtur Diana 4. p. trac. 4. reſol. 194. ubi diſputans. *Utrum compatibilis ſit obſervantia præcepti jejunandi:* Subjungit, alterum inquiſitum, ſpecificans nationem Hipanicam; ita *an in Hiſpania potio vulgo dicta chocollate frangat jejunium.* Et poſt relatam ſententiam affirmativam, efformat tale entimema. *Hodie ut fertur in Hiſpania ſumptio chocolati effecta eſt potus uſualis, ergo non frangit jejunium.* Nec audet ſe determinare dum ait *vera reſolutio hujus dubii in poſterum tenenda, præſtantiſſimis Hiſpaniæ Theologis meritò relinquenda videtur, qui cum adſint in loco ubi ſumitur dicta potio facilius quam alii veritatis ſcopum attingent.* Nihilominus 5. p. trac. 5. ſtabiliens parvitatem materiæ qua jejunium non frangitur, reductam ad duas cibi uncias, circa chocolatum §. notandum affirmat jejunii fractionem in eo, ſed cum hac exceptione. *Niſi excuſetur ex parvitate materiæ, quæ conficitur Picara in duabus unciis, una Saccari, chocolati altera, vel media illius, & una mediaque iſtius.* Talis eſt Itali peritiſſimi mens; à contrario Hiſpanus neotericus diſcalceatus Trinitarius Ludovicus à conceptione reſolvit in ſuo examine mor-

Digitized by Google

ralis veritatis, trac. 2. de reſtitutione, caſu ultimo, occaſione decidendi quoddam de tribus votis dubium ſibi conſultum, nu. 1. ſe introducit, & ut inquit ſatisfaciat multorum deſideriis; *qui ſatis à me quæſierunt quid de chocolate ſumptione in diebus jejunii ſenſerim?* Supponit, nuſquam vinum generoſum, aut confectionem aliqua mixtione, Hiſpane, *Hipocras* frangere jejunium, quia eſt solummodo potus, arguens nu. 8. *Vinum purum, & præſertim confectum ſitim non extinguit, ſicut denſum chocolate. Secundo quod ſicut aliquando & in aliquibus ſubjectis vinum purum ſitim extinguit, ita mihi ex. aliis conſtat chocolate denſum, ſeu non ita liquidum ſeu rarefactum ſitim extinguit. Tertio. Quod ſicut chocolate confortat, ſic & vinum, & in eodem ſenſu in quo chocolate alere poteſt, alit & vinum, alimentum quod præſtat chocolate in eo ſtat, quod qui illud ſumit non ſolet vexari fame, ſic experientia docet optimum vinum ſumptum ita roborare, ut illud ſumentem non vexet fames. Nec ex eo præcisè quod quis per ſumptionem chocolate fame per aliquot horas non vexetur, ſequitur eſſe alimentum, nam aliquando contingit quod quid bis, aut ter in die confectionem chocolate ſumpſerit, nullamque ſenſerit famem & ſequenti die ita debilis ſentiatur, ut ex debilitate quaſi deficere videatur.* Paritatem præponere videtur ut ex effectibus quos cauſat chocolatum in temperamento, ſeu humido radicali ut arguat potum, non cibum fore, ideo compatibile cum obſervantia præcepti jejunij. Quid ergo? demus nutrire, teſtem adduco omni exceptione majorem ſanctũ Clementem Alexandrinum lib. 1. Pedagogi cap. 6. in Bibliot. veterum Patrum tom. 1. *Potus vocatur humidũ nutrimentum. Poteſt autem res eadem eſſe & cibus ſi aliquando conſideretur, & potus. Si alio & alio modo.* Ergo quid prævaleat in mixto attendendum; ſi cibi ratio prævalet, franget, ſi vero potus, non franget.

2. Inde ante omnia quid de hoc ſentiam, in me expertum proferam, pluries in contionem populo proponendam, aut iter faciendum, vel in ſtudium, ſumendum decrevi, ſicut & ſumpſi chocolatum, confortatumque me ſenſi, & expeditiorem, cum me moveat in ſalivæ & alia expellenda excrementa nec aliter aſſolet contingere ex poculo dicto *Aloxa* ſive ſorbete; unde ſalvo ſemper meliori juditio, meum erit dictamen, chocolatum confortare, refrigerare, movere, facultates expultrices in excrementa purganda, neutiquam propriè & per ſe nutrire. Quo poſito ſequentem ab his quæ præmiſerat depromit conſequentiam Trinitarius Diſcalceatus. *Ergo confectio chocolate propriè non eſt alimentum, & ſi cauſa ſit quod quis illud ſumendo neceſſitatem non ſentiat ſibi, proinde nec fame vexetur. Unde eſt alimentum ſolum quoad negativum effectum, hoc eſt quoad non famem ſeu neceſſitatem cibi ſumendi quod de vino optimo, & præſertim confecto experitur etiam.* In qua Doctrina præſcindit nutritionis effectus vocando unum negativum, & hujus generis nutritionem non conſtituere cibum, ſupponit; alium effectum poſitivum, quem vocat cibi conſtitutivum; in quod percipiendum gemina quæſtio medica hic exagitanda occurrebat; una quomodo compatitur famem extingui, aut non ſentiri ab humido radicali, quin nutriatur, ſive ſit per potum, licet ſit aqua ſola pluvialis, vel fontium ſeu fluminum: fatebor me aliquando vires, & robur ab aquæ potu accepiſſe, qua juge, uſuali utor potu. Altera concertatio medica, quomodo per accidens ex intemperie humidi radicalis pluries, vel à non ſympatia cum cibo & potu, nec illud nec iſtud famem ſeu ſitim extinguit; temperamentum laborans ſæpiſſimè à nauſea, aut altera cauſa occulta, & per anatomiam à Medicis expertum in ventriculo, id eſt ſtomaco per quandam corrugationem ex nimiis ardoribus reſultantibus ab hepate, ſeu tanta frigiditate qua concoqui non valet trajectum, nec chilum elaborari, ſive quandoque tam abſumptum, extenuatumque temperamentum invenitur, ut etſi qualitercumque ſumatur, eodem modo expellitur à corpore, ſive vomitu, ſive excrementitia evulſione per vas præpoſterum, ac talis cibus in ſtomachum, dictum à Medicis ventriculum, trajectus fuit, aut ſi aliquomodo conquoritur, in diarreas tranſit totum, quod ſumitur, conſtitutum dum taxat merum excrementum putridum; audivi id experiri aliquoties in his qui morbo laborant dicto gallico, ut contingat idem fore eos tales ſumere alimentum, quamtumvis ſit de præſtantioribus, ac venenum; ſic qualiter cum comedant, aut bibant, paulatim ab eo abſumuntur, & pereunt; & idem teſtificarunt mihi duo medici peritiſſimi ab eis expertum ſæpiſſimè in mulieribus quibuſdam impotentibus ſe purgari à menſtruis, quærimoniam formantibus, Hiſpanico ſermone. *Quanto como, y bebo le allo rejalgar.* Applicatis in remedium illis, potionibus confectis ex dicta Teriacha magna: Ergo & per accidens cibus poterit non nutrire; & potus per accidens etiam nutrire, ſit negativè, ut aiebat Trinitarius.

3. A quibus hic autor videtur velle ſatisfacere cunctas objectiones quas inquit ſibi opponi poterant, aut ex regulis Medicis, vel experimentis Anatomicis, quas nu. 9. ſolvi affirmat paritatibus quas præmiſerat de vino generoſiſſimo, aut confecto, ſine fractione jejunii Eccleſiaſtici, quia ſemper per ſe eſt potus, in quibus non conſentit Diana ea reſol. 194. (. & ideo; etſi ex alieno marte tranſcribens Franciſco Silvio, ſecunda ſecundæ, quæſt. 547. art. 6. ſequentia. *Quapropter quod divus Thomas in reſponſione ad ſecundum ait, non intendit Eccleſia interdicere abſtinentiam potus. De eo qui merus potus eſt, intelligendum exiſtimo, non de illo, qui ſecundum ſe ſit multum nutritivus*, igitur cenſens chocolatum de ſe multũ nutritivum, frangere jejunium colligit; & proſequitur. *Nec adverſus illud valet dicere quod vinum etiam nutrit, & tamen non frangit jejunium; nam reſpondeo vinum nutrire aliquantulum per accidens, nam per ſe & principaliter non ordinatur ad corpus nutriendum, quod contrarium hic accidit ut patet in potu chocolate.* Inquo Acatius March de Velaſco tom. 1. litera A, verbo *Ainno* reſol. 31. nu. 10. proferens vinum eſt nutritivum non per ſe niſi per accidens, non propriè ſed accidentaliter. & principaliter *non ordinatur ad nutritionem corporis; at totum contrarium invenitur in chocolato*; ſicut experitur aſſumente iſtud; de quo confecto cum lacte, ſeu ovis, vel in ea nimia quantitate paſtæ, ut aqua non poſſit confectionem mutare in potum quod ante erat cibus, qualiter in zerveza, & Hypocraſo contingit, fatebor chocolatum ſic confectum cibum per ſe fore. Ingredientia, ex ſua natura cibus, hunc tranſmutari in potum ipſe Silvius concedit eo art. 6. *Solveret jejunium ſi quis ſumat magnæ quantitatis potum multum nutritivum veluti zerveſam craſſam multoque ſubſtantioſam, aut vinum ſive ſaccaro, ſive aliis aromaticis conditum, aut qui alioquin valdè copiosè alat.* Ubi videntur etiam contineri aquæ confectæ Hiſpanè dictę ſorbete, aqua de canela, de Iazmin, de claveles, aloja, ſic de cæteris; igitur. Si quod ante erat cibus mixtione fit potus non frangetur jejunium ut patet in electuariis de quibus abulenſis quæſt. 169. in cap. 6. Matthęi. *Vocatur electuarium quæcumque confectio facta. qua homines ſolent uti quando bibunt; & tales confectiones ſunt regulariter de rebus delicatis & parum nutritivis, & ideo jejunium frangere non videntur.* Quid ſi aliqualiter electuaria etiam per ſe nutriant: inſtantiam aſſumo à quodam medio, ſupponendo non dari caſum, quo à nutrimento inducto per odorem frangatur jejunium Eccleſiaſticum, imo nec naturale. Audi Marſilium Ficinum de ſtudioſorum ſanitate tuenda cap. 1. *Odorem vini ante omnes eligite multum namque nutrit ſpirituum odor exalans.* En nu-

Digitized by Google

trimentum ſine jejunij fractione. Igitur chocolatum confectum, ita ut aqua maſſam & ſaccarum, quæ delicata ſunt, in ſuam naturam convertat utrumque, quamquam per ſe nutriat modo quo dixerat abulenſis de electuariis non frangit jejunium, dum ingredientia naturam cibi mutant in potum; neutiquam dum cibi naturam conſervant, qualiter contigit in his confectionibus quas Almendrada, Avellanade Hiſpani vocamus, quæ nuſquam ſine fractione jejunii ſumuntur, & inter cibos à cunctis ſine ulla hæſitatione computantur; quidquid ſit ea alimenta non maſticari, & potabili modo ſumi.

4. Peculiarem excitavit difficultatem de aſſumpto quod gerimus Thomas Hurtado, in quadam diſcuſſione morali ſub titulum. *Utrum potio chocolatica jejunium Eccleſiæ frangat?* Poſtquam membro 1. nu. 4. Silvii ſententiam rejicit renuens interpretationem quam retulimus ab eo tributam, nu. 5. menti Angelici Doctoris; membro 2. probabilitatem fundat de non fracto jejunio à chocolato, Doctoreſque citat pro eodem; & membro 3. in practicam ſe ingerit, ſuæ ſententiæ, tranſcriptis ſequentibus clauſulis à Ludovico Lopez tom. 2. inſtructorii conſcientiæ cap. 112. *De potionibus quarum uſus eſt apud Indios quæ chocolate dicitur, & fit ex fructu arboris quæ dicitur checa quod fit ex granis maiz* (alias frumento Indico) *commolitis, commuſ ſatis, dubitare hic meritò poteris, an frangat jejunium; & reſpondetur, quod regulariter per hujuſmodi potiones non ſolvitur jejunium, quia potius ſumuntur per modum potus quam cibi, & quia parva materia maſſæ, ſive formulæ admiſcetur ibi cum aqua, unde quaſi liquidus potus manet; ſi autem tanta miſceretur quod iſte potus ſpiſſus redderetur quod ſufficeret ad ſuſtentandum, jejunium ſolvere videretur*, pro eodem varios Salamantinos Doctores, tum & Joannem De Pell cer in ſuo volumine de Phœnice ave; hic Diatraba 7. reſtatur. Pontificem per Bullam particularem decidiſſe chocolati potum non frangere jejunium; iſtam ſolerter inquiſivi Bullam, nec inveni; bene verum eſt Hurtadum citare Archiepiſcopum Auguſtinum de Padilla lib. 2. Hiſtoriæ Provinciæ de Mexico cap. 84. idiomate Hiſpanico firmantem ſe occulariter vidiſſe conſultationem factam Papæ Gregorio 13. à Doctore Navarro de Azpeliqueta ad inſtantiam Provinciæ de chiapa, ubi initium tenuit potus de chocolate; in qua conſultatione facta à viris doctiſſimis Hiſpaniæ ut ſummus Pontifex quid in re tanti momenti, dum interponitur, aut obſervantia compatibilis, vel fractio præcepti tanti ponderis Eccleſiaſtici, ſentiret, ſeu decideret, pro quaque conſultationis parte deducta iſta in argumentis, paritatibus, aliiſque fundamentis, ſive pro ea quæ tuebatur frangere jejunium, ſeu ab alia oppoſita defendente ullatenus infringi, reſpondiſſe fertur Papam Gregorium 13. his, potione chocolatica jejunium non frangi; Teſtes ſunt, ac Magiſtri præſtantiſſimæ notæ qui proferunt id nec credendum deceptos, aut ſine exactiſſimo examine ſimilia ſcribere, & typis data, perpetuo manere in conſulendas, & dirigendas conſcientias. Unde dum vivæ vocis oraculum Summi Pontificis renetur, bulla ſcripta non opus eſt, æquivaletque ac ſi ſcripto ſuam declararet mentem. Quo poſito regredior ad citatum Hurtadum, dum Pinellum impugnat, reſpondentem, quod petita fuit à Gregorio XIII. hæc declaratio, ſuumque dictamen expoſuit non tot admiſcebantur ingredientia in paſta chocolatica, ſicut nunc; At concludit Clericus minor *habemus ex hac reſolutione potionem chocolate ex ſua inſtitutione non frangere jejunium* (id eſt quando petita fuit deciſio à Papa illo) *ingrediebatur* (adde tunc) *Cacao, ſaccarum, & chile, quod piperi correſpondet; Ergo etiam hodie ſit, jejunium non frangere. Conſequentia eſt evidens, quia ea quæ hodie ingrediuntur in chocolato, quod non eſt adulterium, ſolum eſt cinnamomum, & aniſſum, & alegria quæ addita ſunt ne chocolatum damnificet, & temperetur.* Quæ additamenta nil poſſunt immutare naturam eorum quæ ab initio concurrebant in paſtam conſtruendam chocolaticam, ut liquet experimento. Duorum aliorum Pontificum refert Remigius ubi ſupra, nu. 4. (in robur ſententiæ quod ſit potus) declarationes, unam quam memoravimus ex S. Pio V. alteram moderniorem à Paulo V. anno 1614. qui Romanus Pontifex, ait, omnia ingredientia in confectione chocolatica coram ſe adduci præcepit, & ibi fieri, ſicut & ſumpta paſta, & ſaccharo, velut regulariter peragitur ad ignem perfectum fuit; ſumptoque, non cibum, potum fore, expoſuit, addens quendam Jeſuitam (nomine P. Nicolais de Anaya) Procuratorem generalem ſuæ Religionis, cum eo anno 1614. è Roma venientem, interrogatum, an ita, velut in notitia erat, evenerit, de viſu certum, & indubitabile teſtificaſſe, ſic ut propoſitum eſt contigiſſe; & in Roma nil certius ex voce famaque publica apud omnes.

5. De his non curabat auctor manuſcripti ad me remiſſi in cenſuram, in prelo illud dandum, & ad exordium ſic ſe introducebat; preſcindamus moleſtam authorum controverſiam: Utrum potio chocolatica, in re cibus ſit, vel potus, mox quę ex Henriquez nu. 1. à me datus diſcurſum efformabat paritate collationis Setoninę, ſtatimque ſuam ſententiam aiebat muniendam in praxi firmam & ſtabilem à duplici Doctore; unus erat relatus Hurtado, qui ea diſp. morali de hoc puncto membro 4. multus eſt in diffundenda ſequenti cauſali, *quia potio* (ſupple chocolatica) *eſt introducta ritè, & recta conſuetudine.* Unde ſyllogizabat, præveniens levamen jejunantium. *Quod ritè & recta conſuetudine* introducitur in jejunio licet, ſit potus vel cibus, ſed ſic introducta exceptio chocolatica, ergo licebit. Igitur Hurtadus poſtquam titulos exponit, & quæ præſcriptio annorũ, quando aut quomodo derogat, vel firmat leges conſuetudo, arguit de individuo caſu, *conſuetudo ſumendi potum ex chocolato confectum habet omnia requiſita ut fiat vera conſuetudo vim habens enervandi legem contrariam & declarandi chocolatum eſſe eſſentialiter potum, & ſic ſæpè repetitum, non frangere jejunium Eccleſiaſticum ergo de facto ita eſt conſequentia nota, eſt & antecedens; probatur primo quia introducta eſt ex credulitate multitudinis quod ſit potus ex ſua inſtitutione. Secundo adfuit expreſſus conſenſus Summi Pontificis, & aliorum quos infra adduco, deinde tertio præſcripta jam ſpatio quadraginta annorum, ſi quidem ſunt elapſi à morte Gregorii 13. quinquaginta, & amplius anni*: De quo tempore ſubnectit. *Licet talis declaratio, & conſenſus Pontificis reipſa non eſſet, ſat eſſe ut conſuetudo iſta rite & recte eſſet introducta quod ſpatio quinquaginta annorum eſſet communis error in Hiſpania, quod talis conſenſus, & declaratio exiſteret, cum communis error ad introducendam conſuetudinem validam ſufficiat.* Adde, & ſucceſſoribus ſcientibus, atque tacentibus eum communem errorem. Nam taciturnitas ſuperioris, etſi non confirmet errorem, bonam fidem confirmat; adjungit Hurtadus. *Etſi enim hanc declarationem fecerit ad inſtantiam unius provintiæ tamen declaratio ipſa Catholica fuit, & univerſalis.* Et cur reſtringenda ad provintiam petentem non invento ullo verbo reſtrictivo in declaratione indeffinitè data, neque ſub aliqua nec minima expreſſione propoſita, coarctata aut limitata, à Paulo V. (in cujus præſentia chocolatum dicitur confectum) & abſolutè refertur, expoſuiſſe. *Hoc non frangit jejunium*; quod idem eſt ac decreviſſe, potum non cibum fore. Reſpondet Leander à Murcia in ſuis quæſtionibus ſelectis quæſt. 15. in cap. 3. regulæ Seraphicæ §. 1. nu. 12. declarationes, quas dicunt Doctores factos à Summis Pontificibus, quod chocolatum eſt potus, autenticè non conſtare, ideo nec vim ullam

Digitized by Google

ullam habere; idem repetit §. 2. nu. 21. & concludit non admittendas quamvis veræ ſint, ut regimini communi Eccleſiæ deſerviant: quis non noſcit quam quin penetret intentum, procedit; quis ea vivæ vocis oracula Pontificum allegat tamquam illa habita authentica in bullariis, ſeu expeditionibus alterius, niſi prout robur quoddam majoris probabilitatis extrinſecæ, compoſitæ cum ea extrinſeca opinionis negantis ex ſumptione chocolatica non frangi jejunium Eccleſiaſticum; unde bifariam aliquod poteſt deſervire in regimen univerſalem conſcientiarum; imo modo infallibiliter, ita taliter quod oppoſitum operari illiceat; & hoc pacto vivæ vocis oracula Summi Pontificis petunt authenticam expreſſionem eodem modo ac bullæ, ſeu diplomata expedita, nam fore, vel non ſcripta per accidens ſe habent; altero medio vivæ vocis oracula Papæ accipi queunt quando in aliqua difficultate ejus mens petitur eminentiori modo propter ſupremam dignitatem inqua veneratur, ut declaret an uſus probabilis in ſecuritatem conſcientiæ ſit in iſto vel illo quin oppoſitum ex ſua expreſſione improbabile maneat: & hoc ſecundum non exigit aliquod authenticum, ſemel conceſſo veras fuiſſe declarationes tali via valde probabilis manebit ſententia, chocolatum potum, nec jejunium frangere.

6. Robur dans conſuetudini, quam intendit Hurtadus ſcribit; *Tempore Pij V. & Gregorij XIII. in quo introductus fuit uſus probabilis opinionis, cujus probabilitas in dies vires reſumit, & incrementum; Quod ſi quis titulo uſus opinionis probabilis non velit hac potione uti, utatur ſi velit titulo declarationis Pontificiæ, quod ſi hoc contentus non ſit, utatur titulo conſuetudinis derogantis, ad quam conſuetudinem introducendam ſufficit longævus opus opinionis probabilis.* Omnem viam aperit in ſedandam conſcientiam; ſed una circunſtantia deficit, nam quamtumvis longævus ſit uſus opinionis probabilis, ſi à Papa damnatur, manet improbabilis; quo pacto etſi longævus foret uſus probabilis de propoſitionibus quas condemnavit Alexander ſeptimus, & habentur tom. 6. Bullarij in appendice: una enim earum quas damnat; & in ſerie eſt 27. ſic habetur. *Si liber ſit alicujus junioris, & moderni debet opinio cenſeri probabilis, cum rejectam, cum non rejectam eſſe à Sede Apoſtolica* en quid prodeſt uſus longævus! A quo argumentor: ergo dum munitur authoritate Pontificia uſus chocolati in ſua probabilitate manebit; refertque poſtea Hurtadus Magiſtrum Franciſcum Cornejum conſultum in puncto, reſpondiſſe ſe conformem, quod chocolatum non frangit jejunium propter authoritatem Doctorum, & Magiſtrorum; attento tamen ipſum non potuiſſe comperire ingredientia in illo non ſe determinare; ergo comperiens paſtam & ſaccarum converſum in aquam calidam, neutiquam aquam in ſaccarum, & paſtam; non frangere jejunium abſolutè firmaret; ab experientia quod brodium Hiſpane, *caldo*, ſive indiſtillato, quod appellamus *hordiate*, vel, *caldo ſeco*, tranſit aqua in cibum, eodemque pacto amigdalarum & avellanarum confectio, nam activitas ignis non ſufficit ad tollendam ſubſtantiam cibi ſicque, quamvis ſumantur modo potabili revera eſt comeſtio, non potus; ergo à contrario ſi contingat quod maſſa ſeu paſta per ſe comeſtibilis ſit, & activitate ignis agentis, potius maſſa in aquam convertit, neutiquam hæc in illam tranſit, confectio manebit potus non cibus; igitur à conſuetudine hac recepta, & per peritos examinata radicitùs & ſic inventa patebit introductam conſuetudinem quod chocolatica non adulterata potio, confecta uſualiter ſolummodo eſt potus ritè, & rectè; ab hac doctrina arguebat liber à me remiſſus, ſed ineptè, variis juris civilis & Theologorum doctrinis; & ſic ſyllogizabat ſumpta voce conſuetudo in generali, non individuando eam ad rationem cibi, de qua deberet eſſe quæſtio, & efformabat ita propoſitiones; quod conſuetudine legitima introducitur licitum eſt in jejunio, ſicut patet in collatione ſerotina; ſed ſumptio chocolatica pervenit ad hanc conſuetudinem ergo eodem pacto, quo non obſtante quod collatio ſerotina contineat cibum, & ſit cibus non frangit jejunium: Ita pariter quævis ſumptio chocolatica, quamquam concedatur cibus compatietur jejunio, quot fallacia continet argumentum! pro nunc negabo majorem & paritatem, videlicet introductam chocolati ſumptionem modo quo ſerotina collatio introducta fuit in levamen jejunii, conſuetudinemque fore, aut cadere ſupra chocolatum ſub reduplicatione præciſionis à cibo, & potu, cadit enim in illud prout formaliter potus ſolummodo.

7. Alterum teſtimonium deſumebat à Trinitario diſcalceato citato tract. 2. caſu ultimo, qui loquens de conſuetudine in eventu præſenti nu. 19. fatur. *Ad conſuetudinem quæ ex dictis notabili ultimo, eſt optima legum interpretatio, recurrendum eſt; ergo cum apud plurimos, imo & ferè omnium etiam contrarium ſentientes vigeat uſus conſuetudo ſumendi chocolate per modum potus; potus & non cibus judicari debet: nec obſtat primo plures illud non ſumere, nam hoc ſolum eſt ob carentiam illius, quare inter divites ac potentes talis viget conſuetudo, & pauperes oblato chocolate ſumere non recuſant. Hæc obſtat ſecundo quod ut introducta eſſet conſuetudo ſumendi illud per modum potus introducta eſſe debebat illud ſumendi ad extinguendam ſitim nam potus ad ſitim extinguendam de ſe ordinatur; non inquam obſtat nam jam ſupra diximus vinũ purum ex ſaccaro ſpeciebuſque confectum ſitim non extinguere, omnemque ſolvere famem tanquam ſi cibus eſſet, & nihilominus per modum potus aſſumi.* De qua inſtantia addere non habeo ad dicta cum Abulenſi numero 5. concludit igitur peritus diſcalceatus. *Ergo nulla eſt firma ſtabiliſque ratio ad negandum chocolate ſumptionem eſſe potum, ſeu per modum potus deſumi; Ergo ad conſuetudinem uſumque recurrendum eſt; atqui inter omnes, etiam ex his qui contradicunt viget uſus ſumendi chocolate per modum potus, igitur debet tranſire.* Subſumpſit autor manuſcripti illam propoſitionem. *Ad conſuetudinem uſumque recurrendum eſt*; & hanc exornat curioſis Philoſophorum dicteriis, politicorum exemplis, Theologorum authoritatibus, & Juriſtarum conſiliis, quin deficiat ei medicorum robur, ſecundum ſuam mentem aliquos allegans, quando in ſuis conſultationibus teſtatur ſe audiviſſe eos ad conſuetudinem curandi recurrere in infirmitatibus juxta Galeni libros de Methodo curandi, priuſquam individuum languorem quomodo curandus ſit, diſputent; arguit, ſemper paritate collationis ſerotinæ: non aliter introducta fuit ſumptio chocolate, ſive ſit clarum, ſive ipſum, aut cum aqua naturali, vel dicta de chicorias, ac collatio ſerotina, modo quo tenetur in Regnis Caſtellæ & Ballearum edendi extrema animalium die Sabati, aut à Sacerdotibus regularibus in aliquibus Provinciis coronæ Aragonenſis die 2. Novembris (cum decernatur ſuffragium in emoratione omnium fidelium defunctorum) celebrari tres Miſſas ſicut in die Natalis Domini (de quibus redibit ſpecialis ſermo conſult. 40.) ſed conſuetudo in his vim legis tenet, & licitè fit; Ergo conſuetudo vim legis tenebit ad ſumptionem chocolate; Ergo, ſive hoc cibus ſit ſive potus à lege videtur licita ejus ſumptio concludebatque, *& impertinenter jam diſputatur utrum cibus ſit an potus.*

18. Ne arguar me noluiſſe approbare manuſcriptum, (quod eſt quaſi reprobare auctoris ſtudioſitatem) cur id renui apponam, licet facillimè poſſem expedire me, ex quodam dilemate Leandri de Murcia in qq. regularibus ſelectis quæſt. 15. §. 194. eſtque hujuſmodi; aut dictum chocolatum eſt potus vel cibus;

Digitized by Google

Si illud neceſſe non eſt conſuetudinem allegare in ſumptionem die jejunii, quia potus de ſua natura jejunium non frangit; ſi iſtud conſuetudo contraria præceptis Eccleſiæ, corruptela, non conſuetudo eſt. Quis librum corruptelam continens approbabit.? At concedamus conſuetudinem, & annuamus tres fore ſententias circa concertationem an frangat jejunium chocolatum. Prima frangere abſolutè affirmat, quam tuentur Joannes de ſancto Thoma lib. cujus titulus eſt *Doctrina Chriſtiana*, ſecunda parte explicationis ejus fol. 66. Antiſtes Garcia de Abellaneda in queſtione quadam Morali quam prælo dedit anno 1636. & alii Hiſpani, quos citat Antonius de Leon Pinelus, in quadam ſatis copioſa de aſſumpto difficultate, præcipuè à num. 12.(Judico Pinelum Allegandum pro iſtis opinantibus, quia etſi modum inveniat quomodo potio chocolatica peccatum non ſit mortale, veniale adminus fore cenſet, proferens quod ſicut quilibet alter cibus in parva quantitate ſumptus, & moderatè non frangit jejunium, cauſaque urgente nullum eſt peccatum, ſin vero non urgeat, veniale tantummodo cenſuratur, ita in chocolato; multus eſt num. 17. in menſuranda ſeu aſſignanda hac parva quantitate, proferens ſumi poteſt quarta pars unius gicaræ, & ad ſummum tertia, poteritque confici mixtio in media uncia paſtę in ſaccaro neceſſario per quantitatem aquæ (ad cujuſvis libitum) in eodem ſtant Achatius Marchi reſolutione citata num. 9. & 11. Remigius tractatu 3. cap. 4. §. 1. v. graves Autores. Leander capucinus ea quæſt. 15. nu. 8. Certè Pinelus aut ſibi oppoſitus videtur, vel contemporizare nutui conſulentiumque dictamini, ſive anxietati, ne graventur conſcientiæ ſumptione chocolatica, nam poſtquam tam tenax eſt renuens eam licitam die Jejunii præcepti, modos excogitat, aut liberandi à culpa eam potionem, vel minuendi reatum malitiæ moralis, ſiquidem ſubnectit non ſatis ſibi perſuadere ſumptum chocolatum in ea parva quantitate contenta in una dicta gicara, peccatum conſtituere mortale, ad ſummumque veniale fore, dum non inſtat cauſa ſumptionis, nam hac interpoſita, omnimodè licere, ſcribit. Contra Pinelum arguo ab illa difficultate excitata à Diana 2. p. trac. 9. reſol. 29. de communi proloquio; *Si quis rogatus ab amico*; §. Sed non bene, reſolvit propter modicam cibi quantitatem nullum reatum nec venialem incurrere: arguo jam, illa media uncia paſtæ chocolaticæ cum Saccaro mixta in gicara, dato cibum eſſe, aut leviter nutrit, vel robuſtè; Si leviter eſt in nutrimentum, cur peccatum veniale, alioqui illud leve nutrimentum reſultans cum quis rogatus ab amico, veniale foret, ſi ſecundum datur ſemper cibatio non potio chocolari ſumptio, quis magis tenet ac alter alius cibus gravem cauſans nutritionem; Si ergo alterius cujuſvis cibatio graviter nutriens quamvis ſumatur in partua quantitate frangit jejunium, eſtque peccatum mortale, cur non ſumptio chocolatica ſimiliter judicanda, igitur aut non erit peccatum, vel mortale cenſendum.

9. Ex diametro huic ſententiæ opponitur altera renuens concedere aliqua via, ſine peregrinis mixtionibus (puta ovis aut lacte) factam ſumptionem chocolati frangere jejunium, quia putat per ſe fore potum, licet per accidens quandoque nutriat; in hoc ſunt Salamantini Doctores quos allegat Diana 4. p. trac. 4. reſol. 195. quibus addo expreſsè Caramuelem in regulam ſancti Benedicti, agens de jejuniis & præceptis inductis in ea Thomam Hurtado; Philippum à conceptione citatos, & pro univerſis Martinum Navarro de Azpeliqueta, cujus verba do pro illis qui non attingunt ejus volumen de caſu præſenti; inquit. *Suppoſito quod in aliquibus partibus Indiarum de more habeant potum conficere ex ſubſtantia frumenti terræ illius vulgariter nuncupata Maiz, quæ quidem frumento molito mittitur in aqua, quæ colata, ſicut aqua quam noſtrates exprimunt ad condiendum obriſum, & inſuper huic aquæ, ut dulcior & ſuavior ſit, ſuperadditur ſpuma quæ fit ex maſſa facta ex quibuſdam granis quæ vulgo dicuntur cacao, qui potus videtur afficere ſtomachum etiam jejunium; & naturales terræ illius cum ſola frequentatione iſtius potus laborare conſueſcunt ſine eo quod ſumant alium cibum, dubitatur an ab his qui tenentur jejunare ex præcepto Eccleſiæ, ſeu alias, poſſe ante & poſt prandium ſumi dictus potus fractione jejunii Eccleſiæ? Item, & ſimile dubium; conſueſcunt itinerantes miſcere aquam cum pulvere, vel farina facta ex dicto frumento de Maiz, ex his dictis granis quæ vulgariter nuncupantur cacao pinol. Reſpondeo quod per hujuſmodi potum, non frangitur jejunium ſtatutum ab Eccleſia quod appellatur jejunium jejunantis, quia tale jejunium ſolum inducit neceſſitatem abſtinendi ab uſu amplius quam ſemel in die, & non à potu.* Id fundat paritate jam propoſita ſumptionis vini generoſi, ſeu odoriferi zervizæ & aquarum confectarum; occurritque ei quod propoſuerat de Indis, qui laborant non ſumpto altero. *Nec obſtat quod ait, quod Indi à mane uſque ad noctem laborantes ſuſtentantur potu illo de chocolate, quia multi ſolo vino etiam ſuſtentantur iter facientes; tum quia ſatis eſt propoſito noſtro quod Eccleſia non interdicit potum, ſed eſum, & quod propoſita aqua habetur pro potu in illis regionibus Indiarum, ſicut vinum, & zerviſa multorum generum quam propoſita aqua*; En vocat aquam (ſic compoſita) potionem chocolaticam. Quoad nutrimentum, teſtor audiviſſe quandam fœminam, quæ cum de ſua ſalute conquereretur in nauſea qua laborabat; neque quamquam optimè condita, aut delicata, & ſuavia forent alimenta, hæc horrebat, nec comedere quibat, & jurejurando teſtificavit per unum menſem integrum, aliud non guſtaſſe* de medicorum conſenſu, præter vinum aqua mixtum de duabus ad duas horas; cumque in eo menſe & vigiliæ occurrerent *nempe ad* feſta ſancti Laurentij, Aſſumptionis Deiparæ, & *ſancti* Apoſtoli Bartholomei, auſus non ſum *affirmare*, ab ea non obſervatum jejunium, ſiquidem præciſus, & formalis potus quaque hora ſumptus illud non frangit: Sed hæc mulier nutriebatur eo tempore à ſolo potu; ergo compatitur nutritio per ſumptionem alicujus alimenti, quod cibus non ſit cum jejunij obſervantia: Ergo etſi concedatur potionem chocolaticam nutrire non ob id cenſenda incompoſſibilis cum jejunio Eccleſiaſtico, dum cibus non convincitur. Ultima ſententia media appellanda dum Doctores in ea dubii manent, nec ſe determinant, an chocolatum merus in re ſit potus, utrum cibus: hæcque opinio conditionalis dici poteſt, ita taliter quod ſi cibus ſit, jejunium frangat, ſin ille non eſt, neutiquam; pro quo allegandi Cornejus citatus, & quotquot ſeſe ſuſpendunt in credulitate vivæ vocis oraculorum, quæ ex Summis Pontificibus præmiſimus unde pro negantibus fractionem urget, ſiquidem majorem tenet probabilitatem credulitas in teſtibus fide dignis, quam non credulitas de eorum teſtimonio.

10. Quibus poſitis patet ad oculum inveroſimilitas manuſcripti remiſſi ut ſubſcriberem dignum prælo; quin urgeat confugium in quo hærebat per tradita ab ejus authore ex Henriquez, ut nu. 1. præmiſi; hic enim Auguſtinianus ea quæſtione 27. ſe ſufficienter declarat in quem ſenſum parificat ſumptionem chocolaticam cum collatione ſerotina, hæc nu. 45. proferens. At ſi me interrogant, utrum conſuetudo ſit bibendi chocolatum in die jejunii, negativè reſpondebo; & ſi replicent, plures illum bibere, dicam id non fieri, ita univerſaliter quod conſuetudo dici queat: Præterquam quod ſtante in ſuo robore, & vi prohibitione illius 28. propoſitionis inter damnatas ab Alexandro VII. quam tranſcripſi nu. 8. nequibat approbari volumen. Alias

non

Digitized by Google

non probabat qualiter poſſet introduci cõſuetudo ex illa præciſione quam intendebat in derogandam legem Eccleſiaſticam, & potius ab illo manuſcripto arguebatur corruptela, quam alterum; videndus Banacina tom. 2. diſp. 1. de legibus quæſt. 1. puncto ultimo §. 3. nu. 9. Igitur quamquam iſta non interponerentur, obſtabat, non quamcumque conſuetudinem vim habere in derogandam legem, ſed requiri eam quam ſupponebat ejuſdem ordinis fore ſumptionem chocolaticam in cibo & potu, ac eſt collatio ſerotina & adhuc in iſto reſtabat, quod tangit Caramuel tom. 3. lib. 2. de Theologia morali intentionali cap. 3. de lege morali ſeu virtuali diſp. 4. à nu. 2082. loquens de conſuetudine connotante leges humanas: quam ſic deſcribit *mos derogandi ſeu dirimendi, vel ſtabilendi novam legem*; Ergo ſi deficiat aliqua circunſtantia qua lex ſtabiliatur ſeu abrogetur, abuſus, ſeu corrupta erit nequaquam conſuetudo; omiſſo quod attinet ad ea quæ vim legis obligatoriam imponit de qua tractat à nu. 2083. uſque ad nu. 2188. ubi ita peritè loquitur. *Conſuetudinem ſicut numquam per ſe introducit legem, ſed eſt motivum cognoſcendi legem implicitè latam à legiſlatore legitimo, & à populo liberè acceptante, ſic etiam nunquam poſſe per ſe abrogare legem, ſed eſſe conditionem, aut motivum perſuadens, legem à ſuo Legiſlatore abrogatam.* Ergo quin examinemus conſuetudinem quam tetigi nu. 9. Regnorum Caſtellæ & Ballearum edendi extrema animalium die Sabbati, abrogato præcepto, & lege Eccleſiaſtica ibi de abſtinentia carnium eo die; & qualiter lex de non celebranda niſi una miſſa die 2. Novembris in Regnis Valentiæ & Aragoniæ ab aliquibus Regularibus, de quibus caſibus dicam conſ. 40. nu. 7. quod Papa qui eſt Legiſlator ſciens, conſentit, dum tacens non punit, inde à conſuetudine videtur Legiſlatorem legitimum tales leges abrogaſſe pro illis Regnis, ſuas leges alias validas aiente eodem Caramuel. *Ut igitur lex implicitè abrogare cenſeatur, requiritur frequenter, & impunè temerari, Legiſlatore ſciente & permittente.* Ergo Papa conſuetudinem ſumendi chocolatum non approbat ſaltem implicitè, prout cibus eſt, ſed tantum declarat potum fore non frangentem jejunium; neutiquam vero adhuc tacitè dici poteſt conſentire, aut modum quo dicitur in collatione ſerotina, conſuetudinem ſuppoſito quod à conſcientia ſumentis putetur cibus; à qua non aliter ac ab erronea (exiſtens in ſe talis ſumptio potus) ſolummodo reſultabit peccatum; modo quo, ſi aliquis putaret ſerotinam collationem jejunium frangere Eccleſiaſticum, non peccaret quia illam ſumit, niſi quia in erroneam conſentit conſcientiam.

11. Doctrinæ rationem apponit Caramuel ſic. *Legiſlator qui videt ſuam legem paſſim non obſervari, & hoc non indicat facinaroſum, eſt cenſendus eam caſſaviſſe,* Reſtat, quæ frequentes actiones exiguntur ad hoc quod cenſeatur implicitus Legiſlatoris conſenſus in abrogandam legem à conſuetudine quam certo ſciens tranſgredi à cunctis, ſeu à majori parte territorii quod ſub ſuam ditionem & regimen eſt, vi coarctiva, & ſilet. nu. 1119. idem Caramuel obſervat quod cum humanæ leges cedant charitati; non temerantur neque conſuetudo cenſenda eſt abrogativa earum, quia occurrente aliquo præcepto ſuperiore, huic illæ cedant, v. g. occurrant (utinam numquam) in aliquo Regno per quinquaginta annos peſtilentiæ aut fames, nec inveniantur alii cibi præter carnes quæ toto eo tempore generaliter veſcuntur; hæc non eſt conſuetudo, tranſacta cauſa, derogans legem jejunandi, quamvis in illis annis communiter ab omnibus carnes comedantur. Nimis divertiremur moram facientes in puncto relatus Trinitarius diſcalceatus ad ſacietatem de eo, & caſtro Palao tom. 1. tract. 3. diſp. 3. de conſuetudine, præcipuè puncto 4. §. 4. iterumque remiſſum manuſcriptum recognovi, an invenirem argumentum quo probaretur aliqua virtus, origo conſuetudinis quam introducere intendit, de quo nec iſtam tangit; cum autem ut lex ſit juſta radicari debeat in aliqua virtute, ut latè Acacius Mach. tom. 2. lit. l. reſol. 186. à nu. 1. nullo pacto illam de ſumptione chocolati, tanquam legem cenſendam licet conſederetur conſuetudo [ideoque duntaxat non frangit qui eſt potus pro quo citatus Trinitarius trac. 4. de lege, & conſuetudine quæſt. 6. nu. 26. advertens ex l. nemo 3. cod. de Epiſcop. & cap. illud in fine diſt. 12. unius hominis actum non probare conſuetudinem, requiritque ſaltem binum; & non 22. ſcribit. *Ut actus ille binus effectus dicatur à populo vel à majori populi parte non requiritur quod ſinguli de populo, vel de majori populi parte ſimul ad veſcendum prædictis animalium extremitatibus.* (Loquitur de conſuetudine introducta in regnis Caſtellæ, & Ballearum non utendi cibis dierum veneris in Sabbato) *Phyſicè eodem die temporeque concurrat, ſed ſufficit, ſi quidam illorum Phyſicè, cæteri moraliter concurrant; hoc eſt ſi quidam illis carnibus veſcantur cæteri vero hoc approbent, & in id conſentiant.* Omnes enim concurrere debent, uno ex duobus modis, vel Phyſicè cuncti; ſeu aliqui duntaxat Phyſicè, cæteri approbativè opponenſque contra ſe dilema poſitum ex Leandro de murcia negante in ſumptione chocolatica conſuetudinem introductam, etiam prout potus cenſetur, uſumque non appellandum, niſi abuſum, & corruptelam in jejunii fractionem, & legem Eccleſiaſticam decernentem jejunandi præceptum mancilationem, videndus nu. 22. qualiter Capucinum impugnat quin aliud neceſſarium hic occurrat niſi admittere Leandri abuſum in chocolato adulterato, non autem in pura ejus confectione.

12. Iſtud ad caſum non pertinet, at attinet quod n. 23. v. ſecus, inducit Trinitarius. *Non allegatur conſuetudo qua cibum eſſentialiter talem potum efficiat, ſed ſolum adducitur, ut probetur ſumptionem chocolate non eſſe comedere, ſed bibere;* Ergo præſcindenda venit conſuetudo, ut una ſit, qua temeretur præceptum jejunandi, & cadit ſupra entitatem materiæ; v. g. in illa tetia difficultate an diebus dominicis quadrageſimalibus, in quibus inſtat præceptum abſtinendi à carnibus liceat ova, & lacticinia edere illis qui bulla cruciatæ non ſuffragantur, gaudentque ejus privilegia; de qua controverſia videndus Diana 9. p. trac. 8. reſol. 66. & 5 p. trac. 14. reſol. 13. §. & tandem. Antonius Gomez in explicatione bullæ cruciatæ Eccleſ. 7. n. 7. Llamas 3. p. methodi cap. 5. §. 26. prope finem, qui licere aiunt comeſtionem lacticiniorum, & ſuorum eſuum in quacumque quadrageſimali die Dominica, bene verum eſt id negari à Villalobos tom. 2. trac. 23. diff. 8. n. 1. quod ita ſtringit Diana citatus ut ſcrupulizet, & tandem læthale fore peccatum affirmet; ergo conſuetudo ſi in aliqua provintia eſt, vel opido edendi ova & lacticinia ſupra materiam jejunij cadet, at in noſtro caſu conſuetudo non eſt abrogativa alicujus præcepti, niſi declarativa non contineri in prohibitione legis jejunandi inhibentis tantummodo ſumptionem earum ſubſtantiarum, quæ ſibi proprie ſtrictè, & rigoroſè dicuntur; non autem ſi talis ſubſtantia in ſua entitate non excedat lineam potus; igitur cum Summus Pontifex nec ullus alius ſit Doctor uſque ad Juriſconſultum qui in hoc manuſcripto à conſuetudine intenderit, quod ſive chocolatum concedatur rigoroſus cibus jejunium non frangit, merito cenſurandum corruptelam & abuſum intendere introduci, falſoque & ficto fundamento ſupponere quod non eſt; nam paritas de collatione ſerotina videtur à nullo capite vim aliquam inducere; quandoquidem vidente, & conſentiente Legiſlatore nuſquam diſputatum fuit in ea, an dumtaxat potus vel inſimul cum ejus ſumptione conjungi poſſint tot vel tot ciborum untiæ hujus ſpeciei, vel alterius; verum in volumine typis dando, & mihi commiſſo ad

Digitized by Google

approbationem, vel reprobationem ſupponebatur certum quod in nullius alterius mentem venerat, nempe conſuetudinem Hiſpanicam, vel aliarum regionum tenere ut licitè ſumatur chocolatum inter veros cibos computatum, & extans, & tantummodo id licere dum connumeratur mera potatio qualiter fit de vino generoſo, ſeu confecto dicto Hipocras; aut electuariis de quibus egi num. 5. cum Abulenſi & medicis ibi allegatis; ut ergo corruptelam demonſtrem do vocis, conſuetudo, ſignificatum contractum ad legem conſonè prout dictionaria demonſtrant idem fore ac legum violationem qua temerantur dempto robore, & vi obligandi quatenus ab illa legitimè abrogatę cenſentur, quæ leges dum per conſuetudinem à Legiſlatore non irritatę expouentur ſaltem tacitè abuſus ſeu corruptelæ dicuntur; in quorum tenorem de quoddam dictamine alieno conqueſtus Tullius Cicero 2. officior. exclamat. *Melius enim quod largitionem, corruptelam dixit eſſe.* Et Terentius in Adelf. non impariter, *communis corruptela noſtrum liberum* à quibus manavit deſcriptio abuſus, ſeu corruptelæ hoc pacto. Mala fides ex nullo titulo & ignorantia craſſa ſeu invincibili præmiſſa, aut interpretativè non conſentiente Legiſlatore: tunc ſic nulla bona fides nec titulus ſtare poteſt cum ſtricta jejunii obſervantia, ſeu ſummi & Maximi Pontificis conſenſu poſitivo, implicito, ſeu interpretativo ex chocolati ſumptione ſicut eſt à collatione ſerotina, dum chocolatica ſumptio conceditur cibus verus & realis; ſed non ſtante bona fide, & aliqua ex parte conſenſus Legiſlatoris in ignorantia invincibili ſubditorum conſuetudo ut præſcribatur legis derogatio ſtare nequit; ergo conſuetudo legis chocolaticæ ut intentabatur abuſus erit & corruptela incompatibilis cum jejunii obſervantia, ſiquidem deficiunt ipſi omnes conditiones ad conſtituendum quod intenditur, dum cibus affirmatur: unde patet quanta conſideratione procedendum in hoc quod Typographię non detur id quod fortaſſis à zelatoribus non conſentiretur Catholicis, dum præ oculis tenent edicta quæ ſacrum Inquiſitionis Tribunal ſemel in anno promulgat; ralemque abuſum, ſeu corruptelam in illud deferrent, atque cenſuratis doctrinis prohibebitur volumen, autorque ejus manebit ultra id quod de ſua opinione ſatagere debet, condemnatus in ſumptibus expenſis per impreſſionem, qui non tam pauci erunt conformiter ad id quod debet ſolvere de papiro, compoſitione, & aliis ut excedat ad ducenta ducata aurea; aliàs, ſi emptores libri quem edidit comperiant defraudari ex prohibitione Tribunalis ſancti Officii diffamatus manebit; ne alia ſuorum ſtudiorum in lucem edat; quæ omnia alteraque quæ *brevitatis* gratia omitto, gratum ad me, non iratum debent tenere eo quia approbare volumen nolui; & licentiam, ſeu beneplacitum ordinarii cenſui non impendendum; ſcit Deus non altero quam meę conſcientiæ motivo, dictamen iſtud protuli, ſemper tamen correctioni ſubjectum, ut maneat ſalvum judicium melius.

CONSULTATIO XX.

De majoratu inſtituto ſub voce homo.

SIVE Notarii incuria, ſive Amanuenſis malitia, aut quia ita inſtitutor majoratus dictavit hunc pinguiſſimum ſuis ſucceſſoribus in hæreditatem relinquit, exprimendo hæredes non altera voce quam, *homo*, quin poſtea in nulla inſtitutionis clauſula habeatur nec minima rimula, à qua ſexuum diverſitas capi poſſit, ita ut à ſignificato declararetur illius voluntas, an foret includendi, vel excludendi fœminas à ſucceſſione; teſtamenti verba ſic erant. *Succedant in hoc majoratu homines deſcendentes à me per rectam lineam, ita taliter quod primus vocetur filius meus, poſtea homo prior à filio meo natus, quo defuncto ſuccedat immediatus homò mortuo propinquior ſicque deinceps.* Contigit inſtitutorem duos virilis ſexus reliquiſſe filios, & unum muliebris, defunctus ſecundo natus, vir antequam primo ortus, hic ſupervivens nupſit, & abſque liberis à duobus Matrimonii annis deceſſit à vita, manens & ſupervivens eorum ſoror inſtituentis majoratum filia, quæ mulier tam probatę conſcientiæ erat ut ſæpiſſimè proteſtaret, etiam juramento præmiſſo, ſeſe ante de porta ad portam eleemoſinas erogaturam, aut fuſo & collo laboraturam in præciſum moderatiſſimum alimentum, quam mala fide à legitimo domino minimam defraudaret drachmam: aduxati, aut parum affecti illi fœminæ, vel altero fine, multi fuerunt in quodam congreſſu (allegantes Cujatium ex l. 38. §, qui abortivus ff. de pænis) eam defuncti filiam incapacem, quamque etiam alteram, ex præciſo fœmineo ſexu, quia dicta l. 38. ſtabilitur defætu uterino procurato in abortum: *Quod ſi eo mulier, aut homo perierit, ſummo ſupplitio afficiantur.* In argumentumque deducebant. Si nomine, *homo*, femella contineretur impertinenter repeteret & inutiliter disjunctivam, lex. *Mulier*, aut, *homo*, ergo eo quia repetitio non cenſenda inutilis & impertinens in lege, in inſtituto majoratu expreſſa voce, homo, mulier excluditur citantur juridicè partes apud legitimum tribunal, efformantur allegationes, deponunt teſtes voluntatem Legiſlatoris fuiſſe viros tantummodo ſuccedere; deponit Sacerdos confeſſarius defuncti inſtituentis, ſæpiſſimè ab iſto auditum ſuam intentionem fore à majoratu excluſionem facere de muliebri ſexu, idem multi inſtitutoris amici familiareſque idem conteſtant; citatur notarius, inſimul Amanuenſis teſtamenti, teſteſque ejus, juramentoque præmiſſo juridico uniformiter conteſtes certificant ſe à teſtatore nullum alium terminum audiviſſe, niſi aut *homo* in ſingulari, vel *homines* in plurali: abſtinet ſe judex à ſententia pronuncianda; conſulitque, utrum pro filia in ejus favorem teneatur ex conſcientia pronunciare; an contra eam, ipſaque ſimiliter conſulit, utrum licitè poſſidere valeat, & inſtare, ſeu aſtricta ſit relinquere cauſam in ſuccedendum illum, qui aut de ſexu virili, vel aliàs intendebant legitimum fore hæredem.

Digitized by Google

SUMMARIUM.

CREDERE non tenetur delegato hæres teſti contra ſe deponenti numero 1.
Quid teſtis omni exceptione major num. 1.
Non tenemur fidem dare uni teſti affirmanti num. 1.
Dilema de teſte omni exceptione majori num. 1.
Melioris indolis frequenter fœmina viro num. 1.
Taciturnitas quando ponit exceptionem num. 1.
Actus interni non infallibiles in judicio alieno num. 1.
Quid ut notitia præſumatur divina revelatio num. 1.
Eccleſia quas approbat revelationes dictas authenticas numero 1.
Infallibilitas unde à revelatione privata num. 1.
De poſſe ad factum non valet conſequentia num. 1.
Teſtis deponens de poſſe, fidem non facit num. 1.
Non idem teſtis idoneus, ac omni exceptione major n. 2.
Quid uterque teſtis num. 2.
Quatuor concurrere debent in teſte ut ſit omni exceptione major numero 2.
Tres conditiones ut quis ſit legitimus teſtis num. 2.
Quoties ſuſpitio eſt de teſte, exceptio admittenda n. 2.
Caſus de Matrimonio ſecundo celebrando num. 2.
Objectio ex paritate & in illius ſolutionem aliqua examinantur numero 2.
Illicitum in conficiendis Sacramentis ſequi opinionem probabilem relicta probabiliori num. 2.
Si variari poſſit intentio nuſquam ſecura in facto n. 3.
Quid de teſte deponente non aliter de auditu ac de viſu numero 3.
Per quid cor exprimitur ad judicium fore. num. 3.
Judex ignorat teſtatoris internum dictamem num. 3.
Si voluiſſet expreſſiſſet: an ſuſpitionem influat num. 3.
Dubia teſtamenti corrigit codicillus num. 3.
Supremus in probatione teſtis, & à dignitate omni exceptione major, quis num. 3.
Diſcurſus mulieris notandus penes Matrimonium n. 3.
Viva martyr fœmina violenter nupta num. 3.
Speties utrumque ſexum ſignificat una voce, & qualiter numero 4.
An mulier ſit homo; curioſa indago num. 4.
Gratulandum, non ridendum iſtud inquiſitum num. 4.
Feria quarta dicta cinerum voce homo fœminam & virum ſignificat Eccleſia num. 4.
Blaſphemat quidam hæreticus à voce homo Adamum vocans hermaphroditam; & impugnatur num. 4.
Sexus fœmineus indicatur à Spiritu Sancto voce homo num. 4.
Regula ſervanda quando ab illa limitatur ſexus num. 4.
Sancti Chryſoſtomi elegans teſtimonium pro ſignificato homo numero 5.
Par in propaganda natura Adam & Eva num. 5.
Uterque in id pariter à Deo benedicitur num. 5.
Dumtaxat incapacitas ſignificati à voce homo ſexum reſtringit numero 5.
Non aliter differt vir à viro eſſentialiter, ac à viro mulier numero 5.
Ambiguitas à voce homo expoſita num. 5.
Genus, & una ſpecies quandoque eodem exprimuntur nomine numero 5.
Id expertum in adoptione, & arrogatione num. 5.
Diſtincta prædicata eſſentialia, & quæ eis inſunt à generatione, unde num. 6.
Ignota ſtudioſiori plura ne Deo ſimus ingrati num. 6.
Fatuitas mulierum ingerentium ſe in aliquibus Miniſteriis numero 6.
A voce homo in teſtamento non repugnat fœminam conſtitui hæredem numero 6.
Expoſitio legis de duobus poculis amatoriis & abortus ejuſque tenor explicatus numero 6.
Dictio, aut; ſexus disjunctiva num. 6.
Caſus de ſpetie textus ex duplici poculo num. 6.
Idem ac plebejus in jure dictus humilior, honeſtior, nobilem ſignificat, & quid de exilio num. 6.
Exemplificatio legis de duplici poculo num. 7.
Ad metalla exilium mors civilis num. 7.
Disjunctiva legis de duplici poculo expoſita num. 7.
Niſi Deo revelante nullus noſcit cujus ſexus in utero fœtus numero 7.
Poema curioſum inductum, & aſtrologicus diſcurſus explicatus numero 7.
Homicidium æquè in quoquo ſexu ſecundum jura num. 7.
Deducta de voce, homo, juris maxima num. 8.
In odioſis quando ſub dictione homo vir ſolum num. 8.
Ut fœmina non comprehendatur ab illa exigitur quod excipiatur numero 8.
A jure divino robur doctrinæ, & caſus fictus num. 8.
Parabola Chriſti in id confirmandum num. 8.
Quædam de legato deciſo roborat doctrinam num. 8.
Nomine filius, filia etiam comprehenditur num. 8.
Qualiter declaranda teſtatoris voluntas ut lex num. 9.
In ea teſtatoris lege ſufficit pro ratione voluntas num. 9.
Conſtante de voluntate teſtatoris nihil ambigendum nnmero 9.
Teſtis teſtamento difformis ſuſpectus num. 9.
Verba, ſeu ſcriptura, cordium notæ num. 9.
Duplex radix à qua verborum capitur ſignificatio numero 9.
Significatio in communi modo loquendi regionis num. 9.
Expectanda judicis ſententia in ambiguis num. 9.
Ratio, anima legis, & ſcriptura, teſtamentorum num. 9.
Quid præſumendum teſtatorem voluiſſe num. 9.
Præferenda fœmina propinquior viris remotis num. 9.
Mulier non continet maſculinitatem; homo maſculinitatem & muliebritatem includit num. 10.
Quando à teſtamento tranſitur ad aliam lineam nu. 10.
Vox homo ad diverſas lineas genus num. 10.
Paritas de feudo, legato, & teſtamento num. 10.
Cur in aliquibus Provintiis excluditur mulier ut ſit hæres numero 11.
Repugnante jure nullus hæreditatis capax num. 11.
Solutio argumenti notanda ad favorem fœminarum numero 11.
Aliquæ inſigniores viris in augenda hæreditate nu. 11.
Ab ea, Deus fœminas non excluſit num. 11.
Fefellit ſe in Scriptura ſacra quidam Juriſperitus nu. 12.
Succeſſio filiarum Salphad in hereditate num. 12.
Poſſeſſionem petebant non jus filiæ Salphad num. 12.
Notandum de Matrimonio virginali Deiparæ, & ſancti Joſephi num. 12.

1. FACILIOREM meo videri reſolutionem accipiet conſultatio præſens, ſi præmittatur inquiſitum Dianæ p. 11. ſuorum operum moralium trac. 2. Miſcellaneo reſol. 31. in quo ferè ſimilem eventum recenſet his verbis *confeſſarius affirmat hæredi teſtatorem voluiſſe relinquere legatum Titio, quæritur an hæres teneatur his credere & legatum ſolvere.* Et ex Fagundez tom. 2. in Decalog. lib. 7. cap. 23. num. 5. reſpondet 5. ſed ego. *De hoc caſu interrogatus negativè reſpondi, & deobligavi hæredem à ſolutione ſupradicti legati;*

Digitized by Google

declarans quid ſit teſtis omni exceptione major; id eſt cui nihil opponi poteſt; quod probat; *quia ex dicto unius teſtis nemo plenè convincitur, nec tenetur ei fidem adhibere contra ſe, & cum damno ſuo, ut diximus de filio adultera, qui non tenetur credere matri dicenti illum non eſſe filium ejuſdem Patris cum aliis fratribus, ac proinde non poſſe habere hæreditatem æqualiter cum illis.* Quæ doctrina videtur arguere pro fæmina filia, nam cum confeſſarius appareat ſingularis teſtis non omni exceptione major neque urgebat credulitas pro illa parte de voluntate teſtatoris, & pro altera ſuſpendebat dictamen propter rationem aſſignatam de filio non ad ſtricto ad relinquendam hæreditatem ab hoc quia mater declarat conceptum ex adulterio, nec de legitimo matrimonio; Præcipuè urgebat in favorem mulieris quod à nullo capite convinci quibat quod fuerit confeſſarius penes depoſitionem factam teſtis omni exceptione major, pro quo eſt efficax dilema, vel confeſſarus id ſcivit, ſeu cognovit à teſtatore majoratum inſtituente antequam ſcripturam autenticam proderet, vel præſens exiſtens quando iſta conficiebatur, ſeu poſt elapſo tempore: ſi primùm inſtitutor potuit mutare propoſitum; ſapientis enim eſt mutare conſilium noſcenſque fortaſſis muliebris ſexus notas melioris indolis fore frequenter, eas noluiſſe defraudare ab hæreditate: ſi ſecundum dicatur quod id ſcivit confeſſor præſens exiſtens quando condebatur teſtamentum ſeu ſcriptura; audiens tunc proferre in hæredem, *hominem*, nec monuit quod expreſſaret, de quo ſexu, ex ſuo ſilentio exceptionem tenet in teſtificatione, ne enim exceptione major dicatur teſtis; nam taciturnitate annuiſſe videtur revocationi voluntatis teſtatoris: ſi tertium fides non eſt adhibenda tali Sacerdoti confeſſario, qui depoſitionem proponebat de tempore non infallibiliter influente talem fore abſque omni fallatia & mendatio dictum exterius; tenebaturque judex ipſum interrogare, ut ſub juramento deponeret, an ſciret teſtatorem non mentitum, quod nullatenus meo videri valebat firmare; quandoquidem cordis ſecreta niſi à deo revelentur attingi queunt; quod ſi dicatur potuiſſe deponere ſibi à divino Numine revelationem factam cum evidentia in atteſtante quod confirmabat dictum exterius teſtatoris cum interiori dictamine ipſius, ſicque infallibiliter noſcebat non mentitum, ſuamque intentionem, propoſitumque fuiſſe excludere muliebrem ſexum; præterquam quod ridicula & fallex apparet revelatio talis cum evidentia in atteſtãte in ſimilibus rebus, eo quia communis Theologorum conſenſus in materia de fide eſt privatas divini numinis revelationes communiter aut bonum commune monarchiæ ſive Eccleſiæ, ſive ſæcularis jugæ reſpicere, non quod aſtringatur Deus altero motivo illas non præbere, niſi quia quas autenticè Eccleſia approbat nuſquam bonum peculiare proſpiciunt, & ſemper directè, ſeu indirectè tenent in objecti entitate, ſeu in aliqua circunſtantia, aut per reſultantiam, aliquod ſupernaturale, ſecum mixtum: unde ad hoc quod talis revelatio conſtitueret confeſſarium teſtem omni exceptione majorem debebat ab Eccleſia proponi de fide credenda, ſine quo nulla eſt revelatio privata certitudinem infallibilem ſignificans: dicis potuit id revelari à Deo ne poſſeſſor malæ fidei intraret in eo ad quod jure caret, & de frauderetur hæreditas à legitimo ſucceſſore: fateor potuiſſe, ſed de poſſe ad factum nulla eſt conſequentia infallibilis, & teſtes in tribunalibus nuſquam fidem faciunt, per ea quæ de poſſe deponunt niſi per illa quæ in litibus de facto procedunt, vel dejure; ab hoc igitur teſte non exhæredenda erat fæmina, ſi alias ſub voce, *homo*, in inſtitutionis ſcriptura convincitur contenta, de quo infra ex rigoroſiori & propriſſimo vocis ſignificato. Ulterius tamen ſiſtere in eo expedit.

2. In fundamentum ſuppono. Cum miranda ex ſuo ordine judiciario tom. 1. quæſt. 17. art. 7. diverſum fore teſtem idoneum, ac omni exceptione majorem; illum vocat cui nihil deeſt de iiſque ad teſtificandum requiruntur; iſtum vero qui nulla exceptione legitima repelli poteſt, aut quia ita clarè & patenter convincit, ut irrefragabilis maneat, nulla via exiſtens, qua in minimo deflectere queat ejus de poſitio ſive eo quo tam ſuprema decoratur dignitate, ut moraliter impoſſibile judicetur à veritate deficere tantę perſonę teſtimonium, remittitque ſe ad Maſcardum lib. 1. de probat in præfat conc. 6. a. n. 69. Bene verum eſt ex Proſpero Farinatio quem allegat ſic materiam hanc introducere quoad teſtem omni exceptione, majorẽ, qui ut talis dicatur, ait. *ſufficit, ſuperque ſatis eſt, ut ſit immunis à quatur, primò à crimine, ſecundò ab infamia, tertiò à ſuſpitione quartò à macula, unde teſtem eſſe legitimum, & omni, exceptione majorem idem eſt & pro eodem à Doctoribus communiter nuncupatur.* Præſcindo à quæſtione juridica; an ita ut Miranda ſentit; difficultas enim eſt de voce, alias, ſequeretur omnem teſtum vocandum cunctæ exceptione majorem, aut nullum legitimum putandum, nam fere cauſa non eſt inqua ſuſpicio non interponatur; aut à Reo de teſtibus deponentibus contra ſe; vel ab actore de illis qui depoſitionem faciunt adverſus reum, tres conditiones à Miranda appoſitæ in quoquo teſte concurrere debent, liber à crimine, ab in famia, à maculaque; Ergo pro eventu Sacerdos confeſſarius non poterat dici omni exceptione major: probatur conſequentia, qui ſic habitus eſt à jure omnem exceptionem excludere debet; ſed introducebatur exceptio in confeſſario; Ergo non erat omni exceptione major. Probo minorem. Quoties ſuſpitio; in teſte introducitur, exceptio introducitur, ſed in Sacerdote confeſſario introducitur ſuſpitio; Ergo & exceptio. Minorem oſtendo; non præcedente præmiſſa à qua evidenter convincatur teſtatorem nuſquam mutaſſe propoſitum de inſtituendo majoratus herede, *hominem* ſexus virilis, ſuſpitio tenet & admittenda videtur propter ſcripturam authenticam à Notario teſtificatam, concurrentibus in ea duobus conteſtibus conformibus; Ergo ſuſpitio admittenda videtur, cum non deponet confeſſarius, ſe ſciviſſe aliquod quo invalidaret ſcripturam, teſtatorem voluiſſe in ultima voluntate excludere ſexum muliebrem, ergo nec fæmina, nec judex aſtringebantur convinci à teſtimonio Sacerdotis confeſſarii in præjuditium hæreditatis pro muliebri ſexu: neque obſtat textus ad caput *in præſentia de ſponſalibus* ubi ſtatuitur in quodam matrimonio, de quo dubitabatur an validum, *non pertimtas eos contrahere donec certum nuntiumde morte recipiant.* Hoc decretum expeditum fuit à Papa in caſu ſimili ut obſervant Abbas Panormitanus ad dictum caput in præſentia, & Hoſtienſis ibi etiam. Contigit Mariam uxoratam, abſentem tenuiſſe maritum, & decurrente tempore in ſuam notitiam per veniſſe quod mortuus erat, volebat Maria ſecundas nuptias, nondum conſtabat certè ut par erat, an vidua; rem deducit ad ſummum Pontificem, qui in verbis tranſcriptis indicat unum dum taxat teſtem ſufficere ut ſecundò nubat; Ergo abundabit unus teſtis, ne licite majoratus teneatur à fæmina, nam ſicut ſe haber teſtis ad negativam, ſic & ad affirmativam; ſed ne contrahatur Matrimonium ſufficit; Ergo & ad affirmativam de majoratu abundabit; principaliter cum teſtimonium Sacerdotis muniretur dictis aliorum conteſtium, ut mox videbitur; quando quidem nulla poterat ſuſpitio reſultare de ejus teſtimonio, conſerendo iſtud cumaliis conteſtibus, idem firmantibus; & contra mulierem urgebat certa mens teſtatoris quod ſexum fœmineũ excludere intendit à ſucceſſione in hæreditatẽ. Plura inculcantur in hoc argumento examine digna; & primo in dicto capite, *in præſentia de ſponſalibus* Papa fortaſſis invenit illum teſtem omni exceptione majo-

Digitized by Google

rem nec aliqua ſuſpitio reſultavit in ejus teſtificatione ut prohiberetur alter contractus maritalis. Item dato nullam tunc ſuſpitionem reſultare, dum phyſica evidentia non conſtabat de ſponſo defuncto periclirabatur nullitas ſacramenti, in quo nuſquam licet ſequi opinionem minus probabilem relicto probabiliori (qualiter Neoterice, primam propoſitionem quam damnavit Innocentius XI. ex ſexaginta & quinque prohibitis eſt hujuſinodi. *Non eſt illicitum in ſacramentis conferendis ſequi opinionem probabilem de valore ſacramenti, relicta tutiori.* Ad in noſtro caſu conteſtes non conceduntur nec ſequebatur anullatio, vel valor ſacramenti, niſi ad ſummum præjuditium legitimi hæredis, ex bona fide inculpabile; Eatenus in forma nego ſuppoſitum majoris conceſſo toto ſyllogiſmo non recte applicata; paritate; imo in li. *Certum nuntium de morte recipiant*; Videtur pluſquam unum optaſſe Papam teſtem, res enim non indicatur infallibilis ab uno teſte.

3. Addidi quod quantumvis mille concurrerent Conteſtes deponentes audiviſſe à majoratus inſtitutore ſeſe velle excludere ſexus muliebres, adhuc. perſiſtit inviolabilis clauſula teſtamenti, nec tenebatur illius filia ab hæreditate alienare ſuum jus, dum non probaretur expreſſè teſtatorem decreviſſe poſtea excluſionem, varians intentionem quia mutavit voluntatem. Sed dices. Id potuit à confeſſario deponi ſi ſub juramento teſtificaret, ſe audiviſſe quod propoſitum defuncti fuit viros ſucceſſores quantūcumque in quaque ſcriptura de ejus diſpoſitione inveniretur, ſe uti voce, *homo*, in conſtituendo hærede; Sed hanc circunſtantiā depoſuit confeſſarius; Ergo ſuſpitionem purgavit, & à facto quod videtur infallibile omni exceptione major cenſendus teſtis; igitur tuta conſcientia illa mulier retinere non quibat hæreditatis ſucceſſionem; præcipuè in ſentententia Bericeli in ſuis quæſtionibus Moralibus trac. 1. quæſt. 15 firmantis in rebus Moralibus magni momenti teſtis putandus dum de auditu deponens æquivalet teſtificationi de viſu, de quo Thomas Sanctius in ſumma lib. 3. cap. 4. num. 15. ſi id quod indueit replica veritatem teneret & judex poſſet noſcere cordis ſecretum voluntatis teſtatoris uſque ad inſtans mortis ejus, eamque ſic notam à confeſſario, revera contra fæminam pronunciare tenebatur ex titulo fori interioris, quod Theologi tantummodo reſpiciunt at cum in rebus civilibus cordis intentio ſolummodo expreſſetur ad fixum juditium depromendum de voluntate ultima teſtatoris defuncti, niſi per id quod manet in ſcriptura authentica, quæ oppoſita erat dicto confeſſarii nuſquam convincebat ejus teſtimonium, ex regula juris. *Si voluiſſet expreſſiſſet:* Singulariter quia interrogatus an præſens fuerit quando teſtamentum condidit, reſpondit abſentem fuiſſe, addens ſibi non latuiſſe voce qua utebatur homo, in inſtitutione heredis; id adverſus eum ſtabat, quare ſi intelligebat ſolos viros vocari, non monuit in codicillo expreſſari æquivocationem? ſiquidem, quæ teſtamento dubia occurrunt, codicillo corriguntur; Ergo ſemper eſt teſtis ſuſpectus, atque nuſquam pervenit ad eum gradum in ſua depoſitione quam exprimit Miranda art. 7. citato, concluſ. 3. proferens. *Supremus in probatione gradus eſt quando teſtis necdum eſt habitus idoneus, integer, legitimus & omni exceptione major, verum & concurrunt in eo aliqua poſitiva qualitates optima opinionis quæ ipſius dictum & teſtimonium qualificant.* remittens ſe ad Farinatium de teſtibus, à num. 63. uſque ad num. 206. poſitivæ autem opinionis optimæ qualitatis erunt ſi deponens Cardinalis, vel princeps ſit: confeſſarii autem qualitas (ut à conſulentibus mihi notum factum eſt) non ſolum de hac linea Cardinalatus vel principatus non erat, verum valdè inferioris, quin excederet eam quæ eſt Parrochi, nec aliqua laurea Doctoratus in accademia approbata inſignitus, ideo ſemper ſuſpitio urgebat in cauſa, qua radicitùs exenterata à conſulentibus, notum fuit ſtrictam amicitiam quam profitebatur cum uno ex viris hæredibus, qui mulierem ab hæreditate excludendam tentabat, nec bene affectum penes illam, eo quod Patre vivente teſtatore in domeſtico, ſeu œconomico regimine plus, ac par erat, ſe ſe introducebat, nec ſatis ut ſibi placebat, à prædicta filia plaudebatur, imo quandoque ſtomachatam noſcere potuit ſe illi nec bene affectam, neque ut ei placeret ſentire quod in domo aliena tam intrinſece ſeſe introduceret & confirmatur ſi verum erat, quod narrabant, voluiſſe aliquando vivente teſtatore ipſam in nuptum dandam alicui, qui ei non placuit, & paterno mandato de maritatione reſtitit, ſub illa maxima vinculum matrimoniale eſt indiſſolubile, niſi à morte contrahentium, vel poſt conſummatum matrimonium, per ingreſſum religionis approbatæ, & ego neque viva martir vivere volo, neque amiſſa virginitate monialem fieri; quæ omnia pluſquam ſuſpectum videntur conſtituere in teſtem præſentis cauſæ Sacerdotem illum confeſſarium; quapropter regulanda videtur deciſio, hoc teſte annullato, conſonè ad tenorem ſcripturæ expreſſæ in ultimo teſtamento nullo codicillo ſubſecuto, aut ſcriptura ultimiorem voluntatem alteram expreſſante.

4. Principalis concertatio urget in deciſionem, qua fundata totum mihi videtur patefactum in re tanti momenti qualis conſultatio proponit, & ante diſcuſſionem, notare oportet quod in quolibet idiomate vox inſtituitur (ſit perſignum ad placitum qua ſpecies hujus generis animal ſignificatur, non ſolum in uno ſexu viventis talis ſpeciei, verum & alterius quem ſpecies complectitur, ſive vera generatione propagetur ſpecies, ſive quam Philoſophi vocant anomalam id contingere non tantum in terreſtribus animalium ſpeciebus, ſed etiam in volatilibus, & aquatilibus) aliquando fæmineum ſexum denotat vox utrumque comprehendens, ſi Ballenæ nomine, & maſculus, & fæmela exprimitur, quandoque ſub virili dictione, v. g. lupus, lupa etiam ſignificatur; leo leona ſimiliter, canis & fæminei & maſculini ſexus inditium denotat. Conformiter ergo in principali ſpetie animalis, ſpecioſiotis quidem, vox videbatur congrua utrumque ſexum declarans: inde placuit gratulari, non ridere quod ridendum præſumit Diana inquirens p. 11. ſuorum operum Moralium trac. 5. Miſcellaneo, reſol. 26. ſubſequentem titulum indicans. *An mulier ſit homo.* Ad limen difficultatis cum lectore loquitur & prævenit; *riſiſti ne! enigma diſſolvam quod pro praxi ſatis neceſſarium eſſe videbis quæro igitur ſicut fæmininus ſexus maſculino continetur; an quoque hominis appellatione contineatur fæmina.* Opportunius pro parte affirmativa fundamentum habetur ab uſu, & practica Eccleſiæ catholicæ dum ad primum diem quadrageſimalis jejunii dictum Mercurii Cinerum, inſtruens nos, ut mortis memoria recedamus à vitiis, & in pænitentia ſalubri eam præveniamus horam, quando Sacerdos crucem cinereum cujuſvis capiti imponit hæc profert. *Memento homo quia pulvis es & in pulverem reverteris.* Uniformis vox nec variata pro ſexu fæmineo, ac illa quæ virilem indicat; Ergo ſignum eſt quod de ſe prolata dictio in oratione dum non reſtringitur, utriuſque ſexus individua continet; quo pacto non magis vir eſt homo, quam mulier; fundarique poterat in variis ſacræ paginæ textibus, unus pro cunctis abundet. Gen. 1. v. 87. *Creavit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creavit illum, Maſculum, & fæminam creavit eos.* Occurrit Menochius cuidam hæretico ſomnianti ab hoc textu, blaſphemè proferenti Adamum Hermaphroditam creatum, decepto quidem à voce *homo*, non hac penetrata; remitto tractandum de Hermaphroditis conſulatione 25. ita ſuccinctè relatus Jeſuita, *Non ergo Adam Hermaphroditus quod qui-*

Digitized by Google

cum hujus textus verbis præcedentia ex verſiculo 26. *faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Joannes de la Haye inquit ad 26. in expoſitione 5. hominem. *Licet hominis nomen videatur ſolum ſupponere pro viro, non tamen exiſtimandum eſt hic ſolum pro eo ſumi. Non autem pro fæmina comprehendi; elicitur ex verbis quæ mox ſubjungit Moyſes dicens. Creavit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem; maſculum & fæminam creavit eos.* Non ergo videnda inquiſitio, ſed plaudenda; in quo iſta regula generalis ſervanda, quod quoties in oratione, vox, homo, ſignificat aliquod quod indicatur per eam repugnare, non comprehendi illum ſexum cujus eſt implicita, v. g. quando dicitur homo peperit, aut latro infantem, ly, *homo*, ſupponit pro fæminæ ſexu; ſimiliter quando dicimus homo conſecrat hanc numero Hoſtiam, intelligitur ſexus virilis, quia fæmineus eſt incapax, & ipſi repugnat validum recipere ſacramentum præsbiteratus; at quoties æquè utrique ſexui convenire quit ſignificatum, dum hoc non reſtringitur, ambos ſexus denotat; v. g. dum dicimus homo baptizat, & mulier intelligi poteſt miniſter præbens ſacramentum baptiſmi; Ergo cum mulier inducta in conſultatione nullam tenuerit repugnantiam ſuccedendi in Majoratu, à voce *homo* videbatur vocata.

5. Non ſinamus textum ex capite relato Geneſis adductum, propter præclaram ſancti Joannis Chriſoſtomi homil. 10. in Geneſim Expoſitionem; inquit. *Ante quam mulierem produxiſſet participem illam fecit imperii, & benedictionis honorare dignatus eſt.* Quæ clauſulæ annotantur a Benedicto Fernandez tom 1. in Geneſ. ſect. ad caput primum, & ſubnectit. *Ne quis igitur dicat virum ſolum, non vero etiam fæminam principatus prærogativa donatum à Deo, uterque ad imaginem, & ſimilitudinem Dei efformatus, eſt, uterque Imperium ſuper animantia obtinuit, uterque ſimilitudinem Dei per gratiam, virtutumque ornamenta in ſe habuit expreſſam. Utrique benedictio, & fæcunditas ad propagationem generis humani eſt impertita.* Et ne ulla inſurgeret ambiguitas de dictio, *homo*, concludit. *Quando igitur ſcriptura dicit. Fecit Deus hominem, tam virum quam fæminam intelligit, & quidem ad utrumque in plurali dictum eſt, Dominamini:* Quo voce uter ſexus comprehenditur dictione in accuſativo *hominem*: Ergo vox *homo* in illis in quibus capacitas invenitur in ambobus ſexibus, utrumque comprehendit, igitur quatenus Eva mulier dominii incapax non erat, nec benedictionis, fæcunditatiſque in humanum genus propagandum, aut omnibus modis quibus Adam virilis ſexus ad Dei imaginem, ſimilitudinemque creandus decernitur à divino numine, & creatus exprimitur in ſua individuali natura humana unius increati imago & ſimilitudo, non impariter ſua ſponſa, ad ea numerica humanitate capacitatem tenebat; ſumpta enim diſtinctione individui ad individuũ, non aliter diſtat vir à viro, ac à muliere, niſi per diverſitatem ſexus, quod accidentale eſt de quo cum Scoto conſult. 25. num. 13. neutiquam entitativum ſeu quidditativum; Verum ne minima innuatur ambiguitas ſeu ſermo confuſus ab aliqua amphibologia, ne minus poſſe videatur convenire nomen generis alicui cum ad placitum ſignificat, opportet occurrere ad hoc quod jure ſancitum experimur; plura ingerenda veniebant, nec tamen explicabo quia verſamur in puncto juridico per communem doctrinam Juriſconſultorum qui hoc genus, Adoptio, dividunt in duas ſpecies, vocando unam eodem nomine, ac genus ſcilicet adoptio, alteram Arrogatio; pro quo abundat Azor tom. 2. ſuarum inſtitutionum Moralium lib. 2. cap. 18. §. ſecundo quæritur. *Quotuplex ſit adoptio? Reſpondeo eſſe duplicem, una quæ ſpeciale nomen habet, & dicitur Arrogatio; altera quæ generis tantum nomen retinet, & dicitur Adoptio; lib. 1. & 2. ff. de adop. Arrogatio eſt quando is qui Patrem non habet in cujus poteſtate ſit, vel etiam qui natam etſi emancipatus; denique generatim, quando is qui ſui juris eſt traxit una cum filiis & rebus ſuis, & omni jure quod habet in poteſtatem ejus qui Arrogat Principis autoritate; Adoptio eſt quando Is qui eſt in poteſtate Patris in filium aſſumitur autoritate Magiſtratus.* Non ergo utrumque diviſionis membrum ſignificari repugnatâ genere; Ergo nec voce, *homo* uterque ſexus implicabat indicari: quod confirmatur à frequenti practica aliquorum regnorum in quo civitas metropolis ſeu principalis appellatione totius regionis inſignitur v. g. in duplici noſtræ Arragonenſis coronæ, videlicet valentia, & Neapolitanum in quibus urbs præcipua nominis totius regni intelligitur nuncupata; in uno Neopolis, in altero Valentia, ſi ergo in iſtis ſolido fundamento veſtigantur utrum Segerbe ſit valentia; vel an hic filius Arrogatus adoptatus ſit, non riſui dandum inductum à Diana, *utrum mulier homo ſit*, riſus de concertatione literaria cenſura eſt malignans anxietatem ſtudioſitatis iniquè detrahens, ne ea quæ laudabilis plauditur cura joco fiat, non ſine cautela neceſſaria in zoiles vitandos apparet oportuna & neceſſaria peracta præventio, quaſi præludium ad id, quod hic decidendum eſt.

6. Advertendum maximè prædicata eſſentialia & quidditativa individuorum, diſtincta fore ab illis quæ ex generatione ipſi reſultant, vel ab alio caſu; qualiter experitur in monſtruo genito, quoquo modo prodeat, vel biceps, vel in ſex digitis, aut Hermaphrodita, quę omnia aut ab errante natura prodeunt, vel à cauſis occultis, nobis notis ex ſudante diligentia, ſeu continuo ſtudio, ſive ignotis, quia divina providentia ita diſponit & noſtra ſuperba arrogantia plus ac par eſt de ſe fidat, atque vanitate dedita non fugiat, ingrata benefactori ſuo dona non recognoſcens, nam omne datum optimum, & perfectum de ſurſum eſt deſcendens à Patre Luminum; & ne nos divertant Caramuelis quærimoniæ tom. 4. in Theol. Morali præterintentionali diſp. proem caſuſque num. 2106. quas fuſè expendo tom. 3. certaminis diſp. 4. ſec. 17. num. 143. & deinceps, ubi veneror quanta ſedulitate Benedictinus iſte peritiſſimus Antiſtes increpat muliebrem aviditatem in ingerendis ſe offitiis propriis virorum, addito à me inſanitatem, & amentiam plurium mulierum ſeſe ingerentium in his quæ ſibi non competunt à fatuitate & implicare videntur; examinandum igitur venit ad eventum conſultum decidendum, ne divertamur in aliis, utrum à jure inveniatur aliqua repugnantia, ut ex voluntate teſtatoris Majoratum inſtituentis filiam ejus ſuccedere, nam dum convincitur ab hoc capite non implicare, à ratione ſpecifica nihil repugnare patet ſicque quando teſtator vocat homines deſcendentes non tantum ſexus virilis filios, ſed & filias fæmenini ſexus vocandas; perdoctè Diana ea reſolutione 26. exponens dictam legem 58. quam allegavimus: ſubjungit. *Hominem ibi non opponi mulieri, ſed cum ibi agatur de duobus poculis Amatorio, & abortionis, mulierem quæ ſola abortiri poteſt; poculo vero amatorio, hominem, utrumque ſexuum comprehendentem, cum certum ſit, utrique ſexui hoc propinari; per hominem intelligitur is qui in utero eſt dequo non conſtat, an maſculus ſit futurus an fæmina, quique tam facilè poſſit naſci fæmina, quam maſculus, ut proinde hic ipſe textus rectè conſideratus ſententiam noſtram perſpicuè demonſtrat, atque devincit, fæminam in jure hominem appellari.* Meliori jure quam gentium, Canonico oſtenſum manet num. 4. fæminam hominem nuncupatam per textum ex geneſi ibi tranſcriptum; & quia verſamur in materia juridica tenorem legis 3. citatæ audiamus, ſic ſe habens. *Qui abortionis, aut amatorium poculum dant, etſi dolo non faciant, tamen quia mali exempli*

res

Digitized by Google

res eſt, *humiliores in metallum*, *honeſtiores in inſulam relegentur: quod ſi eo mulier*, *aut homo perierit, ſummo ſuppl cio afficiatur*. Dictio, *aut*, in ly *homo*, aut *mulier* eſt disjunctiva, & diſtinguere ſexus cenſeri debet, ne hæreamus in ſpecie textus juris, ponam caſum quem ſub cortice ipſius verba continent, decernentia diverſa ſupplicia delictis ſeu flagitiis, quantuncumque iſta dolo non facta, aut fraude convincantur: igitur conſiderat Juriſconſultus duo pocula ex ſimplicibus confecta à Pharmacopola ad petitionem alicujus; vocatum amatorium, unum, ut quiſquis bibat in alicujus amorem alliciatur; nuncupatum alterum abortionis, ſeu in abortum tendens, in hunc ſcopum quod puerpera non concipiat, vel conceptam ſobolem, ſive ante animationem, ſive poſt emittat impediendo generationem, ſuaque lege diſponit quod quanquam id non doloſè ſumatur niſi de conſenſu bibentis, crimen putandum, & ſupplicio afficiendum, taliter quod exilio in inſula metallorum, ſi plebei ſunt flagitioſi (hoc ſonat vox *humiliores*) puniantur; ſi verò nobiles, (id inſinuata dictione, *honeſtiores*) ad alias inſulas relegentur, prævenit autem, eo quoque exemptibus poculo, contingere poſſe ſumentem in vitæ jacturam ire, ſive efficere quod eat fœtus uterinus quando in abortum vadit omnimodè organizatus, dum animatum fuiſſe invenitur. Quo in eventu, ſive natus abortivus ſit, mulier, aut homo, concludit lex delinquentem ex poculo dato ſummo ſupplicio afficiendum, id eſt pœna capitali: utitur autem in disjunctiva voce *homo* quæ in textu à ſe virilē ſexum ſignificat, ergo à jure excludenda videbatur filia in conſultatione poſita à ſucceſſione hæreditatis ad eam vocati homines deſcendentes.

7. Clariorem exemplificemus diſpoſitionem illius legis 35. de gemino poculo amatorio & abortionis: ponamus Titium amaſium Bertæ, ut hanc alliceret in ſui dilectionem poculum conſtruxiſſe amatorium, & interventu alicujus ancillæ dediſſe, quod re & facto Berta bibit, & in talem propendiſſe amorem ad Titium, quod virgo exiſtens illa cernata copula candorem amiſit virginalem gravida effecta à Titio; timenſque cognatorum mortem poculum alterum præ latum fuit in abortum fine vitandi damna cauteleta; decernit Juriſconſultus quod ſi Titius & Berta ſint de genere plebeio, ad metalla exules fiant, quæ pœna æquivalebat capitali, reputabaturque mors civilis, nam inſulæ metallorum exercitiumque in eis fere ſemper in necem naturalem terminabatur; ſin autem ambo flagitioſi de nobilibus fuerint, diſponitur exilium à patria in aliquam inſulam quæ metallorum non ſit; cavet etiam legis directio qualiter in abortum Berta gravida agitata, & ipſa punienda & complex, ſcilicet extremo ſupplicio ſub illis verbis, *quod ſi eo mulier*, *aut homo perierit*. Neque genuinè disjunctiva in dictione *aut* intelligitur ab aliquibus, nam ly, *mulier* reduplicat ſupra Bertam gravidam quæ à poculo abortionis perire poterat, ly *homo* reduplicat ſupra fœtum conceptum comprehendens utrumque ſexum; ex quo paret à jure non excludi, imo includi ſexus femineus dictione, *homo*, deſignatus, neque qualis ſexus ſit fœtus uterinus à non revelante, quis ſcire po eſt, curioſum interponam (ex Jacobo Pontano tomo 4. dialog. de quodam Hermaphrodita nato) poëma obſervatum: inquit

Dum mea me genitrix gravida geſtaret in alvo
Quid pareret fertur conſuluiſſe Deos.
Mas eſt Phœbus ait, Mars fœmina, Junoque neutrum;
Cumque forem natus, Hermaphroditus eram.
Quærenti letum illa ſic ait, occidet armis,
Mars cruce, Phœbus aquis, ſors vaga quæque fuit.
Arbor obumbrat aquas, aſcendo, decidit enſis,
Quem caſu tuleram, labor & ipſe ſuper.
Pes ramis ceſſit, caput incidit, amne tulitque
Fœmina, vir, neutrum, flumina, tela, crucem.

Thomæ Francez de Urrutigoyti.

En fabuloſum à Poëta inventum, qualiter uterina ſoboles à ſolo vero Deo (qui corda ſcrutatur & interiora penetrat comprehendens creaturas) certò cujus ſexus ſit, noſci poteſt ea infallibilitate ut deceptioni non ſubſit; ab aſtrologia in poëmate videbatur diſcurſum verti; ſic à Phœbo, id eſt à ſole maſculinus indicabatur, à Marte fœmineus; prævalebat in influxu alteri, & neutrum per aſpectus circulares ingerebatur; dum ventre clauditur in ambiguo expoſita notitia; ergo peritè Juriſconſultus cum non minus ſit homicidium abortus ſobolis animatæ in ſexu virili ac muliebri (ſicut in utroque copulato hermaphroditica monſtruatione) qualitercumque contingat delictum putat, & crimen ſummo ſupplicio afficiendum, ſignificando. Voce *homo*, non unum, vel alterum, ſed quemcumque ſexum, etiam illum qui à monſtruatione neuter dicitur; ergo ſi hermaphrodita voce *homo* comprehenditur, quare & non mulier perfectiorem membrorum ſtructuram producens.

8. Efficatius meo videri etiam à jure probatur intentum per illam maximam juridicam, quæcumque in odioſis comprehenduntur à voce *homo*, in favorabilibus cōprehendi debet potiori ratione, ſed in odioſis dictione *homo* uterque ſexus comprehenditur; ergo & in favorabilibus ſimiliter; igitur ex quo majoratus inſtitutio favorabilis materia eſt, intelligi debet ab inſtitutore comprehenſa filia: Minorem probo; quomodo certiſſimum inter juriſtas, in conſtitutione odioſa & pænali continente odium rationabile, ſub maſculino fœmineum comprehendi. Tiraquellus in tractatu de utroque retrac. Parte 1. §. 1. gloſſ. 9. num. 232. *Tum quia etiam in pœnalibus diſpoſitum de maſculis regulariter ad fœminas extenditur*. Baldus l. *ne paſſim* 13. & poſt allegatos autores de hoc quod in pænalibus muliebris ſexus à voce *homo* comprehenditur, refert Diana, *Atteſtatur hanc opinionem communiter receptam, tum quia hoc caſu contrarium in fœmina ſtatutum non reperitur; & certum eſt quod fœmina regulariter utuntur eodem iure quo maſculi, niſi tantum in caſibus ſpecialibus in jure expreſſis*. Si ergo ius indiguit exceptiones ponere ne fœmineus ſexus in aliquibus diſpoſitionibus comprehendatur dictione, *homo*, igitur ab hoc continebitur, dum non excipitur, ſed nulla exceptio inventa fuit in teſtamento voluntatem inſtituentis exprimens excluſionem; ergo quoquo modo ſumatur quantumcumque aſſeratur teſtamentum de ſerie, & linea, eorumque de odioſis reputantur excludenda mulier videtur, & jure legitimo, tutaque conſcientia filia ſuccedere valebat; urgentius à jure divino confirmetur propoſitum per illud ſtatutum quod Dominus in populo intimavit. Eſtque de materia odioſa inducta per maledictionem. Deuter. 27. v. 15. *Maledictus homo qui facit ſculptile, & conflatile, abominationem Domini, opus manuum artificum, ponetque illud in abſcondito, & reſpondit omnis populus amen*. Hæc Divina lex erat, & fingamus unam fœminam ſculptile & conflatile feciſſe, & poſuiſſe illud in abſcondito; vel hæc incurrebat in maledictionem, vel non? ſi primum habetur intentum. Statutum ſeu edictum, non alio utitur quam voce *homo*, ſed ſub hac voce comprehenditur mulier, dum conceditur incurſa in pœnam legis; ergo voce *homo*, in odioſis à jure divino fœmina comprehenditur. Secundum dici nequit, alioquin liceret idololatria fœminis, quod abſque cenſura nullus affirmabit: parabolico ſermone utitur Chriſtus in denotandam reprobationem poſitivam judaici populi qui fidem negavit catholicam, non ſolum quoad maſculos qui non crediderunt, ſed penes mulieres

T

Digitized by Google

quæ convictæ non fuerunt in fidem dandam Chriſto Deo per tot miracula, & doctrinas quibus verificavit patentiùs, ac à luce meridiana, ſe fore Meſſiam promiſſum in redemptionem generis humani, & ſymbolo de convivio & convivis Math. 22. reprobationem talis populi ſignificat enigmate hominis introducti ad eas nuptias veſte nuptiali carentis. *Vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali.* In iſto cortice reatum incurrens homo miſſus in tenebras exteriores; interrogo pariter, qui Hæbrei ſignificantur, ſolumne maſculini ſexus non credentes, an etiam fæminini? Quis ſanæ mentis excludet à paralitico ſignificato mulieres Judæas non aliter à ſuo errore pertinaciter contumaces ac viri qui tali cæcitate callebant; ergo ſi de iure divino in novo & veteri teſtamento, ſive jure poſitivo civili, dum aliqua notatiuncula non eſt in edicto, lege, aut decreto, quo fiet muliebris ſexus excluſio, excluſus non eſt, & ideo intelligendus; in quorum tenorem ea reſolutione 27. in fine concludit Diana; ego olim interrogatus, an in legato relicto filiis v. g. Petri, comprehenderentur filiæ fæminæ? reſpondi affirmativè ex regula, *quod nomine filiorum filia etiam continentur*: ſi ergo non obſtat maſculina conſtructio in legato filiorum relicto, & includuntur in eo fæminæi ſexus filiæ; quare excipienda eſt vox *homo*, & reſtringenda ad majoratus ſucceſſionem, ne filia hæres ſuccedat, non altera legitimitate ac ſuccedunt viri ejuſdem lineæ.

9. Legatariæ filiæ ſupponuntur, & conſequenter legitima hæres quæ in conſultatione inducitur, & in his & ſimilibus caſibus attendenda eſt perutilis Bonacinæ à ſancto Thoma 2. diſp. 3. de contrac. quæſt. 17. à num. 7. ubi veſtigat *quomodo explicanda ſit teſtatoris voluntas, ſeu quid faciendum ſit quando dubitatur quid teſtator mandaverit, & voluerit.* Habenda enim eſt ut lex, teſtatoris voluntas penes ea quæ ſui juris ſunt, & ultimam exprimit voluntatem ex auth. de nuptiis 5. diſponat, videndi Petrus Gregorius in ſyntagmat. juris lib. 42. cap. 30. num. 1. aientis. *Diſponat teſtator & erit lex*; & Mantica de conjecturis lib. 11. tit. 14. num. 7. & num. 14. ſcribentis. *Sed in diſpoſitione teſtatoris qua pendet ex libera voluntate, ſufficit pro ratione voluntas.* Igitur non quærendum aliud ad ſolvendum quod inquiritur, & tenenda pro ratione & lege, ultima teſtatoris voluntas; ad quam capiendam quinque regulas aſſignat Bonacina, & juxta primam quam perutili calamo ſtabilit ad alias procedere ſuperfluum foret ſi depoſitio Sacerdotis Confeſſarii tam exactè ſatisfacta nulla non præceſſiſſet, eatenus tantopere ad limen reſolutionis eam exentero quoad minimas circunſtantias ait: *In explicanda teſtatoris voluntate inſpiciendum eſſe quid ſenſerit teſtator, nam ſi de ejus voluntate conſtare poteſt, non eſt amplius ambigendum*; ſed non conſtabat à depoſitione Confeſſarii ſufficienter quandoquidem præter ſuſpiciones præventas num. 3. non conformabat tenori verborum quæ exprimebantur in teſtamento; ergo adhuc ambigendum erat quid ſenſerit, & id juxta ſecundam conditionem annotatam à Bonacina quæ valde favet mulieri, nam ſequentes ſunt formales ejus clauſulæ: *Attendendam eſſe propriam verborum ſignificationem, cum verba ſint animæ nota; ſignificatio verborum deſumenda eſt ex conſuetudine, ſeu communi uſu loquendi; quilibet enim præſumitur loqui juxta communem loquendi uſum, modo verba adhibita ſint eodem ſenſu & idiomate quod à teſtatoribus communiter adhibentur, nam ſi à Notario aut alio verſa ſint in latinum, non accipiunt interpretationem à communi loquendi uſu, ſed a jure.* Mirificæ clauſulæ in quibus tenor verborum capiendus eſt à duplici radice, ſeu origine in inſtitutione teſtatoris; aut à jure, vel à voce, qua iſte uſus eſt, extra communem modum loquendi in more inſtituendi hæredem (quo pacto ſi in tali ſcriptura voluntas ipſius erat lex obſervanda, nec quærendum aliud niſi pro ratione voluntas, ut aiebamus cum Juriſtis citatis, & ipſe non alium terminum Notario dictavit niſi *hominem*, ſub qua dictione fæmineus ſexus includitur, hic à diſpoſitione ejus nullo pacto excludendus videtur; ſin vero in ea regione communis teſtamentorum clauſula quando inſtituebantur hæredes maſculini ſexus, iſto termino utebantur Notarii in communi phraſi, eratque in viridi obſervantia nulla ambiguitate hæredes voce *homo* excludi fæmina, me videri adhuc reſtabat in favorem filiæ ambiguitas, pendebatque à Judice declaratio utrum teſtamentum illud in ea majoratus inſtitutione regulandum foret regulis, & terminis juris communis, in quibus *homo* non excludit mulieres, an juris municipalis regionis. Conſultat. 25. n. 3. De hoc iterum nunc adveitendum, tanquam id à quo pendet juridica declaratio, etiam & ea in conſcientiæ foro; verum prius nota Bonacinam hæc habere: *Tertiò examinandam eſſe rationem qua teſtator adductus fuit ad teſtandum, hæc autem ratio docetur capienda ab ipſa ſcriptura*, id eſt, ſive iſta ſit teſtamentum, ſive codicillum, ſive alia privata dum authenticè, certò & infallibiliter demonſtrat ultimam voluntatem, in quorum argumentum ſubaddit: *Sicut ratio vocatur anima legis, ita etiam ſcriptura ſeu teſtamenta*, addo *voluntatis teſtatoris*, moxque meum intentum: *Negari enim nom debet quod legiſlator, aut potuerit unum diſponere, & aliud omittere.* Conformiter negari non debet teſtatorem in majoratus inſtitutione potuiſſe diſponere ſucceſſorem æquè ſexum fæmineum deficiente virile in recta linea, omittereque maſculos tranſverſales; ſi potuit & non fecit, ſcripturæ ſeu inſtrumento ſtandum; ſed hæc favent filiæ; ergo præſumptio ſtat pro ea principaliter dum tenemus ex l. cum in teſtamento ff. de rebus dubiis, & ex l. in teſtamentis primò de condit. & demonſt. illud quo concludit Bonacina. *Præſumitur autem teſtator id voluiſſe quod ipſi reſponderet interrogatus ſi adeſſet, vel quod credibile eſt teſtatorem cogitaſſe:* Disjunctivam preme, & licet in primo dictum Confeſſarii vim teneat, à ſecundo rejicitur, & ſuffragatur fæmina; ſiquidem credibile videtur teſtatorem cogitaſſe præferendam filiam ſibi intimiorem quam cognatos de latere remotiores.

10. Amplius probatur jus ſuccedendi in majoratu pervenire ad filiam ex præſumptione voluntatis inſtituentis ab illo in quo Juriſtæ firmantur, nempe mulieres non continere in ſe maſculinitatem; facillimè me poſſem expedire ab innumeris quæ Juriſtæ aliqui contra fæmineum ſexum inducunt ex voce, *maſculinitas*, ſed uno verbo ſuppono in rebus quæ fundanda ſunt, regulam non dicere mulieres non continere humanitatem, hoc enim abſtractum ab illo valde differt. De juris maxima Fontanella de pactis nupt. clauſula 4. Gloſſa 25. n. 12. Joannes del Caſtillo tom. 5. cap. 9. n. 18. introducens feudum ad favorem maſculorum, in quorum defectu vocantur fæminæ; & ait, *Regula ipſa non procedit, quando teſtator ſeparatim lineas fecit maſculorum & fæminarum; & prius maſculos quam fæminas vocavit, ſive fæminas ipſas non niſi in defectu maſculorum omnium admiſit; prout in terminis, de quibus longa ſerie ſupra capite præcedenti; quia tunc attenditur qualitas lineæ, & dum adfuerit perſona quæ habeat qualitatem maſculinitatis non ſuccedit fæmina quamvis ſit proximior, & maſculus remotior.* A quo argumentor, ergo ſi linea non ſpecificatur, neque maſculinitas in concreto ſcripturæ, dicendo maſculus in ſingulari, vel maſculi in plurali, quando exprimitur abſtractum humanitas,

in

Digitized by Google

in concreto homo exprimitur, nec ſemper muliebritas excluditur, modo quo maſculus excludit fæminam; ſic ab humanitate includitur, quia homo mulierem includit; ulterius Caſtillo. *Non ſuccedit fæmina quamvis ſit proximior, & maſculus remotior; atque ita maſculus alterius lineæ excludit fæminam etiam proximiorem alterius lineæ ubi ſit maſculus, vel perſona quæ habeat qualitatem à teſtatore requiſitam, ut probatur in capite primo de natura ſucceſſionis feudi. ſpecifica tamen diſpoſitio qua omnes maſculi prinſquam fæminæ ponuntur, & ideantur efficit ut fiat tranſitus ad aliam lineam ubi maſculus inveniatur.* Nota terminum in tranſitum ad aliam lineam remotiorem ab ea in qua fæmina invenitur; utitur Juriſconſultus his tribus terminis ut ſpecifica & ſingularis ſit diſpoſitio; igitur ſi ſpecifica diſpoſitio non ſit, nullus erit tranſitus; finge dictionem, *homo*, ſpeciem in rigore logico, metaphiſico, & quidditativo, tamen per rigoroſam jurium acceptionem comparatum ad diverſos ſexus quaſi accidentaliter & appropriativè ſe habet tanquam genus; ſi non placet id penes individua; quia metaphyſicè tibi videtur abuſio vocum, compara ly, *homo*, ad diverſas lineas utriuſque ſexus, & vocabis genus mathematicum; ergo ſicut quando dicitur, maſculus, exprimitur ſpecifica diſpoſitio circa lineam, ſic cum in ſcriptura eſt *homo*, ad lineas erit generica; ergo eodem pacto ac in ſpecifica admittitur excluſio, in generica incluſio erit intelligenda; ergo quia teſtator in majoratus inſtitutione uſus fuit dictione, *homo*, incluſionem intendit de ſexu fæmineo præferendo, dum invenitur in recta linea, maſculis de tranſverſa remotioribus. Reſpondebis doctrinam hucuſque introductam loqui de feudis, neutiquam de ſucceſſione in majoratum, vel in legata in quibus teſtator conſtituit hæredem ſeu legatarium. Contra, punctum eſt merè juridicum inde ad Juriſconſultos recurro præcipuè inveniens Gregorium Lopez part. *6*. in l. 3. tit. 13. dictione *Mugeres*. art. *6*. & 7. allegantem innumeros Juriſtas uniformi calamo ſentientes ex cap. 1. de feud. idem obſervari quoad majoratus & feudorum diſpoſitiones, ut prætermiſſis aliis, Baldus conſil. 275. num. *6*. Calderinus conſil. 13. ſub rubric. de feudo colum 2. in limine, & apparet ratio paritatis, ſi in feudo concedatur ultima voluntas illius qui conſtituitur feudatarius, & ejus qui potens feudum inſtituere, ſe declarat per ſcripturam autenticam, aut vivæ vocis oraculo, ſive in contractum teſtificato, quid enim ad conſcientiæ regulas de ſolutione debiti, plus magis in uno quam in altero non attendendum.

11. Plures fuerunt leges (quoquo modo jus commune in provinciis ſeu Monarchia obſervetur) excludentes fæminas à majoratus ſucceſſione, eſtque in Gallia lex Salica per viridem obſervantiam, de qua plurima curioſiſſima congeſſerunt Suelves in ſua Semicent. 2. concil. 5. num. 5. & 26. Aguirre 2. parte de ſucceſſ. regni num. 250. ad dictam legem Salicam, quæ quia incapaces indicat adminiſtrandi & conſervandi majoratus, fæminæ excluduntur; ergo datur lex excluſiva fæminei ſexus à majoratus ſucceſſione, ſed ſtante repugnantia juris ad ſexum fæmineum nequit intelligi in voluntate teſtatoris fæmina incluſa dictione, *homo*, ergo illa filia nequaquam tuta conſcientia poterat retinere ſibi hæreditatem majoratus noſcens à ſexu repugnantiam ſibi competere; roboraturque per ea quæ Alexander Galbanus concil. 40. num. 21. ſcripſit in civilibus obſervantiis ſequentibus verbis; *civilis autem vita rectè inſtituendæ rationem poſtulare, ut ſuæ quiſque familiæ atque agnationis honorem appetat, & incrementum naturali voto curet; proptereaque bona inter maſculos ſemper, non inter fæminas conſervari debeant*: ergo teſtator familiæ & agnationis honorem proſpiciens, majoratus intendiſſe videtur inſtituiſſe in ſucceſſorem illum, quem honorem plus ſemper conſervare judicabat; ſed inter fœminas non ita conſervabatur, quantumvis proximiores, velut inter maſculos etiam remotiores; ergo videtur quod ſi anima voluntatis teſtatoris eſt ratio inſtituendi hæredem & in ſuo voto magis curabat de conſervanda hæreditate voce homo, fœminas excludebat: quanta introducuntur non rectè deducta ad conſcientiæ forum in utroque argumento: quidquid ſit de lege ſalica, hæc eſt municipalis neutiquam communis, ideo dato & non conceſſo generaliter in Gallia repugnantiam à lege induci contra ſexum muliebrem, itaut incapacem reddat ſuccedendi in majoratu, communis non eſt ad alias Provincias; nec valet argumentum de pari ad parem nam ſuas quæque conſtitutiones, ſeu edicta tenent nationes adhuc in eadem Monarchia; v. g. in hoc noſtro Regno Aragoniæ eſt forum, lex quidem municipalis ne ullus Reus torqueatur in Confeſſionem judicialem; ſic in eo eſt repugnantia legis incapacem reddens Judicem ad ſententiam ferendam interlocutoriam de tormento infligendo; indè ridicula erit conſequentia, ſi ab eo inferatur repugnantia legis in Regnis Caſtellæ impoſita Judici incapaci ad torquendum reum; ergo pari conſequentia philoſophandum, quamvis demus in aliis Regnis implicantiam ſuccedendi in majoratu à ſexu fœminæo, in ea enim Monarchia ubi conſultatio præſens fiebat nullum ſtatutum reperiebatur eam excluſionem ſignificans; nec curo de ſcriptis ab Alexandro citato qui ſicut ſe fefellit (ut liquido patebit n. 14.) in illo quod ſcripſit inter maſculos ſemper non inter fœminas conſervari honorem, ita decipi potuit in aliis quæ ingerit; experientia in contrarium ſtat heroïnas neſcimus tam præclaras, aut vitæ ſanctitate, vel recta diſpoſitione eorumque ſub ſua ditione cadunt, quod corrigunt plurium virorum diligentiam, aut negligentiam conſervandi honorificentiam, & augendi ſumptus quos à majoribus acceperunt, ita taliter quod familiam valdè exaltant, nec divinum numen eas excluſit, ab hoc munere quandò ſi à ſcriptura ſacra tenemus Davidem decollatorem Goliath in honorem populi Dei, Juditham legimus non abſimiliter decollatricem Holophernis in honorificentiam ejuſdem populi plaudentis ipſam capite 15. ℣. 10. *Tu honorificentia populi noſtri*; Perperam ergo ponit dictus Alexander illam univerſalem in particula ſemper; dum non advertit exceptiones.

12. Et quia in mulierem favorem ſcribimus, vide quomodo ſeſe decepit in Scriptura ſacra referens ex cap. 27. numeror. Allegatus Alexander Galbanus ait. *Deus ipſe præcepit, Moyſis ore, prout alias ſupra oſtendimus ex numeror. cap. 77. & ultimo.* O bone Juriſconſulte, qui ſcripturam ſacram non intellexiſti, aut non legiſti. Quid interrogo, præcepit Deus Moyſi? Reſpondebis, excludendas fœminas à ſucceſſione in hæreditatem paternam. Lege totum caput à te citatum, & invenies, quod cùm filiæ Salphad conquererentur ante Moyſem ex cap. 27. numeror 5. 3. *Pater noſter mortuus eſt in deſerto, nec fuit in ſeditione quæ concitata eſt contra Dominum ſub Core, ſed in peccato ſuo mortuus eſt, hic non habuit mares filios, cur tollitur nomen illius de familia ſua quia non habuit filium, date nobis poſſeſſionem*: ut optimus Juriſconſultus attendat Galbanus, non ſupplicari antè Judicem Moyſem præbendum jus, niſi poſſeſſionem; ergo aliquo titulo petebatur, non alio niſi jure ſucceſſionis; ergo ſe fefellit aſſerendo ex eo cap. numeror. excluſas mulieres ab hæreditate paterna; quod autem ſic intelligenda petitio conſonè ad decretum, & legem divinam, probatur ab eo quod Moyſi divinum oraculum reſpondit, cum rem ad numen cœleſte

Digitized by Google

retulit v. 5. *Iuſtam rem poſtulant filiæ Salphad, da eis poſſeſſionem inter cognatos Patris ſui, & hæ in hæreditatem ſuccedant: ad filios autem Iſraël loqueris hæc: homo cum mortuus fuerit abſque filio ad filiam ejus tranſibit hæreditas.* : duo in hoc præmenda : primum non exprimere Deum, dandum jus filiis Salphad ; ſed poſſeſſionem ; ſupponendo jus præceſſiſſe in eis, ergo contra decretum divinum ſuffragari ſe voluit juris peritus Alexander ab eo : & ne poſſet recurrere ad hoc quod loquebatur textus ſacer in eventu quo nullus maſculus in recta linea inveniretur, qualiter contigit Salphad , qui abſque ſucceſſione virorum ab hac vita deceſſit, alterum præmittendũ in illa lege univerſali quam præcipit Deus intimandum generaliter ſuo populo iſraëlitico. *Homo cum mortuus fuerit abſque filio, ad filiam ejus tranſibit hæreditas.* Non ait ad maſculos tranſverſales, ſed ad fœminã in recta linea, & quis dicet Deum non conſuluiſſe honorem , & incrementum familiarum , de cujus populo verbum aſſumpturum erat carnem in redemptionem generis humani; nec urget quod inſtat ex capite ultimo numeror. qui eſt 36. vbi non agitur de ſucceſſione filiarum Salphad in hæreditatem paternam , niſi de earum maritatione , quibus viris dandæ, nam ex ſtatutis à divino numine , inter propinquos ejuſdem tribus debebat matrimonium celebrari , ut fuſo ſermone pertracto tom. 2. certaminis diſp. 1. ſect. 14. ſubſ. 6. diſcutiens ; utrum Virgo Maria unica ſanctorum Joachim, & Annæ nata fuerit cum jure hæreditario ad Judeorum Regnum; & num. 164. uſque ad num . 168. aſſigno patrimonia , in quibus ſucceſſit Maria deipara parentibus; conſpiciendũ id quod eo tom. 2. diſp. 3. ſec. 1. ſtabilio, nullum alium potuiſſe ſecundum jura divina eligi in ſponſum dei genitricis niſi ſanctiſſimum Patriarcham Joſephum propter ſtrictiorem & proximiorem conſanguinitatem quam inter ſe tenebant; utrique conſobrini; ergo non à lege divina incapax fœmina in ſucceſſionem cujuſcumque hæreditatis ; ſed neque à lege , aut ſtatuto communi juris civilis, aliàs non erat municipale edictum , quo excluderetur illa filia poſita in conſultatione ; ergo mortuis duobus fratribus vocatis antea, & conſtante voluntate teſtatoris, non aliter expreſſa niſi , *Succedant homines* potuit tutiſſima conſcientia obtinere , quia radicale jus tenuit ab ipſa inſtitutione ; formale ad rem ; eveniente caſu in defectu fratrum migrantium ab hac vita , qui in ſucceſſores relinquerent, examinatum expectando (propter dubium) confeſſarij Sacerdotis teſtimonium quod aliqualem ingerebat ambiguitatem poſt *judicis legitimi* declarationem de ſuſpitionibus *inductis contra talem* Confeſſarium , ex adminiculis depoſitionis notarii & teſtium teſtamenti , qui non alium terminum audierunt à teſtatore præter hominem, res manebit indubia. Nam licet antea potuerit contingere quod Sacerdos teſtificavit , poſtea voluntatem mutaſſe, & dictamen videbatur filia (quam diligebat , probátæque honorificentiæ cognoſcebat) in defectu maſculorum de recta linea vocaretur.

CONSULTATIO XXI.

De teſtatrice jurante non revocandum, nec condendum alterum teſtamentum, ac à ſe conditum, & poſtea cognatorum inſtantia aliud factum.

MAtrimonio contracto inter Elizabetham, & Mathiam , mutuò , & ab invicem poſt duodecim, à die uxorationis annos , teſtamentum condiderunt uniformi conſenſu in quo ſupervivens hæres univerſalis defuncti maneret ; cumque ſponſus cautelaret de ſponſa , ne à cognatis convinceretur in codicillum, vel ad alterum teſtamentum vocans priùs, quo hæreditatem quærebat maritus , hic ſuper librum Evangeliorum ante Jeſu crucifixi imaginem, præſente conſorte juravit ſe nullatenus aliud conditurum , nec primum factum in quo hæres vocabatur mulier , cui maritabatur, codicillo annullaturum, ad cujus exemplum jurejurando ad idem ſe adtinxit ante eumdem Dominum crucifixum , facto eodem Evangeliorum libro , ipſamet Elizabetha : nec id cognatis ejus latuit, qui occaſione ſumpta à devotione imaginis ſanctæ, per duo milliaria à loco in quo domicilium tenebant, adduxerunt uxorem , marito abſente ; & de concilio duorum Theologorum firmiter aſſecurantium , à juramento liberam ; ad inſtantiam conſanguineorum qui adhærant alterum condidit teſtamentum, in bona fide quod tuta conſcientia licitè efficiebat ; addentes cognati nos propriores tui ſumus quam ſponſus tuus, & ne hæreditas à tua cognatione defraudaretur , illum revoca hæredem, & nos tui hæredes conſtitue ; annuit ; ſicque factum ; noviter timentes quod ſi ad Mathiæ notitiam perveniret à fragilitate muliebri quibat contingere defraudatos à propoſito, de ſecreto tenendo ipſam jurare fecerunt , ne in mariti cognitionem uſquam deventurum quod ad eorum inſtantiam peractum præceſſerat ; quod ita obſervatum ad unguem fuit ab ipſa , & illis ; intra annum, languida facta mortua fuit Elizabetha ; pro utraque parte , unaquæque ſuum teſtamentum clauſum ad cujuſlibet beneficium aperitur ; & ex parte mariti duo in deciſionem petita proponuntur unum quod horum teſtamentorum , validum , aut nullum ; alterum , utrum præcedente juramento in primo de non revocando , per jure peccaverit mortaliter, & conſequenter ſimilem noxam læthalis culpæ incurriſſe, & conſulentes Theologos, & conſanguineos inſtantes non obſervandum anterius jusjurandum.

Digitized by Google

SUMMARIUM.

VOLVNTAS teſtatoris à jure vocatur deambulatoria num. 1.
Secundum teſtamentum derogat primum juratum n. 1.
Vt teſtamentum ſit validum non debet eſſe contra jus divinum num. 1.
Malum non exequi, minus bonum num. 1.
Leges civiles normam ponunt in favorem teſtatoris n. 1.
Teſtamentum nullum, quamquam juratum, in re non eſt teſtamentum numero 1.
Non obligat juramentum cum impedimento exequendi majus bonum numero 2.
Minus bonum eminentèr in majori continetur num. 2.
Vt melioretur teſtamentum, etſi præcedat juratum, alterum condi licet numero 2.
Sæpius teſtamenta jurata expedit non condenda n. 2.
Impugnatur ratio qua id fundatur numero 2.
Illicitum cupere mortem alterius, aut delectari in ea ex commodo capto numero 2.
Semper peccat ponens ſe proxima occaſione cadendi n. 2.
Vtrum teſtamentum eo quia inſolemne nullum num. 3.
Duo genera ſolemnitatum in teſtamento numero 3.
Quæ intrinſeca, & quæ adventitiæ ſolemnitates num. 3.
Requiſita ut teſtamentum ſit validum numero 3.
Regulares de licentia Papæ qualitèr teſtamenta ſeu codicillum condere queunt numero 3.
Teſtamentum apertum & clauſum quibus deſcriminantur à jure numero 3.
In vitandas fraudes teſtamentorum civiles leges attendunt numero 3.
Tenor fori Regni Aragoniæ penès teſtamenta num. 3.
Validum & inſolemne, quale teſtamentum num. 3.
De Principe teſtatore, aut conſtituto hærede numero 3.
Duplex ſententia penès teſtamenta æquè probabilis n. 4.
Validè, non licitè revocatur teſtamentum juratum n. 4.
Meritoria revocatio teſtamento jurati, quandò n. 4.
Caſus ſpeculativè fictus numero 4.
Theologi cujuſdam conſilium difficile pœnès quoddam teſtamentum numero 4.
Non obligat juramentum reſultans in damnum n. 4.
Codicillus eſt correctivus, non revocativus teſtamenti numero 5.
Quo differunt codicillus, & teſtamentum numero 5.
Hoc condere incapax, nec illum efficere poteſt num. 5.
Quinque differentiæ inter codicillũ, & teſtamentum n. 5.
Privilegium militum in condendis teſtamentis num. 5.
In iſto, & in codicillo qualiter teſtes numero 5.
Ab inteſtato decedit qui ſolis conſtitutis codicillis obiit numero 5.
Teſtatoris voluntas quandoque indirectè declaratur n. 5.
Peccatum ab indirectè voluntario etiam ortum tenet numero 5.
Quandò codicillus diſtinctus, & independens à teſtamento numero 6.
Tempore, quo, & quibus modis codicillus conditur n. 6.
Codicillus, teſtamento acceſſorium qualibus circunſtantiis numero 6.
Quando teſtamento revocatur codicillus numero 6.
Non ſemper acceſſorium naturam principalis ſequitur numero 6.
Quo mutat quidditatem codicillus numero 7.
Theologis conſulentibus peculiariter incumbit bene conſulere numero 7.
Quid operatur codicillarij clauſula numero 7.
Ex inſtantia de voto conjectatur quando non obligat teſtamentum juratum numero 7.
Juramentum, & votum abſolutè emiſſum à circunſtantia poſſunt non obligare numero 7.
Revocabilia teſtamenta, & legata quæcumque n. 7.
Qualiter validè, non licitè revocantur teſtamenta, & legata quæcumque numero 7.
Pœnam ſibi imponens non revocandi teſtamentum ſeu legatum, ſolvere tenetur ſi revocat num. 7.
Argumentũ à paritate & deciſio cujuſdam eventus n. 8.
Juramentum factum in reatus relicta pœna numero 7.
Cura de Rectoribus cujuſdam Xenodochij numero 8.
Melioris conditionis juramentum, quam pœna temporalis numero 8.
Diſcrimine pœnarum temporalium, à ſpiritualibus n. 8.
Perjurium non invalidat contractum numero 8.
Illicita an eſſe queat promiſſio, & valida numero 8.
Liber debet eſſe teſtator antecedenter numero 9.
Meritum aut demeritum, quam libertatem petit n. 9.
Libertas quoad ſpeciem, & quoad exercitium num. 9.
Eminentia liberi arbitrii, tam in operatione, quam in omiſſione, in quo conſiſtat numero 9.
Sequela valdè advertenda pœnes liberum arbitrium numero 9.
Peccat mortalitèr jurans ſeu vovens materiam notam ut impoſſibilem numero 9.
Quod votum caſtitatis dirimit matrimonium num. 10.
De voto ſimplici caſtitatis emiſſo in ſacra Religione ſocietatis Ieſu numero 10.
Cur ſponſalia non dirimunt matrimonium celebratum cum altero, & quid ut dirimant num. 10.
Paritas de contractu & matrimonio numero 10.
Eventus fictus in confirmandum intentum numero 10.
Nulla lex validat teſtamentum juratum conſtituens iſtud irrevocabile numero 10.
Validitas teſtamenti in unaquaque ſententia num. 11.
Duo requiſita ut à peccato quis excuſetur non obſervans jusjurandum numero 11.
Iuramenti firmitas incompoſſibilis cum ejus fractione numero 11.
De profeſſione ratificanda prout præcedit nulla inſtantia manifeſta numero 11.
Quandò quis jus in hæreditatem tenet ex revocato teſtamento numero 11.
Obligatio realis orta à juramento, quæ numero 11.
De obligatione teſtatoris tranſeunte ad hæredes n. 11.
Diſcrimen obligationis realis à perſonali numero 11.
Applicatio doctrinæ in utraque obligatione num. 12.
Nullus obligatur non completo contractu numero 12.
Quibus adæquare promiſſio conſtituitur numero 12.
Iuramentum metu eorum ex quibus circunſtantiis obſervari aſtringit jurantem numero 14.
Ob divini teſtimonij reverentiam privata promiſſa jure-jurando firmata numero 12.
Id poſſumus quod de jure poſſumus, *Axioma juridicum expoſitum numero 13.*
Conferentia voti præcepti cum jure-jurando num. 13.
Valor actus quomodo, aut qua via poteſtatem legiſlativam reſpicit numero 13.

1. FRequentius nullũ ſicut quod ex conſuetudine quotidiana experitur videlicet cadere facultatẽ teſtatoris, dum vivit, revocandum teſtamentũ antea à ſe conceptum, ſive novo facto, ſive codicillo, l. ſi quis in principio de teſtamento ff. de legatis 3. & in jure canonico cap. ultima voluntas 13. quæſt. 2. cap. cum

Marth de celebratione miſſarum ; hinc juriſtarum judicium manavit deſumptum à l. 4. ff. de addimen. log. vocantem, teſtatorum voluntatem deambulatoriam ; & ratio dubitandi pro eventu conſulto ſumitur à quadam ampliatione quam tangit Barboſa in ſuis variis tit. de clauſulis uſu frequentibus, clauſ. 43. ſub vocem *derogatoria* ; ubi hæc habet ; *Iuramentum habere in ſe clauſulam derogativam, ita ut ſecundum teſtamentum juratum revocet primum, in quo ſi adeſt clauſula revocatoria ſecundi licet in ſecundo non fiat mentio dicti primi teſtamenti* ; pro quo allegat Julium Clarum, Antonium Gomez, Tiraquellum, & alios plures Juriſconſultos. Si ergo teſtamentum ſecundum ; quia juratum invalidat primum non juratúm;primum juratum annullabit ſecundum non juratum ; ſed primum factum ab Elizabetha fuit juratum, ſecundum verò non juratum, ergo primum in favorem mariti factum,erit validum, & ſecundum ad ſuffragium cognatorum conditum, nullum reputandum: quo non obſtante, non ita clarum id videtur, ut plura non poſſint opponi, imò facillimè quiſquis ſolvet quod introducitur, non patebit infrà quomodo licet juramentum præbeat teſtamentis licitam revocabilitatem, pœnès validitatem, aut invaliditatem eorum per accidens ſe habere ; in individuis terminis. Diana 9. par. tr. 7. reſol. 92. Sequentem excitat titulū. *An ſi aliquis juravit ſe teſtamentum non revocaturum poſſit hoc non obſtante illud revocare.* Loquitur de potentia validam reſpiciente revocationem, neutiquam de licita. §. vt verum fatetur advertit, *eſt autem ſermo de teſtamento quod nullam continet diſpoſitionem contra jus divinum aut humanum, ut proindè ſi nullum tale intervenerit juramentum poſſet teſtator abſque peccato quemadmodum revocare ita etiam non revocare ; ratio potiſſima eſt quia non revocare tale teſtamentum nihil mali continet ut ſupponimus, eſto fortè aliquando conſilium eſſet ut revocaretur, & aliquid melius d ſponeretur.* Non enim malum eſt ſequi minus bonum quod non cadit ſub præceptum, vel juramentum ; alioquin nulli liceret maritari, cum minus bonum ſit quam fieri Religioſum ; in clauſulis Dianæ poſitis duo, certiſſimum unum quod juramentum de non revocando priori teſtamento, iſtud ſupponit validè factum conſonè ad jus divinum, & diſpoſitiones civiles normam ponentes, & ſolemnitates in declarandas permanenter obſervandas ultimas teſtatorum voluntates, & diſpoſitiones ; quare ſi cognati & theologi invenerunt prius teſtamentum conditum juratum jure divino, aut penitus oppoſitum, eaque ratione nullum, & juramentum, & teſtamentum, quia de re illicita ; revera in tuta conſcientia proceſſerunt ne ultimam horam Elizabetha clauderet ab inteſtato : quibus fit ſatis verbis tranſcriptis ex Barboſa, nam ſicut non poteſt dici teſtamentum illud quod invalidum eſt, nec juratum quis nuncupari, aut eſſe ſi in rerum natura non eſt Petrus, nec dici poteſt Petrus Albus ; ergo teſtamentum quod non eſt juratum,teſtamentum per chymeram tantummodo ſic appellabitur ; nec videtur quod procedat conſultatio niſi certificando nulli juri divino aut civili contrarium prius teſtamentum, tenens omnia requiſita & cunctas ſolemnitates quæ in Provincia, ſeu Regione in qua factum præceſſit exequebantur, erantque in more, viridi obſervantia & conſuetudine ; eatenus quod certum adhuc eſt præmittamus.

2. Secundum inductum indubitatum videtur etiám, quód ſi meliorabatur diſpoſitio aptius divino obſequio & bono communi, á jurejurando non aſtringebatur Elizabeth quia inter omnes Certius, nuſquam juramentum de minori bono obſervando cogere cum impedimento exequendi majus bonum ; v. g. juravit in ſponſalibus Antonius Mariam ducendam in uxorem, & Maria Antonium, præmoventur auxilio divino unus & alter, vir carmelitanam Religionem ingredi, & fœmina in Clariſſarum profiteri ordine, nec ille, iſti notitiam dat de ſuo propoſito, nec alius alteri fitque Carmelitanus abſque perjurio, & clariſſa ſimiliter ; quia amborum ſtatus aſſumptus laudabilior & perfectior eſt, nec uſquam præſumi poteſt aliquem, jusjurandum depromere de minori bono cùm impedimento exequendi, ſi placuerit, majus bonum, ex vulgari Theologia, quia illud in iſto eminenter continetur ; ideoque diſſolvitur promiſſio facta per ſponſalium jusjurandum, neque perjurij habendi, peccantes adhuc venialiter, imó laudabiliſſimè operantur, & quiſquis conſulat eis etiàm poſt juratum promiſſionem non adimplendam, meliorationis intuitu, præſtantiſſimum & elogiabile præberet conſilium ; ergo inventum meliorandum ſecundum teſtamentum,licitè à cognatis perſuadebatur, & à Theologis, eo quod melioratione, iſtud ultimum eminenter continebat perfectionem primi ; paſſim tamen advertendum venit cum Villalobos 2. parte trac. 30. *dif. 21. num.* 9. ordinariè non rectè fieri teſtamenta jurata, quià ſœpiſſimè convenit revocare, etſi non ſit ob majus bonum ; item & quia aliqua anſa à ſatuitate hæredum præbetur procurandi teſtatoris mortem, vel ſaltem eæ deſiderandæ, & ita expedit raró niſi ſit in caſu particulari inevitabili adſimilia condere jurata teſtamenta ; idque approbat Trullench. tom. 2. in decalog. lib. 7. cap. 18. dub. 9. num. 6. Sed pace horum Doctorum utrumque inconveniens interpretandum judico, de his qui fide catholica non imbuuntur, nam inter chriſtianos videtur ſuperfluum, quandó quidem quis erit qui ob ſuum commodum cupiat, aut procuret alterius mortem tanta ingratitudine ad beneficium præſtitum ; ſi aliquam teneret apparentiam præbendatus Eccleſiaſticus coadjutorem petens, aut beneficitium dans cum ſolvendi onere penſionem, *occaſionem* impenderet procurandi vel deſiderandi propriam mortem, nec ullus foret qui majoratum inſtitueret per ſucceſſionem filiarum, filios enim occaſionaret procurandi ſeu deſiderandi genitorum ultimam horam quod graviſſimum peccatum cenſendum, præcipuè poſt damnatam propoſitionem ab Innocentio XI. quæ in ſerie eſt 14. ita reprobata. *Licitum eſt abſoluto deſiderio cupere mortem Patris non quidem ut malum Patris, ſed ut bonum cupientis quia nimirum ei obventura eſt pinguis hæreditas* ; qui jungitur ſequens in ordine l. 5. *Licitum eſt filio gaudere de Parricidio parentis â ſe in ebrietate perpetrato propter ingentes divitias indè ex hæreditate conſequutas.* Et ne dicatur ob materiæ parvitatem non attingere malitiam læthalis culpæ occurro ex propoſitione ejuſdem Innocentii ſimilitèr damnata quæ eſt 13. hujuſmodi. *Sic cum debita moderatione facias potes abſque peccato mortali de vita alicujus triſtari, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere & deſiderare, non quidem ex diſplicentia Perſonæ, ſed ob aliquod temporale emolumentum.* Quid clariùs ? ſi ergo à jurato teſtamento anſa & occaſio hæredi daretur optandi teſtatoris mortem, quantumvis moderatione fiat ex actu & affectu inefficaci,licèt non foret ob perſonæ diſplicentiam, niſi quia temporale emolumentum contingit ſuccedenti in hæreditatem, liceret peccandi occaſionem alicui dare ex directa intentione ponendi illum in periculo peccandi quantumcumquè expreſſa poſitiva & formalis non eſſet, ſaltem interprætativa ex facto haberetur, quod cenſura non caret inconveniens ; quis ſit caſus particularis in quo expediat jurare teſtamentum, nullus ex duobus citatis Authoribus exponit; dicam fortaſis illud putandum, quandó tam exactè, prudenter, catholicè diſponitur primum teſtamentum, ut quodcumque alterum, minus perfectum

Digitized by Google

appareat ac præceſſit præteritum.

3. Poſui validum, addidi ſolemne teſtamentum, conſonè ad jura municipalia Provinciæ ſeu regionis ſiquidem eſt graviſſima concertatio; an omne teſtamentum, inſolemne invalidum cenſendum, & quodlibet in quo verificantur ſolemnitates à jure communi, ſive municipali in more Regnorum validum dumtaxat; plura de iſtis tetigi conſultatione 12. á num. 3. & 50. iterandumque quod numero 5. recenſui de illo teſtamento Citij divitis habentis bona in Regno Auſtriæ & Bohemiæ, conditoque tali teſtamento juxta ſolemnitates Auſtriacas in ea Provincia validum judicatum; & deficientibus aliquibus ſolemnitatibus requiſitis in territorio Bohemiæ idem numero teſtamentum per ſententiam Senatus, invalidum judicatum. Certa ab incertis ſeparemus ne à confuſione, diſputemus meram quæſtionem de voce, ad conſcientiæ forum reducamur; duoque ſolemnitatū genera præſcinde in juridicis teſtamentis; unum intrinſecum, adventitium alterum; intrinſecæ ſolemnitates conſiſtunt in hoc quod conſtet de bonis quibus, aut ex dominio teſtator diſponere poteſt, vel ex fideicomiſſo tradito in diſpoſitionem per teſtamentum, ſeu aliam quamcunque ſcripturam (quod ponere implicemus in controverſia, an regulares profeſſi de licentia Pontificis poſſint condere validum teſtamentum de bonis ſuo uſui conceſſis, vel à fideicommiſſo tranſmiſſis, de quo Pellizarius tom. 1. manualis regularium trac. 4. cap. 2. à num. 204.) Similiter requiritur teſtificatio Notarii & teſtium, ſive notarius ſit ex officio, ſive in defectum ejus ſupleatur à lege vel conſuetudine item quod teſtator in ſuo perfecto rationis uſu, & libera voluntate in tempore quo teſtamentum cōdidit. Trullench. eo lib. 7. cap. 18. dub. 2. profunde. *Tria requiruntur ad teſtamenti validitatem, primo bona, de quibus poſſit diſponere teſtator, aliter eſſet diſpoſitio fruſtratoria. Secundo uſus rationis, & plena libertas de bonis ad libitum diſponendi. Tertiò teſtes, & præſentia Notarii.* Hæ ſolemnitates appellantur teſtamentorum eſſentiales; quaquæ earum deficiente invalidum conditur; aliæ vero quæ adventitiæ ſunt reducuntur ad peculiares diſpoſitiones Regnorum; v. g. in Caſtella & Valentia exiguntur tres, aut quatuor ad minus teſtes, qui rogati, non de ſua ſponte teſtificent: citatus Trullench. num. 6. loquens de Teſtamento aperto; & nuncupativo profert. *In noſtro autem regno Valentiæ ut teſtamentum clauſum valeat ſufficit, ut ſcripturam ſuam à Notario factam & ſignatam à tribus teſtibus, & dicat illud eſſe ſuam ultimam voluntatem.* Altius me explicabo in ſolemnitatibus requiſitis in hoc noſtro Aragoniæ Regno, in quo una & præcipua ſolemnitas exigitur, conſona ad legem I. *conſultiſſima* de teſtamentis, quam expreſſit forum anno 1528. titulo; *forma parva teſtificat;* ubi in vitandas fraudes (finis quidem generalis quem ciriacus à conſ. 444. obſervat præmens cui major ſolemnitas in iſtis teſtamentis ſecretis, ſancita eſt à lege, quia fraus & falſitas in eis facilius committi poteſt) fatur *Se ayan de ſubſcrivir de ſus proprias manos, los que los otergan, y les teſtegos ſi ſabran eſcrivir, o ternan diſpoſition de ſus perſonas, para poderſe eſcriuir, a diſcrecion del Notario que lo teſtificara.* Scientes ſcribere teſtator, & teſtes ſubſcribunt, & Notarius teſtificat; ex defectu hujus ſolemnitatis apud Aragonicam Provinciam, etſi inſolemne dicatur teſtamentum, validum tamen infero conſcientiæ habetur, eo quod de voluntate teſtatoris conſtat fuiſſe ultimam, quantumcunque aliquæ ſolemnitates adventitiæ ipſi deſint, nec mortem ab inteſtato putabitur, in foro externo Notario fidem faciente teſtatorem fuiſſe in ſuo judicio, atque ſpontanea liberi arbitrii optione ſufficienti ad diſponendum de bonis propriis. Caſtro Palao tom. 1. trac. 5. punc. 24. §. 1. num. 8. diſcutiens an legiſlator ſuis legibus obligetur; obſervantiam inducit ad caſum præſentem: *Si Princeps quoddam teſtamentum ſine ſolemnitatibus à ſe requiſitis ut inſtituat aliquem hæredem validum eſſe teſtamentum, quia præſumitur cauſam habere omittendi illam ſolemnitatem, & ſecum quaſi diſpenſando, cum juſta diſpenſatione nemini irroget injuriam; ita traditur l. ex imperfecta cod. de teſtam. at ſi aliquis inſtituat Principem hæredem in teſtamento, in quo juris forma ſervata non eſt, nequit Princeps conſequi legatum, aut hæreditatem ex illo, quia non præceſſit diſpenſatio teſtamento condendo, & diſpenſatione non facta, teſtamentum illud nullum eſt, ac proinde princeps jus non poteſt tribuere:* in utroque loquitur de ſolemnitatibus appellatis adventitiis, nequaquam de intrinſecis, de quibus tracto in hoc volumine conſul. 12. num. 7. ergo quidquid ſit de Palao in nullitate poſita, aut alias de ſolemnitatibus quæ tum ſunt tam diverſæ, ut vix in una aut altera regione uniformes inveniantur.

6. Ne in difficultatibus ad me non pertinentibus divertar æque probabilem inveniens ſententiam illorum quos refert Diana 1. part. trac. 8. reſol. 75. validum teſtamentum quantumcumque ſolemnitates deficiant in conſcientiæ foro, tenerique illum qui ſuccedit ab inteſtato ſolvere quotquot per teſtamentum noſcit, quantumvis judices invalidum, pertinereque ad illum quem invenit hæredem in tali defectuoſo ſolemnitatum teſtamento quin negem improbabilem oppoſitam ſententiam, quod non tenetur in conſcientia, & cum ſequuntur Diana & Trullench ad ſolvendum eventum quem gerimus quæſivi ab illo quę conſulebat, an prius Eliſabethæ teſtamentum quod juravit ſemper valiturum, neque uſquam revocandum codicillo, aut altero de novo facto teſtamento annullaretur: inquiritur igitur, utrum cum omnibus ſolemnitatibus tam intrinſecis quam adventitiis conformiter ad leges municipales ſui regni conditum fuerit; reſpondenſque affirmativè, & adducta copia illius repertum ita fore, ut tres Notarii teſtificabant; intrat tantummodo difficultas penes juramentum, qualiter potuit præſtare in irrevocabilitatem prioris validitate perpetua, vel an nonobſtante juramento, facultas in ipſa fuerit annullandi prius, & valorem dandi ſecundo. Maſtrius de Meldula in ſua Theolog. moral. diſp. 4. quæſt. 12. art. 3. num. 55. dubitat, *an teſtamentum juramento confirmatum revocari poſſit?* duplicemque tenere annotat ſenſum; unumque fore, an licitè quæat revocari; ſecundum, utrum validè; cum pluribuſque quos citat num. 26. vocans communem ſententiam iſtam, ſcribit. *Teſtamentum juramento noſtro affirmatum validè quidem revocari poſſe, non tamen licitè, niſi in aliquo caſu ſpeciali:* Tres partes tenet reſolutio; una eſt de valida revocatione, ſecunda de peccaminoſa & illicita; tertia de licita in aliquo ſpeciali caſu, talis declaratus manet num. 4. ubi aſſignavi quod quantumcumque præceſſerit juramentum de non revocando teſtamento, ſi iſtud melioratur, additis aliquibus, aut beneficium cujuſvis ampliando, vel prejudicium vitando, licitè non tantum verum, & meritoriè revocatur, v. g. poſt juratum contigit in teſtatoris notitiam devenere aliqua fideicommiſſa in priori illo teſtamento, ſeu legata non ſatis expreſſa, à quo ſequetur hæredem legitimum in jacturam, vel litigia aliquorum bonorum venturum: vel ponamus caſum in odio habitam Annam conſobrinam Joannæ teſtatricis, & Annæ competere duo millia ducata ex his quæ uſufructuavit aliquis de familia prædictæ Joannæ, quæ perſeverans in odio conſulit Theologum, palam faciens nullatenus nominandam Annam in ſuo teſtamento, petitque dictamen, quomodo peragetur quin defraudetur ab

Digitized by Google

illa duo millia ducata, quæ noſcit pertinere ad ipſam; reſpondit Theologus (neſcio quo fundamento) Joannam teſtatricem tenote ſequenti, ſuam ultimam declarare voluntatem. Relinquo talia duo millia ducata Thereſiæ, ſine ullo prejudicio illius vel illotum qui legitimi judicantur hæredes duorum talium millium ducatorum; clauditur ſic teſtamentum, & temporis decurſu à remorſu conſcientiæ angitur Joanna, quæ aliquando juravit nullum alterum condendum, audienſque concionem in ſexta cinerum feria, in qua diligere inimicos, & benefacere his qui nos oderunt, orando, & proficua donando, præcipit Chriſtus, juxta diſpoſitionem Eccleſiæ in Evangelica talis diei concione; deponit odium contra Annam ex auxilio oportuno, confeſſionem ſacramentalem efficiens à Confeſſario monetur de præjudicio reſultante ad ſuam conſobrinam in litigio duorũ illorũ millium ducatorum; reſpondit pænitens ſe paratam revocare, ſed à juramento impediri; quis affirmavit jusjurandum obligare tunc, quia ſecundum teſtamentum meliorat primum, vitatque præjudicium, dum alterum fit, vel codicillum; conſultuſque in ſimili eventu, inveni Confeſſarium paratum ad commutandum, vel irritandum virtute Bullæ cruciatæ vel jubilei anterius juſjurandum, laudavi dictamen; at eo non indigere dixi, quandoquidem in tertii præjudicium nuſquam obligare poteſt juramentum, ſemperque nullum cenſetur, & ſic licitè revocare, aut declarare potuiſſe prius teſtamentum, etiam per alterum noviter conditum.

5. Reſpondit Confeſſarius qui prædictum caſum mihi propoſuit, jus videri ſufficere codicillum (quod eſt correctivum, non autem renovativum prioris teſtamenti) quo pacto manebat inviolabilis juſjurandi obſervantia: negavi abſolutè loquendo, niſi in una exceptione quando pro portione habetur codicillus prioris teſtatamenti, ad quod ex voluntate teſtatoris pertinet; & quia placebit in quo utrumque differt, non renuam tantiſper divertere intentum; ſuppoſito codicillum communiter dici, codicem ſine directa hæredis inſtitutione, vel ut alii volunt, ex l. non codicillum 14. cod. de teſtament. l. illud §. 1. ff. de jure codicil. eſt ultima voluntas minus ſolemnis de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri vult coram quinque teſtibus declarata. l. finali de codic. hos neutiquam effici poſſe niſi ab illis qui facultatem teſtamenti tenent, exprimitur l. ne codicillus, cod. de codicil. l. duci §. codicillos ff. de jure codicillorum: veneror explicationes, proprior tamen videtur quidditatem eorum deſcriptione percipi. Eſto ſcriptura in qua à defuncto gravatur hæres ſuccedens, vel in teſtamento, aut ab inteſtato ſolvendi, vel faciendi aliquid, unde exoneratur de operandi onere, ſive ſolvendi aliquarum ſibi incumbentium; & patebit à quinque diſcriminibus ac differentiis, quas Doctores inter unum & alterum nempe teſtamentum & codicillum, obſervant. Primum diſcrimen ponitur quod codicillus ſine hærede inſtitutus eſt validus, niſi conceſſum ſit privilegium de eo inſtituendo, vel adimenda hæreditate in illo, qualiter tenent milites, l. miles ff. de militari teſtamento, quod privilegium extendit Julius Clarus ad quoſcumque qui in terra ſunt hoſtili, vel in caſtris, quanquam non pugnent; idipſum annotat peritus Theologus Ludovicus de Molina tom. 1. de juſtit. & jure diſp. 124. veruntamen teſtamentum ſemper eſt nullum, nullo conſtituto hærede; ſecundò differunt, quod codicillus petit quinque teſtes, quo poſſunt conſtitui fæminæ, nec requiruntur quod rogati ſint, dicta lege finali Cod. de codicil. at in teſtamento requiruntur quod rogati, puberes, maſculinique ſexus ſint. Tertiò diſcriminantur in hoc quod compatitur teſtatorem decedere cum pluribus codicillis validis, nequaquam niſi in unico teſtamento valorem tenente; inſtituta, *quibus modis teſtamenta.* Quarta differentia ſtat in eo, quia quantumcumque quis moriatur tenens innumeros codicillos ſub hoc titulo expreſſos, ſi vitam claudit ſine teſtamento dicitur ab inteſtato mortuus, quo in caſu ſuccedunt ab inteſtato hæredes, cum tali onere quod cogantur adimplere quæcumque in codicillis contenta reperiuntur diſpoſita à defuncto, de quo Mantica lib. 1. de conject. ultimar. voluntat. tit. 8. Tuſchus tom. 2. practicar. concluſ. verbo *codicillus*, concluſ. 604. & deinceps; in teſtamento vero non ſuccedunt niſi hæredes ibi inſtituti, neque actionem habent alteram in diſpoſitis à teſtatore, aut jus alii, qui ab inteſtato tenent; quartum diſcrimen conſiſtit in hoc quod licet aliquando in codicillo ſive Principis privilegio, ſive ex conſuetudine regionis facultas ſit inſtituendi hæredem, præſumitur indirectè factum, neutiquam directè, quia cogitur hæres ex teſtamento vel ab inteſtato illi dare quod in codicillo exprimitur per regulam *illam quam* tangit Molfeſius 2. p. tract. 13. cap. 3. *num.* 34. *directa* teſtatoris voluntas quandoque per indirectum vavalida declaratur, eſtque adimplenda; quod in Metaphyſica ſyllogiſatione convincitur; etſi peccatum ſit; mihi indirectè voluntarium, (cum præterintentionale non eſt) & verificatur voluntariè placitum indirecta conſequentia, reatum, & maculam arguit, v. g. nolo furtum committere, vel adulterium; indirectè complex ſum, aut juvando meo conſilio, vel non impediendo quando impedire teneor; furtum eſt mihi imputabile per Theologiam illam de omiſſione imputabili ad culpam inſtante præcepto; de quo Magiſter. Curiel. l. 4. quæſt. 6. art. 3. dub. 2. §. 3. concluſ. 2. ergo ab hoc in juridicis paritas, ab indirectè explicata voluntate teſtatoris una reſtat exponenda differentia, à qua percipitur; (eſtque quinta) quando cenſendus codicillus pars teſtamenti, *vel diſtinctus* realiter, & independens ab *iſto; per difficultatem* generaliter motam, quoto tempore, ſeu quibus modis condi quærant codicilli; & in iſto conveniunt cuncti id fieri poſſe in ipſo teſtamento tanquam acceſſorium ejus, ſeu ante teſtamentum, vel poſt iſtud; l. conficiuntur ff. de iure cōdicil. ſive ſine reſpectu, aut relatione ad ullum validum, ſeu invalidum teſtamentum dicta l. conficiuntur; à quibus liquet, quando correctivus illius præſumi poſſit codicillus, videlicet quoties ordinatur per aliquem reſpectum ad teſtamentum, ſive gerat munus partis iſtius, ſive tanquam acceſſorium conducat ad illud; quo in eventu teſtamento revocato, & codicillus revocatur, iuranſque unum & alterum iurat; acceſſorium enim ſequitur naturam principalis, l. etiam cod. de iure dota. acceſſorium de regulis iuris in ſexto, Tuſchus tomo 1. pract. concluſ. lit. A concluſ. 76. Caſanate concilio 55. num. 19. Surdus de alimentis tit. 9. quæſt. 31. num. 8. & deinceps; ſic quia revocato, aut confirmato principali acceſſorium confirmatur, vel revocatur, l. 2. ff. de iuriſdictione omnium Judicum. Tuſchus concluſ. 77. ideo annullato, vel validitato teſtamento, & codicillus validabitur, vel invalidabitur; exceptionem unicam ponunt Juriſtæ in tali eventu, quando principale eſt ſeparabile ab acceſſorio, & de facto à voluntate diſponentis ſeparatur, militante diverſa ratione in ambobus, ut notaverat Tuſchus concluſ. 76. num. 36. & concluſ. 79. num. 4. contingitque quantacunque ſpecialia ſunt iura independentia unius ab altero, l. finali §. Titius ff. de condit & demonſtr; adhærendum maximè in ſimilibus caſibus; ex aſſertis enim tenemus teſtamentorum legem habendam, voluntatem teſtatoris, ſimiliter & codicillorum, quod ſi

revocato

Digitized by Google

revocato teſtamento vult teſtator ut permaneat in ſuo robore codicillus in eo contentus, vel aliqua relatio connotans illud; tunc variat codicillus naturam, & quidditatem, nec permanet teſtamenti pars ſeu acceſſorium; & reputatur inter illos qui nuncupantur conditi, ſeu facti extra teſtamentum: quo ſenſu ne ſine oppoſitione procedat Doctrina, & confeſſarij replicæ occurramus, Eliſabetha in conſultatione hac 22. inducta peccabat mortaliter condens alterum teſtamentum revocativum illius Prioris quod inſimul cum marito juravit, nequaquam revocandum ſimiliter & codicillum revocativum condens; eodem pacto reatu peccati mortalis conſanguinei ſeu cognati inſtantes juramentum frangere, nam à codicillo erat æquè perjura, dum aliqua motiva ſuprema ipſi non occurrerent, unde liberabatur ab obligatione adimplendi quod promiſerat, illo jurejurando; præcipuè Theologus quilibet qui conſolebat incumbens iſti peculiariter noſcere, quid ad non perjurium perpetrandum; in quo non valebat ignorantia ab hora qua in Conſilium dandum vocatus non renuit, & plus ſi ſe intramiſit, quia ignorans erravit craſſè, & vincibiliter, ad differentiam & ipſius Eliſabethæ, & cognatorum eius, qui ab ignorantia invincibili, & bona fide quærentes peritum in Conſilium, valebant tuta conſcientia procedere depoſito dictamine in eo cui non incumbebat eis ſcire obligationem permanendi & adimplendi jusjurandum, ex ſpeciali eventu; an urgeret, ſeu ceſſaret ſuſpenſa, vel revocata obligatio poterat iſtos excuſare.

7. Quanta occurrebant juridica penes clauſulam dictam codicillarem per reſpectum, ordinem ſeu relationem, ad teſtamentum conditura, ſeu condendum, à quibus ſuperſedeo quia penetratis radicitùs doctrinis, non ſolidum fundamentum, apparentiam tantum percurrit ad deciſionem quam intẽdimus; Plura tangit Auguſtinus de Barboſa in ſuis varijs tit. de clauſulis uſu frequentibus clauſ. 21. per totam, à quo Doctore ſolummodo deduco id quod meo videri opportunum eſt num. 40. inter alia recenſita de operatis à codicillari clauſula ſubjungit. *Operatur de ſui natura ut quod ex teſtamento invalido non debetur, ab inteſtato debeatur.* Igitur inſtata Elizabetha à conſanguineis, vel cognatis, ſeu teſtamentum alterum condere, aut codicillum, vnoque ex duobus medijs dum invalidabatur prius teſtamentum ab ipſa juratum non excuſatur à bona fide, ultra hoc quod perjura manebat, & peccato gravabatur mortali in foro conſcientiæ, ex foro externo quæcumque bona legata Marito hæredi in priori teſtamento, debebantur, & ſolvenda erant illi ab hæredibus ſecundi tanquam ſi ab inteſtato ab hac vita decederet; de quo quod tenendum n. 13. & re conſtabit, ubi probato cum Doctoribus ibi allegandis, talem obligationem eſſe realem, de illis quæ tranſeunt ad hæredes; bene verum eſt unam admittere exceptionem, regulam ſeu maximam iſtam, de perſonali aut reali ea obligatione, videlicet dum in conſcientiæ foro ex motivis relevantibus convincitur, vel non potuiſſe, ſeu ocurriſſe circunſtantias, ut libera maneret teſtatrix ab obligatione obſervandi, & adimplendi jusjurandum, non inhibita ad noviter teſtandum aliquo jure, conſonè ad aſſerta, ſive ex defectu quo nulliter conditur teſtamentum, v. g. aut juditij integri, vel plenæ libertatis; in me explicandum, paritate de voto fingamus eventum de Titio promittente millia ducata Sempronio, qui illius viciſſitudinem, & facilitatem noſcens, ſive timore inſtat in promiſſionis firmitatem, hanc verbo, ſeu ſcripto ſimplici peractam voveri à Titio ſponte, & in ſua omnimoda libertate conſtituto quando vovit; vel aliquam exceptionem habet vis obligandi in quoquo tempore, aut nullam; primum dát intentum, ſi quidem id quod aſtringit ad votum exequendum, cogit ad jusjurandum obſervandum; ſecundum dici non poteſt, nam ſaltem non implicat eventus in quo ſe inveniat Titius impotens ſolvere millia ducata, quæ validè vovit donanda, ſive quia depauperatur furto amiſſis facultatibus, unde ditabatur, ſive alijs contingentiis, quibus bona fortunæ ſubjacent, & periclitantur; ſi ergo exceptio admittitur in voto cur excludenda à juramento? Ergo etſi in radice utrumque obligaverit, à circunſtantia non aſtringet tempore adimpletionis; igitur, ut Elizabetha, confeſſarius conſulens, ſeu alij Theologi, & cognati inſtantes à perjurij reatu liberarentur (illa perpetrans, iſti complices à conſilio, & inſtantia) neceſſario recurrendum ad aliquam circunſtantiam, qua à juramenti onere teſtatrix quæ prius juravit teſtamentum, aut obligationem conſtitueret perſonalem, vel illud annullaretur diſpenſatione, commutatione, relaxatione, à legitima perſona, aliter vero attentis quibuſcumque in conſultatione propoſitis nequibat licitè frangi juramentum & priori teſtamento, quia in ſua vi robore, & irrevocatione permanebat, neque poterat tuta conſcientia teſtatrix quæ illud emiſit ſponte, nullo cogente ex metu, ſeu alijs quibus cenſentur invalidà vota ſeu juramenta ſibi obligationem ortam ab iſto irritare, commutare, aut diſpenſare Bonacina. tom. 2. diſp. contractus quæſt. 17. part. 6. diſp. de teſtamentis 1. & legatis. *Vtrum à teſtatore revocari queant?* aſſignanſque & legata & teſtamenta quæque licitè revocari quantumcumque teſtator pœnam ſibi imponat de nullo medio ſe uſquam irrevocandum teſtamentum, vel legatum, ſcribit procedere validum: *etiam ſi teſtamentum factum ſit cum juramento, non revocandi; teſtator enim poteſt adhuc validè revocare teſtamentum, ſed non licitè*, à quo paritas, qui pænam ſibi imponit non revocandi legatum vel teſtamentum, & revocat validè revocat; ſed in pœnæ ſolutionem condemnatur; v. g. Franciſcus promittit Mariæ uxori ſuæ quod ſi legatum non inſtituat pro ea & in ipſius favorem, ſolvet ipſi centum ducata, inſtituit legatum contrarium promiſſioni, probat Maria ante judicem legitimum, fregiſſe promiſſionem, judex ſententiam pronunciabit ad favorem legatarij inſtituti, & condemnabit Franciſcum in ſolutionem centum ducatorum ad beneficium Mariæ; ergo qui jurat, & frangit juramentum culpam mortalem incurrit non ſervans pactum promiſſum in jureiurando quo ſe aſtrinxit, quod eſt de linea pænæ ſpiritualis in reatu.

10. Totum fundabit ſequens argumentum: ideo qui promiſit in favorem alicujus non condendum alterum teſtamentum ac conditum ſub pæna quod ſi aliud condatur obtineat ille, cui promiſſio facta eſt, in bonis teſtatoris centum ducata, dum illam frangit tuta conſcientia detinebuntur: talia centum ducata, quia nulla lege ſeu conſuetudine irritatur promiſſio. Permanens indiſſolubilis obligatio facta illi cui fuit ex verbo promiſſorio interpoſito; in quorum tenorem audivi, ex ſententia diffinitiva Ordinarij Eccleſiaſtici fere tria millia ducata hoſpitali cuidam adjudicata, & declaratum jure ipſi competere quia quidam teſtator promiſit non revocandum quoddam teſtamentum ſub pæna quod quoties evocaretur de bonis ſuis tali hoſpitali ſolverentur tria millia ducata in eleemoſinam ſeu ſubſidium infirmorum qui ibi curabantur, quod notum à lectoribus talis Hoſpitalis, examenque exactum factum ſcientes talem teſtatorem tria condidiſſe teſtamenta, & invenientes in eorum uno revocaſſe illud in quo pænam ſibi impoſuit, decreverunt legitimum procuratorẽ comparere coram piarum cauſarum judicem Eccleſiaſticum, qui probata juridicè promiſſione, & revocatione; ſententiam ad hoſpitalis favorem declaravit, & appellatione interpoſita à pro-

Digitized by Google

mittente his in utraque condemnatus fuit promittens, & coactus in ſolvenda illa tria millia ducata, ſicut & tollir; tunc ſic: Melioris conditionis eſt promiſſio conſiſtens in juramento, quam illa, quæ imponit pænam temporalem; ſed iſta ſtringitur adimplenda dum non commutatur in aliud æquivalens, vel irritatur; ergo non præcedente commutatione, vel irritatione juramenti promiſſio facta de non revocando condito teſtamento ſemper manebat in ſua vi & robore juramenti obligatio, à cujus trangreſſione, duo reſultabant in tranſgrediente propter jurisjurandi violationem, unum erat animæ reatus Læthalis perjurii in materia gravi, alter onus ſatisfaciendi præjudicium, ſeu damnum illatum hæredi prioris teſtamenti, ad quod obſervandum lege privata qua voluntariè ſe oneraverat aſtringebatur, non aliter ac ſi præcepto publico incumberet ipſi obligatio; votum enim & juramentum quoad onus ab eis impoſitum æquivalent nec alio modo indicant debitum voventi, vel juranti, quam lex ſeu præceptum authenticè ſeu publicè latum. Dioiſ. id arguit manere validum prius teſtamentum, & invalidum ſecundum; probo inductum; non poteſt permanere obligatio orta à jurejurándo niſi ſupra teſtamentum validum, alioqui emiſſum penes invalidum eſt dè objecto injurabili, & invovibili, & peccaviſſet teſtatrix jurando quod invalidè conditum noſcebat peractum; ergo ſecundum teſtamentum conſonè ad hanc doctrinam nec cenſendum teſtamentum, nec adimplendum, & hæredi prioris non reſarciendum damnum, ut aiebat Barboſa datus n. 9. tanquam ſucceſſori ab inteſtato, niſi prout legitimo teſtatricis hæredi. Diſtinguo antecedens inducti. Non poteſt permanere obligatio ejuſdem tenoris, ac antea præcedebat concedo; alterius nego; antea enim præerat in tuta & laudabili conſcientia, adimplenda conformis ad obſervandum jusjurandum; poſtea ſubſequitur fracta & diſſona legi illi particulari à qua oritur debitum reſarciendi præjuditium, & onus ferendi pænam temporalem in iſta vita, & à reatu culpæ mortalis in alia, per æternam tartaream, qua reprobi puniuntur dum pænitentiâ non deletur macula; à quibus patet quod confractio juramenti teſtatoris de altero non condendo teſtamento ex reatu quem ponit in anima; nulli judicio temporali ſubſit niſi Divino tribunali per perjurium, influxum non habet ad invalidandum ſecundum teſtamentum, quia nulla lex divina eſt, nec poſitiva, à qua contractus, ſeu promiſſiones per peccatum mortale commiſſum, aut inruitu eius, invalidæ maneant; quod explicabitur in illa promiſſione qua quis contractum efficeret cum muliere, quod ſi conſentiat in venerem, & de facto eam exequatur, dabit ipſi centum ducata, conſentit, & promiſſio eſt valida quamtumvis ad oculum pateat tam illicita, impletâ autem conditione illicitè fit quantumcumque validè; ergo juramentum de non condendo altero teſtamento dum frangitur, & aliud fit, influet in reatum animæ ad pænam æternam neutiquam conducet ad validitatem, vel invaliditatem ſcripturæ in qua ex primitur ultima teſtatoris voluntas valida etſi illicita; accipiens doctrina vim ex vulgari Hiſpaniæ proloquio *Yo con mi pena de mi capa puedo haçer me un ſayo.* Nec moram facio in illa clauſula Bonacinæ numero præterito citati cum ſcribit. *Iuramentum in hoc caſu ſervari poteſt abſque peccato, quia teſtator non tenetur revocare teſtamentum, & poteſt non revocare.* Alius eſt caſus ac geſtus in conſultatione, nam ſemel revocato ex ſecundo teſtamento, jam non poteſt non revocare, quia ad præterita ut facta non ſint, nec de potentia abſoluta datur poteſtas; ergo condito ab Eliſebetha ſecundo teſtamento revocatorio prioris jurati, non poterit non revocari ſemel revocato, ideo peccat quia revocat. Siquidem ſe aſtrinxit ad non revocandum licitè ex jurejurando.

9. Si arguas ex Diana 9. part. tract. 7. reſol. 42. (tranſcribentis formalia verba cujuſdam juris-periti, quem vocat Egidium cōment. ad legem ex hoc jure ff. de iuſt. & jure parte 2. cap. 13. clauſ. 8. num. 4.) juramentum nequit obligare quando entitati, ſubſtantiæ, quidditati, ſeu formæ eorum quæ jurantur, opponitur, ſed non revocare teſtamentum conditum ſubſtantiæ, entitati, formæ & quidditati eius opponitur; ergo cum de natura, & quidditate teſtamentorum ſit revocabile fore, dum vivit teſtator; non obligabit juramentum, nullum penes teſtamentum prius, ſi quidem includit conditionem repugnantem naturæ & quidditati eius, & ſubjungit ſequentes clauſulas. *Qui jurat teſtamentum revocare, non obſtringitur juramento, quod actus ſubſtantiam edit, quominus poſteriore teſtamento ſolemniter facto revocare primum liberè poſſit atque ita evenit quod etſi abſque diſpendio ſalutis æternæ cum illo teſtator mori poſſit; ex alio tamen tale juramentum obligatorium non eſt; nempe quia ſublata actus ſubſtantia, cui opponitur ſuper impoſſibile emiſſum apparet cujus idcirco obligatio nulla eſt, l. impoſſibilium. Impoſſibile quippe eſt eſſe teſtamentum, & ſupremam, ac liberam voluntatem non continere.* Penetrando has clauſulas, in forma ad argumentum, tranſeat major, & diſtingo minorem, non revocare teſtamentum quidditati eius opponitur ſi revocabilitas ſumatur antecedenter, concedo: ſi conſequenter nego: Me explico, in Theologia plauſibili, quidditas meriti aut demeriti petit libertatem, non quamcumque, ſed illam quæ appellatur, quoad ſpeciem ad actus contrarios, & quoad exercitium ad contradictorios; inde nullus actus ſupernaturalis erit meritorius defficiente, aut utraque libertate aſſignata, vel una earum; neque demeritorius, ſi deſit ſimiliter, & nihilominus nulla præcedente neceſſitate antecedenter, & *ſtante* neceſſitate conſequenter, quia liberè ſe *voluntas determinat*, & exequitur unam ex partibus *contrarietatis*, vel contradictionis, jam non poteſt in aliam; ergo libertas non tollitur à neceſſitate conſequente; igitur licet non revocare teſtamentum ſi ſumatur ex antecedētibus opponatur ſubſtantiæ, formæ & entitati teſtamenti nullo pacto opponetur, nec impoſſibile erit attenta re, conſequenter; & ideo juramentum non verſatur penes materiam impoſſibilem, quia neceſſitas conſequens non tollit compoſſibilitatem nec directè aut indirectè ponit repugnantiam extremorum in ſe, niſi in facto ex eminentia Dominij liberi arbitrij potentis in utramque, & ſe à ſe ipſo determinantis nullo cogente potiùs in hoc quam in illud; impotentes à ſe ipſis liberi cenſentur; dum potentes fuerunt determinari æquanimiter in utrumque; alioquin, ſequeretur omne votum, & juramentum, imo quod plus eſt, Sacramentum matrimonij in contractu maritali conſiſtens, fore de materia impoſſibili, conſequenterque nulla hæc omnia; & ſic nec haberetur profeſſio regularis in ulla religione valida, tum quia entitas, ſubſtantia, quidditas, & forma voti, juramenti, & contractus conjugalis, petit in vovente, jurante, & contrahente ſupremam libertatem, & ſpontaneam undique actionem; per te hæc tollitur, quin diſtinguas neceſſitatem procedentem ab antecedentibus, vel conſequentibus; ergo æquè iſta, ſicut ab antecedente annullatur, à conſequenti invalidaretur; quod eſt contra totam Theologiam, variiſque cenſuris ſubjectum, nec liberum, ac immune ab errore hæretico; tum quia ſequeretur, quod quoties quis jurat, ſaltem in eo quod aſſeris de teſtamento non revocando, peccaret mortaliter, quia læthalis culpa eſt, me adducere Deum in teſtem jurisjurandi materiæ quam noſco impoſſibilem, v. g. mortaliter pero ju-

rando me volaturum (cum ſim homo) per aërem quia impoſſibile eſt juxta exigentiam meam me volare; conſonèque ad iſtud perſiſtit Doctrina poſita (inquam ait Diana olim videbatur inclinare, ſed ſapientis eſt mutare conſilium) peccaviſſet tamen Elizabetha jurans teſtamentum anterius, & Maritus eius ſimiliter, quod nullus admittet. Nec concedere poteſt aliquis, qui ſanæ mentis judicetur, inductum.

10. Dico igitur. Validum fore teſtamentum ſecundum, non obſtante juramento de eo non condendo. Luculenter hoc punctum tangit Cardinalis de Lugo tom. 2. de juſt. & jure diſp. 24. ſect. 1. num. 27. Ut me explicem inſtantiâ manifeſtâ præ oculis tenendum, quod in voto caſtitatis, aut Religionis contingere ſolet ex decreto Eccleſiæ; ſimplex non dirimit matrimonium, & hoc validum facit, ſin vero ſit ſolemne illud dirimit, & nullum, invalidumque conſtituit Maritalem contractum; quia hoc quod eſt validare vel invalidare ea quæ ſubſunt juramento, & voto pendet à ſuprema poteſtate legiſlativa commiſſa ſummo Pontifici; qui judicans expedire in directionem regiminis Eccleſiæ decernere votum ſimplex caſtitatis invalidare etiam matrimonia declarat prout ſibi placet, velut videmus in voto ſimplici caſtitatis ſocietatis Ieſu poſt primam profeſſionem, qui niſi expellantur invalida conſtituunt matrimonia; pariter ac ſi foret ſolemnis profeſſio, nequaquam vero ſi expellantur, videndus Pelizarius tom. 1. tract. 4. cap. 5. ſect. 2. à num. 29. inquirens, *an Decretum illud. Gregorij 13. per quod Religioſi ſocietatis ſolis votis ſimplicibus biennij, redditi ſunt inhabiles ad contrahendum, affecerit eos qui ante dictum decretum vota præfata emiſerunt.* Et reſpondet affirmativè: item ſi Papa vellet invalidare matrimonia ſubſequta cum alia ſponſa, ſive cum altero ſponſo poſt ſponſalium juramentum, revera nulla foret; at quia penes iſtud nihil declaratum eſt nullus uſque cogitavit matrimonium ſubſequtum cum alia, ac quæ præceſſit in ſponſalibus juratis, non validum; licet firment uniformi conſenſu, quod peccabit mortaliter ex perjurio, ſeu juramento fracto primæ ſponſæ cui ſub iurejurando promiſit celebraturum cum illa maritalem contractum; ſed ab Eccleſia declaratio ulla non extat quod ſecundum teſtamentum revocans primum juratum, invalidetur à præterito jurato; ergo validum erit, etſi illicitum ex fractione juramenti; confirmatumque per omnes contractus, præcipuè per illos, qui emptionis, & venditionis dicuntur; ponamus caſum Mercatorem jurare non venditurum alteri niſi Titio ſuas mercedes Titius emptor eodem pacto juramentum interponere non empturum ab altero niſi ab illo Mercatore aliquid. Demus ultra Titium Mercatorem ſuas mercedes vendere, & Titium ab alio quam ab illo, emere aliqua; in ſimilibus contractibus & intercedit fractio juramenti, & ipſe contractus, à fractione jurisjurandi non invalidatur quia nulla poteſtate ſuprema directiva aut coactiva eſt, qua annulletur ſimilis contractus, licet mortaliter peccent tam emptor, quam venditor in fractione iuramenti; ſed nulla lex Eccleſiaſtica, aut civilis eſt, qua declaretur iuratum teſtamentum ita firmum manere, quod de ſua natura irrevocabilitatem teneat; ergo à iuramento non annullabitur ſecundum conditum; nec primum factum irrevocabile cenſebitur: inde præſcindenda eſt in teſtamento quolibet revocabilitas à natura, quidditate, & forma eius; neque talia prædicata ipſi conveniunt niſi in quinto prædicabili quod eſt accidens, modo quo homo dicitur albus, ſeu niger; & quantumcumque ſtringatur propoſitio & applicetur ex quarto prædicabili aſſignando fore proprietatem coniunctim ſumptum revocabile vel irrevocabile, nullatenus dicetur proprium rigoroſè, ideoque cum à iuramento adveniat accidentaliter revocabilitas, vel irrevocabilitas, non tangitur validitas vel invaliditas, & dum revocatur, invalidum manet licet illicitè annulletur, validum erit ſecundum conditum tanquam ultima voluntas de teſtatore expreſſa, non tuta conſcientia, operante.

11. In utraque ſententia ex aſſignatis colligo iam validum tantummodo ſecundum teſtamentum factum ab Elizabetha, quæ ſi bona fide proceſſit, decepta quidem, & ſufficienti fundamento inducta, adhuc non peccaſſe iudicabo, dum duas adhibuit diligentias, ultra id quod ſibi conſulebat ille petitus Theologus cui ſe commiſit; una inquirendo peritiores alios Theologos, de illis qui in urbibus ſeu oppidis faciunt opinionem probabilem in dubiis accurrentibus; ſi hi Theologi duo, aut tres prædictam Elizabetham licitè procedere proferebant, nec adſtrictam à iuramento certificabant, quantumvis in ſe non liberaretur ab obligatione iuramenti, excuſabatur à reatu incurrendi in culpam ex ignorantia invincibili, & bona fide, ſin vero tales Doctores palam ipſi faciebant adſtrictam eo iureiurando peccabat læthaliter non obſervato iuramento; quid ſi poſt conditum ſecundum teſtamentum in ſcrupulum incideret, neque tempus ipſi ſuppeteret in conſulendos illos Theologos, nam à cognatis ita coarctata fuit in ſecundum teſtamentum condendum, ut nequiret illos inquirere, vel vocare; an in iſto eventu medium reperitur, ne perjura ſit, & mortaliter peccaverit? Fortaſſis ſic contigit: Dico quod taliter coarctata dum propoſitum habuit non omittendi iſtam diligentiam; et ſe ſubmittendi illorum conſilio, nullatenus perjura cenſenda; ergo poſt accedens ad tales Theologos, & iſti conſulentes liberam à perjurio ex ſecundo teſtamento condito, tuta conſcientia procedebat, ſin vero hi adhuc adſtrictam juramento declarabant, tenebatur revocare ſecundum teſtamentum, per tertium, revalidando firmatum iuramento; quod tertium teſtamentum non inhibebatur ipſi à iureiurando, quia non eſt novum niſi primi iurati ratificatio, & enim contractus prioris renovatio non eſt novus contractus, ſed prioris ampliatio; ergo teſtamenti prioris ratificatio, potiùs tendens in iuramenti obſervantiam ad exequendum promiſſum in iureiurando; & patet in ratificatione generaliter quæ fit de profeſſione religioſa; voveat quis nuſquam ſe profeſſionem novam acturum ultra illam quam primò produxit; an ne inhibetur factam nuſquam ratificare quis, affirmabit; ergo dum tertium teſtamentum Elizabetæ aliud non eſt præter de primo iurato ratificatio ponere licebit: idem dico conſulentibus ſeu inſtantibus cognatis, ſive conſanguineis, ſi bona fide, & ignorantia invincibili proceſſerunt, conſulti quidem à petitis Theologis, qui opinionem probabilem putabantur contingere eodem pacto ac de Elizabetha deciſum manet, reſolvendum de eis eſt; quando in inſtantia tuta conſcientia ex bona fide peritorum conſilio ſeſe ſubdebant in illo quod ignorabant: non tranſibo quod ex Molina, Leſſio, Filliutio advertit Bonacina citato puncto 7. num. 5. v. obſervant. *Quando quis juravit ſe non revocaturum teſtamentum, & juramentum fuit acceptatum ab eo in cujus favorem factum fuit, hæredem poſtea inſtitutum, teneri reſtituere hæreditatem illi qui prius fuerat* (quibus explicabitur quod n. 9. ad hunc num. 13. & 14. temiſi de obligatione perſonali, aut reali) *inſtitutus heres, nam qui priùs fuerat inſtitutus per acceptationem juramenti, acquiſivit jus ad hæreditatem & teſtator contraxit obligationem realem; cum autem obligatio realis tranſmittatur ad hæredes, ſequitur hæredem teneri ſolvere, & adimplere promiſſionem realem factam à teſtatore, & acceptatam à promiſſario, conſequenter teneri reſtituere hæreditatem.* Intramus in diſcrimine quod verſatur inter obli-

Digitized by Google

gationem realem & perſonalem, cum hæc conſiſtat in eo quòd perſona individua adimplere valet, aut per ſe ipſam exequi vult, nullo interveniente tertio, per expreſſam declarationem, aut taliter tacitam & implicitam, quod per evidentem conſequentiam colligitur ex inſeparabilitate, ſub eandem obligationem cadere, quod non exprimitur, velut quod declaratur, v. g. ſi quis promittat ſe rupturum cum iſta muliere, obligatio nubendi à promiſſione etiam jurata nequit ad hæredes tranſire, alias dum aliquis decernit in teſtamento præbendam eleemoſinam mille ducatorum pauperibus ſui temporis, ut eleemoſinam continuet aliquo inditio, à quo colligatur, ſui temporis, pauperes fore egenos, non ſolum quando inſtitutor vixit viator, verum, & poſt mortem eius; vel à nullo inditio id conſtare poteſt, quia tenore verborum clauſulam *ſui temporis* reſtricto ad illud quod vixit viator; iſtud imponit obligationem perſonalem dumtaxat nec tranſmittitur ad hæredes, bene illud. Secundo modo exemplificatur hæreditas realis dum obligatio promiſſionis factæ comprehendit ſucceſſores, ut ſi quis dicat in ſuo teſtamento, promitto, & legatum conſtituo ut Maria maritetur conſobrina mea; talis obligatio eſt realis, & quantumvis poſt mortem teſtatoris Maria matrimonium ducat, tenentur hæredes ſolvere illi quod teſtator ſolveret ex legato contracto, ſi viveret.

12. Unde ſi talis obligatio; qua in priori teſtamento jurato ab Elizabetha ad favorem Mathiæ fuit perſonalis illius fæminæ hæredes cognati ex ſecundo teſtamento non tenebantur marito, tanquam ab inteſtato ſucceſſori ſolvere ea in quibus vi prioris teſtamenti conſtituebatur hæres; neque in alio eventu quando verificarent à Mathia non acceptatam prioris teſtamenti hæreditatem ſeu teſtatricis promiſſionem quia obligatio fuit perſonalis, nequaquam realis; in altero eo quod ad transferendam obligationem realem non ſufficit inſtituentis promiſſio, & requiritur quod ex parte illius cui facta eſt promiſſio concurrat acceptatio; qua deficiente, inchoata cenſetur promiſſio non completa; & in contractibus quibuſcumque nulla inducitur obligatio. Uſque ad inſtans in quo adæquatè completus invenitur contractus inſtantiæ de profeſſione regulari; & de Sacramentis, quæ ſucceſſivè fiunt in multiplicatione verborum quæ Chriſtus inſtituit ad eorum cauſam efficientem de primo, id eſt de; contractibus quod dum aliquis Novitius in manibus ſui Prælati profeſſionem emittens,poſtquam promiſit ſe obſervaturum caſtitatem, & obedientiam, reflectens ſupra ſe nolit paupertatem promittere, ex iſta clauſula. *Voveo, caſtitatem & obedientiam*; talis profeſſio non eſt valida,quia etſi inchoata non completa; ſicque contractus eſt nullus, & ponamus pro ſecundo quod in conſecratione Calicis v. g. dicat Sacerdos cum vera intentione conſecrandi *hic eſt enim Calix Sanguinis*, & *mei* ſileat, hæc materia ſupra quam priora verba protulit non manebit conſecrata; quia non quæcumque Oratio qualitercumque inchoetur conficit Sacramentum, ſed iſta quæ completè fit, inſtituta ab autore Sacramentorum Jeſu Chriſto; igitur cum obligatio in promittente ſit quidam contractus coaleſcens ex promiſſione, & acceptatione illius in cujus favorem fit, deficiente acceptatione, tranſeat inchoatam fuiſſe obligationem, neutiquam cenſetur completa; & ideo nullum onus imponens adhuc in promittente; igitur uſque ad tempus in quo pateat cognatis Eliſabethæ acceptatam hæreditatem realem à Mathia inſtituto hærede in primo teſtamento jurato, & recuſato, vel licitè in bona fide, vel illicitè in mala non tenebuntur hi ſolvere bona in quibus ſuccedebat propter anterius teſtamentum, attenta, & jam alio titulo pertinentia; ſi acceptata verificentur tanquam ſucceſſori ab inteſtato ex promiſſione teſtatricis completa per acceptationem; quo pacto tenebantur donare quidquid juramento firmatum fuit in priori teſtamento. Idem Bonacina diſputans, *an autem idem valeat in eo qui metu vel fraude induxit alium ſe revocaturum teſtamentum?* Concludit. *Iuramentum metu extortum ſervandum eſſe, ob reverentiam Divini teſtimonij, niſi obtineatur diſpenſandum ab Epiſcopo cujus obtinendæ juſta ſubeſt cauſa.* Hæc pro Theologis, ſeu Theologo Conſulente Elizebetham; tenebantur examinare (quantumvis allegaret metum, vel fraudem in ſecundum teſtamentum condendum) cauſam, ſeu motivum ut diſpenſaretur ab Epiſcopo loci ex illo clauſula mirabili. *Juramentum metu extortum ſervandum eſſe ob reverentiam Divini teſtimonij*, tantopere divinum teſtimonium, ut par eſt attendendum; ergo abſque examine de motivo diſpenſandi non judicãdos liberos à culpa Theologos Conſulentes,nam iſti defecerunt, aut à levitate animi, vel temerè procedentes.

13. Contra validitatem compoſitam cum *illicita* conſcientia replica inſtat: diximus enim validum ſecundum teſtamentum, & nunc addo id quo res convincitur; licet enim ſolum poſsimus id,quod de jure poſſumus, ſemper manet nos poſſe revocare aut licitè, vel illicitè; v. g. dicitur nos poſſumus comedere carnes inſtante præcepto jejunii, licitè obſervando jejunium, illicitè poſſumus comedere non obſervando jejunium, & tamen comeſtio Phyſica, valida eſt etſi illicita: tunc ſic vim quam habet præceptum in anullandos actus, vel eos validos conſervandos tenent juramentum & ſolum: ergo ſimiliter validi aut nulli cenſebantur æquè ab utroque; ſed præceptum eo quod illicitè tranſgreditur non annullat priorem obſervantiæ eius actum niſi ille qui eo aſtringitur permamaneat obligatus ad non iterum contraveniendum, nam ſi immunis evadit permanet & tantummodo præterita obſervantia annullata, ut liquet *in illo qui* ſemel frangit jejunium Eccleſiaſticum, cum deinceps eo die ceſſet præceptum; igitur cum in voto nuſquam voveres ex tranſgreſſione eius ſicut in juramento ab obligatione non ſervandi unum aut alterum maneat liber, non erit caſus in quo per ſubſequentem voti ſeu juramenti trangreſſionem talis fractio illicita invalidet priorem illorum obſervantiam; ergo teſtamentum iuratum cum non eximat ab iuriſiurando debito per illicitam actionem novi teſtamenti conditi, validum manebit, & conſequenter ſecundum nullum. Plura tangit hæc inſtantia quæ longius petebant examen: At innixus illi Doctrinæ quam tangit Diana 1. p. tract. 9. reſol. 4. ibi diſputans. *An qui fecit votum de jejunando tali die in pane & aqua toties peccaverit mortaliter quoties biberit vinum.* Reſpondet, *Talem ſi biberit vinum peccare mortaliter, at eo bibito in ea quantitate notabili non eſt amplius peccatum id bibere. Sit tamen ſi promiſerit ſe ea die nihil manducaturum niſi panem & aquam, tunc quoties biberet vinum peccaret mortaliter quia toties frangeret votum negativum.* A quo infero, quod ſicut dantur præcepta poſitiva, quæ licet obligent ſemper, non autem proſemper, & dicuntur affirmativa; alia vero negativa quæ ſemper atque proſemper obligant, ita Philoſophandum in votis, quædam enim tenenda affirmativa, & in eis ſemel fracto voto ſeu iureiurando non amplius aſtringit uſque dum noviter reviviſcat obligatio, quod ſecus eſt in negativis; pariter ac in præceptis contingit; in forma, jam ad obiectionem, omitto antecedens, & primum conſequens: nego minorem, & ſuppoſita deducta, ſi quidem immunis non manet ab obligatione ſervandi deinceps præceptum quia à tranſgreſſione revocetur, niſi eo quod illud erat affirmativum obligans ſemper, non autem

pro ſemper: à quo nego ſuppoſitum alterius conſequentiæ, ideoque validitas, aut nullitas prioris actus jurati non pendet ab hoc quod jurans, ſeu vovens liberetur, vel non liberetur ab obligatione juramenti, ſeu voti, niſi à præciſa revocatione talis actus præteriti, ſive licita, ſive illicita. Verum tranſeunt inductum in objectione; poſſumus enim ſic diſparitatem aſſignare annuendo, quod aliqui inſinuarunt; videlicet, validitatem actuum forenſium pendere à legiſlatore; at in juramento, ſeu voto, uno aut altero ſemel emiſſo, nullatenus à vovente, ſeu jurante, quia licet ut dicam conſult. 22. num. 6. ſit privata lex, quem ſibi quilibet imponit, votum, ſeu juramentum, non eſſe in illorum optione eam ſibi revocare; ideo patitur, ergo in præcepto illud eſſe invalidum quod illicitum; non autem in voto & juramento, in quo impoſſibile eſt à legiſlatore procedere actum validum in ſubſtantia & entitate; à vovente autem ſeu jurante illicitum, dum bona fide & ignorantia invincibili non excuſatur; ex quibus de duobus inquiſitis conſtat quid ſentiendum de teſtatore, de cognatis conſanguineis inſtantibus ad ſecundum teſtamentum, & de Theologis qui conſuluerunt; ô utinam omnes bona fide proceſſiſſent & ignorantia invincibili, nulluſque eorum in reatum culpæ mortalis incidiſſet; quod valdè veroſimile erat, dum non aliquis finis ſpecialis de pecuniarum cupiditate inerat, & ſolummodo meliorare diſpoſitionem occurrebat.

CONSULTATIO XXII.

De expulſo Religioſo Minori profeſſo & regreſſo, circa proventus quoſdam reſultantes tempore expulſionis.

FErdinandus tranſacto novitiatus anno, ſive inter Patres Capucinos, ſive obſervantes in minoritico habitu profeſſus duravit per viginti annos, non mediocri plauſu verbi divini proclamantes undique, & in ipſa Virgine attentas, & in populis ubi conciones, ſeu quinquageſimales, ſive de tempore, aut de ſanctis habebat; abutens gratia gratis data, nullo ſcandalo præmiſſo inter ſæculares, aut Eccleſiaſticos extraneos, niſi fortaſſis quia petitus in quadrageſimam prædicandam apud hanc urbem, renuebat ſuis Superioribus parere, & ad ſui libitum prætendens ſub ſuam fore optionem loca, feſtivitates, aut quadrageſimales conciones, valde affectabat ordinem, ejuſque Superiores tam locales, quam alteros ex ſua inobedientia contumaci, aliiſque conditionibus inſuperabilibus, à quibus cauſam dedit voluntariè, ut conſentiente Romano Pontifice Urbano VIII. à Franciſcano Ordine expelleretur, conditione quod aliam Mendicantium eligeret Religionem, in quo denuò profeſſionem emitteret, ſicut & fecit; in Sacro ſanctiſſimæ Trinitatis, ubi duravit per duodecim aut triginta annos; ſcrupulis aliquibus vexatus inſtanter regreſſum petivit, & obtinuit inter Minoritas ubi primam emiſerat profeſſionem ſolemnem: tempore quo Trinitarius fuit mortuus quidam conſanguineus ejus, hæres conſtituta manſit Religio, ſeu Conventus de bonis ſui cognati defuncti, quia in ſecunda profeſſione renunciationem non fecit eorum in quibus ſuccedere quibat, & à voto paupertatis Franciſcanæ liber, & immunis manſit ſaltem in foro exteriori. Affines & conſanguinei ejus (cauſam regreſſus & declarationem factam ſcientes quod motivum dedit voluntarium in expulſionem) cogitare cœperunt reſtituendos ſibi omnes proventus qui reſultarunt tempore quo Trinitaria Religio uſufructuaverat in bona fide talia bona; nec deerant Juriſperiti plures qui in foro contentioſo tales proventus obtinendos judicarent ab affinibus ſeu cognatis: inquiſitum fuit quid procedebat ad movendam litem in foro conſcientiæ, penes talia bona uſufructuata ab ordine Patrum Trinitariorum.

SUMMARIUM.

VOTUM paupertatis franciſcanæ, num. 1.
Quid uſus ſimplex, dicitur facti, *diſtinctus ab uſu juris num.* 1.
Pontifices qui explicarunt Seraphici patris noſtri Franciſci mentem, num. 1.
Deſcriptio, diviſio, & ſignificatio vocis, uſus, *num.* 1.
Vſusfructus quid, num. 1.
Quando licitus, aut illicitus uſus facti, num. 1.
Juris uſus arguit proprietatem in rem, n. 1.
Vtendi jus ſalva rerum ſubſtantia, quid, num. 1.
Minus capaces proprietatis rerum Franciſcani quàm mancipia, num. 1.
Vſus facti in victum irrenunciabilis, n. 1.
Minoritæ conventus in nullo ſuccedere valent, n. 2.
Diſtinctio paupertatis voluntariæ à plebeia, num. 2.
In quo ſtat uſus rerum quæ ab iſto conſumuntur, n. 2.
Rei proprietas, aut tantummodo facti uſus unde noſcitur, num. 2.
Latrones tenentur ad reſtitutionem eorum quæ facti uſu conſumunt, n. 2.
Laudatur author libri dicti Nitela Franciſcana, n. 2.
Vſus facti tantummodo in quolibet Religioſo particulari cujuſvis ordinis, num. 3.
Magis & minus accipit dictus facti uſus, ideo ſtrictior obſervantia ejus in una, ac altera religione, numero 3.
Quis Dominus eorum quæ in uſum facti, ſunt apud Franciſcanos, num. 3.

Digitized by Google

Sindici Monaſteriorum ſeraphici P. N. Franciſci, numero 3.

Non licet Minoritis extra ſindicum ad uſum ſimplicem peculium, n. 3.

Quis contractus celebrari quit inter Franciſcanos num. 3.

Hæredes, qui religioſi propter Monaſterium ab inteſtato poſſunt ſuccedere, num. 3.

Tanquam ſi non forent in mundo Franciſcani reputandi, ut in hæreditate ſuccedant, n. 3.

Tranſitus regularis in aliam religionem vota priora anterioris profeſſionis per ſecundam irritat, n. 4.

Quid Franciſcanus factus Epiſcopus penes vota, & regulæ præcepta, num. 4.

Eccleſia quomodo aufert votorum obligationem, n. 4.

Votum, lex privata humana, quam vovens ſibi imponit, num. 4.

Papa poteſt extinguere Religionem à ſe vel ab alio approbatam, num. 4.

Narratio de religione dicta ſchola piæ, num. 4.

Non ſemper expulſi irregulares aut incapaces ſuccedendi in hæreditatem, num. 5.

Quando non inhabilis tranſiens de una in aliam religionem, n. 5.

Ad quid tenentur Religioſi expulſi, num. 5.

Utrum expulſus à religione reportet à crimine commodum, n. 5.

Nuſquam concedendum à delicto commodum reportatum, num. 5.

Onus miſerabile à jejunii fractione ex reatu non commodum, non jejunantis, num. 5.

Privilegium eximit ab onere cum honore, n. 5.

Majoris boni privatio ex ſententia judiciali infamat, numero 5.

A religione expulſi quando infames irregulares, & incapaces ſuccedendi in hæreditate, num. 6.

Quales manent expulſi à religione, permanentes in ſæculo, n. 6.

Expulſi Franciſcani quo pacto à prædicatione, & à confeſſionibus privantur, num. 6.

Indulta favorabilia quando communia omnibus religionibus, num. 6.

Non uniforme inter Regulares, qualiter ab eis expulſi maneant, num. 6.

Cauſam dare in expulſionem hanc non annullat, n. 6.

De reclamante in ſuæ profeſſionis nullitate, & poſtea regrediente, num. 7.

Quem ſemel expellit Religio, non tenetur admittere regredientem, num. 7.

Diſcurſus de conſultatione efficax, num. 7.

Cui acquirat bona Religioſus expulſus, num. 7.

Diſcrimen Religioſi expulſi juſta aut injuſta ſententia juridica, num. 7.

In propria perſona incapax hæreditatis expulſus n. 9

Quinque dubia de regrediente expulſo. numero, 9.

Uſque ad profeſſionem novitius hæreditatis capax. n. 10.

De renovitiatu regredientis expulſi. ibid.

Decretum ſacræ Congregationis pro renovitiatu. ibid.

Replica & ſolutio pro renovitiatu expulſi regredientis. ibid.

Quid ingredi Religionem, aut mutare, ibid.

Ingredi Religionem, quando ſupponit jam probatum, n. 9.

Ordines militares indigent novitiatu, num. 9.

Qualiter profeſſi in eis votis aſtringuntur, num. 9.

Decretum de renovitiatu Trinitarii ad Trinitarios tranſeuntis, num. 9.

Speculativè opinio probabilis, & practicè, num. 9.

Non invenitur privilegium Leonis de non renovitiando, num. 9.

Inconveniens pro ſententia negante renovitiatum, n. 9.

Miraculum pro eligenda regula apud Præmonſtratenſes, numero 10.

Caſus fictus, & meritum in rectificanda profeſſione valida, num. 10.

Sola ratificatio profeſſionis fit ſine renovitiatu, n. 10.

De profitente nulliter ex metu, aut ætatis defectu, n. 10.

Conſenſus internus validat profeſſionem nullam, n. 10.

Quando religio revocat admiſſionem præſtitam, n. 10.

Ex paritate objectio notanda, n. 11.

Caſus de Novitio in mortis periculo profeſſo, n. 11.

Qualis profeſſio moribundi ante completum novitiatum, num. 11.

Indultum Pii V. penes novitios ordinis Prædicatorum moribundos, num. 11.

De eo participant omnes Religiones, ipſiuſque tenor, num. 11. & 12.

Monialium privilegium ſuffragat fratres, n. 12.

Quid ut novitius moribundus profiteatur, num. 12.

Legiſlatoris mens providit, quæ communiter accidunt, num 12.

Profeſſio in mortis articulo conditionata, & qualiter valida, num. 13.

In jure ſignificatio vocum, ita tunc, num. 13.

Ejuſdem tenoris novitiæ moribundæ profeſſio ac indulgentiæ conceſſio, num. 13.

Solutio cujuſdam argumenti aliqualiter difficilis, n. 13.

1\. REmittendo ad conſultationem ſequentem quæ eſt 23. aliqua quibus hæc ſolvi poterant ſpecialiter occurrit, ut teneamur alia via procedere votum ſtrictiſſimum paupertatis, quo Obſervantes & Capucini Franciſcani Minores aſtringuntur. Ex profeſſione, ſuccinctèque explicatum conſiſtit in hoc quod nec in communi, neque in particulari capaces ſumus tenore ipſius voti, ullius proprietatis, dominii, vel uſusfructus, quarumcumque rerum temporalium, ſed dumtaxat præcisè uſus ſimplicis qui dicatur facti (non juris uſus) eorum quæ indigemus ad moderatum victum, tam in alimentis quam in decenti indumento. Sic Pontifices mentem ſeraphici parentis expoſuerunt. Gregorius IX. (primus Ordinis ante protector dictus generaliter Cardinalis hoſtienſis, undique familiari benevolentia in ſanctiſſimum Patriarcham allectus. & uſque nunc æqualem non tenuit franciſcana Religio benefactorem) qui ait: *Dicimus etiam quod neque in communi neque in ſpeciali debent proprietatem habere:* Et Nicolaus III. *Dicimus quod abdicatio proprietatis omnium rerum tam in ſpeciali quam in communi propter Deum meritoria & ſancta eſt.* Abundiſſimè regulæ Minoriticæ expoſitores de hoc puncto: quia tamen uſus communiter deſcribitur, eſt jus utendi aliquibus ſalva eorum ſubſtantia; nec ſatis exprimitur quomodo differat ab uſufructu, qui ex inſtitut. eodem titulo, conſiſtit in beneplacito utendi alienis rebus, ſalva eorum ſubſtantia, ideo hi termini declarandi occurrunt, ſupponendo alium facti uſum, alterum juris; quotidie enim experimur facti uſum contingere, quin ſtet juris, aut dominii uſus, exemplo eorum qui ſive eſu, ſive alio pacto conſumuntur; hic autem uſus quandoque licitus, illicitus aliquando; licitus cenſebitur ſemper ac Dominus proprietarius repugnare non appareat, & conſentire cenſeatur; illicitus cum nulla via cogitari queat Domini conſenſus, imo repugnantia ejus liquidò conſtet, qualiter latro uſum facti tenet illicitum de his quæ furando uſu conſumit, vel retinet invito Domino: igitur nos Minores juris uſu caremus, & tantummodo facti in nobis eſt illarum eleemoſinarum quæ conſenſu Dominorum, veniunt in noſtra alimenta, & indumenta; uſus juris incompatibilis eſt ſine proprietate capienda ab eo, non vero facti uſus; ſic qui beneplacitum concedit Petro ut per duas horas ſua veſte utatur, per illas duas ho-

Digitized by Google

tas ſi juris eſt capax proprietatem tenet in talem veſtem ſalva eius ſubſtantia; at nobis Franciſcanis factum conceditur, nullum vero jus, ideo nec per inſtans Domini proprietarij, aut uſufructuarij ſumus, ut verificetur definitio data de uſu penes eum quem nos Minoritæ tenemus, diſtingui oportet jus utendi, ſalva rerum ſubſtantia in his quibus facti uſus eſt, & ſimplex dicitur, & in illis quæ juris ſunt, & uſufructum tenent; ex dictis diſcrimen noſcitur non altero ac exemplo præmiſſo in beneplacito Domini conceſſo Petro, ut per duas horas utatur ſua veſte; per tales duas horas quidquid tali veſte lucratur non reſultat in proprietatem & Dominium illius, qui uſum indumenti per tale tempus conceſſit, ſalvatur tamen rei ſubſtantia, quia tranſactis duabus illis horis retrotrahitur proprietas ad Dominum, qui jus utendi conceſſit; ac facti uſus nec per inſtans proprietatem captat, aut uſufructum in Dominio illorum qui utuntur v. g. ab hortis Franciſcanorum ex laboritio reſultant terræ fructus in oleribus, & arboribus; non minùs ſummus Pontifex Dominium, & proprietatem tenet in olerum & arborum fructus, ac in horto, quin nos nec per inſtans Dominij, proprietatis vel uſufructus teneamus actionem, ſtrictiori modo quam ſervi ſub mancipatu degentes penes ea quæ acquirunt, in quibus aliquando Dominium verificatur, ſaltem circa bona Caſtrenſia; quomodo ſeparabilia ſunt Dominium, & uſus rerum, ita taliter quod ſicut iſte ſine illo verificatur, non impariter abſque ullo minimo Dominio, ſive proprietate teneatur, tetigi ſecundo tomo certam diſp. 3. ſect. 1. ſubſect. 3. num. 15. & deinceps ex mirabili Scoti doctrina 4. diſt. 30. quæſt. 2. §. de ſecundo articulo num. 15. equidem nunc annoto ex Hicheo ad quæſt. 2. Doctoris ſubtilis diſt. 15. 4. libri ſentent. num. 12. uſum facti propter indigentiam ſimpliciter neceſſarium ad victum & alimentum, decenſque indumentum fore de jure naturæ quin renunciari queat.

2. Patet igitur diſtinctio Monaſteriorum ordinis Minorum, ac aliarum Religionum, illa in nullo ſuccedere valet jure hæreditatis, quia non impariter,& æquo lance in communi, & in particulari uſus juris non ſunt capaces, tantummodoque facti uſus capacitatem tenent; at in alijs ordinibus, etſi in particularibus individuis repugnet juris uſus, tantummodoque ſit facti ex voto quocumque paupertatis, in communi eſt juris uſus compatibilis cum Dominio, & proprietate, dum jus legitimum durat; nec tranſibo diſtinctionem paupertatis voluntariæ ex voto, ab ea quæ appellatur plebeia, ſeu tædioſa in mẽdicatione illorum, qui nullo voto aſtricti vivunt de mendicitate: iſti enim quæcumque ab eleemoſinis acquirunt ſua faciunt vero Dominio & proprietate non illi. Hunc facti & juris uſum exponit Bordonus tom. 2. in prima parte ſuarum variarum reſolutionum reſolut. 43. ubi poſtquam num. 8. obſervat diſtinctionem uſus eorum quæ ab utente non conſumuntur, qualia ſunt domus, aliaque argentea vel quæ de metallo, ſeu alia materia permanenti, ab his quæ uſu conſumuntur, ut quæcumque comedimus vel bibimus, num. 9. ait. *Difficultatē oriri an in his rebus quarum uſus eſt ipſa conſumptio & diſtractio diſtinguatur Dominium, & proprietas ab ipſo uſu, & conſumptione, itaut unum ab alio ſeparari poſſit, & proprietas reperiatur apud unum, uſus vero apud alterum*; quam difficultatem inquit ortam intuitu paupertatis Franciſcanæ obſervatæ à Minoribus dictis de obſervantia, & Capucinis; & relata ſententia negante ſeparari poſſe, veriorem proponit in hoc quod ſeparabilia ſunt, cujus rationem aſſignat: *Quia proprietas ſeu Dominium eſt jus, poteſtas, ſeu facultas utendi, & diſponendi de rebus, poteſt autem quis ita de re ſua primo uſu conſumptibili diſponere ut antequam conſumatur ab eo cui conceditur, revocari poſſit à concedente; tum exemplo conviva & invitati ad cænam, qui cibariorum habet uſum tantum facti, remanente jure, & Dominio eorum apud invitantem, hoc ipſo quod invitans intendit, ut ſecum mãducet, non autem ut de cibarijs diſponat ad ſuum libitum: id etiam apparet in jure qui conſumendo rem furto ſublatam dicitur circa illam habere ſolum uſum facti, nullum autem jus, atque Dominium rei ſublatæ*: & obſecro notes differentiam furis uſum facti tenentis, in his quæ uſu conſumuntur à Religioſis ex voto paupertatis in uſu ſimplici, facti dumtaxat earumdèm rerum; ille, quia contra voluntatem Domĩni illicitè conſumit (& ideò non improbabo ſententiam illorum qui affirmãt latrones novo peccato maculari quoties res furto ablatas ab uſu conſumunt; & inde teneri ad reſtitutionem non tantùm veſtimentorum, quæ latrocinio ademerant, ſed quorumcumque damnorum contingentium in indumento à frequenti uſu) at Religioſi quia de hominum beneplacito facti uſu res conſumimus, tutiſſima conſcientia procedimus; ſuccinctè quamvis aliqualiter confusè idem ſcripſit Leander à Murcia in ſuis quæſtionibus ſelectis ſuper Franciſcanam regulam cap. 2. in caput 1. regulæ §. 10. à num. 55. & licet contra hoc inſtare videatur replica propter aliquas declarationes Ioannis Papæ 22. moram non facio in eis concordandis, quia id egi fuſo calamo tom. 2. certaminis diſp. 1. ſect. 14. à num. 169. ubi nullam intereſſe convinco oppoſitionem à declaratis per ſummum Pontificem Ioannem 22. circa paupertatem Franciſcanam ab expoſitis & & decretis Nicolai III, & Clementis IV. de quo præclarus extat, & peritiſſimus liber ſub titulo *Nitela Franciſcanæ Religionis authore Dermetio Thadeo*; videndum volumen & non pigebit propter elegantiam, & veritatis examen; cap. 7. per totum à pag. 314. & ſequentibus valdè illuſtrans ſequentem titulum; *Quod fratres Minores ſolum uſum facti habent in res quæ ipſis eſſeruntur etiamſi uſu conſumantur, in quibus uſus juris & facti differentia manifeſtatur, & probatur*; utique manifeſtatur ad oculum; & probatur ſolidiori fundamento, & evidenti ratione.

3. Nondum ſiſto, nam me urget alterum inquiſitum; an in particulari omnibus Religioſis votum paupertatis tantummodo uſum facti relinquat in rebus illis, quæ non alterum niſi unicum tenent uſum, & primo inducto hæc conſumuntur: relatus Bordonus ea reſolutione 43. *Quod Religioſos quoſcumque in particulari attentos firmat à paupertatis voto incapaces Dominij cuiuſuis, & proprietatis; non ſolum jure naturali & Divino ex voto abdicationis, ſed etiam ex jure Eccleſiaſtico*: & addit. *Ita quod hoc diſpenſari non poteſt à ſuperioribus, qui illi poſſunt concedere ſolummodo uſum facti rerum convenientium ſui ſtatus.* num. 21. attentis diſpoſitionibus Nicolai 3. & Clementis 4. ſpecificat paupertatem minorum ſic. *In quibus licet ſermo ſit de ſolis Franciſcanis prima regula, tamen id veriſſimum eſt reſpectu omnium regularium ex promiſſione voti paupertatis quod excludit omne genus proprietatis, & juris.* In fundando jure naturali & Eccleſiaſtico reddente incapaces omnes Religioſos cujuſcumque ordinis particulariter alio rerum uſu, niſi illo qui facti uſus dicitur, multus eſt à num. 22. ibi inhibentia jura videnda; & quia accipiè magis & minus, hic qui dicitur facti uſus, conſonè ad conſuetudines & ſtatuta Religionum, non oppoſita regulæ & Statutis in obſervantiam voti paupertatis, ita currunt æqualiter; penes communitatem non ſic; quia communitas Franciſcana (ſub qua comprehenduntur dicti reformati, Zocolantes, Diſcalciati, quorum omnes, ſtrictioris obſervantiæ nomen capiunt) dicta de obſervantia, aut nuncupata

Digitized by Google

Capucinorum, nullo jure aut Dominio pollet, & pariter ac particulares Religioſi, uſu facti tantummodo capax eſt; eatenus recento tali uſu in aliis Religioſis ſive ad rem ſive in re, jus & Dominium ex toto rigore & debito, tenetur in communi; at Franciſcani à voto paupertatis conſonè ad præceptum regulæ ſpoliantur omni jure, Dominio, uſu fructu, tam in communi ſeu Conventu, quam in particulari, ita taliter quod illa omnia aut retinentur à Domino præbente eleemoſinam, vel dum iſte ſilet ſummo Pontifice manet, & Dominium & jus; recognoſce ſi placet Leandrum à Murcia cap. 2. in cap. 6. regulæ per totam pag. 262. Papa autem ſua provida æconomia, tanquam de ſuis pupillis curans ne alimenta congrua deficiant, & in ſignum quod acceptat talium rerum Dominium, & jus æconomum nominat cuilibet Conventui; committendo Prælatis ſuperioribus eius electionem, & literas præbere in exercitium ſuæ æconomiæ, Syndicuſque nuncupatur, cui attinet conſervare quæcunque ſub Dominio Papæ ſunt uſui minorum deſtinata à largitoribus eleemoſinarum; quo pacto in argumentum carentiæ juris etiam in communi, Franciſcani nec peculium, nec depoſitum retinent extra Syndicum, nec nomine proprio, aut communitatis contractus venditionis ſimiliaque celebrare poſſunt quæ omnia ſi contingant Syndicus celebrat, & peragit; in aliis vero Religionibus cuncta illa peraguntur à communitate ſeu Conventu, in quo eſt verum Dominium, jus, proprietas, & uſus fructus capacitas; eatenus hæredes in teſtamento, aut ab inteſtato propter Religioſos ſuccedunt talia Monaſteria; cum autem Syndicis non detur facultas in repetendum pro Domino pecuniæ ad hæreditatem quæ alias competeret Franciſcano (in quo ſimiles nobis ſunt Moniales primæ regulæ ſanctæ Claræ) videtur Dominium legitimum bonorum, minoribus non conceſſum nec pertinere ad illos quia reputantur ad id tanquam ſi non eſſent in mundo Frãciſcani; ergo Ferdinandus inductus in conſultatione durans in ſtatu Minoritico, nullo pacto potuit à cognatis tollere, quod aliàs pertinet ad communitatem quando diſpenſatus ab Urbano VIII. per ſpeciale diploma, (cujus copiam vidi, ſub juramento illius qui eam monſtravit quod fideliter tranſcripta erat ab altera copia fidem faciente conſervata in archivo Conventus in quo expulſus fuit) tranſivit ad Patres Trinitarios, quorum communitas capax erat Dominio directo, & jure ſuccedendi in quacumque hæreditate contingente ipſi Religioſo qui fuerat Franciſcanus, & jam Minorita non erat, niſi de familia, rigoroſè, facti ordinis Trinitatis ſanctiſſimæ.

4. Quanquam autem à tenore diplomatis Urbani VIII. quod ſæpius legi, mihi non conſtaret ſummum Pontificem expreſſè irritaſſe aut annullaſſe Ferdinandi vota ſolemnia emiſſa ab eo inter Franciſcanos, videtur quod ſub ea conditione, quod unam eligeret ex mendicantibus Religionem in qua ſolemniter profiteretur, prima minoritica commutari vota in quantum non compatibilia cum ſubſtantia, & entitate votorum emittendorum in altero ordine capaci bonorum in communi; argumento de Franciſcanis aſſumptis in Epiſcopatum; quibus commutatur paupertatis votum, quælibetque altera incompatibilia cum dignitate Epiſcopali; & ne hæreas in futili argumento potius de ſcrupulis procedente, efformabo illud & ſolvam. Adimpletio voti eſt de jure Divino, ſed jus Divinum non poteſt commutari nec diſpenſari, nec irritari à Papa, ergo retinuit Ferdinandus obligationem ſervandi paupertatem Franciſcanam, & ideo Urbanus VIII. ſiluit, nec mentionem fecit de tali commutatione: ridicula ratiocinatio; ex Suario tom. 2. de religione lib. 6. de voto cap. 9. num. 6. Pellizarius tom. 2. in ſuo Manuali regularium tract. 8. cap. 3. ſect. 2. ſub ſect. 3. num. 140. diſputat. *An Eccleſia poſſit auferre obligationem voti?* Reſpondet. *Poſſe & probatur; tum ex praxi ac uſu Eccleſiæ, tum quia omnis lex humana interdum eget diſpenſatione, & cum votum ſit lex privata à vovente ſibi impoſita, & aliàs Chriſtus in neceſſarijs non deſit Eccleſiæ, æquum erat, ut in ea eſſet poteſtas diſpenſandi, imo & data eſt Ioannis 21. iis verbis;* Paſce oves meas; *tum quia auferre obligationem voti non eſt diſpenſare in jure naturali aut* Divino; id eſt in lege *ſervandi votum, qui eſt naturalis, & eſt incapax humanæ diſpenſationis, ſed eſt auferre votum per voluntatem prælati, qui eſt ſuperior ipſo vovente, & remittit obligationem factam Deo, vice ipſius Dei declarando ei non placere ut in talibus circunſtantiis votum ſervetur; quomodo diſſolvitur pactum inter Deum & voventem initum per votum*; in forma ad ſyllogiſmum, tranſeat Major, nego ſuppoſitum minoris, Papa enim non diſpenſat executionem voti, ſed diſſolvit pactum inter Deum & voventem ex eminenti poteſtate irritandi ſeu commutandi legem privatam quam quis ſibi impoſuit in voto. Quid communius inter Doctores, ſummum Pontificem, intercedente juſta cauſa, facultate ſuprema poſſe revocare & annulare aliquam Religionem à ſe vel ab alio approbatam? Practica eſt noſtris temporibus, die 18. Decembris anno 1621. approbata eſt, & conſtituta propriè dicta Religio nuncupata Scolarum piarum cum tribus votis ſolemnibus, veræ, propriæ ac rigoroſæ Religionis, & patet in illius Bulla quæ incipit, *in ſupremo Apoſtolatus*, & habetur apud Cherubinum tom. 3. Bullarij conſtitutione hujus Pontificis l. 4. Innocentius X. altero diplomate, quod refertur tom. 5. Bullarij nuper editi anno 1672. Romæ Typis dati eſt in ſeriè hujus Pontificis XVII. talem Religionem Scolarum piarum extinxit, eam reducens in congregationem, quin à *votis eſſentialibus* intuitu profeſſionis ſolemnis *reducti, qui antea* erant Religioſi poſtea aſtringerentur: *ergo in Eccle*ſia eſt facultas irritandi vota per extinctionem Religionis ante approbatæ; ergo potiùs urgebit poteſtas irritandi vota alicujus particularis de aliqua religione, reducendo eum ad alterum ſtatum in quo ab illis non aſtringatur, quod non eſt Papam ſe intromittere in jure Divino; ſed eſt legem privatam ex eminenti poteſtate revocare, aut annullare; ergo Urbanus VIII. Ferdinando propoſito in conſultatione irritare, ſeu commutare potuit votum Franciſcanum de Paupertate, & Trinitarius factus, quaſi ſi non fuiſſet uſquam Minorita, capax conſtitui, ut ſuus Conventus ſuccederet in hæreditate.

5. Si alia non obſtabant, cum ſacra ſanctiſſimæ Trinitatis Religio ex ſuo voto paupertatis non ſit incapax ſuccedendi in hæreditate, & alias contingere quibat peculiari Religioſo qui in ea emiſit validam profeſſionem legitimè ſuccedebat in quacumque hæreditate eveniente propter prædictum Ferdinandum, quin urgeret quod à Minoritis per ſententiam juridicam expulſus fuerit poſt profeſſionem ſolemnem, nam non ideo ſemper expulſi ſunt irregulares, aut incapaces ſuccedendi in his quæ poſt expulſionem eveniunt ipſis à jure ſucceſſionis; & efficacius in caſu conſulto ex Bulla Pontificis obtenta ad electionem habitus cujuſvis Religionis mendicantis, unde declarabatur habilis ad quæcumque officia Religionis obtinenda; nulla altera impoſita pœna niſi tranſitus de Franciſcanis ad quemcumque ordinem mendicantium; fatebor penes expulſos per ſententiam ſtandum Doctrinæ Laurentij Portel tom. 2. reſponſion Caſuum conſcientiæ caſu 48. ſcribentis. *Res eſt indubitata quod Religioſus expulſus ab ordine propter culpas, ſi habet ordinem ſacrum etiam ſi ſit Subdiaconatus tantùm teneri*

ad recitandas

Digitized by Google

ad recitandas horas canonicas propter talem ordinem ſacrum. Dubitat illico de Laico, vel Religioſo nullum tenente ordinem ſacrum: & numero 2. reſpondet. *Tales ſic ejectos non teneri in ſaculo ad dicendum divinum officium in Religione promiſſum.* Subnectens. *Expulſum ab ordine in perpetuum non teneri obſervare regulares obſervantias poſitas in regula ultra vota ſolemnia.* Notandum valdè quod num. 4. adjicit ut reſpondeat argumento, quod ſi ſic exoneraretur expulſus reportaret commodum à delicto;formaturque, ita arguit, quoties Papa diſpenſaret clericum ab onere recitandi horas canonicas, & jejunandi in vigiliis, quattuor temporibus, & quadrageſima commodum donaret ex privilegio quo exoneratur ab illo in quo corpus mortificatur; ergo ejectus ex ſententia iuridica à Religione, ſi liber maneret ab obligatione recitandi officium divinum, & obſervandi jejunia ordinis, aliaque urgentia in eo, commodum reportaret à delicto, quod ſi non eſſet non expelleretur. Satisfacit Portel. *Reportare commodum ex mutatione ſui ſtatus, ex ceſſatione ſua obligationis fundata in vita monacali; culpa vero ob quam expulſus fuit eſt cauſa remota hujus commodi.* Reducique poteſt ad eam cauſam quam appellamus removens, prohibens, ſicut enim ad apertionem feneſtræ non cauſatur nec reportatur lucis commodum, formaliter loquendo, in cubiculo, ita delictum penes expulſi commodum reportatum ſe habere videtur: veneror ſolutionem; abſolutè ſemper negabo reportatum commodum à flagitio; in quo philoſophandum eſt: eodem pacto ac cum quis frangendo Jeiunium, v. g. ad quod præcepto aſtringitur manet eo die exemptus à non cænando; caſusque eſt huiuſmodi, die cinerum mane Antonia frangit Jeiunium veſcendo illa cibaria prohibita,quin talia ſint carnes, decurrente die non tenetur ieiunare & ad noctem in cæna, tuta conſcientia abſque novo peccato comedere valet quæcumque cibaria non prohibita in eſu meridiano; quis dicet à peccato mortali fractionis Jeiunii reportare Antoniam commodum ex cæna; quæ collata cum damno animæ in quod incurrit à læthali culpa, non ſolum exoneratio nuncupanda non eſt, verum miſerabilius onus in reatu;ergo abſolutè loquendo quamquam expulſi exonerentur, commoda non reportant; principaliter inſtante infamia & dedecore ab expulſione orto;ad paritatem tranſeat antecedens, nego paritatem conſequentiæ; privilegium enim eximit ab onere cum honore, principaliter ſi remunerativum ſit, aut ſi gratioſum habeatur à benevolentia Principis privilegiantis, at in expulſo exemptio & liberatio ab oneribus eſt pæna culpæ perpetratæ; & privatio maioris boni quo indignus iudicatur ab æquitate iuſtitiæ undè infamatur.

6. Perutilia ad ſacietatem tractat Pellizarius tom. 1. trac. 8. ſect. 2. de expulſis ſeu eiectis quæcumque dubitari valent, à quo in noſtram conſultationem tantummodo ad concertationem vocatur quod num. 34. diſputat. *An Regulares ejecti quandiu vivunt extra Religionem dici poſſint infames, ac irregulares.* Negativam tenet ſententiam; verum probabiliſsimam cenſet affirmativam quam tuentur Miranda tom. 1. manualis Prælatorum quæſt. 52. art. 7. Rodriguez tom. 1. quæſt. regul. quæſt. 30. art. 20. Lezana tom. 1. in ſum. cap. 23. n. 18. unde ſi conſiſteret hæc opinio aſſerens expulſos per ſententiam infames & irregulares, incapaces ab infamia inveniuntur ſucceſsionis in hæreditate, alias eis competenti; à quo ſequeretur Ferdinandum propter infamiam contractam caruiſſe iure ſuccedendi in ordine in quo ſecundam emiſit profeſſionem, impotentem quidem commoditatem capere ab eo quod eiectus per ſententiam fuit: in ſententia ergo affirmativè de infamia, & irregularitate eiectorum interpretandum venit loqui de illis expulſis qui manent in ſæculo, non autem de eis qui quando ejiciuntur, commutantur à Papa vota priora ſolemnia emiſſa in alia emittenda per alteram profeſsionem ſolemnem, alioquin ſummus Pontifex cogeret infamem hominem & irregularem admittendum in ſtatu quem tam perfectum, aliàs, approbat; & videtur mens expreſſa Innocentii IV. in clauſulis quas tranſcribit ab eo Pellizarius num. 26. *Fratres minores quos à generalibus ſeu Provincialibus miniſtris ab ordine pro ſuis culpis & expelli contigerit, vel qui egreſſi fuerint proprio ſuo motu non præſumant prædicare ſeu confeſſiones audire, niſi de licentia ſedis apoſtolicæ aut prædictorum miniſtrorum ad alium tranſierint ordinem.* Ergo ſi de licentia ſedis apoſtolicæ Ferdinandus de Franciſcanis tranſivit ad Patres Trinitarios, quos elegit, (ut liquebat in diplomate Vrbani VIII. num. 6. memorato) nec irregularis, nec infami nec aliquo honore privatus, de his quos obtinere poterat in ſacra ſanctiſsimæ Trinitatis Religione; de prædicto indulto. Innocentii annotat Pellizarius. *Quamvis decretum hoc Innocentii factum ſit in ſpecie pro ſolo Ordine minorum. nihilominus cum ſit favorabile Religioni, licet odioſum quoad Religioſos particulares, probabile eſt illud communicare etiam aliis Religionibus participantibus privilegia fratrum minorum.* Annuo libentiſsimè, & hoc pacto poſtea audivi à fide dignis teſtibus, tam ſine ulla nota Ferdinandum inter Patres Trinitarios vitam egiſſe, ut à paucis annis poſt profeſsionem inter eos, Magiſterii lauream obtinuiſſe, inſimul electum in prælatum localem, exercuiſſe officium in quodam ſuæ Provintiæ Trinitariorum Patrum conventu; nec non adſimiliter plauſu uniformi munus prædicationis exercuiſſe quidquid ergo de aliis expulſis, à iuribus ſpecialibus, quæ unaquæque Religio tenet & obſervat ad pœnam delictorum,propter quæ ejiciuntur, in eventu quem gerimus nihil obſtabat, ut exiſtente valida profeſsione quam emiſit Ferdinandus in ſacro ordine ſanctiſsimæ Trinitatis, ad tollendum ius ſuccedendi à Religione in quoſcumque proventus reſultantes ei ab illo; quin argumentum ſumi poſſit in contrarium ab hoc quia ſcrupulizabat,iterumque petit, non ſemel, regreſſum ad Franciſcanos, motivo quod ipſe cauſam dedit ut expelleretur ab eis; hoc enim ſecundam profeſsionem non annullavit;audivi enim à fide digno teſte oculari virum doctum valde, generalem miniſtrum minorum, audiendo Ferdinandi petitionem noluiſſe aſſenſum dare in regreſſum, & reſpondiſſe nullatenus ſcrupulo vexandum,licet anſam in expulſionem præbuiſſet,nam totum à diplomate Vrbani VIII. ſupletum in dictamen quietandum, ſedandamque conſcientiam;quamquam poſtea tranſactis aliquibus annis alter Miniſter generalis eiuſdem ordinis noviter à Ferdinando inſtatus, aſſenſerit; & dimiſſo ſecundo habitu priorem reaſſumpſit à quo expulſus fuerat; & credam ad id obtentam licentiam ſedis Apoſtolicæ, nam aliter judico non potuiſſe Franciſcanos in regreſſum conceſſiſſe,ab eo quia ſpeciali indulto Papæ ejectus fuit & quaſi nuſquam fuiſſet Minorita manſit.

7. Curioſam indaginem, & pluries practicabilem in puncto tangit Bordonus tom. 2. in priori parte ſuarum variarum reſol. reſolut. 8. num. 63. per ſequentia verba. *An verè nulliter profeſſus ac proinde licentiatus legitimè eo quod cauſam ſuam agitavit, & probavit coram ſuo ſuperiori, & ordinario, ambobus ejuſdem loci ubi reclamans emiſit ſuam profeſſionem, ſi velit reverti teneatur Religio illum recipere, & in receptione quomodo debeat ſe gerere.* Num. 63. (& notetur obſecro quia non ſemel conſultus fui de hoc caſu) reſolvit. *Legitimè dimiſſum ob prædictam cauſam vel quamcumque aliam* (notandus terminus, *legitimè dimiſſum* comprehendens quamcumque dimiſſionem

ordine juris ſervato cum qualibet exceptione excluſa. Gloſſa, & Abbas in caput conſanguinei de re judicata, Seraphinus deciſione 290. num. 2. & deciſione 433. num. 6. *Petentem iterum admitti, non tenetur Religio recipere quamvis poſſit: probatur, quia in hoc caſu æquiparantur ſæcularibus primo petentibus admitti ad Religionem; ſed horum petitionibus abnuere poſſunt cum nullum jus ad rem nec in re habeant; ergo idem dicendum eſt de cupiente regredi, quia per illam ſententiam legitimè datam renuntiavit, & perdidit omnia jura, quæ in Religione poſſidere poterat, cujus amplius filius non eſt, ac ſi numquam fuiſſet in illam ingreſſus.* Ergo quia idem operabatur ſententia expulſionis, licet prima profeſſio valida fuerit, caſſata & annullata manebat, aut ex authoritate apoſtolica delegata Judicibus dignatis ad expetendum, vel ſpeciali ſummi Pontificis, directa in ferdinandum ejiciendum; ergo manſit denudatus omni iure ad rem, & in re prioris Religionis Minoriticæ, & regreſſum petens, iudicandus erat qualiter ſi nuſquam in eo ordine franciſcano profeſſionem validam emiſiſſet; nunc arguo; manſit quaſi ſi nuſquam minorita fuiſſet; ergo religio ſanctiſſimæ Trinitatis manebat cum omni iure ad ſuccedendum in quibuſcumque bonis ad ferdinandum Trinitarium factum pertinentibus, nec in conſcientia poterant cognati, ut ſacer prædictus ordo, illa non lucraverit ſibi: probatur conſequentia: iudicandus erat regreſſum exorans, quaſi ſi nuſquam Franciſcanus fuiſſet, ſed ſi nuſquam fuiſſet franciſcanus, dū profeſſionē validam emiſit inter trinitarios Patres, talis ſacer ordo ſua efficeret prædicta bona, nec auferri ipſa ab ea licitè poterant; ergo neque valebat poſtea id effici: objicies. Azorius tom. 1. inſtit. morali lib. 12. cap. 16. §. nono quæritur in diſcuſionem vocat. *Cui acquirat Monachus è monaſterio, vel Religione ejectus.* Suppoſito quod de iniuſtè eiecto, firmat acquiri Monaſterio capaci hæreditatis, de eiecto ex iuſta ſententia id negat, cum ſic expulſus nec membrum cenſeatur talis familiæ; & derelicta habeatur; idem ſentit Pellizarius ex conſtitutione Gregorii XIII. decernente ad Cameram apoſtolicam pertinere; ergo cum iſta fuerit ſententia qua Ferdinandus ejectus fuit à Franciſcanis, ad Cameram apoſtolicam non ad Patres trinitarios hæreditas capienda erat. Reſpondeo, ipſum azorem poſuiſſe exceptionem, dum non eſt tranſitus Religioſi ejecti ad alterum ordinem; verba ejus ſunt. *Sermo eſt de ejecto, nec aliam Religionem profeſſo, nec ad ullam Eccleſiam electo; talis enim Monachus; vel ſecundo monaſterio, vel cui praeeſt Eccleſia acquirit.* Quoque modo expellatur, incapax eſt in propria perſona ſuccedere, de quo Portel in dubiis regularibus voce *ejicere ab ordine*, numero 4. ergo non loquitur in caſu conſulto. Quinque dubia quoad regreſſum Ferdinandi poſtquam admiſſus fuit iterum inter Franciſcanos, ex relato Bordono inſtant: primum an recipiendæ informationes ſicut ſi numquam fuiſſet, & à ſæculo veniſſet, ſecundum, utrum debeat renovitiare: tertium, an denuò profeſſionem emittere; quartum, utrum antiquitas connumeranda à prima vel ſecunda profeſſione: quintum, an ſtatim acquirat ea omnia jura, quaſi ſi expulſus non eſſet: nihil de his conſultabatur; ſed breviter quid ſentiam dico, affirmando tria prima dubia; & in quarto tenendo antiquitatem commenſurandam à die ſecundæ profesſionis, quia admititur, ut dixerat Bordonus, *quaſi ſi à ſæculo veniſſet:* & ad quintum reſpondeo acquirere jura commenſurata ſecundæ profesſioni non primæ: quapropter ſi in ea ſit ſtatutum quod eligi nequeat in Prælatum localem niſi ab octo vel decem annis poſt profeſſionem, computandi iſti non ſunt à primis illis qui primam indicant profeſſionem, ſed ſecundam.

8. Pro inſtituto (ut decidatur à quo inſtanti ſacra Trinitatiorum religio tuta jam conſcientia nequibat retinere asſignata bona, quæ non ad ipſam pertinebant, niſi ad hæredes ob Ferdinandi regreſſum ad Franciſcanos, & ab eis admiſſum) intereſt examinare, an urgebat regredienti renovitiatio, & nova profesſiò inter Minoritas; nam ſi hæc exigebatur uſquedum peragetetur, Patres Trinitarij in ſuo jure legitimo manebant retinendi hæreditatem, nec tuta conſcientia alii hæredes repetere contra illos quibant, ſi quidem uſque ad profesſionem novitius capax cujuſvis hæreditatis eſt. Etſi meo videri, renoviciare & novam profesſionem emittere teneretur, & uſque tunc expoliandos non fore à proventibus Patres Trinitarios Judicem, argumento quod in regreſſu idem cenſendum, ac ſi à ſæculo veniret; probabilisſimum puto quod citatus Bordonus ea reſolut 3. num. 65. inducit. *Non tenetur renovitiare: probatur tum quia experimentum probationis jam aliàs habuit effectum ex parte utriuſque, tum quia ejectus regreſſus iterum non probatur.* Debile argumentum, ponamus novitium quando eſt in momēto profesſionis faciēdæ poſt annum, & diem, juxta Tridentinum, expoliari habitu, & poſt duos vel tres annos admitti iterum in Religione; vel ſine novitiatu ſtatim profesſionem emittet, vel anno probationis eget; ſi ſecundum quid amplius habet expulſus; primum eſt inveroſimile, nam contrahere potuit poſt ejectionem (ſive oblivione, ſive malitia) plura quæ indigeant documentis, & probationibus talis anni; quo non obſtante; veneror nec condemnabo oppoſitum in quo etiam eſt noſter Emmanuel Rodriguez tom. 1. quæſt. regul. quæſt. 11. art. 29. *Concedimus enim, quod ſi iſte ad aliam ſe transferat Religionem, ibi debet neceſſariò iterum profiteri, non obſtante quod tribus votis eſſentialibus ſemper fuit & remanſit ligatus, nam talis ignorabat aſperitates ſecundæ Religionis, quibus ſe de novo aſtringi neceſſe eſt: at in propoſito cum hic revertatur ad ſuam primam Religionem, hæc ratio ceſſat, cum ſcientia experimentali perceperit ejus aſperitates.* Optima conjectura præcipuè fundata in his quæ Tridentinum ſeſſion. 25. cap. 15. decernit exponens motivum deſignandi annum novitiatus, eo fine ut probetur, antequam onus, aſperitatumque obligationes ſibi imponat experimento, an vires habeat ad eas tolerandas, ne conſtituatur de familia Religioſus; qui incapax in viribus invenitur ſuſtinendi mortificationes reſultantes à Regula & ſtatutis ordinis: fatebor ſcopum in Synodo citata deſignandi novitiatum hunc eſſe; at non eaſdem vires conſervat in regreſſu ac expertæ fuerunt in anteriori novitiatu; quapropter ſemper noviter probari expedire apparet, ineptusque inventus ejici tamquam non capax obſervandæ regulæ, & ſtatutorum; à quo colligo teneri novam profeſſionem emittere, quandoquidem; ſi admitti nequit, ut permaneat, novus exigitur profeſſionis contractus; nec iſtud argumentum tangitur aut ſolvitur à Caramuele, quem refert; & ſequitur Diana ſeptima parte trac. 11. reſol. 25. uterque Doctor ſentiens cum Bordono; nihilominus perſiſto in meo dictamine, in quo me urget ſacræ Congregationis regularium decretum quod ex allegato Pellizario tranſcribo eſtque hujus tenoris. *At poſtremò cenſuit eſſe innovandam & ſua beatitudinis authoritate innovat conſtitutionem felicis recordationis Gregorii IX. relatam in capite finali, extravagante de regularibus; ac preterea declarat eam conſtitutionem in iis quoque vendicare ſibi locum ſervandamque eſſe qui juſtè atque diffinitive ac juris ordine ſervato, expulſi fuerint; dummodo tamē in expulſis hujuſmodi ſubſit ſpes evidens emendationis.* Vnde evidenter ſpes emendationis conſtabit Religioni à qua fuit expulſus ſi renovitiare non tenetur; ergo in dicto decreto videtur

Digitized by Google

exprimi renovitiationem ſaciendam in argumentum correctionis, novamque profeſſionem terminus novæ probationis; nec ſufficit ſi dicatur ſubſequi ad præfata verba decreti. *Ex litteris autem teſtimonialibus ordinarii, cujus conſcientiam in his litteris concedendis, ſacra Congregatio ſeriò onerat.* quaſi dicat correctionis argumentum capiendum à litteris Ordinarii teſtimonialibus, quin indigeat probationis anno; contra quod ſtat arbitrium, *ſaltem*, aliam requirens experientiam de emendatione; nec ſacra Congregatio loquitur de permanentia, niſi de admiſſione ut illicò patebit diſctiminando regreſſum ab altera religione, in qua ſecundam profeſſionem emiſit, ac à ſæculo.

9. Ex Caramuele in regulam ſancti Benedicti diſp. 45. num. 545. reſpondebis, aliud fore ingredi religionem, alterum mutare, & ita Tridentinum interpretatur, *ut quis fiat religioſus debet probari Antiſtitis imperio, ſervare paupertatem & continentiam, & an poſſit alia accidentia præſtare quæ conducunt ad ritus extrinſecos communitatis; talia ſunt jejunia, ſilentium, clauſura, & alia id genus; priora (nempe ſubſtantialia) ſunt difficillima, in ſecunda religione probatio non inſtituitur de re eſſentiali (id eſt de obedientia, paupertate, & caſtitate) ſed ſolum de accidentalibus*, videlicet de jejuniis, ſilentio, clauſura, & aliis hujus generis, moxque addit Caramuel. *Quod autem in illo capite Tridentinum non comprehendat omnes probationes, ſed ſolum quæ fiunt de ſubſtantialibus quando ex ſæculo fit tranſitus ad religionem approbatam; patet quia ſi omnem profesſionem comprehenderet, etiam comprehenderet profesſiones ordinum militarium.* A quo diſeriminare videtur tranſitus Religioſi jam profeſſi ad alteram religionem, ſupponendo abundè hunc probatum in obſervantia votorum eſſentialium, non autem ille qui venit de ſæculo nuſquam probatus in paupertatis obedientiæ & caſtitatis obſervantia, ideoque aſſerere videtur ſuperfluere novitiatum, nam hic non ingreditur religionem, ſed mutat; quod autem inſtruit de ſequelæ abſurdo, ſupponere videtur ordinum militarium profeſſionem ſolemnem non indigere noviciatu, in quo non aſſentiam, tum quia praxis eſt contraria, tum eo quod ſi aliquando in earum aliqua ſine novitiatu profeſſus fuit iſte aut ille, peractum ſentiendum, de licentia Pontificis Romani diſpenſantis novitiatum in eo individuo caſu; quod ſi in aliqua earum eſt conſuetudo pro omnibus à beneplacito apoſtolico cenſendum practicari. De ſuprapoſita ſententia judicium ferens Hieronimus Garcia qui ſcripſit idiomate hiſpanico ait. tom. 1. diſ. 5. dub. 2, num. 4. ſpeculativè probabilitate non carere nullatenus verò in praxim amplectendam docet, innixus declarationi D. D Cardinalium Coucilii Tridentini ſub die 12. Januarii 1619. decernenti quod quoties Patres Trinitarii diſcalceati profeſſi ad ejuſdem ordinis calceatos tranſeunt, uno noviciatus anno probentur, ſin aliter inter calceatos ſecunda profeſſio ſit nulla; ſubinferens revocatum tale privilegium à non uſu: Non adhæreo illi placito de opinione probabili practicè non ſpeculativè, ut latè conſult. 33. num. 8. & deinceps dicis nobis Franciſcanis conceſſum à Leone X. de non renovitiando, ſi de eodem ordine fiat tranſitus, ergo non videtur verum relatum decretum de Trinitariis: hoc privilegium inquiſivi ſedulò, nec inveni; nam cum exiſtens miniſter provincialis de licentia ſuorum Prælatorum, & ſpeciali pontificio decreto, quidam Capucini ad nos obſervantes tranſirent, inclinatus, ut non renovitiarent, nec novam profeſſionem emitterent indultum ſolertiſſimè curavi videre, nec attigi; ideo renovitiate feci, integroque anno tranſacto novam profeſſionem emiſerunt, quamquam regula non altera ſit, nec diſcrepet iota in un aut altera religione minoritica: non audeo in prax improbabilem cenſere Caramuelis mentem, ad [illegible]n non amplectendam inconveniens me movet, ſolutionem non pertingens (quam facillimè præbebit acumen ſancti Doctoris.) Argumentor ita; ratio ob quam dicitur quod non comprehendit decretum Tridentini ad Novitiatum peragendum à tranſeunte profeſſo de una in alteram religionem ſtat in hoc, quia quoad eſſentialia tantummodo intendit ſacra Synodus faciendam probationem, non autem quoad accidentalia, & cum jam ſupponatur in illis probatus tranſiens per novitiatum peractum in prima religione non indigeret alio; ſed ſi hæc ſubſiſteret ratio daretur caſus in quo poſſet quis profeſſionem emittere ſtatim ac petit habitum in altera religione diſtincta; ergo cum id impracticabile ſit, Tridentini intentum videtur eſſe quoquo modo fiat, ſive per tranſitum, ſive per regreſſum, præcedere debere novitiatum in anno integro antequam de familia talis ordinis, aut ad quam regreditur, vel in quam tranſit profeſſus habeatur.

10. Pro minori fundanda ſuppono religionem ſacram præmonſtratenſem, regulam ſancti Auguſtini acceptam divinitùs per viſum ab eodem ſancto Doctore, inſtitutam à ſancto Norberto, Eandemque regulam obſervare, & Prædicatorum, & Mercenariorum ſacri & præclari ordines; ponamus caſum quotidie poſſibilem; juvenem habitum petere præmonſtratenſem, & exiſtendo per duodecim menſes approbatum à comunitate, caſualiter à malitia Magiſtri novitiorum eo expoliari & ejici, quam malitiam plenariè probat expulſus, & teſtimonio autentico Præmonſtratenſium de morum probitate, & inſtantium ut iteraret ſe venire ad eos, nollet, niſi inter Patres Mercenarios, vel Dominicanos vitam ſuam componere per religioſam ſolemnem profeſſionem; egetne hic novitiatu, quis negabit? nam licet approbatus præceſſerit inter Præmonſtratenſes, neutiquam cenſetur approbatus ad ejuſdem regulæ obſervantiam, conſonè ad concilium à Dominicanis, vel Mercenariis; ergo ſignum eſt ultra requirere ſanctam Synodum extra ſuſtinentiam mortificationum & aſperitatum, novam ſcilicet communitatis approbationem in qua duraturus eſt qui tranſitum facit, ſive primo adveniat, ſive regrediatur; & cum revocanda aut commutanda ſint in tranſitu, ſeu regreſſu priora vota ſolemniter emiſſa, indubitatum videtur neceſſarium præcedere novitiarum, poſt quem ſecunda in manibus Prælati peragenda profeſſio; quo pacto Bordonus tom. 2. in priori parte ſuar. reſol. variar. reſol. 3. num. 66. ponit. *Certum eſt revertentem teneri emittere de novo profeſſionem ſolemniter, ac ſi eſſet primo novitius quia prior fuit nulla & per receſſum legitimum omnino evanuit, ſi quem poterat habere effectum, Selius citandus (in ſelectis canonum cap. 17. num. 3.) hæc autem profesſio dici nullatenus poteſt ratificatio prioris antiquæ, quia illa ita extincta fuit, & abolita omnino, ut ratiſicatio dari non poſſit quæ ſolum refertur ad actum nullum, nondum validè derelictum.* Non adhæreo cauſali, alioqui nulla daretur ratificatio profeſſionis validæ; & quotidie fit cum ingenti merito ratificantis; annuo vero doctrinæ de extincta priori profeſſione, neque hujus ſecundam, ratificationem fore, à quo urgeo, nulla nova profeſſio, quæ ratificatio non ſit, perfici poteſt, niſi præcedente novitiatus anno; ſed in regreſſu nova profeſſio, non eſt per ſe ratificatio prioris; ergo exigit novitiatus annum; nec curo de inconſequentia hujus authoris per deciſionem quinque dubiorum, quæ ab eo retulimus num. 7. nec urget quod non indigeat probationis, ſeu novitiatus anno quiſquis ob de-

Digitized by Google

fectum ætatis uel ex metu cadente in virum conſtantem nullam ſeu invalidam fecit profeſſionem, & tranſacto tempore eam validare intendit manens perpetuo in religione; aiente Portel tom. 2. in reſponſionibus moralibus caſu 78. num. 3. *Si Novitius, aliàs habilis quoad ætatem & annum integrum noviciatus, & ſic de cæteris, profeſſionem emittat exterius, ſed interius non conſenſit neque habuit animum profitendi, talis profeſſio fuit nulla ut patuit; at ut talis profeſſio poſtea ratificetur, ſufficit internus conſenſus ipſius Profeſſi, quo conſentiat, & approbet profeſſionem, nec requiritur novus conſenſus Religionis, quia iſta jam conſenſit in perſonam, alias habilem, nec conſenſum revocavit*; ergo cum Religio prior ad quam regreditur jam conſenſerit cum admiſit regredientem, ſuperfluit noviciatus annus in regreſſu. Portelis clauſulam negativam annota. *Nec conſenſum revocavit* æqua diſparitas, religio unde receſſit, conſenſum revocat, beneplacitum dans in tranſitum ad alteram religionem; ergo exigitur novus conſenſus; ſingulariter, quia in regreſſu nova emittitur profeſſio, non autem ratificatio prioris, inde fore diverſum de illo qui ratificans nullam quam peregit profeſſionem; aut ex defectu ætatis vel alterà cauſâ; concedo hunc non indigere novitiatu, quia iſte nihil novum facit, ſed ratificat nullitates, eaſque ſuplet quæ præceſſerunt; at conſenſus Religionis nuſquam ei revocatus fuit ſicut illi; qui in alterum tranſit ordinem, & ad priorem, regreditur; Tridentina enim ſacra Synodus nullam expreſſionem fecit ſtabiliens probationis annum de ratificatione profeſſionis niſi de profesſione abſolutè loquens, quæ ſit tranſitus de uno ſtatu in alium diſtinctum.

11. Altero in eventu poterat inveniri alia paritas (non prætereunda) contra me; aliquando cuidam Novitio nobili in mortis periculo conſtituto ante completum Novitiatus annum de meo Concilio profeſſio ſolemnis data eſt interventu magnatum cognatorum illius; ipſe petivit ferè moribundus profeſſionem impendi, ſicut & Prælatus exiſtens, dedi in ſolamen & profectum animæ eius; convaluit; & firmans ſe tunc intentionem profitendi habuiſſe, tranſactis Octomenſibus à die emiſſæ profeſſionis in languore periculoſo, dum ad anni Novitiatus completionem non ſuppeterent niſi octo dies, ſe Religioſum fore nolle declaravit, & dimittere habitum velle; in conſilium vocatur communitas, majorque eius pars non ſubſiſtere ante actam profeſſionem decernit, reſiſtentente minori parte, quæ dictamen deponens ſubſcrivit, & habitum dimittit in ſua libertate relictus qui infirmus moribundus tunc ſuo perfecto judicio & libertate profeſſionem fecit ſolemnem. Tunc ſic: minoris efficaciæ eſt ſecunda profeſſio collata cum prima emiſſa in mortis articulo quam ſecunda profeſſio facta à regrediente in eandem Religionem, à qua exivit in alteram, & tandem revertitur; ſed illa ſubſiſtit, ſi Novitius velit, ergo hæc ſubſiſtet; quia interrupta non revocata; ſed ſubſiſtente profeſſione valida, otioſus eſt Novitiatus annus, ergo regrediens non indiget peragere Novitiatum. Tot tangit hæc replica, ut opporteat explicare in occurſum omnibus qualiter licet in mortis articulo ante completum Novitiatum ad profeſſionem admitti moribundum. Acazius March. de Velaſco tom. 2. lit. n. voce *Novicios* reſol. 287. & ex noſtris Manuel Rodriguez to. 2. quæſt. regul. quæſt. 15. art. 6. & Villalobos tom. 2. tract. 35. difficult. 15. num. 11. recenſent Pium V. Monialibus Dominicanis indultum conceſſiſſe ut non completo Novitiatus anno in articulo mortis poſſint profeſſionẽ emittere ſi in ætate 16. annorum inveniantur cujus rationem ait March quia Pius V. eo privilegio, diſpenſat tridentinum decernens annum integrum pro Noviciatu, itaut ſi ante completum per inſtans profiteatur, id fiat nulliter, in hac lege diſpenſavit Pius V. peculiari privilegio conceſſo Monialibus ordinis Prædicatorum, & participatione alij Religioſi ſuffragantur, & gaudent illo in eodem ordine: Dominicanus ad ſuos reſtringit; Jeſuita vero uti ipſo poſſe affirmat quoſcumque Novitios Cujuſvis Religionis in mortis periculo conſtitutos, de quo peritè Pelizarius tom. 1, in ſuo manuali regularium tract. 2. cap. 7. num. 58. remittens ſe ad tractatum 3. de profeſſione Religioſa cap. 2. num. 2. ut verbis Bullæ loquamur hæc ſunt formalia quæ referuntur apud Roderici Bullarium conſtitutione huius Pontificis II. quæ incipit. *Ad perpetuam rei memoriam* ſub datis 23. Auguſti 1570. conceſſio facta ad petitionem Novitiarum ordinis Prædicatorum. *Quoniam aliquando accidit quod illa durante tempore probationis illarum ad emittendum profeſſionem regularem, & ante illius emiſſionem ab hac vita migrant, & in dicto ordine tempore probationis, obſtantibus conſtitutionibus, ſive ſtatutis, ordinationibus dicti ordinis, non valentes dictam profeſſionem emittere, carent cæleſti merito, quo ex dono & benignitate ſedis Apoſtolicæ, cæteræ dicti ordinis Moniales profeſſæ in dicta profeſſione, & regula decedentes gaudent; quare nobis nominaliter ſupplicare fecerunt, ut ſibi in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur: Nos igitur (qui ſalutem animarum dictarum Monialium Novitiarum ſive ante profeſſionis emiſſionem, & durante tempore probationis earundem, ſincero deſideramus effectu) ipſaſque Moniales & earum novitias.* Ponit deinde clauſulas de more pænes abſolutionem à cenſuris; quibus ſolet benignitas Apoſtolica uti in privilegiis.

12. Atque hujuſmodi tenore conceſſionem facit, quam participamus quicumque regulares per aſſerta à Pellizario allegato, & expreſſiùs dilucidiùſque à Tamburino de jure Abbatiſſarum *diſp. 6. quæſt. 6.* num. 14. ſcribente *Sicut Moniales privilegiis fratribus conceſſis fruuntur, cum proportione, quia quando conceditur privilegium viris cenſetur etiam conceſſum fæminis ab illis dependentibus, ſi illius ſint capaces, ita Novitij debent gaudere privilegiis Monialibus conceſſis in eadem proportione dummodo participent in privilegiis mendicantium:* Igitur conceſſio ſanctiſſimi Pii V. per ſua formalia verba, eſt hujuſmodi, *Supplicationibus inclinati eiſdem Monialibus novitiis nunc & pro tempore exiſtentibus & earum ſingulis, ut quando & quoties aliqua ex eis nondum profeſſa de alicujus Medici conſilio de hoc ſæculo tranſitura conſpicitur, ipſa pro conſolatione animæ ſuæ profeſſionem prædictam ante tempus requiſitum, (quatenus tamen in ætate legitima conſtituta ſit) ad illam emittendam in manibus Abbatiſſæ ſeu Priorissæ, vel alterius ſuperioris Novitiarum ipſius Monaſterii ſeu domus, ita tamen quod ipſæ Moniales Novitiæ ſic decedentes indulgentias, & alias gratias quas Moniales verè profeſſæ conſequuntur conſequi poſſint, emittere in articulo mortis liberè & licitè valeant: nec non eiſdem Monialibus Novitiis, ita tunc profeſſis decedentibus plenariam peccatorum ſuorum indulgentiam, & Remiſſionem, in forma jubilæi miſericorditer in Domino, authoritate & tenore elargimur.* Quod diploma quia frequenter eo uti contingere poteſt, præter allegatum Bullarium Roderici, illud tranſcribens, invenietur apud Cherebuni Romanum Bullarium; & nuper ultimo typis datum anno 1672. tom. 2. conſtitutione hujus Pontificis 109. pag. mihi 137. col. 1. ſub hoc initium *ſummi Sacerdotis cura.* 23. Auguſti 1570. antequam proferam meum dictamen penes ſolutionem argumenti in oppoſitum propoſiti, advertere oportet quod Pellizarius eo tractatu cap. 2. num. 7.

Digitized by Google

de hoc Pii V. privilegio annotat. *durare non obſtante conſtitutione Gregorij XIII. in tanta, qua revocavit ea qua Pius V. concesſerat contra Tridentinum Concilium inter qua comprehenditur etiam iſta conceſsio, ſi quidem Gregorius revocavit ſolum ea qua contra dictum Concilium conceſſa erant circa ſtatum, ac regimen Monialium, & quidem quoad caſus communes, non autem quoad caſus particulares, qualis eſt iſte, cum mens legiſlatoris ſit ſemper providere, iis qua communiter accidunt.* Et Tamburiuus ea quæſt. 6. num. 5. addit. *Gregorius revocavit ea tantum qua conceſsit Pius V. ſuper ſtatum & regimen Monialium, non autem ſuper profeſsionem in articulo mortis emittendam, quia hoc non ad ſtatum, & regimen Monialium pertinet.* Id de indulto juge valido.

13. Nunc meum proferam dictamen, ſalvo meliori judicio aſſerendo talem profeſſionem in articulo mortis fore conditionalem, neutiquam abſolutam; ſicque dum convalet emittens eam teneri de novo profiteri poſt completum noviciatus annum, nam morte non ſequuta profeſſus non eſt: duas perpendo clauſulas ad me roborandum in prædicta Bulla Pii V. una eſt, cum Papa declarat Novitias tunc frui gratiis; *Non aliter ac Moniales verè Profeſſæ*; ergo ſentit quod ſi non moriantur, profeſſæ non cenſendæ; altera clauſula: *Nec non eisdem Monialibus Novitiis, ita tunc profeſſis.* Quid, *ita tunc* in jure, *ly ita*, inducit modum & formam determinatum, non quomodocumque ſi referatur ad *tunc* niſi cum certis qualitatibus & conditionibus: videndi Stephanus Gratianus tom. 3. in diſceptationibus Forenſibus cap. 575. num. 34. & Octavianus Vulpelenſis de propos. & adver. ſignif. ſub dictione *itaque* fol. Mihi. 54. ly. tunc, idem ac eo caſu Tuſchus tom. 2. pract. concluſ. lit. D. concluſ. 390. num. 17. quam vocem communiter vocant Iuriſtæ reſtrictivam; Rebuffus Comment. ad legem mulieris appellatione S. deſinere ff. de verborum ſignificatione, Menochius Conſilio 117. num. 6. ergo aſſerente Pontifice, *ita tunc*, idem eſt ac reſtringere profeſſionem illam in mortis articulo ut non ſortiatur effectum non ſubſecuta pro eo inſtanti tranſire in abſolutam & validam, itaut per unum temporis inſtans, ſolummodo dici queat, nominari & conſtitui verus Religioſus, ſin alter eventus fuerit nullum effectum ſortiri: quin urgeat quo modo profeſſio poſſit conſtitui valida in conditione de futuro; tranſeat id de jure non poſſe fieri, de privilegio Apoſtolico non negandum poſſibile, & ſic ſit laudabile: pro clauſulis arguo, ejuſdem tenoris videtur cenſenda talis Novitiæ moribundæ profeſſio ac lucratio indulgentiarum, & gratiarum quas illo indulto conceſſit SS. D.Pius V. ſed iſtud eſt conditionatum & non ſubſequuta morte effectu caret; ergo ſimiliter & profeſſio illa: ad argumentum jam amplector totam Doctrinam de viridi obſervantia diplomatis Pii V. nec revocati à Gregorio XIII. tranſeat maior, nego minorem; ſic ille juvenis interpoſitus in caſu argumenti profeſſione facta in mortis articulo propter non ſubſequutam mortem, nullum tenuit effectum, & ita in ſuam liberam optionem ſemper manſit, quare potuit in reſtanti novitiatu reſtitutus ſaluti, ſpoliari ab habitu & habitum dimittere; quia privilegium non operabatur in illo abſolutam profeſſionem, ſed conditionatam, & conditio, quæ erat mors, ſubſequuta non fuit: ergo ad conſultationem ſub epilogo dicam de Ferdinando regreſſo de ſacra Trinitariorum Religione ad minoritas nullatenus in conſcientia potuiſſe durante Novitiatus anno facto in regreſſu, petere proventus, quæ iure ſucceſſionis ad Religionem capacem hæreditatis pertinebant, & in inſtanti quo profeſſionem regrediendo emiſit, tunc ceſſavit ius ordinis ſanctiſſimæ Trinitatis; deciſio procedit iuxta opinionem probabilem de renovitiando & nova profeſſione emittenda; in oppoſita ſententia quæ improbabilis non eſt, de non renovitiando, ceſſavit jus ab inſtanti in quo ad primam religionem, quam dimiſit, reſtitutus fuit; quædam replica ex ſequenti conſultatione ſolvetur.

CONSULTATIO XXIII.

De Religioſo profeſſo Minori, ex ſecunda profeſſione Minimo penes hæreditatem.

ALphonſus intuitu cauſarum, quas propoſuit, tum apud ſuos Prælatos, tum in ſacra Curia Romana beneplacitum de illis, & à ſummo Pontifice indultum obtinuit, ut de Franciſcanis ex prima profeſſione, in Franciſcanos per ſecundam tranſiret, & minor in illa, Minimus conſtitueretur per iſtam, cumque Franciſcani Minores, eo ipſo quia minores incapaces ſimus cuiuſuis ſucceſſionis, aut per teſtamentum, vel ab inſtituto, ſive aliàs, quoquo modo ſpectetur, neutiquam Franciſcani Minimi, contigit, ut nullus ſuperviveret (niſi qui religionem Mutaverat) ad quandam copioſam hæreditatem, de qua vinculi inſtitutor decreverat ut deficientibus hæredibus de ſua cognatione ſex Capellaniæ inſtituerentur in quadam Eccleſia, vocata Virginis Mariæ pauperum, ſeu de pietate, & unuſquiſque Capellanus de proventu annuo, trecenta caperet ducata, cum onere recitandi quotidie officium parvum Deiparæ, canendi ſimiliter unum anniverſarium defunctorum; vel eius vice Miſſam de ea feſtivitate occurrente talidie (dum à rubrica vel alias impediebatur, aut votiva, vel de requiem Miſſa) Patres Minimi prætendebant nondum contigiſſe fundationis Capellaniarum caſum, uſque poſt mortem naturalem Religioſi, qui ad ipſos acceſſit, & profeſſionem emiſit validam, teſtamentarii fundationis patroni, & alii prædictæ Eccleſiæ Clerici è contra intendebant perveniſſe caſum, quia ex prima profeſsione minoritica, incapax redditus fuit Alphonſus aut in ſeipſo, vel ad alium reſultare per eum ulla hæreditas: quid de conſcientia procedebat conſuluerunt.

Digitized by Google

SUMMARIUM.

A Tenore profeſſionis jus renunciatur in communi etiam ſucceſſionis, n. 1.
Quid ſecum tulit jure Monialis delata per ſecundam profeſſionem in alio Monaſterio, n. 1.
Tiraquellus de eventu, n. 1.
De Religioſo facto Epiſcopo panes ſucceſſionem in hæreditatem, n. 1.
Inquiſita quatuor de tranſitu Religioſi in alterum ordinem, n. 1.
Filiatio Religioſorum in conventu ſeu provincia n. 1.
Spolium uſui Franciſcanorum conceſſum quis diſtribuit, n. 1.
Certam ſedem non habens Religioſus, cui incumbit diſponere de eius ſpolio n. 1.
Satutum, & conſuetudo in quaque Religione de ſpoliis, n. 1.
Significatio adverbii, niſi, *n. 1.*
Diſtinctio Religioſi à teſtatore in diſtribuendis bonis, num. 1.
Tribus modis contingit tranſitus in aliam Religionem, num. 2.
Damnum ex delicto an reſultet contra Religionem, n. 2.
Quid jus in re, aut jus ad rem n. 2.
Exemplificatur Doctrina de hoc vtroque jure, n. 4.
Tranſitus de uno in alium ordinem biſariam evenire quit. n. 2.
Patrimonialia bona, & labore acquiſita à Religioſo facto Epiſcopo ad ordinem de quo aſſumptus eſt, pertinent, n. 2.
Vſus facti in Religioſo de quibuſcumque bonis n. 2.
Bona in ſpe, & bona in facto, quæ. n. 3.
Non idem judicium de ſpe, aut jure ſuccedendi n. 3.
Ius quæſitum, aut quærendum in quo formaliter conſiſtit, n. 3.
Quid re aſſumit Franciſcanus de iis ad quæ antea incapax erat, factus Epiſcopus, n. 3.
Ius unde reintegratur in aliàs incapace, n. 3.
Explicata regula juris de non regreſſu ad jus ceſſú, n. 3.
In præjuditium tertii non datur regreſſus, n. 3.
Non tranſmittitur ad hæredes in ultimis voluntatibus ſpes, n. 3.
Conditio adimplenda pro adimpleta, quando, n. 3.
Religioſus tranſiens de ordine capaci ad incapacem, num. 4.
Eventus de mercenario facto Franciſcano, n. 4.
Reaſſumptio juris deperditi, n. 4.
A voluntate teſtatoris ſumendum fixum dictamen, num. 4.
In opere pio interpretanda mens teſtatoris, n. 4.
Majus bonum nuſquam à minore bono præjudicatur, num. 4.
Diſtinctio notanda in hæreditatis ſucceſſione, n. 5.
Succedens vi teſtamenti, habilis debet eſſe tempore quo teſtamentum conditur, n. 5.
Incapax nullum tenet titulum ſuccedendi, n. 5.
Ab inteſtato non ſuccedit niſi neceſſarius hæres, n. 5.
Religioſus Epiſcopus à voto paupertatis abſolvitur, n. 7.
Exemplum Doctrinæ declarativum, n. 5.
Advertendum in argumentum quando quis hæres, n. 5.
Non tenemur majus bonum proſpicere, nec utilius, n. 5.
Teſtatores non omnia diſponunt perfectiora, n. 5.
Caſus de minorita facto Cartuſiano, n. 6.
Diſtinctum jus ſuſpenſum, à compoſito vel eradicato, num. 6.
Quibus noſcitur jus conſopiri, vel ſuſpendi, n. 6.
Conditio, ſi manet in ſæculo, *ad ſucceſſionem explicata, & verificata, n. 6.*
Tria inſpicienda tempora in hæreditatem capiendam, num. 6.
Quædam conditio tacita in profeſſione, n. 6.
Iuriſprudentia utitur Metaphiſicis præciſionibus, n. 8.
Seneca vindicatus à calumnia, & valdè venerator juriſprudentiæ, n. 6.
Obſervanda Philoſophia conſona juri, n. 6.
Non repugnantia diſtinguitur à potentia, n. 6.
Objectio, & ſolutio notanda, n. 7.
Negans per ſe nota, errat, non opinatur, n. 7.
Penes jurium intelligentiam, non circa jus ſunt opiniones, n. 7.
Diſcrimen procedendi in his quæ pendent à jure, vel à facto, n. 7.
Ius clarum non indiget Doctoribus, n. 7.
Ad repugnantiam, vel illius conducentiam eis opus eſt, n. 7.
Non ſufficit non repugnantia ad juris ſucceſſionem, n. 7.
Cur dos Monialis remanet in primo Conventu, ſi in aliud tranſit, n. 7
De dote Religioſæ in invalida profeſſione quid, n. 8.
Contractus in profeſsione novi Monaſterij Monialium dictarum conceptionis de las cuebas, n. 8.
Paritas de matrimonio carnali ad profeſsionem, n. 8.
Inſufficiens ſolutio Tamburini, n. 8.
Dos in matrimonio carnali, & ſpirituali ut quid, n. 8.
Inſtatur contra Tamburinum ex diſparitate de matrimonio carnali, à ſpirituali, n. 9.
Conſuetudo, & præſcriptio obſervanda, n. 9.
Maritus uſufructuarius ſponſæ dotis, n. 9.
Non tenetur Monaſterium extra ipſum alimentare Monialem, n. 9.
De validè profeſſo, & tranſlato, mens Portel, n. 10.
Pares ſervi & Monachi in quo, n. 10.
Religio paupertatis voluntaria celatrix, n. 10.
Bulla de largitione munerum, non novum jus, n. 11.
Duo oppoſita contra hæredes Religioſos, n. 11.
Quæ maxima conſiderationis in conſuetudine, n. 11.
Præſcriptio quando non indiget probari, n. 11.
Diſsidium Bartoli, & Baldi penes Franciſcanos, compoſitum, n. 12.
Conditio conventus comprehendit eius Eccleſiam num. 12.
Sanctus Bonaventura circa legata relicta Minoritis, n. 12.
Modus obtinendi illa ab iſtis, n. 12.
Etſi perpetuum relinquatur Franciſcanis legatum, nuſquam ſub eorum Dominio eſt, niſi in uſum ſimplicem facti, n. 12.
Caſtro Palao doctrina undique obſervanda, n. 12.
Succeſsio Conventus capacis jure ſtabilitur, n. 12.
Quid non cadit in poteſtate Religioſi profeſsi, n. 12.

1. LIcet eadem non ſit difficultas, quæ in præſenti eventu moveri quibat, quando tranſitus eſt de una religione ad aliam, utraque capace Dominii, & proprietatis bonorum, dum in profeſſione jus non renunciatur, qualiter à Seraphica in qua ab hoc quod nec in communi nec in particulari capax eſt ſuccedendi, ipſa profeſſio eſt juris renunciatio in communi; at plurimum conducet in deciſionem illud, examinare; nullum jus excitare valebat aut moveri lis ex termino à quo, in quo ordine ſi perſeveras &

Digitized by Google

Alphonſus, caſus Capellaniarum eveniebat ; ea propter quid quoad terminum ad quem exenterandum ; & quamquam à conſultatione 22. immediatè præterita facilis appareat in hac reſolutio, addere, quæ reſtarunt in ea, libuit ; ergo in explicandis terminis prius de tranſitu unius religionis ad aliam, ambæ proprium in communi tenentes, individuans punctum in fœminarum Monaſteriis Tamburinus de jure Abbatiſſarum diſp. 21. quæſito 7. ſequentem titulum movet, (& placebit nam his annis frequens fuit de hac re diſcuſſio) *utrum Monialis ad aliud Monaſterium delata feret ſecum dotem, hæreditatem, omniaque bona quæ priori contulit Monaſterio*: non nova iſta concertatio jam Tiraquelli tempore diſputabatur, ſi quidem de retract. lig. § 1. gloſſ. 9. num. 103. hic Iuriſconſultus à Federico de Senis conſil.26. controverſum recenſet: utrum hæreditas ſeu fidei commiſſum pertineat ad Conventum in quo quis emiſit profeſſionem, ſi talis Religioſus de poteſtate ſummi Pontificis tranſit ad alteram Religionem, aut fiat Epiſcopus ; quia tamen tranſitus, utraque practica inſpectus, & attento termino à quo, & ad quem, varias tenet contingentias, Bonacina tom. 1. quæſt. 2. de clauſ. & pœnis violantibus, punct. 3. §. 4. diff. 2. ad ad limen eius gradatim docet procedendum per quatuor inquiſita: *primo ad quem pertineant bona Religioſi tranſeuntis ab uno Monaſterio ad aliud eiuſdem Religionis*; loqui debet de eis ordinibus ubi eſt filiatio propria in eo Conventu in quo profeſſionem emittunt, qualiter contingit in Monachabus, & aliquibus Mendicantibus ; in eis autem ubi Monaſterij non eſt filiatio iſta, eadem arguitur in provincia ſub cujus domicilio eſt: penes obſervantiæ & Capucinorum Franciſcanos nulla eſt difficultas, quia in illis talis obſervatur paupertas ut ſpolia non teneant, nec in communi aliquod jus acquiri valeant, & ideo de libris, vel indumentis, Prælatus nomine Pontificis diſponit, prout ſibi placet ; quoad Religiones, in quibus de communi Dominium ineſt ſtabilit Bonacina num. 1. *quando Religioſus certam ſedem non habet, ſed ad nutum ſuperioris amovetur, & tranſmittitur ab uno monaſterio ad aliud ejuſdem Religionis, cujus unum eſt caput, id eſt generalis, vel Provincialis, bona ab hujuſmodi Religioſo acquiſita jure communi pertinent ad totum ordinem, ſeu Religionem, & ad generalem pertinet illa applicare, cui velit Monaſterio, niſi aliud ferat conſuetudo vel ſtatuta Religionis*: ferè non eſt Religio in qua, aut à conſuedine, vel à ſtatutis id non decretetur ; cumque uniformia ſtatuta non ſint, & unaquæque Religio ſua teneat peculiaria, nec inæquè conſuetudines illo adverbio, *niſi* (quod de ſua natura eſt exceptivum, ſignificans oppoſitum antecedentium cui adverſatur ut latè Cenedo poſt librum practicarum, & Canonicarum quæſtionum ſing. 23. num. 2. & Octavianus Vulpelenſis de propoſ. & adver. ſignif. ſub dictione *niſi v.* regulariter fol. mihi 65.) nequit fixa regula pro cunctis deſignari ; ideo jus commune ſi talia ſtatuta non ſint, aut conſuetudines, obſervandum eſt, itaut velut de illo procedit, ad generalem, vel Provincialem diſtributio pertinebit, prout ipſi libuerit participes poteſt efficere Conventus, ſecundum magis & minus, aut per partes æquales, ſeu ſecundum neceſſitatem eorum, expectata charitate in ſubveniendos pauperiores, ſecundum quod prudentiali directione comperiat id operandum ; nam in eo ſe gerere debet aliter ac teſtator, qui de ſuis propriis in filios diſponit ; huic enim libera eſt optio, Prælato vero regulari non ita facultativa, quia ille de ſuis diſponit, iſte vero de eis quæ ſua non ſunt, & per fidei commiſſum contingunt ipſi in diſtributionem, & partitionem.

2. Caſum ſecundum deſignans Bonacina ſub disjunctione tria alia inquiſita complectitur, proferens : *dum tranſit de una Religione bonorum capaci, vel incapaci ad aliam etiam capacem, vel incapacem.* v.g. in primo ſi tranſitus fit à Carmelitanis ad Auguſtinianos, utraque capax ; de ſecundo, de Capucinis ad obſervantes Franciſcanos aut è contra ; ambæ Religiones incapaces ; & annuendo cuidam exceptioni advertendæ in tranſitu, eo quod iſte contingere poteſt varijs modis, aut cogente Papa, vel ordinario Apoſtolico tenente facultatem licentiandi, intuitu pænitentiandi tranſeuntem aſtringendo ut admittatur in ſecunda Religione ad alteram profeſſionem; vel nutu, & beneplacito interveniente inter ambas Religiones ad tranſitum de conſenſu Apoſtolico; primo modo, uterque ordo exiſtans capax, videtur quæcumque eveniebant jure primæ profeſſionis conſervari ; ſi quidem exoneratio à delinquente Religioſo non ſtetit per Religionem, & peccatum delinquentis neutiquam in damnum inculpabilis Religionis reſultare debet ; quo pacto audivi in quadam curia ſententiatum ad favorem cujuſdam Monaſterij Monialium in quo profeſſa fuerat nobilis fæmina, & Apoſtaſiam committens, à Papa Vrbano VIII. obtentum beneplacitum ut ciſtercienſis facta emitteret ſecundam profeſſionem cumque de bonis quæ ipſi attinebant, eveniret caſus, poſtquam pænitentiæ tempus completum fuit, de hæreditate, & dote, diſpoſita, ad favorem primi Monaſterij (quod de tertio ordine de pænitentia eſt in vera & propriè dicta Religione) ſententiatum fuit ; pro quo fundamento conſidero diſtinctionem juriſtarum de jure ad rem, aut de jure in re (qui termini tam noti ſunt, ut ſuperfluum videatur addere ultra hos quod eſt explicare, quid jus ad rem, & ſtat in hoc quod titulum quis teneat utendi ex Dominio ſeu facultate, aliqua re ſine uſu ; jus in re conſiſtit in uſu, & poſſeſſione à titulo legitimo) vel enim contingit jus Religionis ad hæreditatem ante ſecundam profeſſionem, facta jam prima in Religione capaci, ut poſt emiſſam talem ſecundam profeſſionem ; idem dicendum quando tranſitus eſt de ordine incapaci, ut de Capucinis vel obſervantibus ad Dominicanos, dum titulus non contingit. Poſt ſecundam profeſſionem, & venit durante prima, ſecum non defert talem hæreditatem ; idem ſi terminus à quo ſit ordinis incapacis : me exemplifico. Bernardus fit Minorita, & tunc obveniret ei, demus, hæreditatem, ſi eſſet Dominicanus, ad hos poſtea tranſiens, ſecum non defert titulum qui evenit quando erat incapax ; & hac ratione Mercenarius dum Mercenarius eſt ſuccedens in titulo ad hæreditatem, ſi Auguſtinianus fiat ex ſecunda profeſſione defert ſecum ad Auguſtinianos titulum quod mercenarij tenebant. Azor tom. 1. inſtit. moral. lib. 12. cap. 15. §. tertio quæritur, poſtquam in indaginem vocat, hic diſputatum, & ex Hoſtienſi diſtinguit tranſitum factum, aut ſine legitima licentia, vel de iſta obtenta ; primo modo aſſerit ad prius Monaſterium pertinere ; ſecundo vero ad poſterius ; §. mihi prima ex capite ſtatutum 18. quæſt. 1. ſe declarat, per bona Religioſi in Epiſcopatum aſſumpti, & ſine ulla hæſitatione in practicam proffert attinere ad Religionem de qua aſſumptus eſt quæcumque ad illum aliàs pertinebant & ſcribit, *Nec eſt cur Panormitanus dicat intelligi de bonis non quidem Patrimonialibus, ſed induſtria, arte, vel labore Monachi comparatis, nam ibi caput nihil in hac re diſtinguit.* Optima quidem ratione, illud enim caput *ſtatutum* loquitur generaliter de omnibus bonis cujus uſum habet Religioſus factus Epiſcopus ; & quod facienda non ſit diſtinctio in bonis Patrimonialibus, ac in eis quæ labore ſuo comparat ; v.g. quia conciones quadrageſimales tenuit, & centum ducata, vel ducenta acquiſivit ; & arguo ita ; eodem pacto quo ſo-

lum uſum facti tenet de illis bonis quæ acquirit ſuo labore & induſtria, non aliter tantummodo facti uſum tenet penes patrimonialia retento (dum permanet Religioſus) dominio in communitate; ſed bona quæ acquiſivit ſuo labore, ideo quia ſolum uſum facti tenet, permanēt in religione; ergo quia non aliter præter facti uſum ad eum attinent, patrimonialia in religione etiam debent permanere; à qua paritate convincitur Religioſum tranſeuntem de religione capaci ad capacem, nullatenus ſua bona deferre debere, & ita permanſura tanquam pertinentia ad religionem ubi primam emiſit profeſſionem, acquiſita quidem non acquirenda.

3. Aſt cum alia ſint bona quæ in ſpe contingere poſſunt Religioſo, aut facto Epiſcopo, vel tranſeunte in alteram Religionem capacem ſucceſſionis in qua noviter profitetur, ſolutioque caſus conſulti ſtet in talibus bonis ad robur meæ deciſionis utar verbis Azorii; inquit: *Nec idem eſt juditium de ſpe & jure ſuccedendi, quod de bonis antea jam partis, nam ſpes & jus ſuccedendi perſonam comitatur, & ſequitur, cum non ſit monaſterio priori acquiſitum, & proinde Religioſus ſe ex primo ad ſecundum monaſterium recipiens, jus quod habet in bonis paternis, ad illud quoque transfert, non autem bona quæ erant priori monaſterio quæſita*: penetrabitur doctrina diſtinguendo diſcrimen Juriſtarum de bonis ad quæ jus quæſitum, vel jus quærendum quis tenet, illud dicitur quod jam eſt formaliter, iſtud quod expectatur ut ſit, quamquam radicaliter inſit; v. g. Princeps hæres regni, vivente ſuo patre rege, jus quærendum tenet ad coronam; ſtatim vero ac genitor ultimam horam claudit incumbit ſibi jus quæſitum ad eam; & quia ſpecialis poterat verti difficultas, ſi tranſitus ſit de religione incapaci in jure ſuccedendi, qualis invenitur in præſenti hac conſultatione 23. & quando Minorita aſſumitur ad Epiſcopatum, idem Azor. *Quo fit ut ſi Religioſus familiæ Obſervantis vel Capucinorum in Epiſcopum eligatur, jus habeat ſuccedendi in hæreditate paterna, eo quod ad munus & dignitatem pontificam evenius, & à religioſa vita inſtituto ex parte abſolvitur, ac in ſtatum priſtinum reſtituitur, quoniam recuperat jus ſuccedendi in bonis parentum*: igitur etſi Franciſcanus de Obſervantia, vel Capucinus à formali profeſſione, non alio interventu renunciaverit jus undique conceptum à voto paupertatis, quin ullo pacto queat ad Conventum bona paterna refundere, legitima facultate tranſiens ad aliam religionem ſucceſſionis capacem, regreſſum tenet & recuperat, à ſecunda profeſſione monaſterium in quo illam emiſit jus ſuccedendi, non quidem quæſitum, niſi quærendum; ergo iſtud jus perſonam ſequitur, in quo reintegratur, non aliter ac ad bona, quæ ſuo laboritio & induſtria acquiruntur, ut eleemoſinæ intuitu mendicationis, ſive prædicationis, ſeu quovis altero modo; id ego fusè tetigi exemplo ſancti Ludovici Epiſcopi Toloſani aſſumpti ex ordine Minorum, tom. 2. certaminis diſp. 1. ſect. 14. num. 182. & ſequentibus; nec obſtat illa juris regula, l. 1. §. qui ſemel; ff. de ſucceſſ. & dict. Jaſon lib. 4. concil. 133. jure ceſſo vel renuntiato non datur regreſſus ad illud; quod interpretatur, vel ſi ceſſio ſeu renuntiatio non reſultat in offenſam, ſeu præjudicium publicæ alicujus communitatis, ut ex l. cui publicum ff. de pactis, tangit Covarruvias parte 2. in caput quamvis pactum §. 1. num. 5. in publicæ enim utilitatis ſuæ communitatis jacturam, religionis ad quam tranſit vel dignitatis Epiſcopalis, & notabile præjudicium cederet non dato regreſſu, ideo exceptionem tenet regula aſſignata, conſonè ad commune Juriſtarum placitum ſemper interpretandum renuntiationem, modo quo minus noceat, & plus renuncianti proficiat. Scaccia de judic. lib. 2. cap. 5. num. 163. Rota Sacra apud ſeraphicum deciſ. 696. num. 1. concludit Azor. *Si promiſſio ſit facta Monacho ſub conditione, & conditio impleatur poſt factam profeſſionem in ſecundo monaſterio, res promiſſa ad primum monaſterium pertinebit non ad ſecundum, eo quod in ultimis voluntatibus non tranſmittitur ad hæredes, l. cum hæredes ſi quando dies; in contractibus vero transfertur ad hæredes, l. ſi filiusfamilias ff. de verborum obligationibus, vel quia primum monaſterium jam acquiſierat jus ad rem quamvis non in re.* Supponitur enim jus quæſitum non quærendum extitiſſe in primo Monaſterio capaci ad talem hæreditatem in caſu propoſito ab Azore; quia licet conditio purificata debeat contingere ad hoc ut aliquis jus in re teneat, neutiquam in hoc quod jus ad rem ei inhæreat, quantumcumque ſub conditione exequendum; attamen in ſimilibus promiſſionibus à jure conditionis adimplendæ, pro adimpletis cenſentur; l. jure civili ff. de condit. & demonſt. Surdus concil. 374. num. 7. eatenus in Monaſterio capaci ubi emittitur prima profeſſio ad hoc ut ſuccedat exigitur in conditione adimplenda probari ſecundum jus pro adimpleta reputanda, & tenenda per caſum particularem.

4. Nondum relinquamus Azorem, qui totum ita complectitur, ut viam aperiat aptiorem, ac in innumeris modernis, ſive Juriſtis, ſive Theologis inveniri quæat; ſcribit de Religioſo tranſeunte ex ordine capaci ad incapacem. *Quid ſit dicendum de eo qui tranſibit ex ordine religioſorum qui capax eſt bonorum jure hæreditario pervenientium ad monachos, ad franciſcanam familiam, & in ea ſecundò profeſſus, & per profeſſionem in eo factam per obitum patris hæreditas ad eum pervenit.* Caſus iſte in hac Aragoniæ Provincia evenit; quidam Religioſus Mercenarius minoriticum optans habitum, tandem iſtud conſecutus, poſt ſecundam profeſſionem factam inter Franciſcanos, contigit, mortuis cognatis, illum vocatum ad hæreditatem, cumque Patres Beatæ Mariæ de Mercede litem interponerent prætendentes non expoliatos à tranſitu ſui Religioſi in ſuccedendum, ſententiam tulerunt adverſam, & in favorem cognatorum declaratam; à contrario audivi in quodam valdè nobili viro, de prima profeſſione capucina, & de ſecunda Carmelita, cumque ſecundo profeſſus jam vocaretur ad quamdam hæreditatem lucrandam Conventui, contra hæredes ſententiatum fuit; benè verum eſt Azorem problematicum manere; nec reſolutionem fixam exprimere, ſic loquitur. *Quoad illum qui de religione incapaci ad capacem tranſit, ſic proferens, quidam aiunt eam hæreditatem ad primum ordinem in qua primam profeſſionem fecerat pertinere, eo quod franciſcana familia hæreditatis capax non ſit; alii probabiliùs opinantur, ad alios patris legitimos attinere.* Difficilis deciſio, quam judico ſtabiliendam per antedictam doctrinam de jure quæſito & quærendo, juxta eam quam poſui de conditione adimplenda, habita pro adimpleta; nam hæreditas ſuperveniens ad primam religionem, ſupponit conditionem exiſtentiæ Religioſi in ea religione, an pro eo quod exiſtit non exiſtens habeatur propter tranſitum, punctum eſt juridicum petens ampliorem diſcuſſionem; nec divertendum eſt meum intentum extra id quod in conſultatione proponitur; in cujus conſonantiam apparet difficulter reſolvi poſſe in favorem Minimorum, & non potius pro capellaniis inſtituendis; nam teſtator relinquit deficientibus hæredibus, quod ſint iſtæ efformandæ; ergo ſi non probatur ex ſecunda profeſſione legitimus hæres in jure quæſito, quo non obſtante ex conditione adimplenda pro adimpleta habita, revera deficit jus; in ſpeciali caſu, dici poteſt reſumi jus, propter ſecundam profeſſionem

Digitized by Google

profeſſionem peractam, à qua manet capax, ut refundat in communitatem ſuccedendi quæſitum quod tenuit ad rem, dum alicui conditioni non ſubjicitur, nequaquam ſi ſubjiciatur, & petat adimplendam conditionem, à qua debet, juxta voluntatem teſtatoris ſumi fixum dictamen, ita taliter quod ſi caſum particularem præveniret, non ſineret exprimere eam exceptionem, nec ambiguum relinquere; præcipuè cum capellaniarum inſtitutio opus ſit pium reſultans in virginis obſequium per recitationem de communitate quotidianam Officii parvi Deiparæ, equidem cultus ejus, & Miſſæ ſacrificii in anniverſariis defunctorum ſuffragium, vel de feſtivitate occurrenti quotidie celebrandi ſacrificium; conferendum enim erat cum ſuffragiis evenientibus ex religione Minorum in beneficium teſtatoris, & Marianum obſequium, inventumque iſtud illi excedere, interpretandum occurrebat, quod ſi inſtitutori veniret in mentem, exciperet eventum, & declararet præferendam fundationem, & eam exequendam, nonobſtante quod de Franciſcano minori fieret Franciſcanus minimus hæres, neque prejudicium allegari poteſt in ea exceptione poſita de conditione adimplenda pro adimpleta habita, quandoquidem majus bonum nuſquam præjudicat, neque damnum cauſat in minus bonum, dum iſtud omittitur, propterea quia illud exequatur; igitur cum executio Capellanarum majus inducit bonum ac hæreditatis ſucceſſio reſultans ab Alphonſo Religioni per ſecundam profeſſionem quam emiſit, præferenda illa videtur: Hæc congruentia, ideo

5. Advertendum nihilominus, qualiter minor antea, Minimus poſtea factus vocabatur ad ſucceſſionem, ſiquidem ſi vi teſtamenti erat vocatio cum excluſione omnimoda juris ex prima profeſſione, ſecunda Religio ſuccedere nequibat, ſin verò ſucceſſio non exprimebat, aut contigit ab inteſtato, quia caſus evenit poſtquam ex conſenſu Pontificis in ſecunda profeſſione redditur capax, reſtituiturque ad tempus in quo foret, ſi primam religionem incapacem non aſſumpſiſſet, apparet, præferendam religionem Sancti Franciſci de Paula, in lucrandam hæreditatem, ex notatis à Bonacina, allegato puncto 9. diff. 2. num. 22. §. ex dictis ſic loquente. *Licet hujuſmodi Religioſus* quando de incapaci ordine ad ſuccedendum, tranſit per ſecundam profeſſionem ad ordinem ſucceſſionis capacem (qualiter fecit Alphonſus) ante Franciſcanus Minor, poſt Franciſcanus Minimus) *ſuccedere non poſſit ex vi teſtamenti, nam ut quis ſuccedat ex vi teſtamenti opus eſt ut eſſet habilis tempore confectionis teſtamenti, tempore teſtatoris quoquo defertur hæreditas, & tempore aditionis hæreditatis; l. ſi alienum 49. §. ſi extraneus ff. de hæred. inſtitu. ſuccedere tamen poteſt tanquam neceſſarius hæres inſtar ſucceſſor ab inteſtato; cum enim inſtitutio quoad ipſum ſit prorſus irrita, ut pote facta cum erat incapax ſucceſſionis, ſequitur ipſum non ſuccedere ex teſtamento ſed ab inteſtato, cum hac ſuccedendi ratione excluſio non ſit, & ſit capax hæreditatis eo tempore, quo ipſa defertur: ſi vero inſtitutio facta fuerit ab extraneo, Religioſus inſtitutus tempore quo incapax eſt, non ſuccedit quia nullum habet titulum ſuccedendi; non enim ſuccedere poteſt ab inteſtato cum non ſit neceſſarius hæres, ut ſuppono in hoc ſecundo caſu; ſed ſit extraneus reſpectu inſtituentis, neque ſuccedit ex vi teſtamenti cum tempore conditi teſtamenti incapax eſſet.* In quem ſenſum loquitur ſummus Pontifex cap. ſtatutum 18. quæſt. 1. decernens religioſum factum Epiſcopum per conſecrationem abſolvi à paupertatis voto, ut poſſit conſtitui legitimus hæres, ſupponens advenire ei debere hæreditatem ex titulo acquiſito, poſtquam à voto paupertatis fuit abſolutus; non autem obſtante incapacitate orta à voto: exemplificemus rem in iſto ut penetremus Bonacinæ propoſitam doctrinam. Antonius fit Minorita, & poſtquam profeſſus fuit Franciſcanus, inſtituit pater ejus majoratum, contigit prædictum Antonium tranſire ad Minores Franciſcanos, obiit pater Antonii, & ſimiliter omnes qui ante eum in hæreditatem vocabantur, iſta ſic inſtituta erat, ut in eam omnes filii vocarentur; quia inſtitutio majoratus facta fuit quando Antonius erat incapax obtinendi titulum. Succeſſionem, poſtea non reintegratur in illum, quia in radice titulo ipſo caruit propter incompoſſibilitatem voti paupertatis minoriticæ cum eo titulo, & ideò Franciſcani minimi non capient ſucceſſionem cum non detulerit ſecum radicem à qua in hæredem conſtitui quibat; & hoc eſt quod ait Bonacina, non poſſe ſuccedere vi teſtamenti cum inſtitutio quoad ipſum ſit prorſus irrita, utpote facta quando incapax ſucceſſionis inveniebatur; ea vero ratione quia radix ſuccedendi ab inteſtato delata fuit ad ſecundam religionem per profeſſionem ſecundam, inquit tunc ſucceſſionem ad ipſam pertinere, à quibus comperiendum eſt, quando facta inſtitutio Capellaniarum, utrum antequam Alphonſius minoriticam profeſſionem emiteret, vel poſt ipſam emiſſam; ſi primo modo invenitur peracta, quia titulum tenuit ſucceſſionis, non aliter ac alii hæredes, præferenda erat Minimorum Religio, quia in radice tempore inſtitutionis capax inveniebatur, & indulto Pontificis reintegrata fuit ipſi, & reſtituta radix, quam ſecum detulit ad ſacrum ordinem S. Franciſci de Paula, Nullatenus vero ſi ſecundo modo inſtitutio facta fuit, ut patet ex dictis; nec tunc urget quod præmiſimus de pio legato, & majori bono in Capellaniarum inſtitutione, quia cum ſit libera, ſpontanea & voluntaria exceptio inſtituenti, ſi voluiſſet, expreſſiſſet, nec tenemus ſemper majus bonum proſpicere utilitati noſtræ, quamquam ſit animæ; haud imperfectè operamus, quando non tam perfectè in his quæ ſub noſtram opinionem cadunt determinantur operantes minus bonum quod melius eſt eo utilius nobis, vel aliorum commodo. Si inſtes imperfectum ſinonimum minus perfecto: negativè, quid intereſt, nec ad rem conducit.

6. Robur accipio in meæ mentis confirmationem à gemina doctrina quam tangit Pellizarius tom. 1. ſui manualis regularium tract. 3. cap. 5. ſect. 3. num. 160. in quodam caſu quo Minorita incapax hæreditatis tranſiret ad Cartuſianos capaces ſucceſſionis inſtitui hæredes, & ſupponenda eſt disjunctiva de ſuccedendo ex teſtamento, vel ab inteſtato. ſcribit *Nunc per profeſſionem in religione incapaci jus ſuccedendi, non extingui omnino, ac irrecuperabiliter, ſed ſolum conſopiri ac ſuſpendi, ideoque ſi profeſſus in tali religione tranſeat poſtea ad aliam capacem, reviviſcit illud jus ſuccedendi per priorem profeſſionem conſopitum & quaſi ſuſpenſum.* ergo Franciſcanus de Obſervantia, vel Capucinus jus radicale ſuccedendi ſopitum, non extinctum tenens, ſucceſſionis titulum ſopitum non extinctum tenebit, maximè hoc ſi profeſſio in tali ordine incapaci ſucceſſionis contineat & comprehendat quænam conditionem implicitã quam ponit num. 161. (ut ſolvat qualiter ſuccedere poſſit in hæreditate religio capax, v. g. ſi Bernardinus inſtituitur hæres dum eſt in ſæculo, & ante tempus poſſidendi hæreditatem fit Minorita, poſt vero cum occurrit tempus poſſeſſionis invenitur ex ſecunda profeſſione Cartuſienſis capax refundendi hæreditatem in religionem, ait: *Ad hæredis licet extranei ſucceſſionem, inſpicienda ſunt tria tempora, nimirum, quod ille ſit capax tempore teſtamenti confecti, & mortis teſtatoris, quo defertur hæreditas, & ejus aditionis ut deciditur l. hæredes autem. §. in extraneis, inſtituta de hæredum qualitate & differentia, & tradunt omnes ſcribentes ibi, & Religioſus habilis eſt à triplici tempore, ideoque nulla adeſt ratio illum excludendi à*

Digitized by Google

tali hæreditate, tum quia renunciatio dictæ hæreditatis, quæ videtur conſequi ad profeſſionem factam in monaſterio incapaci, non eſt abſoluta, ſed tacitè conditionata niſi reintegrata, ſi ante aliorum hæredum aditionem fiat capax, & ſub hac conditione tacita acquiſitum eſt jus adeundi præfatis hæredibus ab inteſtato. Aliis terminis eadem doctrina eſt hæc ac ſtabilita num. 7. ex Bonacina, addita hac conditione implicita in profeſſione facta apud religionem bonorum incapacem de communi & particulari: tria igitur tempora attendenda in capiendum titulum legitimæ ſucceſſionis ad lucrandam hæreditatem; unum quod ſit capax talis tituli quando inſtituitur: ergo cum ſucceſſio ab inteſtato ab ipſo die nativitatis contingat per inteſtata ſuccedet de religione incapaci ad capacem tranſiens, quia talis titulus in profeſſione ordinis incapacis conſopitur non extinguitur; ſuſpenditur, non eradicatur; ſecundum tempus conſiſtit in hoc quod morte teſtatoris interveniente, adhuc permaneat illa radix conſopita & ſuſpenſa, etſi ſit nuſquam tamen abolita, vel eradicata, à quo poſſemus jus ad rem diſtinguere ſi Juriſtæ non renuunt, ut fido nec rejiciunt tamquam impropriè aptatum; juris enim prudentiæ ſubtiles Metaphiſicæ præciſiones genuiniſſimæ ſunt; pro quo miror (paſſim quia ſe offert occaſio, quaſi per parentheſim tangam) aliquos juriſconſultos tantopere contra ſenecam, movere penicillos, quia lib. 6. de beneficiis cap. 5. ut quaſdam de liberalitate delicatas valdè conſiderationes reſolvat, ſuccinctè ſe introducit in controverſia juridica, utrum hæreditas, uſu capi poſſit, ſicut datur uſu capio de re ex hæreditate capta, & ſcribit. *Juris peritorum iſta, acuta ineptia ſunt, qui hæreditatem negant uſu capi poſſe.* Non ex proprio, marte alieno, recitativè, non aſſertativè loquutum in iſta clauſula cenſet Marcus Antonius Muretus in notis ſuis ad lib. 6. de beneficiis, cum ait. *Ineptè acutus hoc loco videri ſeneca ipſe poſſet, ſi hæc ex perſona ſua diceret. Hæc enim ignotum eſſe cuiquam, qui jus civile primoribus labris attingerit, poteſt aliud eſſe hæreditatem, aliud res hæreditarias, eamque non ineptam, & futilem, ſed veram & utilem eſſe diſtinctionem. Neque ſanè ejus eſt qui beneficium à re quæ tribuitur, tam acute diſtinguat, non eodem acumine videri à rebus hæreditariis differri, ac diſtingui hæreditatem. Sed liberalem loquentem inducit, qui ut homo, nec in jure civili, neque in philoſophia, valdè exercitatus; & hanc & illam diſtinctionem, ut nimis ſubtiliter excogitatam & in verbis tantum, ut ipſe quidem putabat poſitum rejiciebat.* Ergo ſeneca ex perſona aliena quam fingit ignorata ſubtilitatum Juriſprudentiæ loquitur, quaſi dicens, has quas tu judicas ineptias; hæreditatis, & rei quæ ab ea capitur in uſu capionem acutiſſimæ ſunt præciſiones; quomodo enim ex proprio marte juriſperitos ineptos aut eorum doctrinas ineptias aſſereret, qui ut cuidam reſpondeat uni lib. 5. de beneficiis cap. 19. *Tanquam Juriſconſultus reſpondeam;* nec ignoraſſe quid juriſperiti de uſucapione ſentiebant; colligitur ab his quæ ſcripſit epiſ. 4. *Juriſconſulti negant quicquam publicum uſucapi.* Idem repetens epiſ. 88. quanta autem juriſperitorum veneratione perſonas tractaverit audiatur ex epiſ. 91. *Juriſconſultorum valent reſponſa, etiam ſi ratio non redditur.* quin obſtet in lib. de morte Claudii Cæſaris prope finem hæc habere, *Agatho, & pauci cauſidici plorabunt ſed plane ex animo Juriſconſulti è tenebris procedebunt pallidi, graciles, vix habentes animam tanquam qui cum maximè reviviſcerent.* Nec ſumendum ab hoc libro argumentum, cum ſit ludus quidam, ſeu ſomnus in tragedia Cæſaris Claudii; obſervante B. Rhenano Seleſtadienſi. *Claudius Cæſar Druſ. Germanici filius, qui Caio proximè ſucceſſit talem egit principem, ut neſcias ſtultior ne fuerit, an crudelior: Hunc Anneus* Seneca *hoc libello, quem ludus de morte Claudii Cæſaris inſcripſit mirè curat, & ſuis, quod aiunt, coloribus graphicè depingit.* De eo libro ibi Adrianus Junius Hornanus. *Ludum de morte Claudii Cæſaris jocosè, ſed non abſque felleo ſale, eruditis leporibus condito.* Quid mirum juriſconſultos allegantes pro indigno Cæſare pallidos, graciles, & de tenebris prodere aſſerat jocosè; quanti autem juris ſcientiam fecerit concluditur ab his quæ ſcripſit lib. 7. contr. 4. (dum creditur hunc controverſiarum librum, ſuum fore.) Hæc pro mea in Senecam benevolentia ſatis; itaque regredior ad conſultationis intentum firmans, jus ad rem aliud formale, radicale alterum; iſtud ſi contingat eradicatum, nuſquam reviviſcit; benè vero, dum tantummodo eſt conſopitum. Tertium vero tempus conſiſtit in hoc, quod inſit hæredibus non impedito jure in re: expono me in philoſophica difficultate, ut jura huic ſcientiæ coæva venerer. Tria præſcindo tempora in igne babilonico, in Danielis 13. v. 19. Primum quando applicabilis erat ei materia combuſtibilis in momento, A; tunc & non repugnantia, & formalis potentia erat in igne, quæ eſt jus ad rem, videlicet ad comburendum. Secundum tempus eſt in inſtanti B, quando applicata materia conſopitur in eo radicalis potentia, nec comburit etiam applicata tali materia, quia impeditur à ſuperiori; tunc non tollitur potentia, ſed ſuſpenditur. Tertium tempus ſit in ſigno C, cum aufertur impedimentum, & reviviſcit formalis potentia, alius conſopita & ſuſpenſa: ergo cum Alphonſus in conſultatione inductus minorita non tenuerit jus radicale eradicatum niſi conſopitum, & factus minimus, ablatum fuerit impedimentum; tunc religioni SS. P. Franciſci de Paula hæreditas debebatur, cum hac circunſtantia, quod tempore in quo inſtitutæ in teſtamento fuerunt Capellaniæ pro tempore futuro, nullo teneretur impedimento ad hæreditatem.

7. Objicies, gloſſa in caput de jure *patronatus cum* aliis adductis à Tiraquello in l. *ſi umquam v. revertatur.* num. 206. & num. 208. & à Jazone in l. cum quidam num. 16. ff. de liberis & poſthumis, ſucceſſionum privationes aut legitimationes nec auferri, nec donari poſſunt; ſolummodo per opiniones Doctorum, niſi intuitu expreſſorum & clariſſimorum jurium ut habetur l. ex parte, ff. de probationibus, notantius ergo in ſucceſſione Monaſterii ſeu religionis capacis non debet attendi, quid illi aut alii authores opinentur; & tantummodo verſandum eſt in comperiendum, an incapax vel capax, ut deveniat hæreditas, ſive ex teſtamento, vel ab inteſtato, inſpecto unice jure ſucceſſionis; ergo quanquam ſint plurimi doctores, qui hoc vel illud doceant, quocumque tramite aſſentiendum eſt devenire ad religionem capacem, quandoquidem nullum impedimentum interponi poterat in communitate, quæ à jure ſuo capax reperiebatur, ad differentiam primæ religionis in qua profeſſus fuit, quæ de jure ſuo erat incapax; unde paritas: nullo tempore potuerunt Minoritæ ſuccedere, quia omni tempore incapaces; ergo omni tempore Minimi ſuccedere poterant, quia nullum eſt tempus in quo capaces non ſint: ſi aliquam aparientiam haberet hæc inſtantia ſuperfluæ fuiſſent juriſtarum opiniones; imo & judices, ad quid unum & alterum, dum jura forent tam clara; quæ per ſe nota veniunt ad oculum, ut in meridiano lux ſit ſupervacanea eſt opinio; negans tunc lucem errat non opinatur; ergo penes jura abſolutè opiniones non ſunt, circa perſonas ſeu communitates quibus favent, verſantur, cum non patenter demonſtrentur & indigeant probationibus, ſententiis & doctrinis; unde oriatur probabilitas intrinſeca aut extrinſeca earum

rum

Digitized by Google

rum opinionum quæ à jure, non à facto procedunt; valde enim diſcriminatur examen quæſtionum ſeu reſolutionum dictarum de facto ab illis in quibus de jure dicitur procedere; in illis tranſeat non admittenda ſola doctorum authoritas, nam in examinando an iſte fuerit latro, quid conducit talem vel talem fore opinionem ſeu ſententiam, conſtante evidenter furem fore, & nihilominus in iſtis inſpiciendum eſt, aut juris repugnantia vel conducentia, ad quod nonne indigemus ducatum Magiſtrorum? quapropter gloſſa & alia allegata loquuntur de his juribus quæ tam clara ſunt & patentia, ut factum per ſe notum ab eis clareat, neutiquam ſi inſinuentur per aliquam repugnantiam capacitati illius cui aptandum eſt; eaque ratione cum non ad omnem hæreditatem capax eſſet ſacra Minimorum religio, niſi ad illam in quam jus poterat habere, ſi autem iſtud ipſi repugnabat ex voluntate teſtatoris quia implicabat ex ſecunda profeſſione Alphonſi titulum refundi (quaſi ſi capax non eſſet & ideo incapax) cenſeri debebat doctoribus indigebat reſolutio; inde tranſeat antecedens, nego paritatem ob diſparitatem capacitatis, aut incapacitatis ſuccedendi in hæreditatem, ad illam tenendam non ſufficit non repugnantia & ulteriùs exigitur poſitivum aliquod à quo ſupra non repugnantiam inducatur titulus; at ad incapacitatem ex voto paupertatis abundat repugnantia voluntariè inducta, quo quis reddatur incapax ex lege ſeu decreto quo inhibetur, & cui conformare ſeipſum intendit per obligationem ſibi voluntariè impoſitam, quæ licet non extinguat jus radicale, conſopitum & ſuſpenſum facit, impeditum quidem, ne ullum nec minimum teneat effectum, in aliud ſortiatur reſultantia: ingentem ſylvam aggredimur, ſed facilem explicando quæ ex conſuetudine procedunt in tranſitu de una religione ad aliam penes bona acquiſita ſuo labore & induſtria, vel aliàs à jure in prima religione ſive capaci, ſive incapaci poſt ſecundam profeſſionem in ea quæ capax ſit.

8. Tamburinus de jure Abbatiſſarum diſp. 21. quæſt. 7. num. 3. (ut occurramus propoſito num. 3. ab hoc Doctore) in argumentum, quare ſi monialis tranſit de uno in alterum conventum, dos & alia bona per primam profeſſionem in priori conventu remanenda, decernens (quin iſta poſſit tutâ conſcientiâ ſecum ferre) rationem aſſignat valdè veroſimilem, & mihi evidentem: *quia dos & alia bona non fuerunt illi tradita ſub conditione, ſi in eo monaſterio manſerit, ſed ſolum ſub conditione ſi profiteatur* (Adde nec datum ſub conditione ſi validè aut invalidè profiteatur, & ita judico etiam in invalida profeſſione iſtam doctrinam de plano currere) *cum vero profeſſionem in dicto Monaſterio emiſerit, ſequitur prius monaſterium eſſe abſolutè dominum prædictorum bonorum; tum quia poſterius monaſterium id ſibi imputare debet, cum volens admittat monialem quæ nihil habet proprii cum ipſius dos priori monaſterio acquiſita fuerit.* Acquiſita non quomodocumquè niſi in perpetuum; at id de jure, ſi aliter non fiat contractus, ſicut in nova fundatione, audivi factum cum admittendis monialibus in Monaſterio dicto conceptionis de las cuevas, ſub juriſdictione ordinarii Cæſar Auguſtani; in quo conventu dicitur monialem in dotem tradere millia ducata ſub onere, ut poſt mortem ejus, redeant quingenta ad domum paternam; at in ſimili eventu ſi monialis in aliud Monaſterium transferretur, dum viveret, primum non tenebatur illa quingenta ſolvere, & ſibi lucrare licebat & debebat: cuidam paritati de matrimonio carnali occurrit Tamburinus v. ſi dicas, quam ſic efformat. *Dos tradita monaſterio vicem gerit dotis traditæ marito ad ſuſtentanda onera matrimonii l. is qui de jure dotum: & dos traditur ſub conditione, ut ſoluto matrimonio reſtituatur; ergo pari ratione ſoluta prima profeſſione in prima Religione per aliam profeſſionem in ſecunda Religione dos monialis reſtituenda eſt.* Sub iſto ſillogiſmo percipietur aptiùs inſtantia (ut de dote diſcurramus in alia bona quæ Religionis ſuo labore, aut aliàs in prima Religione tenuit per uſum) Non minus hæreditas pertinet ad conventum qui onus ſuſtentandi habet, ac dos moniali præſtita, & data uxori alimentanda conſtante Matrimonio; ſed dos data in matrimonii onus ad uxorem ſuſtentandam tranſit, ad uxoris hæredes ea deffuncta; ergo quæquæ hæreditas tranſibit ad ſecundam Religionem, exonerantem primam de alimentis illius, qui transfertur. Reſpondet Tamburinus num. 5. dotem traditam monaſterio in Matrimonio ſpirituali per profeſsionem celebrato; perpetuo tradita in temporali conjugio durante connubio; hæc eſt petitio principii; & quid ſi in dote tradita exprimatur conditio in capitulis dictis matrimonialibus, duret vita uxoris, vel non duret; & ad profeſsionem fiat contractus, dum vivit monialis, velut vidimus in Monaſterio dicto de las Cuevas: abſolutè loquendo utrobique traditur dos intuitu alimentorum perſonæ quæ indiſſolubilem ſtatum profitetur; ergo ſi diſſoluto matrimonio carnali per mortem aut profeſſionem regularem, quia non incumbit onus alimentandi, tranſit dos ad alios, ſimiliter quia non incumbit primo monaſterio tranſiens religioſa in alterum alimentorum ipſi præbendorum onus, ſecum deferre debet dotem, aliaque bonà pertinentia ad ejus victum, ſeu veſtitum; ergo quia hæreditas eſt acceſſoria doti, & acceſſorium ſapit naturam principalis, iſta ſecum etiam feret religioſa, ex ſecunda profeſsione imponens onus ſuſtentandi ipſam, & exonerans primam de ſe alimentanda; igitur ſi non aliter philoſophandum eſt in eo qui tranſit de virorum conventu ac de fæminarum Monaſterio; ad Patres minimos pertinere videtur jus Alphonſi de minori, minimus factus.

9. Inſtari idem poteſt à Suarii placito tom. 2. de Religione lib. 6. cap. 13. num. 8. decernentis Religioſum tranſeuntem, quantumcumque repugnet conventus á quo tranſit, deſſerre tutâ cōſcientiâ poſſe veſtes neceſſarias aliaque uſui ſuæ decentia; & Diana parte 1. tract. 6. de paupert. Relig. reſol. 25. ut occurrat ſcrupulis religioſorum, ſtabilit abſque ſuperioris licentia, ſua ſtudiorum laboritia, ſeu lucubrationes donare licitè quire, & ſcribit. *Libri manu ſcripti ſemper ſunt religioſi, & eos ſecum poteſt ſemper deferre quocumque vadat, etiam ſi ſe transferat in aliam religionem*; teſtaturque religioſum doctiſſimum ſecum detuliſſe duos libros à ſe compoſitos, nulla ad id licentia à ſuo prælato petita, *qui tranſitum fecerat ad religionem Cartuſianorum.* Ab his quæ tam parvi momenti videntur fundabo diſparitatem, quoad matrimonium & profeſſionem, ut ſolvam in illo, mortua uxore teneri maritum ad dotis reſtitutionem, non autem in monialium profeſſione. Pellizarius tom. 1. tract. 3. cap. 5. ſect. 3. num. 155. penes veſtes Religioſi tranſeuntis de uno ordine in alium. *Ex quadam urbanitate & interpretativo conſenſu omnium religionum, ſufficienter declaratò à conſuetudine, videtur ceſſare obligatio, cum non deceat in re adeo modica vel oſtendere tantam animi amaritudinem erga tranſeuntem, vel nimium affectum ad bona temporalia.* Viget igitur conſuetudo quæ à preſcriptione vim legis conſequi videtur, tam pro indumentis quam pro ſcriptis, in quibus ſpecialem rationem invenit num. 156. ut ſecum ea transferat propter conſuetudinem, proferens. *Ego puto inſpiciendam conſuetudinem uniuscujuſque religionis*; quam obſervaſſe (impendendo ſua ſcripta audivi à fide dignis teſtibus) Jeſuitas cum quodam viro valdè docto, qui poſt ultimam profeſſionem tranſivit ad Carmelitas, & cum altero Capucino, ce-

Digitized by Google

lebertimo Concionatore tranſitum faciente ad Trinitarios; ergo conſuetudo inſpicienda eſt, circa diſcrimen dotis impenſæ in matrimonio carnali, ac moniali in profeſſione; utrobique fateor præberi dotem in onus ſuſtentandi Perſonam aſſumentem talem ſtatum, cum hoc diſcrimine ex conſuetudine inviolabili generaliter loquendo (ita ut ſi obſervanda non eſt, exprimi debet exceptio per pactum expreſſum, vel contractum) maritus enim carnalis ſolummodo eſt uſu fructuarius ſeu fidei commiſſarius talis dotis, & ea deficiente perſona per mortem, dum teſtamento, vel alio non fit Dominus ceſſat munus uſu fructuarii, aut fidei commiſſarii; at in dote impenſa moniali conventus fit Dominus proprietarius talis dotis à conſuetudine vigente, ut quoque modo deficiat onus alimentandi monialem, ſive morte, ſive tranſitu ad aliud Monaſterium exoneretur, quin oneretur alienandi à ſe dotem quam accepit; quo pacto dum reformationis, vel fundationis intuitu exeunt moniales, dos penes primum Monaſterium, à quo exeunt remanet, in quorum conſonantiam dum curationis cauſâ quædam Monacha à ſuo conventu exiret de beneplacito & licentia ſuperiorum legitimorum, & inſtaſſet ſibi alimenta præſtari, toto tempore quo in balneis permanſit, neque aliud niſi conſuetum intra clauſtra alimentum peteret, denegatum fuitſquæ reclamans ad ſuum Superiorem, ut preciperet ſibi præberi, an iſtum foret mandatum imponendum conſuluit, & decem Theologi firmarunt non potuiſſe illud imponere, quia ex conſuetudine non tenentur à dote alimenta præſtari niſi tempore quo monialis in ſuo monaſterio ſeu communitate vitam regularem agit: à quibus colliges quod ſi aliquo eventu, vel infirmitatis contagioſæ, vel incendii, ſeu inundationis, ſive invaſionis hoſtilis communitas, non ſervat clauſuram, eſtque extra Monaſterium eodem modo tenetur conventus alimenta præſtare intuitu dotis, quia tunc per quamcumque earum non ſtat exitus, & licet dos præbeatur dum durat in Monaſterio, durare in eo cenſetur toto tempore quo de communitate vivit, nam licet Monaſterium ſit domus, formaliter etiam eſt communitas, perſeverans indiviſa, & impartita, non diſcedendo, nec ſe ſeparando, aut aliter vitam agens ac ſi in cœnobio clauſæ morarentur.

10. Sicque interpretandus venit Portel. tom. 1. in dubiis regularibus verbo *tranſitus ad alium ordinem* ſub titulo, *bona tranſeuntium de uno ordine ad alium*, num. 2. cum ex Navarro ait. *Dicendum puto quod validè profeſſus in uno ordine, & licitè tranſlatus ad alium non poteſt ſecum deferre bona immobilia, vel mobilia, quomodocumque quæſita, ſive per hæreditatem, per induſtriamve, ſive per donationem.* moxque ſequentem cauſalem fundat. *Quia quæcumque acquirit Monachus ſunt monaſterii ut patet in jure; ergo quovis modo acquiſita in primo monaſterio illi debentur: poteſt firmari exemplo ſervi, quem cum prior Dominus vendit, non vendit cum illo quæ ſervus antea eidem priori Domino acquiſierat; in hoc enim pares ſunt Religioſi, ac ſervi*: fatebor pares, non tamen in cunctis, in pluribus enim diſpares invenies; aliqua emittam, & unum tantum pro diſparitate ſervorum, & Religioſorum aſſumam in contractu venditionis ſui ſervi alteri Domino, ac tranſitus Religioſi ad alium ordinem; in illo nulla eſt conſuetudo præſcripta cogens Dominum venditorem ut ab ipſo contractu venditionis debeat transferre Dominium in emptorem aliquorum quæ acquiſierat ſervus, dum erat ſub venditoris ditionem; at in tranſitu, conſuetudo viget, ut ex eo adjudicentur perſonæ tranſeunti aliqua quæ modica videntur, ne ut aiebat Pellizarius nimius affectus ad temporalia ſuſpicaretur de Religione, quælibet venerata magiſtra & celatrix paupertatis voluntariæ; præcipuè cum præſumi non queat Papam, facultatem ad tranſitum conceſſiſſe damnificendo inculpabilem Religionem, ut præjudicio ejus perdat quæ iure tenuit, nec digna invenitur aliquâ pænâ affici: nec aliquid conducit quod ſubjungit Portel ℣. unde. *Si enim bona religioſi aſſumpti ad Epiſcopatum pertinent ad ordinem ſuum nec poteſt illa deferre ad Epiſcopatum, etiam neque libros, videtur neque Religioſus aſſumptus, vel tranſlatus ad alium ordinem aliquid ſecum deferre poſſe.* Idem quod de conſuetudine induxi in altera paritate de ſervo vendito ad alium Dominum, nunc in iſta de Religioſo aſſumpto ad Epiſcopatum profero, in quo nulla eſt conſuetudo præſcripta ut arguatur ab ipſa aſſumptione licentiari ad minimum deferendum, quantumcumquè modicum, quidquid ſit de ſcriptis, de quibus non inficiar concedere in more eſſe, videntibus, & conſentientibus Religionis Prælatis, ea ſecum deferre; at iſta nihil conducunt aut parum cum in Bulla Clementis VIII. dicta de largitione munerum (quam ſpecialiter exponit Antiſtes Soſa) non condatur novum jus neque major obligatio, quam antiqua, ut probat fundamento primo num. 8. & §. 3. num. 72. quoad ſpeciales largitiones de beneplacito Prælatorum advertit Jacobus Granadus 1. 2. controv. 7. trac. 3. punct. 2. diſp. 15. ſect. 3. num. 18. *Licet leges condantur propter bonum commune, adhuc eas obligare etiam ſingulos ſubditos in particulari, & in ſingulis habere vim eas rationes propter quas conduntur. Unde quando in aliquo particulari ceſſat, ceſſat quoque legum obligatio, v. g. lex non largiendi munera quam Clemens VIII. edidit condita fuit propter commune bonum Religionis, ſed tamen ſingulos obligabat, & in ſingulis habebunt vim rationes illius conſtitutionis, nempè ne diſſiparetur patrimonium chriſti Domini, nec eſſet occaſio ambitionis; quare ſi in aliquo ſpeciali caſu nec Religioſus diſſipat patrimonium chriſti, nec ulla foret ambitionis occaſio conſequenter cenſeri deberet lex non obligare*: quod transferantur *manuſcripta, vel* alia, quin Chriſti patrimonium defraudaretur nihil obſtabat, & licitè fiebat; at dum majoratus hæreditas à tranſeunte religioſo in ordinem capacem, ab hoc amittebatur emolumentum notabile, reſultabatque damnum, dum jus ad illam in Religione refundebatur, ideo nihil mirum minimos Patres ſolerter litigare contra teſtamentarios, vel patronos Capellaniarum, ut titulus ſuccedendi declararetur, unde ſi legitimus inveniebatur hæres ab incuria, & omiſſione, aliquo modo diſſipabatur, patrimonium Chriſti commiſſum in ea Religione capaci.

11. Teſtamentarij igitur & hæredes contra partem ſacri Ordinis Sancti Franciſci de Paula invenientes aliquam legitimam rationem in ſucceſſione, duo oppoſuerunt; unum quamdam clauſulam inſtitutionis majoratus, quæ erat hujuſmodi, ſucceſſor in eo teneat arma, & apelliti nomen meum; ſed neque Religioſus in particulari, neque ordo in communi apelliti nomen, & arma ſumere quibant; ergo nec ſuccedere: & quamvis in uno verificaretur expreſſo, in utroque deficiebat circumſtantia, per copulativam, aut non ſufficiebat appelliti nomen, & arma delata à Religioſo particulari, qui non erat hæres propter votum paupertatis; & Religio ſeu Conventus qui prætendebatur in ſucceſſione, nec vocabatur ſicut majoratus inſtitutor, nec ejus armis utebatur. Rodriguez tom. 2. quæſt. regul. quæſt. 77. art. 13. in propriis terminis difficultatem movet: *utrum in majoratu habente juriſdictionem cum onere in ſua fundatione appoſito, ut ſucceſſores vocentur nomine fundatoris, & ejus arma portent, poſſit ſuccedere monaſterium.* Exceptio non ſine ambiguitate erat; fundamentoque procedebat. Reſpondens affirmativè ſubnectit. *Portare autem arma, & habere nomen, & pronomen fundatoris non eſt*

Digitized by Google

incompatibile Religioſis, & monialibus, ſiquidem poſt profeſſionem conſervant nomen & nobilitatem, & agnationem, nec deſinunt eſſe de familia. Hæc de particulari; quoad pronomen; penes arma, addit. *Num enim ſufficit illis armis uti, quando neceſſitas petierit, nam in ſimilibus caſibus non exigitur actus, ſed aptitudo ut dicit quidam textus*; quem non allegat, eſt tamen expreſſus l. arboribus, §. nam & ſi ramum ff. de uſufructu; ibi Baldus: ergo ſuppoſito non repugnare Monaſterio uti in omnibus functionibus pertinentibus ad inductum majoratum, & in ſcripturis ſeu actibus circa hunc ſcopum, ſigillo gravare, cum nomine aut pronomine Fundatoris, & ita ingerere, ut infimul cum ſuo ſigillet tales ſcripturas adimplebit omnimodè & verificabit inſtitutoris intentionem: hoc pacto; N. ſucceſſor in hoc majoratu ratione N. Religioſi profeſsi talis Conventus ſub conditionibus expreſsis à teſtatore, en jam, (ne intricata reſultent difficilia, & vincantur ſcrupuli) hæredem proprium, quemvis in ſola communitate arma & pronomen deferre petatur; ne hac ratione excludatur à ſucceſſione cœnobium; recurritque §. ſuperiora, Rodriguez ad conſuetudinem & ait. *Superiora autem maxime confirmantur ſi uſus, & conſuetudo in ſimilibus majoratibus cum præfatis clauſulis inſtitutis inoleſcit ſuccedere monaſteria; conſuetudo enim hac maxima eſt conſiderationis* De eo quod vidi, teſtimonium perhibeo, ſucceſsiſſe abſque ulla lite duo Monaſteria Monialium in quodam vinculo hæreditario, cum hæc duo ſimpliciter exigebant ex inſtitutoris voluntate indiſpenſabili expreſſè ab ejus clauſula excluſiva omnimodè quemcunque de ſuis vel alienis qui duo iſta non obſervarent; procedit Rodriguez & ut ſimilis uſus & conſuetudo (ſcilicet deferendi nominis apellitum & arma) interpretativa inducatur, *non eſt neceſſarium probari longi temporis præſcriptionem, ſed ſufficit ita fuiſſe obſervatum.* Pro quo Juris-conſultus allegat, Paulum videndum conſil. 437. tom. 1. Alexandrum conſil. 107. num. 19. lib. 2. Burſatum volum. 2. conſil. 190. num. 19. Decium reſponſ. 46. num. 154. fides penes citantem ſit horum DD. non vidi volumina, ergo ab eis clauſulis de armis & pronomine ferendis ab hærede non impediebatur Monaſterium in ſucceſſionem, quanquam longi temporis præſcriptio non probaretur. Sat eſt Patres Minimos ita alicubi obſervare, convincere; dum in regno illo ſeu regione non foret aliqua municipalis lex, à qua repugnantia ſuccedendi oriretur, per afferta conſult. 21. n. 5. de teſtamento valido in una provincia, quia territorii leges obſervabantur in eo; & eodem numero invalido per Judicis ſententiam decretato in diffinitiva, eo quod ſolemnitates de jure talis provinciæ municipali ei deficiebant.

12. Ab hac conſuetudine alterum ſolvo inconveniens in quo hærebant teſtamentarii, non ſatisfacti de more religionum capacium ad ſucceſſionem, quia in communi paupertate non aſtringuntur, qualiter nos Minores Obſervantes; proferebant quomodo ab illo qui ex voto paupertatis incapax eſt hæreditatis, hæc deferri valeat ad communitatem, ſiquidem hæc in mentem inſtitutoris nuſquam venit. Rodriguez priuſquam quæſtione 88. eo tomo 2. ab art. 1. uſque ad 6. tractet de incapacitate Franciſcanorum ut conſtituantur hæredes, deſidiumque Baldi (in rubrica de ſacroſancta Eccleſia) & Bartuli in ſuo Minoritarum tractatu, componit, exiſtimans iſte Eccleſias ſeu templa minoritica capacia fore hæreditatum, quin inhibeantur cum templum monaſterium non ſit, & à peculiari formalitate Eccleſiæ teneat, nec amittere poſſit jus ſuccedendi; quod per oppoſitum negat Baldus, quia conditio conventus comprehendit Eccleſiam quæ pars Monaſterii principalior veneratur; & hoc judico verius, ſic relicta Eccleſia ſeu templo per modum pii legati cenſenda valida in ordine Minorum, non autem per modum ſucceſſionis in hæreditatem, juxta mentem Sancti Bonaventuræ tom. 7. ſuorum operum expoſit. in regul. Franciſcanâ in art. 4. videndi Portel in dubiis regularium voce legatum in additionibus num. 2. v. de modo autem; & Petrus Marchan volum. titulato fundamenta duodecim, fundamento 5. §. 4. ubi ait *ſi tamen legans exponat modum quo regulæ puritati non averſetur poſſe à fratribus recipi ſive Eccleſia legatum relinquatur temporaliter aut perpetuò*, prævenit tamen, & obſervandum valdè ne in minimo celeberrima franciſcana maculetur paupertas: *caſu quo nullum modum expreſsiſſet, deberet intelligi licito modo relictum, ut nec legum merito, nec fratres effectu relicto fraudentur.* De hoc nil difficile invenitur, cum dominium legati relicti ſit penes Papam, nec transfundatur ab aliquo particulari (à ſtricto paupertatis voto) in eo vero in quo conſulentes inconveniens proponebant, audiant Ferdinandum de Caſtro Palao tom. 3. tract. 16. diſp. 3. pun. 3. num. 3. *Monaſteria vero quæ religioſis profeſsis ſuccedunt, non ex jure naturali, ſed poſitivo civili eccleſiaſtico, hanc ſucceſsionem habet ex jure civili, conſtat ex §. quæ mulier authentica de SS. Epiſc. & authentica ſi qua mulier, authentica ingreſſi. cod. de ſacroſ. Eccleſ. ex jure Eccleſiaſtico liquet ex Greg. magno in capue quia ingredientibus 19. quæſt. 5. jus autem civile, & Eccleſiaſticum ita efficaciter hanc poteſtatem ſuccedendi monaſterio conceſſit, ut nulla profitentis actione indigeat, ſed eo ipſo quod religioſus profeſsionem emittit, omnia eius bona, jura & actiones ſunt in monaſterio tranſlata.* teſtator tenetur jus canonicum ſeu eccleſiaſticum & civile obſervare, & ideo in mente tenens religioſum, in ea ſuam communitatem exprimit, & alias legitimus judex ex eminenti poteſtate declarandi vota, efficit ut commiſſa illi voventis voluntas, transferat jura ad communitatem, & in ſe rigidè aſtringatur voto paupertatis, aiente Palao: *Non ex voluntate Monachi, ſed ex lege hac tranſactio facta eſt, quâ facta non eſt in poteſtate Monachi eam revocare, aut immutare*: undè liquet invento in Franciſcano Minimo, antea Minori, titulo ut præmiſimus ad referendam hæreditatem religioni, inſtitutioni Capellaniarum, & hæredem declarandum ordinem capacem.

Digitized by Google

CONSULTATIO XXIV.

Rariſſimus eventus de Marito carnifice ex ſententia judicis legitimi.

FOrtaſſis nuſquam in diſcuſſionem vocatum, quod hìc in deciſionem, inſtantia amicorum, introduco, non quidem ſicut cæteræ conſultationes, ſed à quadam politica concertatione excitata die prima menſis Ianuarij anno 1670. in Conventu Divæ Mariæ de Ieſu Cæſarauguſtano; cum enim frigus inſtaret, & ad ignem in calefactorio conveniremus fratres, & fratres, & inter nos aliqui nobiles, variaque excitarentur placidiſſima eloquia de morum probitate, aliiſque quæ in quiete aſſolent modeſtiſſimè confabulari, per illuſtris D. D. Comes de Caſtelflorit, unus de aſſiſtentibus, & audiviſſe narravit à teſte oculari Religioſo Auguſtiniano, quod cum in civitate Malicitana Provinciæ Beticæ quidam Maritus Sponſam inveniſſet in flagranti adulterij delicto, ſeſe continuit ad vindictam, laudabiliter quidem, damnante Alexandro VII. illam propoſitionem: *Non peccat ſponſus occidens conjugem in delicti flagrantia inventam*; ut habetur tom. 6. Bullarij in appendice; moram in hoc non facio, abundè de eo egerim conſ. 17. à n. 1. ideo laudabiliter, & tutâ conſcientiâ inductus hic maritus à juſtitiæ æquitate injuriæ ſatisfactionem inquiſivit, accuſans criminaliter adulteros ante legitimum judicem, qui peractis juridicè requiſitis, illos carceravit, actuans in ſummaria & plenariè, cuncta quæ ex officio ipſi incumbebat; quibus peractis, reorumque audita confeſſione judicato de crimine, conteſtiumque collatis depoſitionibus plenariè concludentibus, contextaque litè, & capace cauſa, ut ſententia diffinitiva compleretur, in decollationem uterque delinquens condemnatur, ſed exequendam, peragendamque ab ipſo offenſo marito, dum non condonaret, qui aſſenſit. Ne quis dubitet, qualiter compatitur criminalem ſententiam executioni mandandam à flagitij accuſatore, comperiant ſic aliquando à Domino Ieſu ſententiatum in eventu adulterij accuſati Ioan. 8. à v. 7. Domino prædicante apud templum Hyeroſolimitanum in Scenopegiæ feſto, ſcribæ & Phariſæi ibi adducunt, & accuſant mulierem in adulterio deprehenſam: ſervator autem eis; *Qui ſine peccato eſt veſtrum primus in illam lapidem mittat.* Seu ut lectio græca; *Lapidem jaciat*: ubi gloſſa. *Iuſtitia eſt hac ſententia.* Et licet alibi redemptor judicis munus exercere recuſaverit, Lucæ 11. & 14. *O homo quis me conſtituit judicem, aut Diviſorem ſuper vos*; in hac judicandæ adultæ occaſione non refugit ſententiam promulgare (conſonè ad legem Deuteron. 22. v. 22. & Danielis 13. v. 62. bene verum eſt quandoque adulteras comburi ſtatuebatur apud Hæbreos Geneſ. 38. v. 34.) qua ſententia declarat Ieſus conforme valdè aliquando fore in adulterii delicto judicem decernere criminis accuſatorem pœnæ erogatorem eſſe; etenim in eventu propoſito Maritus pro ſuo recuperando honore carnificinam acceptavit conditionem, & die in quo patibuli locum aſcenſurus erat, ſericis veſtibus indutus in equo falerato totam civitatem diſcurrens, & tandem jam patibulum aſcendens in munus carnificis exercendum, à confeſſario delinquentium, & alijs inſtatur propriam parcere injuriam, à morteque illos liberare miſeros cum pacto quod ſponſa perpetuæ clauſuræ ſe aſtringeret in Monialium Monaſterio, & adulter in perpetuum exilium ab ea urbe; nec id obtineri potuit; iteratur confeſſarii deprecatio, tenaxque offenſus exiſtens, à quibuſdam ſic deprecatur ipſi, ut orationem *Dominicam*; *Pater noſter* alta, & intelligibili voce proferat in ſubſidium animarum decolandorum; annuit, & dum perveniret ad illam clauſulam, attendente populo, *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*, ecce tumultus clamans. *dimiſit* atque plurimi de illo concurſu aſcendentes patibulum, puniendos è loco liberant, conſentientibus juſtitiæ Miniſtris: ab amicis igitur petitum fuit meum dictamen aperire; an licita vel illicita ea talium delinquentium liberatio à pæna, & quid de judicibus conſentientibus in non exequenda ſententia.

SUMMARIUM.

Maritus peccat occidens privata autoritate uxorem, num. 1.
Accuſator poteſt eſſe executor ſententiæ criminalis, num. 1.
Pæna contra adulteros ex jure canonico, & civili, num. 1.
Regnorum varietas in puniendum adulterium, n. 1.
Pignoratione ſolum in aliquibus provintiis plectitur, num. 1.
Impunitum adulterium audaces adulteros, & gloriari de crimine facit, n. 1.
Solerter curent ſuperiores punienda adulteria, n. 1.
Contra crimen adulterii leges dicta Taurina, n. 1.
Adulter & adultera qualiter poſiti in poteſtate mariti, num. 1.
Executor mortis amborum ex ſententia judicis conſtitui maritus poteſt, n. 1.
Contra adulteros forum & zelus Aragonenſis, n. 2.
Turpitudo in adulterio punienda, num. 2.
Iure naturali prohibitum adulterium, n. 2.
Maritus, legitimus adulterij accuſator, n. 2.
Forum Aragoniæ de morte plectendis adulteris, n. 2.
Quando prævalet municipalis lex, generali, n. 2.
Inconvenientia ut adulteræ deponantur in Monaſteriis, num. 2.
Societas cum pravo depravat, n. 2.
Lex Moïſis de lapidanda adultera; & antiquior de ea comburenda, utraque revocata, n. 2.
In gratia lege, Regibus commiſſa pæna adulterii, n. 2.
Conſuetudo qualiter legis abrogatio, n. 3.

Digitized by Google

Quo pacto maritus liberat uxorem adulteram, n. 3.
Sententia conditionalis juſta, ſi pars læſa non parcit, *num. 3.*
Vnde adultera à pæna liberatur, n. 3.
Canonicum jus corrigit Iuſtinianum quoad plectendos adulteros, n. 3.
Officio fungitur judex ſententia tota, quæ intimata, nec augere nec minuere valet in Reorum pænam num. 3.
Charitas miniſtrorum Eccleſiæ liberans Reos, n. 4.
Cur Eccleſiæ miniſtri ſatagere debent ut Reus juſtè condemnatus liberetur, n. 4.
Confeſſarius declaratus iregularis, & cur, n. 4.
Providentia judicum ne in ſcala furcæ Reus confeſſionē faciat ſacramentalem, n. 4.
Irregularis Sacerdos ex negata Reo fuga, n. 4.
Concurrentibus duobus oppoſitis incompatibilibus majori cedit minus, n. 4.
Eccleſia non judicat de occultis, & quid de eis judicare, n. 5.
Biſariam aliquod occultum eſſe poteſt, n. 5.
Secreta cordis niſi Deo revelante incognoſcibilia, n. 5.
Ex quo annullantur matrimonia clandeſtina, n. 5.
Poteſtas coercitiva non eſt de iis quæ probari nequeunt, num. 5.
Rabbinorum duplex error circa actus internos, n. 5.
Delirium hæreticale, eos Deo non ſubdi. n. 5.
Poteſt & non poteſt Eccleſia de occultis judicare, n. 5.
Circa actus internos qualis illius poteſtas, n. 5.
Inditia exteriora intentionem ſignificant, n. 5.
Motiva valida in prohibenda matrimonia clandeſtina, num. 6.
Prudentia confeſſarii in eventu conſulto, n. 6.
Melior modus recuperandi honorem, Chriſtum imitari, n. 6.
Duo ſenſus de hoc quod Eccleſia, non iudicat de occultis n. 6.
Regiminis ſuavitas petit ne omnia quæ ſuperiores poſſunt fiant. n. 6.
Triplex claſſis actuum internorum, n. 6.
Directiva & coercitiva poteſtas Eccleſiæ, n. 6.
Oratio vocalis, actus mixtus de interno, & externo, num. 6.
Raciocinatio notanda valdè de eventu conſulto, n. 6.
Quando veniale, aut mortale, actus iræ indeliberatus, num. 7.
Crimen executum ab ira, cur non excuſat in foro externo, n. 7.
De Chirurgo irato percutiente clericum, n. 7.
Potius in favorabilibus quam in odioſis non iudicandum de ocultis, n. 7.
Genuina intelligentia verborum orationis Dominicæ Dimitte nobis debita noſtra, n. 8.
Duplex ſignificatum in ly Dimitte nobis, *n. 8.*
Maior perfectio in præcepto diligendi inimicos, n. 8.
Offenſus in rixa moribundus, qualiter exortandus, num. 8.
Opera perfectiora in adimpletione præcepti, n. 8.
Exemplum de ieiunio ex pane, & aqua, n. 8.
Præcepta non excludunt conſilii opera, n. 8.
Cur iudex non poteſt non condemnare parte læſa non condonante, n. 8.
Oratio Pater noſter, *Dominica à tribus Evangeliſtis recenſita, n. 9.*
Senſus genuinus illius, n. 9.
Cur Chriſtus noluit ſe defendere in iniuſtitiis illatis contra ipſum, n. 9.
Præter omnem morem impenitens Malchus miraculosè ſanatur à Domino, n. 9.
Optio ſervatoris in modum redimendi genus humanum, num. 9.
Præceptum impoſitum à Patre Chriſto de morte, n. 9.
Ardor patiendi in Ieſu ad redemptionem noſtram, n. 9.
Et conſilii & præcepti opera exercuit Dominus cum nos redemit, n. 9.
Quaque via nobis exemplum relinquit, n. 9.
In veniam præbendam offenſionibus doctrina, n. 9.
Illuſtrior modus condonandi injuriam pro Deo, n. 9.
Deipara, benefaciendi injuratores, exemplar, n. 9.
Vna & eadem actio plures poteſt habere fines, n. 9.
Duplex finis Dei matris in non defendendo filium, num. 9.
Debitor poteſt repetere ſibi ſolvi pecuniam, non tamen petenti, negare veniam, n. 9.
Iuſtè, & licitè, idem ſignificant, num. 10.
Nec Redemptoris, nec ipſius genitricis veſtigia undique ſequitur, qui injurias non condonat conſonè ad præceptum, & conſilium, n. 10.
Genuina ſignificatio verbi, dimitte, *n. 10.*
Damnum repeti poteſt, condonari debes injuria, n. 10.
Si ſit ſatis damno illato quid quæritur, n. 10.
Iacens conſentit, remiſſivè, n. 10.
A puſillanimitate non ſuffragandus ullus, n. 10.
Mens Patrum circa orationem Dominicam, n. 10.
Solutio inſufficiens de venia inimicis danda, n. 11.
Obſervantia de plurali in oratione Dominica, n. 11.
Paritas de abſolutione ſacramentali, n. 11.
Non mentitur confeſſor abſolvens contra propriam ſententiam, n. 11.
Mens Angelici Doctoris, & quo pacto ſingulare continetur in plurali ſub clauſula excluſiva dimitte nobis, *num. 12.*
Proprio, & alieno nomine benefacere, haroïcum, n. 12.
Reo favendum in ambiguis, & quadam limitatio, num. 13.
In cauſis iuris favorabilibus, præferatur actori, n. 13.
De inſtanti ad inſtans mutatur voluntas, n. 13.
Inſtantia de verbis conſecratoris, n. 13.
Quid, proferri aliquid recitativè, aut ſignificativè, num. 13.
Caſus fictus ut explicentur duo adverbia iſta, n. 14.
Rarus, qui ſolo intuitu juſtitiæ hanc invocat in offenſorem, n. 14.
Quando neganda aut non abſolutio invocanti iuſtitiam contra ſui offenſorem, n. 14.
Quid liceat coram Deo, & judice petere de injuria, num. 14.
Probabile dandam Reis certo correctis veniam, n. 14.
Venia de injuriis prodeſt famæ condonantis, n. 14.
Superior plus terreat; quam torreat, n. 14.

1. QUâ pænâ puniendum adulterium juxta Canonicum, & civile, quod codicis nuncupare ſolet jus, tractat Julius Clarus in ſuo lib. 5. receptarum ſententiarum §. adulterium num. 7. quoad præſens attinet in introducendum meum inquiſitum, ſequentium verborum eius indigeo tenorem. *De jure autem civili magna eſt varietas inter ſcribentes an ſecundum jus digeſtorum adulterium puniretur pænâ mortis naturalis; magis tamen opinio communis videtur quod olim punirentur tantummodo pæna deportationis.* Mox jure ſubjungit. *Secundum jus codicis omnes eo conveniunt quod puniuntur pæna ultimi ſupplitii: non ſolum & adultera, verum & adulter;* & poſt varia relata de non uniformi Regnorum obſervantia circa puniendos adulteros, fatur. *Quidquid ſit ſecundum juris communis diſpoſitionem hodie videmus in omnibus ferè Provincijs immutatam eſſe pænam mortis pro adulterio impoſitamque eſſe pænam pecuniarum.* Teſtaturque id ex ſtatutis municipalibus in Italia obſervari, in Galia vero à conſuetudine adulteros nulla pæna affici: clamans. *Maxime dolendum*

Digitized by Google

in his temporibus in quibus paſſim fore apud omnia tribunalia adulteri impunè evadant ; imo de ipſo crimine glorientur ; illi vero quorum uxores adulteræ ſunt, accuſationem proponere non audent , ne in perpetuam infamiam , ita volente conſuetudine , incurrant ; qua propter ego ſemper fui in ſententia quod Principes hujus temporis qui hoc graviſſimum crimen ſeveriſſimis legibus non coercent , illoſque exequi non faciunt , graviſſimè peccare. Omnes inveniet Theologos iſtc peritiſſimus Juriſconſultus ſibi conformes ; inde cum Catholici Reges tam ſedulo ſuæ conſcientiæ conſulant,nec una invenitur Provincia Chriſtiana id non ſatagens præcipuè hæc noſtra Aragonenſis corona , (de eo Molino in ſuo repertorio dictione,adulterium n. 122.) à qua edoctus per ſuos , ſereniſſimus Ferdinandus ſereniſſimæ Elizabeth Maritus, Tauri leges condens , aut aprobans veriſſimè contra adulteros cælavit punitionem , ut obſervat Antonius Gomez volum. ſuper legem Tauri Comment. in legem 80.num. 47. ſcribens. *Hodie tamen de iure noſtro Regio alia pæna imponitur , quia uterque tam adulter , quam adultera per ſententiam judicis ponitur in poteſtatem mariti , ut de eis , & de eorum bonis faciat quidquid velit, unde poterit eos occidere ,* (intellige , publica , non privata authoritate ex judicis ſententia ne incidas in damnationem allegatam num. 1. ex Alexandro VII. *vel aliam quamlibet offenſam , vel iniuriam inferre : textus in legem primam tit. 7. lib.4. foro legum.Textus in legē 2.tit. ordinationum,& ita quotidie in iſto Regnò prædicatur.* Hic juriſperitus non individuat, an immediatè per ſe , vel mediatè per carnificem ordinarium , ſententiarum exequutorem , liceat adulterorum trucidatio peragi; at Ludovicus Velazquez de Abendanno ſua gloſſa ad Taurinas leges , in legem 9. gloſſa 9. expreſſiſſimis verbis , qualiter faciendum , expoſuit , num. 9. *ſed ex legis diſpoſitione cui ſe propter adulterii delictum ſubdit , pænam mortis incurrat ; & maritus non permiſſivè , ſed tanquam legis exequutor & miniſter occidat eam ; qua ſingulari ratione ingenioſè , ad legem regni penſitata , poſt longam diſputationem, ita reſolvit noſter Tellus in præſenti num. 9. uſque ad num. 13. & ſummariè tenet Covarrubias in 4. ſecunda 5.cap. 85. num.15. & idem confirmat Roxas de ſucceſſione ab inteſtato cap. 16. num. 29. uſque ad 32. reprobando omnes meritiſſimè , Gregorium:* Omnes reprobant illum qui negat miniſtrum,ſeu exequutorem ſententiæ contra adulteros poſſe conſtitui Maritum offenſum ; ergo ex Juriſconſultorum communi ſenſu carnifex à judice quit conſtitui per ſententiam, conſonè ad Taurinas leges , ſponſus , cujus honor eclatur, & ſatisfit ex juridica criminali punitione illorum , contra eos : qui ipſius honorem mancilarunt , thorum violantes , & contra juſtitiam , infrigentes fidem debitam contractui maritali ; igitur judex non à proprio dictamine , niſi conformiter juri proprio , ſive municipali ſententiam protulit in eventu propoſito , ita ut à marito in patibulo publico plecterentur decollatione duo illi ſui offenſores.

2. Nulli cedat Monarchiæ zelus regum qui in hac noſtra Aragonenſi cunctis viribus ſtatuit leges pro puniendis flagitioſis convictis de adulterio ; præter iteratas comminationes, & ſtatuta ſtabilita in oppidis inſtantia & ſollicitudine Auguſtorum ; & ne nimis divertar in caſibus peculiaribus inveniendis , in Chronicis , & annalibus prædictæ Aragonenſis Coronæ , ſequentia pro cunctis recenſere ſufficiat ; primo ſatis peritum volumen Juriſc. Petri Calixti Ramirez, (qui zelotiſſimè monet cavendam Petram) trac. analitico de lege regia §.30. num. 34. ex lege provum de verborum ſignificatione cum pluribus congeſtis per Menochium centur. 5. caſu 419. num. 2. præmittit ſic. *Adulterium naturâ eſſe turpe quia violat fidei obſervantiam , quæ maximè & præcipuè in matrimonio inter conjuges requiritur , & eſt neceſſaria : unde cavendum eſt à Petra aſſerente adulterium , iure naturali primevo eſſe incognitum:* potuit non cognoſci à malitia , ſed à dictamine recto , ſemper per ſe notum, patuit puniendum , ideo annoto cum Michaële de Molino, in ſuo repertorio fororum ſub dictione *ad* , verbo, *adulterium* v. adulterium *ſi comiſerit , quid apud,* Aragonenſes in pænam flagitii ; *Adulterium ſi comiſerit uxor poterit accuſari per virum, & probato adulterio , legitimè coram ordinario fiet ei juſtitia corporalis , ita quod morietur, ut in foro item ll. titul. de adulterio lib. 10. fol. 63..* Fori verba formalia ſunt , *Item de Conſilio & aſſenſu dictæ curiæ ordinamus , ac etiam ſtatuimus quod ſi aliqua mulier nupta commiſit adulterium poſſit accuſari criminaliter per maritum , & probato legitimè dicto crimine coram ordinario , de ea fiat juſtitia corporalis , ita quod moriatur :* unde Portoles in ſcoliis ad Molinæ repertorium §. adulterium num. 9. ſubjungit. *Author hoc loco docet mulierem adulteram in hoc regno panâ mortis puniri;* bene verum eſt advertere id juri communi moderno repugnare , ex authentica, *ſed hodie* cod. ad legem Juliam de adulteriis : & municipalis lex præferenda generali dum legiſlatoris conſenſus intervenit in illa manu tenenda ; ideo Martinus Montes à Cueva in deciſionibus Sacræ Regiæ audientiæ cauſarum civilium Regni Aragonum , deciſ. 15. num. 17. forum conferens cum authentica relata decernente recludendam adulteram in Monaſterio , ſcribit. *Longè igitur melius in hoc huius regni forus conſtituit , adulteram ſcilicet , panâ mortis afficiendam eſſe , cum hoc legi divinæ congruat qui adulterum utrumque pæna mortis plectebatur , ut de adultero textus eſt Leviti. cap. 20.* (Typographiæ error eſt allegare Levitici 20. cum non ſit niſi Geneſ. 20. & 3. *ubi Deus ad Abimelech. ait : En morieris propter mulierem quam tuliſti , habet enim virum: idque D. Ambroſius & Rebuſus in legem inter ſtuprum fol. 590. ff. de verborum ſignificatione, ubi ampliat utroque etiam voluntariè committente, Deuteronomii cap. 22.* (v. 21.) *ubique quod genus mortis erat lapidatio, unde ſatis arguendum videtur ut mulier adultera quæ per legem Divinam lapidari jubetur Ezech. cap. 16.* (alter Typographiæ error , non eſt in hoc vate niſi cap. 23. v. 10. *& Ioannis VIII. Monaſterio ad corrumpendas ſanctas Moniales includetur : ſæpè enim malorum conſortia , cap. ſæpe 28. quæſt. 1. & notatius in §. cogitandum in fine , in authentica de Monachis , neque enim incorruptus manere poteſt qui corrupto ſociatur cap. quiſquis 23. quæſt. 1. ſic qui communicat ſuperbo induit ſuperbiam , Eccleſiaſt. 13.* innumera ex ſacra pagina occurrebant ponderanda penes claudendas adulteras inter ſorores Religioſas; loquitur juris peritus non cum illis exceptionibus quas Theologi in regulis generalibus percipiunt ; ponderantes illud pſalmi 17. à v. 28. *Cum ſancto ſanctus eris , & cum viro innocente innocens eris ; & cum electo electus eris , & cum perverſo perverteris ,* quæ indiffinita , ſeu univerſalis , ut exponit Agelius , & & alii cum eo intelliguntur , niſi flocci facias Divinum auxilium ſupernaturale in ſufficientia gratiæ, qua te prævenit , & vocat, ne quamtumvis cum perverſo ſtes , pervertaris ; item etſi cum ſancto ſis, aut cum viro innocente, & electo , ſanctus non eris nec electus , ſeu innocens, ſi à tua non recedis malitia, eaque juge duceris , Judam attende Iſcariotem ſanctorum ſancto Jeſu Domino ſodalitio datum, & in ſua obduratione ; noſce perſeverantem , quin ullum ex condiſcipulis inficeret. Fatebor non modica inconvenientia in hoc quod adultera cujuſvis ſit conditionis monaſterio claudatur Monialium ; at ſæpè contingit , exemplo honeſtatis earum compungere atque pænitentiam

Digitized by Google

nitentiam agere; ſolum adverto, leges de morte adulteræ lapidandæ ceremoniales fuiſſe conſequenter abrogatæ annullatâ Moyſis lege, quia Chriſtus in ea quæ gratiæ eſt, Catholicis Principibus ſupplicium commiſit in pænam luendam pro tam atroci flagitio; quo eorum zelus appareat, & qualiter ſuos Vaſſallos coercent: hæc de obſervantiis contra adulteros in utraque Hiſpaniæ corona, caſtellæ & Aragoniæ.

3. Etenim, quia in Betica provintia adulterorum punitio in propoſita conſultatione eveniebat, hi judicandi conſonè ad Taurinas leges certum apparet, conſonè ad eas ut patuit n. 1. ad libitum mariti exequtio pænæ relinquitur, ex ſententia judicum, contingere potuit, ipſum non aliud elegiſſe medium in ſuum honorem recuperandum, niſi propriis manibus, nocentium ſanguinem fundere, colligiturque à ſericis indumentis, & aliis lætitiæ ſignis in quibus ſeſe populo demonſtravit die qua exequtioni mandanda erat ſententia; ſolummodoque aliqualem ingerit difficultatem (non illa dubia peracta excitata à Monter ea deciſione 15. à num. 21. in quibuſdam caſibus, præcipuè repertam, in aliqua Provintia, conſuetudinem abrogantem legem de puniendis adulteris pæna capitali, aliaqua innumera ſcitu digna, quæ videri, ſi placeat, poſſunt in ipſo, quæ legibus Taurinis non non exponuntur) utrum conſuetudo erat in contrarium ut ſententiarentur ad mortem in urbe Malacitana; nec ullam quamtumvis allegetur, ullus inveniet; item obeſt quod Joannes Baiardus in additionibus, & annotationibus ad Julium Clarum §. adulterium num. 13. per ſequentia, notat. *Adde quod maritus poſt accuſationem poterit liberare uxorem per reconciliationem à pœna; ante tamen ſententiam, & judicis authoritate, & non aliter; ſecus autem ſequuta condemnatione, etiam quod condemnatio non fuiſſet demandata exequutioni. Boer. deciſ. 198. num. 3. & ſequentibus*: ita à jure procedat, fatebor; vero ſimiliter tamen credere poſſumus à ſagacitate prudentiſſima charitativa confeſſarii tantopere inſtantis in condonationem flagitioſorum, mediumque tam ſubtile eligendo, quod ipſius inſtantiâ ſententia capitalis expreſſabat exequendam utique dum maritus non parceret delinquentes; pepercit; & conſequenter, non adimpleta conditione, exequutio debuit ſuſpendi: alterum obſtare videtur, ſi petitio confeſſarii fuit quod pro ſua uxore alta voce orationem Dominicam proferret in *Pater noſter*, non adulter liberandus erat, dico utrumque condonatum ſemel conceſſo illis verbis pepercìſſe ſponſam, nam ut allegatus Baiardus eo §. adulterium num. 94. *Adde quod abſoluto adultero cenſetur etiam adultera abſoluta*: verſamur in materia favorabili amplianda, & extendenda; inde, unde unus condonatur alter condonatus convincitur: ſi dicas tam horrendum adulterii crimen fore, quod cadere nequit nec eſt actus facultativus mariti in optionem eius condonatio, replicabo verbis Julii Clari. lib. 5. recept. ſententiar. §. adulterium num. 18. *Caveat etiam maritus neſciens uxorem eſſe adulteram, illum ea carnaliter commiſceat, nam ex hoc videtur adulterium remiſiſſe, ita tenet gloſſa in capite finali; gloſſa unica de adult. quam licet ab omnibus receptam Didacus Narbona in loco praallegato num. 7. cenſetur enim ex hoc mores ſuos approbaſſe*: Idem expreſſit Antonius Gomez in dictam legem 80. Tauri num. 71. inquirens quibus adultera liberatur, manetque immunis à pœna: & tria ponit media; *unum ſi lapſum ſit quinquennium à tempore commiſſi adulterij*, l. quinquenium, eodem titulo ſecundum; *ſi conſenſit Maritus in adulterium*, cum mulier ff. ſoluto matrimonio; tertium; *ſi poſt commiſſum adulterium in ſua domo maritus habuit & retinuit adulteram vel menſa, vel lecto ſcienter, non verò aliàs, qui per hoc videtur remitte-*re *prædictum adulterium uxori*, textus in legem *ſi uxor* §. ſi de *adult.* ergo in optionem mariti cadit condonatio pænæ mortis authoritate publica ſtatuendæ contra adulteros; & quin intrem in cenſuram ſententiæ affirmâtis licere marito adultero occidere deprehenſos in flagitio poſt Bullam Alexandri VII. num. 1. citatam, gaviſus ſum cum inveni in Caramuele tom. 4. in Theologia morali præter intentionali præcepto 6. caſu 11. n. 3022. qualiter illicitum authoritate propria non autem publica judicis licitum ſui ipſius vindicem ſponſum, Canonicum jus corrigens quod Juſtinianum penes hoc decreverat; nec nunc poſt damnatam ab Innocentia II. illam propoſitionem quæ inter 65. eſt 59. hujuſmodi *copula cum conjugata, conſentiente marito, non eſt adulterium, adeoque ſufficere in confeſſione dicere ſe eſſe fornicatum*. Quamtumcumque aut conſentiat, ſive parcat crimen circunſtantiam mutantem ſpeciem tenet adulterii, cum in optionem mariti non cadat condonatio in conſcientiæ foro, aut malitiæ foro reatu, ad differentiam circunſtantiæ Stupri, in qua per conſenſum fœminæ anteriorem ad ſtuprationem, ſeu actum carnalem jam amiſit mulier Aureolam Virginitatis, & ideo eum turpiter cognoſcitur non cognoſcitur Virgo; igitur Caramuel n. 3029. *maritus qui teſtibus* (addo ante ſententiam à judice legitimo) *uxorem in adulterio deprehendit, & occidit non eſt dicendus illum reipublica nomine occidiſſe*. Tuncque peccare mortaliter indubium eſt, quidquid leges civiles eum immunem à pæna temporali deducunt; ergo reipublicæ nomine occidens tutâ trucidat conſcientiâ: igitur iuſtè tutâ conſcientia reipublicæ nomine condonare quibat; nec functi erant ſuo officio judices uſque dum conditio non adimpleretur, & adimpleri poterat; videndi S. Auguſt. cap. 33. Ezech. Salgado de Regia protectione parte 4. n. 26. cap. 4. n. 11. quo poſito procedendum ulteriùs & ſpeciatim ad id quod in conſcientia reſultat.

4. Dico licitè confeſſarium, & populum clamaſſe, *condonavit*, & potuiſſe liberare, eos delinquentes à morte, quamquam Maritus ante ſæpiſſime expreſſerit noluiſſe condonare; abſolutè enim loquendo laudabile plauditur miſerum reum ne ultimo ſupplicio pereat liberare, quod homines nobiles quotidie efficiût, & Eccleſiaſtici ſatagunt ſiquidem videmus Reos confugientes ad Eccleſiam, charitatis titulo, & tuendi Immunitatem à miniſtris illius abſcondi, ſtratagematibus in confugium poni; ne à judicibus ſæcularibus pænâ afficiantur capitali; regulareſque pluries opportunitatem obſervantes in ſuo habitu diſſimulatos ad confugium cooperari & ſociare; nec ullus hujuſque invenitur Theologus affirmans adhuc venialiter delinquere, ſi igitur id licet, neque juſtitiæ exequendæ impedimentum ex charitate, & Religionis virtute, reatum incurrunt illi minimum; licitum laudabileque & certe encomiabile ſit à compaſſione charitativa confeſſarium, & populum inſtare maritum offenſum in condonandos miſeros illos fragilitate fortaſſis delinquentes; ſi reſpondeas miniſtros Eccleſiæ teneri ad id faciendum, propterea quia non impedientes ne ſequatur mors delinquenti cum poſſint, in irregularitatem incidere videntur; at quando jam Reus eſt morti adiudicatus, præcipuè in patibulo exiſtens, nullus cogitur eum liberare, aut juſtitiæ exequtionem impedire; & ideo Sacerdotis comites per vias publicas, talium Reorum, à ſocietate nullatenus irregulares; quamquam poterat (ex Caramuelis ſententia de confeſſario, qui potens aperire carcerem Reo ut fugiat, nec reſerat, & tandem capite plectitur judicat enim irregularem manere) impugnari replica hac paritate. Confeſſarius qui prudentibus mediis poteſt liberare Reum à morte, in quam damnatur, aut differre illius ultimam horam, & voluntariè omittit

incurrit in irregularitatem ergo ſic conſultatio facta de duobus confeſſariis reorum, à peritiſſimis Theologis deciſa fuit declarandos irregulares; unus qui cum ſederet in ultimo gradu ſcalæ furcæ ad audiendũ de pœnitentia ſuſpendio necandum, carnifex petivit ab eo ut amoveretur, in aſcendendũ per ſcalam, amovit ſe, & declaratur irregularis; quo audito à judicibus ſæcularibus poſtea proviſum fuit ſcabellum ad locum ſuplicij deferri quoties eò afficiendus erat reus, & ibi pœnitentiæ Sacramentum adminiſtrare: alter eventus fuit. Tranſibat quidam ſtrangulandus per vicum; vidit quoſdam Sacerdotes ad januam cujuſdam Eccleſiæ per quam erat tranſiturus, petivit tantiſper detineri in confeſſionem faciendam cum uno illorum, ſella ferè totam pertam apertam claudente; rogat reus, ut diſſimulatione ſellam amoveret in ingreſſum ad Eccleſiam, ſciens favendam ab immunitate, nec aſſenſit, conqueritur reus Religioſo qui eum ſociabat, poſt exortationem in patientiam, hic, & alia requiſita ad diſponendam animam ſuſpendendo in furca facinoroſo; in ſcrupulum venit Religioſus, monenſque loci antiſtitem, de conſenſu decem Theologorum irregularis declaratur clericus, quia ſellam amovere noluit, impediens quantum ex ſe erat mortem illius hominis, ergò quia prudentibus mediis valebat Confeſſarius adulterorum mortem (inſtans in condonationem) impedire, laudabiliter id fecit, omnem movendo lapidem in id conſequendum; quidquid de hoc, aliam induco paritatem qua oſtendo confeſſarium non impediſſe juſtitiam exequendam: quando duo præcepta concurrunt incompoſſibilia, unum & alterũ exequi ſtatutum ſeu lex minoris ſuppoſitionis cedit præcepto majoris eminentiæ; ſed in eo caſu ex mediis appoſitis ad condonandũ concurrebat in populo, & in confeſſario præcipuè, præceptũ charitatis in liberandos miſeros ut peniterent contritione fervidiſſima dolentes de anteactis, ut merita augeſcerent in vitam æternam; & ex parte ſententiæ exequendæ juſtitia, quæ eſt virtus moralis minoris ſuppoſitionis quã charitas, quæ eſt virtus Theologica; ergo illa iſti cedebat; igitur ſicut tuta conſcientia & meritoria laude, quis omittit aut impedit exequendum minus bonum ut exerceatur majus, ita encomiabiliter, non culpabiliter ſe geſſerunt populus & confeſſarius in inſtantia.

5. Quo poſito principalis inquiſitio venit jam, utrum tutâ conſcientiâ ab illis verbis mariti ex oratione dominica ſcilicet Pater noſter; *dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*, potuerit & confeſſarius clamare, & populus, *dimiſit* è locoque ſuplitii adulterum, & adulteram liberare à ſtrangulatione, ſeu decollatione; pro quo diſputandus venit ſenſus illius clauſulæ, ſeu maximæ innegabilis, paritate qua ſacra Synodus Tridentina declarat ſeſ. 24. de reformatione cap. 1. de modo peragendi matrimonium validum ritè & ſolemniter; ubi ut exponat inhabilitatem perſonarum ad illud legitimè celebrandum clandeſtinè, in majoris ponderis vitanda inconvenientia; ſubnectit. *Cui malo cum ab Eccleſia quæ de occultis non judicat.* Quid, ab Eccleſia de occultis non judicari, variis in locis Caramuël diſcutit quomodo de occultis ferendum judicium ab Eccleſia; & primò in Theologia fundamentali tom. 1. fundamento 24. num. 705. prædictam interpretatur clauſulam concilii (quam præmiſerat cap. 2. fundamento 2. n. 616. occaſione indagandi quale peccatum raptus occultiſſimè perpetratus) nec de ſic occultis loquitur ſancta Synodus, quia hæc ſecreta ſunt, non quià incognoſcibilia ab acie creata naturali; niſi quia media non inveniuntur ut cognoſcantur, etſi potuerint eſſe, loquitur enim de ſecretis cordium quæ niſi Deo revelante ab Eccleſia, ut aliquo modo judicentur per evidentiam phiſicam attingi non valent; de quibus eo num. 605. ut ſubdantur judicio Eccleſiæ, ſcribit. *Duplex eſt in Eccleſia authoritas, & tot erant inconvenientia à matrimoniis clandeſtinis aborta, ut neutra poſſet huic malo pernitioſo ſuccurrere, matrimoniis clandeſtinis relictis non poterat Eccleſia efficaciter conſiliis & præceptis conjuges clandeſtinos dirigere, quia multi eorum contemnebant, utraque non poterat ſuplitiis, & pœnis, quia Eccleſia coercitiva poteſtas de occultis hoc eſt de actibus externis quos plenè probare nequit (judicare non poteſt:* nec moram facio in his quæ ibi contra Dianam proponit, quia iſte Doctor ſine examine protulit 2. parte tract. 12. reſolut. 2. §. verum opinio. *Nemo poteſt præcipere, aut vetare quod non poteſt punire, nec poteſt punire, quod non poteſt cognoſcere & judicare ſed Eccleſia extra confeſſionẽ non poteſt cognoſcere & judicare actus internos, ergo dicendũ eſt quod nõ poteſt præcipere eos, aut vetare:* Quidquid de indagine Syllogiſmi, ne componi videatur ratiocinatio cum frivolo illo Rabinorum diſcurſu quem (ut refert Caramuël tom. 3. in Theologia intentionali lib. 4. præcepto 10. num. 1649. *Sicut nos dicimus Deum de occultis non judicare non quidem quod illa non cognoſceret Deus, id enim nimium foret, ſed quod illa numquam interdixiſſet*) inter ſuas traditiones fallaces proponebant ſic illum recenſens, num. 1685. *Error ſecundus eorum fuit qui putarunt actus merè internos nulli judicio, nullæ legi eſſe ſubditos & quidem ſi agamus de legibus humanis* (eccleſiaſticis aut ſæcularibus) *actus internos non eſſe ſubditos, probabiliùs eſt juxta illud, de occultis Eccleſia non judicat, at ſi agamus dè authoritate & prædictione divina, internas hominum cogitationes imperio divino non ſubeſſe, delirium eſt*: non quomodocumque delirium, verum hæreticum; ſubſunt enim divino imperio quæcunque interiores cogitationes, ſic expoſuit Chriſtus contra Rabiniticas fictas traditiones dum in diſcipulis docuit totam congregationem animarum; *Math. 5. Audiſtis quia dictum eſt; diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum? ego autem dico vobis diligite inimicos veſtros.* Odium & amor actus merè interni ſunt, & divino mandato ſubſunt; nequaquam ita ab Eccleſia; ideo conſequens legitimum videtur, in eventu propoſito quod de interiori actu mariti, quomodo ad labia deduxit, aut qua intentione præciſè interna protulit illa verba, *dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus*, à nullo niſi à Deo judicari quivit; ſequentemque conſequentiam penes Tridentinum depromit. Caramuël: *ergo ut à Tridentino docemur; Eccleſia poteſt & non poteſt judicare de occultis; poteſt enim authoritate directiva, & præceptiva: coercitiva autem & punitiva non poteſt:* ergo de marito potuit judicare populus de occulto ejus conſenſu in liberandos reos, non coercitivè, bene directivè; quin me immiſceam in illa diſtinctione quam optimè explicat Caramuël contra Dianam de poteſtate indirecta Eccleſiæ ad actus merè internos, & occultos prohibendos, quia eſt in ipſa poteſtas coercitiva ad externos connexos; penes caſum præſentem ſtabo in hoc quod ſequens confeſſarius, & populus ille ſtylum quo utitur Eccleſia in dijudicandis internis, à ſignis exterioribus, licitè potuit liberare ſontes illos, audiendo offenſum proferre: *dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus*; nullo inditio expreſſo eo inſtanti quod ore proferebat mendaciter, quod in corde non tenebat; principaliter urgente pietate de benefitio animæ condonantis ex illo merito inducto à præcepto Chriſti; *Benefacite his qui oderunt vos, orate pro perſequentibus &c.*

6. Comperiamus ampliùs notatiunculam Caramuëlis (in illa clauſula Tridentini, *Eccleſia de occultis non judicat*) animadvertentis de fine & intentione concilii in probandis matrimoniis clandeſtinis, com-

Digitized by Google

i. in Theologia fundament. fund. 36. num. 1869. v. qui aliter. *Non enim volebant patres contrahentem onerare ceremoniis, ſed obviam ire inconvenientibus qui ex clandeſtino matrimonio oriri ſolebant.* Hæc confeſſio perſuadens veniam impendendam à marito, intendebat ipſum onerare, ne ſuo honori & famæ fieret ſatis; ſed inconvenientia obviare, fortaſſis cognoſcens vindictæ furore, & vanitatis ſupercilio, ex iſtis ſericis indumentis, aliiſque inditiis, ac juſtitiæ, æquitatiſque zelo, ut ſontes luerent pœnas movebatur; unde in vitandum ipſius mariti peccatum de vindicta, quod læthale eſt, omnibus mediis condonationem ſatagebat impetrandam ad heroicum ejus meritum in eximio facto, ut veniam ipſe impetraret à Deo, qui propter Deum tantam injuriam condonabat offenſoribus; meliori ſatisfactione recuperando honorem Chriſti imitator remiſſionem è cruce orantis pro occiſoribus; tum ut recogniti rei, & à mortis ignominioſæ erepti penitentiam ampliarent, divinoque numini ſtrictiùs copularentur; iterat Caramuel fundamento 45. num. 1112. varias propoſitiones differens, inter quas interponit hanc: *de occultis non judicat Eccleſia*; quam num. 1117. §. 45. prævenit legendum attentè, quod ibi explicat de ea proferens: *Duos enim ſenſus habet hoc axioma; vel enim non judicat, eſt: non poteſt judicare: vel non judicat, eſt: non ſolet judicare: ille prior ſenſus opinione multorum eſt certus, multorum autem eſt probabilis; ego ſecundum aſſector; nam regiminis ſuavitas poſtulat ne omnia faciat Eccleſia quæ poteſt:* ergo licet concedamus quod ſubjungit (in triplici differentia actuum internorum quos ſic deſcribit: *duplex eſt in Eccleſia authoritas, directiva & coercitiva, vel ut alii loquuntur præceptiva & punitiva: Secundò actus humani ad varias reducuntur claſſes; alii enim ſunt purè interni, ut contemplatio; alii externi, ut deambulatio; alii mixti, ut oratio & loquutio; primos habet homo communes cum Angelis, nec gratis competunt; tertios actus purè externos, & mixtos, quæ externos attingit Eccleſia authoritate coercitiva, judicativa, & punitiva; actus humanos id eſt mixtos, necnon actus purè externos authoritate directiva & præceptiva*) authoritate directiva, judicativa, & præceptiva potuit Eccleſia penes orationem vocalem *Pater noſter*, quæ erat actus mixtus imperare, aut dirigere, hoc idem per eandem conſonantiam, & conformitatem, voluit ſibi perſuadere Confeſſarius, ſimiliter & populus non aliter peractum intuitu conſilii in condonatione reorum, & liberatione ab imminente morte in ſupplitio ſeu patibulo; ſed caſu quo præciperet Eccleſia marito actum illum mixtum recitare, quamquam ſine intentione interiori recitaret, judicium Eccleſiæ foret, ſuo præcepto ſatisfeciſſe, non impenſo aliquo inditio, quo interiorem intentionem diſſonam manifeſtaret; ergo & Confeſſarius, & populus conſonè ad conſilium in veniam conſenſiſſe, ritè judicavit, quandoquidem pro tunc ita annuit ut nullum inditium depromeret exteriùs, unde conjectaretur aliter intendiſſe corde ac ore proferebat; & cum materia tantæ pietatis ſtaret, aliàſque ſententia, ut præmiſimus, judicum conditionata fuiſſet, ſi maritus non condonaret, legitimè, & licitè, valuit ille populus, audiendo *dimitte nobis debita noſtra*, judicare quod cum Chriſtianus eſſet, non in deſperationem ibat nolens ſibi à Deo non dimitti ſua peccata; conformiterque ad iſtud & aſſimilativa, & identitativa conjunctione in, *ſicut & nos dimittimus*, dimittebat ille, & liberandos ſontes adulteros intendebat ex corde; quapropter ne inſtinctu Diaboli mutaret propoſitum celeriter, & promptè occaſionem revocandi tam laudabile propoſitum plauſibileque factum illos miſeros à patibulo amoverunt, deferentes mulierem ex decreto legitimo ad monaſterium monialium reformatum (ubi fertur à paucis annis vitam clauſiſſe exemplariſſimâ pœnitentiâ) adulterumque in exilium factum, quin comperiretur quid de eo; forte non abſimiliter ad eremum reductum, in cautelam reincidendi, perſimilem dolorem, & pœnitentiam, ſuam ſatagens ſalvationem.

7. Vrgentius alterâ doctrinâ colligo qualiter ille populus heroicè proceſſit in eventu, per aliam quem Caramuel notat tom. 4. in Theolog. morali præterintentionali, præcepto 5. diſp. proœm. num. 2329. ut aſſignet quomodo in damno illato proximo culpa poteſt contingere venialis à deliberationis defectu; poſtquam ponderat quantum homo ab ira calcatur, indeliberatum ponit actum nullo pacto judicandum lethale peccatum, & ad ſummum tantum veniale, nec ullum, dum motus primo primus contingit, à nulla libertate procedens, ſubnectit. *Cum enim ſubitamen eſt, omnia calcat, omnia peſſundat, omnia ſubigit, hominemque ad talem miſeriam redigit, ut non ſit operationum ſuarum Dominus: ſed quia Eccleſia de occultis non judicat, reus eſſet apud homines, nec poſſet hoc prætextu excuſari.* Conformiter ad iſtam doctrinam, audivi quoſdam Theologos cenſuiſſe declarandum excommunicatum & abſolvendum de cenſura quemdam chirurgum percuſſorem promptiſſimû clerici, quem caſu reperit in valvis Eccleſiæ impedientem introitum chirurgi ad templum, ſeſeque promptè videns dejectum, ſubitò, ferreis clavibus quas invenit in janua, clerici caput graviter vulneravit, ad judicium vocatus percuſſor juravit ſæpiſſimè ab ira prompta ſecum, in tantum quod actio ab inditiis conjectabatur indeliberata & motus primo primus, quo non obſtante, à prædicta Caramuelis clauſula per cauſalem inducta; *quia Eccleſia de occultis non judicat, reus eſſet apud homines nec poſſet hoc prætextu excuſari*, conformiter Theologi ſenſerunt chirurgum in canon. *ſi quis ſuadente* incidiſſe, declarandum excommunicatum, & puniendum abſolvendumque à cenſura; ſi igitur in materiis odioſis occulta non attenduntur ab Eccleſia, aut à quolibet altero tribunali, in favorabilibus ut rei liberentur à morte temporali, & actor exerceat meritoriè opus heroicum à Domino Jeſu tantopere commendatum Math. 5. v. 44. *benefacite his qui oderunt vos*, quare attendendum quid in præciſè occultis, & non operandum conformiter ad expreſſa audita; ergo tutâ conſcientiâ audientes maritum *ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris* confeſſarius, & populus ille dimiſſos juridicè cenſuit adulteros ab actore, licitèque eos à morte liberavit. Reſpondebis quod ſicut compatibile fuit contrà adulteram complicem, maritum offenſum obſervare præceptum latum à Deo, à Chriſtoque expreſſum Math. 5. de non vindicandis injuriis, cum actionibus & ſollicitatione quod à juſtitiæ æquitate, & judicibus legitimis, pœnas debitas luerent illi criminoſi, ſiquidem hoc objectum probabiliſſimum eſt pertinens ad eximiam punitivam virtutem juſtitiæ, quæ reducitur ad quamdam commutativam ſpeciem ejus, ita per orationem dominicam *dimitte nobis* non ſignificaſſe veniam in foro contentioſo exteriori adminiſtrationis juſtitiæ punitivæ, niſi in eo interiori conſcientiæ ad conformitatem præcepti divini; ſed ut populus licitè liberaret illos ſontes tenebatur probare aliquo inditio judicare in foro contentioſo maritum ſe amoviſſe ab inſtantia & accuſatione; ergo dum id ipſis non conſtabat nec populo nec confeſſario (imo oppoſitum à tot vicibus in quibus inſtatus fuit condonare, nec adhæſit (illicitè uterque ſe geſſit; potiuſque tumultus judicandus in violentiam, injuriamque adminiſtrationis juſtitiæ ortam, & pullulantem ab imprudenti zelo, cæcaque paſſione, quam pietas, ac obſervan-

tia charitativa; perperam ergo ſe geſſeruit in impediendo juſtitiæ executionem illâ cautelâ; qua amphibologia, & ambiguitate procedere videbatur & populus & confeſſor, ſumendo illud medium quo fallebat ſincerum hominem; & illiteratum, neque cum ſufficienti notitia de his quæ latebant in petitione ut alta, clara, diſtincta, articulata voce proferret *dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus.*

8. Genuina intelligentia verborum Domini occurrit explicanda, cum docuit orationem *Pater noſter*, ſuppoſitis illis verbis Lirani in cap. 6. Math. ait: *ſicut volumus dimitti peccatum noſtrum, ita debemus proximo dimittere peccatum in nos comiſſum; ita tamen dimiſſio poteſt intelligi dupliciter, uno modo quantum ad offenſum, & hoc eſt neceſſitatis, quâ tenentur omnes diligere ex charitate alio modo quantum ad injuriam, & hoc non eſt neceſſitatis, licet ſit supererogationis.* ly *neceſſitatis*, idem eſt ac ex obligatione præcepti, quo aſtringimur in conſcientia: maritus igitur offenſus condonabat in obſervantiam præcepti, *diligite inimicos veſtros*, neutiquam injuriam quam plecti in ſupplitio procurabat à ſententia criminali; confeſſor & populus veniam non petebat pro injuria niſi pro offenſa; ergo clauſula *dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus*; duplicem ſignificationem tenet, unam per excluſionem vindictæ ex ira procedentis, quo pacto obſervantia præcepti compatitur conformis cum diligentiis, ut qui aliquem offendit pænas luat decretas à jure, & intimatas per legitimum judicem; alia eſt ſignificatio cadens ſub conſilio importans majorem excogitabilem perfectionem in adimpletione præcepti de condonandis injuriis, & conſiſtit in hoc, quod propterea ut mea peccata dimittantur à divino numine, non ſolum operor eà quæ cadunt ſub præceptum, ſed ipſa quæ in mea optione ſunt, & ſub conſilium ſolummodo me inducunt, nolens me movere adhuc in eo, quod licitè, & ſine minima culpa veniali poſſum: quo ſenſu valde declamatos audivimus aliquos, qui violenter vulnerati ad mortem, licet in rixa, ſive in duello, quando à confeſſariis exortantur in veniam hoſtilitatis, & eorum qui ipſum ad ultimam horam deduxerunt, taliter diſponuntur ad gratiam finalem, ut non ſolum offenſam condonent, ſed & injuriam, demandantes in teſtamento, ſeu alia via, nullum ex ſuis, ad quos pertinere poteſt, partem agere, & inſtantiam actoris, ut à judicibus puniatur occiſor, ullam moveant diligentiam, ſed ut dimittat ſibi Deus debita ſua, ille dimitit debitores ſuos quoad omne dimiſſibile, non tantum penes id quod cadit ſub præceptum, verum & quodcumque ſub conſilium cadens; & quis erit confeſſarius ſoletter non ſatagens id fieri à moribundo (& poſtea ſi convaleat hoc idem ab offenſo vulnerato) Totum fundatur in illa celebri Theologia quod perfectiora ſunt opera adimpletiva præcepti quæ in eo obſervando comprehendunt quæcumque ſub conſilium ſunt v. g. die veneris ſancti eſt mandatum ab Eccleſia jeiunium quadrageſimale, ſine lacticiniis & ovis, in venerandam paſſionem Chriſti; nulla interponitur iuſſio ut in pane & aqua tantummodo peragatur hoc ieiunium, quis cogitabit Petrum pane & aqua ieiunantem eo die, præceptum non adimplere plus multum heroico merito, ac alter qui in cibis quadrageſimalibus eo die ieiunat, piſces comedens & legumina; ergo præcepta divina excluſiva non ſunt, imo incluſiva operum conſilii, ſtrictiorem obſervantiam illorum continentia: igitur in eis orationis dominicæ clauſulis, *dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus*, quamquam præceptum ſit penes offenſam tantummodo, & quoad iniuriam maneat in optione illius qui offenſus eſt, ut non compareat, nec ſatisfactionem quærat apud forenſe externum tribunal, ceſſando ab inſtantia. Vrges, ergo hoc pacto in optione judicis erit condonare pœnam: nego conſequentiã, quia læſa juſtitia ob læſam partem non cadit ſub dominium Judicis ea inſtante punitionem omittere, licet ſit actus facultativus ejus Judicis qui ſententiam proffert eam ſic pronuntiare quod dum pars veniam offert quamtumvis in patibulo mox exequenda deveniat, ſuſpendatur, condonetur delinquens, qualiter præſumitur factum in hujus conſultationis eventu, quia ſic conſentiente parte procedit, quin in minimo frangat immunitatem, ſeu æquitatem juſtitiæ ferendæ, & adminiſtrandæ.

9. Exactè nequit Confeſſarii & populi actio penetrari (in eo zelo à nullo calumnianda vel cenſuranda) niſi penetretur ſenſus dominicæ ſententiæ in oratione *pater noſter* quam refferunt tres Evangeliſtæ, Mathæus cap. 6. v. 12. Marc. cap. 11. v. 25. Luca cap. 11. v. 4. exemplumque rariſſimum imitandum docuerunt ſervator, materque ejus Deipara; ille, cohibendo diſcipulum Petrum, ne minimum irrogaret ſuis offenſoribus gravamen (etiam cum moderamine inculpatæ tutelæ) & vulneratum Malcum in auricula miraculo portentenſo ſanans, præter omnem conſuetudinem peractam à Redemptore, qui quos curabat corpore prius in anima vocabat ad pænitentiam, & dum hanc, ſive ab obſtinatione, ſive ab alia cauſa renuebant per contritionem, ſuſpendebatur opus potentiæ abſolutæ; at in Malcho, quamtumvis obdurato, & impænitente pietas divina eduxit donando auriculæ ſanitatem miraculoſam: non tenebatur Jeſus non ſe defendere ab injuſtiori invaſione, aut à patentiori injuſtitia accuſatus, & tamen mirifico exemplo diſcipulo aggredienti ſuum tutamen, alloquitur eo capite 26. Math. v. 53. *An putas quia non poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi pluſquam duodecim legiones Angelorum?* Ubi Jacobus Tirinus ad v. 54. *Tertia hac eſt ratio qua compeſcit pugnacem Petrum ſimul & cauſam exponit cur non depoſcat à Patre duodecim legiones, vel alia via ſe adverſus hoſtes ſuos tueatur.* Plures urgebant rationes cur in ſui defenſionem nihil volebat manſuetiſſimus agnus, invocandum aut aſſumendum; una erat ut Patris præcepto obediret, juxta Theologiam quam inſinuo tom. 2. certaminis diſp. 3. ſect. 1. num. 8. de optione data Chriſto in modum redimendi genus humanum, & de præcepto moriendi in cruce, quod à patre petivit imponendum ſibi, de quo eo tomo 2. diſp. 5. ſect. 4. num. 39. Præceptum erat mors in cruce, conſilium defenderetur ut magis eluceſceret ejus ardor patiendi in benefitium, & dilectionem generis humani; & non ſolum exequitur quod urgebat in mandato, verum quod eminebat in conſilio, ſuo exemplo nos docens, qualiter per obſervantiam eorum, quæ tenemur et præcepto, & quæ cadunt ſub conſilio eminenter operari, penes offenſores; in injuriarum venia, & beneficentia; quo pacto clamat Apoſtolorum Princeps, 1. Petri 2. quaque via; *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus:* veſtigia dominica ſequimur quoties injuriatores condonamus non tantum per ea quibus præcepto aſtringimur, vitando, nec quærendo minimam vindictæ ſimulam; ſed & in his quæ tutâ conſcientiâ perficere poſſumus non ſiſtendo, in eo tantum quod præcepti eſt ſed illuſtriorem veniam exequendo; ultra filii Dei hominis exemplum, in Maria matre ejus Virgine; alterum eſt mirificum ex dubio quod movet Bernardinus Senenſis, à me expenſus, & dilatatus tom. 3. certaminis diſp. 5. ſect. 17. §. 3. num. 167. eſtque huiuſmodi; cur Deipara non deffendit filium, nec pro illius innocentia, pluſquam luce meridiana nota, verbum profert & licet ibi eo num. 167. ad aliud intentum S. ſenenſis concertationem excitaverim, ut probem nihil à Dei genitrice petitum quod obtentum

Digitized by Google

non ſit, & in demonſtrandum, quod ſi à Matre nullam ſui defenſionem voluit ſervator, nec ab alio ullo illam fas fuiſſet conſentire, ut verificaretur, illud S. Leo ibi citatus ſerm. de paſſioni datus ob redemptionem humanæ naturæ lapſæ, & apertionem januæ cæleſtis clauſæ hominibus ob primi Proteplaſti originale peccatum, cum quo compatitur (nam eadem numero actio plures fines ſecum compatit, ut in Scoticis principiis quod Adam non peccante Verbum incarnaretur, unio hypoſtatica decreta fuit ex eminentiâ bonitatis divinæ ſe communicandi ad extra, & in remedium noxæ Adami) potuiſſe Virginem, Filium non defendere, & fine aſſignato, & in ſimul ad imitandum eum, quem de utero ſuo virginali prodiit, directè ad beneficentiam eorum qui tantopere ipſam injuriabant, non tantum adimplendo præceptum de condonatione offenſarum per ea quæ ſub præceptum cadunt, verum in illuſtriori facinore, per illa quæ ſub conſilium ſunt, & noſtræ optioni licita comittuntur, ut in tanto filio, talique Matre admirandum teneremus exemplum ad injuriarum veniam lubenter præſtitam, aut impendendam.

10. Solidabitur totum exponendo genuinum literalem ſenſum clauſulæ Domini, *dimitte nobis debita noſtra ſicut, & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Ly *ſicut* in textu Mathæi ſignificat comparativè vel allicitivè; utroque modo ſignificatum tenerè in jure docuit Tuſchus tom. 2. practic. concluſ. lit. D. concluſ. 374. & deinceps: gloſſa ordin. Prædicta Domini verba commentans. *Pecuniam alicui repetere conceditur; ſed debitam peccatorum petenti veniam numquam juſtè negamus*, ly *juſtè*, & ſignificare poteſt, conſonè ad contexturam, *licitè*, vel *congruè*, quaſi dicat nunquam debitâ peccatorum petente negamus veniam licitè, contraveniendo præcepto Divino, nec congruè, quando etſi non contraveniatur, minuitur munificentia & generoſitas, animuſque, Jeſu & Matris eius veſtigia cupiens terere, ergo quamquam, non injuſtè, non juſtè, id eſt congruenter, veniam pro reis illis miſeris exoratus à confeſſario & populo) maritus negabat antea, & poſtea in oratione, *Pater noſter*, præſumitur, ut optimus Catholicus, quod voluit condonationem concedere, Maldonatus ad v. 12. capitis citati Mathæi pro caſu noſtro expeditiſſimè. *Dimitti, eſſe non ſolum non imputari, non ſolum diſſimulari, non ſolum tegi, non ſolum non puniri, ut novi heretici fabulantur, ſed penitùs etiam tolli, penitùs deleri:* Ergo Maritus ille quando in oratione Dominica ſibi petebat ſua debita (per quam dictionem omnes intelligunt peccata, & videndus Tertullianus lib. de orat. cap. 6. & 7.) dimitti orabat, internè, & externè, non tantum non imputari; non diſſimulari, non tegi; non puniri ſua peccata; ſed penitùs tolli, quoad culpam, & pœnam; ergo cum idem ſignificatum teneat ly *ſicut* in externa voce, quoad alios in venia præſtanda; ac quoad ſe in ea de propriis peccatis obtinenda, ſolido fundamento coniectatunt condonaſſe alienos circa nam penitùs tollendam qui in allicientiam, & motivum, ut ſibi pœna condonaretur illud allegabat: & quamquam verum ſit quod ex communi Theologorum placito ſe cinxit relatus Maldonatus in ſequenti exemplo. *Cum patrem meum occidiſti; & feciſti injuriam, & damnum intuliſti, quia eum mihi eripuiſti, qui me alebat, qui tuebatur; damnum repetere poſſum, injuriam condonare debeo*, non urget in noſtro eventu; aliud eſt damnum repetere, alterum injuriam condonare; ſi fit ſatis damno ex condonatione quid aliud petitur? ergo honor damnificatus marito ex adulterio vel repetebatur reſarciendus ab exequutione juſtitiæ in decollatione trucidante offenſores, aut per veniam, qua patebat cunctis exemplum, quod maritus dabat, ſequendo veſtigia Chriſti, & Deiparæ; cum hoc diſcrimine, quod recuperatus honor ab exequutione, nullum meritum inducebatur in mariti anima, nec actus heroicus reputabatur ad terenda, & imitanda Dominica & Mariana veſtigia; conſequenterque ſatisfactio damni accepta per veniam eminebat quaſi non plus ultra ſupra eam, quam accipiebat ab exequutione trucidationis; quid ergo, non ſit mirum ſi cum protulit, *dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus* concipi à confeſſario & populo procedere in ſui honoris incolumitatem altiori modo ac ſi in altero medio; principaliter ſic intellectum debuit à cunctis cum clamante confeſſario *dimiſit* & populo ſimiliter ipſe ſi vit, nec juſtitiæ miniſtros ibi exiſtentes invocaluit, nec liberarentur ſontes, aut ſi tumultus fuit poſtea cauſam criminalem non repetiit apud judicum tribunal inſtans ſententiam exequutioni mandandam, aut ſecreto, vel modo quo aptiùs oportunitas occurreret; unde hæc regula juris (exponenda in hoc volumine conſult. 27. num. 2.) *qui tacet conſentire videtur*, argumentum conſenſus, & approbationem veniæ inſtabant à taciturnitate, bona fide ergo proceſſit & confeſſarius, & populus in liberandos illos ſontes, quin urgeat taliter turbatum & attonitum, quod loqui non advertit; poſteaque cauſam exequendam in pœna, non repetiit, aut quia ſtupidus manſit, vel ne viſus, & populi fabula eſſet, quid inde, per eum ſtetit ſilentium, nec à ſua puſillaminitate ſuffragandus erat in præjuditium vitæ duorum qui à ſupplitio liberari poterant, fine conterendi, & de crimine iterandi actus pænitentiales ad animarum ſuarum incrementum & meritum ampliandum in divinam gloriam obtinendam.

11. Alterum poterat contra me efformari argumentum, ab his quæ plures firmant, & pro eo allegant Angelicum Doctorem, ſtatim dandum, poteſtque ſyllogiſmus conſtrui ita: ut populus ille & confeſſarius illos adulteros à patibulo & morte liberarent licitè, & tutâ conſcientiâ, debebat maritus nomine proprio, non alieno veniam præbere, præſtando condonationem; ſed recitando orationem Dominicam, non expreſſit ſe operare nomine proprio; ergo illicitè, violenter, & tumultualiter, neutiquam conſonè ad juſtitiæ æquitatem liberati fuerunt; priuſquam ex paritate convincam majorem propoſitionem; pro minori eſt expreſſus textus D. Thomæ 22. quæſt. 83. art. 16. ad tertium, ubi de illa Dominicæ orationis clauſula; *dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus*, fatur ita. *Oratio Dominica profertur ex perſona totius Eccleſiæ, & ideo ſi aliquis nolens dimittere debita proximo, dicat orationem Dominicam, non mentitur, quamvis hoc quod dicit, non ſit verum, quantum ad ſuam perſonam, eſt tamen verum quantum ad perſonam Eccleſiæ.* At ſi non dat inimico veniam mentiri expreſſis verbis ſenſerunt S. Auguſtinus lib. 2. de ſerm. Domini in monte cap. 8. S. Petrus Chriſologus ſerm. 69. imperfectus homil. 14. in Math. & alii; quid ergo nec me ſatisfacit quod id arguens, reſpondere audivi à quodam viro Docto ex datis ab Abulenſi quæſt. 116. in cap. 6. Math. Ut mentiri aſſeratur quoties injuriæ veniam internè non dat ſecundùm præceptum de amandis inimicis quia proximæ ſunt, & internè cupit eis malum; damnum enim illatum ab injuria dupliciter iſte Doctor attendebit, authoritate Angelici præceptoris innixus, & attentus; aut ſine ullo detrimento proprio, illato ipſi injuriato bonorum, vel honoris, ſeu famæ jacturam proſpiciendo; aut in re talem cauſando; primo modo aiebat intelligendum S. Doctorem, non ſecundo; id eſt, licet ſine mendatio non condonare injuriam quando recitatur oratio Dominica dum præjuditium ſentitur

Digitized by Google

detrimentoſum bonis ſeu famæ. Præterquam quod hæc præciſio non conſonat textui Magiſtri Angelici; arguo à plurali inducto in oratione Dominica, *dimitte nobis, ſicut & nos dimittimus*; non enim in ſingulari fit oratio, *dimitte mihi ſicut & ego dimitto*, quin fiat diſtinctio; ſed ab indefinita, quæ plus excedit & dilatatur quam nota univerſalis; patet igitur recitari orationem Dominicam, non nomine proprio, ſed collectione Chriſtianorum nomine Eccleſiæ; inde ſemper manet robur contra me ex verbis S. Præceptoris, præcipuè cum Thomiſtæ ſollicitè curent Auguſtini & aliorum PP. mentem componere cum illis tranſcriptis verbis à D. Thoma: nunc majorem ſyllogiſmi propoſitionem probo; Fingamus caſum quod Laurentius percutit vulnere Epiſcopum, & capiatur percutiens à juſtitiæ Miniſtris; agitatâque cauſâ ad triremes condemnetur Flagitioſus, ob crimen, per decem annos, ſi Epiſcopus ei veniam non concedit; ſtratagemate cauteloſo vocetur antiſtes à Laurentio qui petit ut eum audiat in confeſſione ſacramentali, annuit, & audientibus decem hominibus conteſtibus verba abſolutoria ſacramenti pænitentiæ, quæ clara voce profert dicendo, *ego te abſolvo à peccatis tuis* clament illi decem conteſtes, *condonavit Epiſcopus; ad triremes non iturus eſt Laurentius:* an ne hoc ſufficiens in liberandum Reum? quis ſanæ mentis affirmabit, quando quidem verba abſolutoria non profert miniſter nomine proprio niſi viridi nomine, ideoque compatitur confeſſarium contra propriam ſententiam probabilem tuta conſcientia quin mentiatur conformare ſe cum ſententia probabili oppoſita pænitentis, quia unam tenet nomine proprio, aliam exercet gerendo perſonam Chriſti, non vero in propria perſona; ergo condonatio in caſu conſulto à Marito debuit præberi in perſona propria, non autem in Eccleſiæ perſona; ergo ſtante doctrina, qua oſtenditur illa orationis Dominicæ verba *dimitte nobis ſicut & nos dimittimus*, proferri in perſona Eccleſiæ, non vero in propria, illicitè à confeſſario & à populo illi ſontes à ſuplitio liberati fuerunt ſtratagemate cauteloſo, non licito tramite.

12. Dum hæc inſtantia ſolvitur, & paritatem non tenere demonſtratur, totum patebit inconcuſsè, certum fateor à verbis abſolutionis ſacramentalis non obtenta venia illius qui percuſſit Epiſcopum, ut hic liberaretur à triremibus in quam pænam ſententia judicialis ipſum condemnavit; nego paritatem in caſu quem gerimus conſultationis; diſcrimen eſt, quia actio abſolutoria nomen proprium confeſſoris ad condonationem omnimodè excludit, itaut nihil operari queat in pænitentiæ ſacramento Jeſu Chriſti nomine, cujus miniſter eſt confeſſarius, & cuius vices gerit; nullus etenim cujuſuis Sacramenti Miniſter nec minimum agit in propria perſona, iuxta illud S. Ambroſii lib. 4. de ſacrament. cap. 4. *Auctor Sacramentorum quis eſt niſi Dominus Ieſus*? & paulo poſt *ubi venitur ut conficiatur venerabile Sacramentum iam non ſuis ſermonibus Sacerdos, ſed utitur ſermonibus Chriſti*; at in recitatione orationis *Pater noſter*, quamquam nomine Eccleſiæ in illis verbis, *dimitte nobis, ſicut & nos dimittimus* clauſulâ non eſt excluſiva nominis proprij, imò incluſiva, ut utraque operante in veniam offenſarum accreſcit excellentia condonationis, & meritum condonantis, operantis quidem non ſolum in his ad quæ tenetur ex præcepto, verum in eis quæ ſub Conſilium cadunt, & opus miniſtrium adaugent; ſic quando Angelicus Magiſter ait. Eccleſiæ nomine recitari orationem *Pater noſter* in veniam injuriarum, non excludit proprio nomine etiam remitti à recitante ſua debita, ut ita operans conſonè ad præceptum, addat ſupererogationis actum, quo divinum numen alliciat in condonationem ſuorum debitorum; intendens tam pientiſſimus, & profundus præceptor occurrere ſcrupulis aliquorum, ne omittatur tanta oratio, edocta & conſtructa à Chriſto, timore quod cum à ſua fragilitate ſeu alio motivo nolunt condonare illa, quæ in optione facultativa eorum eſt, judicent frangere Dominicum præceptum, expreſſum illis verbis Math. 5. v. 44. *& diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos*, conjectantes proprio non Eccleſiæ nomine recitationem non factam mentiri, conſequentiæ quam in tertio argumento oppoſuerat occurrent *ergo vel mentiuntur hoc dicentes*, ad ſubjunctum non proferri *dimitte mihi ſicut ego dimitto*, nego ſuppoſitum, quia in plurali ſingulare continetur, non è contra unde in literis Apoſtolicis ly *nos* æquivalet, ego, non autem ab oppoſito quando dicitur, ego, non intelligitur nos, qua propter *dimitte nobis* non eſt excluſiva *mihi*, nec *ſicut nos dimittimus* excludit *ego dimitto;* à quibus clarius pateſit, diſcrimen in verbis abſolutoriis, ac recitatione orationis *Pater noſter;* in illis pronomen demonſtrativum ſingulare eſt, tam in miniſtro quam in recipiente, non enim dicitur nec conficitur ſacramentum pænitentiæ hoc tenore, *nos, vos abſolvimus à peccatis veſtris*, meritò. *Ego te abſolvo à peccatis tuis*: indicans, confeſſarius ſe illis ſenſibilibus vocibus nihil agere quoad veniam nomine proprio; iſtudque omnimodè excludit; ſimiliter in baptiſmi Sacramento quod neque conficitur ſi dicatur, *nos vos baptiſamus*, formaque hujus validi Sacramenti ſtat in ſingulari. *Ego te baptiſo*; verum tamen in recitatione orationis Dominicæ ipſemet Dominus ſervator, non reſtringens ad ſingulare, & exprimens in utroque, plurale, & ea quæ in præcepto dilectionis inimicorum, & beneficientiæ eorum incluſit, ſimiliter & quæ ſupererogationis erant, ut heroïcum facinus abſque ſcrupulo peragerétur à nobis, & in ſimul ab hoc quod facultati noſtræ relictum, perficeretur terendo veſtigia eius, *ut aiebamus num.* 11. & nomine Eccleſiæ, & proprio benefaciendo inimicis nec de eis vindictam ſumeremus, ſed potius benevolentiam charitativam in ipſos diffunderemus; quo pacto interpretandus eſt Trullench. tom. 1. in præcepta decalogi lib. 1. cap. 5. dub. 5. num. 18. ſcribens. *Eum qui tenet odium contra inimicum non poſſe dicere in propria perſona, dimitte nobis, ſicut & nos dimittimus; poſſe tamen indicat in perſona Eccleſiæ*; ergo à contradictorio, qui non tenet odium adverſus injuriantem inimicum poterit ea verba *dimitte nobis*, & in perſona Eccleſiæ & in propria perſona; igitur ex caſu propoſito in conſultatione cum maritus non expreſſiſſet ſe in perſona propriâ, non recitare illam eſſe Dominicam clauſulam, tutâ conſcientiâ potuerunt populus, & confeſſarius intelligere, & Eccleſiæ, & proprio nomine condonatum delictum, & liberare à patibulo Reos.

13. Regula juris, & pietas id dictabat ſic percipiendum, ut propoſuimus; de pietate per ſe patet; de juris regulis tam Canonici quam civilis, quid clarius ex illa maxima, l. favorabiliores ff. de regulis juris §. retinendum; cap. cum ſicut partium de regulis juris in 6. & alibi. *Reo favendum eſt in ambiguis, potius pacem actori*; Menochius tract. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 90. Thomas Sanchez tom. 1. in præcepta decal. lib. 1. cap. 9. num. 51. nec limitatur inducta regula à juriſtis (ex l. in partes 38. ff. illo titulo, aut cap. ultimo, in principio de re judicata, cap. ex litteris de probat.) per aliam quæ eſt bujuſmodi *in cauſis juri favorabilibus præferendus actor Reo*; fuſe Tiraquellus tract. de privilegijs piæ cauſæ, privil. 146. & deinceps; à quorum juridica indagine ſuperſedeo, tranſeat ſic limitari, verumtamen, nuſquam juri favorabile præſumendum, niſi quandocumque præju-

Digitized by Google

dicatur in tantillo ius ab hoc quod favendo Reum, hic præferatur actori; cum non obſervatur illa immunitas debita ipſi; vel quando ambiguum non eſt judicium: quid ergo, in eventuquem gerimus ut criminoſi illi liberarentur iuri favorabile, ambiguum exiſtens non explicato marito, utrum nomine Eccleſiæ & in ſimul proprio orationem Dominicam in Reorum veniam recitaret? ſi voluiſſet (non nomine proprio intelligendam clauſulam *dimitte nobis, ſicut & nos dimittimus*) expreſſiſſet; qui tacet conſentire videtur ex datis n.10. in ambiguo poſitâ causâ favendi erant rei non exiſtens favorabile iuri quod illi decollarentur: nec ſatisfacit ſi dicat, ſe anteà abundè expreſſè ambos adulteros perire in patibulo, velle, quia mutare de inſtanti ad inſtans potuit intentionem, nec antecedens intentio de trucidationis Volitione, virtualis aut formalis expreſſabatur, permanens in exceptionem quod tantummodo nomine Eccleſiæ recitabat *Pater noſter*; ergo ſolidiſſimo fundamento proceſſerunt confeſſarius, & populus in præſumptione, per rem ambiguam, expreſſam in Reorum favorem; ad confirmandam doctrinam advoco Theologorum diſcutionem de verbis conſecratoriis, utrum proferantur à Sacerdote celebrante recitativè dumtaxat, ſeu ſignificativè tantummodo, vel in ſimul recitativè dumtaxat, ſeu ſignificativè; de qua Scotus 4. diſt. 8. quæſt. 2. §. de tertio, num. 11. & ſequentibus Vazq. diſp. 200. de Euchariſtia per totam, in qua capite 2. erroneam putat ſententiam tuentem recitativè ſolum proferri; mitto Lugum diſp. 11. de Euchar. ſect. 5. qui aut non vidit, aut non penetravit ſubtilis Doctoris mentem ipſum carpendo, nec fideliter allegando aut ipſius dictamen proferendo num. 110. & videndi duo Scotiſtæ Faber diſp. 34. de Euchar. cap. 1. & Meuriſſe cap. 4. de Euchar. quæſt. 4. explicandi termini, ne alibi quærantur, ab his quibus non tam promptè occurrit intelligentia; proferri aliquid recitativè, ſeu materialiter, idem eſt ac tantummodo recenſere aliquod quin affirmetur ſignificatio eorum, vel negetur; v.g. cum dico me legiſſe hiſtoriam de Uliſſe, & Penelope, non affirmando vel negando, fabula ne ſit, figmentumque ſcriptorum; proferre autem ſignificativè ſtat in recitatione affirmativa, vel negativa ſignificationis propriæ verborum, ſeu clauſularum quæ proferentur; bifariam igitur poſſum verbo conſecrationis proferre ego qui ſum Sacerdos, vel extra debitam & propriam præſentem materiam conſecrabilem, tuncque recitativè dumtaxat me in prolatione gero; aut præſente materia conſecrabili cum intentione formali, vel virtuali faciendi quod Chriſtus fecit nocte ſacræ Cænæ quando venerandum ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum inſtituit; & ſive in veſtimentis Sacerdotalibus apud altare celebro Miſſæ ſacrifitium, ſive à malitia mea videns panem de frumento, ex diabolica tentatione, in quam conſentio, conſecratoria profero verba, non aliter ac ſi in altari ſacrificium ſacroſanctum celebrârem, id eſt ſignificativè proferre affirmando ſervatorem id feciſſe, & me eius fore miniſtrum.

14. Fingamus pro intelligentia Alphonſum petere ab Athanaſio Sacerdote quod Miſſam celebret huncque ſæpè & ſæpius repetat ſe nolle celebrare, inſtet Alphonſus, & dicat, ſaltem indue te ſacris veſtibus conſuetis, pone te in altare, cum calice dic quod in Miſſa continetur, inſtantiis victus Athanaſius exiit, ſic indutus, & celebrat Miſſam; quis ab ipſo Sacerdotis facto non judicabit mutaſſe intentionem, & ritè ſacrifitium celebrare, ex quo nullum verbum, nec ſignum propoſuit, quo perciperetur permanere in prima intentione non celebrandi; ſi ergo maritus carnifex deſtinatus dum veniam non dare, ſemel atque iterum propoſuit, poſteaque inſtatur ut pro ſuis offenſoribus orationem Dominicam alta voce proferat, aſſenſit, ſine ulla prævia monitione, quod ſua intentio in decollationem de condonatione non præbenda perſeverabat in tota oratione, non eſt ratio unde à circunſtantibus audientibus inferatur talem non mutatam intentionem, neque tantum recitativè prolatum ab eo *dimitte nobis, ſicut & nos dimittimus*; nam verba ſenſibilia, & ipſa actio ſtabant potius pro vera ſignificatione in totâ ſua latitudine, quam pro mera recitatione, non aliter ac diximus de Sacerdote inſtato, & nolente Miſſam celebrare, poſteaque ab ipſa actione induendi ſe veſtimentis ſacris, & in altare conſueto celebrans indicat ſe verba conſecratoria ſignificativè non recitativè dumtaxat proferre. Dicis ex his quæ cum Bonacina, & alijs, quos citat, tangit caſtro Palao tom. 1. tract. 6. de charitate diſp. 1. punct. 6. num. 9. v. fateor (ubi poſtquam in meum dictamen confirmandum, ait: *Rarus eſt qui ex amore juſtitiæ, & non potius ex affectu vindictæ punitionem injuriantis petit; cæterum ſi proteſteris, non ex affectu vindictæ, ſed juſtitia te accuſationem inſtituere, & punitionem injuriantis petere, urgendus non es, ut deſiſtas neque ob id eſt neganda abſolutio* (de quo, præclara & utiliſſima tangit Villalobos tom. 2. tract. 3. diff. 6. num. 14.) ſubjungit. *ſæpe eſſe conveniens reipublicæ ne offenſus ab accuſatione deſiſtat, nam ab illa deſiſtente, ſolent criminoſi facilè veniam impetrare, & audatiores fieri ad ſimilia committenda; ut ego & ipſi, & alij arceantur, & reipublicæ ſcandalo fiat ſatis, expedit offenſum proſequi actione injuriarum*: & licet Suarium, & alios pro eodem teneat, tranſcribit à Joanne Sancio (in ſuis ſelectis, diſp. 2. num. 11. agente de quibuſdam de quibus ſe penitentes inutiliter accuſantur ſub iſta clauſula: *quod de injuria accepta vindictam coram judice petierunt*) advertente in vitandos ſcrupulos. *Licitum ſibi eſſe non ſolum coram judice petere vindictam injuriarum, hoc eſt punitionem debitam, ſed etiam à Deo, dummodo non excedas in petitione ultra meritum culpæ, quia petis quoddam opus, virtutis ſcilicet, delinquentis punitionem factam ab eo, qui poteſtatem habet puniendi*: ergo interpretabatur per verum voluntas mariti proferentis orationem Dominicam contra id quod ritè & rectè inſtabat, zelo ne reſultaret in damnum juſtitiæ, aliàſque licebat ipſi de ſua injuria in adulterio, petere punitionem debitam à Deo, ne ſcandalo ſontes illi reipublicæ fierent, & à condonatione audatiores in repetenda ſimilia flagitia conſtituerentur: ergo corruit tota mea reſolutio. Plaudo inductum; concedo majorem diſtinguo minorem, damnificabatur juſtitia abſque prævia confeſſarii probabilitate de delinquentium correctione, concedo; hac quali evidentiâ morali nota nego: ſi placet pro inſtituto poſito aptare, lege Solorzani ſymbolum, & applica quod eſt emblemate 75. ſub lemmate ad judices, & ſuperiores. *Plus terrendum, quam torrendum*, & ad ea, quæ tractat, adjunge id quod Seneca lib. 1. de Clement. cap. 2. recenſet Auguſtam Imperatori Marito, ambo Gentiles, orabat in veniam pro flagitioſo de crimine læſæ majeſtatis *ignoſce Lucio cinna deprehenſus eſt jam nocere tibi non poteſt, prodeſſe famæ tuæ poteſt.* Meritò famæ prodeſſe potuit Reorum venia & à ſtrâgulatione immunitas, tum ut merito præclaro effulgeret coram Deo; tum in mundo ad celebrem, de pio, famam.

Digitized by Google

CONSULTATIO XXV.

De matrimonio inter Hermaphroditas.

PEperit quædam fæmina nobilis ſobolem cumque ab obſtetrice recognoſceretur,& à puerperio mundaretur inventus eſt fætus hermaphroditus, (ne dubius hæreas qualiter tunc agnoſci potuit, lege Petrum Gregorium, volumine ſub titulum ſintagmata iuris lib. 7. cap. 2. num. 10. juvenes deſumptum ex Plinio lib. 7. cap. 5. Aulo Gellio lib. 9. cap. 4. & Tito Livio lib. 3. decade 1. quin omittas Iulium obſequentem lib. de prodig. plur. pagina mihi 160. in more fuiſſe apud Romanos infantem natum quemcumque hermaphroditam, ſtatim, ac natus fuit in flumen, vel mare dejicere ut ſuffocaretur; inter errores unus eorum hic erat, ut partus monſtruoſos punirent, & parentes monſtrum gignentes hac pænâ afficerent; Paulus Zachias in quæſtion. Medico legalibus tom. 1. lib. 7. qüæſt. 8. num. 11. non ſatis notus de jure civili, negat illam Romuli legem quæ eſt 18. *monſtruoſos partus ſine fraude cadunto.* Si ergo non præceſſiſſet, ut quid corrigeretur à l. ſed etſi, quæſit. 6. §. hermaphroditus ff. de lib. & poſt) obſtetrix ergo in hac conſultatione inducta ſiluit pro tunc, & uſque ad baptiſmi horam fætus monſtruoſitas manſit incognita ab aliis, monente illa puerperam, genitoremque maritum virilem ſexum natum, lucri cupidine, quia oblatum ei fuit dandum centum ducata aurea, ſi maſculus oriretur; ſin vero fœmina quinquaginta devenientes ad fontem baptiſmalem altero die à partu, recuſabat obſtetrix in totum nudare baptizandum, inſtans baptiſmi Miniſter ut tota denuderetur ſoboles, replicabat illa abundare dorſi partem in abſolutionem baptiſmalem, prætextans ſuam doloſitatem mulier, eo quod ſi in totum nudaretur, conſtiparetur à delicata indote in vitæ periculum; nolebat miniſter baptizare proteſtans ſe non poſſe in nominis impoſitionem conſentire niſi cujus ſexus fuerit ipſi conſtaret evidenter reſiſtebat tenaciter obſtetrix, tandemque in domum ſine baptiſmo revertitur, quærimonias multiplicans adverſus Præsbiterum; monitus loci antiſtes à genitore de eventu, hic, Sacerdotem vocat ſin examen ducens cur tantopere inſtabat in totum denudandum infantem cui ſatisfecit, quia in alia occaſione aſſerentibus fæminis virum adducere baptizandum novit hermaphroditam in dubiumque incidit, an virile vel muliebre nomen imponendum à quo deinceps decrevit nuſquam baptizandum à ſe ullum, quin evidentiâ conſtaret eius ſexus; riſit antiſtes, & Sacerdotem interrogat quæ nomina imponebat hermaphroditis; ſatisfecit dicens inſigniendos eos aliquo, quo uterque ſexus exprimeretur, v. g. Mathias Maria, Andreas, Didacus; tandem præcepto impoſito quin nudaretur baptizatur; nota apparens clatior jam monſtruoſitatis decurrente tempore, prævaluit fœmineus ſexus, quem elegit coram judice legitimo; ſed ſecretiſſimè itaut omnibus lateret in utroque natam, pulcherrima exiſtens in annis adoleſcentiæ, nec in ullius ſuſpicionem veniens hermaphroditam fore, datur in conjugium nobili comiti de alieno oppido, nuptiarum nocte, cum in matrimonii conſumationem veniret præter opinionem à ſponſo reperta monſtruoſitas (nec mirum tunc cognita) refert enim peritiſſimus Dominus D. Laurentius Matheu & Sanz in ſuo valde curioſo & doctrinæ pleno tractatu de re criminali contr. 48. quod anno 1640. novit *in civitate* Valentiæ hermaphroditam de quo teſtificabat Chirurgus habere vulvam fœmineam *modo naturali* formatam (*à qua quoties veneris ſtimulo urgebatur emittebat membrum virile mediocris magnitudinis:* fortaſis ita potuit contingere in *caſu* conſulto (præcipuè ſi modeſtia prima *vice* qua veneris ſtimulis agitabatur, fuit matrimonij conſummatio) ſtupet de raro caſu, maritus clamat, à lecto ſurgens ſe deceptum nullumque conjugium proteſtatur ab errore: tria inquirebantur à conſulentibus primum; an obſtetrix teneretur ad reſtitutionem: ſecundum, quo nomine inſignendi hermaphroditi: tertium dato matrimonium validum, an reputandum ratum, ut talis hermaphrodita eligens ſexum muliebrem fieret religioſa

SUMMARIUM.

ROmanorum error culpans partus hermaphroditos, num. 1.
Quæ imponenda nomina hermaphroditis, n. 1.
Quanda monſtruoſitas in eis patentior, n. 1.
Hermaphrodita, & andragimus, ſinonima, n. 1.
Severa punitio contra hermaphroditam, n. 2.
Quando ſub voce homo *hermaphroditus continetur, num. 1.*
Horrenda monſtruoſitas in matrimonio iſtorum, n. 1.
Promiſcuus ne uſus copulæ maritalis licet eis, n. 1.
Vtrum ob id aliquâ pænâ puniendi, n. 1.
A ſola venere matrimonii uſus non ſine culpa, n. 1.
Caſus rarus de duobus hermaphroditis maritatis, n. 1.
Ex promiſcuo uſu licito, duo in unum matrimonium Sacramenta celebrarentur, n. 1.
Quatuor hermaphroditarum differentia, n. 2.
Incapaces hi eligendi ſexum, quando, n. 2.
Vox ſpecies *non ſemper logicè ſignificat, n. 2.*
Qui hermaphrodita inter ſpadones computantur, n. 2.
Ab hermaphroditate non invalidatur matrimonium, num. 3.
Fabuloſa narratio de Tireſio hermaprodita, n. 3.
Qua pacto eligendus ab hermaphroditis, ſexus, n. 3.
Iudex quis in ipſorum ſexu, n. 5.
Hermaphroditi æquales, in ſexu ſunt quem eligunt, num. 3.
Iuramentum hermaphroditarum in optione ſexus, num. 3.

Quid

Quid dum non conſtat quis prævalet, n. 4.

Cautio, ut Parrochus aſſiſtat iſtorum matrimonio, n um. 4.

Si liceret mutare uſus ſexus Poligamia liceret iſtis, num. 4.

Qui hermaphroditus irregularis, n. 4.

Sexus fœmineus incapax recipiendi ſacramentum ordinis, n. 4.

Differentia matrimonii in hermaphrodita, & ſacramenti ordinis, n. 4.

Habiles hermophroditæ, qui, profitendi in Religione, num. 5.

Prævalentia ſexus diſtincta in eis ab æqualitate, n. 5.

Profeſſio quo in loco, num. 5.

Illa eſt contractus inter Religionem & profitentem, num. 5.

Deſtinatus ille in ſumendum habitum, & profeſſionem, num. 5.

Factum de Regina Arragoniæ Moniali, n. 5.

Novitius in Monaſterio Montalium habitum accepit, num. 5.

Sanctiſſima M. N. Clara in conventu virorum habitum ſuſcepit, n. 8.

Id promiſcuè licet occurrente urgente cauſa, n. 6.

Objectio notanda, de profeſſione iſta promiſcua, n. 6.

Mulier quatuor annos bona fide in habitu donati, num. 6.

Quis hermophrodita non incapax profeſſionis, n. 6.

Prævalens in utroque ſexu nulliter ubiquè profitetur, num. 6.

Mulier ficta vir, invalidè profeſſionem emittit, n. 6. & 7.

Conſenſus profitentis, & Religionis neceſſarius, n. 7.

Error perſonæ irritat contractum, n. 7.

Confertur validitas matrimonii cum profeſſione, num. 7.

Dilema penes illum qui ementito ſexu profitetur n. 7.

Actus non extenditur ultra intentionem agentis, n. 7.

Extincta religione à ſummo Pontifice quam quis profitetur an in altera tranſire cogatur, n. 7.

Manens in ſæculo quando vota Religionis quis ſervare tenetur, n. 7.

Solutio objectionis ex præſuppoſita doctrina in eius intelligentia, n. 7.

Non eſt optio in hermaphroditis ad profeſſionem, n. 7.

Eventus de hermophrodita Moniali expulſa, n. 7.

Invalida profeſſio prævalente fæcundo utroque ſexu, num. 7.

Vſus promiſcuus ab hermophrodita, nullâ pœnâ dignus in foro contentioſo, n. 8.

A nativitate contractum peccatum non punit forum contentioſum, n. 8.

Difficilis replica, ut valida ſit profeſſio fæcundi in utroque ſexu, n. 8.

Votum caſtitatis prohibet uſum fæcunditatis, n. 8.

A ſobole non pendet hermophroditica monſtruoſitas, num. 8.

Pro impunibilitate hermophroditi abutentis ſexu, juriſtis non aſſentit forum conſcientiæ, n. 8.

Pro creanda prole, & ad incontinentiæ periculum vitandum matrimonii finis, n. 8.

Ius quod ad in vicem ſedant hermaphroditæ dum maritantur, quale, n. 8.

Diſtinctio inhabilitatum à puris pœnis, n. 8.

Tres conditiones poſſunt in dolo intercedere, n. 9.

Error perſonæ, & qualitatis eius qualiter dirimunt matrimonium, n. 9.

Bifariam annullatur matrimonium ab errore perſonæ, num. 9.

Contractus maritalis Iacob cum Lia, n. 9.

Dolus non tranſiens in obiectum non invalidat matrimonium, n. 9.

Poſſibilis fœmina monſtruoſa in duplicitate perfecta genitalium ſexus muliebris, n. 10.

Caſus rarus in curia Cæſarauguſtana de fœmina nupta carente omnimodè vaſe præpoſtero, n. 10.

Exponitur juris caput ſingula, n. 10.

Non idem difficile, & impoſſibile, n. 10.

Variatio ſexus non mutat perſonam, n. 10.

Solutio objectionis de hermophroditis, n. 11.

Variatio ſitus in copula maritali utrum libera ſit à culpa etiam veniali, n. 11.

Deciſio totius conſultationis, n. 11.

Sanctus Ioannes Evangeliſta virginitatis exemplar maritus ſecundum Scotum in nuptiis Canæ quas Dominus eiuſque mater ſuâ præſentiâ honorarunt, num. 11.

Bimeſtre pro matrimonio rato & à iure antiquo & à Tridentino conceſſum, n. 12.

Matrimonium ratum per profeſſionem unius contrahentis dirimitur, n. 11.

Copula conſummata antecedens contractum maritalem non tollit ratum fore matrimonium, n. 11.

Sicut, & agreſſa copula maritalis, ſed non conſummata, num. 11.

Diviſio copulæ maritalis in inchoatam & conſummatam, n. 11.

Extra Bimeſtre quomodo in matrimonio rato unus ex contrahentibus profiteri poteſt altero in ſua libertate manente, n. 11.

Minus bonum commutatum in majus excellens, n. 12.

Vidua aut bigama quibus in locis ſi Monialis fiat eligi nequit in Prælatam, n. 12.

Decretum id prohibens Monialibus viduis, aut bigamis non inhibet eligendam hermaphroditam ſi profeſſionem emiſit validam, n. 12.

1. OPortet ante omnia, aliqua de hermaphroditis præmittere: certa ab incertis ſeparemus, quidquid de nomine ſit, nam Beyerlink tom. 4. l. H. verbo hermaphroditi, remittit ſe ad vocem *Androgimi* quam ſic explicat, tom. 1. in theatro vitæ humanæ litera. A verbo Androgymi, pag. 422. colum. 2. *anno ſalutis* 1461. *in urbe Lytqubo Scotiæ Androgyma quædam herilem filiam in eodem lecto cubantem prægnavit, cumque matronæ indignarentur, ſimplicem omniſque doli expertem puellam ita deceptam, accuſata, viva tumulata eſt. Boetius libro* 8. *vocavit etiam Androgymos in maribus fit tribus modis*; videndis apud Boëtium, nam Præterquam quod nil conducit, qualiter hæc monſtruoſitas contingit, ad deciſionem eventus conſulti, modeſtia religioſa refugit aliquos terminos, etiam in calamo quibus res pertractatur. Sexum virilem, ſeu hominis appellationem non venire, ſeu verificari in hermophroditam tenet Barboſa in variis de appellatione dictionem iuris appellatione 116. voce homo n. 3. intellige, ſi paritas non ſit in utroque ſexu, & prævalet muliebris gloſſa in cap. ſi teſtis §. hermaphroditus 4. quæſt. 3. cum hac exceptione, quod ly, *homo* non capiatur in eum ſenſum quem præmiſimus conſult. 20. n. 4. quoad hæreditatem cuiuſdam maioratus; citat ſe Barboſa ad volumen 2. de officio & poteſtate Epiſcopi alleg. 10. num. 28. ſubnectens eo num. 3. *Non enim utroque ſexu utendi hermaphrodito facultas conceditur, ſed eo tantum in quem incaleſcit magis, l. quæritur, ff. de ſtatu hominum, cum aliter horrendum monſtrum prodiret, duos in uno matrimonio viros eſſe, & duæ uxores, etſi vicibus coïrent parerentque uterque in pariendo uxor, & maritus in gignendo forent.* Horrenda iſta monſtruoſitas, inventos & inſpectos in Regno Valentino dilatat D. Laurentius Mathæu Sans trac. citato de re crimin. controv. 48. ubi num. 1. ſic ſe introducit.

Publicè ferebatur per hanc regiam urbem anno 1663. quod in uno ex oppidis regni, duo hermaphroditi nati fuerunt, quorum unus educatus fuit ſub habitu, & ſpecie viri, alius vero ſub habitu, & ſpecie fæminæ; ii vero ſive ſcienter, ſive ignorantes alterutrius conditionem, matrimonium in facie Eccleſiæ contraxerunt, minimè detecta illa qualitate Parrocho, aut Prælato diœceſano; ex promiſcuo uſu veneris ambo in utero geſtante inventi fuerunt: qui ſub ſpecie & habitu viri contraxerat, prudenter ut ſcandalum atque erubeſcentiam vitaret, ad hanc urbem ſe contulit, ubi ſumpto habitu fæmineo puerpera factus fuit: decertabatur inter viros doctiſſimos, quos Aula fovet, an licitus uſus eſſet promiſcuus corporum inter ſimiles conjuges: quidam ex magnalibus à me quærebant, an hoc crimen reputandum, & quâ pænâ puniendum: Si ſupponitur puniendum crimen, illicitus promiſcuus uſus erit: etſi enim maritus ſponſæ jus det in ſui corporis uſum, & huic ille à contractu maritali, judicabo abuſum promiſcuum uſum, à quo reſultat peccatum mortale; patebit infra, ad ſpeciem adulterii; aliter enim ac in ſponſalibus promittitur, non licet uti matrimonio & promiſcuè in illis non fit promiſſio, nec cogitanda, præcipuè poſtquam Innocentius XI. damnavit illam propoſitionem hoc anno 1679. & in ſerie eſt 9. *opus conjugii ob ſolam voluptatem exercitum omni penitus caret culpa ac defectu veniali*: igitur quis cogitabit promiſcuum hermaphroditarum uſum quin in cenſuram hanc non incidat? nam quid aliter ab eo inquirere poſſunt, præter experimentum horribilis veneris, atque ſtupendæ monſtruoſitatis? nec reticeam (quia aliquando velut audivi conſultum viro doctiſſimo in hac urbe Cæſarauguſtana evenire quid in quaque) quod fide dignus Theologus teſtificavit mihi; dum conjuges hermaphroditas ad ſe veniſſe narraverunt) quod quæ ſexum fæmineum elegerat, nuſquam fuit gravidata anhelandoque ſucceſſionē tenere legitimam ex matrimonio, quæſierunt, utrum vice verſa tutâ conſcientiâ poſſent eo uti? ad quæ negativè reſpondit Theologus, & ei conſenſi ob rationem aſſignatam, quia ſemel electo ſexu non cadit ſub optionem, nec eſt actio facultativa contrahentium aliter corporibus uti, quia poteſtas dominativa mutuò data & ad invicem in contractu, quamvis ſit ad prolem procreandam, implicitam tenet conditionem de dilatando genere humano eo proportionali modo, & non aliter aut duo ſacramenta diſtincta celebrarentur in uno maritali contractu, tam inter contrahentes, quam in facie Eccleſiæ, ut aiebat Barboſa, principaliter poſt annullata clandeſtina matrimonia; ſed in facie Eccleſiæ hermaphrodita vir expreſſat ſe ut maſculum uſum gerendum, & fæmina non aliter ac muliebrem, ergo illicitus erit alter matrimonii uſus, à quo ſequeretur aliquando licere quod juri naturæ repugnat; nempe duos ejuſdem ſexus validum poſſe efficere contractum maritalem, quod horrent aures.

2 Quatuor differentias hermaphroditarum aſſignat, Matheu num. 86. & quia ejus ſunt elegantiſſima verba, ut illa ſcripſit tranſcribam, ſiquidem cogitabo diſcrepantiam aliquorum mediorum in clauſulis non ut per ſe ſumptis, inquit: *Prima eorum qui virilem ſexum perfectum ac potentem habent, in perineo autem exciſam rimam in formam fæminei genitalis formatam, quæ nec ſeminalis humoris, nec urinarii capax eſt, quia ad interiora non penetrat.* De ſpecie altera, mox. *Secunda ſpecies eſt eorum, qui genitale fæmineum perfectum, & potens habent, ſeminalemque menſtruo fluxu manans, & ſuper os pectinis membri virilis imaginem, neque urinam nec ſpermaticum humorem expellunt, & ſæpius ſcoroto textibuſque carent.* Similes hermaphroditas in diſcrimine aſſignatos, ex Ulpiano l. quæritur ff. de ſtatu hominum imperfectos vocat, incapaces illos ad eligendum ſexum fæmineum, quia nec maſculi ſunt, licet monſtruoſi, ſicut qui naſcitur in ſex digitis, vel duobus naribus conſtitutus; nec iſti capaces inveniuntur optandi ſexum virilem cum verè mulieres ſint, quamquam monſtruoſæ; & nota quod etſi ſpecies appellet, non intelligit eas logicas, cum in ſexibus diſtinctis iſtæ non verificentur; & nomen ſpeciei ſumitur equivocè ſeu analogicè, æquivaletque differentiæ, non aliter ac homo albus à nigro diſcriminari dicitur; proſequitur. *Tertia ſpecies eſt eorum qui etſi utriuſque ſexus expreſſam habeant imaginem, utramque tamen adverſo ſitu poſitam, vel defectuoſa formatione peractam, inefficacem ad generationem, ſeminiſque profuſionem qui neque viri, neque fæminæ ſunt, ſed inter ſpadones connumerari debent.* In quorum tenorem audivi Vicarium generalem cujuſdam diœceſis noluiſſe beneplacitum dare cuidam hermaphrodito de hac tertia differentia, ut matrimonium contraheret, cum de conſilio peritorum medicorum noſceret cum impotentia naturali laborare; tandem quartam differentiam aſſignat: *Qui utroque ſexu perfecti, & potentes ſunt mareſque & fæminæ potenter munera obeunt, qui utriuſque genitalia omnibus numeris ad generationem neceſſariis completè atque perfectè habent*: Quæ quatuor diſcrimina etiam poſuerunt Ludovicus Celius Rodiginius lib. 15. antiq. lectionum cap. 10. prope finem, & Pierius Valerianus lib. 18. Hieroglificorum; juxta has quatuor differentias prædictæ monſtruoſitatis in individuis humanis facillimè poterat decidi conſultatio præſens quoad aliqua, firmando quod ſi verificabatur prima in ſobole, obſtetrix non tenebatur ad reſtitutionem, cum à parte rei vir foret fætus, quanquam monſtruoſus, at poſtea matrimonium nullum fuiſſe, quia irritum jure naturæ, nec monialem poſſe illam conſtitui, imò peccaſſe quotquot in habitu muliebri eam fæminam publicè expoſuerunt: ſin verò ſecunda differentia verificaretur, tenebatur reſtituere obſtetrix quinquaginta ducata, quia cum fæmina ſimpliciter foret, fefellit largitorem dolo procedens, ut connubium poſtea validum, nec ullo impedimento dirimente annullatum; de conſenſuque mariti capacem profeſſionis religioſæ in Monaſterio ſexus muliebris. Penes tertiam differentiam quoad maritationem indubium eſt, certiſſimèque tenendum matrimonium fuiſſe nullum ex impedimento dirimente quod conſiſtit in impotentia naturali ſimili ac ſpadones qui ex utero materno cum hoc defectu prodeunt; nec ſic natam hermaphroditam recipienda videbatur, nec in virorum, aut fæminarum conventu propter rationem aſſignandam à n. 8. circa obſtetricem, dico quod comperto æquali utroque membro in omnibus ſexibus potuit licitè clamare virum natum, nec cogebatur ad reſtitutionem, cum hac conditione quod à promittente non ſpecificaretur, dabo centum, ſi noſcatur maſculus perfectè coagulatus; etſi enim monſtruoſus, tum ab hermaphroditate, tum ab impotentia naturali, virilis ſexus erat, nec tenebatur monſtruoſitatem palam facere. Tota vertitur controverſia in quarta differentia, in qua ut certa ſumatur reſolutio aliqua annotare oportet.

3. Comperiamus ſcholaſticorum dictamina, aſſentiendo (contra aliquos Theologos inter quos citatur Martinus Perez, tract. de matrim. diſp. 37. ſect. 5.) à ratione formali hermaphroditatis potentis in utroque ſexu non invalidari jure naturæ matrimonium, cujus ratio à priori eſt, quia iſtud non aliter monſtruoſum præſumitur à natura quam quodlibet aliud in quo aberrat per generationem; ſed alterum monſtruoſum nec jure naturæ, nec canonico dirimit matrimonium, dum dolo non irritet, igitur validum

erit;

Digitized by Google

erit ; omitto fabuloſa de quodam hermaphrodita vulgariter à poëtis nomine Tireſius, qui jam fœmineo uſus ſexu, jam maſculino arbiter dicitur conſtitutus, qualis venerea urgentior delectatio, an maſculi, utrum mulieris; cum; cum abhorret S. Fulgentius lib. 2. Mitholog. & de ipſo mentionem facit Tiraquellus in legem 9. connubiorum num. 115. Perpendit Thomas Sanchez tomo 2. de Matrimonio lib. 7. diſp. 106. n. 1, è dicta lege quæritur. *Dijudicandum virum vel feminam juxta ſexum in ipſo prævalentem, itaut ſi virilis prævaleat, vir judicandus ſit, quod ſi fœmineus, fœmina.* Paucis interjectis : *quando autem neuter ſexus prævalet, ſed uterque eſt æqualis, tunc æquè vir ac fœmina judicandum eſt, cum nulla ratio urgeat cur potius hujus ſexus quam illius cenſeatur, quare poteſt tunc eligere ſexum quo uti malit.* citatiſque quoad electionem doctoribus qualiter peragenda deſcribit optionem. *Debet autem juramento ſe aſtringere ut impoſterum minimè altero ſexu præter ſemel electum utatur*; quis judex ſeu arbiter de paritate aut diſparitate ſexuum ? idem Sancius num. 2. *Matronarum peritarum, vel Medicorum eſſe hujus rei judicium.* Undè firmum judicium proſequitur ; *Ex genitalium inſpectione judicandum eſſe tradit Turrecremata, cap. ſi teſtes 5. hermaphroditus quæſt. 3. num. 3. Si autem dubitetur uter ſexus prædominetur ſtandum eſt ipſius hermaphroditi dicto, juxta communem ſententiam, cum nullus valeat id ita ſentire, ac ipſemet, vel judicio Medicorum ſtandum, eo quod Medici judicare debent juxta ea quæ ipſemet de ſe aſſerat.* Si autem res nondum decidatur ſemper manens dubium de prævalente ſexu num. 9. concludit. *Cenſendum ſexum fore æqualem, & tunc in optionem hermaphroditi eſt quo velit uti, & quem elegerit ipſum jus ad ea quæ ſervi ſunt propria tenet ; ſi virorum decreverit, virorum munia ipſi attinebunt ; ſi fœmineum, mulierum, eoque habitu incedere debet ſexui conformi.* Idem tenent ferè eiſdem clauſulis uterque Hurtado & Jeſuita, & Minor Clericus, pro eodemque ſubſcribunt alii plures tam Summiſtæ quam ſcholaſtici. Videndi Baſilius Ponce Legionenſis lib. 7. de impedimentis matrimonii cap. 5. n. 8. Ferdinandus de Caſtro Palao tom. 5. tract. 28. de ſponſalibus & matrimoniis diſp. 4. punct. 14. §. 5. n. 2. Monet autem Jeſuita Hurtado diſp. 2. de Matr. diff. 10. n. 35. in fine, quod in prima & ſecunda n. 4. expreſſi *caſu quo prævaleat unus ſexus alteri, debilis alter ſit, ſi ſecundum debilem, impotens eſt, non poterit ſecundum illum contrahere.* Optimè quidem non poteſt, veruntamen impedimentum non deſumitur formaliter à hermaphroditatis monſtruoſitate, niſi ab impotentia ei connexa; proſequitur, *ſed ſi potens ſit,* (adde ſecundùm ſexum debilem) *validè & forte licitè contrahere poterit, quia citò ex ſexu fortiori vir vel fœmina ſit, & denominetur ; abſolutè tamen vir & fœmina eſt ſexu debiliori expectato cum ſecundùm illum habeat potentiam ad congreſſum* : quaſi dicat ex ſenſu diviſo abſolutè loquendo, vir invenitur capax exercendi quæcumque munia expectantia ad maſculos vel fœminas eodem pacto in actu ſignato, ſuæ optioni relinquendum quid eligat ; at ex ſenſu compoſito & in actu exercito, eſt id quod eligit juramento præmiſſo ante Judicem legitimum, à cujus decreto authentico firmatur, & in publicis functionibus, ſive privatis non poteſt impediri, conſonè, & conformiter ad ſexum ſponte electum.

4. Adhuc egeo clauſulis citati Palao num. 5. difficilius judicium in hac materia, quando tam ambigua eſt hermaphroditarum in particulari cognitio, ut nullis principiis philoſophicis ſeu medicis convinci queat, qui ſexus prævaleat : *Quod ſi*, inquit, *non conſtet hermaphrodito quo ſexu prævaleat, ſpectato uſu & conſuetudine nequit matrimonium contrahere quin prius a Medicis inveſtigetur quem ſexum habeat fortiorem, qui ſi dubii ſint, electio ſexus hermaphrodito conceditur, quam electionem coram judice Eccleſiaſtico facere obligatur, penes eſt cautionem curatoriam ab hermaphrodito petere, quæ diligentia præmittenda eſt antequam Parrochus huic matrimonio interſit.* Ulteriùs procedit Bonacina tom. 1. quæſt. 4. de impedim. matrim. punct. 13. num. 29. ſubdubitans *utrum hermaphroditus in quo uterque ſexus eſt æqualis, facta ſemel electione ſexus, & contracto ſemel juxta illum ſexum matrimonio poſſit mortua conjuge mutare electionem, & ſecundum alium ſexum contrahere matrimonium.* v. g. Maria hermaphrodita in utroque ſexu æqualis juravit fœmineum, & nupſit Paulo, mortuo, & viduata eligit maſculinum, & maritatur Antoniæ, diſputatur, quid de hoc ſecundo connubio. Reſpondet Bonacina, *validum, etſi peccaverit variando ſexum : quia nullum jus irritat illius matrimonium, nec illius potentia naturalis aufertur per electionem, aut per juramentum antea præſtitum non variandi electionem ſexus.* Clariùs Poncius ea diſp. 106. num. 8. *Exiſtimo autem fore validum id matrimonium, quia jure naturæ ſibi indidit, auferre valuit, ſed ſolum licitum uſum ; jus etiam pontificium non invenitur quod id matrimonium irritum reddat.* Si ergo quodcumque matrimonium etiam illicitè factum ob perjurium de non mutando uſu ſexus validum eſt, urgentiùs non annullabitur à monſtruoſitate hermaphroditatis, ſi alias errore ſeu dolo, non invalidatur: cur autem conſtante primo matrimonio illiceat variatio ſexus electi, non vero diſſoluto per mortem conſortis, urget diſparitas, eo quod à jure divino ex contractu maritali coarctatur ad unum modũ conſummandi copulam ; nec poligamia licet niſi Deo diſpenſante ; cum autem mortuo conſorte illa vitetur, nec ſecundæ nuptiæ ſucceſſivè prohibeantur, non invalidum erit alterum matrimonium : reſtabat ut totum compleatur utrum hermaphroditus incapax electionis ſecus ſit irregularis. Varia tangit Portel tom. 1, in dubiis regular. in additionibus verbo profeſſio Hermaphroditi : ubi recenſet [in quodam conventu Monialium religionis approbatæ quædam tunc ſolum fœmina cum ſexu tantum fœmineo habitum ſuſcepit, & ſuo tempore profeſſionem emiſit, tranſacto uno, vel duobus annis poſt profeſſionem, ſupponens anus cuidam gravi ponderis erupit in illa ſexus maſculinus, & ſic effecta manſit hermaphrodita ; Provincialis conventus re compertâ, & factis diligentiis debitis (ut debuit) illam ejecit à conventu Monialium] utrum iſte idem ſit eventus quem memorat Ugo Cabellus in ſcholio ad diſt. 20. 2. libri ſententiarum Scoti q. 2. ante n. 4. contigiſſe in Hiſpania anno 1618.(cujus verba tranſcribo tom. 2. cert. diſp. 4. ſect. 1. n. 92. ut oſtendam, compati poſſe naturaliter fœminam mutari in virum, non autem è contra) n. 7. idem Portel, tutiùs judicat, quod prævalente & potente utroque ſexu in ea, ejiciendam à Monaſterio Monialium propter periculum caſtitatis, ſubjungens ex Navarro [non poſſe profiteri aliquam religionem hermaphroditam in quo uterque ſexus prævalet æqualiter] bene verum eſt, quod v. g. advertit de tali hermaphrodita ejecto à Monialium conventu, in quo fœmina exiſtens profeſſionem emiſit, teneri in ſæculo vota eſſentialia commodiori modo quo poterit, excepto eo quod clauſuræ eſt, à quo infert matrimonium invalidè contrahere, aſtringique ſervare caſtitatem in utroque ſexu in quo differt à fœmina quæ erumperet in virum extincto omnimodè ſexu muliebri, nam ipſa hermaphrodita non maneret, & ſimpliciter per totum mutatus foret ſexus, quæ mutatio dicta ſimpliciter (ex differentia alterius, in qua ſolum eſt ſecundùm partem variatio, & appellatur ſecundùm quid,

Digitized by Google

qualiter contingeret alicui ſi poſt perfectam conſtructionem verborum, ipſi eveniret aliqua monſtruoſitas) omnimodè liberat ab obligatione præcedentium votorum, & capacitatem dat aut contrahendi matrimonium in virili perſona; vel recipiendi ſacros ordines ad quos ſuſcipiendos irregularem manere hermaphroditam ſi æque potens ſit in utroque ſexu; relatus Portel advertit in additionibus citatis, duo alia dubia n. 10. ubi videtur ponere diſcrimen quare prævalentia in utroque ſexu non invalidat matrimonium, bene irregularem conſtituit ad ſacramentum ordinis ſuſcipiendum, quia in illo excluſus non eſt à monſtruoſitate, ſicut in iſto, in quo potens operari actionem individuam ſexus muliebris in propagationem generis humani; igitur ad excitatum dubium quod reſtabat: hermaphroditus incapax electionis ſexus comperiendus: quem eligere non valet, nam ſi fæmineus non cadit ſub ejus optionem, quia in eo nullo medio, aut modo exerceri quit, irregularis non manebit, nec capax ingrediendi in aſſumendum habitum monaſterii muliebris, aut contrahendi matrimonium gerendo uſquam in contractu perſonam fæminæ, ex quo non incurrit irregularitatem à monſtruoſitate; unde liquet quod ſi electio non ſit de ſexu maſculino, illam incurrit quatenus impotens invenitur celebrandi marrimonium perſonam viri gerens, & potens eſt iſtud validum facere fæminæ perſonam agens; ergo quicumque potens eſt maritari perſonam mulieris in contractu connubiali, conſtituens irregularis cenſendus; ſed ubi prævalens non invenitur ſexus, in utroque inventus æquè potens maritari valet validè perſonam fæminæ gerens; ergo ſimiles hermaphroditæ irregulares erunt, & conſequenter ut admitti non poſſiat ad profeſſionem religioſam in conventu virorum, nec contrahere niſi tanquam mulier.

5. Hæc valde conducunt in intelligentiam, & ad fixum judicium ferendum penes deciſionem eventus caſus conſulti: comperiamus qualiter habiles hermaphroditæ ad profeſſionem in religione approbata. Pellizarius in propriis terminis tom 1. manualis regularium trac. 3. cap. 2. num. 27. *An validè & licitè admitti poſſint ad profeſsionem hermaphrodisi, qui ſcilicet ſunt participes utriuſque ſexus?* Diſtinguit prævalentiam ſexus ab ejus æqualitate, & ſumo ab eo invaliditatem profeſſionis mulieris in conventu virorum, & maſculi in Monaſterio mulierum per ea quæ dixerat allegaro tractatu 3. cap. 1. num. 33. ubi locum diſputans in quo valida reputatur profeſſio ſic. *Utrum vero valida ſit profeſsio in monaſterio diverſi ſexus, ſi mulier ementito ſexu profiteatur in monaſterio virorum?* Reſpondens invalidam fore, argumentum nullitatis ſubnectit*: quia ad valorem profeſſionis requiritur conſenſus non ſolum profitentis, ſed etiam ſuperioris recipientis profeſsionem, in noſtro autem caſu vel deeſt uterque conſenſus, eo quod profitens noluit profiteri niſi in eo monaſterio, & admittens non intendit recipere talem profeſſionem, cum nullus Prælatus admittere poſsit talem profeſſionem:* Aliqua de eo tangunt Portel in dubiis regular. verbo, profeſſio nulla, ex jure naturali num. 7. & Leſana in ſum. tom. 1. cap. 2. num. 20. equidem cum profeſſio religioſa ſit quidam contractus inter profitentem & religionem, ex utraque parte requiritur conſenſus, & ex qualibet deficiente annullatur; tota vertitur lis de hermaphrodito æquali pollente ſexu. Bonacina tom. 1. quæſt. 2. de clauſura & pænis puncto 10. diff. 2. §. 5. num. 2. *Hermaphroditum in quo virilis ſexus prævalet non poſſe validè profiteri in monaſterio Monialium; ſi vero profiteretur in religione virorum valida eſſet profeſſio quia hic cenſetur vir; ſi vero uterque ſexus æqualis ſit in neutra religione validè profiteri poterit, quia tam eſt vir quam fæmina:* ergo dum ſexus fæmineus prævalet in mulierum religione validè profitebitur, pro quo Tamburinus de jure Abbatiſſarum diſp. 9. quæſt. 7. num. 2. *quia in tali caſu judicandum eſt ſecundum magis & minus, potens judicandus eſt, ſemper attenditur pars magis potens; at in l. quæritur hermaphroditus ff. de ſtatu hominum; prævalens ergo in noſtro caſu in ſexu virili cenſeri debet ut homo*; id eſt maſculus; ergo prævalens in ſexu fæmineo cenſenda eſt mulier capax profitendi validè in conventu muliebri; quin obſtet duplex objectio, quam non vitabo proponere & ſolvere (licet aliquali digreſſione quia curioſiſſima plura tanguntur digna quidem ſcitu) una ſit: non implicat & licitè à viro ſumitur habitus virorum ad annum noviciatus in monaſterio monialium; ergo licitè & validè in eo emitti profeſſio poteſt, cum locus deſtinatus ad approbationis habitum recipiendum idoneus ad profeſſionem & aptus cenſeatur: antecedens probatur ab eo quod quandoque audivi in conſultationem antiquius fuiſſe, etſi non invenerim memoriam de eo, nec in annalibus Arragonenſibus, vel ordinis Minorum: à fide digno teſte in diſcuſſione quadam ſcholaſtica ſecurum ſequentem eventum fuiſſe, ipſumque legiſſe juravit. Clariſſa quædam Aragoniæ Regina facta, de aliquibus quæ renunciatâ coronâ honorificentiorem æſtimarunt minoriticam humilitatem, ſub ſtrictiori clauſura; contigit illius filium quendam infantem optaſſe virorum habitum, cumque de eo Auguſta Monialis certa fieret, divino numini grata quod ab ea natus, filius ſeraphici parentis conſtitueretur; ardenter cupiebat videre quo modo accipiebat ejus filius habitum; conſulto ſuperiore quid in eo fieri poſſet, licitè in ſolamen genitricis Reginæ reſolutum fertur. In Eccleſiam Monialium induendum minoritico habitu ralem *Principem*, ſicut & factum fuit, & per unum fere *menſem in domo* Confeſſarii Monaſterii Monialium *aſſignato Magiſtro* novitiorum illo perſeveravit, *validè in tempore ad* profeſſionem regularem.

6. Ne ſcrupulus inſit aut imprudenter factum dicatur inſtantiam allegaſſe illum ſuperiorem refertur ex exemplo ſeraphici patris N. Franciſci, qui ſacerrimam virginem Claram in virorum conventu habitu religioſo indutam Monialem conſtituit, quam detulit in Monialium monaſterium ad profeſſionem emittendam, ut habetur apud Lucam Uvadingum tom. 1. Annal. Minor. ad annum Chriſti 1212. num. 21. ubi de heroïde Virgine hæc habentur. *Domo, civitate, & conſanguineis derelictis, nocte illa Dominica Palmarum, quæ in 19. incidit Martii, ut idem vult Marianus ad ſanctam Mariam de Portiuncula feſtinavit, ubi patres qui in aula Dei ſacras excubias obſervabant Virginem claram cum luminaribus receperunt: mox ibi rejectis ſordibus Babilonis, mundo, libellum repudii tradidis; ibi manu fratrum crines deponens, ornatus varios dereliquit: nec decuit alibi florigeræ virginitatis ordinem ad veſperam temporis excitari, quàm in ejus aula, quæ prima omnium atque digniſsima ſola ſtetit mater & virgo: hic locus ille eſt in quo nova militia pauperum, duce Franciſco, fælicia ſumebat primordia, ut liquidò videretur utramque religionem mater miſericordiæ in ſuo diverſorio parturire. Cum autem coram altare Mariæ ſanctæ pænitentiæ, ſuſcepiſſet inſignia, & quaſi ante thorum hujus virginis, humilis ancilla Chriſti nupſiſſet; ſtatim eam ad Eccleſiam S. Pauli Monacharum nigrarum S. Francus detulit, donec aliud provideret altiſsimus in eodem loco manſuram.* Ecce fæminam in conventu virorum habitum ſuſcepiſſe de manu tanti Patriarchæ ſeraphici; ergo licitum eſt ex ſe in conventu virorum, ſi occurrat cauſa, monialem futuram habitum approbationis ſuſcipere; ergo non perperam niſi cordatâ pruden-

Digitized by Google

tiâ, urgente motivo, licebit ſuperiori habitum induere viro in monaſterio Monialium; non igitur imprudentiâ, aut aliâ cenſurâ culpandus Prælatus qui id peregit in ſolatium Matronæ auguſtæ de ſtirpe regia Aragoniæ, taliſque coronæ antea Monarchiſſæ; ergo contra ſtabilita à Pellizario & aliis non invalida, nec illicita profeſſio erit fœminæ in conventu virorum; & viri in monaſterio mulierum: omitto antecedens, & hiſtoriæ veritas de eventu relato à Reginæ Aragoniæ poſtulatione, & decreto ſeu executione ſuperioris, ſit penes referentem, & dum in veroſimilis, aut falſus dicitur, non quidem inventus caſus ſcriptus in aliquo coronographo ſive aragonenſi, ſive Franciſcano, habeatur tanquam ſpeculativè fictum in argumentum deducendum: nego conſequentiam, & diſtinguo ſubſumptum: locus deſtinatus ſeu aptus ad recipiendum habitum, ad profeſſionem cenſetur idoneus & aptus, ſi non inſit excluſiva concedo; ſi inſit nego; tempore ſeraphici parentis quando ſanctam Claram in monaſterio porciunculæ induit habitu regulari, non erat excluſiva, qualiter nunc non eſt quando mulieres terciariæ in virorum conventu accipiunt habitum, & profeſſionem tertii ordinis franciſcani; & ſimiliter in aliis religionibus, quæ de ſuo terrio ordine unaquæque idem peragit; fortaſſis ſi contingit quod inducitur de illa auguſta, tunc nondum erat excluſiva;at in dolo mulieris ſeſe fingentis virum, ut habitu virili induatur in maſculino cœnobio excluſiva eſt tum ex parte conventus qui fœminam non acceptat, ſeu contractum cum fœmina non celebrat, tum à conſuetudine: ergo monſtruoſitas in hermaphroditis pari paſſu menſuranda ut admittantur illi; & quatuor differentiæ penes modum ſexum attendendæ. Nec obſtat illa bona fides de eventu quem tangit Portel. to. 2. in dubiis regul. in addit. ad finem ex Chronica Franciſcana. 4. p. lib. 4. cap. 40. de illa ſincera muliere,quæ in conventu fratrum ſub habitu Donati per quatuor annos inſervivit, rara in mortificationibus, indole,& virtutum exercitio, præcipuè in caſtimonia & charitate, cognito igitur ejus ſexu, monialis facta, ſancta obiit;ignorantia enim invincibilis, & bona fides fortaſſis excuſabat;igitur conſonè ad quatuor hermaphroditarum differentias n. 2. inductas, dico; penes primam nequibat in cœnobio monialium profiteri bene juxta ſecundam ſi velit & admittatur;quoad tertiam eadem obſervantia tenenda;nam ſi de linea Eunuchorum Hermaphroditus à natura prævaleat in maſculino ſexu:vir ſimpliciter cenſetur; ſi autem muliebris prævalet ſimpliciter fœmina: in quarta differentia per aſſerta n. 6. patet invalidè profiteri, manereque irregularem, & ſi ſexum eligat virilem(licet hoc à ſe electo & jurato non maneat incapax ut in eo tuta conſcientia poſſit contractum maritalem celebrare) nulli communitati nec virorum, nec fœminarum,conſulerem etſi liceret ut admitteretur ob inconvenientia quæ quiſque ſpeculari poteſt,& in recipiendis ad Religionem ſtringitur religioſorum conſcientia ad vitanda contingentia, quæ præſumi valent in damnum obſervantiæ regularis, quo pacto ſi fœmina in conſultatione propoſita ſic inveniebatur hermaphrodita fieri, Religioſum validè potuit; nuſquam tamen ſi aliter admittendam, imo nec in habitu ſæculari fœmineo quantumcumque lucra offerret; quamquam in iſto arbitrari poſſet, cum ejici non repugnaret quoties ſi ut par eſt & debetur modeſtiæ regulari, non procederet.

7. Deſumitur altera objectio ab his quæ tangit relatus Bonacina, & referre lubet verbis Taburini q. 7. n. 1. ex cap. diffinimus 10. quæſt. 2. ubi ait. *Si fæmina fingens ſe eſſe hominem, & in Monaſterio virorum profiteatur non tenetur ad trium votorum obſervãtiam, quæ in profeſſione expreſſa voce & ſcripto emittuntur, nam talis profeſſio irrita eſt, & nulla cum ibi uterque vel unus conſenſus deficere videatur.* Aliquibuſque clauſulis interjectis. *Superior enim intentionem non habuit perſonam diverſi ſexus admittendi ad Religionem, & conſequenter erravit circa ſubjectum perſonæ cujus error irritat contractum:* ergo nullo præcedente errore, ſi ſuperior, & communitas acceptaret fœminam in conventu virorum validè ibi ab illa emitteretur profeſſio; ergo potius hermaphrodita in quo prævalet uterque ſexus, eligens unum, vel alterum; an ne plus requiritur ad validitatem profeſſionis, quam ad matrimonium? ſi igitur iſtud validè celebratur à tali hermaphrodita, cur cæteris concurrentibus, & nullo dolo interveniente, irrita & nulla cenſenda profeſſio? De inquiſito tam contingenti, & moraliter fere impoſſibile(nam quæ mulier tam malitioſa, ut ementiro habitu velit in virorum conventu profiteri; aut quis vir tam ſtolidus procrax, & abjectus, niſi ſit eunuchus ut in mulierum Monaſterio intendat ſe claudere) Pellizarius ex l. non omnes ff. ſi certum petat;talem profitentem manere liberum á votis cenſet quia nulliter emiſſis tom. 1. trac. 3. cap. 2. num. 28. ſub quodam dilema procedens. *Vel talis mulier non intendit profiteri niſi in Monaſterio virorum, & ſic non tenetur tranſire ad Monaſterium montalium. cum actus agentium non extendatur ultra intentionem agentium*; v. g. Si ego intendo profiteri in Religione minorum, & aliquo caſu talis Religio extinguatur à Papa non teneor tranſire ad alium ordinem: *vel* inquit *intendit profiteri eo modo quo poterat, & ſic cum non potuerit emittere validam profeſſionem, quæ juxta dicta non poteſt emitti, niſi in monaſterio proprii ſexus, cenſetur ſe obligare ad vitam religioſam in communi, ſicque in foro conſcientiæ tenetur ad vota ſimplitia paupertatis, caſtitatis, ac obedientiæ manendo tamen in ſæculo; ad hæc enim & potuit ſe obligare:* inde ad objectionem in forma concedo antecedens, diſtinguo ſuppoſitum conſequentis, abſolutè nego, conditionatè, ſi ſuperior, & communitas validè poſſent acceptare tranſeat; tunc nego alterum quod ſupponitur,ad paritatem de matrimonio fateor validè celebrari, nego id ſimiliter fieri poſſe in profeſſione religioſa, cujus diſparitas eſt quam notat Pellizarius. num. 29. *Quoad profeſſionem non datur ipſis* (ideſt Hermaphroditis) *parem ſexum fæcundum utrumque habentibus ſicut datur ad eligendum Matrimonium:* jura enim tollentia optionem eligendi ſexum ad profeſſionem tollunt facultatem ſuperioribus admittendi eos ad illam, ſive in virili, ſive in muliebri conventu; in dubio autem quis prævaleat ſexus Tamburinus. *Quid ſi petito, & habito Medici conſilio; dubium adhuc reſtat, ſexum eſſe æqualem; præſumendum eſt, & conſequenter hermaphroditum invalidè profiteri, profeſſio enim fiat pro Religione, in qua quemquam admitti conſentaneum non eſt priuſquam conſtet cujus ſit ſexus.* Id eſt quis prævaleat altero exiſtente inutili ad fæcunditatem, & dumtaxat ex monſtruoſitate; non alio pacto ac dicitur incapacem profeſſionis regularis non eſſe mulierem ſex digitos habentem in fœminarum Monaſterio, & virum æquè monſtruum in virorum conventu, aſſentio poſſeſſioni inductæ à Tamburino; verum ego præſcriptionem ſeu conſuetudinem vim legis habentem, vocabo, à qua, quamquam jura non invalidatent profeſſiones Hermaphroditarum, qui fæcundi ſunt in utroque ſexu, ſive aliqualiter unus alteri prævaleat, à conſuetudine videbatur annullari, cum nullum ſit Monaſterium præbens ſuum conſenſum in ſimiles admittendos, non tranſibo, quod à fide dignis audivi in Provincia Bethica apud Hiſpaniam eveniſſe à viginti annis, diſſimulata quædam vidua in monaſterio monialium habitum accepit, & profeſſionem emiſit, ſoror infirmaria applicans remedium

monſtruoſitatem vidit, prælatos monuit, recognita, inventa fuit prævalere in utroque ſexu fæcunda,& declarata fuit ab ordinario loci ejus profeſſio invalida; ergo ſi prævaleat muliebris ſexus, & maſculinus ſit omnino infæcundus, impotens eligi in muliebri conventu validam emittet profeſſionem Hermaphrodita.

8. Quam conſequentiam diffundendam aſſumo poſtquam replica inſtans ſolvetur, deſumpta à quadam propoſitione introducta ad Matheum ea controv. 48. num. 21. & ſequentibus, oſtendente ex uſu promiſcuo ſexus in Hermaphroditis nullâ pœnâ afficiendos,præciſo peccato contracto à perjurio de non utendo altero, niſi quem elegit, dum in ambobus fæcundus invenitur judicans improbabilem de jure forenſi ſententiam firmantium pœnâ capitali afficiendos;num. 25. ſubjungens. *Nam ſi ſexus in quo prævalebant habebatur ratio* (adde inſligendi pænam capitalem aut aliam quamcunque criminalis iuris) *ex ſolo peccato naſcendi morti tradebantur* : à quo argumentor : ergo ultra defectum monſtruoſum in natalibus, aliquod peccatum exigitur in hermaphrodita pariter de ambobus ſexibus fæcundo ut privetur benefitio ſtatus perfectiſſimi Eccleſiaſtici, in eo quem eligit ſexu jurante non altero utendum, non aliter ac qui voto caſtitatis adſtringitur, nuſquam inviſum aſſumendam fæcunditatem qua pollet: equidem conſonum eſt in quocunque, qui ſic ab utero materno prodiit non luere pænam peccati quod non commiſit,cum à ſobole non pendeat monſtruoſitas hermaphroditatis; ergo iniuſtè invalidatur ipſi profeſſio: omitto antecedens, & adhæreo lubentiſſimè tanti Juriſconſulti deciſioni, in qua plura ædiſcenda diſcurſu ſubtili proponit, declarans quid punibile à ſenatu & Judicibus forenſibus, num. 86. concludens *credo delictum punibile in eis hermaphroditis non reperiri*:nullatenus tamen aſſentio ſubſequtæ reſolutioni,eo num. 86. quæ eſt huiuſmodi: *& quoad forum internum opinor quod licitè utroque ſexu uti poterant virtute poteſtatis corporum acquiſita per matrimonium, cum facti fuiſſent duæ in carne una ad finem naturalis prolis, & ad finem remedii incontinentiæ* : in propriis terminis,inquiſitum movet Martinus Perez ab Vnanoa diſp, 37. de matrim. ſect. 15. num. 2. declarans intactam reliquiſſe Doctores iſtam controverſiam in conſcientiæ foro, ſuamque mentem exponit. num. 2. *Mihi certè videtur dicendum tale matrimonium illicitum eſſe & invalidum jure naturæ, nam ſic illo modo contrahere, videtur manifeſtò repugnare ab intrinſeco naturæ rationali, quia continet intrinſecam & maximam indecentiam uſus ille promiſcuus utriuſque ſexus quam ipſa natura rationalis ſummè abhorret, ac deteſtatur* : præterquam quam quod inconveniens de duplici matrimonii Sacramento tractatum num. 3. ſemper in ſua vi & robore manet,ideo, ſalva pace tanti juriſperiti, ei non acquieſco in hoc quod delictum in foro interno non inveniatur; finis enim prolis, & periculum incontinentiæ non ſumuntur abſolutè, ſed conſonè ad intentionem Eccleſiæ, ex celebrato matrimonio, à cuius tenore Hermaphrodito viro non dat ius hermaphrodita fæmina niſi ſub reduplicatione mulieris; & huic ille in reduplicatione maſculi; & ad illationem quam inducit de peccato à natalibus, hic applicandum quod propoſui conſult. 5. num. 13. de pœnis quæ conſiſtunt in inhabilitate,& quæ puræ pænæ nuncupantur; hæ non imponuntur, neque imponi poſſunt ex præciſa ratione naſcendi, iſtas ob rationes nobis occultas, nec examinandas Eccleſia ſtabilit, vel conſuetudo vim legis habens: v. g. Monoculus ex oculo ſiniſtro manet incapax recipiendi ordinem ſacrum, ſi ita aliquis naſcitur, ſuâ culpâ monoculus non eſt, & tandem luit pænam inhabilitatis, ergo monſtruoſitas hermaphronditatis non punitur ex pura pœna, privatione aſſumendi ſtatum Eccleſiaſticum; diſtinguo nunc ſubſumptum. Si privatio ſtatus perfectiſſimi conſiſteret in pæna pura, concedo, ſtans in mera inhabilitate propter conſuetudinem præſcriptam aut à iure conſentiente tacitè in eam; nego.

9. Reſtat exponere quo pacto currit, aut non bimeſtre, ut fœmina illa hermaphrodita in qua prævalebat mulebris ſexus, nec fæcunda ad virilem, quamquam explicitè conſenſerit in copulam maritalem ex matrimonio celebrato conſummãdo,adhuc ſuffragabatur à iure ut monialis fieret:prius tamen convincendum quomodo occultata à Parentibus monſtruoſitate etiam ab ipſo marito matrimonium validum ratum habebatur; breviter me expediam à Scoti aſſerto 4. diſt. 30. quæſt. 1. §. ad iſtam quæſtionem v. ex hoc ſequitur num. 2. tres conditiones exprimentis in quibus intervenire poteſt dolus ſeu error penes matrimonium; *una quod hæc perſona putetur eſſe illam: alia, quod perſona ſerva credatur libera; tertia conditio eſt, error ſibi correſpondens ex parte contractus, puta ſi credatur aliam perſonam ſimili contractu contrahere*: pro circo litterario fusè Antonius Hicheus in comen. D. ſubtilis à num. 31. in conſcientiam ſedandam Maſtrius de Meldula in ſua Theologia morali diſp. 20. de matrim. quæſt. 5. art. 2. num. 97. *Communis ſententia docet, errorem circa ſubſtantiam perſonæ, ſive ſit antecedens, ſive etiam concomitans dirimere matrimonium non tantum iure poſitivo, ſed etiam naturali.* num. 98. *Circa errorem vero qualitatis, ut nobilitatis aut divitiarum conveniunt Doctores in caſibus, jure etiam naturali matrimonium dirimere; primò quando ſit matrimonium dependenter ab ea qualitate tamquam à conditione, ut ſi contrahens his verbis ſuam exprimeret intentionem. Contraho tecum modo ſis dives, vel nobilis eſſet tamen invalidum matrimonium niſi illa conditio quæ tunc ſpectat ad objectum per ſe illius intentionis verificaretur; & ratio eſt, quia cum tunc defficiat conditio ſub qua ſit contractus: dirimit matrimonium hic error quæ refunditur in perſonam & tranſit in errorem perſonæ*: biſariam ergo contractus maritalis ab errore ſeu dolo annullatur; uno modo, ſi Maria & Joannes v. g. ita contrahant expreſſâ intentione in verbis ſequentibus, dicat Maria, accipio Joannem in meum,ſi dives eſt;proferat Joannes, accipio Mariam in meam dum hermaphrodita non eſt; ſecundo modo ſi præſumens Joannes accipio Mariam in meam dum hermaphrodita non eſt;ſecundo modo ſi præſumens Joannes accipere Mariam, invenit ductam Petronilam;qualiter ſubtilis præceptor ea diſt. 30. quæſt. 1. §. ſed numquid v. ad primum argumentum, num. 7. loquens de dolo quo Taban genez, 29. v. 25. introduxit Liam Rachelis vice. *Sive Jacob poſſit excuſari à peccato, ſive non, eſt magna vis, quia non fuit confirmatus, ſed poſtquam deprehendit illam eſſe liam conſenſit novo conſenſu propter illa verba Taban; non eſt conſuetudinis in loco iſto, ut minores prius tradantur ad nupeus, & ex tunc fuit uxor ejus.* Tam communia ſunt iſta, & plauſibiliter accepta in quaque ſchola, ut ſuperfluum ſit alia quærere in ſtabilimen; ergo ad conſultum caſum cum non detur aliud quo invalidari queat contractus maritalis niſi error immediatus in perſona, qualiter expreſſit doctor in connubio Jacob cum lia, quod, re vera nullum fuiſſet, ſi novum non adhiberet conſenſum, ſuggerente Tabano fore morem de filiabus majoribus nubendis prius quam minores, vel conditionis error tranſeuntis in objectum, ut ſi exprimeret vir qui cum hermaphrodita hujus conſultationis contraxit;accipio te in meam dum careas monſtruoſitate hermaphroditatis; ſiluit nec expreſſit, nec in mentem ejus venit, ideo conditio qua introducitur dolus cum non tranſeat in objectum non invalidabit tale matrimonium;

Digitized by Google

ſicque ſi conſummaretur, impediebat ingreſſum Religionis, niſi foret de communi conſenſu contrahentium, au t de licentia Papæ, ambobus in voto ſolemni caſtitatis.

10. Quod confirmo in caſu recenſito à Matheu: trac. citato de re criminali controv. 48. num. 83. aiente, Medicos quos citat ſentire poſſibilem fæminam monſtruoſam in multiplicitate genitalium perfectorum ejuſdem ſexus, referens ex Paulo Zachia in quæſt. medico legal. tomo 1, lib. 7. quæſt. 8. à num. 34. viſam mulierem habentem duplicem Vulvam; & à fide digno teſte habui quemdam virum ſcrupuliſantem, conſuluiſſe, & in curia Eccleſiaſtica Cæſarauguſtana poſuiſſe cauſam, utrum ſuum matrimonium validum foret, quia fæmina cui nupſit omnimode carebat vaſe præpoſtero, & per genitale membrum, non ſolum excrementa quæ de more ab eo emittuntur; verùm, & quæ ab illo præpoſtero depelluntur ejeciſſe; taleque connubium decretum fuit validum à Judice legitimo: incomprehenſibiles ſunt naturæ monſtruoſitates; argumentor ita. Validè maritabitur qui mulieri habenti duplicem vulvam aut geminum genitale maritatur, dum in contractu matrimoniali non expreſſatur excluſio huius monſtruoſitatis, non aliter ac præmiſimus de illa fæmina quæ caruit omnimode vaſe præpoſtero; igitur quando contrahitur cum hermaphrodita non expreſſa excluſione monſtruoſitatis, quia non variatur perſona, validè contrahet. Dicis capite ſingula 69. diſt. profertur. *Difficile duorum vicem hominem ſuſtinere.* Vbi Juriſconſultus Paulus ad legem ſi plures 9. ff. de pactis. *Difficile non impoſſibile:* ergo impoſſibile non erit ſucceſſivè ex ſexu duplicem perſonam in hermaphrodito præſcindere; ſed qui nubit hermaphroditę ſolum unam perſonam unius individui ſexus vult accipere in conjugem, ergo error eſt perſonæ, & conſequenter nullum matrimonium. Si non teneremus ſtatum tam expreſſè loquentem circa ſexus diverſitatem, qualis hæc ſit, aliqualem poterat ingerere arduitatem jus, ex cap. citato *ſingula*, propoſitum. Quidquid ſit penes monſtruoſitates præmiſſas, ly *duorum vicem*, non intelligendum eſt circa perſonam ſed quoad accidens, valde extrinſecum perſonæ ſuperveniens, & huic invariatè adauctum, nam ut ait ſubtilis Præceptor diſt. 20. citatus. *Eadem perſona potuit eſſe mas, & fæmina, nam maſculus & fæmina, ſunt differentiæ accidentales, ita quod hujuſmodi ſexus non variant ſpetiem ſecundum Ariſtotelem,* 10. *Methaph.* (Adde textu 25. *& ſicut ſexus mulieris non variat ſpetiem hominis, ſic nec hic ſexus hanc perſonam.* Annota diligenter quomodo pro nominibus determinatis utitur præceptor, & ultimam ejus propoſitionem negativam radicitùs præme. *Nec hic ſexus hanc perſonam*; ergo à monſtruoſitate hæc numero manet invariata & indiviſa; nec per æquivalentiam dici poteſt, aut per præciſionem cum fundamento, duplex perſona hermaphroditus, ideo nego millies ſubſumptum; in forma enim; nego monſtruoſitate hermaphroditica licere promiſcui ſexus uſus, quia quamquam penes perſonam nullam præbeat formalitatem qua à ſe ipſa diſtinguatur, in ſe ipſo uſus prout muliebris differt eſſentialiter ab eo in quantum maſculinus; quare conceſſo (ut credo fore probabile) non illicitum uſum matrimonii in geminata monſtruoſitate ejuſdem ſexus, ut ſi fæmina teneat duplex genitale non illicebit marito nunc copulam conſummare per unum, poſtea per alterum, dummodo utrumque ſit procreandi prolem aptum, quia in iſto caſu non variatur uſus eſſentialis niſi accidentalis; qualiter contra Baſilium Ponce de Leon lib. 10. de matrim. cap. 11. num. 5. cenſentem veniale fore variationem ſitus in copula maritali, veroſimili probabilitate plures putant abſque peccato ullo fieri, ſi non ſit in fæmina ſuperexiſtente periculo effuſionis ſeminis; quia ille diſtinctus uſus copulæ eſt accidentalis non eſſentialis, qualis in promiſcuo ſexu hermaphroditarum, variato uſu matrimonii contracti, itaut qui vir fuit, fæmina conſtituatur, utendo carnali copulà, quæ etſi individua ſit una totali, diſtincta eſt eſſentialiter prout partialis.

11. Parcat lector tot digreſſiones, neceſſarięque quidem ad me fundandum, & in deciſionem conſultationis, ponderet illa Scoti mirifica verba pro matrimonio rato ad ſervandam caſtitatem ex voto, quæ ita ſunt, 4. diſt. 1. v. tertio modo num. 7. *Eccleſia nunquam attentaſſet poſt matrimonia rata non conſummata licenciare alterum ad Religionem, altero manente in ſæculo, niſi Chriſtus hoc inſtituiſſet; habetur autem hoc ex facto Chriſti vocantis Joannem apoſtolum & Evangeliſtam a nuptiis. Joannis* 2. Idem notat Sanctius tomo 1. de matrim. lib. 2. diſp. 18. num. 3. igitur Eccleſia à capite ex publico de converſione conjugatorum, decernit. *Mandamus quatenus ſi prædictus vir eam carnaliter non cognoverit, & eadem ad Religionem tranſire voluerit, recepta ab ea ſufficienti cautione quod vel ad religionem tranſiret, vel ad virum ſuum intra duorum menſium ſpatium redeat.* Hoc eſt bimeſtre à Tridentino ſeſ. 24. de Sacramento matrimonii canone 6. expreſſum; nec immorabor, an tranſacto bimeſtri in Matrimonio rato, quadrimeſtre deſignari queat in Religionis ingreſſum: verba concilii ſunt. *Si quis dixerit matrimonium ratum, non conſummatum per ſolemnem religionis profeſſionem alterius conjugis non dirimi. Anathema ſit.* Quid intelligatur per matrimonium ratum; Barboſa in collectam ad Tridenti. num. 8. canon recenſens (à Selua in ſelectis cap. 22.) præſcriptum. *Sic deciſum à ſacra Cardinalium congregatione, ſub die* 18. *Novembris anno* 1618. *Reputari ratum non conſummatum ad effectum, ut unus ex contrahentibus, alio contradicente poſſit ingredi religionem, ſi poſt illud contractum copula non interceſſerit, quamvis prius etiam non ſemel cum promiſſione de contrahendo fuiſſent fornicati.* Verùm cum copula maritalis attendi queat, vel ut inchoata, & aggreſſa, ſeu quatenus completa & conſummata urget, an primo modo ſufficiat ut contrahens non faveatur privilegio bimeſtri; nam ſi à copula inchoata inhibetur ingreſſus ad Religionem, non poterat hermaphrodita illa, manente conſorte in ſæculo, Monialis fieri Caſtro Palao tom. 5. diſp. 3. de ſponſalibus punct. 2. §. 1. num. 1. deſcribens matrimonium ratum. *Quod baptiſmo ſuſcepto, legitimo contrahentium conſenſu perficitur nulla carnali copulâ ſubſequtâ*; addit. *Neque deſinit eſſe ratum tantùm ex eo quod vir vas fæmineum penetraverit, ſi tamen intra illud ſemen non effuderit, quia uſque ibi ſemen effuſum ſit, non efficiuntur conjuges una caro.* Sed in eventu conſulto adhuc vas fæmineum hermaphroditæ penetratum non præceſſit; ergo etſi copula detur aggreſſa, & inchoata ab utroque conſenſu expreſſo, ſemper remanebat matrimonium ratum in optione fœminæ hermaphroditæ ut fieret Religioſa, manente conſorte in ſæculo, dirempto matrimonio poſt illius profeſſionem, ad aliud ab ipſo contrahendum: & Portel. 3. parte in reſponſionibus, caſuque. *Matrimonium non conſummatur per copulam antecedentem, ſed ſubſequentem, ut patet ex ipſo verbo, conſummare, nam id conſummat & perficit rem aliquam quod ſubſequitur & ultimo loco ſuccedit illi rei quam conſummat*; ergo exigitur conſummata copula, ut à bimeſtri non ſuffragetur; ſed iſta nuſquam conſummata præceſſit; niſi inchoata; ergo potuit licitè ingredi religionem ex matrimonio rato; inducta fœmina in conſultatione.

12. Verum cum intra bimeſtre non decreverit hermaphrodita monialem fieri, urgebant ſponſum in

Digitized by Google

conſummandum matrimonium, nec ipſi licere alterum: Audiamus Caſtro Palao eo puncto 2. §. 5. num. 7. *Quibus verò hoc bimeſtre concedatur? communis eſt ſententia, omnibus conjugatis concedi, tametſi de religione ingredienda propoſitum non habeant eò quod illud habere poſſunt.* Igitur quanquam hermaphrodita propoſito caruerit dum potuit habere, ſuffragabitur à privilegio bimeſtri; & in vitandum omne inconveniens, percipe quid ex EgidioConinch 3. part. diſp. 26. de matrim. dub. 4. num. 49. decidit Macrinus Perez diſp. 20. de matrim. ſect. 5. n. 18. in dubio; an tranſacto bimeſtri, in matrimonio rato liceat religionem ingredi, quantumcumque tempus elapſum ſit; & reſpondet, *Quantumcumque temporis elapſum ſit à matrimonio contracto, modò non ſit conſummatum ſive jure ſive injuria id contigerit, utramque partem habere jus ingrediendi religionem*: Ergo etſi injuria conſortis evenerit Hermaphroditæ non conſummaſſet matrimonium, quantumcumque elapſum fuerit tempus duorum menſium, nec in ejus mentem venerit, ante vel in bimeſtri fieri religioſam, ſuffragabatur à jure ut monialis conſtitueretur dirempto matrimonio rato à profeſſione. Perutiliter Subtilis Magiſter citato §. ad quæſtionem. v. hæc autem n. 8. *Rationabile eſt obligationem ad minus bonum commutari in obligationem ad majus bonum ab eo qui habet authoritatem commutandi; profeſſio autem in Religione, eſt obligatio ad majus bonum, quia ſpirituale.* Manens in ſæculo ſponſus, alteras nuptias celebrare nequit, uſque ad ſolemnem profeſſionem, expectareque debebat tres annos, quia cum hermaphrodita non pertingeret niſi 13. annum quando maritata fuit, uſque ad 16. profiteri nequibat; aiente Palao num. 2. *Si conjux cum annos pubertatis attingit Religionem ingrediatur, tenetur conjux in ſæculo manens expectare 16. annum, quo poſſit profeſſionem emittere, ut ex declaratione Concilii advertit B. filius*: Adde Pontius de Leon lib. 9. de matrimonio cap. 9. num. 2. à quibus tria conſulta liquidò patent, & circa principale de ingreſſu Religionis, cum rigoroſè fœmina foret ex ſexu infæcunda, à maſculino validam fecit profeſſionem; quoad obſtetricem ideo tenebatur reſtituere quinquaginta ducata. Penes nomen imponendum in fonte baptiſmali, dum non apparebat in ſobole recenter nata ſexus prævalens cõmuni ambobus ſexibus nomine appellari quibat. Non tranſibo quod Prælata Monaſterii, dum hæc ſcribo, & in quo profeſſionem emiſit hermaphrodita, conſuluit; utrum monſtruoſitas impedimentum fuerit ad officia ordinis quorum capax eſt fæmina obtinenda, etiam Prælaturæ dignitatem; & affirmativè reſpondi, cum non inveniatur aliquo jure impedita: dicis; neque bigama neque vidua eligi quit in Prioriſſam, neque Abbatiſſam ex decreto Sacræ Congregationis 15. Julii 1616. *Si vidua in Monaſterio cum habitum aſſumat, ad Abbatiſſæ aut Prioriſſæ munus obeundum, abſque Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione eligi non poſſit*; in quo decreto etiam bigamæ comprehendi quamvis exprimatur, ſentiunt aliqui, quia urgentior eſt indecentia ex bigamia reſultans, quam ex præciſa ratione viduitatis; ſed potior indecentia reſultat in fæmina ex hermaphroditatis monſtruoſitate, nec ergo eligi in Abbatiſſam nequibit, illaque etſi non ſit incapax profeſſionis, regimen ei repugnat Portel, Tamburinus, & alii, quos citat Pellizarius: & ſequitur, cenſent illud ſacræ Congregationis decretum non obſervari niſi ubi eſt conſuetudo; ſed tranſeat major, nego paritatem & ſuppoſitum; quia in vidua ſeu bigama obſtat virginitatis ſtatus præteritus; hermaphroditam fore cum virginitate componitur; & ita licet illud comprehendatur in fine legis, neutiquam iſtud; ſic dixi capacem Prælaturæ fore dum cætera concurrebant ad merendam dignitatem, & ut in ea eligi quiret, conſequenterque & in quibuſvis aliis officiis eligi.

CONSULTATIO XXVI.

De juramento dandi mille ducata ut fæmina fieret religioſa.

AB ędibus Amaſiæ quidam dives vir egrediens, placidè circundatur à duobus hominibus bonæ notæ, qui introeuntes illum in alteram domum petierunt, ut conſignaret millia ducata eo fine quo fieret religioſa juvencula de qua ille quandoque in amorem fuit, & aliquali publicitate impediebatur ipſi matrimonium contrahendum; reſiſtebat valdè promiſſionem ſcribere; coactus tamen, aut interficiendus, vel ſub juramento in cedula conſignandum ex quibuſdam penſionibus breviter accipiendis, annuit firmo propoſito ſe obligandi in obſervantiam jurisjurandi & ſecreti non frangendi de eo quod fecerat, & quin ſineretur à domo unius illorum exire abſque hoc quod conſignationis cedula firmata ſub juramento ipſi traderetur, ea conſequuta dimiſſus in propriam ædem (ſive à ſuſco vulgariter dicto, ſeu alteratione (eadem nocte qua id ſibi evenit incidit in lectum ex febri maligniori, à pauciſque diebus inventâ iſtâ illarum quæ dicuntur ſincopales, decernitur à Medicis, ut viaticum ſumeret conderetque teſtamentum; confeſſarium vocans Theologum, huic conſulit metum à violentia incurſum, atque honeſtatis damnum juvenculæ à ſe inductum & inquirit; utrum jurejurando teneretur, mentionem in teſtamento facere confirmando illorum mille ducatorum promiſſionem; fortaſſis attentis contentis Sacerdos ille conſuluit non teneri: tandem ab infirmitate obiit, & poſt aliquos dies ad teſtatoris hæredes acceſſerunt duo illi qui vim intulerant conteſtes firmando promiſſionem à defuncto factam vidiſſe cum ſcripſit; viâ ſatis extraordinariâ (de qua mox) qualiter violentatus, notum fit hæredibus, jurante quadam ancilla domus in qua fuit ingreſſus, quæ familia decurrente tempore venit in ancillatum principalis hæredis, ſe omnia vidiſſe & audiviſſe ea nocte in qua tragicus contigit rimor incurſus, duo ad conſcientiæ tramitem inquirenda fuerunt propoſita; unum utrum ſi viveret licitè poterat non adimplere juramentum: alterum, ad quid aſtringebantur hæredes.

SUMMARIUM.

DEFFINITIO juramenti numero 1.
Motivum quo intercedit inter homines jusjurandum, n. 1.
Bifariam poteſt Deus allegari in teſtem intuitu juramenti, n. 1.
Jusjurandum aliud aſſertorium, promiſſorium alterum, numero 1.
Eventus fundandus de jurante coacto à latrone dare huic centum, n. 1.
Quæque juramenta diſpenſabilia, relaxabilia, commutabilia, n. 1.
Utrum obliget juramentum factum contra tenorem legum civilium, n. 1.
Metus cadens in virum conſtantem annullat contractus, n. 1.
Interior conſenſus non cadit ſub vim, n. 1.
Duplex concluſio Ludovici à conceptione examinanda, n. 2.
Juramentum proſpicere ſemper debet aliquam virtutem, n. 2.
Quam reſpicit vexationi occurrens, n. 2.
Jurans vexatus dare latroni centum, libertatem non tollit in conſenſum ratione infra aſſignanda, n. 2.
De juramento ſeu voto nullo, irriſorium & illuſorium eſt petere diſpenſationem, n. 2.
Doctrina Baſilii Ponce exemplificata, n. 2.
Unde quis non eximitur obligatione ex juramento orta dandi latroni, quod ſub eo ipſi promittitur, n. 2.
Secunda concluſio Ludovici à Conceptione, n. 3.
Nulla eſt acceptatio, ſi nulla præceſſit promiſſio, n. 3.
Diſcrimen Eccleſiæ ad irritandos contractus ac à lege civili, n. 3.
Major in Eccleſia poteſtas in maritales contractus invalidandos quam ipſi contrahentes, n. 3.
Qualiter in iſtis facultas annullandi matrimonium, n. 3.
De promiſſione jurata à Franciſcano facta latroni, numero 3.
Caſus excogitatus in quo quis aſtringitur jurare intuitu vitandæ vexationis, n. 3.
Non obligat juramentum factum contra legem à qua quis in conſcientia aſtringitur., n. 3.
Utrum licitum ſit quandoque juramentum ſine animo, & intentione ſe obligandi, n. 4.
Duplicis propoſitionis prohibitio ab Innocentio XI. num. 4.
Utraque in id tendit, ut nuſquam liceat jurare ſine intentione, n. 4.
Veniale aut mortale ſemper eſt jurejurando promittere ſecluſo omni animo adimplendi, n. 4.
Secundum aliquos qui ſcripſerunt ante prohibitionem Innocentii licebat jurare, & vovere ut redimeretur vexatio omni excluſa intentione, n. 4.
Quid dum juratur ex parte excludendo intentionem jurandi, n. 5.
An iſtud in rigore ſit perjurium ſemper, n. 5.
Ratio dubitandi notantiſſima, ſed ſolvenda, n. 5.
Irreverentia graviſſima divino numini irrogatur ſi adducitur in teſtem cujuſvis rei falſæ, n. 5.
Eatenus omne juramentum de mendacio peccatum mortale, n. 5.
Juramenta ex timore cadente in virum conſtantem naturâ ſuâ obligant, n. 5.
Si ceſſat obligatio eorum, ideo ſolum quia vel commutatur, ſeu relaxatur, ſeu diſpenſatur à legitima poteſtate, n. 5.
Parem pariunt obligationem juramentum, ſive promiſſorium, ſive aſſertorium, ac votum, n. 6.
Unica & indiviſibilis ratio eximendi ab obligatione in juramento, & voto emiſſo ex prædicto metu exercenda, num. 6.
Non eatenus nulla profeſſio, & matrimonium ex metu cadente in virum conſtantem, quia fit ſine animo abſoluto, ſe obligandi, n. 6.
Advertenda valde doctrina in innumera ſolvenda, numero 6.
Benignitas Sedis Apoſtolicæ nec violentiam, aut vexationem aliquam permittens in libero cujuſvis arbitrio, n. 6.
Compatibilis volitio efficax, cum nolitione inefficaci, numero 6.
Triplici via fit juramentum animo ficto, numero 6.
Fictio vera licita, falſa ſemper illicita, n. 6.
Nuſquam latro titulum ſeu actionem acquirit in ſibi promiſſa, quanquam jurata, num. 7.
Ideo ad reſtitutionem ſemper tenetur, n. 7.
Argumentum ſolutum de uſurario, num. 7.
Ulterior de eo objectio ſoluta, n. 7.
Legitimus titulus ſeu actio nulli legi opponi poteſt, n. 7.
Juramentum ex politica abſolutè prolatum conditionem tenet implicitam, & qualis iſta in aliis, n. 8.
In jurejurando ad redimendam vexationem quæ tacitâ conditio excuſat, n. 8.
Juramenta & vota in melius commutanda, n. 8.
Obligatio perſonalis non tranſit ad hæredes, n. 8.
Grave peccatum violentia proximis illata, n. 9.
Petere ſine titulo juridico, culpa lethalis, n. 9.
Evacuato titulo impius ejus uſus, n. 9.
Dum damno & præjuditio alieno, aut impediente majus bonum, illicitè commutatio, ſeu relaxatio voti, ſeu juramenti, n. 9.
Ut id fiat per ſe, non per accidens, præjuditium reſultandum, n. 9.
Damnum per ſe quid æſtimabile, non damnum per accidens, n. 10.
Conſonè huic præciſioni deciſio conſultationis, n. 10.
Impedimenta per ſe ponens alicui ad ſtatum capiendum tenetur ad reſtitutionem, n. 10.
De ſtupro occulto eventus, n. 10.
Ignorantia Confeſſarii non liberat à reſtitutione, n. 10.
Obligatio teſtatoris jurantis transfertur ad hæredes, num. 11.
Jusjurandum fit Deo, vel hominibus, n. 11.
Illud factum aut reſultans à contractu quid, n. 11.
Dignitati annexis quando ſucceſſores obligantur, n. 11.
Multipliciter quis peccare poteſt omiſſione obligationis, n. 12.
Perſonalis obligatio phyſica moraliter aſſolet tranſire in realem, n. 12.
Sacra Rota de obligatione perſonali, n. 12.
Proxima aut remota damni cauſa, n. 12.

1. PRomiſſionem ex metu cadente in virum conſtantem fore jusjurandum præſentis conſultationis, nihil certius, ne in terminis æquivocemur explicandos cenſeo oportunum illos, ſuppoſita deſcriptione quam tangit Scotus de juramento diſt. 39. quæſt. 1. §. in iſta quæſtione quantum ad primum n. 2. *Juramentum eſt aſſertio dicti humani quod ipſum ſit verum ex hoc ultimate*, quod paucis interpoſitis ex-

ponit ita: *Homo enim ſciens hominem eſſe mendacem & ignorantem, & per conſequens poſſe fallere, & falli, non poteſt certam fidem adhibere dictis ſuis, & ideo inventus eſt modus aſſerendi dicta, adducendo alium in teſtem, qui eſt verax nec falli poteſt, quod fit dum in jurando adducitur in teſtem aſſertionis jurantis ipſe Deus, qui ſcit veritatem, & mentiri non poteſt.* Non aliter in ſignificato terminorum, etſi non tam expreſſorum vertitur jurisjurandi communis deſcriptio. Actus humanus quo intuitu fidei faciendæ adhibetur Deus teſtis, vel ut alii, invocatio divini nominis in teſtimonii firmitatem; cur autem bifariam poſſit Deus invocari in teſtem; uno modo in confirmationem dicti, altero in ſecuritatem promiſſionis dividitur jusjurandum in aſſertorium & promiſſorium. Ludovicus de Conceptione in ſuo volumine veritatis moralis trac. 2. caſu 39. fere ejuſdem tenoris eventum in dubium vertit. *Quidam mortis metu compulſus juravit ex animo donare latroni centum aureos, quæritur an tali ſit obligationi immunis, nullo ad relaxationem & diſpenſationem habito reſpectu.* Supponendum juramenta tam aſſertoria, quam promiſſoria capacia fore, ut commutentur, relaxentur, ſeu diſpenſentur, dum in præjuditium tertii id non cedit, ſive id fiat à privilegio, aut à jure: reſolutionem inquit Trinitarius pendere à quadam concertatione, videlicet utrum juſjurandum factum contra leges civiles contractus ſeu promiſſiones irritantes, nullum aut validum ſit, tam jure canonico, quam civili; etſi enim ita indigeſtè diſputandum relinquat, libuit claritatis gratiâ aliqua inducere meo videri, etſi non neceſſaria, opportuna; nihil certius inter cunctos, metum cadentem in virum conſtantem è legibus civilibus irritare contractus nullos ab illo redditos, l. ſi metus cauſa ff. de acquirenda hæreditate, l. prima de eo quod metus cauſa, lege finali cod. de his quæ vi; pro quo inſtituta de exceptionibus mirificè in propoſitum. *Si metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapſus ſtipulanti Titio promiſiſti, quod non debueras promittere palam eſt jure civili te obligatum eſſe, & actio qua intenditur te dare oportere; efficax eſt; ſed iniquum eſt te condemnari, ideoque datur tibi exceptio quod metus cauſa; aut doli, aut in factum compoſiti ad impugnandam actionem.* impugnandam quidem, non quia in fundamento ſolidatur invalido contractus ſed ab aſſignandis n. 8. quidquid Baſilius Ponce de Leon lib. 12. de matrim. cap. 8. §. 1. num. 38. & deinceps inducit (ex l. non dubium cod. de legibus, imperatoria alia verba tranſcribens explicanſque) juramenti nullitatem ad contractus quibus legibus civilibus prohibentur; & licet ab iſtis facillimè expedire me poſſem proferendo talia jura ſeu textus loqui quando deficit animus ſe obligandi in promittente, non autem ſtante intentione imponendi ſibi obligationem, ſive à juramento, ſive à ſimplici promiſſione; ſicque profeſſio facta, aut celebratum matrimonium, vel jurata promiſſio dandi centum latroni, vel invaſori, ne occidat, obliget in adimpletionem, quandoquidem nullus timor; aut vis me cogere quit in propoſitum abſolutum, animumque, ſeu intentionem ab omni conditione liberam adimplendi quod juro obſervandum: id adverto ne impediamur, & commodè obſervemus fugiendo à propoſitione damnata ab Innocentio XI. quæ in ſerie 65. reprobatarum eſt 25. hujuſmodi *cum cauſa licitum eſt jurare ſine animo jurandi*, qui enim conditionatum animum in jurejurando tenet, non ſine animo jurat, alioqui non licerent vota conditionata, quorum naturam imitantur juramenta promiſſoria: nihilominus quia (in his in quibus relatus Ludovicus à Conceptione n. 2. profert, expectare potiùs aliorum reſponſum ſeu ſolutionem) incedere non poſſumus quin comperiamus quid in uno & altero quod aſſumimus urgeat.

2. Quid ille ſtatuat in duplici concluſione indagare intereſt; unam ſcribit num. 3. ſic penes principale quæſitum: *Juramentum factum contra leges civiles eſt irritum jure civili*; quam fundat in principio innegabili, quia id quod juratur debet expectare ad aliquam virtutem; ſed ad nullam expectat juramentum quod leges civiles prohibent; ergo cum ſit de materia injurabili irritum erit jusjurandum: ſi minorem probaret ſyllogizatio convinceret; num. 5. in ſpecie caſus quod ipſe proponit contra ſe objicit. *Juramentum factum latroni dandi illi centum ſæpe fieri pro redimenda vexatione, & ſic ad aliquam expectat virtutem, ac proinde eſſe validum*; à quo liquet non reputandum prohibitum; ſi ita eſt à legibus civilibus. Audiamus Dianam 4. parte trac. 4. reſol. 19. in fine. *Qui jurarunt latroni dare pecuniam poſſe inquam petere relaxationem juramenti ab Epiſcopo; ſed ego etiam puto probabiliter ut ſupra dictum eſt vigore Bullæ cruciatæ poſſe Confeſſarium hujuſmodi juramentum commutare.* Quibus duo inſinuat, unum validum fore jusjurandum, metu extortum in vexationem vitandam; alioquin ad quid relaxatio juramenti, ſive ab Epiſcopo ſive Bullæ cruciatæ vigore; quia de illo quod nullum eſt illuſoria & irriſoria videtur relaxatio, commutatio, ſeu diſpenſatio; alterum quod in promiſſoriis juramentis ſicut in aſſertoriis viget diſpenſatio, ut ſuppoſui in præterito; at Trinitarius à Conceptione eo num. 5. fatur: *Cum jus civile (& jus infra) non attendat quem quiſque profiteat finem, ſed quid ex natura contractus prohibiti, & irriti ſequatur (quod nihil eſt) cum nullius rei nulla ſint qualitates; nec præſtet impedimentum quod de jure non ſortitur effectum, regula non præſtat de regulis juris in 6. acceſſit juramentum non eſſe ſervandum ut pote nullius momenti:* tenebatur probare nullitatem juramenti, aut quia non ſe voluit obligare jurans, aut ex nullitate intentionis, ſeu animi ſe obligandi; v. g. juro ego mentiri; non obligor jurejurando, quia nullitas intentionis oritur à materia injurabili; aliàs præexcellit illi ſubtilis Doctoris doctrina 3. diſt. 39. quæſt. 1. §. quantum ad perjurium & juramentum num. 12. *obligat jurantem ad nunquam habendam oppoſitam voluntatem, ei quod juravit, & licet differat implere illud propter circumſtantias, propter quas videtur rationabiliter differendum, non peccat, & tunc eſt primo perjurus, quando habet voluntatem non implendi illud quod juravit.* Etenim etſi qualitates jurisjurandi nullæ ſint, prout ſequuntur contractus nullos à jure civili validæ cenſendæ erunt in quantum animum validum; quia à nullius metu violentare quit intentio; ideo validum ſortietur effectum; quandoquidem metus non incutitur in interiorem conſenſum dandum abſolutum, potens dari conditionatum, niſi in exteriorem actionem; ſpontanea ſemper manente voluntate à nullo coacta in actionem mere interiorem quod videtur inſinuatum, à Baſilio de Leon allegato, quatenus §. 3. num. 22. multus eſt in probando juramentum promiſſorium de ſolvendis uſuris validum fore jure Eccleſiaſtico, ſupponens animum ſe obligandi in promittente; unde iſtam intentionem ſeu animum percipere jurans; dico dum non ſit actus contrarius formalis aut virtualis de nolitione ſe obligandi; v. g. aliquando venit in mentem meam à latrone me extorquendum; ut dem illi millia ducata, & propono quod quamvis jure donanda, nolo abſolutè niſi conditionato aſtringere me jurejurando; offertur occaſio, immemor intentionis non revocatæ do latroni, ex intentione virtuali, adſtrictus non maneo abſolutè juramento; ſin autem hanc non teneo vel cum petuntur formale non habeo propoſitum de non me obligandi niſi ſub conditione, obligor abſolutè.

3. Al-

Digitized by Google

3. Alteram ponit concluſionem Trinitarius ſub hoc titulo *ſecunda concluſio.* num. 1. eſtque hujuſmodi. *Nullum juramentum ſuperadditum promiſſioni vel contractui jure civili eſt validum adhuc jure canonico.* inter plura quæ congerit ſolum invenio apparientiam tenere, quod num. 13. in quadam paritate fundat. Nam cætera non convincunt, quando ſtante animo obligandi ſe jurans promittit, inquit: *Qui ob retinendam mortis vexationem matrimonium, quamvis licitè impedimento dirimente contrahit: & ſi vero animo de facto contrahit, nihil efficit ad defectum conſenſus de jure, vel quia Eccleſia perſonas inhabilitat ſed quia actum ipſum irritat;* remittens ſe ad Thomam Sanctium tom. 2. lib. 7. de matrim. diſp. 5. num. 4. deducenſque ſequentem conſequentiam. *Ergo qui jurat ad retinendam vexationem dare centum latroni quamvis licitè juret, & vero conſenſu de facto hoc faciat nihil efficiat ob defectum ſufficientis conſenſus de jure requiſito, & quia per imperatoriam legem tam perſona tunc jurans, quam latro de facto acceptans inhabilitantur, & quia etiam talis ſtipulatio, ſeu contractus per eamdem legem, ſeu ipſo facto irritus redditur; nulla eſt enim naturalis adhuc jure acceptatio, ubi nulla promiſſio antecedit.* Infallibilior regula non eſt: alteram aſſignat, v. g. ſi ego nullam, id eſt invalidam à metu cadente in virum conſtantem emitto profeſſionem, eo ipſo quod à jure invalidantur mea vota, annullatur acceptatio ſuperioris de mea promiſſione in votis expreſſa; etenim diſcrimine attento poteſtatis Eccleſiæ in irritandos contractus maritales à poteſtate Principis ad invalidandos civiles, diſparitas clareſcet; Eccleſia enim majorem vim habet in annullandum meum conſenſum ad matrimonium, quam ego ipſe non conſentiens in eo, ſed ego ipſe ex voto ſolemni caſtitatis annullo meum conſenſum ad connubium; ergo & id poterit Eccleſia, cujus paritatis differentia num. 5. aſſignabitur; in forma autem nunc omitto majorem, nego ſuppoſitum ſubſequutum; nempe in me poteſtatem inveniri ad annullandum matrimonium, niſi dicatur fore tanquam removens prohibens; at à contrario in juramento cum in me unica ſit poteſtas qua aſtringar, aut non aſtringar. His ſit ſatis alteri paritati quam ſubnectit num. 14. de Franciſcano ad redimendam vexationem animo ſe obligandi jurante dare latroni centum, tale jusjurandum inquit, & optimè nullum eſt cum ratione voti paupertatis, neque in communi, neque in particulari ſub dominium Minoris fratris aliquid cadat; à quo contra Trinitarium Ludovicum ergo ſi caderet, teneretur jureiurando, ſed leges civiles non tollunt dominium actuum interiorum & unuſquiſque eſt dominus ad decernendum donare, quæ ſua ſunt; igitur ſi placuerit iuramento ſe obligare (quantumcumque prohibeantur à legibus civilibus) obligatus manebit; ideo licet maneat nullus contractus in foro exteriori validus erit ortus à voluntario animo ſeſe obligandi, etſi fiat ut vitetur vexatio: loquor de legibus civilibus non obligantibus in conſcientia; nam in illis notat noſter Joannes Pontius in ſuplemento ad coment. literæ Scoti diſt. 39. allegata num. 139. diſputans: *An juramentum factum contra leges humanas obliget ad obſervantiam, ſed certum debet eſſe ex dictis quod non obliget quando illæ leges obligant in conſcientia.* Cuius ratio eſt quia tunc iusjurandum eſt de re illicita, quatenus prohibita à vi in conſcientiam coarctiva.

4. Ne in fundanda reſolutione aliquid deſideretur indagare oportet utrum compatitur aliquando iuramentum proferre exterius ſine animo abſoluto, ſeu intentione ſe obligandi, & in quibus caſibus licitum. Caramuel tom. 4. in ſua Theologia morali prætermit. præcep. 2. diſp. prœmiali quæſt. 1. veſtigandum aſſumit an dabile perjurium ex defectu materiæ peccatum tantum veniale, num. 161. iſtam ponit concluſionem. *Juramentum promiſſorium ſi fiat ſine intentione ſatisfaciendi (ſit magna vel parva) eſſe quidem validum, ſed mortaliter (loquitur de iureiurando facto abſoluto, neutiquam de illo qui explicitam vel implicitam tenet conditionem) peccaminoſum.* Fatebor, & attenta prohibitione Innocentii XI. in illa 24. *Vocare Deum in teſtem mendatii levis non eſt tanta irreverentia propter quam velit, aut poſſit damnare hominem:* ubi ſummus Pontifex damnare videtur quodcumque jusjurandum ubi tantilli mendacii teſtis invocatur Deus, & decernens ſemper peccatum mortale: ergo ne hoc incurratur componendum eſt quomodo nullius mendacii teſtis invocatur Divinum Numen ab illo qui exterius jurat in vitandam vexationem ſine animo abſoluto adimplendi, ſeu exequendi quod promittit ore aut linguâ, nam revera videtur loqui contra mentem. Trinitarius diſcalceatus Philippus à Conceptione eo tract. 2. de reſtitut. caſu 39. titulo, *Secunda concluſio* num. 18. hæc habet. *Sed qualis ſit culpa iurare abſque intentione jurandi, promittendi, vel adimplendi judico (licet obiter) regulariter eſſe peccatum, in aliquo tamen caſu nullam eſſe culpam, ſi caſu neceſſitatis, v. g. ſi cogatur quis iurare, & non iuridicè, completè & adæquatè à iudice interrogetur.* Etiam ab Innocentio XI. damnatur abſolutè in propoſitione 25. hoc numero 4. tranſcripta: quapropter poſt iſtam prohibitionem plurima cautè legenda, & nuſquam practicanda, urgetur ab alia propoſitione etiam reprobata ab eodem Pontifice commemorata in hac conſultatione n. 2. nec placet quod aliquando quidam bonæ notæ Theologus cenſuit; videlicet eum dicitur illicere cum cauſa iurare ſine animo ſe obligandi intelligi, cum cauſa aſſumpta voluntariè ab ipſo qui iurat, non autem dum hæc ab exteriori, & alieno incurſu procedit: nam præterquam quod cauſa ſemper erit voluntaria iuranti, ad iusiurandum hoc ſeu illo modo proferendum, mens Papæ omnem cauſam comprehendere videtur, nullam ponere exceptionem, aut motivum dans ut intelligatur. Alterâ autem viâ iudicio occurrendum conſultationi & doctrinâ infra aſſignandâ de votis nullis in profeſſione religioſa emiſſis ex defectu intentionis ſe obligandi in eis, & licitè id peractum propter metum cadentem in virum conſtantem, unde ratione dubitandi formata apparebit ſpeculatio, arguitur ergo hoc pacto. (omiſſo quod Trinitarius Ludovicus ſcribit. *Si vero nulla ſit neceſſitas jurandi non videtur improbabile aſſerere eſſe tantum veniale peccatum.* Illicitum non inventum, licitumque practicatum in votis ſolemnibus promiſſoriis velut contigit in profeſſione regulari; etſi non convincat licere in iuramento aſſertorio convincat in iureiurando promiſſorio, ſed in illo licet vovere abſque animo, ſeu intentione ſe obligandi, ut redimatur vexatio, & vitetur mors; ergo & in juramento promiſſorio licebit. Ante genuinam hujus objectionis ſolutionem, quæ conſtabit n. 6. quid penes punctum colligi quit à Caſtro Palao, audiamus, hic enim Jeſuita tom. 3. trac. 14. diſp. 1. p. 6. n. 4. diſcutiens qualis culpa in iuramento veritatis defectus (hanc de futuro conſiderans) ſcribit. *Si vero de veritate futura loquamur quæ in exequutione rei promiſſæ conſiſtit ſæpè defectus in illa nullum eſt peccatum, eo quod res promiſſa, aut comminata juſta non ſit, & caſu quo juſta ſit; aliquando expedit eam non exequi, quia mutata ſunt circunſtantiæ quibus juramentum non obliget.* Ergo datur eventus in quo ob aliquas circunſtantias excuſetur promiſſio iurata in exequutionem ſeu adimpletionem; unde ſi iſtas circunſtantias Confeſſarius compertiat cum vero propoſito ex præſenti quod in eo præ-

Digitized by Google

ceſſit, optimè conſuluit iurantem; conſequenterque hæredes non tenebantur exequi promiſſionem, quantumvis in ſcriptura à teſtatore iurata conſtaret: ſiquidem deficiente obligatione à radice non ſubſiſtit in ſucceſſione, & circunſtantiæ mutarunt caſum.

5. Caſtro Palao adhuc ea diſp. 1. punct. 8. num. 8. exponit quid ſit jurare cum animo & intentione non obſervandi promiſſum, aut cum intentione & animo exequendi, & adimplendi iſtud, ſupponens implicantiam in terminis, carere animo ſe obligandi in iuramento niſi expreſſetur, & ſub juramentum promittere, quia ad hoc ut validum ſit requiritur intentio & animus ſe obligandi; verba eius ſunt: *Non eſſe verum juramentum illud in quo expreſſum animum te obligandi non tenes, ſufficit quod jurandi animum habeas, eo enim ipſo cenſeris voluntatem habere eorum quæ ad juramentum neceſſariò requiruntur niſi ea expreſsè excludas*, hoc opus, hic labor, ſi expreſſè excludis peccas mortaliter, ſi quidem in teſtem mendatij ingenti irreverentia invocas Deum; quod elegantibus verbis ſcripſit Scotus citatus v. & ex hoc num 2. *adducere Deum tanquam teſtem falſi, eſt facere irreverentiam Deo, vel adducere eum tamquam ignorantem veritatem & ita non omniſcientem, vel adducere eum tanquam volentem teſtificare quod falſum eſt*; Clariſſimè, & valdè profundè. Joannes Pontius comment. ad litter. Doctoris ſubtilis ex tertio diſt. 39. ubi in §. quantum ad perjurium, poſtquam innumera ſcitu digniſſima congerit, de jureiurando facto latroni in vitandam mortis vexationem, num. 178. fatur. *Iuramentum extortum per metum cadentem etiam in virum conſtantem iniuſtè incuſſum, obligat ad impletionem, ut ſi latro v.g. minaret mortem niſi quis juraret ſolvere centum aureos* fundatque ſe in capite, *verum de jureiurando*, capite ſi vero, cap. ad audientiam de iis qui vi, & alibi, ubi decernitur validum tale juſiurandum; ſed validum eſſe nequit quin obliget ad obſervandum & exequtionem; ergo obligavit; explicatque caſum ex cap. 2. de jureiurando, ubi introducitur quidam Epiſcopus injuſtè ſpoliatus de quibuſdam bonis, iurans ſe non repetiturum in ea recuperanda, conſultuſque SS. Pontifex, utrum talis antiſtes tutâ conſcientiâ poſſet talia bona, mediis licitis repetere in recuperationem, deciditur, ipſum Epiſcopum *nullius juramenti vinculis ſuper hoc poſſe conſtringi*. Hæc fuit ſententia deciſiva judicialis Papæ; ergo videtur dicendum licere ad redimendam vexationem, aut licitum jurare ſine animo ſe obligandi, vel non teneri ad adimplendum juſiurandum promiſſum. Reſpondet Pontius à ſententia SS. Pontificis obtinuiſſe talem antiſtitem relaxationem juramenti ſeu irritationem eius; reſpondebit, ex allegata doctrina Palao, quis ob circunſtantias occurrentes ipſum juramentum mutaſſe formam, & etſi in radice adſtrinxerit, poſtea non obligabat, quatenus decurſu temporis talia bona radicaliter pertinentia ad Epiſcopum formaliter venerunt in ditionem Eccleſiæ; num. 180. diſcriminat Pontius qualiter liceat abſque minimo peccato veniali à metu cadente in virum conſtantem, aut vota profeſſionis emittere invalida vel matrimonium nullum celebrare ex una parte, à juramento ex altera illicito iſto, non illo *quia jura irritaverunt talia vota & matrimonia non irritaverunt talia juramenta*. Hæc eſt petitio principij; nec evacuatur quomodo vovens in profeſſione & contrahentes præmiſſis ſponſalibus juratis abſque ſcrupulo id facere queant, ſtante inconvenienti utrobique quod Deus invocatur teſtis mendatii, aut ipſi falſa ſit promiſſio de obſervanda caſtitate, paupertate & obedientia.

6. In aſſignanda diſparitate voti à juramento non ſtat ſolutio pares enim ſunt, de ſententia omnium doctorum convenientium, videlicet, vi, & jure naturæ titulo fidelitatis debitæ nos teneri adimplere Deo ipſi promiſſa; & in nullius rei teſtem adducere: licere quæ falſa ſit; divinum autem numen ſuâ ſcientiâ attingens, penetranſque quo pacto noſtra fragilitas, turpiorque malitia gerenda erat (ne graviora à nobis ipſis ex viciſſitudine, quâ nunc diſplicet nobis, quod antea placebat, & à contrario) in Eccleſia militante ſuo Vicario relinquit poteſtatem relaxandi, & annullandi obligationes, & debita contracta ex juramento, & voto; declarans autem SS. Pontifex illa individualia vota metu cadente in virum conſtantem extorta, & ſimiliter matrimonialem contractum, relaxat obligationem ortam à promiſſione eodem numero inſtanti ac fit v. g. (obſecro notes valde iſtam doctrinam) minetur Maria à parente quod ſi non fiat religioſa aut morte naturali vel civili ipſam agredietur; tali timore, vel metu ſtante Maria vota in manu Prælatæ emittit obedientiæ paupertatis, & caſtitatis (ſi ipſa faciat ſine animo ſaltem conditionato ſe obligandi revera peccat mortaliter) at quia talia vota producit ex metu cadente in virum conſtantem, maximus Pontifex Ieſu Domini Vicarius eo ipſo inſtanti, & momento interponitur authoritate Apoſtolica irritans, annullans, ralaxans, & caſſans obligationem talium votorum reintegrando Mariam in ſuam libertatem, non aliter, ac ſi poſt multos annos profeſſionis, Ipſi obligationem votorum irritaret; eodem pacto philoſophandum in matrimonio; violenter Antoniam ſuus genitor ut maritetur Franciſco; ex metu cadente in virum conſtantem, ſponſalium promiſſionem facit iuratam, ſimiliter à ſummo Pontifice imitatur, modo quo diximus de profeſſione ſolemni; cum autem in aliis juramentis, & votis Papa id non irritet, aut relaxet à quocumque voto, ſeu juramento adſtringor in executionem quantumcumque metus iniuſtè incuſſus, me coarctet cũ tam facilis ſit exitus ad me liberandum in aliis ultra profeſſionem *ſolemnem*, & contractum maritalem, in quibus *benignitas ſedis* Apoſtolicæ remedium generale providit, ne noſtra libertas læſa in minimo patiatur detrimentum, quare qui iurat latroni dandum centum aureos poteſt id promittere aut conditionatè ſi alia via non ſit, vel cum propoſito petendi diſpenſationẽ, relaxationem, cõmutationem, ſeu caſſationem à confeſſario virtute Bullæ, vel ab Epiſcopo, ſeu ab illa legitima perſona, cui datur poteſtas relaxandi obligationes, in quibus aſtringitur v. g. Franciſca uxor Bernardi incutitur à fure, ut ſibi centum ducata det, alioquin occidetur; timor eſt cadens in virum conſtantem; à confeſſario virtute Bullæ, ab ordinario, à marito Bernardo poteſt ipſi relaxari juramentum; nec immoror in ſcrupulo impertinenti, potius ab ignorantia quam à fundamento inducto, quomodo compatitur me jurare cum propoſito petendi relaxationem ab obligatione, nam à jureiurando facturum volo, à diſpenſatione nolo faciendum; utrumque compatibile eſt, nam volitio eſt efficax, nolitio conditionata; & quis Philoſophus uſquam incompatibile ſenſit illud cum iſto? Chriſtus conditionatè petivit à Patre tranſiturum calicem, & abſolutè voluit non tranſiturum; ergo paritur inſimul jurare latroni dare centum aureos ex efficaci voluntate faciendi, ſi non diſpenſetur & velle non dare ſi à ſuperiore legitimo jureiurandi obligatio relaxatur; quâ doctrinâ evacuatur difficultas & ſolvitur argumentum factum num. 4. & in ſuo robore veneratur doctrina deciſiva Innocentij XI. in propoſitionibus damnatis, quas tranſcripſi n. 3. & 5. pateteque qualiter nuſquam interponatur motivum, ſive levi, vel gravi, licet ſine animo ſe obligandi iurare, promittendo aliquod. Hinc percipio triplicem reſolutionem ſatis communem, quam ſic præmittit Trullench tom. 1. in decalogum lib. 2. cap. 1. num. 1. dubio 10. *tripliciter fieri*

Digitized by Google

iuramentum animo ficto ; primò abſque animo iurandi ; ſed cum intentione non ſe obligandi: tertiò cum animo iurandi, & ſe obligandi: de priori ait num. 2. *ex iuramento facto abſque animo iurandi non oritur obligatio coram Deo:* fateor donandi in conſcientia quod promiſit non oriri obligationem, reatus vero peccati mortalis oritur, quatenus adducitur Deus in teſtem mendatij;de ſecundo num.3. *ex iuramento facto animo iurandi, ſed cum animo & intentione non ſe obligandi ſciens iuramentum habere annexam obligationem non oritur obligatio in foro interno:* tranſeat, utrobique tamen eſt fraus & dolus, peccatum mortale: de tertio num. 5. *ex iuramento facto animo ſe obligandi, ſed non adimplendi oritur obligatio.* Iſtud patet implicare in terminis nolle te obligare à juramento, & ab eo obligatum manere; non immorabor in aliquibus impugnationibus quæ urgebant nam alia clamant in deciſionem caſus conſulti.

7. Ad quem reſolvendum opportet exponere quo modo compatitur me obligatum vi juramenti ad dandum latroni centum, ſi is extorſit metu à me talem pecuniam, & in redimendam meam vexationem jus jurandum emiſi, ad quod præterquam quod exigitur libertas in iurante, ſequeretur furem non teneri ad reſtitutionem, & aliàs actionem habere in petendum, aut repetendum contra me illa centum promiſſa, velut repetebatur ab illis qui virum divitem violenter millia ducata in cedula jurata proponebant; conſequenterque licitos creditores habendos illos duos homines qui violentiam intulerunt penes talem pecuniam, & illicitè ab hæredibus negari, tum quia ſi eſſet verum non ſat inconvenientia innumerabilia occurrerent ad commune detrimentum; nam quia quis latro foret, poſſet metu, & vi efficere quemlibet iurare ut ſua ſibi donaret bona, & ab actione acquiſita in illa repetenda liberari à reatu & reſtitutione: ſimilis præſens objectio ei, quam contra ſe efformat de uſurario Ioannes Pontius commentatio allegato num. 167. & ſequentibus ubi ſtatuitur. *Debitores ad ſolvendum uſuras, quibus ſe obligaverunt cogi non debent; ſi verò de ipſarum ſolutione iuraverunt cogendi ſunt Domino reddere juramentum*: ergo uſurarius non eſt, quia à jure acquiſito jam uſuræ Dominus cenſendus propter juramentum, à quo in ipſo reſultat jus repetendi in eo quod ſuum eſt. Pontius noſter num. 175. occurrit. *Certum eſt in promiſſionibus quæ fiunt homini, ſive confirmatis iuramento, ſive non iuramento, ſive non includi illam conditionem, ſi homo velit eas acceptare; & præſertim eſt certum hoc de promiſſionibus huiuſmodi, de quibus loquimur; nam abſurdum eſt quod aliquis vellet iurare dare uſuras uſurario, velit, nolit, itaque poteſt uſurarius relaxare iuramenta, & promiſſiones non remittendo ius ſuum quod nullum eſt, ſed ponendo conditionem, quâ poſitâ tollitur obligatio ex parte iurantis; qui non iuravit niſi ex hypotheſi quod non poneretur talis conditio.* Quæ etſi in iſtis Scotiſtæ verbis inſit adæquata ſolutio ad efficatiorem ſatisfactionem à paritate argumentor contra me: pari paſſu currunt juramentum acceptandi uſuras in uſurario & in iurante dandi eas illi; ſed iuramentum nullum ponit in acceptante jus ſeu obligationem acceptandi uſuras;ergo nec in dante ius aut obligationem dandi influet iuramentum; ergo latroni non dabit titulum exigendi centum ducata ei per juramentum promiſſa; igitur illis duobus hominibus defuncti jusjurandum titulum non dabat exigendi millia illa ducata, & conſequenter nec promiſſario; ſic non videtur tam contra conſcientiam ac præmiſimus. Reſpondeo metum cadentem in virum conſtanſtantem tollere libertatem in opus exequendum, nam cauſat involuntarium ſimpliciter; non autem libertas tollitur penes juramentum quoad internum conſenſum adducendi Deum in teſtem rei falſæ; nec in utendum amphibologiis quas præmiſimus prohibitas conſultatione 18. num. 13. & ſequentibus ſic talis timor non opponitur libertati iurandi cum illa conditione ſi non relaxetur juramentum: ad illud de titulo ex puritate uſurarii duo quod ut legitimus titulus detur nulli legi, præcipuè divinæ debet opponi ex illa juris regula, in nullo alio ita verificata ſicut quando non interponitur aliquod illicitum in reatu animæ peccaminoſo: regula ergo eſt: *Id poſſumus quod de jure poſſumus.* Cum autem uſurarius numquam licitè poſſit de jure uſuras acceptare, nuſquam titulum habet in foro conſcientiæ eos exigere; & idem de latrone quia peccat ſemper quod extorquet juramentum à violentia incuſſa; titulum ergo non tenebit acceptandi; promittens autem ſub juramento centum latroni titulum tenet obligandi ſe à jureiurando, nempe vitare vexationem illatam; & ideo iſte dare tenebitur, dum non relaxatur ipſi iuramentum, quamquam in acceptante ad exigendum nullum inferatur jus, aut titulus: inde quod ait Pontius uſuriarium relaxare juramentum, non videtur proprietate rigoroſa aſſertum, niſi aliquali ſimilitudine, non relaxat id eſt ſuæ conſcientiæ conſulens non exigit, id ad quod nec jus, nec titulum habet, ut licitè repetere poſſit; & videtur ab illo capite, *debitores* ſtatutum per miram clauſulam *cogendi ſunt Domino reddere juramentum.* Domino id eſt Deo, non uſurario, vel latroni qui Dominium nullum, jus, vel titulum acquiſivit.

8. Curioſa dubia invenio excitata ab Azore penes jusiurandum, nec omittere placuit quemquam præfata doctrina abundabat in decidendum caſum conſultum; ille ergo tom. 1. lib. 10. cap. 4. §. quarto quæritur diſputat. *An jusiurandum quod frequenter urbanitatis gratiâ præſtare ſolet,obligationem pariat? veluti unus alteri honorem tribuere iurat per Deum, non ibo niſi tu præieris, non ingrediebar, non bibam, non tranſibo, non ſedebo, niſi tu id primo feceris?* Cum Caietano, & aliis quos citat reſpondet. *Eos jusiurandi validitate reos non eſſe, tum quia eiuſmodi jusiurandum adhiberi ſolet ſub tacita conditione, ea nimirum quod ad me attinet non præcedam, non tranſibo niſi tu prior præceſſeris, niſi tu prior tranſieris, tum quia jusiurandum cedit in honorem, obſequium, & bonum alterius; ergo ſi is cui jusiurandum præſtatur ſuo iure cedit, is qui iurat liber & ſolutus eſt iurisiurandi vinculo.* Preme conditionalem ſubintellectam in juramento abſolutè prolato, *honoris cauſâ,* ubi tacita illa ponitur, ſeu implicita dum ille qui jus ſeu titulum acquirit, ſuo iure, & titulo non cedat; & potius ſub intellige tacitam ſeu implicitam conditionem in jureiurando damnificante iurantem à vexatione, violentia & vi illata, quamquam abſolutè proferatur juramentum, ſi iſtud non relaxetur, propoſitum & inductum illi, qui poteſtatem habet relaxandi, aut ab aliquo privilegio, vel à jure, ſive ab ipſo iurante, nam hic inducenda eſt doctrina communis eorum qui ſentiunt quemlibet poſſe ſua iuramenta, & vota commutare in opus majoris ponderis, ſeu eminentiæ ac illud quod cadit ſub voto, vel iureiurando; v. g. iuro ego, ſeu voveo quotidie recitare unum roſarium integrum in ſuffragium animarum Purgatorij; ſum ſacerdos, & ſponte volo commutare obligationem voti, ſeu iuramenti in offerendum quotidie miſſæ ſacroſanctum ſacrificium ad dictarum animarum ſuffragium, vice ſeu loco iurati integri Roſarii, ſeu ex voto cadente in meam obligationem; nullus negabit hanc commutationem licitam, & laudabilem: igitur in iuramento oblato promiſſario à juvene illo nobili, & divite donandi millia ducata,poterat relaxari à confeſſario virtute Bullæ cruciatæ obligatio inducta: & conſequenter ritè conſulere non teneri ad expreſſan-

Digitized by Google

dam promiſſionem in teſtamento; & efficatius ſi à tragedia illa infirmus noſcens tali violentia in tantam amaritudinem deveniſſe, conſuluit confeſſarium ſe paratum ad ſolutionem mille ducatorum, ſi viveret in tali obligatione perſonali contracta, & confeſſarius ipſi, ſatisfacere ſuæ conſcientiæ dixit, à clauſula generali in quolibet teſtamento appoſita, debita omnia mea ſolvantur legitimis creditoribus; utrum in eo eventu extorquentes vim legitimi quoad hæredes ſine titulo, aut iure penes ipſos poſſent repetere ad illa millia ducata, credo probabilius non poſſe, quia etſi quoad iurantem legitimi concedantur creditores, cum obligatio ſit perſonalis, non videtur tranſire ad hæredes; aut aliter poteſt idipſum in confeſſarij obſequium verſari, qui noſcens injuſtitiam illatam, tantoque damno præjudicatum adoleſcentem nobilem, & divitem, in ipſius ſolamen, punctum conſuluiſſe civitatis antiſtiti, qui relaxavit juramentum, vel tandem talia opera pia in teſtamento legata, quod commutatum in ipſa, otioſum videbatur & inutile memoriam facere ſpecialem aut generalem in proprio moribundi teſtamento, principaliter ſi per miſerum juvenem non ſtetit (ut creditur non ſtetiſſe) infamiam mulieris, aut ipſi non incumbebat juvenculam fieri Religioſam; nam ſi id in obligatione illi erat aliter ac à juramento tenebatur; at hic diſputatio non eſt niſi de iureiurando.

9. Huc uſque per principia generalia diſcuſſimus quod pertinet ad jurantem; nunc penes exactores juramenti reſtat aliqua proponere, quos graviter peccaſſe dum violentiam intulerunt in ſcripturam faciendam, certiſſimum videtur; inquirendum ulterius quid noſcendo obtentam relaxationem iuramenti, an noviter peccabant repetentes ex cedula ſcripta apud forum exterius ſolvenda illa mille ducata ſine titulo, vel jure non ſolum acquiſito, verùm, & dato quod ab eis acquireretur, jam deperdito à relaxatione juramenti promiſſoris ad favorem jurantis extincta quacumque obligatione; & conceſſa antea (etſi negata) poſſeſſione bonæ fidei, jam malæ fidei poſſeſſores habendos, ſiquidem juramenti relaxatio non aliter ac verbalis promiſſio annullata & evacuata omnimodè manſit, à quo extincta ſcriptura nullam influere potuit obligationem tranſitam ad hæredes, qui noſcentes in teſtatoris favorem extinctum iusjurandum, eadem ratione, à nullo jure tenebantur ſolvere quod in ſcriptura jurata, antea continebatur; in ſummalis enim nihil tritius, terminum mentalem, vocalem, & ſcriptum quamvis logicè diſtingui dicatur à parte rei non differre; ergo ſi extincta obligatione verbali à parte rei evacuabatur ea quæ ſcripta jurata exponebatur non aliter ac verbalis annullabatur, inde dico peccaſſe, ſi noverunt exponentes ſcripturam, relaxatum, aut commutatum iuramentum; nec hæredes titulo illius potuiſſe illa millia ducata eis præbere aſſerebant nihilominus jurisjurādi exactores non potuiſſe iſtud nec relaxari, nec commutari, quia non cadit ſub optionem irritatio juriſiurandi cadens in præjuditium tertii ſeu quando eſt impeditivum majoris boni; ſed utrumque eveniebat in caſu conſulto; ergo nec ab Epiſcopò, vel confeſſario virtute Bullæ cruciatæ prædictum juramentum relaxari potuit; minorem probabant una & principalis ſive invidua ratio cur ab eis duobus hominibus, metu & vi extortum fuit à viro illo divite juramentum, & iſtud in ſcriptura expreſſum fuit ut religioſa fieret juvencula cuius amore captus divesille quandoque antequa frequentabat domum, & familiarem communicationem; qua ratione tali adoleſcentulæ impediebantur nuptiæ, & ipſi notum, atque à cognatis increpatum; illa ſic decrevit atque propoſuit, dum id ita, monialem me conſtituite, & dotem date, aut petite ab illo qui me maritandam impedit, benevolo affectu, & quieto eloquio id propoſuerunt juveni diviti, & nobili, riſit; & aliud medium non invenientes elegerunt, quod eam intulit vim; ergo ab his circunſtantiis nequibat relaxari, aut commutari juſiurandum; difficile punctum, nam ſi per ſe ſit impeditivum, quodcumque, majoris boni, aut per ſe influat in damnum illatum, certiſſimum eſt incommutabile votum, ſeu iuramentum; illud quia ſemper debet eſſe de meliori bono, iſtud eo quod opponitur charitati ex illo principio per ſe noto, *quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Sin vero per accidens erat influxus in præiuditium tertii, aut maioris boni impeditivum, negandum eſt incommutabile ſeu relaxabile: quid ergo, à confeſſario docto, vel ab Epiſcopo inveroſimile videtur non exenteratam moribundi obligationem, nec leviter ſe moviſſe & relaxaſſe, ſeu commutaſſe juramentum incommutabile ſeu relaxabile.

10. Quamquam ad aliud intentum genuiniſſime ad meum N. Antonius Hicheus comment. ad 4. librum ſent. Scoti in diſt. 15. quæſt. 2. num. 244. & 245. hanc duplicem marginem obſervat. *Damnum per ſe æſtimari; damnum per accidens, non ita.* Exponenda tam ſubtilis diſtinctio, illa enim per ſe inviolabilis manet, eo quod, *ſi non*, eſſet non reſultaret damnum; *iſtud non ita*; quia eodem pacto foret quantumcumque non ſtaret; & ideo ly *per ſe* intelligitur radix unica, & invidua damni; ly, *per accidens*, à nullo capite; unde ſi per ſe influebat præciſo iuramento, tenebatur titulo reſtitutionis in reſarciendum honorem damnificatum talis juvenculæ; ad hoc autem exigebatur, ut nec ſui conſenſerint, nec ipſa impedimentum conſervando famam ad nuptum, taleque impedimentum ortum præciſè, & formaliter unicè ab amaſio illo viro qui frequentavit domum adoleſcentulæ & aliquibus actionibus ſcandalum oriretur; quod ſi ita, in reſarciendum damnum tenebatur, quin id *procederet* à juramento incuſſo, nec illi *duo homines peccarunt* minacibus verbis juſiurandum expoſcentes *aliquali* rigore licita quia vero honorem puellæ reſpicientes, & à debitore exigentes adimpleri id quod à iure naturæ tenebatur, vel in teſtamento, vel extra, in fidei commiſſo, ſeu promiſſione ſcripta obligatoria; hoc enim pacto videtur cauſam fuiſſe per ſe præjuditii illati in diffamatione, ſeu jactura honoris proximi, ad quam ſatisfaciendam, ſeu reſtituendam urgentiori titulo aſtringimur, quam dum pecuniæ ſeu bona aliena furto à nobis auferuntur, & retinentur potentes illa reſarcire, & reſtituere: at verò dum ipſa iuvencula, & cognati eius conſenſerunt, aut perſuaſerunt domus ingreſſum, & frequentiam, infamia per accidens reſultavit, & obtenta juramenti relaxatione liber manebat, niſi in uno caſu, ſi fortaſſis ſeſe iactavit de eo quod nec peregit, nec perpetravit, ſuâ jactantiâ impedimentum ponens fœminæ ad ſtatum maritarionis ſumendum; ducor paritate ex datis à Maſtrio in ſua Theologia morali diſp. 9. quæſt. 5. inveſtigans *quid & quando ratione ſtupri ſit reſtituendum* (*num. 59. ſic*) *ſi virgo ſecretò eſt violata, nec ſtuprum impedivit, quin æque benè nuberet, ad nihil tenetur ſtuprator, ante judicis ſententiam, quia reſtitutio ſit tantum ratione damni illati, ex hoc autem ſtrupro clam facto nullum damnum in re ipſi femina ſequutum eſt*; igitur ſemel conceſſo à teſtatore damnum ſubſequutum illi puellæ, attendendum erat quomodo aut qualiter, utrum clam, vel patenter ſeu publicè amorem ſuum produxerit; unde dum per eum ſtetit fundamentum reſultare in ſuſpitionem famæ illius & alios venire in id ſuſpicandum ipſe perſonaliter reſarcire tenebatur; principaliter dum piâ cauſâ jam medium inerat in quo cognati conſentiebant, mulier aſſumeret ſtatum religioſum; nam quamvis virgo non

Digitized by Google

& jactura ejus unicè dependere videbatur ab hoc quod voluntariè Adoleſcens dives & nobilis ex frequentia ſcandalum poſuit, aut ſtuprator, in re & exequutione exiſtimatus, vel in aliquibus actionibus quibus honor muliebris periit, nec viri (qui in iſto, ut debent, maximè attendunt) ad maritationem, talem mulierem uſquam vellent: verumtamen non credendum ſic geſtum quando à Confeſſario moribundus exoneratus fuit ſecuram ejus faciendo conſcientiam, ut nec in teſtamento ſeu fidei commiſſo declararet millia ducata ſolvenda ſine quo repararetur, fieretque ſatis damno honoris, cujus cauſa per ſe non fuit ille à quo extortum fuit violenter juſiurandum de illorum donatione. Nihilominus dum hæredibus non conſtabat per ferè evidentes conjecturas prædictum iuvenem, cujus erant hæredes in jacturam non poſuiſſe directè & per ſe famam illius mulieris impediendo ipſi optionem ſtatus, ſive maritationem, tenebantur dicti hæredes examen exactum facere qualiter detrimentum evenit, & an circunſtantiæ, ſeu conjecturæ conformes, vel diſformes forent conſilio confeſſarii, qui potuit decipi aut à ſe ipſo ex ignorantia, ſeu ab alio medio, & pernicioſè fæmineum illum detrimentare honorem unde dum iſte inventus fuit à nullo tramite damnificatus per ingreſſum frequentem, ſeu continuam communicationem adoleſcentis inducti in conſultatione hæredes liberari videbantur, ſin vero à contrario reperiebatur, meo videri, adimplendum erat juramentum, & in quocumque eventu arbitrium mulieri dandum ea enim præſumenda erat fæmina, quæ patiebatur ſibi liberum non fore matrimonii ſtatum.

11. In indaginem penes hæredes oportet quid procedat à jure examinare pro conſultationis complemento in illa difficultate quam tangit Trullench. tom. 1. in decal. lib. 2. cap. 1. dub. 16. *Vtrum obligatio juramenti tranſmittatur ad hæredes & ſucceſſores jurantis*: in limine num. 1. advertit ſe loqui de jurejurando non non facto Deo, quod propriè votum vocatur, niſi de eo facto homini quale erat peractum illis duobus, qui vim intulerunt in millium ducatorum conſignationem; & penes tranſmiſſionem diſtinguit, præmittens juramentum poſſe contingere bifariam, aut ratione ipſius juris-jurandi, vel intuitu alicujus contractus ſupra quem cadit juramentum: exemplifico præciſionem; jurat Ferdinandus donare domum Alfonſo nullo alio interveniente ultrà obligationem ortam à promiſſione jurata; ſic ratione ipſius juris-jurandi procedit; vel inter Ferdinandum & Alphonſum celebratur contractus cujuſvis conditionis ſit ſive oneroſus, ſive non, de donanda domo, qui contractus juramento ad invicem & mutuò ab utroque juratur, ſive à donante dumtaxat; de primo Trullench. ait num. 2. *Ratione juramenti, ſeu ut propriùs loquar, vinculo iuramenti hæres iurantis non tenetur illius iuramentum implere, etiam ſi iurans non ſolum pro ſe iuraverit verum etiam pro aliis*: Qualiter ſi Ferdinandus dictus juraret pro ſe & filiis ſuis donare domum Alphonſo tunc filii Ferdinandi hæredes non tenebantur implere; quorum ratio eſt quæ inducitur à Covarruvias de pactis part. 1. §. 5. num. 4. *Quia obligatio iuramenti eſt perſonalis & vinculum à iurante voluntariè aſſumptum.* Innumera philoſophica, & Theologica iuriſperiti clauſula comprehendit, nec tranſeunda aliqua quæ in ea indicantur. Nuſquam voluntarium alicui imputatur, dum ab alio voluntariè eligitur, ſi illius voluntas in iſto non continetur; peccatum enim originale eſt cuique voluntarium ex peccato Adami, quia hic continebat ſucceſſorum voluntates, & patet in compromiſſo: ſic colligitur quando perſonalis quin ad alios tranſeat iudicanda promiſſio ſeu juramentum, vel enim continentur in vocantis voluntate, aut non continentur; ſi primum, tranſit ad hæredes; nam licet formaliter illis non ſit voluntarium juſjurandum, in cauſa ſeu in radice voluntarium ipſis recognoſcitur; v. g. tam in actu meritorio, quam peccaminoſo iſtud ſufficere, ſcilicet fore voluntarium in radice ſeu cauſa; probabo; cupio valde & varias orationes profundo ad Deum, ut non neget me in obſequium fidei Catholicæ à Tyranno vitæ jacturam facere per verum martyrium in odium fidei quam profiteor, Tyrannus me occidit dormiens, revera Martyr ero, quia licet mors mihi formaliter non fuerit libera, fuit voluntaria, & ſpontanea in cauſa, ſeu in radice: de actu peccaminoſo, quid frequentiùs, prævidit Petrus pollutionem futuram inſomnis, conſentit in ea; dormiens polluit, non inferius peccatum eſt; ac ſi ipſam formaliter in ſe ipſo exequeretur; quia etſi non fuerit formaliter libera; fuit ſpontanea in cauſa; igitur ſi intuitu iuramenti voluntas hæredum continetur in iurantis voluntate, illius obligatio tranſibit ad hæredes, ſi quidem in cauſa ſeu radice iſtis fuit voluntarium jusjurandum; dum vero hæredum voluntas à juramento non continetur in jurantis voluntate, perſonale erit, nec tranſibit ad hæredes; quapropter ſicut violentia illata ab illis hominibus non fecit ut violentarentur hæredes tamquam in radice, ſeu in cauſa, ſic nec juramenti obligatio tranſibit ad illos; aliter de jurejurando cadente ſuper contractum reſolvit Trullench. *Obligatio contractus ſupra quem cadit iuramentum tranſmittitur ad hæredes modo contractus ſit validus, vel ſaltem validus efficiatur ſi firmatur iuramento*: regula juris l. neceſſario §. quod ſi ff. de periculo & commodo rei venditæ; debita enim à contractibus orta, realia ſunt, non perſonalia; ſicque ex reali conventione tranſmiſſio fit ad hæredes; inferque (cum Bonacina tom. 2. diſp. 4. circa ſecundum præceptum decalogi quæſt. 1. pun. 15. ubi ad ipſum controvertit) & decidit eiſdem verbis ac Trullench. *Succeſſores in dignitate habente annexa multa iuramenta, non teneri juramentis ſui prædeceſſoris, ſi ſucceſſor ad illam dignitatem admittatur, non præſtito iuramento; fieri tamen poteſt, ut aliunde obligetur ad idem ſervandum, non ratione iuramenti prædeceſſoris, ſed ratione contractus vel ſtatuti obligantis ſingulos in ea dignitate conſtitutos ad idem ſervandum.* In eventu conſulto quamquam vi iuramenti contractus intercederet à defuncto, hæredes non obligabantur; quia iuriſiurandi efficacia potuit perſonalem fuiſſe non realem obligationem; nec vi contractus potius, nam validus nequit fore ſtante timore cadente in virũ conſtantem quo violentatus in eam finalem horam incidit, torpore, & metu agitatus; non ergo ullo tramite onerabantur hæredes in millia illa ducata ſolvenda, ſi per ſe damnum non intulit teſtator puellæ illi in cujus conſiderationem extortum fuit iuſiurandum, unicè, realiter, & verè.

12. Notanda valdè exceptio Trullench & Bonacinæ in illa ultima clauſula; *Circa hæredem iuramento præmiſſo teſtatoris; fieri tamen poteſt, ut aliundè obligetur ad idem ſervandum*, (id eſt hæres) quod clareſcit ab his quæ ſubnectit ille num. 6. ubi probat quod etſi hæredes periurii non ſint ab hoc, aliâ viâ poſſunt peccare non ſolventes quod perſonaliter promiſit teſtator in contractu iurato; inquit. *Hæredes non ſolventes contractum iuratum, vel promiſſionem iuratam defuncti non peccare peccato periurii, quia ipſi non tenentur vinculo iuramenti; peccare vero contrà iuſtitiam quia ut dictum eſt obligatio realis in ipſos derivatur*: igitur hæredes illius qui mille ducata pro conſtituenda religioſa puella promiſit ſub iuſiurandum, licet periurio non adſtringerentur, neque à contractu, probato invalido, & nullo ex vi incuſſa propter metum cadentem in virum conſtantem; tenebantur, ſi congrua erat, neque incommodum maximum ſequebatur ſolvere illa mille ducata competientes à

teſtatore iurante per ſe damnum irreparabile reſultaſſe fœminæ, quo impediebatur, ſtatum ſumere conſonum ſuæ conditioni invenientes defunctum unicè collocationi liberæ & ſpontaneæ illius mulieris fuiſſe cauſam, & radicem, quia quamquam abſolutè perſonalis cenſenda obligatio, phiſicè loquendo; moraliter realis computanda, tranſiens ad hæredes; & ne proprio Marte id me decidere appareat, adverto illam vocari obligationem perſonalem quæ originem tenet in perſona in qua completur formaliter, tanquam effectus procedens ab illa prout à cauſa unicè influente, ut exprimere videtur ſacra Rota apud proſperum Farinatium in ſuarum deciſionum 1. parte deciſ. 50. num. 13. & 7. deciſ. 55. num. 1. deciſ. 438. num. 2. deciſio. 463. num. 11. illa autem computanda realis obligatio, in qua etſi pereat perſona, tamen effectus à cauſa proxima eam inducente obligationem; notanter pono à cauſa proxima, quia quamvis perſona cauſa ſit, remota cenſetur; v. g. in eventu quem gerimus, vir nobilis & dives jurans donare millia ducata; cauſa remota erat obligationis; proxima autem ſtabat in jactura famæ puellæ & ne immoremur in quæſtione de voce, ſi vis, finalem motivam appellare tecum conveniam, at juramenti cauſa hæc quæ metaphoricè finalis dicitur, analogicè moraliter efficiens appellabis; igitur ſi damnum illatum cauſa fuit proxima obligationis jurisjurandi, aliundè ab eo tranſibat defuncti obligatio ad hæredes, non intuitu juramenti, quod perſonale erat, neque contractus, qui nullus fuit à metu violentante, niſi à prejuditio illato famæ proximi æquivalente ſtupro publico; aſt ſi verum fuit quod pro parte Confeſſarii ſtat, videlicet à defuncto declaratum ſibi, conſenſum tenuiſſe cognatorum & perſuaſionem in frequentandam domum illius mulieris; forte ob donaria & monilia quæ ipſi & illis præbebat in ſericis aliquibus indumentis, aut aliis, ſive quia eum tenebant prædictæ puellæ cognati ad negotia ſua peragenda paratum, & promptum, tam in litibus, ſuâ diligentiâ, & incluſionibus lucratis ad eorum favorem, quam in beneficiis eccleſiaſticis, & aliquibus ſuæ reipublicæ muniis obtinendis; cum talis vir dives, & nobilis peracutus & ſolertiſſimus, valdèque prudens in gerendis rebus foret alias ſummè veneratus, à Miniſtris dicam quod neque ſi viveret, tenebatur ad adimplendum juramentum, obtenta diſpenſatione, ſeu relaxatione ejus, neque hæredes ſolvere illa mille ducata; quid in foro contentioſo ſeu exteriori, pendet à legum intelligentia & juriſtarum conſiliis, nec proprium Theologo id imo prohibitum, & ut plura prætercam, abundat declaratio factæ congregationis D. D. E. C. expedita 10. Junii anno 1616. de qua Aldanus in compendio Cano. reſol. lib. 2. tit. 8. n. 8.

CONSULTATIO XXVII.

De ſcrupulo cujuſdam fœminæ ex trangreſſione votorum in materia levi.

GEtrudis quædam timoratæ conſcientiæ & optimis moribus honeſtiſſima fœmina uxorata cupiens ſua merita in vitam æternam accerſere, ſedula placendi Deo in eo quod attingeret, contionem audiens in feſto S. M. Tereſiæ in qua valde ponderabatur votum quod hæc præclara Virgo emiſit de operando quod perfectius fore intelligeret; ſubnectens contionator, quantopere adauxit merita, ſiquidem opera condigna procedentia ab obligatione, qua quis aſtringitur, vel voto, aut præcepto accreſcunt animæ gratiam, in futuroque ſæculo gloriam, unde Prædicator ſequentem producit exortationem; quid anima moraris, quod tibi præceptum non eſt, potes à voto tibi æquivalere in merito; allecta igitur tali doctrinâ prædicta Getrudis, ſponte, & feruida devotione, quæ in more ipſi erant exercitia, nec omittebat uſquam, vovit legitimè de licentia mariti; ſcilicet in uno die, v. g. audire decem Miſſas integras, eodem jeiunare, nec laborare, in ſimul ipſo die unum ducatum integrum, undecim regalium (Italiæ juliorum) diſtribuere pauperibus, ſi unus tantum occurreret ægenus totam iſti impendere quantitatem; contigit quod eo die, in uno anno, parva ſeu modica tranſgreſſione non obſervaret prædicta vota, nam nec decem miſſas audit ea integritate qua excuſaretur in unaquaque ſigillatim à peccato veniali, ipſo die laborat per mediam horam, nec pauperibus ducatum undecim regalium donat niſi decem, & medium; ad quemdam confeſſarium accedens pro pænitentiæ Sacramento ſuſcipiendo, ſe accuſat de ante aſſertis tranſgreſſionibus explicans materias leves uniuſcuiuſque obligationis ortæ ab emiſſis votis; turbat plurimum pænitentem Sacerdos, firmans peccaſſe mortaliter; replicat, deflens ipſa, ſubjungens quod ſi tale cogitaret, utique ſe amiſiſſe gratiam propter lethalem culpam (erat enim mulier melioris indolis, præſtantium morum, docilitate præcipuè excellens) prius mille vicibus in atrocioribus tormentis vitam offerret, quam talem conſentiret animæ ſuæ infelicitatem; conqueritur de ſua ignorantia; & aliquando narrans confeſſarius ſine fractione ſigilli caſum addit ſe certò ſciviſſe non peccaſſe mortaliter fœminam in illis levibus tranſgreſſionibus, at id ſibi ſugeſiſſe in metum, ne reincideret in illa venialia; quid tam de pænitente quam de confeſſario ſentiendum, an ſcilicet iſte erraverit et zelo indiſcreto, petitum fuit in ſedandam conſcientiam fœminæ; ab Illuſtriſſimo Archiepiſcopo Cæſar Auguſtano egregio Theologo ordinis S. Auguſtini mihi demandatum, ut quid ſentirem, exprimerem.

SVMMARIVM

Digitized by Google

SUMMARIUM.

Votum operandi perfectius ab inſtanti conceptionis emiſſum à Deipara, n. 1.
Quale peractum ſimile à ſancto Paulo & ſancta Tereſia, n. 1.
Votum conſultationis, non talis tenoris, n. 1.
Purificatio tranſgreſſionis votorum, & præceptorum, num. 1.
Non ſatisfit præcepto audiendi miſſam niſi integra de uno & eodem ſacerdote audiatur, n. 1.
Furtum per parvas quantitates aliquando tranſit in mortale, n. 1.
Omnia venialia nequeunt unum conſtituere mortale, num. 1.
A ſtatu quiſque tenetur vitare omnem de ſe pravam ſuſpitionem, n. 1.
Propoſitum committendi omnia venialia niſi ex contemptu aut periculo incidendi in mortale, hoc eſſe nequit n. 2.
Mortale ex ſe, qua ratione veniale, n. 2.
A conſcientia erronea veniale in mortale tranſit, num. 2.
Nec divinitùs licere poteſt uſquam mendatium, n. 2.
Hoc audito, erronea cuiuſdam fœminæ conſcientia, num. 2.
Aliud Tranſire, alterum conſtitui veniale, mortale; num. 2.
Genuina ratio ut omnia venialia unum nequeant conſtituere mortale, n. 2.
Vnde prohibitâ unâ materiâ altera prohibetur, n. 2.
Circunſtantiæ à quibus levis tranſgreſſio fit gravis; num. 3.
Irreverentia levis, quando graviſsima, n. 3.
Vocari Deum in teſtem mendacis levis quantumvis graviſſimam infert irreverentiam, n. 3.
Contrapoſitio de merito ad peccatum, n. 3.
De præcepto, ad votum in miſſæ auditione paritas, num. 3.
A frequentia tranſgreſſionis levis tranſitus in gravem, n. 3.
Scientia, an ſit ſimplex qualitas, n. 4.
Exemplificatio, & applicatio ad intentum, n. 4.
In objectis partialibus robur, n, 4.
Coordinatio objectorum partialium, n. 4.
Senſus compoſitus, & diviſus in aſſumptum, n. 4.
Temporis circunſtantia penes adimpletionem votorum qualis, n. 5.
Differentia voti de jeiunio attento die vel ſancto, n. 5.
Extinctio obligationis à voto, n. 5.
Tranſgreſſione eius, quo medio ceſſat ipſius obligatio, num. 5.
Levis fractio jeiunii, reiunandi obligationem non extinguit, n. 5.
Si quis rogatur ab amico; *in jeiunio peccatum mortale conſtituere poteſt, n.* 5.
Obligatio voti perſonalis, n. 6.
Paſſivè non repugnat, realem obligationem reſultare à voto, n. 6.
Actus diviſim quomodo tranſeunt in mortale etſi illi leves ſint, n. 6.
Tendentia ad unum componendum explicata, n. 6.
In materia levi capiat ne gravitas extenſiva, n. 6.
Iſta, & intenſiva expoſita, n. 6.
Extrinſeca, vel intrinſeca gravitas, quo pacto, n. 6.
Et qua harum compatitur venialī, n. 6.
Eiuſdem ſpetiei in genere naturæ, & malitiæ, mortale & veniale, quo pacto, n. 6.
Votum ſolemne quomodocumque tranſgreſſum publicè ſcandalum parit, n. 7.
Et ſæpe ſuſpitionem contemptus, n. 7.
Devotio mulieris de non petenda diſpenſatione vototorum intuitu imitandi ſanctam Tereſiam, n. 7.
Regula generalis in juditium ferendum de materia levi aut gravi, n. 8.
Violans ſæpius materiam levem, an mortaliter peccet; num. 8.
Radix continuationis, vel non continuationis actuum, num. 8.
Tacita aut expreſſa voluntas, unum aut alterum arguit, n. 8.
De furto cui annexa eſt cenſura, n. 9.
Reſtitutio facienda de levibus furtis, quomodo, n. 9.
Excommunicatio maior & interdictum ſemper ſupponunt peccatum lethale, n. 9.
Caſus occurrens de furto levi ex quodam prudenti ſtratagemate, n. 9.
Furti notabilis cooperator eſt, qui ſimulatione non cooperatur poſtea in parva cooperatur quantitate, n. 9.
Sagax eventus totum exemplificat, n. 10.
Syllogiſmus demonſtrans quando quis formaliter, aut in cauſa cooperatur in furto levi, ad notabile; ſeu grave, n. 10.
Potens impedire & non impediens cooperator ex voluntario in cauſa, n. 10.
Omiſſio non ideo imputabilis quia voluntaria, & à quo imputanda, n. 10.
Non omnia venialia quantumcumque copulata tranſire faciunt materiam levem in gravem, n. 10.
Paritas de mendatiis iocoſis, nec coordinatis in unum à fine operantis, n. 11.
Examen de conſultatione in ſcrupulos vitandos, n. 11.
Nullum veniale ſive ſeparatum attendatur, ſive copulatim, omnia cum gratia juſtificante incompatibilia, n. 11.
Probabiliſſima ſententia; dabile ſacramentum pænitentiæ validum & informe, n. 12.
Omiſſio adimpletionis voti, quo judicanda gravis, levis, n. 12.
Reverentia, & irreverentia divino numini illata gravis ne ſemper cenſeatur, n. 12.
Mens ſubtilis præceptoris de peccato originali Adami, num. 12.
Implicat votum ſe obligandi ad materiam levem ſub mortali, n. 12.
Putans ſe in tranſgreſſione materiæ levis peccare lethaliter non ita peccat niſi à conſcientiâ erronea, n. 12.
Vnde conſcientia oritur erronea in peccato, n. 12.
Diſpenſatio petenda in votis dum conſcientia fatuitate ſcrupulizare contingit, n. 12.
Deterius animæ à fatuitate, & inertia vexari in ſui pernitiem ſcrupulis, n. 12.

1. PRæceſſiſſe votum operandi perfectius in Deipara, ab ea emiſſum in primo eius conceptionis inſtanti ex eminentia gratiæ qua præſervata fuit à peccato originali, anticipante divino numine in ea, rationis uſum, in quo duravit, late pertracto, conferens tale votum cum eo quod emiſit inſigniſſima Carmeli reformatrix D. Thereſia, ſect. 35. de concept. à num. 1038. uſque ad num. 1087. iterans de eodem ipſo ſermonem in priori parte ſanctoralis Apoſtolici, & Seraphici contio. 4. §. 8. ubi ex Cornelio à Lapide tomo

Digitized by Google

in acta Apoſtolorum vitam S. Pauli Doctoris gentium deſcribente cap. 1. num. 37. oſtendo, in quo fundo ſimile præceſſiſſe votum; quin nunc immoremur quoad ejus poſſibilitatem ſtabiliendum generaliter loquendo, ne ultra conſultationem res divertatur, ſiquidem gertrudis votum conſultum non hujus tenoris fuit emiſſum, & in altero illius mulieris verſabatur ſcrupulus. Diana 3. parte trac. 6. reſol. 42. in diſcuſſionem vocat. *An parua materia, diverſorum præceptorum coaleſcat in unum, & faciat quantitatem notabilem mortaliter peccaminoſam*, ſupponit in introductione idem iſtud inquiſitum in conſcientiæ ſerie ſi tranſgreſſio levis ſit vototum, vel præceptorum, aiente mox: *Votum obligat eo pacto quo obligat præceptum Eccleſiaſticum de eadem re*; ſe remittens ad autores quos citat; ſed nullus ſicut Valentia punctum tangit, tom. 3. diſp. 6. quæſt. 6. pun 4. Poſt decretum Innocentii xi. in 65. propoſitionibus damnatis non ita firmiter quis poterit adhærere illi doctrinæ quam ſubnectit relatus Diana per ſubſequentes clauſulas. *Quod dicendum quando quis vovit indeterminatè pro aliquo die audire v. g. tres miſſas, & ex qualibet illarum omittat partem non notabilem, an inquam peccet mortaliter. Aliqui affirmativè reſpondent, quia ſunt partes materiæ ejuſdem rationis, ergo poſſunt continuari ad conſtituendam quantitatem notabilem: at his non obſtantibus puto probabilem eſſe communem ſententiam*: quæ hæc ſit, non declarat; ſed remittit legendum Suarium tom. 2. de Relig. lib. 5. cap. 5. à num. 12. præſcindo, quæ utraque opinionum communis ſit. ſine hæſitatione procedam præmitti quod damnet Innocentius xi. in propoſitione 38. ubi hanc reprobat, & prohibet terminis indefinitis relata ad quæcunque furta, quarumlibet rerum ſpetie ſeu genere diverſarum æquè valoris æſtimabilium: inquit Pontifex falſum, & improbabile: *Non tenetur quis ſub pœna peccati mortalis reſtituere quod ablatum eſt per parva furta quantumcunque ſit magna ſumma totalis*: hæc damnatur negativa; ergo affirmativa contradictoria jam in irrefragabili veritate decſditur ſed affirmativa contradictoria eſt; tenetur quis ſub pœna peccati mortalis reſtituere quod ablatum eſt per parva furta ſi magna ſit ſumma totalis; ergo ſignum eſt in eadem materia multiplicando peccata venialia, ex circunſtantia repetitionis, & reincidentiæ tranſire & conſtitui peccatum mortale; aliud enim eſt omnia peccata venialia poſſibilia etiam cumulo in unum congeſta non poſſe unum conſtruere mortale (quod nihil certius, & indubitabilius) alterum materiam levem de ſua natura, ſive ſigillatim ſumptam, ſive copulativè, ab aliqua circunſtantia tranſire, in materiam gravem, conſequenterque peccatum mortale; frequentiſſime inter ſummiſtas, furtum unius acus à ſartore, qui eo lucratur ſibi alimentum, nec aliter conſequi iſtud poteſt, fore culpam lethalem quamvis latrocinium unius acus ad ſummum leviſſimum veniale ſit peccatum? imo etſi nullius culpæ reatus inſit in actu, ab aliqua circunſtantia, aliàs licitus, tranſit in graviter peccaminoſum. v. g. ſcio ſcandalum oriturum ab eo quod videatur me loqui cum iſta muliere non bonæ famæ, teneor à ſtatu Eccleſiaſtico quem profiteor vitare omnem ſuſpitionem malam de me, à qua circunſtantia actus licitus, nec ulla ſuſpitione quantum eſt ex ſe culpandus locutionis tranſit in peccaminoſum mortale.

2. Occurrebant diſputandæ innumeræ Theologicæ, quas prætetibo, ſuccinctè componendo neceſſaria præmittenda ad ſufficientem notitiam terminorum & deciſionem de propoſito; ſuppono contra Sanctium libro 1. in Decalog. cap. 5. num. 4. & Bonacinam tom. 2. diſp. 2. de peccatis quæſt. 3. punt. 5. num. 17. propoſitum committendi omnia venialia, quæ occurrent ex ſe non eſſe mortalem culpam, nec materiam à qua ponatur obex in Sacramento pœnitentiæ aliàs valido, aut de peccatis mortalibus confeſſio conſtructa, vel de venialibus jam confeſſis præſtitâ quaque materiâ ſufficiente ad abſolutionem; ſi enim tale propoſitum mortale foret nullum efficeret Sacramentum; videndi Granados controv. 6. de peccatis diſp. 2. ſect. 7. num. 19. Salas prima 2. tra. tract. 11. diſp. 16. num. 84. Oviedus 1. 2. tract. 6 controv. 3. punt. 6. num. 81. Caſtro Palao tom. 1. tract. 2. diſp. 2. punct. 9. §. 3. num. 5. Felix in ſua tentativa. cap. 16. de peccatis diff. 3. num. 9. ratio eſt ut infra amplius, quia propoſitum committendi etiam omnia peccata venialia quamquam diſponat ad mortale non eſt occaſio proxima incidendi in iſtud, niſi quando hæc prævidetur & ex fine operantis, hic in eo conſentit; ſed tunc per accidens eſt tranſire in mortale propter finis circunſtantiam: unde ſicut contingere poteſt læthale, peccatum ex ſe fieri, & tranſire in veniale, aut nullo reatu maculare ex circunſtantia indeliberationis, ſive ab ignorantia invincibili, aut propter metum cadentē in virum conſtantem (at cum Angelico D. 1. 2. queſt. 78. artic. 6. in corpore cenſent omnes) ita à circunſtantiis, venialis culpa de ſe, fieri, & tranſire valet in mortalem, nempe aut ratione contemptus, ſeu ſe conſtituendo in periculo proximo; ſive à conſcientia erronea; ut tangunt Bonacina num. 10. Oviedus num. 153. & expeditiſſimè ac profundè Magiſter Curiel 1. 2. quæſt. 88. art. 2. §. 2. me explico in conſcientia erronea; putat quis mendatium jocoſum (ex ſe & natura ſua veniale) gravem Dei offenſam irrogare & aſſentit; ſic tale mendatium tranſit in mortale ab irreverentiæ circunſtantia; (quo ſenſu compaſsionem condolentiſſimam tenui de quadam fæmina, quæ audiens contionem, in qua Prędicator increpavit mendaces in tantum quod catholiciſſimam propoſitionem populo propoſuit aſſerendo tantæ malignitatis illud, ut potens Deus diſpenſare de potentia abſoluta in furto, luxuria, & aliis, nec divinitùs valebat diſpenſare ut licitè quis mendatium quantumcunque jocoſum & leve profferret; unde hanc conſequentiam efformavit mulier, ergo graviùs peccavi quoties mentita ſum, quam ſi comiſiſſem adulteria, & furta notabilia; & per conſcientiam erroneam adhæſit ſe mortaliter peccaſſe quoties mendatium protulit, ſic nullas feciſſe omnes confeſsiones, ſacrilegas quaſcumque communiones (nec facilè fuit hujus conſcientiam ſedare) ergo à conſcientia erronea veniale tranſibit in mortale: ſtabo in his quę, etſi ſub aliis terminis, cum Scoto 4. diſt. 14. tangit Faber comment. in ejus diſtinctionem diſp. 6. de pænit. à cap. 1. n. 9. idem fore venialem culpam conſtitui mortalem, ac illam in iſtam tranſire utrum ab aliqua parte à conſcientia erronea Getrudis inducta in conſultione illas leves tranſgreſſiones læthale peccatum in ſe induxit n. ſequenti patebit ſui autem reſtat comperire quod Suares docuit eo tom. 2. de relig. citatus, ad quem remittit Diana profferens. *Lege illum & non pigebit*. per legi, nec piguit, nam in limine dicti capitis 5. num. 1. hæc habet. *Supponimus enim quod licet multa peccata venialia ſimul ſumpta non poſſint efficere unum mortale, ex prima 2. quæſt. 88. art. 4. quia non ſunt pares unius, nec componunt unum, ſed tantum unam collectionem vel multitudinem, aliquando poſſunt præcedentia peccata venialia ratione materiæ ita conjungi cum poſteriori peccato ut faciant illud eſſe mortale; quod aliàs per ſe, & ſolitariè ſumptum eſſet veniale, ut in parvis furtis frequentatis certum eſt apud omnes*: Non ita indiſcriminatim probabilitas danda eſt in quavis parva materia, & ſpecificare debet eam quiſquis, poſtquam ab Innocentio xi. damnatum habetur, juxta id quod reprobat in propoſ. 38. quæ materia parva poteſt ad talem ſtatum pervenire ut conſtituatur mortale (etenim ſummus Pontifex

fex

Digitized by Google

ſex individuat furti materiam nec ſequitur, in ea materia propoſitionem condemnat; ergo in qualibet altera pariter, quod fatebor ſi pariter concurrat in una, & in altera eadem ratio) ſequentibus patebit.

3. Præ conſideratione igitur tenendum in caſu conſulto, an fuerit aliqua circunſtantia in muliere illa Getrudi, tranſgrediente modicè ſigillatim vota quę emiſit, ut levis offenſa tranſiret in gravem violationem votorum, ſive voti; idque comperietur dum convincatur ex frequentatione tranſgreſſionum, neutiquam poſitam in manifeſto periculo aut occaſione proxima perpetrandi aliquod peccatum mortale; aut quia præbuit aliquod ſcandalum, quod vitare aſtringebatur; vel quia ex contemptu flocci facjens paruas tranſgreſſiones in deſpectum poſuit cultum & reverentiam Divino numini debitam; quælibet enim irreverentia irrogata Deo ex intentione eum deſpicere, ſive formalis, ſive virtualis ſit intentio, gravis materia conſtituitur in conſtruendum mortale, ex eminentia objecti offenſi floccique facti ut mox inducam; aſſentiamus à conſcientia erronea nullo modo culpandam, nec propter irreverentiam qua etſi non foret uſque preſens ex immenſitate cenſeretur graviſsimum delictum quid dum præſens tenetur v. g. ſi quis facie ad faciem ſummum Pontificem Chriſti Vicarium modiciſsimo verbo ſeu facto læderet; aut ſacerdotem in altari Miſſæ ſacrificium celebrantem, quantumcumque leviter percuteret, ex perſona Chriſti quam repreſentat flagitium graviſsimum judicaretur quod præcipuè indagandum venit & materia circa quam ſe aſtrinxit voto independens adimpletio unius ab alterius obſervantia, in explicationem ſupponendo quod aliqua ex parte à contemptu comperiretur ortas tranſgreſſiones, ſive copulatim, ſive ſigillatim quantumcumque ſumpias, peccatum mortale tenendum, ex illa propoſitione Innocentii xi. in quadam cauſali quam in ipſa inducit & eſt in ſerie 24. damnata hujuſmodi. *Vocare Deum in teſtem mendatii levis non eſt tanta irreverentia propter quam velit aut poſſit damnare hominem*; Ergo penes reverentiam Divinam, nulla éſt modica materia; quo poſito ſumo meam intelligentiam ab his quæ de merito condignò in obſervantia diaria talium votorum emiſſorum à getrudi judicandum eſt; nam ſi ex ſe grave ponderoſumque cenſetur meritum obſervando tot promiſſa conjunctim penſata, gravem judicandam fore tranſgreſsionem, indubium videtur; pravitas, aut paruitas mentienda in ſuo quoquo ordine, de contrario ad contrariũ, ita pariter ut ſi obſervatio conſtituit non parvum, ſed magnum & grave meritum, omiſsio ſeu tranſgreſſio obſervantiæ debitæ non levem, gravem conſtituet culpam; ergo examinandum, utrum getrudis ſibi comparaverit copioſam & jngentem actionem meritoriam à votis, ſeu votorum adimpletione; nec judicandum, aut conjectandum (interim dum hæc remitto ſolvenda ad n, 12.) ex motivo quo vovit, ſcilicet quia audivit quanto Sanctiſsima Tereſia de operando perfectius votum emiſerit: Ante omnia advertendum poſt illam propoſitionem damnatam ab Innocentio xi. & eſt in linea 53. *Satisfacit precepto Eccleſiæ de audiendo ſacro qui duas eius partes, imo quatuor ſimul à diverſis celebrantibus audit*: Si ergo ut alibi diximus, & eſt certiſsimum æqualiter oriri obligationem à voto, ac à præcepto, & ei quod Eccleſiæ eſt non ſatisfieri audiendo ſacrum à diverſis celebrantibus, nec voto ſatisfiebat in decem miſſis à diverſis ſimul auditis, dum id non expreſſaverat in promiſſione, & eodem modo quo die feſto unam Miſſam integram tenebatur audire ad obſervantiam præcepti ab unico Sacerdote, ſimiliter & decem Miſſas tenebatur audire ſucceſſivè à decem Sacerdotibus diſtinctis eo die quo illas audire vovit, & in hoc eſt urgentior ratio dubitandi quam ſolvam n. 12. nam ab una quaque Miſſa modica pars conſtituens peccatum veniale urgebat copulatim in decem partes videbatur (argumento de furto in modicis conſtituente læthale, qualiter aiebar ſuares) ita conjungi quod alias per veniale ſolitariè ſumpium à frequentatione tranſire in mortale; tot iſta induxi ne ſine fundamento dubitatum præſumeretur divina pietate vocatum eo medio getrudim ut ſuę conſcientiæ ſecutiùs conſuleret.

4. Utor in explicando quod petitur, exemplo ſcientiæ, quæ ſecundum ſententiam probabilem non conſiſtit in ſimplici qualitate niſi in coordinatione diverſarum qualitatum quibus tanquam unum aggregatum completur, & adequatur; unaquæque qualitas conſiſtens in habitu genito (à plurificatione actuum, ſeu ab uno producto valde intenſo, ne nos divertant controverſiæ ſcholaſticæ nimis) qui inhæret intellectui de objecto, ſeu materia pænes quam hic facilitatur, de quo fusè Scotus quæſt. 2. prologi, quæſt. 2. laterali, 5. ex prędictis ad hoc, n. 15. Egidius Luſitanus lib. 11. de Beati quæſt. 8. ar. 5. & alii apud Rodericum de Arriaga diſp. 1. Logicæ ſec. 3. n. 30. & convinci videtur experimento quotidiano videntes facilem intellectum tum diſcentium tum docentiſi circa unũ, & arduiſſimè ſe gerere quoad alia niſi multiplicet actus, genere frequẽter ſeu ſpecie diſtinctos v. g. intellectus in Logica ad penetrandam naturam, & diviſionem terminorum, adhuc difficilis experitur in notitia adæquata entitatum & diviſionum ſignorum; nec quantumcunque præcedat acies intellectiva in iſtis habilitata, donec exerceatur in conficiendis propoſitionibus, abſtruſam ſe ſentit; ſimiliter nec facilis nec ad efformandos ſyllogiſmos uſque dum in iſtis repetit exercitium; quare horum unumquodque petit ſuam propriam facilitatem per diſtinctas qualitates coordinatas conſtitutivas unius numero ſcientiæ Logicæ; ſic fit ex notatis à Franciſco de Oviedo ea controv. 3. punct. 6. num. 93. quod etſi unaquęque pars Logicæ, ſeu alterius cujuſvis ſcientiæ ſigillatim ſumptæ habeat ſuum objectum, ita taliter quod illud in quo verſatur conſtructio terminorum non ſit ea quæ dirigitur in ſigna, nec iſta quæ referrur ad propoſitiones, nec id dum ordinatur ad ſyllogiſmos, & tamen quando coordinatur collectio ad objectum ſcientiæ in communi, materiale formale, & attributionis taliter fit unum mutuò, & ad inuicem cuique parti, (non enim objectum materiale Logicæ dictum totale differt reſpiciens terminos, vel ſigna, aut propoſitiones ſimiliter & formale talis ſcientiæ, nec aliter appellatum attributionis) ita Philoſophandum in actibus Moralibus voluntatis liberè operantis ad meritum, ſive demeritum in voto, quo ſpontaneè ſe adſtringit quis pænes diverſa, nam quamquam unaquæque materia circa quam ſigillatim verſantur vota, ſit diſtincta, coordinatio in unum collecta (reſpiciens ut totale objectum, aut divinum obſequium in Religionis cultu, vel obſervantiam ad remunerationem gratiæ & gloriæ) efficit quod ſicut ab objecto totali inducitur materia gravis copulata ſic à votorum obſervantia, quamvis hæc in unaquaque ſit levis; non aliter in demerito per omiſſionem peragitur ad peccatum mortale, ita taliter quod ratione coordinationis in ſenſu compoſito transferat in ſe per materiam gravem reatum lethale, quem in ſenſu diviſo ſigillatim unaquæque tranſgreſſio independenę capta una ab altera non excedebat limites materiæ levis, conſtituta actio ſolummodo peccatum veniale; & diſcrimen notabis à Doctrina (quam judico à nullo negandam) ex differentia objecti à quo ſpecificatur tranſgreſſio attenta in ſenſu compoſito per ce-

Digitized by Google

ordinationem ſingulorum in uno , aut ad eorum quoquo in ſe ſeorſim per ſenſum diviſum atento ; illud ſpecificatur ab objecto totali quod grave & ponderoſum eſt ; iſtud à partiali uniuſcujuſque quod & modicum leve reputatur : v. g. exemplo Logicæ ; coordinatio totius ſcientiæ copulatim capti termini , ſigna, propoſitiones, ſyllogiſmi; & alia, ens ponderoſum eſt , & non parui momenti , utique ſcientiæ neceſſariæ ad alias acquirendas , ut cum Scoto & aliis tenent fere omnes ; videndi Merinero diſp. unica prœmiali Logicæ quæſt. 7. a n.6. Fonſeca 2. Met. cap. 43. quæſt. 4. & Arriaga diſp. 3. Logicæ ſec. 4. etſi ſeorſim igitur objecta prædictæ ſcientiæ , termini, ſigna , propoſitiones , & alia modicum ſeu leve reputentur : jam arguo ; ergo quamquam tranſgreſſio quælibet ſigillatim facta à Getrudis de unaquaque voti obligatione levis iudicetur , in unum collecta coordinatio votorum gravis cenſenda tranſgreſſio , & peccatum mortale ſine fundamento ſcrupulum propoſuiſſe , præſumendum.

5. Amplius in conſultationis deciſionem advertendus tenor obligationis ortæ ex voto emiſſo à muliere utrum fuerit implendum per totum in uno dierum , quin ad alterum differri poſſet executio ; vel an dilatanda quidem obſervantia licitè quiret. Azor. tom. 1. lib. 11. cap. 15. 5. undecimo quæreſ. de ſimilibus votis tractat. ſe declarans in eo qui vovit ieiunium , & ait. *Ejuſmodi jejunium poteſt dupliciter Deo , Religioſè & ſanctè promitti , aut in honorem & cultum certè cujuſdam diei , niſi vovens illud ſe ſervaturum promittit in pervigilio alicujus Apoſtoli ; aut abſolutè , & ſimpliciter , nimirum ut in uno hebdomada die corpus caſtiges ; ſi primo modo fiat, elapſo præſtituto die , voti quoque obligatio finitur ; ſi ſecundo non ceſſat* ; clariùs ; voveo ego ad cultum S. Antonii Patavini in vigilia quæ incidit 12, Junii menſis jeiunare , non ieiuno eo die 12. Junii peccabo mortaliter & abſolutus ſeu liber à ieiunio maneo illo anno ; & intuitu caſtigandi corpus meum , & mortificandi ipſum voveo abſolute ieiunare ad honorem S. Antonii Patavini , ſi ieiunium non perfitio in eius vigilia non pecco , teneor tamen ieiunare , & poſſum aut in feſti eius die , vel altero quando placuerit. Getrudis votum examinatum ſecundi tenoris erat ; & de ſimili voto Suarius cap. 5. citato , num. 2. *Ex tranſgreſſione votorum tempore debito interdum relinqui obligationem ad votum implendum in tempore futuro* : & de altero modo vovendi idem Jeſuita. *Aliquando vero non relinqui , ſed extingui obligationem per lapſum temporis* : Ex præcepto ieiunandi amplius me explicabo : ponamus aliquem peccare venialiter frangendo ieiunium ad quod tenetur in inſtanti A. ob culpam venialem commiſſam ; non extinguitur obligatio ieiunandi in cæteris momentis uſque ad terminum diei pręfixum in quo præceptum obligat ; ſic in voto ieiunandi feria 5.die 20.Auguſti frango jejunium leviter inſtāti c.non ob hoc ſolvitur obligatio, & teneor uſque ad tranſactam feriam 5. Prædictā ieiunare; at peccando mortaliter maneo immunis & liber eo die à ieiunio , & quamvis pluries comedam nova lethalia , aut venialia non committo ; quod intelligitur cum ieiunii fractio fit non edendo carnes , & in quadrageſimalibus feriis abſque ſuffragio bullæ cruciatæ , ova , & lacticinia , nam in iſtis caſibus non liberor à continuando ieiunio , cum iſta prohibeantur attentā ſubſtantiā , & quidditate ipſius ieiunii. Proſequitur Suarius. *Quando ergo votum de quo tractamus* (id eſt votum quod tranſgreditur leviter per plures actus ſolum venialiter peccaminoſos.) *Vt licet pro aliquibus diebus non impleatur* (ſupple votum , ſimiliterque Philoſophandum in pręcepto.) *Semper duret obligatio implendi , id quod fuit omiſſum , indubitatum eſt tandem peccari mortaliter violando votum in tota materia vel in gravi parte ejus , quia licet frangi videatur per parvas tranſgreſſiones multiplicatas , neceſſe eſt tandem pervenire ad diem & horam in qua ſimilis tranſgreſſio ſit peccatum mortale.* quid vulgarius quam non ſolum non eſſe mortale in diebus quadrageſimalibus v. g. quando ſub præcepto obligat ieiunium , *ſi quis rogatus ab amico* dimidiam untiam obſoni comedat , poſtquam , perfecit prandium , vel collationem : annuamus ex 24. horis diei cinerum , à 24. amicis rogatum aliquem ſeparatim in unaquaque hora dimidiam untiam obſomi ſumere , conſequenterque extra eſum meridianum ,& collationem ſerotinam , duodecim uncias obſoni manducat ; aut iſte in non omiſſione comedendi copulatim ſumpta non peccat mortaliter , vel peccat. primum eſt inveroſimile , nec ſine cenſura affirmabitur , in abuſumque præcepti cederet , aliàs quid magis tenet ad frangendum graviter ieiunium ſucceſſiva comeſtio duodecim untiarum obſomi per 24.horas diviſim prandium ſumere coordinatum iam ex ſe unum , & alterum : Primum dat intentum ; ergo levis materia ſigillatim ſumpta ſi coordinata attenditur copulatim collecta in materiam gravem tranſibit , & peccatum mortale conſtituetur.

6. Doctores invenio peritiſſimos qui ita firmantes in trangreſſionibus levibus præceptorum , diſſentiunt in eis , quæ votorum ſunt à diſcrimine obligationis ortæ à voto quæ perſonalis eſt , abilla radicem tenenti in præcepto, realis dicta;idque innuere videtur Vazquez tom. 2. in primam 2. diſp. 142. cap. 2. plura examina id requirebat ; quia autem votum quod in præſenti proponitur de Getrudi , etſi perſonale concedatur activè , paſſivè reale apparet & urget abillo quod tangit Maſtrius in ſua Theologia morali diſp. 11. quęſt. 3. art. 3. num. 60. dividens votum in perſonale & reale , ſic utrumque explicans. *Illud eſt , quo Deo promittitur aliqua actio ipſius perſonæ , vel aliqua omiſſio, ut cum quis vovet peregrinationem , jeiunium, vel orationem vel abſtinentiam à ludo & ſimilia : alterum* (ſcilicet votum reale) *eſt quo res aliqua Deo promittitur , ut eleemoſina vel alia res externa pretio æſtimabilis* his aliqui adiungunt votum mixtum (& de cunctis à nullo vidi iſtud tam expeditè tractatum velut à March de Velaſco tom. 2. lit. v. voce *voto* reſol. 244. num. 7.) *ut ſi voveas peregrinationem cum oblatione alicuius rei , ſic enim includit perſonale, & reale*: ergo votum Getrudis mixtum erat continens actiones perſonales(in jejunio, abſtinentia à laboritio, auditione Miſſarum)& reales, ut elargitio eleęmoſinę; unde dum admittitur diſtinctum in obligatione votū à pręcepto , ſemper inſtat ſcrupulus ; propterea quia obligatio realis compoſita cum perſonali ſemper iſtam in illam tranſire facit ; non piguit me recognoſcere Suarium , ad quem remiſit Diana , inde in illo num. 10. inveni ſequentia perutilia. *In his levibus tranſgreſſionibus voti diverſis diebus ſeu temporibus factis , ſemper ſpectandum eſſe , an ex his componatur , unus actus moralis necne ; nam ſi non componitur numquam tranſgreſſio gravis eſt , licet multa leves multiplicentur :* paucisque interiectis. *At vero ſi plures actus diviſivè facti tendant ad unum componendum ; & ut ſic cadant ſub votum , tunc ex multis poterit unus actus con[illegible]ari , vel ſuppoſitis prioribus poterit per aliquem poſteriorem conſummari , & ita poterit peccare mortaliter , in eo momento in quo gravis ille actus conſummatur* pręme , & penetrabitur aſſumptum illorum actuum diviſim factorum tendentium ad unum componendum , & tendentiam præſcinde , aut ex natura ipſorum actuum , vel ab intentione multiplicantis illos ; certum eſt quod, ſi ab intentione procedunt, dum conſcientia ſcrupuloſa non eſt, nuſquam tran-

Digitized by Google

ſire nec conſtruere mortale, ſi autem tendentia à natura actuum procedat, quamquam intentio non ſit formaliter de tranſgreſſione gravi committenda, eſt interpretativa, & peccatur læthaliter; num. 16. idem Suarez. *Quando votum eſt implendum vel omittendum per actus leves multiplicatos, ſive connexione vel augmento eorum inter ſe* (Hic eſt conſultus eventus nam mulier illa ita ſeſe aſtrinxit, ut jejunium nulla ex parte connexum fecerit cum non laboritio, neque hoc utrumque cum auditione decem miſſarum; nec iſta tria cum eleemoſina undecim regalium) *Vt ſi quis haberet vota de diverſis materiis levibus, unum verbi gratia dicendi orationem dominicam, alud dandi parvam eleemoſinam, aliud viſitandi ſemel Eccleſiam, & ſimilia; licet uno actu proponeret, nullum implere, non peccaret mortaliter; ergo idem eſt in uno voto obligante ſolum ad plures actus leves s omnino totales, & diſtinctos*; *licet ſint ejuſdem rationis*; & ut occurrat objectionibus diſtinguit gravitatem actuum in intenſivam, & extenſivam; iſtam compatibilem facit cum peccato veniali, neutiquam illam; quaſi dicat: datur in actu quædam gravitas intrinſeca reatum imponens animæ gravem; & extrinſeca, in qua ſolum exteriùs gravitas cenſetur; v. g. in illo qui plurimum mentitur jocoſè ſine damno alterius, hic intrinſecè ſive intenſivè nullo gravatur reatu gravi, licet extenſivè, ſeu extrinſecè eo gravetur, quatenus nuſquam fides ipſi adhibetur quantumcunque vera loquatur ex vulgari proloquio hiſpanico. *Nunca ſe da credito aun quando habla la verdad, alque miente de ordinario.* Et concludit, *Hoc eſſe intelligendum per ſe & in rigore, quia timendum eſt periculum talis propoſiti, & quod vix poteſt haberi ſine contemptu: & ita ex circunſtantia poterit eſſe peccatum mortale*; & in gratiam Suarii advoco ſubtilem doctorem 4. diſt. 21. quæſt. 1. §. ſi iſte modus v. ad probationem num. 12. proferentem. *Etſi mortale, & veniale ſint ejuſdem rationis in genere naturæ, vel forte in malitia moris.* Vbi conferendo hanc genericam convenientiam cum his quæ ſcripſerat 2. diſt. 21. §. ex iſto, num. 11. patet à Scoto admiſſam aliquam gravitatem in peccatis venialibus, quæ ex mente aliquorum Scotiſtarum, non vocanda abſoluta intrinſeca, & intenſiva, ſed extrinſeca, aut extenſiva.

7. His doctrinis aſſentiendo, cum fœminam indoctam audirem tam probatæ conſcientiæ fuiſſe, ſedulòque obſervatricem divinorum præceptorum, ſeparatam à mundi illecebris, etiam licitis, in ornatu muliebri, modeſtam valdè non mediocriter orationi datam, quod vix impoſſibile apparebat omiſſiones illas leves, ſeu ſigillatim ſumptas, vel conjunctim attentas tenere circunſtantias, aut contemptus, vel periculi, ponendo eam in proximo periculo incidendi in aliquod lethale, nec minimum ſcandalum conductum per eas, quantum potui in ipſam liberandam à peccatô mortali ſtudium decrevi apponere; in quod introducendum, quia ante omnia occurrendum erat, ne in minimo à tranſgreſſionibus levibus nec ſeparatim, nec copulatim ſumptis ſcandalum oriretur; apto quod de eo Scotus 4. diſt. 38. quæſt. 1. §. ex iſta diſtinctione v. conſimiliter num. 5. tractans de voto ſolemni, & privato docuit. *Votum publicum, etſi non ſolemne, inducit ſcandalum ſi vovens, tranſgreditur*: ergo ſi publica non ſit tranſgreſſio, & tam occulta iſta maneat ut nec exteri, nec domeſtici notent, libera erit à ſcandalo; ſed tranſgreſſiones illas leves nullus nec intimior domeſticus novit; igitur ab hoc capite ex iſta circunſtantia immunes erunt in tranſitum ad culpam lethalem; quoad contemptum multo minùs nam fœmina quæ ſic ſatagebat honorem Dei, inveroſimile apparebat, aut præcepta divina, aut vota à ſe emiſſa (in ampliandam perfectionem, & accreſcenda merita condigna ad gratiam juſtificantem conſequendam, & ut ſtrictiùs necteretur divino amori (hoc tactum quod noſcebat in numini increati obſequium & cultum cedere: quapropter potiùs ab incuria vel quadam pigritia ſeu domeſticis impedimentis voluntariè tranſeat, quæ etiam potuit vitare ſicque illas omiſſiones proceſſiſſe frangendo leviter jejunium, comedens unam obſonii untiam, laborando abſque urgenti neceſſitate eo die per duas horas; non audiendo niſi octo, vel novem miſſas, intuitu quod ab unica vocabatur politicè, eſt aliquali muliebri cupidine agitata non ita ut par erat, fidens de ſua induſtria; ne humi deficerent non niſi octo regalia diſtribuit in pauperes, nec id ſœpe peragebat (ad unum annum dicamus per decem dies, ſit ſimul in unoquoque) omnes tranſgreſſiones (ſint aliquæ in uno, aliæ in altero) & patet quia cum vir doctus cui ſcrupulum conſuluit, monuiſſet ipſam diſpenſationem voti, commutationem, ſeu irritationem petere intuitu cujuſdam jubilæi pleniſſimi, quod diebus antecedentibus in tali civitate promulgatum fuerat (& ipſa lucrabatur) à ſummo pontifice conceſſum, non annuit judicans liberam à voto non poſſe eo fervore quem ambiebat imitatricem in eo quod conſequebatur, ſanctiſſimæ Tereſiæ, in cujus devotionem pientiſſimè profuſis lacrimis ferebatur; cumque per me ipſum eam examinare decernerem, & utrum ſicut ſuggerebatur ita foret experimento comperirem vocata veniens in Eccleſiam conventus civitatis apud quem de familia eram, audivi ipſam, nec fama diſcordabat, nam poſt plura, & varia eloquia de exercitiis ſpiritualibus ejus, in ſequendum perfectius, ita allectam inveni quod religioſæ eminentis virtutis non excedebant modeſtiæ, propoſito exercendæ virtutis, ipſam tam ſolertiſſimâ in poſterum nuſquam ullo modo eas leves tranſgreſſiones perpetraturã, quod ab exemplo raro, & inſerviendi Deo deſiderio quod dignam cujuſcunque arbitrii judicavi ut inſudaretur ad liberandam ipſam & immunem deducendam à peccato mortali.

8. Quapropter reperiens ſolidam doctrinam unde excuſari potuit, dixi, ſemper tranſgreſſiones illas leves (ſive ſigillatim capiantur, ſive conjunctim coordinatæ) manſiſſe in linea ad ſummum venialium peccatorum & numquam perveniſſe ad aliquam, in qua materia gravis intrinſeca conſtitueretur, tacitè ſeu expreſſè attingens peccatum mortale; ſuppoſito à nulla circunſtantia, neque à conſcientia ſcrupuloſa iſtud conſtitui valeret. Maſtrius de Meldula in Theolog. morali diſp. 15. quæſt. 3. art. 3. num. 55. *Hæc igitur à Doctoribus conſtituitur regula generalis, quod quotiescumque materia ultimi peccati venialis continuari poteſt cum materia præcedentium, quæ quantitas ex hypotheſi ſufficiat ad peccatum mortale, ultimum peccatum, v. g. furtum in quo materia notabilis completur, eſt mortale, quod alioquin ſecundum ſe eſſet veniale; quia in hoc ultimo furto continetur expreſſa, vel tacita volitio ſimul injuſtè retinendi parvas quantitates, etiam antecedenter ablatas*: exemplifico rem in furto: auferre ab aliquo mille poma, eſt peccatum mortale; uno die furatur quis duo, ſequenti tria, & ſic deinceps, uſque ad terminum millenarium, nuſquam de una vice capiens, niſi unum, vel duo, aut tria poma, cum pervenit ad numerum millenarium, antecedenter ablata retinent inſimul expreſſam aut tacitam voluntatem, dum non reſtituit; & ideo tranſit ad mortale: eandem doctrinam cum pluribus quos allegat, tangit Trullench tomo 1. in decalog. lib. 2. cap. 2. à num. 27. diſcutiens quoad votum: *utrum peccet mortaliter qui ſæpius violat ſeu prætermittit votum de materia levi.* Solumque diſſentit ab eo quod in conſultatione iſta proponi videtur, per hoc quod votum in quo ſe exponit de una re ſeu materia tantummodo introdu-

Digitized by Google

citur v. g. recitandi quotidie ſalutationem angelicam quam ſæpiſſimè omittit ; verum tamen eadem eſt deciſio in utroque, in qua ſub disjunctione procedit ſic. *Si id fiat in honorem diei vel temporis , tunc non eſt mortale , etiam ſi vota hæc ſemper violentur , quia ſingulorum dierum lapſa extinguitur obligatio , pro illis diebus , ac proinde materia illa modica emiſſa voti continuari nequeunt , & ſemper ſunt peccata venialia;niſi materia continuari poſſit,numquam efficiunt unum peccatum mortale.* Arbiter in excuſandum à reatu læthali ſtat ex diſcontinuatione;& proſequitur. *Si vero prædicta vota non ſunt facta in diei honorem , ſeu terminus appoſitus eſt , nec ultra illud differatur exequtio voti;* à continuatione tunc inquit materiam tranſire in mortale ; non explicat quod oportet , videlicet , à quo ſumenda radix, origo,ſeu ratio continuationis , vel non continuationis materiæ ; nam fore extinctam, vel non obligationem anteriorem à tranſgreſſione, influere per ſe non poteſt continuationem vel diſcontinuationem ad tranſitum in materiam gravem ; ſub quodam entimemate, meo videri evacuabitur intentum per caſum frequentiſſimè inquiſitum, latrocinio perpetrato à pluribus in modiciſſima quantitate;quotieſcumque ergo in tranſgreſſionibus levibus convincitur tacita vel expreſſa voluntas retinendi parvas quantitates ablatas quæ aſtringunt ad reſtitutionem copulatæ in una tranſgreſſione gravi , & tenetur ad reſtitutionem,tranſitus eſt in lethale ; ergo à contradictorio dum tacita vel expreſſa voluntas non urget ad reſtitutionem, levis unaquæque materia manebit , nec tranſitus fiet , aut continuatio : quod valde Confeſſarii in ſimilibus furtis exenterare,& opportuniſſimè curant ad cogendum, vel non aſtringendum pænitentes in reſtitutionem:id percipietur dum veniale ſigillatim ſumptum à circunſtantia coordinationis appareat tranſire in mortale;igitur continuatio,vel non continuatio capitur ab expreſſa voluntate , vel tacita retinendi rem alienam , gravem , ſeu levem, leviter quidem , dum deficit coordinatio,graviter quomodocumque iſta complicem conſtituit ſaltem implicite : etenim quamquam ſeorſim à ſingulis leve appareat , conjunctim complices ſunt in furto notabili ex tacito , ſeu interpretativo conſenſu.

9. Unde cum ſæpiſſime talis eventus conſulatur in furto , libuit aliquali digreſſione amplius ante applicationem ad illud quod gerimus , unum vel alterum corollarium deducere : & primo colligo cum Salas 1. 2. quæſt. 3. trac. 3. diſp. 16. ſect. 2. num. 87. quod quando furto eſt annexa cenſura excomunicationis majoris , ſuſpenſionis, vel interdicti , ut contingit aliquando in furtis factis de rebus ſacris, ſeu Eccleſiaſticis , in foro contentioſo, & interno contractis à furante non contrahit talem cenſuram tunc,quandoquidem illa levia antea ſint latrocinia) ſed tandem ad aliquod perveniens , convincens tacitam ſeu expreſſam voluntatem retinendi anteriora furta in cenſuram incurrit;ſic declaratus in quadam Diœceſi ſacriſta fuit & abſolutus , qui ad horam mortis extra confeſſionis ſigillum conſuluit confeſſarium , de quibuſdam ceræ furtis levibus ; utrum Eccleſiæ parrochiali reſtituendum quod ab ea abſtulit , teneretur ; imo ſi ordinem ſacrum præsbiteratus habebat præter excommunicationem irregularem factum , cenſuerunt Theologi, & autoritate data ad moribundos abſolvendos, & habilitandos , ſeu diſpenſandum cum eis in irregularitate , peractum mihi notum fuit cum tali ſacriſta;ergo ſignum eſt quod continuatio, vel diſcontinuatio furti materiam gravem , aut levem conſtituit cum excommunicatio major , & interdictum ſemper ſupponant peccatum mortale. Secunda infero levia furta perpetrata penès diverſas perſonas tranſire etiam ad læthalem culpam ; v. g. ſi quis capit à Petro unum regale, à Joanne alterum,ſic diviſim uſque ad Vigenti à diverſis perſonis, talis fuit malitia cujuſdam ancillæ , ut ſecum cogitans quomodo non teneretur ad reſtitutionem , & haberet unde indumentum ſibi caperet alicujus valoris , ſua domina unum (ſagaciſſimè ſe gerens in omnibus in quibus cogitavit modos varios ne ſua intentio ulli fieret manifeſta) regale furata fuit, & ad centum ex variis perſonis ab una quaque ſimiliter ſigillatim captans occaſionem in decurſu temporis; frequentiſſimum id interrogatur à mercatoribus cum illas merces vendunt ; & aliquos invenies , qui valdè allucinati cogitant non teneri ad reſtitutionem, quando ſuper iuſtum pretium , leve ſeu modicum addunt omnibus generaliter emptoribus ſeorſim accedentibus ; in ſimilibus caſibus, cum Diana 1. parte trac. 6. reſol. 34. (ad quem remitto confeſſarios) dicam non improbabiliter ſentire ; licet quod exprimo, eſt placitum Franciſci de Oviedo 1. 2. trac. 6. controv. 3. punct. 7. num. 128. : nequit enim Diana §. dico ſecundo. *Dicta furta continuari , & in unum coaleſcere quando inter illos non ſit magna interpellatio,& intervallum quod quidem intervallum ſecundum Sanchez.* (In ſumma tom. 2. lib. 7. cap. 21. num. 10.) *& alios viros doctos ab ipſo conſultos erit ſpatium unius anni.* Bene verum eſt quod ipſe cum Fill. tom. 2. tr. 31. cap. 10. num. 244. cenſet. *Magnum intervallum ut non continuetur moraliter materia unius furti cum alio, eſſe menſem unum, aut dimidium.* In ſedandas tamen conſcientias §. dico quarto hæc habet. *Non habere locum prædictam doctrinam , quoad exigua furta exculentorum quæ committuntur à ſervis , & ancillis ex rebus dominorum ſuorum , non ut illas vendant , ſed ut comedant.* Cui non adhæreo , niſi in una exceptione videlicet , quando præjuditium ſeu damnum notabile ab eo non reſultat , nam tale furtum poteſt eſſe, de alimentis neceſſariis, domeſticis & tunc à circunſtantia tranſit ad mortale. Tertiò conjecto, quid cum plures furta minutula perpetrant cooperatores , & complices, contingereque aſſolet militibus viatoribus tranſeuntibus per unam vineam à qua quiſque ſumit tres , aut quatuor uvas , talataque ita manens ac ſi tempeſtas tolleret fructus : ſi communi conſilio , & cooperatione fiat, & ſuperior permittens , nec impediens , unuſquiſque eorum , peccat mortaliter; nec tranſibo quod Diana 2. tract. 17. Miſcellan. reſol. 41. diſputat. *An Petrus qui levem quantitatem aufert à Joanne , à quo alii abſtulerunt notabilem peccet mortaliter?* v. g. unus de dictis militibus complex non fuit in devaſtandam vineam , venit & deveſtatam invenit , ingreditur, uvas , caſu reperit tres , colligit & comedit;non peccare mortaliter cenſet Diana profferens. *Petrus non eſt cauſa notabilis damni , quia jam ab alio fuerat illatum , & furtum ſuum eſt in parva quantitate non ſufficiens ad mortale.* Si aliam controverſiam non introduceret in immediata reſolutione 42. in hac immorarer ad liberandam & excuſandam Getrudim culpâ læthali in ſuis tranſgreſſionibus levibus ob defectum continuationis, aut dependentiæ unius ab altera , aut taciti conſenſus mutui de omnibus.

10. Itaque poſtquam rationem aſſignavit Diana de Petro quem induxit perpetratorem culpæ venialis per furtum modicum in quo notabile damnum ab aliis fuerat illatum,aſſignarque rationem , cur ſinguli cooperatores illius graviſſimi detrimenti peccarunt mortaliter , quia conſortes , non autem hic quia non conſors , nec influens ullo modo ; ſicut illi per ſe in notabile damnum ſubdubitabat de tali Petro. *Petrus qui nullo modo aliqua exortatione fuit cauſa ut alii minutula furta à Joanne acciperent,ſi hac furta ſciat peccet ne mortaliter modicum cum ipſis accipiendo, ſi tota illa furta ſimul cum ſuo cōſiderata perveniunt ad materiam notabilem* ; ferè ſimilem habui eventum in deci-

Digitized by Google

ſionem : quidam ſæcularis ſagax & perſpicio intellectu donatus valdè datus lectioni ſummarum ſic ſe geſſit; cum pluribus , gallinaceum volentibus ſubripere, ita ut unaquæque galina non excederet pretium duorum regalium (neque gallinacei dominus ab eo alimenta præciſa ſibi,aut domui capiebat , quia etſi centum eſſent non vendebantur nec ova) monitus,ſociatet igitur hic ſagax vir de furto aſſenſum non præbuit repugnans , ne id perpetraretur, quia etſi quilibet ſocietatis unam raperet galinam , & ex parvitate,veniale dumtaxat foret , aiebat , copulatim tranſiturum in mortale , furtum totius gallinacei cooperabatur à ſingulis ; quando comperuit jam mortalem culpam fore, ipſe , non ſcopo cooperandi , niſi ne timidus argueretur , aut in aliquam ſuſpitionem incideret, quod liber à latrocinio, iſtud declararet , unam galinam ſubripuit, & interfecit videns furatas triginta,& occiſas; ſcrupulizavit , an peccaverit mortaliter ; Audiamus Dianam. *Quando plures alicui grave damnum per minutula furta ab unoquoque eorũ diviſim commiſſa, ut nullus alium iuverit , nec in cauſa fuerit , ut alius concurrerit , non peccare mortaliter , neque teneri ad reſtitutionem.* Pro quo ſequens efformat argumentum. *Omnis qui ex his ita furatur infert parvum damnum ; ergo ex capite non peccat mortaliter :* efficatiùs id oſtendam in iſto ſyllogiſmo : ut imputetur ad reatum peccati mortalis furtum , & obligationem reſtituendi imponat , requiritur quod tranſiens in gravem materiam concurrat formaliter, ſive in cauſa , ſeu radice cooperando his qui furta minutula perpetrarunt; ſed qui non juvat ad iſta, neque conſilio neque operatione , non concurrit , nec formaliter , nec in cauſa , imo perſuadet à contrario non perpetranda illa minutula,& levia furta;ergo poſtea leve noviter commiſſum non erit lethalis culpa : minor probatur ; ut concurreret cum illis complex exigebatur ad influxum ejus tanquam à cauſa , quod furta illa minutula(ſivè ſigillatim ſumpta , ſive in uno convenientia (ut forent illi voluntaria , aut formaliter , vel in radice,ſeu cauſa ; ſed voluntaria non fuerunt , quia perſuadendo & inſtando non perpetranda , & involuntaria patefacta ſunt;ergo imputabile non erit illi grave quod efficit lethalem culpam ; ſic ad eventum de gallinaceo dixi, illum ſagacem virum uno ex duobus modis præſentem ſe inveniſſe in furto galinarum , vel potens impedire , vel impotens , ſi impotens non peccavit mortaliter ; ſi potens læthalis fuit culpa , non quidem à furto levi unius galinæ niſi ab omiſſione quæ ipſi imputatur ad culpam , nam eſt Theologia plauſibilis illa in materia de actibus humanis , quod omittenti eſt voluntaria omiſſio, & imputabilis quoties præceptum inſtat omittenti (ut latè M. Curiel 1. 2. quæſt. 6. art. 3. dub. 2. §. 3. concluſione 2. & Lorca diſp. 11. de actibus humanis , §. Porrò) & illi ſagaci viro introducto in caſu de furto Gallinacei , dum datur potens vitare minutula furta perpetrata , quæ conſtituerunt culpam læthalem interpretativè conſenſit cum cæteris , & velut alii , ſic ipſe cooperatur quando non impediens ab omiſſione conſtituitur complex.

11. Quibus propoſitis , dico quod ut Getrudis peccaret mortaliter in omiſſione adimpletionis voti , ſeu votorum per eas leves, in unamquamque materiam convinci debebat unam alterius fuiſſe cauſam , & occaſionem , ſuppoſito nullam violationem voti proceſſiſſe ex contemptu , dum enim independentia ſunt ad cooperationem non tranſeunt ad materiam gravem. Luculenter Maſtrius allegatus totum cingit in robur præ aſſignatæ doctrinæ inquiens. *Hæc doctrina non in omnibus venialibus peccatis locum habet ut poſterum ſimul cum præcedentibus materiam mortalis conſtituat, ut patet de mendatio jocoſo , quod licet millies repetatur,nunquam tamen materiã peccati mortalis integrat, & conſtituit : ideo ad hoc dignoſcendam, regulam hanc aſſignavimus,quod quotieſcumque materia, & objectum peccati venialis ſubſequentis continuari poteſt, & unum quid majus cum materia præcedentium integrare, tunc ultimum peccatum veniale quod cum præcedentibus materiam notabilem conſtituit, fit mortale , quod alioquin eſſet veniale :* Sed una tranſgreſſio Getrudis levis de fractione jejunii, neque ex natura ſua, neque à mulieris intentione copulabatur cum omiſſione modica audiendi decem miſſas vel elargiendi eleemoſinam ſtatutam illo die,examinata enim an quia fregit in ea parvitate jejunium,frangere vellet in ſimili parvitate miſſæ auditionem vel eleemoſinæ elargitionem, reſpondit ſe ita in iſtis geſſiſſe qualiter caſualiter vir aut fæmina multum mendaces ſe gerunt in jocoſis proferendis, ea intentione quod putaret ita peractas tranſgreſſiones illas modicas velut talia mendatia proferentes,quod ſicut iſta non poſſunt ex ſe expectata quantumcunque multiplicentur ab anima (quæ fæliciter tenet gratiam ſanctificantem) iſtam ab ea tollere , *ita poterat* ſive illius omiſſione, aliquo die minutulas illas tranſgreſſiones perpetrare , animo & intentione confeſſionem ſacramentalem peragendi de eis peccatis venialibus; audiens terminum à muliere , videlicet *ita poterat*, licet à ſubſequẽtibus inductis ab ipſa facilis foret ſenſus , ſignificatum ;& intelligentia ; non enim intendebat , nec in eo errore erat, ſe poſſe licitè peccatum aliquod vel peccata venialia committere, nam ex ſubjuncto *ut confeſſionem ſacramentalem perficeret*,colligitur evidenter immunem , aut liberam à tali cogitatione errante ; nihilominus indagare volui expreſſiorem de ly *poterat* declarationem ab ea ; hinc veſtigavi & interrogavi quid ſignificabat aut intelligebat proferens *poterat ſine amiſſione gratiæ*,an licitè , vel illicitè & reſpondens nullatenus in ſuum dictamen uſquam veniſſe,potuiſſe id licitè ; arguenſque me ab hoc quod cum Theologus eſſem debebam percipere meliorem ſenſum de muliere catholica , & principiis fidei tam firmiter adhærente quod divina voluntas ita miſericorditer cum ipſa ſe geſſerit,quod iſtud dictamen,præcipuo auxilio in ejus anima ſtabiliebat in tantum , ut à quo in primo rationis ſeſe recognovit, nullus fuerit dies in quo non renovaverit proteſtationem in vita & in morte retinendi fidem catholicam romanam;aliqualiter ulteriùs volui ipſam probare, & retorſi argumentum ; quomodo ita parvipendens tranſgreſſiones leves,in quibus periculum non eſt incidendi in peccatum mortale, id confirmans ab ipſo exemplo inducto ab ea de mendatiis jocoſis , nam aſſuetus in eis valdè facillimè incidit in mendatia pernitioſa, quæ ſunt lethalia peccata ; condolui nam reſponſum præbuit oculis , non voce , à fletuque cognovi contritionem ipſius , firmumque propoſitum de ſe corrigenda ; digna quoque ut arbitraretur in quantum eſt fas Theologo ad eximendum juxta probabiles ſententias , à culpa mortali ; comperiens item ſe bona fide proceſſiſſe , immunem à conſcientia erronea non tantum quando à Confeſſario ſcrupulus induci tentabatur , ſed neque in contemptu aut judicio de ly *poſſe* excedente regulas de licita præſumptione quod tantum modo extendebatur ad non amittendam gratiam juſtificantem , compatibilitatemque hujus doni ſupernaturalis cum quolibet peccato veniali , aut omnibus ſimul exiſtentibus in anima;cumque una ex difficilioribus controverſiis Theologicis ſtet , quomodo , aut quando materia ſeu objectum quod naturâ ſuâ veniale eſt,tranſeat in mortale , auſus non ſum firmare illam læthaliter peccaviſſe, licet conſilium dederim , ut abſque ulla conſcientia ſcrupuloſa in confeſſione ſacramentali primo à ſe peragenda ſub conditione accuſaretur, illa , & illa perpetrata,ſubjecta divino judicio, ut ſi non eſſet culpa mortalis à dic-

Digitized by Google

tamine proprio erroneo, talis non fieret, ſin vero aliqua ex parte fuerit, ſeſe accuſabat ſecundùm quod ſciebat Deus ab ipſa offenſus in aſſignatis tranſgreſſionibus, quin de anterioribus confeſsionibus ſcrupulizaret, aut communionibus, factæ quidem bona fide ſi fuerunt, & ab ignorantia invincibili procedentibus inculpabiliter.

12. Hoc principaliter in ſententia eorum qui tenent dabile Sacramentum pœnitentiæ validum, & informe de eo videndum quod annoto conſult. 41. n. 11. qua opinione excuſamur à repetendis confeſſionibus, etſi validis, ſine fructu gratiæ acceptæ à pœnitente; & confirmatur totum propoſitum à quadam doctrina quam tangit cum Thoma Sancio lib. 4. in ſumma morali cap. 39. Acatius March. de Velaſco. tom. 2. verbo *voto*, reſol. 448. num. 5. Supponens ad intelligentiam quando ſit peccatum, vel non, adimpletionis voti omiſſio tempore quo à vovente determinatur, & ſpecificatur;inſimulque quomodo judicanda tranſgreſſio gravis, arguens lethale, aut levis, veniale tantummodo, vel nec iſtud, nec illud quandoque duas regulas aſſignans; primam ſic: materia quæ in præcepto gravis eſt, ſufficiens ad peccatum mortale, etiam in voto eſſe poterit; & quæ in illo levis convincitur, & in iſto convincitur; unde frangens quis votum de proferendo advertenter mendatia jocoſa tantummodo venialem reatum inducit, quia præceptum prohibens mendatium jocoſum ſolummodo venialiter frangitur; à quo excuſatur Getrudis ne labe lethali maculetur, nam nuſquam ſi præceptum foret de illis tranſgreſſionibus perpetratis ab ea, reduplicativè malitiam mortalem concluderet; altera prædicti doctoris regula, ſequenti tenore ſtatuitur, ut ſemper juditium ſit, quo pacto adimpletum votum, aut fractum collaris circunſtantiis reſultantibus, penes honorem divinum; ſi enim iſte à fractione graviter læditur læthalis erit culpa; ſin vero leviter, non pertinget alterum quam reatum venialem; ex quo ad argumentum factum numero 3. per contradictorium à merito, reſpondebo illas leves tranſgreſſiones numquam per conferentiam ad earum contrarium in obſervantia inducere ponderoſum, & grave meritum; ſemper enim eſt leve & modicum; utorque exemplo in furto; licet enim quoad præceptum decalogi ſeptimum de non latrocinio committendo, cum Adamuſim obſervatur totum præceptum meritum inſtet grave, & intenſum, at cum intentio non committendi furtum, tantummodo eſt de levi materia, non perpetranda, actio meritoria modica eſt & levis; ergo quia in unum copulatæ illæ leves tranſgreſſiones mulieris non convincant à divino numine aliquem magnum honorem tolli, quia in eorum obſervantia nec magnus honor præſtatur, ſigillatim attentæ, aut copulatæ independentes una ab altera, nec meritum erit grave quoad obſervantiam, nec demeritum circa tranſgreſſionem; etenim ne in terminis impliceris, attende ſemper eos conformare, ne incidas adhuc per meras voces in propoſitiones damnatas ab Innocentio XI. quas tranſcribo hac conſult. n. 3. & conſult. 26. n. 5. penes hoc, quod reprobatur, carere culpa lethali vocare Deum in teſtem mendatii quamtumvis levis, ob irreverentiam illatam divino numini; hanc dic biſariam irrogari poſſe, vel poſitivè, eo quia poſitivè vocatur teſtis Deus, ſciens iurans ſe mentiri, quo pacto in eo nulla admittitur materiæ parvitas; vel negativè, quia nuſquam in mentem occurrit, eam irreverentiam gravem fore; ſic non neganda paritas; igitur in teſtamento veteri & novo, gravem, ſeu levem Domini inhonorationem, etſi non à juramento poſitivè falſo, quæ iuge eſt gravis. Malachiæ 1. v. 6. conqueritur Dominus. *Vbi eſt honor meus?* de poſitiva vero Chriſtus Redemptor contra Judeos Joan. 8. v. 50. ſibi ipſi imponit, non mēſurandum eſt votum, quoad obligationem conſonam ad præcepta divina niſi conforme, & in ſerie earum conditionum, quam tenent humanæ leges, ab eis, qui divinæ ſunt differentes uno ex capitibus in quibus diſcriminantur; legiſlator enim humanus nullo medio conſtituere valet ponderatum & gravem (ſemotis circunſtantiis) materiam quæ de ſe levis eſt, conſtituendo tranſgreſſionem peccatum mortale, ſicuti Deus efficere poteſt; peracutè Scotus loquens de Adami peccato 2. diſt. 21. quæſt. 2. §. ex iſto patet num. 3. *Eſus ligni vita non fuit peccatum niſi quia prohibitum*; iudicans in tali eſu, nuſquam potuiſſe aſſignari parvitatem materiæ quantumvis modicè de fructu comederetur; at legiſlator humanus nullatenus valet conſtituere graviter prohibitum, quod in ſe leve eſt; ergo cum votum ſit lex humana nuſquam quod ex ſe modicum eſt, in gravem culpam tranſire quit; qua ratione Joannes Sanctius in ſelectis diſp. 15. num. 15. efficaciter probat cum pluribus quos citat implicare votum ſe obligandi ad materiam levem cum onere peccati mortalis; ſic quamtumvis quis voveret ſub reatu culpæ læthalis mendatium jocoſum non proferre, niſi ea conſcientiâ erroneâ mortaliter non peccaret: à quibus liquet Getrudim immunem à reatu lethali in illis levibus tranſgreſſionibus, licet conſilio ſalubri inſtructa fuerit ad vitandos ſcrupulos, ut diſpenſationem peteret, ne aliquando fatuitate ſcrupulizaret, quod animæ deterius eſt, dum aſſentit.

CONSULTATIO XXVIII.

De muliere nolente reſtituere monile prætioſum ſibi datum intuitu actuum carnalium à filio familias.

STudiorum causâ puer 13. annorum in quandam urbem miſſus cum à genitrice ſua benedictionem exoraret, petivit monile ingentis valoris, quo in more erat ipſum juvenem à matre ornare diebus maioris ſolemnitatis, ut ſi aliquod fieret feſtum celebre in Academia, quando ſcholaſtici aſſolent in publicæ lætitiæ ſigna, illo uteretur v. g. in honorem completi anni Regis conſuetudo viget proceres è pectore portare affixum prætioſius monile; ſincerè mater, inſcio marito, filio tradidit quod cupiebat monile; hic uno ex annis in quibus Monarcha adimplebat annum, pendens è pectore publicè prodiit monile (à fidei commiſſo tantum modo præſtitum à genitrice) ſollicitans tempore decurrente fœminam ſcholaſticus, hæc conſenſit in venerem poſt aliquos menſes ſæpiſſimæ moleſtata; ſed imponens ſollicitanti conditionem ſibi

Digitized by Google

ſibi viſam impoſſibilem fortaſſis ad retrahendum illum à turpi inſtantia) ut pro turpi actu donaret illud monile, tam cæca mente in libidinem provocabatur, quod nulla diligentia potuit, quamquam ſi monile illud prætioſiſſimum non daret non conſenſuram proteſtavit iterum: tandem fœminæ dedit, captaque occaſione per aliquos menſes continuavit in ea turpitudine, regreſſus in paternam domum iuvenis à tribus, vel quinque annis, à genitrice extorquetur, quod monile reſtitueret, & amiſſum, ſeu juratum reſpondit; decurrente tempore, cum in ſerviendum quoddam officium publicum tranſiret maritus inſimul que genitrix per eam urbem in qua erat academia(mortuo iam filio qui monile tradidit) & fortuitò ad audiendam miſſam in uno Eccleſiarum veniret defuncti mater, ſuum monile recognovit apud cujuſdam mulieris pectus, ſiluit pro tunc, prudentique ſtratagemate totum reſcivit ſeu prænovit, quid filius ſcholaris, & quo motivo alienavit monile in fideicommiſſo à genitrice datum; antequam illud reſtitui ſatageret, inquirere voluit, utrum tutâ conſcientiâ tanquam à poſſeſſore malæ fidei iſtud poſſet extrajudicialiter petere, & dum reſiſteret, juridicis uti diligentiis in recuperandum quod ſuum putabat ſemper eſſe.

SUMMARIUM.

DOctrinale Tertuliani Symbolum de gemma, n. 1.
Mulıebris aviditas in monilia, & ornatus, n. 1.
De meretrice accipiente à filio familias propter actum turpe monile, n. 1.
Quis propriè filius familias, n. 1.
Nepos, neptis, pranepos praneptis, an filii familias, n. 1.
Matres jure Caſareo patria carent poteſtate, n. 1.
Etiam in filium Patri ſupervivens mater, n. 1.
Immodici ſumptus accepti à meretrice de manu filii familias reſtitutioni ne ſubjacent, n. 1.
Diſcrimen Pralati regularis penes ſubditos à Patre circa filios familias, n. 2.
Superiores religioſi merè adminiſtratores, non Domini, num. 2.
A diverſa radice non ſui juris filii familias, & regulares, num. 2.
Patria poteſtas ſtatus innocentia; & Deipara erga Chriſtum, n. 2.
Ob vitandum maius malum quid liceat Patri erga filium familias, n. 2.
Valida ne conventio filii familias cum meretrice, num. 3.
Minus malum ad vitandum maius, eligendum, n. 3.
Diſtinctio conſilii, à permiſſione, n. 3.
Permiſſio ſalvatur in pura omiſſione, n. 3.
Juris regula explicata de conſilio, n. 3.
Minus malum ſine fraude, bonum eſt reſpectivè ut conſiliatum, n. 3.
Alterum eſt male conſulere, aliud conſulere malum, num. 3.
Exemplificatur prafata doctrina, n. 3.
Cooperari in minus malum nuſquam licet, n. 3.
Ex paritate de duobus praceptis oppoſitis objectio ſoluta, n. 4.
Conſilium non tollit praterintentionalem fore effectum ſubſecutum; bene cooperatio, n. 5
Prater intentionalitas in ſuaſione, & conſilio; non in cooperatione, unde, n. 5.
Nuſquam minus malum ſalvatur, quin ſit pars majoris, n. 5.
Non idem ſuadere compartem, at alteram diſſuadere compartem, num. 5.
Suadens minus malum, compartem diſſuadet, non ſuadet compartem, n. 5.
Tam pars totius peccati ſunt circunſtantia mutantes ſpetiem quam aggravantes, n. 5.
Individuata doctrina, n. 5
Ab inſeparabilitate, circunſtantia nuncupantur, num. 5.
Laudabile non perpetrari totum malum, nec eius aliquam partem, n. 6.
Non licet ſuadere minus malum in prajudicium tertii, num. 6.
Intentio purè permiſſiva reſultare non quit in damnum tertii, n. 6.
Illicitum ponere in proxima occaſione peccandi, n. 6.
Caſus à Ludovico à conceptione inductus ſolvitur, n. 6.
Meretrici ſolvere pretium ex venere, Patrem filii familias, non eſt cooperari hujus peccato, n. 8.
Bona fides in vitandam infamiam alienam, n. 6.
A ſilentio arguitur actus mère permiſſivus, n. 6.
Parabola de filio prodigo in argumentum, n. 7.
Filius dictus prodigus ſub patria poteſtate, n. 9.
Genitor increpat ipſum, ſed ſi ſub patria non eſt poteſtate, de bonis dilapidatis rationem exigere nequit, n. 7.
In maiora vitanda mala, condonantur bona deperdita, num. 7.
Frater dedignatur fratrem vocare, neutiquam Pater filium, n. 7.
Eiuſdem rei ſimul & in ſolidum duplex Dominus implicat, n. 7.
Reſtituenda qua mala fide tenentur, n. 8.
Non ſemper actus meretricus ius dat in conventione; num. 8.
Interpretatio iuris penes actus meretricos, n. 8.
Qui iſti vendibiles, aut invendibiles, n. 8.
Ius favens meretricibus, concubinis non ſuffragat, n. 8.
Meretrices permiſſa in proſtibulo impunibiles, n. 8.
Attendendum his quibus emuntur actus turpes, n. 8.
Contractus cum meretrice qualiter validus, n. 8.
Actus ut illicitus non ponitur in pratio, n. 8.
Delectabilitas an pratio aſtimabilis, n. 8.
Non cadit in optionem, dare facultatem in uſum ſui corporis licitè, niſi ſub contractu maritali, n. 8.
Meretrix vendit ſuum honorem, n. 8.
An quilibet ſua fama Dominus, n. 8.
Dedecoratur famina à quolibet venereo, quod maritalis non ſit actus, n. 8.
Periclitatur mulieris vita ex actu meretrico, n. 10.
Promiſſio prodiga vim non tenet obligandi, n. 11.
Dum prodiga non eſt promiſſio, neque donatio erit; num. 9.
Prodigus in donatione furioſo comparatur, n. 9.
Furioſus caret libertate, prodigus abutitur ea, n. 9.
Poſſeſſor mala fidei reſtituere tenetur, n. 9.
Perſona inhibita invalidam donationem, n. 9.
Meretrix fraude utens, quando ad reſtitutionem tenetur, n. 9.
Si fingat ſe virginem, cum non ſit, reſtituere obligatur; num. 9.
Aliud eſt decipere alterum culpabiliter decipi, n. 9.
Quod ab una circunſtantia apparet prodigum, ab altera tale non erit, n. 9.
Ab una circunſtantia prodigum, ab altera non, n. 9.
Reſtituere meretrix tenetur pretium acceptum à pupillo repugnante curatore donationi, n. 10.

Digitized by Google

Noſtræ univerſales exceptionem admittunt, n. 10.
Digreſſi opportuna pro veneranda Deiparæ conceptione, n. 10.
Explicantur leges civiles collatæ cum bona vel mala fide recipientis, n. 10.
Poſſeſſor à jure legitimo non tenetur ad reſtitutionem, num. 11.
Cui prohibetur donatio alicujus rei, & donatio ejuſdem quæ tranſlatio dicitur, prohibita cenſetur, n. 11.
De bonis caſtrenſibus quæ à pupillis donari queunt, num. 11.
Quæ propriè bona caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia nuncupantur, n. 11.
Caſus fictus in robur doctrinæ, n. 11.
Aliquæ objectiones propoſitæ, & ſolutæ, n. 11.
Quo pacto donatio aliàs invalida, decurſu temporis valida conſtitui poteſt, n. 12.
Malitia aliquando ſuplet ætatem ad contractus civiles, num. 12.
Cum res aliena perit ex bona fide, non tenetur quis ad reſtitutionem, n. 12.
Sed hoc dum pereunte illa, ab ea quis locupletior non fit, n. 12.
Rem alienam poſſidens bona fide, mox ac malam eſſe noſcit reſtituere tenetur, n. 12.

1. QVia placidè quiſque habebit Tertuliani profunditatem ponderare, etſi alia via, non in abſimili facto, diſſimili quidem per reſultantiam, audiamus eius Simbolicam clauſulam ſuccinctiſſimam, obſcuram minimè, myſterio, & ſucco plenam, utique, qua Præsbiter Cartaginenſis, libro de habitu muliebri capite 9. de quadam uxoranda profert. *Saltus & inſulas tenera cervix fert* ab ambagibus recedo, & conformis ad abuſionem ſymbolumque, quo utitur, hiſtorialem narrabo eventum quem prædictus Tertulianus ſub cortice demonſtrat tam profundo ſtylo; fertur divitem valde hominem ſenem in matrimonium ſibi copulari juvenculam ardenter anhelaſſe nec conſanguineos mulieris annuiſſe connubio, tum ex diſpari ætate, tum ab aliiſquæ cognatis videbantur improportionata, ut puella ei maritaretur, inſtabat annoſus in connubium, qui gemmam habebat ſignum dominationis, & pignus ad aliquas inſulas & montes circumcirca eis frugiles utileſque valde, ſed cum onere quod illius cujus ditioni eſſet talis gemma, ſeu Margarita, dominationem teneret in ſaltus, inſulaſque; moleſtante equidem pro maritatione viro ſene, quaſi conditionem impoſſibilem apponentes conſanguinei mulieris, adhæſerunt dum uxorendæ transferret dominium pro toto prædictæ Margaritæ, ſeu gemmæ; obſceno amore cæcus tranſtulit ſtatim ſponte, ſcripturâ authenticâ; & nuptiarum die, tanquam Domina proprietaria ſaltus & inſularum matrimonio danda, è collo pendentem à quadam aurea catena ſubtili, per ornatum præcipuum connubii deduxit gemmam ſeu Margaritam; huic alludit illa phraſe, tot tropos ſeu rethoricas figuras continente; & in contextura ad præcedentem clauſulam prævenit. *Breviſſimis loculis patrimonium grande profertur; uno lino deties ſextertium inſeritur; ſaltus & inſulas tenera cervix fert.* Tantopere monilia prætioſa in ſuperfluitatem aſſolent à muliebri cupidine; quaſi deſperante auſu poſſibili tamen aggredi, in inquiſitum non diſplicebit præmittere quod aliquoties confeſſarii in ancipiti dubio tenent, neque ſemper aut reſtitutionem iudicant; vel ab ea liberum putant in meretricibus, ſive ſecretis, ſive publicis, nam quod forum conſcientiæ peccatum turpe præciſo ſcandalo non aliter iudicatur in unis, ac in alteris: excitat etenim Diana p. 11. tract. 2. reſol. 65. *An Meretrix ſemper teneatur reſtituere accipiendo aliquid à filiis familias qui alienare non poſſunt*; duo ad caſum conſultum ſupponenda neceſſario, puerum illum 13. annorum, dum monile, in fideicommiſſo habitum à Matre hæc donavit, filium familias fuiſſe; hic in iure intelligitur quiſquis ſub patria manet poteſtate, nec in ſui iuris eſt; de quo Azor tom. 2. Suar. inſtit. moral. lib. 2. cap. 19. ubì poſtquam §. ſecundo quæritur ſcribit. *Litem in poteſtate ff. de his quæ ſui vel alieni iuris ſunt ſubnectit in poteſtate noſtra ſunt liberi noſtri quos ex iuſtis nuptiis procreamus, & in l. nam, ſequente Patres familias ſunt qui ſuæ poteſtatis ſunt, ſive puberes ſive impuberes*: ſubiungit *filii familias qui ſunt in aliena poteſtate; nam qui ex me & uxore mea naſcuntur in poteſtate mea ſunt: item qui ex filio meo, & uxore eius, id eſt nepos meus & Neptis æquè in mea ſunt poteſtate, & pronepos, & proneptis, & deinceps cæteri; ſic ibi idem habetur in inſtituta §. in poteſtate*: à quo ratio dubitandi capitur per alterum quod ſupponitur, nempe Matres quia fæminæ carere patria poteſtate iure ſtabilita, inſtituta §. ius & pactum, cod. de rei vindic; ergo nepos aut neptis ex filia non venit in patriam poteſtatem; Avorum qui ſunt à genitrice, qua mater procreatrix ea caruit, ideo mortuo genitore ſupervivens vidua genitrix, in filios qui remanſerunt ab ipſa & defuncto genitos ex legitimis nuptiis, non pollet patria poteſtate, obſervante eodem Azorio §. quarto quæritur; *Quia jura civilia & leges tantummodo eam poteſtatem Patri tribuerunt, inſtituta de adop. §. fœmina; & de heredum qualitate & differentia §. cæterùm quo fit ut Pater vita tamen quamvis mater ſit ſuperſtes, filius ſit ſui iuris effectus*, Puer enim ille 13. annorum quando monile accepit ſub patria erat poteſtate, non autem in ea quæ Matris fingitur, ut quod præbuit ſi à fideicommiſſo immune eſſet aliàs donare non potuiſſet.

2. Ad limen excitatæ difficultatis à Diana quædam introducit aliqualiter conturbantia, præmittendo ita. *Cum filij familias in Curia, in Academiis aliiſque locis non exiguos ſumptus cum terminis impudicis adhuc occultis faciant, quas ad reſtitutionem obligant, viri docti, & timorati in omnibus caſibus: cenſeo igitur tunc eas teneri ad reſtitutionem, cum immodici ſumptus fiunt à filiis familias.* Media via procedit; ergo ſi modici fuerint ſumptus reſtituere eos non tenebitur; concedet ex differentia Prælati regularis, (qui ſuis beneplacitum præſtat illicitè vel modicos quamtumvis ſumptus) & Patrum familias, curatorumque indulgentium ſeu tacitè, aut expreſſè licitè, conſentientium in donatione iam præſtita & acquiſita à meretrice additque *ſi ſemel* (id eſt filij familias) *peccent judicantur ſpontanei circa eos moderatos ſumptus cum fæminis, & ſciat hoc ipſo quod eis turpiter agatur aliquid fore in ſumendum, circa quod abſolutè non ſunt inviti; & diſcrimen verſatur inter eos, & Prælatū Religionum; nam illi ſunt veri Domini ſuarum facultatum, & poſſunt permittere quod à filiis etiam turpiter operantibus tranferatur dominium aliquorum munerum; & quod valida ſit donatio à filiis facta, & conventio cum fæminis, quod nequeunt præſtare Prælati, quia munus gerunt diſpenſatorum, dum taxat, non dominorum. Cæterum curatores in ordine ad facultates Minorum ſuccedunt loco parentum quoad hoc; quare eis permittere valent quod poſſunt parentes.* Tot includit ſine examine ut non difficulter impugnari quirent ſi opus eſſet, ad meam deciſionem, duo lubentiſſimè fateor, cum certiſſima, & per ſe nota à juris principis ſint, unum, videlicet diſcrimen inter Patrem penes filios, qui ſunt ſub poteſtate patria, & Prælatum quoad Religioſos ſibi ſubditos, nec iſti nec illi ſui juris ſunt; Religioſi à

voto obedientiæ ſeu paupertatis inhabiles, voluntariè ex profeſſione emiſſa ſpontanea; filii vero familias à repugnantia iuris gentium cui ſubduntur ex contracto peccato originali, non altera patria poteſtas eſſet durante ſtatu innocentiæ, eminentioris quidem ordinis, & ab altera ſerie (qualem Deipara penes Chriſtum habuit, & à qua fœminæ non excludebantur in eo feliciſſimo ſtatu, de qua difficultate fuſum ſermonem inſtituo tom. 2. certam. diſp. 1. ſect. 13. per tres ſubjectiones) de iſta, hic non eſt ſermo; igitur & aliud Dianæ certiſſimum in differentia ſuperioris regularis ad Patrem familias, ſed non ad curatorem; Pater ergo quia verus Dominus eſt ſuarum facultatum, has poteſt diſtribuere prout libuerit: ſic licentiare ſuos filios familias; neutiquam Regularis Prælati nec curatores qui meri quidem adminiſtratores ſeu diſtributores ſunt; unum abſtruſum eſt, videlicet quod ita ſine argumento introducit de modicis, aut immodicis ſumptibus; ſi quidem Pater familias tam Dominus eſt quorumcumque modicè conſumptorum quam immodicè; ſed eatenus in ſumptibus modicis non onerat ad reſtitutionem quia Dominus eſt in modicis; ergo ſi non impariter in immodicis Dominus eſt, nec in iſtis reſtitutio urgebit; alterum etiam in paritate diſplicet, nempe pariformare Patrem familias, & curatorem; fateor à jure hanc illius loco ſubſtitui, ſeu vices agere penes filium familias; ſed nullus eſt qui dicat curatorem Dominum pecuniarum, ſeu pupilli facultatum ex formali curatoris ratione, niſi merum adminiſtratorem, ſi alias à pecuniarum Domino ita non conſtituitur, & curator & Dominus dum pupilli ætas durat; ergo licet ſub hac exceptione currat Dianæ doctrina, abſolutè parificabitur curator penes pupillum cum ſuperiore regulari quoad ſubditos, igitur dum iſti non conceditur licitum beneplacitum etiam in ſumptus modicos, nec illi concedendum erit, pariterque Philoſophandum de utroque quin nunc nos ingeramus aſſignando quo diſcrimine de facultatibus uti debent, aut poſſint religioſi ſubditi, & filij familias ſub patria conſtituti poteſtate.

3. Quod autem exprimit in illis verbis, loquens de genitore, cuius filius familias ſumptus facit cum Meretrice; ſolum in uno caſu invenio licere: propoſuit: *Poſſe emittere quod à filiis etiam turpiter operantibus transferatur dominium aliquorum nummorum, & quod valida ſit donatio, & conventio cum fœminis.* Permittere, profert; ſemper ne? affirmare non audeo; niſi quando præſumitur à genitoribus medium hoc minus malum in vitandum majus, v. g. prævidet probabiliter Pater, ex fragili filiorum familias indole, quam comperit, ad venerem, aut cadendos in pollutionem, ſive alterum enormius luxuriæ flagitium; ex ſententia illa probabiliſſima in qua ſe dilatant, Ludovicus de Torres tom. 1. in tom 2. diſp. 25. dub. 6. Gaſpard Hurtado volum. de fide, ſpe, & charit. diſp. 10. dif. 3. Petrus Hurtado diſp. 33. de charit. ſect. 10. Baſilius Legionenſis lib. 5. de matrim. cap. 18. n. 23. Trullench tom. 2. lib. 7. in decalog. cap. 13. dub. 2. §. à num. 6. Caramuel tom. 4. in Theolog. moral. præterintent. præcep. 8. caſu 1. à num. 3216. ubi vocat hanc quæſtionem celebrem noſtra ætate; & clarius omnibus Vaſquez in opuſculis, in illo quod titulat, de ſcandalo art. 1. dub. 1. Thomas Sanchez tom. 2. de matrim. lib. 7. diſp. 11. à num. 14. uſque ad 24. opinio eſt plauſibilis: licere conſulere minus malum in vitandum majus, hic aptandum quæ ſtabiliuntur, conſ. 17. n. 12. tract. 14. tunc ſic majorem obligationem imponit ne malum operetur, dum oritur à conſilio quam à pura permiſſione; nam cum hæc conſiſtat in pura omiſſione ſalvari poteſt, quin effectus ſequutus, ſeu reſultans ab illa ſit voluntarius omittenti; at quia conſilium petit actum poſitivum formaliter expreſſum, neutiquam ſalvatur quin imputetur quod ſequitur; ſeu reſultat conſilianti; ſed licitum eſt conſilium dare de minori malo exequendo intuitu vitandi majus (quod expreſſit etiam Diana 4. parte tract. 7. reſol. 9. & alibi ſæpe) ergo pro hac parte, ſive ſumptus ſint modici, ſive immodici licebit genitori, abſque actu permiſſivo, ex conſilio filiis familias indulgere illos ſumptus quos comperit ſeu prævenit eis illicitos cum meretricibus conſumptos; perutilis illa regula quam tangit Caramuel illico citandus ex Vlpiano lib. 30 ad edictum tituli de mandatis. *Conſilii non fraudulenti, nulla obligatio eſt*, in quem textum, tom. 1. in Theolog. fundament. ſub titulum *regulæ civiles* §. 57. num. 1177. *Conſulunt homines mala, & malè; mala, cum ſincerè & ex prudentia; malè cum fraudulenter & doloſè; conſului te in materia graviſſima, dixiſti quod ſentiebas, & ut bene ſentires adhibuiſti debitam diligentiam, & tamen res malè ſucceſſit: an contra te acturus ſum? minime, ſed habiturus gratiam potius, quia voluiſti favere, tametſi nocueris; ſi vero malitioſè, fraudulenter, & inſidioſè proceſſiſſes tunc meritò conqueri poſſem.* Subtilis præciſio; aliud enim eſt malum conſulere; alterum male; illud contingit quotieſcumque omni fraude aut doloſitate ſemota charitatino animo, ſincerâ prudentiâ, adhibitâ cordatâ diligentiâ, in conſilium accedit quis bona fide, quod eſt expeditius; male conſulere contingit quoties inſidioſa intentione, & fraudulenti cautela in conſilium eſt; v. g. ſcio Bernardum efficaciter determinatum in occidendum Benedictum, ſinceritate charitativa, perſuadeo ut tantummodo vulneret non læthali ictu in vitandam mortem, majus, & urgentius malum vitare curo Benedicto. At contigit quod Petrus Bernardo inſidioſè ut non occidat Benedictũ niſi vulneret eo perſuadet fine, quo ſentiens ſe vulneratum Benedictum, hic Bernardum occidat; contigit & occiditur minus malum conſului non malè favere volens, etſi nocuerit non pecco; Petrus malè conſuluit, & peccavit; ergo Pater familias non ſolum permiſſione, verum conſilio non peccabit ſi ſincero animo ſe gerat in vitandam luxurioſam atrotiorem cupidinem filio familias, ſumptus modicos aut immodicos ſolvens conſumptos cum meretricibus, fide bona & intentione vitandi majus malum, excluſa omni doloſitate, & impotens, peſſimè moratum filium retrahere, & corrigere, ut non in aliquod turpius incidat malum.

4. Nec obſtat quod inter decidendum hunc caſum inveni propoſitum à Ludovico de conceptione in ſuo examine veritatis moralis tract. 1. caſu 27. indagandum introducente. *Franciſcus v. g. erat proximè determinatus occidere Petrum; Antonius autem qui forte adherat, conſuluit, ut tantummodo percuteret Petrum, aut ei brachium abſcinderet, cui conſilio acquievit Franciſcus, ea tamen conditione, ut Antonius eum ad abſcindendum brachium adjuvaret; ſicque factum eſt; quæritur modo primo, an Antonius potuerit licitè ad abſciſionem brachii concurrere? ſecundò an dato quod non, an teneatur aliquid reſtituere?* videnda in eo amborum reſolutio; quoad punctum meum facit illud tantummodo quod num. 8. contra ſe proponit paritate ſequenti: *Æqualis prohibitionis ſunt præcepta non fornicandi, & homicidium non perpetrandi, atqui nullo poterit honeſtari concurſus proximus ad minus etiam malum in rebus venereis adhuc ob defenſionem aut per publicam juſtitiam, aliamve cauſam, (& non loquor de permiſſivo concurſu, vel quando quis merè paſſivè ſe habet de quo dixi tract. de matrim. caſu 24.) de facto autem honeſtatur concurſus ad abſcindendum brachium ob vitæ conſervationem, vel ob ſupplitium delicti per publicam juſtitiam, quæ etiam*

Digitized by Google

licitè præcipit delinquentibus vitam auferre ; ergo ne mors per injuſtum agreſſorem inſligatur , licitum erit cum eo ad abſciſſionem brachii concurrere. Non curo de conſtructione in rigore ſyllogiſtico ; & contra me efformo argumentum à paritate inducta : etſi liceat conſulere minus malum ad vitandum majus, nuſquam illi cooperari licitum eſt niſi quando deſinit abſolutè malum fore, & diſpenſatione, vel altera radice tranſit in bonum, actioque ejus cooperativa laudabilis eſt aut meritoria ; & liquet in homicidio à ſententia juſta judicii,ſeu in propriam vitam tuendam,quando interficitur invaſor exiſtens in occiſore eſt moderamen inculpatæ tutelæ ; ſed à nulla radice ; ulla actio venerea, quæcumque ſit, extra matrimonium honeſtari, & conſtitui quit laudabilis ſeu meritoria (imo poſt damnatam illam propoſitionem ab Innocetio xI. quæ in ſerie eſt 9. *Opus conjugii ob ſolam voluptatem exercitum omni penitus caret culpa, ac defectu veniali*, nec inter conjuges licet cooperari operibus conjugii expectati à ſola voluptate) ergo nulli actioni venereæ, quamquam minus malum experiatur, licitè cooperabitur quis : ſed Pater familias ſolvendo ſumptus modicos , aut immodicos à filio familias meretrici impenſos , cooperatur actioni venereæ ergo nec modicos, aut immodicos licebit ſolvere. Audiamus diſcalciatum Ludovicum , qualiter occurrit, num. 9. *Duplici capite eſſe injuſtum cum inhoneſta ad inhoneſta concurrere , tum quia Innocens ex ſe nullum habet Dominium ſeu poteſtatem ad diſpenſandum in ſimilibus; tum etiam quia nulla reperitur , vel cognoſcitur à Deo collata poteſtas publica adhuc juſtitia ad ſimilia honeſtanda ; ſi Sacramentum auferas aliamue ipſius Dei diſpenſationem , ut patet in caſu veri homicidii ſolum reperitur poteſtas , & non per modum Dominii, ſed per modum inſtrumenti Dei ab ipſo Deo Reipublicæ , publicæve juſtitiæ præſtita*:à quo arguo,non licet cõſulere abſciſionem brachii ut minus malum homicidio, cooperãdo abſciſioni;ergo ſi cooperatio diſpenſetur,& fiat authoritate publica, vel per modũ inſtrumẽti Dei licebit:Fatebor nuſquã licitum conſulere,v.g. fornicationẽ ſimplicẽ ad vitandũ adulterium cooperante conſulente in ponendo v.g.illum cui conſulit in occaſionem proximam incidendi in talem fornicationem ſimplicem ; ſi tamen ab hoc liber evadit , cui non licebit ? quandoquidem conſilium non tollit , quod prætererintentionale ſit conſulenti peccatum ſubſequutum ; cooperatione autem non præter, ſaltem indirectè eſt ſibi malitia ſubſequuta imputabilis ; Pater autem familias dupliciter poteſt ſumptus filii familias ſolvere , vel cooperationi inſtando , ſic illicebit; vel merè paſſuè ſe habendo ex præciſa permiſſione , ne filius ſuus in atrotius incidat malum ; ſic quare non licebit ? cum ſe gerat per modum inſtrumenti Dei ab ipſo Deo ex patria poteſtate conſtituto in regimen ejus quem genuit ; quare in forma nego ſuppoſitum minoris , ſolutio patebit n. 8. amplius.

5. Rem atentius conſidera , & precipe quid Trullench citatus, eo §. 1. num. 7. advertit in paritatem de conſulente latronẽ paratum ad auferendum à Petro v. g. mille ducata , proponit quis non adimat niſi triginta ; *ſicut non peccat qui omnino parato ad fornicandum conſulit , ne fornicetur cum conſanguineis, vel uxoratis , ſed tantum committat ſimplicem fornicationem.* Et Sanchez tom. 2. de matrim. lib. 7. diſp. 11. num. 15. *Si quis certus adulterium perpetrare , nec alio modo retrahi poſſit , poteſt illi ſuadere , ut potius ſimplicem fornicationem admittat* : uterque auctor ſolum utitur verbo *conſulere* , aut *ſuadere* ; nullus concurrere , aut cooperari , quia in iſto non ſalvatur prærintentionalitas velut in illo ; optimè Caramuel num. 3. c. 22. tom. citato num. 4. à me *Qui ſuadet minus malum inducit proximum in peccatum ; ſi illud minus malum ſit pars majoris , nego , ſi non ſit , concedo* : Pars ſemper toti nectitur ; qua propter conſilium minoris mali quod eſt pars majoris numquam ſalvatur ſine cooperatione ideoque juge illicitum , v. g. ſi conſulendo fornicationem ſimplicẽ pono in proxima occaſione eam exequendi , pars minoris mali eſt majori converſa , catenuſque ſemper culpabilis quia intentionalis à proxima occaſione data , cujus fundamentum aſſignat. *Ratio eſt ſuadens partem minoris mali non ſuadet partem, ſed diſſuadet compartem, id eſt non ſuadet exequi minus malum , ſed diſſuadet non compleri totaliter.* A non exenterata hac præciſione , ambiguitas aliqualis urgeret , eam explicaverat Benedictinus Antiſtes n. 318. fundans ſequentem concluſionem , quam obſecro iteres legere , ſiquidem eſt de illis quæ plus ſignificant , ac verba ſonant. *Parato committere gravius peccatum in individuo licet ſuadere minus peccatum in individuo , non vero aliud.* Non abſtruſa, ſubtilis eſt clauſula , eam enodabo in plauſibili ſummiſtarum placito, advertens , quod ſive circunſtantiæ tantum aggravent malitiam ; ſive mutent ſpeciem dicuntur partes peccati in individuo decreti efficaciter à voluntate. Committendi illud v. g. tam pars eſt adulterium actus fornicationis decretæ cum Maria uxorata , quam numerus denariorum in furto decreto bonorum quæ latro decernit ſubripere à Maria vxorata ; licet uxoratio faciat circunſtantiam in fornicatione mutare ſpeciem ; in furto autem tantummodo aggravare;inde etſi opinio probabilis ſit non teneri pænitentem ad declarandas in confeſſione Sacramentali circunſtantias notabiliter aggravantes , & aſtringi tantũmodo explicare eas quæ ſpeciem mutant, ut dato Scoti mentem non fore quam interpretor conſult. 33. n. 5. nil obſtet raciocinatum : Vno enim fœdere omnes quos vidi conveniunt , quod penes peccatum , ut eſt totum integratum ex circunſtantiis ; quoquo modo atendantur , illius ſunt partes ; igitur uxoratio ponens circunſtantiam adulterii pars eſt fornicationis ſpecialis , non inæquè ac numerus denariorum à furto ablatorum ; propter ambatum inſeparabilitatem; & inadequatam conſtructionem quamtenent in actu ut completo , & formaliter conſummato , ſive capiatur ex linea Phiſica , ſive in ſerie morali ; intercedente iſta differentia , quod circunſtantiæ mutantes ſpeciem novam malitiam formalem incutiunt toti ; aggravantes vero non novam , ſed præteritam accreſcunt relinquentes actum in eadem ſpetie moris , non vero extrahentes ad alteram , qualiter illæ unde ſolũ mutantes ſpeciem aſtringunt declarari in confeſſione Sacramentali , ut validum conſtituatur Sacramentum in individuo (juxta plurimos) materia quidem non voluntaria (ſicut aggravantes) neceſſaria ſimpliciter ut abſolutio ſit valida & formata.

6. De parte ad totum diſcurramus legitimam illationem ; conſectaria hæc evadet conſequentia ab hoc antecedente ; Licitum & laudabile eſt procurare quod non perpetretur totus actus malus conjunctim ; ergo licitum , & laudabile erit perſuadere , quod non perpetretur quælibet pars mali , quæ alias perpetranda erat in toto in quo includitur ; ea exceptione à Diana inducta 3.parte tract. 5.reſol.27. in terminis dubitans, *An licitum ſit ſuadere minus malum ad vitandum majus* ; §. ſed hæc omnia , addit ; *Limitanda ſunt: ut tua ſuaſione nullum damnum , ſeu corporale ſeu ſpirituale tertiæ perſonæ inferatur ; ut v. g. volenti adulterium committere ſuadere non licet ut cum tertia perſona fornicetur* : hoc eſt non licet adducere tertiam perſonam in individuo , & ponere in proxima occaſione; nec licet conſulere , video te determinatum ad fornicationem cum Maria uxorata , eam non exequas niſi cum Antonia ſoluta vidua ; quia conſilio præjudicatur tertia perſona , & aperitur occaſio proxima inci-

Digitized by Google

dendi in peccatū an idē eſt quod præmiſerat Caramuel proferendo conſilium non fore ſuadere partem, niſi ſuadere compartem: à quo patet differentia in perſuaſionem & conſiliū ex una parte ac cum inducitur cooperatione ex alia; iſtam vitans ſolūmodo permiſſionem meam ponit inculpabilem, & præterintentionalem ad effectum ſubſequutum; nam quod permittitur, reducitur in vitandam partem, & diſſuadendam compartem, ideo nuſquam ad damnumtertiæ perſonæ reſultare quit, cum non excedat; ſicque intentio meri permiſſivi conſilii ſeu ſuaſionis. Quæ doctrina ulteriùs roboratur: nullatenus uſquam licebat conſulenti minus ad vitandum majus, auxilium, concurſum, ſeu cooperationem præbere in exequendum minus malum, cui annuit inferendum ille qui atrotius intendebat inferre, ſicque ad caſum Trinitarii diſcalciati, quem de Franciſco, & Antonio propoſuerat num. 6. tranſcriptum, dico, nullatenus licitum Antonio fuiſſe, ſuum auxilium, concurſum, & cooperationem præbere Franciſco determinato ad occidendum Petrum, in amputando ab ipſo manum, vel brachium, quia tunc non diſſuadebat compartem, imo ſuadebat partem majoris mali; & liquet quomodo licitè, ſive à genitore habente patriam poteſtatem in illum juvenem cui monile genitrix dedit, dum de bonis ſuis eſſet, ſive à matre, patria poteſtate carente, potuit transferri Dominium illius prætioſiſſimi monilis in mulierem cui adoleſcentulus dedit (pretium quidem luxuriæ obtentæ) cum nec directè nec indirectè in debitum filii familias ullus eorum cooperatus fuiſſet, nec à permiſſione iſte poſitus in proxima occaſione peccati, aut præjuditium tertii reſultans; ſed majus malum vitandum ex bona fide ne muliercula infamaretur, aut defunctus dedecoraretur de turpi congreſſu; quo caſu bona fides, quam antea tenuit fæmina luxurioſa in poſſeſſionē monilis putans de eo diſponere potuiſſe datorem tranſibat in verum & legitimum talis monilis dominium, & quantumcumque valoris hoc fuerit, etiam arguendo ſumptum inmodicum præſtitum, licebat illis, facultativaque optio arguebatur, cum actus peccaminoſus ipſis voluntarius, nec directè aut indirecte poſſit attribui, niſi merè permiſſivus ad ſummum; id conjectabatur aut à ſilentio genitorum, vel dum non plaudebant mulierculæ medium unde tanti valoris monile conſequuta fuit quin Taciturnitas parentum adoleſcentuli qui in venerem venit, arguatur conſenſus, nec interpretativus genitorum in actus præteritos peccaminoſos, dum enim admittendus eſt conſenſus, dirigi debet in vitandum præjuditium opinionis, ſeu famæ fæminæ, & defuncti filii qualiter autem ex axiomate; qui tacet conſentire videtur, intentum conjectandum à fundandis conſ. 47. à n. 5. patebit.

7. Pro me inſtat illud Lucæ 15. à v. 18. de duobus filiis, quibus Pater diviſit patrimonium, eorum unus longinquè digreſſus (qui junior erat) illud conſumpſit luxuriæ ſe dando; & ſupponere videtur S. Chriſoſt. hunc (qui junior appellatur, & turpiter ſeſe mulieribus commiſit) moxque patebit à littera Syriaca, ſub patriam fuiſſe poteſtatem, nec nondum ſui juris, etiam quando revertitur pænitens, & ad paternos pedes contritione ſeſe devolvens, veniam de flagitiis orando; etenim valde plauſibiliter ſcripſerit S. Antiſtes Conſtantinopolitanus tom. 4. homil. 10. epiſt. ad Romanos, titulo, in ea Morale; *Ac qui pro perdita impenſa, pro tam longa peregrinatione à filio pænas repoſcere debebat, uſque adeo nihil horum fecit, ut & illud tanquam vita proba, tanquam fama eſſet incolumis conſpexit, ac nec verbo quidem exprobraverit, atque adeo nec leviter res illi præteritas in memoriam redigere ſuſtinuerit, & illum complexus, atque exoſculatus vitulum ſacrificaverit; Stolam induerit, multo ornatu compoſuerit.* Si enim ſub patria non foret poteſtate, & ſubſtantiæ ſeu patrimonii diviſione filius, illam, & iſtud ſuum faceret, quo jure extorquere valebat genitor notitiam, ſeu rationem de bonis deperditis, objurgare, tranſeat de amiſſis divitiis; rationem extorquere, ut quid ſi jam dominium de illis tranſtulerat; igitur manente in ſe ex patria poteſtate dominio, in indulgentiam propenſus, & ut majora vitaret mala filio condonavit ſubſtantiam deperditam, patrimoniaque conſumpta cum meretricibus; nec Patri latere quibat juvenis luxuriantis præcipitium quando non latuit majori fratri; qui quærulus de genitore, & invidus de plauſu, quo celebrabatur reditus ejus clamat, eo cap. 15. Lucæ v. 29. *Ecce tot annis ſervio tibi, & numquam mandatum tuum præterivi, & nunquam dediſti mihi hædum; ut cum amicis meis epularer; ſed poſtquam filius tuus hic, qui devoravit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus venit, occidiſti illi vitulum ſaginatum.* Filius tuus, dicit, nec frater meus, profert, iracundiam inſinuans, & dedignationem communis ſanguinis cum eo tenere, fortaſſis non dum comperiens doloroſam pænitentiam in recuperandam famam, ſi à contritione, & raro exemplo non cautelatur, ſecuraque ſit reincidentiam nuſquam eventuram; Sirus legit. *Huic autem filio tuo cum prefuderit poſſeſſionem tuam cum meretricibus.* Vulgata editio deſignat, *ſuam;* Syriaca, *tuam* non ergo antilogia in verſionibus, neque inverificabile juris maximâ; *implicat ejuſdem rei duplicem Dominum inſimul & inſolidum conſtitui;* utique conveniuntur, filii ſubſtantiam ſuam, quoad uſum; Patris vero, *tuam*, penes Dominum vel poſſeſſionem, abſque uſu ex patria poteſtate; ſic litteræ concordantur; ſicut ergo majori filio nota fuit conſumptio Patrimonii cum meretricibus, Patri ignota eſſe non quibat; & tamen Pater à meretricibus tam immodicos ſumptus non extorſit; ſignum igitur ſit à parentibus poſſe condonari, quod filii, qui non ſunt ſui juris, & adhuc ſub patria verſantur poteſtate dum in luxuria deperdunt ſibi depoſita aut commiſſa non recuperare congruentia quidem non improbabiliter deducta à parabolæ cortice inducta.

8. Licet ergo de conſenſu & beneplacito illius ſub cujus dominium erat prætioſum monile, ſive Patris, ſive matris, tutâ conſcientiâ poſſet à meretrice retineri, at dum conſtabat ei illicitè ſibi datum, neque ſub donantis ditionem uſquam fuiſſe, Dominumque legitimum talis monilis reſiſtere, & ſibi reſtitui decernere, ad integrum tenebatur mulier ob malam fidem in reſtitutionem; hæc deciſio ſit conſultationis, ad quam fundandam præmitto juriſtas, theologos convenire in hoc, non omnes fæminas ſuum facere ex actu meretricio prætium ſolutum propter turpitudinem; nam licet l. 4. ff. de conditione ob turpem cauſam, concedatur meretrici actio retinendi prætium ex vendito corpore, & licita ſeu legitima repetendi diligentia contra fornicarium pro pretio non ſoluto, advertit Philipus Faber 4. diſp. 50. cap. 4. num. 116. loqui de actis meretricis vendibilibus, & localibus inducentibus formalitatem delectabilium; non autem abſolutè; nihilominus juriſconſulti, Bartolus in l. ut puta. ff. de conductione ob turpem cauſem, Panormitanus Abbas in cap. quia plerique de immunitate Eccleſiarum, Jùriſperitus Paulus in l. generaliter de Verb. obligation. & alii tenent, delectabilitatem in actu turpi invendibilem; prædictamque legem 4. & alia jura ſuffragare tantummodo & favere meretricibus publicis, quæ in proſtibulo non puniuntur ex turpi delicto patrato (quia permittuntur) non autem illas quæ proſtibulo non conducuntur, ſupplitioque afficiuntur autoritate publica, à venere exercita: tranſeat juriſconſultos id de ſuo foro externo ſentire; Theologi autem (abundat Cardinalis de Lugo volumine

Digitized by Google

de juſt. & jure diſp. 5. ſect. 3. num. 59.) tutam reddentes omnium meretricum conſcientiam ex contractu valido, etſi illicito de actu meretrico reportantes illæ prætium; arguitur ita, ſi executo illicito opere contractus promiſſio, ſeu donatio, non teneret ubicumque, ſequeretur quod deflorans virginem ad ſuum promiſſum quod ei maritaretur non adſtringeretur & licitè poſſet non eam ducere, quando quidem maritatio videtur pretium quo emitur actus turpis; neque enim actio data retinendi, vel repetendi pro pretio reſpicit rem ut malam, ſed ſub reduplicatione in quantum vendibilis, ſeu locabilis res eſt: ideoque quin leges approbent actum malum favent vendibilitatem prout non malam, & in eo conveniunt univocè meretrices publicæ proſtibulo deditæ, & aliæ quæ tales non ſunt; unde præciſo in quo conſiſtat iſta vendibilitas ad contractum, fieri juriſtis ſatis poteſt, nam punibilitas vel non punibilitas non reſpicit contractum niſi delictum, eodemque modo aut meram permiſſionem; hinc judices punientes non publicas, in reſtitutionem eorum quæ acquiſierunt à contractu, ipſas non condemnant; bene verum eſt, quod intrat exceptio notata ab Azorio tomo 3. ſuar. inſt. moral. lib. 4. cap. 21. in quæſito 2. ℣. *Cæterum non promittitur pretium pro actu ut malus eſt, ſed pro uſu corporis quem fæmina concedit in gratiam, obſequium & humilitatem promittentis.* Difficillima clauſula, cum uſus corporis extra matrimonium impreſcindibilis ſit ab actu in quantum meretrico, conſequenterque peccaminoſo, præcipuè cum in optione fæminæ vel viri non veniat facultas licita ut alius ſuo corpore utatur non præmiſſo contractu valido maritali. Unde in præciſionem actus venerei illiciti, prout eſt hic malus, & quatenus uſum denotat, potius annuerem Philippo Fabro allegato de promiſſione, ſeu conventione facta intuitu voluptuoſæ ſenſualitatis; nec in iſto quieſco ob eandem rationem de impreſcindibilitate voluptuoſitatis à peccato. Qua propter ſicut eſt vendibile pretioque eſtimabile aliquē ſe exponere in jacturam famæ vel vitæ pro altero, idque præſcindi non repugnet ab illicito, vel licito exercitio, taleque præjuditium reſultet muliebri honori, aut periculo vitæ corporalis fæminam exponat, hoc pacto videtur emptibilis illa meretricatio, & meretricem habere actionem in pretium. Igitur cum à quolibet actu venereo, qui matrimonialis non ſit, valde dedecoretur, in jacturamque ponatur ſeu periculum mulier amittendi vitam violenter, aut ab honoratis cognatis ſive à juſtitia puniente, ab eoque cedat, ipſa ceſſio videtur precio æſtimabilis, validaque promiſſio conſtituta in ipſo promiſſorio contractu; ſubnectit illicò Azorius; & proportionali ſenſu de eo quod præmiſi proferam idipſum. *Intelligitur autem hoc dummodo non ſit promiſſio prodiga, nam tunc quia eſt mala quatenus prodiga vim obligandi non habet*: annuo, in quorum tenorem, dicerem, non obligatum illum ſenem quem retuli numero 3. ex Tertuliano conſignatam Margaritam donare intuitu nuptiarum, ſi quidem prodiga videbatur promiſſio. Neque idem eſt, quod inſeritur hic, ac recenſitum à Diana num. 4. de ſumptibus modicis, aut immodicis, à Patre familias ſolvendis pro actu venereo illicito filii familias dum pro immodico non intelligitur prodigum; nam Pater nihil promiſit, nec ab ipſo celebratur contractus; ſicut in caſu introducto hìc; à quo infero; ergo promiſſio penes donandum, & circa datum donatio, ejuſdem ſunt lineæ, & conditionis; igitur dum prodiga non eſt promiſſio, prodiga non erit donatio; ſi ergo genitrix illius filii comperuit donationem monilis factam prodigam fuiſſe, ſicut promiſſio fuit invalida, & donatio nulla ſtabit, in utroque concurrente prodigalitate, per regulam juris quam ex Pomponio, lib. 34. ad Sabinum, tangit. Caramuel tomo 1. in Theolog. fundamentali §. 40. de furioſo, & prodigo, num. 970. *Furioſi, & eis cui bonis interdictum ſit, nulla eſt voluntas.* Quam regulam ſic explicat: Furioſum componit cum prodigo, quaſi bona prodigere furor ſit; & ideo ſpontaneam voluntatem negat; *priori quia caret libertate; poſteriori quia libertate qua non caret abutitur, & illa vult carere moraliter*: perutile pronunciatum dignumque tanto calamo, obſervandum.

9. Pro qua parte quamtumvis ſui Dominii ſeu juris adoleſcens inductus in conſultatione fuiſſet, & monile pretioſum nec in fideicommiſſo traditum foret, niſi per veram translationem Dominii, videtur ad reſtitutionem obligandam meretricem, quoties ipſi conſtaret in mala fide poſſidere; ſed ne ultra id quod petitur me introducam, invento mero depoſitario, itero punctum principale, in inquiſito ab Azore eo capite 21. §. ultimo quæreſ. *An ſint aliqua perſonarum genera quæ per leges ſint prohibita dare pretium concubinis, meretricibus? Reſpondetur, eos quicumque donare non poſſunt, eſſe prohibitos dare hujuſmodi fæminis, quia vel nihil tamquam ſuum habent, vel ſaltem legibus prohibentur donare ſine licentia, quales ſunt minores, vel pupilli, ſine curatoris licentia*; Conſonèque ad iſtud Maſtrius ea diſputatione citata quæſtione 4. art. 1. num. 77. diſcurrit quæ ob uſum luxuriæ licitè poſſunt ſumere fæminæ, non quidem intuitu peccati, ſed præjudicii ut aiebamus n. 10. reſultantis; verba Scotiſtæ ſunt. *Si meretrix fraude, vel mendatiis ab adoleſcente plus extorſerit, quam juſtitia exigeret & fæminæ proſtitutæ ſuæ conditionis, & qualitatis lucrari ſolent, reſtituere tenetur, quia uſus corporis ſui majori vendicat pretio quam ſecundum juſtitiam poterat*: verte conformiter ad mea principia negantia uſum corporis vendibilem; & dic, quia præjuditium ſui honoris, & famam vendidit prætio majori, quam ſecundum juſtitiam poterat; ergo ſi fæmina illa concubina adoleſcentis pupilli tantæ erat nobilitatis, ſeu tam honeſtiſſimæ modeſtiæ aliàs ut moraliter loquendo, monile non excederet jacturæ, cui ſe expoſuit, quia vel proſapiam ducebat à nobiliori ſtirpe, vel eo quod caſtitas ipſius æquabat ſeu excedebat, revera potens juvenis donare monile, ad reſtitutionem non cogebatur; ſin vero fraude finxit, aut dolo ſe cæcutivit ad monile, ex præciſo valore ejus allecta, reſtitutioni obligabatur; ulterius Maſtrius ſimiliter. *Qui ſe Virginem finxit, vel non cognitam, niſi à viro illuſtri, vel non niſi ſemel, vere cum non ſit virgo, & fuerit à pluribus cognita, ultra peccatum mortale, ad reſtitutionem tenetur illius majoris pretii.* Salua pace, in iſtis non conſentiam niſi ſub disjunctione, ut dolus unicè ſteterit per eam, nec miſer vir, qui à luxatia cæcutit, nullam efficiat diligentiam comperiendi an mendatium profferat, ſeu verum dicat; quia in iſto eventu ſtat per eum ſe fallere, & ſui ipſius ullus eſt damnator, damnum infert ſibi ipſi, quando quidem defectus ſtat per ſui omiſſionem & non per decipientem. ulterius ac per accidens ſub alia juris regula. *Scienti & volenti nulla fit injuria*, ſcit dum incuriè procedit, vult, quia interpretativè conſentit fraudi non alio tenore quam cum quis voluntariè dans cognovit exorbitans intuitu alicujus contractus à præciſa liberalitate ſeu generoſitate procedens: quo pacto non poſſum fixum prodere juditium de fæmina illa, cum conſulentes nihil certum proponerent, utrum fraudulenter ſe geſſerit allecta monili tanti valoris, vel ſic actus turpes repetens, quod quamquam pro uno appareret prodiga donatio, intuitu multorum diviſim ſumptorum, conjectabatur æqua, & non exceſſiva; quare iſto præciſo, cum in ſuo robo-

Digitized by Google

re maneat monile nuſquam ſub dantis dominio fuiſſe ſemperque merè depoſitarium aut fideicommiſſarium ejus, cenſendus per iſta genuinior diſcurſus depromendus, quia genitrix beneplacitum non præſtitit uſquam, nec formale, nec interpretativum in illud alienandum, nec ad alterum transferendum, commiſſumque ſeu depoſitum conformiter ad id quod à filio familias matri expoſitum apparuit, & eatenus cum periculo amittendi nō licebat adhuc per empreſtitum commodare, nec in ſe ſubemendum, ſi egeret, præcipuè quia conſulentes monebant omnia iſta præventa à matre quando illud depoſuit.

10. Inſtat adhuc maſtrii de Meldula pronunciatum ſubſequens: *Item tenentur meretrices, omne pretium reſtituere quod acceperunt à pupillis, & minoribus qui ſine licentia ſuorum tutorum, & curatorum alienare non poſſunt: unde quæ ſine eorum licentia à minoribus acceperunt eorum curatoribus reſtitui debent.* Obſecro præmas dictionem univerſalem. *Omne pretium*, initio clauſularum maſtrii, quæ univerſalitas nihil excludere videtur in reſtitutione cedente ad præjuditium tertii; l. hoc articulo ff. de hæredibus inſtituendis: l. teſtatorum in principio ff. de legatis 3. furdus deciſ. 265. num. 30. & alibi ſæpe, Giurba deciſ. 84. num. 16. Tuſchus tom. 2. practic. concluſ. lit. D. concluſ. 397. num. 1. bene uerum eſt in aliis rebus, unam, vel alteram limitationem admittere, quando adjecta exceptione aliquod abſurdum ſequeretur, de quo Detius in l. omnia ff. ſi certum petat. Nec arguamur à jure civili pro univerſali, ſive in culpa originali, ſive in debito contrahendi eam, ut minima rimula inſtet contra redemptionem præſervativam impenſam ſanguine Chriſti prætioſiſſimo Deiparæ; immunis, & libera, & à noxa Protoplaſti, & à debito incurrendi in eam, ut ſemper quod Franciſcani tenemur calamo, voce, & vitæ jactura tueri ex profeſſionis juramento, Virginem Mariam nec in Adamo peccaſſe; ergo univerſalis etſi exceptionem admittat in regula generali per inconvenientia quę ſubſequuntur, dum non negatur Dei genitricem maculatam labe, aut debito, ut alibi fuſius fundavi in quatuor voluminibus certaminis; tamen quoad reſtitutionem, exceptionem nullam ſecum compatiet; ergo ſi adoleſcens pupillus erat, & minor, nec licentiam à ſuâ matre obtinuit adhuc interpretativam in monile alienandum, nulla & invalida cenſenda donatio; ergo quia etiam poſſeſſor bonæ fidei cum conſtat ſibi datum nulliter & invalidè, tenetur ad reſtitutionem, quandocumque notorium mulieri impenſum invalidè & nulliter ab adoleſcente prætioſum monile, legitimo Domino donationi reſiſtente, compenſare ipſi adſtringebatur; ſed quando jus eſt ad petendam reſtitutionem, tutâ conſcientiâ poſtulatur compenſatio ergo in matre pupilli donatoris non alienato jure penes monile, licitè exigere voluit ſibi reſtitui à meretrice etſi non quidem publica in proſtibulo verum occulta conſentiens in ſui honoris jacturam. Dicis: quamvis civiles leges pacta turpia & contractus turpes reſcindant tollendo obligationem civilem ob quam à judicis ſententia promittens non condemnatur ad ſervandum aliquod pactum, at non reddunt irritam Dominii acquiſitionem, nec inhabilitant perſonam in acquirendum dominium rei tranſlatæ, de quo Vazquez in opuſculis, opuſculo de reſtitut. cap. 7. dub. 2. Leſſius lib. 2. de juſti. & jure cap. 10. dub. 5. & Mſtrius in Theolog. moral. diſp. 9. quæſt. 4. art. 1. num. 73. ſub hanc concluſionem. *Acquiſita ob turpem cauſam reſtituenda eſſe non ſolum ante factum, ſed etiam ſequuto facto, quando lex efficit acquirentem dominio incapacem, & inhabilem.* Accipiens debet conſtitui incapax, & inhabilis Dominii à lege ut teneatur ad reſtitutionem; ſed mulier monile accipiens non reddebatur à lege Dominii incapax, & inhabilis; ergo monile reſtituere non aſtringebatur; alias fortaſſis infamanda erat, ergo dictio univerſalis *omnis* limitationem tenebat, nec reſtituere cogebatur. Reſponde: leges iuhibentes pupillis donationes inhabiles reddere Dominii perſonas quæ ab illis eas accipiant, nec retinere poſſunt ex jure, deficiente bona fide: ad alterum nego ſuppoſitum; ſi famam mulier ſervavit accipiendo monile; cur ſecretò monita in jacturam ipſam ponebat, notum & compertum ſibi faciens malam fidem in qua ipſum poſſidebat, præcipuè pupilli mater parata in ſolvendum, ut aiebat prætium, ſi à ſuo filio familias cognoſceret, venditione alienatum monile, aut depoſitum cum onere pecunias, quibus eguit, ſolvendi.

11. Replicabis aſſerendo juvenem illum univerſalem hæredem bonorum fuiſſe omnium bonorum ſuorum parentum, & jure ſuo futuro ceſſiſſe transferendo iſtud penes illud individuale monile in eam fœminam, quam ſollicitavit, & turpiter tractavit; ſed poſſeſſio à jure legitimo translata non inſtat ad reſtitutionem; ergo ad hanc nequibat fœmina illa aſtringi: in juriſperitorum controverſiam ingredimur; utrum prohibitum ſit à jure pupillis alienare ſua jura, cedereque de illis per tranſlationem; plures recognovi juriſconſultos in puncto, conformes juveni in hac maxima *cui prohibetur alienatio, & jurium ceſſio prohibetur per illorum tranſlationem ad actionem* l. 1. cod. adverſus tranſac. Rebuffus in l. alienationis verbum, v. 8. & 10. ff. de verborum ſignificatione Menochius Conſil. 322. num. 67., Conſil. 777. num. 6. & deinceps, noſtri Aragonenſis regni peritiſſimus regens ſeſe deciſione 121. num. 10. pro qua parte infertur inhibitum pupillum à lege in transferendum monilis Dominium; & quando iſta non obſtarent, teneo Bonacinam tom. 2. diſp. 3. de contrac. quæſt. 1. puncto 5. num. 14. docentem. *Filium puberem, vel pubertati proximum poſſe liberè contrahere de bonis caſtrenſibus vel quaſi, nam illorum liberam habet adminiſtrationem, non autem de adventitiis, & profectitius*; idem clariùs ſtatuerat eo tom. 2. diſp. 2. de reſtit. quæſt. 10. punct. 1. ubi num. 1. exponit bona caſtrenſia ea fore quæ acquiruntur à filio familias, vel regia donatione in palatio, aut ex militia, vel extra; quaſi caſtrenſia dicuntur acquiſita ab officio publico, v. g. Cathedratici, Advocati, Medici, Chirurgi, Farmacopoli, aut alterius profeſſionis cedentis in utilitatem publicam ex ſalario aut aliàs; ſed monile valoris, erat bonum adventitium, ſeu profectitium nentiquam caſtrenſe, aut quaſi; igitur non inerat facultas in filio familias de illo diſponendo; inde attento jure in re ad objectionem, nego ſuppoſitum, videlicet univerſalem hęredem dumpermanet filius familias, & in pubertatis annis, ſuo cedere poſſe jure legitimo de eventuro ſibi, cum tale jus nullo pacto aut via connumerari queat inter bona caſtrenſia aut quaſi. Nec valet replica quæ fieri poteſt contra iſtud ex caſu poſſibili. Fingamus Paſcaſium filium familias vocatum à Deo in religionem Minorum aſſumendam, dum non pertingit niſi duodecim annos, & eo qui aprobationis eſt peracto dum, completum tenet tertium decimum obtinere à ſummo Pontifice indultum, diſpenſans ætatem 16. annorum completorum & diem, ad emittendam profeſſionem Franciſcanam, diſpenſato Tridentino expreſsè in eo individuali caſu eo ipſo quod Paſchaſius fit minorita profeſſione ſolemni, renunciat jus ad majoratum, in quo legitimè ſuccedere poteſt: ſed iſtud renunciat in anno pubertatis, quando filius familias eſt; ergo non repugnabit puberem filium familias, & erit ipſi actus facultativus, renuntiare hæreditatem, quæ obvenienda erit ei, aut obvenit, nec ſufficit ſi

reſpondeas poſſe quidem, ſed de licentia Tutoris, aut curatoris, quam non tenuit in monile valoris dandum juvenis in conſultatione propoſitus, ſi quidem non eguit Paſchaſius nec beneplacito illius qui ipſum genuit, ſub cuius patria poteſtatate erat, nec curatorum, aut tutorum licentia, & conſenſu obtento niſi diplomate Pontificis ut à profeſſione Franciſcana inhiberetur voluntariè ad hæreditatem, ad quam jus radicale tenebat: concedo antecedens nego paritatem; imo & ſuppoſitum doctrinæ quandoquidem non eadem ratio in renuntiatione iuris intuitu conſequendi majus bonum, ac in ea facienda ad incurſum alicujus mali; Paſchaſius ſe inhabilitavit ex voluntaria renunciatione, quæ ſub optionem ipſius fuit propter eminentiam perfectioris ſtatus; in juvene donante monile non præiit ullum niſi id quo detrimentabatur, ideo nec capax fuit ad id donandum cum non reſultaret in ſui præſtantius aſſumendum aliquod melius & potius ſtabat in abuſu quo & ſe ſumque jus pejorabatur.

12. Circa fæminam retinentem monile pro tempore quo ipſum ſub ſuo dominio putavit cadere, ex eleganti Scoti textu dico 1. quod notatis inſtantiis, quibus ſollicitata fuit ab adoleſcente illo filio familias, reſiſtentia eius, victaque, quaſi ex conditione impoſſibili, non videbatur, prodiga donatio; ſic ſi extractum fuiſſet à dominio Matris, & traditum ultra fideicommiſſum in beneplacitum abſque onere revertendi illud ad genitricem, donatio valida fuiſſet; audi ſubtilem Doctorem 4. diſt. 36. quæſt. 2. §. Reſpondeo v. ſi quæras, num. 2. *Tempus pubertatis regulariter ponitur in maſculo tempus 14. annorum, fæmina 12. ſed tamen aliquando malitia ſuplet ætatem, & complexio prævenit tempus regulare; & tum ex quo habet poteſtatem iſtam & diſcretionem ſufficientem ad debitum conſenſum, poteſt contrahere (id eſt contractus civiles in donationibus celebrare) quia habet quod det & conſenſum ſufficientem & ſignum:* videndus Martinus à S. Joſeph in ſua ſumma tract. 39. iura canonica & civilia congerens ſtabilientia pubertatis annos; & numero 2. exponens, quando aut quomodo malitia ſupplet ætatem; ſi ergo malitia adoleſcentuli ſollicitantis fæminam tam patenter ætatem ſuplebat, infertur validum potuiſſe contractum in donatione monilis efficere, dum aliàs ſub ſuo dominio foret monile, nec in fidei commiſſo ſolummodo tentum; cum autem eius non fuiſſet, cogebatur ad reſtitutionem, ceſſante jam bona fide in fæmina. Quod ſolidatur à tribus caſibus inductis à Bonacina diſp. 1. de reſt. in genere quæſt. 2. punct. 1. num. 2. in quibus non cogimur ad reſtituendum; primus ponitur cum num. 8. ſupponit rem reſtituibilem conſummatam; & ſcribit. *Eum non teneri ad reſtitutionem cum res aliena periit caſu, aut etiam propriâ culpâ, modo perierit, tunc temporis quo ipſe rem bona fide poſſidebat credens rem eſſe ſuam.* Si ergo monile venditum, aut furatum fuiſſet à fœmina, libera à reſtitutione manebat; verùm quia non perivit, ad reſtituendum tenebatur: ſecundus caſus ab eodem doctore eſt huiuſmodi. *Qui alienavit, & conſumpſit rem alienam bona fide credens eſſe ſuam non tenetur ad reſtitutionem, niſi in aliqua re factus ſit locupletior.* præmiſerat num. 6. *illum cenſeri factum locupletiorem, qui ceſſante bona fide cognoſcit rei alienæ factum eſſe locupletem, ut ſi cognoſcat ſe feciſſe aliquos ſumptus quos alioquin & re ſua feciſſet, aut ſi aliquid habeat quod alioquin non habuiſſet; dixi occaſione rei alienæ nam ſi cognoſcat ſe ex induſtria, aut per accidens aliquod lucrum feciſſe non dicitur factus ditior ex re aliena:* à quo colligitur, quod ſi induſtriâ mulieris monile melioratum, & venditum, reſtituere non cogebatur, dum bona fide proceſſit; ſed non ſtamus in iſto eventu; quia nec vendidit, nec ultra aliud de monile fecit, niſi ſuo ornatui, aut vanitati aptare: tertius caſus eſt quando bona fides numquam tranſire poteſt in malam, nam ſi in eam tranſit exceptio eſt, aiente Bonacina num. 3. *Qui rem alienam bona fide poſſidet credens eſſe ſuam; tenetur ex juſtitia reſtituere ſtatim ac cognovit alienam eſſe.* Mulier ex inditiis monile alienum fore novit evidenter & conſtituitur tunc poſſeſſor malæ fidei; ideo tutâ conſcientiâ retinere non potuit, & reſtituere illud debet genitrici juvenis illius cui tam infamem aſſenſum præbuit ex turpi lucro allecta.

CONSULTATIO XXIX.

De amente perpetuo accipiente Euchariſtiam Theologica, & moralis diſceptatio.

AB infantia amens adoleſcens in privationis juditio perſeverans iuge viginti annos attingens, genibus flexis inter alios qui communicare accedebant, ſeſe intromiſit in quadam Eccleſia regulari; Religioſus qui ſacram adminiſtrabat ſinaxim, fuiſſe, & fore amentem ignorabat; & ipſum communicavit, notus quidem à tribus fæminis quæ inſimul cum ipſo ſanctam acceperunt communionem, una earum inter alia quæ narravit Marito ſtatim ac domum pervenit, eo die factum retulit de communione amentis, & iſte cui retulit valde ſcrupulizans, putanſque uxorem ſuam aliaſque mulieres concurrentes excommunicatas, propriam ſponſam cubiculo clauſit, maximèque anxiatus in conventum, ubi de familia ego eram, acceſſit petens ab illius prælato ut mitteret confeſſarium, antequam ad notitiam Antiſtitis talis civitatis perveniret, vel inquiſitorum, qui ſuam conjugem abſolveret, & poſtea alias duas fæminas, quæ non monuerunt Sacerdotem ne præberet Euchariſtiam illi quem tales mulieres noſcebant perpetuò amentem; tantaque turbatione quatiebatur ut exoraret, an teneretur in conſcientia, conſonè ad edictum Tribunalis ſanctæ Inquiſitionis (quod ſemel in anno quolibet intimabatur publicè in Eccleſia prædicti Cænobii, & in ea hebdomada fuerat tunc lectum) conjugem ſuam, & alias duas delatare. Proviſum fuit quod expediebat ad ſerenandam, & quietandam talis mariti conſcientiam, & ne in ſcrupulum ullum inciderent relatæ tres fæminæ à dictamine erroneo; quievit, & à recluſorio uxorem eduxit; cumque ſex Theologi concurrent convenerunt, neutiquam fuiſſe ſacrilegam eam communionem, quia ex defectu integri juditii, deficiebat libertas ad merendum, vel demerendum; duo illorum pro viribus tuebantur acceptum Euchariſticum SS. Sacramentum ab amente validum, & informe, nec præſtitum ei gratiam ex opere operato; quatuor alteri pro oppoſito, validè & formatè receptam, proferebant ſacerrimam ſinaxim, conſequenterque

Digitized by Google

conſequenterque ex opere operato intenſam fuiſſe gratiam perceptam ab amente in baptiſmate; quibus adhæſit Epiſcopus in jure Canonico doctus valde, qui examinans an ſacramentum confirmationis tali amenti adminiſtratum fuerit, & inveniens ab eo non acceptum, ipſum confirmavit: quid in his tot Theologicis procedit ad antiſtitis inſtantiam deciſio petita fuit.

SUMMARIUM.

Ignorantia invincibilis pro tribus faminis, n. 1.
A bona fide miniſter præbens communionem incapaci excuſatur à peccato, n. 1.
Sacriſta peccavit claudens amentem qui aperuit ſacrarium & omnes hoſtias conſecratas comedit, n. 1.
Conſuetudo communicandi infantes non fuit univerſalis, n. 1.
Libertate carentes non coguntur præcepto communionis, n. 1.
Tempus in quo ad communionem obligamur, n. 1.
Objectio ſoluta penes communionem infantium, n. 2.
Horum vetuſta communio, traditio non eſt Apoſtolica, num. 2.
Mos in Eccleſia Græca vigens de communione infantium, n. 2.
Teſtis ocularis Græcus antiſtes de eo, n. 2.
In Eccleſia Latina illi & amentes communione privantur, n. 2.
Quomodo ab hoc nulla gratia defraudatur eis, n. 3.
Dilema in objectionem, n. 3.
Cui neganda aliquando communio, n. 3.
Iſta medium ſimpliciter requiſitum ad ſalutem æternam non eſt, n. 3.
Aliqua conſequentia de conſuetudine communicandi infantes, n. 3.
Solutio inſufficiens de acceſſu ad communionem non dignè non verò indignè, n. 3.
Amentes, & parvuli non dignè accipiunt, n. 3.
Dignum & indignum contraria, non contradictoria ſunt, n. 3.
Conſuetudo communicandi Laïcos in utraque ſpetie, num. 4.
Aliud Dilema quomodo nulla defraudatur gratia à Laicis privatis communione ſub ſpetiebus vini, num. 4.
De ſacramento confirmationis adminiſtrando infantibus antequam uſum rationis pertingant, n. 4.
Minimus gradus gratiæ & gloriæ defraudatus majoris momenti jactura, n. 4.
Hæretici blaſphemant contra Euchariſtiam, n. 4.
Motiva gravia Eccleſiæ in privando Laïcos ne ſub utraque ſpetie communicent, n. 4.
Romanus Pontifex in quibus errare non poteſt, n. 5.
Incapaces aſtringi præcepto, communione privantur, num. 5.
Ex tridentino unde communio proficua, n. 5.
Duo verſicula in requiſitis ad Euchariſtiam ſuſcipiendam, n. 6.
Explicatio dictionum inductarum in verſiculis, n. 6.
Non jejunus non comprehenditur in ſumptione de viatico, n. 6.
Diſcrimen quo fructuoſè accipitur ſacramentum à parvulo, vel adulto, n. 6.
Conſenſus requiſitus in recipiente ſacramentum, n. 6.
Iſtud accipiens quid debet intendere, n. 6.
Matrimonium, ordo, pænitentia, extrema unctio quomodo pendent ab intentione formali, vel virtuali recipientis, n. 7.
Euchariſtia validè, etſi non fructuosè, qualiter accipitur, n. 7.
In baptiſmo, & confirmatione ſufficit conſenſus ſuſcipientis interpretativus, n. 7.
Datur ſumptio Euchariſtica materialis, n. 7.
Aliud eſt laudabile aliquod fore, alterum non damnabile, n. 7.
Sumptio fructuoſa Euchariſtiæ ſolum laudabilis, n. 7.
Accipere ſacramentum pænitentiæ validum, & informe non condemnabile, verum nec laudabile, n. 8.
Quando ſumptio Euchariſtica in utraque ſpetie majorem non confert gratiam, quam in una duntaxat, num. 8.
Multiplicatio hoſtiarum ſumptarum non auget gratiam, nec alios fructus ſacramenti, n. 8.
Pro me Bonaventura, negandi duo Scotiſtæ, n. 8.
Fructus accepti ab Euchariſtia intuitu ſacramenti, vel ſacrifitii, n. 9.
Significatio vinculi charitatis ex communione, n. 9.
In quaque ſpetie integra Euchariſtia, n. 9.
Signantia Euchariſtiæ bifariam attendenda, n. 9.
Diſtinguenda communio prout ſacramentalis, aut in quantum ſacrifitium, n. 9.
In utraque ſpetie petit ſumendum ſacramentum Euchariſtiæ quatenus ſacrifitium, n. 10.
Varietas ſtatus corporis, & ſanguinis Chriſti in nullo mutat Euchariſtiam, n. 10.
Privilegium Regis Galliæ ut communicet ſub utraque ſpetie, n. 10.
Concilium Moguntinum generale non fuit, n. 10.
Baſilienſis Synodus pro immaculata conceptione, n. 10.
Interpretatur Angelicus Doctor quoad ſacramentum confirmationis petens uſum rationis, n. 11.
De aureola SS. infantium Innocentium, n. 11.
Iſta reducitur ad ſeriem baptiſmi, n. 11.
Spiritus ſanctus prout aſſiſtit Eccleſiæ, n. 12.
Canonizati qui ſine Purgatorio empireum pertigerunt, n. 12.
Infallibilis veritas Catholicæ Eccleſiæ, n. 12.
Bona fides conſequenter, vel antecedenter in decretis Eccleſiæ, n. 12.
Divina providentia noſtræ modicitati attemperata, num. 12.
Cur Boëmis, & in exordio Eccleſiæ conceſſa communio in utraque ſpetie, n. 12.
Unde diſtinctio numerica Euchariſtiæ, n. 12.
Communio non digna, ex Caietano probabilis, n. 13.
Nec oppoſita decreto ſacræ congregationis, n. 13.
Diſcretio in ſumente ſacramentum, n. 13.
Amentes & parvuli iuditio carent, n. 13.
Duplex communio, carnalis & ſpiritualis n. 13.
Caſus rariſſimus de amente Præsbitero celebrante miſſam, n. 14.
Quid de hoſtia, & calice conſecrato ex libertate in cauſa quam potuit tenere talis amens, n. 14.
Amens, ebrius, vel dormiens quandoque martyr in aliquo eventu, n. 14.
Conditio implicita in Catholico, n. 14.
Reſolutio conſultationis, num. 15.
De amentibus non perpetuis, n. 15.
Quomodo ſumit mus Euchariſtiam, num. 15.
Manducare, aut non manducare ſacramentaliter quid, n. 15.
Non idem incapacitas, & inidoneitas, n. 15.

Amenti qualiter confirmatio adminiſtranda, n. 16.
Rituale in obſervantiam adminiſtrandi confirmationem amenti, n. 16.

1. SUppoſito ab ignorantia invincibili tres illas fœminas excuſatas à minimo peccato veniali, dum non monuerunt Sacerdotem, vel quantumuis ipſis occurreret monere de amente genuflexo, nec in minimum reatum culpæ incidiſſe, eo quod poſſibile fuit ab ipſis præſumi judicio reſtitutum videntes devotionem quâ feruidè accedebat; ad Theologicas & morales devenio diſcuſſiones, reperiens apertam viam in plura ponderanda, per non abſimilem eventum ex aliqualibus circunſtantiis in eo quod diſputat Diana part. 10. tract. 2. reſol. 11. ubi inquirit: *An ſi ex injuria Sacerdos tam alios communicat porrigeret Eucharistiam infanti genuflexo non habente uſum rationis, reciperet iſte gratiam.* Quidquid de miniſtrantis culpa, nam dum ignorantia invincibilis præceſſit, paritas ſi occurreret, aut dubitaret, utrum rationis uſu careret puerulus ille genuflexus, nullatenus communicaret eum; quo in caſu non peccaret, bene ſi incuria procederet à mala fide, & ignorantia craſſa, nec excuſandus, & puniendus, unde refert Diana eventum ſibi conſultum de amente clauſo intra Eccleſiam, & ſacrarium apertum inveniens ſumpſit omnes formas conſecratas, ſi enim ſacriſtæ incuria culpabili talis irreverentia materialis Euchariſtiæ irrogata fuit, peccaſſe ſacriſtam, & puniendum, nihil certius, ſin vero fortaſſis amens claves furatus fuit Eccleſiæ & ſacrarii inſcio ſacriſta non imputatur ad culpam effectus reſultans; verba illius ſunt §. ex his ego: *olim interrogatus reſpondi perpetuo amentem dum Eccleſia erat clauſa & particulas conſecratas ſumpſit recepiſſe gratiam & fructum ſpiritualem hujus ſacramenti; & ita ex Cardinali Lugo. P. Dicaſtillo de Sacramentis tomo 1. tract. 4. diſp. 9. dub. 11. num. 204. notat, quod ſi puer aut amens ex nativitate numquam doli capax inveniat caſu Euchariſtiam, comedat accipiet gratiam, & ita ſenſiſſe Theologos in Hiſpania ipſi teſtantur*, id eſt, Lugo & Dicaſtillus, huius volumen attingere non potui; fides ſit penes allegantem; per vetuſtam lego in S. Auguſtino epiſt. 170. poſt medium, loquens de infantibus, *Si in illa parva ætate moriantur, utique ſine ea quæ per corpus geſſerunt, id eſt tempore quo in corpore fuerunt, quando per corda, & ora geſtum crediderunt, quando baptizati ſunt, vel non baptizati, quando carnem Chriſti manducaverunt, vel non manducaverunt*: ubi ſanctus Hipollenſis antiſtes, ſuo tempore innuit in more fuiſſe infantibus uſu rationis carentibus communionem adminiſtrari & lib. de Eccleſ. dogmat. cap. 32. idem fidei magnum luminare præclarus Doctor. *Si vero parvuli ſunt, vel hebetes, qui doctrinam non capiant, reſpondeant pro illis qui eos offerunt juxta morem baptizandi; & ſic manus impoſitione, & chriſmate muniti Euchariſtiæ miſteriis admittantur*: abundant iſta pro vetuſta conſuetudine fundanda de non negata Euchariſtia parvulis nondum rationis uſum pertingentibus; utrum ea fuerit univerſalis conſuetudo per totam Eccleſiam, vel ſolum in aliquibus provintiis Catholicis, longiſſimam petebat diſcuſſionem potius ab hiſtoria, quam à diſcurſu vendicandam; pro qua idem Diana §. ſed præcipuè, ſupponit ex S. Dionyſio cap. 7. de Eccleſi. Hierarch. Cipriano lib de lapſis. Greg. Magno. in ſuo Miſſali veteri, Romæ teſtificatum in more fuiſſe infantes communicare in aliquibus provintiis; & apud Hiſpanos talem viguiſſe conſuetudinem infertur à Synodo Toletana 2. Can. 11. moram non faciamus remittendo nos ad id quod ſcripſit Suarez tomo 3. in 3. part. diſp. 69. ſect. 2. præcipuè §. ſecundum dubium, ubi oſtendit neque ratione carentes ſive ab ætate ſive à dementia urgeri præcepto divino, aut humano accipiendi communionem; & Tridentinum ſeſſ. 13. de ſacra Euchar. cap. 8. can. 9. loquens de uſu huius Sanctiſſimi Sacramenti, & renovans ſeu reiterans communicandi præceptum aſſignando tempus adimplendi ipſum; proferr. *Si quis negaverit omnes, & ſingulos Chriſti fideles, utriuſque ſexus, cum ad annos diſcretionis pervenerint non teneri ſingulis annis ſaltem in paſchate ad communicandum, juxta præceptum ſanctæ Matris Eccleſiæ anathema ſit.* Ergo etſi antiquitùs fuerit in more, ut tangit noſter Hicheus comment. in quæſt. 3. diſt. 8. 4. libri ſentent. Scoti, num. 48. jam hæc abolita, caſſata, & revocata habenda, nec licet illos ſcienter communicare.

2. Et quia Hichei objectio quam efformat contra ſe, in ſolutione continet quidquid neceſſarium eſt, ne abſque notitia ſufficienti procedamus eum producò ſic ſe impugnantem, *Ex conſuetudine antiqua Eccleſia quæ infantes baptizatos communicabat, ut patet ex liturgia Clementis Romani libro hoctavo ubi ſtatuit poſt viduas, communicandos infantes ante populum*; & paucis interjectis *Toletanum ſecundum docet; qui ob infantiam evomit Euchariſtiam non eſſe puniendum: Concilium Maſticonenſe ſecundum cap. 3. inſtituit, ut reliquiæ Euchariſtiæ feria quarta & ſexta indicto pueris jeiunio, ipſis ſumenda traderentur: & conſuetudo in Eccleſia Orientali nunc communicandi pueros, de qua Nicephorus Caliſtus lib. 11. cap. 11. & Evagrius lib. 4. cap. 51.* Duo certiſſima tenenda ex Tridentino ſeſſone 21. de communione; unum à cap. 2. ubi deffinit de fide poteſtatem commiſſam adminiſtrandi ſacramenta Chriſto, non coarctatam; ſed diſpoſitioni & directioni Eccleſiæ prout directæ à Spiritu Sancto datam; in quorum tenorem, alterum decernit, cap. 4. ſequentibus verbis. *Eadem ſancta Synodus docet parvulos uſu rationis carentes nulla obligari neceſſitate ad ſacramentalem Euchariſtiæ communionem; ſiquidem per baptiſmi lavacrum regenerati, & in Chriſto incorporati habendam jam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere non poſſunt: neque enim damnanda eſt antiquitas, in quibuſdam locis, ſi eum morem aliquando ſervavit; ut enim ſanctiſſimi illi Patres ſui facti probabilem cauſam pro illius temporis ratione habuerunt; ita certè eos nulla ſalutis neceſſitate id feciſſe, ſine controverſia credendum eſt.* Quibus liquet nullatenus ex traditione Apoſtolica in univerſali Eccleſia conſuetudine fuiſſe præbendi Euchariſtiam ratione carentibus, quales ſunt infantes, obſervatam; & ſolum in aliquibus provintiis introductam de conſenſu expreſſo Prælatorum, Doctorum ſeu Patrum talis Provintiæ, convenientium ob aliquam relevantem cauſam, ſeu motivum conducens bonum aliquod grande, tacito, ſeu explicito maximi Pontificis beneplacito, non quia neceſſarium iudicarent eum morem, niſi utilem pro temporum occurrentia; præſertim approbante ſacra Tridentina Synodo, *non eſſe id damnandum*; ſicuti in Eccleſia Orientali, quæ Græca eſt, in conſuetudine nunc firmatur fore; nec ſchiſmaticum id, aut erroneum putatur, & præmittitur, firmante quodam antiſtite Græco (quem vidi, & cum quo varias diſputationes habui, tempore bonæ memoriæ Clementis X. à quo litteras approbativas obtinuit, ut ſanctiſſimum ſacrificium Miſſæ in qualibet Eccleſia Latina celebraret; teſtimonium dante Papa de talis Epiſcopi obedientia ad ſanctam Romanam Eccleſiam, ſicut & celebravit in urbe Cæſarauguſtana) in ſua diæceſi, ſciente Papa, & ei illo antiſtite ſuggerente, infantes Catholicos ab ipſo paſchatis tempore ſolitos communicare, aut

Digitized by Google

à Parrochis, & ad mortis inſtans, nec renuiſſe ſummum Pontificem, & benedictionem ab eo accepiſſe, ut morem conſuetum obſervaret; non ergo eſt implicantia, ſecluſo decreto Eccleſiæ, expertes à rationis uſu, communionem accipere; nihilominus in latina ab immemoriali, communione privantur; & annuere videtur Angelicus Doctor 4. diſt. 9. quæſt. 1. art. 9. ad 3. quin amentes perpetuò aut infantes aliquo beneficio ſpirituali ſimpliciter neceſſario ad ſalutem priventur; unde urgentiſſimo motivo invento cedente in reverentiam ſacramenti, ad inhibitionem ſeu legem ſtabiliendam de communione non præbenda ei, qui uſu rationis careat, decernitur.

3. Verumtamen duo ſumo ab iſtis in rationem dubitandi, unum ex pronunciato ſancti præceptoris, qui eo articulo 9. ad 3. ſtabilit nullo defraudari beneficio; pro quo argumentor: qui privatur augmento gratiæ, à beneficio gloriæ defraudatur, ſed infantes baptizati non communicantes privantur augmento gratiæ, ſimiliter, & perpetuò amentes: ergo ab aliquo majoris ponderis beneficio defraudantur. Alterum à quadam notatiuncula capio quam relatus Diana tetigit in antiquum morem per has clauſulas. *Præſertim, quia Tridentinum ſeſſione 21. cap. 4. affirmat dictam conſuetudinem, ſi fuit, non eſſe damnandam*: & inde infert. *Unde ex arcadio teſtatur Lugo* (diſp. 13. de Euchar. num. 8.) *in Eccleſia Græca vigere talem conſuetudinem.* Tum ſic; aut aliquem fructum ſpiritualem in augmentum gratiæ, & gloriæ accipiunt infantes, & perpetuo amentes, aut nullum; ſi nullum ad quid conſuetudo, alioquin potius damnanda, quandoquidem damnabile valde eſt, ſecluſa infamia, peccatoris occulti, alicui Sacramentum adminiſtrare, in quem ſcimus nullum cauſatum effectum, neque ex opere operato, nec ex opere operantis, nam carentia ſignificati à ſigno ſacro practice (quod ſignum eſt ſacramentum) non totum illi denegandum eſt, qui noſcitur ſacrilege accedere, verum & cuicumque in quo præſumitur aliqua ratione, nullum effectum cauſare poſſe; quo pacto, ut nos diſponamus ad effectus quos cauſat ſacramentum ordinis, neque aliquo effectu eius privemur decernit Eccleſia, non quamcumque ætatem ſufficere ad validè ſuſcipiendum, ſed requiri ſupra viginti & unum annum diem; ut hac ratione expeditius Chriſti Domini dona ſacramento tali in nobis inſint; alias ſacri corporis Domini ſumptio ex ſua inſtitutione medium non eſt ſimpliciter requiſitum ad ſalutem æternam, modo quo baptiſmus, prima tabula poſt naufragium, & pœnitentia ſecunda tabula; quæ ſacramenta inſtituta ſunt, ut per ſe dent primam gratiam juſtificantem; per ſe Euchariſtia iſtam non præbet, ſi aliquando dat, per accidens eſt, modo quo duo illa mortuorum ſacramenta ſecundam præſtant gratiam accidentibus juſtificatis: ergo pro hac parte ſi perpetuo Amentes, & infantes nullo ſuffragantur beneficio, damnanda conſuetudo videtur aut ſi non damnanda, ut tridentinum firmat, licebit in ſacramentis novæ legis per ſigna ſpeculativa, non practica, ea ſuſcipere à quo inconveniens: ergo ex inſtitutione Divina ſeptem inſtituta à Chriſto Sacramenta, ſigna practica non erunt; & præſcindunt ab eo, vel ab hoc, quod ſint ſpeculativa ſigna, quod eſt hæreticum; ergo ſi non damnanda conſuetudo ſupponitur, gratiam ex opere operato ſupra baptiſmalem præſtitam non negandum: & conſectariè defraudari grandi beneficio ratione carentes revocante Eccleſia Latina conſuetudinem antiquam. Aliquando hoc argumentum ita ſolvi, audivi ex duplici modo quo quis poteſt accedere in ſuſcipiendum ſacramentum, aut indignè, vel non dignè; dignum & indignum contraria ſunt, non contradictoria, ad fructum ſacramenti recipiendum, non ſolum requiritur, quod quis accedat, non dignus, ſed exigitur accedere dignum: parvuli & perpetuò amentes indignè non ſuſcipiunt; non dignè accipiunt, cum autem ſacramenta vivorum in fructum conſequendum ex opere operato, etiam requirant dignum, pueris, & amentibus non præſtatur ab illis aliquis fructus; quia autem non dignus nullam irrogat irreverentiam, patitur juſtum fuiſſe, & non damnandum morem, præſtandi eis Euchariſtiam in expreſſionem divinæ liberalitatis, quæ ſua ſacramenta practica ſigna inſtituit, & pro dignis à fructu, & pro non dignis, ad ſuam munificentiam demonſtrandam ſolutio, eſt petitio principii, nec ab aliqua traditione ſcripta, vel non ſcripta conſtat tale munificentiæ divinæ motivum in inſtitutione ſacramentorum pro vivis obtenta ſola non dignitate in ea ſuſcipienda; certum enim eſt non adminiſtrandam niſi dignis; & in iſto vertitur difficultas; utrum perpetuò amentes, ſi caſu Euchariſtiam, ſumant digni cenſendi ad gratiam.

4. Reſpondebis ab initio naſcentis Eccleſiæ, & decurrentibus aliquibus ſæculis morem fuiſſe; & inconcuſſam conſuetudinem communionem Laicam fidelibus omnibus in ambobus ſpeciebus panis, & vini conſecratis præbere; & tamen temporis decurſu prohibita habetur Laïca communio ſub ſpeciebus ſanguinis, in poculo vini conſecrati, tantummodoque fit in ſpeciebus panis, generaliter pro omnibus, qui Laicè communicant, etiam Sacerdotibus, quando adminiſtratur ipſis ſacrum Viaticum, vel in feria quinta majoris hæbdomadæ, quod experimentum manu tangitur, & obſervatur inconcuſſè. Unde retorquetur argumentum factum vel damnanda erat antiqua conſuetudo communionis Laïcalis in utraque ſpetie, aut Eccleſia non rectè prohibuit in vini ſpeciebus ſumendam Laïcè ſacram ſinaxim; quia vel defraudatur aliquid ab animabus, vel nihil; ſi nihil, ad quid viguit illa conſuetudo? ergo non defraudato tantillo ab anima poteſt Eccleſia decernere dandam, vel non dandam Euchariſtiam; ſi aliquid defraudat ergo ſuis præceptis Eccleſia removet à fidelibus fructus ſpirituales, in quibus proficere valde poſſunt ad gratiæ juſtificantis, & gloriæ augmentum. Et pro infantibus urgetur adhuc: non magis eſt ſacramentum vivorum confirmatio quam Euchariſtia, ſed infantes nondum pertingentes uſum rationis à ſacramento. confirmationis accipiunt gratiam ex opere operato intendentem eam, quam in baptiſmate ſuſceperunt, & cum tales infantes baptizati, & confirmati decedunt ab hac vita, quin diſcretionis ætatem attingant intentiori gloria beantur, quam recedentes in ſolo baptiſmate, non ſuſcepta confirmatione; ergo compatitur ab Euchariſtia fructus ſuſcipere ex opere operato tam gratiæ, quam gloriæ: ergo cum ponderoſiſſimum ſit, animam vel Angelum pati detrimentum defraudato eis minimo gradu gratiæ & gloriæ, non modicum, ingentiſſimum præjuditium eis cauſabitur, à prohibita Euchariſtia; ſimiliter à vetata communione fidelibus in utraque ſpecie ſacræ ſinaxis. His ſucclamationibus vaferrimi hæretici latrant ſacrilegè in retundendam Eccleſiæ Catholicæ veritatem; contra quos prius quam futilem rationem dubitandi demonſtrem, diſparem probabo unum & alterum propoſitum in ſolutione objectionis propoſitæ, advertendo contra hæreticos (quos citat, & refutat abundè Bellarminus tom. 2. controv. 3. generali de ſacramento Euchariſtiæ lib. 4. à cap. 20. uſque ad 29. tridentinum ea ſeſſione 21. cap. 2. prævenire. *Agnoſcens ſancta mater Eccleſia hanc ſuam in adminiſtratione ſacramentorum authoritatem, licet ab initio Chriſtianæ Religionis, non infrequenter*

Digitized by Google

utriuſque ſpetiei uſus fuiſſet, tamen progreſſu temporis latiſſimè jam mutata illa conſuetudine, gravibus & juſtis de cauſis, adducta, hanc conſuetudinem ſub altera ſpetie communicandi approbavit,& pro habenda decrevit; aut ſine ipſius Eccleſia authoritate pro libito mutare non licet. In ambabus ſpeciebus pro libito non licet communicare; ergo de beneplacito Eccleſiæ licebit, quia ſuam in adminiſtratione Sacramentorum agnoſcit commiſſam à Chriſto; unde cum Synodus ſacra utatur hac voce *non infrequenter*, intelligendum erit morem ſeu conſuetudinem apoſtolicam non fuiſſe introductam ab ipſis domini diſcipulis,neque cum omnibus catholicis à primitiva Eccleſia obſervatam, ut quicumque communicans ſub utraque ſpetie Euchariſtiam ſumeret,niſi illis adminiſtrabatur in quibus vigebat talis perfectio quod digni eo benefitio cenſebantur;de quo fuſè ago to. 3. certaminis diſp. 7. ſect. 4. n. 25. & deinceps; & ne jam ſcripta à me repetam, ibi remitto videnda, quæ ultra de eo reſtant notanda.

5. Igitur à diſparitate rationum dubitandi ſtat mea deciſio, ad quam,præmittendum breviter. Summum Pontificem non poſſe errare neque in decretis pertinentibus ad fidem, neque in eis in quibus morum præcepta præſcribit generalia, unde attenta Euchariſtica ſumptione, non neceſſaria ſimpliciter ad ſalutem æternam conſequendam neceſſitate medii, niſi præcepti (ut latè N. Hicheus coment. ad quæſt. 3. diſt. 8. libri 4. ſent. Scoti à num. 36. uſque ad 44.) Conſultiſſimè decrevit communionem adminiſtrandam ſolis illis qui ſunt capaces, ut imponatur eis, & aſtringantur divino, vel poſitivo, humano præcepto, quia pro iſtis etſi ſimpliciter non requiratur neceſſitate Medii ad gloriam obtinendam, exigitur præcepti neceſſitate: ſed infantes & amentes,capaces non ſunt aſtringi in conſcientia aliquo præcepto divino, aut humano, quia antecedenter in jacturam eſt eis liberum arbitrium, propter defectum rationis ſufficientis; ergo his neceſſaria non eſt ullo pacto, neque à præcepto, neque à medio ſumptio Euchariſtica, diſcreta & laudabilis, quin errare poſſint ſtante eccleſiaſtica prohibitione dum caſualiter eum non obſervant;à quo alterum patet in eo quod eſt de communicando laicè ſub utraque ſpetie, docente ſacra Tridentina Synodo ea ſeſſ. 21. cap. 1. *Neque ullo pacto ſalva fide dictari poſſe, quin alterius ſpetiei communio ad ſalutem ſufficiat; nam etſi Chriſtus in ultima cæna venerabile hoc Sacramentum in panis, & vini ſpetiebus inſtituit, & Apoſtolis tradidit,non tamen illa conſtitutio, & traditio eo tendunt, ut omnes Chriſti, fideles ſtatuto Domini ad utramque ſpetiem accipiendam aſtringantur; ſed neque ex ſermone illo apud Joan. 6. rectè colligitur,utriuſque ſpeciei communionem à Domino preceptam eſſe, ut cumque juxta varias ſanctorum Patrum, & doctorum interpretationes intelligatur;nam qui dixit, Niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis, dixit quoque ſi quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum;& qui dixit.qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, dixit etiam; panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita; & denique qui dixit: qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo; dixit nihilominus: qui manducat hunc panem vivet in æternum.* Diſcretiſſima textuum relatorum collectio in mentem Chriſti domini declarandam penes Euchariſtiæ uſum, & decernendum authoritate apoſtolica licete laicis communionem ſub utraque ſpetie obtento illius beneplacito; quo non conſequuto, in ſpeciebus panis integrum ſumere ſacramentum, & fructum quin ſumenti minimum defraudetur,ut in Chriſto maneat, & Chriſtus in eo, ad conſequendam vitam æternam; videndus Hurtado diſp. 10. de Sacram. dif. 5. ad quod fundandum plura controvertenda occurrebant; quæ breviter tangam, prout abundet ſolutione, qua diſcutiam attendendo illis verſiculis communibus, quos doctores ingerunt ad fructum ſacramentalem Euchariſtiæ capiendum;ſuntque hujuſmodi.

Lotus, diſcretus, ſanus, jejunus, & aptus,
contritus, faſſus, mundus, rectèque paratus.

6. Quibus innuitur ad fructuoſam communionem plus requiri, quam ad validam,quantùmcumque non ſacrilegam; ſuccinctè dictiones explicandæ;*lotus* idem eſt ac *baptizatus*; *diſcretus.* Supponit uſum rationis, *ſanus.* Prævenit periculum vomitus, aut tuſſis ne irreverentia aliqua reſultet in Sacramentum ſemel acceptum, quantumcumque inculpabiliter illa contingat contra intentionem ſuſcipientis, aut adminiſtrantis. *Jejunus*, ſubintelligitur extra caſum extremæ neceſsitatis, ut evenit in viatico,aut dum timetur ex invaſione infidelium ſacrilegæ flocci faciendum Sacramentum, & intelligitur jejunium naturale, per traditā à Concilio Toletano 7. can. 2. commemorato, cap. nihil quæſt. 1. argumento de ſacerdotibus ad laicos, prohibente; *nullus poſt cibum potumque quemlibet minimum ſumptum miſſas facere præſumat.* Quæ lex ſuas tenet exceptiones, quas expreſſabo conſ. 35. n. 9. *Aptus*, per hoc nomen excluduntur à digna communione,excommunicati,interdicti perſonaliter,aut aliâ cenſurâ, ſive irregularitate incurſi. *Contritus*, ſive quia accepit Sacramentum Pœnitentiæ, ſive carens copia Confeſſarii, quia contrivit. id dirigitur ad vitandam Communionem ſacrilegam; *faſſus*, idem eſt ac confeſſus, quam particulam fuſiùs explicabo agens conſult. 44. de communione quarumdam monialium à conſilio ſui Confeſſarii abſque prævia confeſsione ſacramentali ſemel, & iterum in hebdomada: *mundus* aliqui explicant videlicet non pollutum aut maritali copula, vel alia venerea culpa nocte præcedente habita; ſed melius alteri ad decentem modeſtumque ornatum refferunt, & conſonè ad iſtud conſultatione 15. edictum cujuſdam Antiſtitis inhibentis fœminas depapillatas communicandas pertracto, validum juſtum; & æquiſsimum; *rectè paratus*, idem eſt ac devotus, & attentus;quæ omnia,quamvis non ſimpliciter, plura de eis requirantur in communionem fructuoſam,tamen eorum quatuor, videlicet, lotus, diſcretus,jejunus,& contritus, ſeu confeſſus neceſſaria ſunt ſimpliciter; à quo oritur prior controverſia, utrum ſit neceſſarium in ſumente Sacramentum Euchariſtiæ ad fructum ejus ſuſcipiendum intentionem præcedere in ſumente accipiendi illud, conformiter ad finem quem habuit Chriſtus in ejus inſtitutione;ne iſta eſt difficultas mota, licet ab ea dependeat, in materia de ſacramentis in genere, quoad intentionem adulti requiſitam ad valorem Sacramenti tranſeuntis, de qua Auguſtinus Bernal. diſp. 17. de ſacram. in genere ſect. 2. per ſeptem paragraphos, à num. 26. uſque ad 97. inconcuſſè concordant omnes in iſto, diſtingui ſuſceptionem ſacramenti in adulto, & in parvulo videlicet quod ut quis validè accipiat Sacramentum conſiſtens in ſucceſsione, ſi infans ſit,aut perpetuò amens, abundat intentio aliena parentum vel patrinorum ſeu tutorum & curatorum at ſi adultus ſit requiritur intentio propria, nec ſufficit ſubjectum non repugnare, ſeu negativè ſe habere;ſive ſitactualis, ſive virtualis,aut vocata interpretativè reducta quidem ad virtualem non de illis interpretativis, in quibus pura omiſſio non convincit virtualitatem aliquam in intendente:quod deducitur ex S. Auguſtino lib. 7. de baptiſmo, cap. 53. ubi agens de Baptiſmo jocaliter accepto,profert. *Vbi autem neque ſatietas ulla eſſet,ita credentium,neque ille qui acciperet ita crederet, ſed totum ludricè, & mimicè, & joculariter ageretur,utrum approbandus eſſet Baptiſmus qui ſic daretur, divinum ju-*

Digitized by Google

ditium per alicujus revelationis miraculum concordi oratione: & impenſis, ſupplici devotione, gemitibus implorandum eſſe cenſerem; à quo ſequentem deducit conſequentiam. *Ergo nunc ſine præjuditio diligentioris inquiſitionis, vel majoris authoritatis, illud dixiſſe accipiendus ſum.* S. Doctor ſeſe totum committit decreto Eccleſiæ, quod videtur expreſſum cap. majores de Baptiſmo, ubi inquiſitum ab Innocentio III. quid de illo præſtito dormientibus, & amentibus; decernit, *ille vero qui numquam conſentit, ſed pœnitùs contradicit, nec rem, nec characterem ſuſcipit ſacramenti, quia plus eſt expreſſè contradicere, quam minime conſentire*: aliquibuſque interpoſitis ad inquiſitum, decernit. *Dormientes autem & amentes, ſi priuſquam amentiam incurrerent, aut dormirent in contradictione perſiſterent, quoniam in eis intelligitur contradictionis propoſitum perdurare, etſi ſic fuerint immerſi, characterem non ſuſcipiunt Sacramenti*: ergo ad validitatem in ſuſcipiente requiritur ſimpliciter conſenſus formalis aut virtualis, ſeu interpretativus non contradicendi finem quem Chriſtus tenuit, & Eccleſia declarat, ſi ergo characterem Baptiſmi non ſuſcipit ex decreto Pontificis, neque validum Baptiſmum ſuſcipiet.

7. A quibus liquet quomodo ad fructuoſè quodlibet Sacramentum ſuſcipiendum exigitur voluntas, ſeu intentio conformandi ſe fini, quem Chriſtus tenuit inſtituendo illud Sacramentum ad quod ſuſcipiendum qui accedit; ſed Eccleſia non declarat niſi in duobus Sacramentis quæ conſiſtunt in fieri ſufficere ad valorem, & fructum eorum conſenſum, & voluntatem alienam, ſcilicet, in Baptiſmo, & confirmatione, ergo de Sacramentis quæ conſiſtunt in fieri, ſolum iſta duo validè & fructuoſè poterunt ſuſcipi à carentibus uſu rationis ſive ab ætate, ſive ab amentia; igitur cætera Sacramenta invalida & infructuoſa erunt adminiſtrata illis, qualia ſunt, matrimonium, ordo & extrema unctio, inſimul potius pœnitentia, quæ requirit actus pœnitentis ſimpliciter, dolor, & verbalis confeſſus videlicet, ſupra quos cadit abſolutio; reſtat Sacramentum ſtans in facto eſſe, nempè Euchariſtia, ad quod validè recipiendum nulla eſt dependentia intentionis ſeu conſenſus voluntatis in ſuſcipientem; mures enim comedentes in ſacrario validè recipiunt Euchariſtiam, quæ à ſuſceptione, vel ſuſcipiente in ſui valorem, nullam tenet dependentiam, conſecratio ſe habet ad illius valorem, æquè, quamtumvis nullus ipſum acciperet; at ad præſtandam gratiam, ſive ex opere operato, ſive ex opere operantis, pendet ab intentione, & ſuſceptione ſuſcipientis; ex ſacrario enim etſi excitet auxilio, aut gratiæ externæ dictæ protectionis, ſeu internæ inſpirationis, habitum gratiæ ſanctificantis non infundit, adaugentem, vel intendentem, tamo majorem utrumque aut inæqualem, quando dignior fuerit diſpoſitio, fervor, & devotio in accedente ex fundatis tomo. 3. cert. diſt. 1. n. 100. Ergo vel hoc ſanctiſſimum Sacramentum ut præbeat gratiam ſuſcipienti requirit in iſto intentionem propriam, vel ſufficit aliena; hoc ſecundum non eſt tutum; diſcriminantes patres, & ſcholaſtici illud, à Baptiſmo, & confirmatione in eo quod in iſtis, ex conſuetudine, & decretis Eccleſiæ abundat conſenſus patrinorum, qui interpretativus eſt ipſius ſuſcipientis prout educandus in fide catholica, & obedientia ſanctæ Romanæ Eccleſiæ; in illo vero exigunt ſimpliciter illas quatuor diſpoſitiones, quas præmiſimus in 7. & 8. in quibus ipſe accedens conſentire formaliter, virtualiter, aut interpretativè debet propria intentione conformandi ſe eo fini cui Chriſtus aſſenſit inſtituendo ſacram ſinaxim ſuſcipiendam; ſed neque infans, neque amens uſu rationis potiuntur in conſenſum proprium validum formalem, virtualem, aut interpretativum; ergo quamquam materialiter accipiant Euchariſtiam, nullum fructum captant ab ea, quamvis Sacrilegii reatu non afficiantur; inde quam proviſè Eccleſia catholica declarat conſuetudinem antiquam, ea ſeſſione 21. Tridentini, patet à termino quo utitur, non inquit, *laudanda*, ſeu *elogianda*, ſed *Neque enim damnanda eſt antiquitas. Si eum morem in quibuſdam locis aliquando ſervavit.* Conditionalis præ oculis tenenda, ſub dubium facta Synodus relinquens, an ille mos alicubi viguerit: ergo Euchariſtiæ ſumptio fructuoſa eſt ſolum, quæ laudatur; quæ non condemnatur conſiſtit in hoc, quod non ſacrilegè accipiatur; ergo ſicut dicimus in ſententia concedente Sacramentum Pœnitentiæ validum, & informe, id non laudandum, verum neque damnandum, quia etſi non ſacrilegè ſuſcipiatur, non fructuoſè accipitur, ita in parvulis, & amentibus non damnandum, quia tamen non elogiandum, infructuoſè præbebatur eis Euchariſtia: igitur ab Eccleſia nullo pacto aliquâ gratiâ privantur, neque beneficio, quo minorem gloriam conſequantur; infructuoſa autem adminiſtratio Euchariſtiæ non damnanda, occurrente motivo relevante, quod ſupponit Tridentinum, patres illos tenuiſſe communicando infantes; fortaſſis ne eorum parentes aut à fide deficerent, vel minus ac par eſt, ſentirent de liberalitate divina, aut de aliis concernentibus ad catholica dogmata.

8. Altera urget difficultas penes paritatem, utrum majorem conferat gratiam ſuſceptio Euchariſtica in utraque ſpetie, quam in uno dumtaxat. Maſtrius de Meldula in 4. ſent. diſp. 3. quæſt. de Euchariſtia quæſt. 17. art. 2. num. 406. Diſtinguit ſpeties ſacramentales in eas quæ ſunt ejuſdem rationis vel diverſæ; v. g. duplex hoſtia diſtincta realiter, eſt duplex ſpeties Euchariſtica ejuſdem rationis; vinum conſecratum, & conſecrata hoſtia ſunt ſpeties diverſæ rationis; nunc Maſtrius. *De ſpeciebus ejuſdem rationis, de his enim omnes concedunt quod etiam multiplicata in eadem ſumptione, per ſe; & ex vi Sacramenti majorem non conferunt gratiam, quam conferrent non multiplicata, imo quam conferret minima pars hoſtiæ conſecratæ.* Tam perſpicuum eſt iſtud, ut argumento non indigeat, quia cum infuſio gratiæ non pendeat à majori, vel minori quantitate, minor vel major hæc, per accidens ſe habent ad gratiæ collationem, ſicque ridendum eſt de aliquibus, qui prætextu, quod dum in ſtomacho non conſumuntur ſpeties, & gratiam aliaque dona operantur, multiplicant hoſtias; aut accreſcere faciunt, alioquin ſequeretur quod debilior ſtomachus, qui plus temporis exigit ad conſumendas ſpeties felicior foret in communione quàm robuſtior; & licet Cardinalis de Lugo diſp. 12. de Euchar. num. 46. dicat talem ſententiam male auditam antiquitùs; ſed improbabilem, & piam; at fortaſſis id aſſeruit in non damnandam, qualiter aliqui Thomiſtæ faciunt (videndi Vaſquez tom. 4. in 3. part. diſp. 203. cap. 2. Granadus trac. 3. diſp. 7. de Euchari. ſect. 1. & 2.) ergo quia nullum effectum cauſat Euchariſtia in communione, niſi conformiter ad Sacramenta quæ conſiſtunt in fieri, dum ſumitur videlicet & trajicitur in ſtomachum, tunc perficitur quidquid ab ea lucratur; quo pacto vitanda eſt hæc multiplicatio præbendi plures hoſtias in Communione, aut augendi quantitatem in eis; ſicut prohibui mihi contingens in viſitatione cujuſdam Monaſterii monialium ordinario ſubjectarum commiſſa ab Antiſtite, earum Prælato facultate plenaria, ut alter nos in viſitationem peragendam; reperiens flocci factum & nimis obmurmuratum illarum Confeſſarium à quibuſdam ſæcularibus, eo quod in more obſervabat aliquibus monialibus, (quas prædictus Confeſſarius proferebat majoris ſpiritus fore) triplicem præberet formam in

Digitized by Google

Communione,aliis duplicem,quia minoris fervoris in obſervantia erant,aiebat;ipſū vocavi & in examen duxi motivum;negavit ſe ſentire ampliorē habitualem gratiam receptā à majori quantitate ſuſcepta,niſi eo quod fervorizabantur in humilitatem,aliaſque virtutes exercendas excitatæ potius ab hoc ad orationē mentalem: excuſatum judicavi à bona fide;fortè hic eſt ſenſus eorum, qui dicunt quod dū non conſumuntur ſpecies ſacramentales à calore ſtomachi cauſant gratiā,non quidem vi communionis,ſed quatenus bona fide quis attendens quid tenet intra ſuū corpus, & cui cōcorporatur,fervidè ſe gerit, multiplicans exercitia ſancta in gratiarum actione, dignationē admirans amoris divini ſibi demonſtrati,à tanto dono exhibito. Difficultas igitur in iſto non ſtat quoad hoc videlicet, ut amplietur ſumptio in ſpeciebus ejuſdem rationis.

9. Tota vertitur circa illas Euchariſticas ſpecies quæ diverſæ ſunt rationis oportet Communionem laïcalem diſcriminandum ſacerdotali ; in illa, ſola ſpecies panis ſumitur,in iſta & vini & panis capitur, utraque ratione non Sacramenti niſi ſacrificii oblati ; nec iotam tetigit ſubtilis Doctor de hac veſtigatione in qua licet teneam contra me duos noſtræ ſubtilis ſcholæ præclaros autores mox citandos, cum pro me inveniam ſeraphicum doctorem illico dandum; Scoti terens veſtigia, dum in eo lego, 10. quæ. 5. quæſt. 1. §. ad argumenta in oppoſitum v. ad dictum n. 8. *Nego Ricardum tenendo magiſtrum.* Nego Scotiſtas ſi optio eſt eligendi ſententiam, tenendo S. Bonaventuram. Itaque Maſtrius allegatus. ait num. 407. *Quamvis utraque ſententia ſit probabilis,& negativa etiam communior, adhuc affirmativa videtur mihi probabilior*; etſi ei probabilior videatur in ſe probabilior non eſt ut patebit à ſolido fundamento Seraphici Doctoris ex modernis eam tuentur Hicheus coment. citato n. 27. Cardinalis de Lugo diſp. 12. de Euchariſt. ſect. 3. & alii quos citat & ſequitur Bernal. ea diſp. 41. ſect. 2. §. 1. num. 20. Negativa præferet pro qua ſunt expreſſè S. Bonaventura 4. diſt. 11 parte 2. diſt. art. 1. quæſt. 2. in corpore, & ad primum, Thomiſtæ cum angelico Doct. 3. parte quæſt. 80. art. 12. ad 3. Bellarminus, Valentia, Suarez Henriquez, Coninch. Silvius & alii quos allegat & ſequitur Franciſcus amicus. tom. 7. diſp. 25. de effectibus Euchariſtiæ ſect. 3. num. 57. & num. 58. impugnat varios modos, quibus doctores fundant, non accipi majorem fructum à communione in utraque ſpetie, quam in una dumtaxat; num. 72. deducens ſoliditatem ejus ab hoc, quia finis ad quem inſtituta à Chriſto fuit Euchariſtia, æquè verificatur ſumpta quaque ſpetie ſigillatim ac conjunctim ; quod ita explicatum innumeras patitur impugnationes, dum ſumptio Euchariſtica non præſcinditur, aut ratione præciſæ communionis extra Sacrificium, vel intuitu communionis factæ in ſacrificio hoc ſecundo modo major gratia, & fructus cæteri accipiuntur à Sacerdote, prout communicante in complementum Sacrificii, quam in quantum communicante præciſè. Verba Franciſci amici ſunt. *Ratio hujus ſententiæ ſumenda eſt ex fine ad quem Sacramentum inſtitutum eſt, ſcilicet ad conjungendas animas fidelium ſpeciali vinculo charitatis cum Chriſto*; id verificat ex Joan. 13. v. 2. conſonè ad Sanctum Chriſoſt. hom. 61. ad populum Antiochenum, & S. Cirillum Alexand. lib. 4. in Joan. cap. 17: & proſequitur. *Porrò enim ſpeciale vinculum charitatis cum Chriſto æquè cauſatur per unam, ac per utramque ſpetiem:* quid mirum ſi in quaquæ ſigillatim tota entitas & adæquata Sacramenti Euchariſtiæ convincitur; neque enim in ſacrario reſervatum aſſervatur dimidiatum Euchariſtiæ Sacramentum, aut iſtud in proceſſionibus defertur vel ad infirmos in viaticum; & tamen nullæ ſpecies conſecratæ in vino deferuntur; quod enim non majorem gratiam cauſent ambæ ſpecies ſecluſo in ſacrificio quam unaquæque, ex profundiſſima ſpeculatione ſeraphici doctoris inducitur loquens ſic in corpore, quæſt. 2. citatæ. *In Sacramento duo ſunt? ſcilicet efficatia, & ſignantia; eſſe igitur de integritate Sacramenti, dupliciter eſt, aut quantum ad efficatiam, & ſic neutra ſpecies eſt de integritate, ſed qualibet eſt totum quod habet efficatiam; aut quantum ad ſignantiam & ſic ſunt de integritate, quia neutra per ſe exprimitur res hujus Sacramenti, ſed in utraque ſimul.* Quaſi dicat S. præceptor in Euchariſtico cibo præſcindendum eſt commune quod tenet cum cæteris Sacramentis ab efficatia cauſandi gratiam ex opere operato, & ex opere operantis, in quo cum ſit ſignum practicum, non aliter cauſatur gratia, ſeu effectus quilibet ab una ſpetie ſanguinis, quam ab altera corporis cum in utraque ſeorſim ſumpta adæquatè convincatur totum Sacramentum, nec à præciſa communione laïcali plus gratiæ accipiet ſumens panem, & vinum, quam ſi duas vel tres hoſtias ſumeret; ſeu ſignificatio vertitur circa ſignantiam ſacrificii qua conficitur; & hoc pacto, cum iſtud compleatur in convivio perfecto, nec hoc conſtituatur in ſolo cibo, & requirat inſimul potum, ab utraque ſpetie conſumpta uberior, & copioſior fructus capitur, per diſcrimen quod ad complementum Sacramenti quæquæ ſpecies ſigillatim abundat, non autem ad adæquationē ſacrificii in potu & cibo tam mirabiliter ex Chriſti liberalitate nobis impenſo,in ſui cultum,& latricam ſupremā adorationem.

12. Quin obſtet diverſus modus ſignificandi Chriſtum ſub ſpetiebus contentum, in quibus vi verborum eſt corpus cætera vero per concomitantiam ſub accidentibus panis; ſub eis vero quæ vini ſunt, verborum vi, ſanguis, alia vero concomitanter; nam modus ſignificandi totum Chriſtum, non pertinet ad conſtitutionem Sacramenti Euchariſtici,alioquin non idem ſpetie foret, quod confectum fuit à domino *nocte cœnæ*, ac illud quod nos nunc conſecrando conficimus, quia ſervator conſecratione ſui corporis, & ſanguinis non ſignificavit ſe ipſum glorioſum niſi in corpore paſſibili, & ſanguine profundendo: unde ſi aliquis Apoſtolus ordinatus Præsbyter,in triduo mortis conſecraret, ſignificaret corpus defunctum, & ſanguinem ſeparatum profuſum, non autem illud poſſibile, aut glorioſum; neque ſacrum cruorem intra venas dominici corporis; nos autem Sacerdotes ſignificamus corpus glorioſum; & ſanguinem reaſſumptum in beatitudinis corporeæ refulgentia; & tamen ejuſdem ſpetiei eſt, à nobis confectum, ac à Chriſto, nec alterius foret ſi perageretur ab Apoſtolis in mortis triduo; ergo diverſus modus ſignificandi Chriſtum objectivè à ſpeciebus panis, ac à vini ſpetiebus, nec variat Sacramentum, nec efficit practicam ſignificationem aliter, ac à duabus hoſtiis ſumptis: ergo communione laïca non plus accipitur in fructu, & effectu ab utraque ſpetie, quam ab una dumtaxat; nec momenti ſunt aliæ objectiones, & potior videtur ſumi ab illa Bulla Clementis 6. privilegiante Regem Galliæ anno 1437. ut ſub utraque ſpetie communicaret, ubi innuitur in indulto conceſſū ad majus gratiæ augmentū, juxta relationē Gualterii in tabula chronographica ad prædictum annum; non inveni eam bullam, nec in Cherubino, nec in aliis; ſed ne diſputemus penes id quod ad nihil conducit, audiamus Macedum to. de clavibus petri lib. 9. cap. 20. §. illud, qui veroſimiliorem proponit rationem talis conceſſionis apoſtolicæ; ait. *Illud notandum, ne celebris illa conſuetudo communicandi ſub utraque ſpecie improbari videretur Clementem VI. anno 1341. conceſſiſſe Regibus Galliæ* (tunc regnabat in Gallia, ſereniſſimus Philipus 6. Valeſius; antonomaſticè proclamatus Catholicus,qui 22. annos,Pauloque plus ſceptrum digniſſimè fœlici-

Digitized by Google

ter valdè tenuit) *Communionem ſub utraque ſpetie,quæ hodieque perſeverat; de quo Lugo diſp.* 12. (de Eucharistia) *ſec.* 3. *n.* 68. *& Imperator, quo die conſecratur utitur eodem privilegio, teſte Paſto Fauſto, & in conventu Cluniacenſi Pariſiis ea conſuetudo ſervatur teſte Turriano lib.* 10. *cap.* 31. Hinc tranſeat in aliqua ex Bullis quæ allegantur inveniri,vel conceſſum ad uberiorem fructum capiendum,nulla reperitur exprimens ad uberiorem gratiam ex ſumptione capiendum;quis enim à ſingularitate qua in aliquo privilegiatur propter gratitudinem qua tenetur recognoſcere beneficentiam peculiarem in privilegio, præcipuè tendente ad animæ ſuffragium, uberiorem non deducit ſpiritualem fructum; & quia n. 13. agendum eſt ſpecialiter de communione facta à Bohemis ſub utraque ſpetie, nunc ſufficiat tetigiſſe; etenim concilium Moguntinum canone 32. tenemus diffiniens, æquè utilem, & efficacem communionem factam ſumptione unius tantum ſpetiei, quam dum utraque ſumitur. Audivi ſolutum decretum hujus Moguntini concilii; negando illud abſolutè, quia proferebatur Provinciale,non generale fuiſſe approbatum à Papa, & dato generale, cum defuerit approbatio authentica à romano Pontifice, nihil urget argumentum deſumptum ab eo; inſtabantque ex Baſilienſi Synodo concedente Bohemis ſub utraque ſpetie communionem, ſi quatuor fatebantur Bohemii, primum non cadere ſub præceptum Euchariſtiæ ſuſceptionem in ambabus ſpetiebus, panis, & vini. Secundum neque prohibitionem fore communicandi in ſpeciebus panis tantum: tertium, non plus accipi utraque ſpetie ſumpta, ac una tantum Quartum in unaquaque ſpetie ſigillatim, ſeu ſeorſim attenta totum fore chriſtum; adæquatumque & totale Euchariſticum Sacramentum. Nec tamen ab hac Synodo Convincit ratio quia approbata non fuit ab Eugenio 4. ergo ſimiliter de Moguntino quia non fuit approbatum, utinam foret authenticum Baſilienſe conceptio immaculata Deiparæ de fide ſtaret) igitur id non arguit niſi non fore improbabilem aut hæreticam oppoſitam ſententiam; aſt ab utroque maximam probabilitatem accipit noſtra affirmativa de æquali gratia accepta à laica communione in utraque,ſive in quaque ſpetierum vi Sacramenti, non ſacrificii; ergo pro ratione dubitandi inducta num. 4. jam patet quomodo nihil defraudatur, neque ab infantibus inhibiti ad communionem, neque in ea facta laicè ſub una tantum ſpetierum ſacramenralium quæ dirigitur ad bonum animæ capiendum æquè ac capta in ambabus.

11. Difficilior alia impugnatio deſumi poterat à verbis angelici doctoris 3. parte quæſt. 72. art. 8. ad ſecundum; loquens de inconvenientibus in non adminiſtrandum Sacramentum confirmationis parvulis uſu rationis carentibus, inquit. *Multi enim pueruli ætate propter robur ſpiritus ſancti perceptum* (ſuple in Sacramento confirmationis) *uſque ad ſanguinem fortiter certaverunt pro Chriſto.* Arguo ita:hæc decertatio aut conſtituit infantes rigoroſè & formaliter Martyres in propriè dicta aureola vel non: hoc ſecundum eſt contra me per fundata to. 3. certaminis diſp. 5. ſec. 5. n. 53. Vbi pro viribus defendo innocentes parvulos ab hærode occiſos in odium domini Jeſu tota proprietate Martyres ex cultu quem eis Eccleſia præbet, evidenter notum, conſequenterque primum non negandum;ergo cum Martyrium conferat ratione carentibus gratiam ex opere operato, & ex opere operantis plus certiis Euchariſtia id præſtabit; igitur hæc privata infantibus, & amentibus non conferenda, defraudantur ab ingenti animæ fructu, & in eo dono, atque in gloria, quæ ipſi correſpondet. Concedo antecedens;nego ſequelam, & paritatem, nam ad Martyrium ſufficit,quia eſt de linea Sacramenti Baptiſmi (utique dictum ſanguinis Baptiſmus) conſenſus ſive proprius, ſive alienus, quoquo autem modo contingat fructus illius capiuntur ab anima; ideoque ipſi aureola correſpondet;at ut Euchariſtia fructificet exigitur communio formaliter digna, quæ niſi à conſenſu proprio fieri nequit,juxta illud Apoſtoli 1. ad Chorint. 11. v. 28. *Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.* Quo autem pacto quis ſe ipſum ab alterius diligentia, ſeu conſenſu probabit? & notanda dictio Pauli, *ſic*, id eſt, *ita*, non aliter, ut fructus, quos cauſat hoc tam ſupernum donum tenebit; igitur comparitur aureola dicta ex opere operato in Martyrio,etſi cōſenſus ſuſtinentis in mortem illatam à Tyranno in odium Chriſti, non ſit, niſi alienus. Vrges;implicatio in terminis videtur aureolæ ſignificatum, & proprium patientis martyrium non præcedere conſenſum; aut dandam, ſeu conſequendam illam præciſo opere operantis, & hoc non exiſtente inſimul cum opere operato; idem enim, ſinonimaque ſunt, corona, & aureola; & Paulus 2. ad Timotheum 2. v. 5. aut; *Non coronabitur, niſi qui legitimè certaverit*: ſed corona ex pugna victrice ſupponit conſenſum, & actionem propriam ejus qui ipſam conſequitur; igitur repugnabit, aureola quam appellamus ex opere operato. A controverſia nos renovat replica, ſed quia propter inſtantiam de Martiribus Innocentibus ea ad quam nos divertit indigemus, ſuccinctè; diſtinguo antecedens. Implicatio in terminis videtur aureolæ ſignificatum, dum hæc ſcilicet aureola extrahitur à linea ſeu ſerie Baptiſmi, concedo; ſi autem tale ſignificatum ſit de ipſius conditione nego; quo ſenſu infinitæ invenientur loquutiones patrum declamantes parvulos ab Herode occiſos,baptizatos equidem in proprio ſanguine:cum autem Euchariſtia, de alia linea ſit ac baptiſmus, ad fructum capiendum ex illius ſumptione petitur ut more adultorum recipiatur; appellatur enim, & connumeratur inter Sacramenta vivorum, de illis nempè quæ per ſe dant ſecundam gratiam; Martyrium vero non aliter ac Baptiſmus confert juſtificationem à dono habituali gratiæ;ideo ex opere operato præbebit ei illam ſi ipſa caret martyr, cum autem non unum ſignificatum teneat hæc vox corona (& de eo egi tomo. 3. citato certaminis diſp. 1. n. 6. & 39. & diſp. 2. n. 31. & 71. cum ſequentibus, ſimiliter verificandum, quantumvis non præcedat niſi alienus conſenſus. Unde patet quid de communione ſub utraque ſpetie conceſſa Boēmis; de quibus relatus n. ſuperiori Macedo, hæc habet. *Legimus Paulum ſecundum cum Boemis diſpenſiſſe ut ambas ſpeties ſumerent, ea conditione, ut ab errore diſcederent,ſed iis permanentibus in errore, quod ſuſtinerent ambas eſſe neceſſarias diſpenſationem revocaſſe; uti refert Gaſpar Caſalius lib.* 3. *de cena, & calice domini, & Ricardus ar.* 25. *& Suarez* (diſp. 71. de Euchariſtia ſec. 3.) *& Turrianus lib.* 7. *conſtit. Clement. cap.* 31. *Hoc idem refert de concilio conſtantienſi erga Huſſitas Boëmos Becanus opuſculo* 6. *de communione ſub utraque ſpetie qui accuratè cum Bellarmino lib.* 4. *de Euchar. à cap.* 10. *ad* 19. *& Layman trac.* 4. *cap.* 5. *& Henriquez lib.* 8. *cap.* 44. *& eruditè de hoc argumentum tractant.* Liquet igitur unum, & alterum, cur & aliquando provida, atque nuſquam ſatis veneranda ſanctæ romanæ Eccleſiæ cura in doctrinæ pabulo quod fidelibus adminiſtrat, non prohibuit uſque ad tempus opportunum infantes non communicandos, neque peragendum laicalem communionem ſub utraque ſpetie, reſervatam hanc ſolummodo quando perficiendum eſt Miſſæ ſacroſanctum ſacrificium; & qua ratione aliquibus illam indulſit in ambabus ſpetiebus.

12. Etenim terminos quibus utitur ſacra Tridentina Synodus perpendendos, iterum obſecro, non ait, laudandam conſuetudinem, ſed non damnandam;

Digitized by Google

quia ut ſpiritus ſanctus qui juxta promiſſionem à domino factam peculiariter aſſiſtit regimini Eccleſiæ dirigentis noſtras actiones inſpiret, quid noſtræ modicæ capacitati expedit, ſe conformans humanæ indigentiæ ne fragilitas humana, prout limitata deficiat, aut erret in eo quod non attingit; ideo modo humano & palpabili experimento, non conjunctim, paulatim, & ſucceſſivè quæ credenda & agenda ſunt inſpirat regulæ fidei, quæ eſt ſummus pontifex in decernendum, & proponendum ortodoxè credendum, aut moribus agendum; unde vel ut in decretis de fide, non ſtatim ac eſt Eccleſia fundata, credibilia omnia propoſita, & credenda fuerunt inſpirata decurſu temporis, ſive in conciliis, ſive à Romano Pontifice ſe ſolo diffiniantur ortodoxè poſt exactum abundiſſimum examen; nec ſtatim juſtus canonizatur etiam ſi in heroicis virtutibus, miraculis, ſpiritu prophetiæ, & aliis donis ſupernaturalibus, ſeu naturalibus eximiis decedit ab hac vita quantumcumque prodigia multiplicentur in irrefragabile argumentum ſupernæ gloriæ & ſuperioris, quam conſequutus eſt, aut hujus mundi perſonæ infallibilis veritatis ex virtute patente teſtificent tales viros in maxima gratia ultimam clauſiſſe horam, quin habeant quid in purgatorio ſatis patentur ad ſuperos evolaſſe, ut de S. P. N. Franciſcano plurimi teſtificaverunt, non abſimiliter ac de Egregio patriarcha S. Benedicto; & de S. Petro Alcantarenſi Virgo Mater ſanctiſſima Tereſia, nihilhominus cathalogo Sanctorum adſcribi ſive beatificatione, ſive canonizatione differtur; nec cultus ſacer publicus, & ſolemnis eis impendi permittitur, uſque dum proceſſu juridico cuncta ad unguem & exactiſſimè examinantur, & de rei veritate patenter conſtat mediis quibuſcumque humanis indago & examino: totoque tempore in quo hæc durant bona fide procedens, qui non credit cœlicolas fore, nec minimum defraudabit à ſua anima ex non credulitate; nec culpanda Eccleſia, quia hanc incredulitatem conſenſit; ita infantium communio, quin daretur eis gratia ex opere operato, & fideliũ communio ſub utraque ſpetie permittere potuit inculpabiliter, quia Eccleſiæ non inſpiratum à Deo uſque ad tempus in quo medulitùs, & radicitùs manifeſtaretur modicitati noſtræ ex non fructu accepto, poſt exactiſſimum examen, deberi hoc utrumque inhiberi; ſed replicabis; ſi indago tam patenter jam propoſita, cur Boemis indulgetur, & Regi Galliæ aut aliis ex datis num 10. & 11. jam ſatisfactum eſt huic inſtantiæ n. 13. adde pro Boemis quia eorum facilitas, & limitata capacitas id exigebat, & nunc fortaſſis requirit ne excæcuciant erroribus, quibus circundantur; aliter in Chriſtianiſſimo Galliæ Rege urgeri videbatur ad eam concuſſionem expediendam, ut hoc pacto hæretici qui vigebant in eo Regno, vocati Sacramentarii, præcipuè hoſtes contra veritatem corporis, & ſanguinis Chriſti ſub ſpetiebus conſecratis, videntes ſuum Monarcham, cultum latricum debitum Euchariſtiæ (ex declaratis & diffinitis noviter ſeſſione 3. Trident. cap. 5.) præſtare in ſumptione non inæquè, publicè & ſolemniter hoſtiæ conſecratæ pane, quam in vino conſecrato ex calicis participatione, concluderentur, & convincerentur à ſuaque cæca perfidia corrigerentur crederentque ſub ambabus ſpetiebus, unaquaque ſigillatim ſumptâ integrum & adæquatum continere, & conſtitui verum Sacramentum Euchariſtiæ, numerica tantum differentia diſtinctum; congruentia non inveroſimilis, ut ab initio naſcentis Eccleſiæ fideles in utraque ſpetie communicarent; & quotidie ſub ambabus Deipara hoc Sanctiſſimum acciperet Sacramentum ex datis tomo 3. certaminis (ubi obſecro legas num. 26. quid dei genitrici reſultabat ex frequentata Euchariſtiæ quotidiana communione; qua etſi non acceperit majorem gradum ſumendo utramque ſpetiem, ac ſi in una tantum illam peregiſſet) opportuit hic geri in docendum non inferiorem latriæ adorationem præbendam ſpetiebus panis, ac vini, ambaſque ſeorſim inſtitutas à Domino Jeſu, ſed contra ergo nocte cænæ duo Euchariſtiæ Sacramenta inſtituit ſervator. Nego conſequentiam: aut eam diſtinguo. Duo Euchariſtiæ Sacramenta inſtituit ſpetie diſtincta, nego; numero diſtincta, concedo; ratione enim ſacrifitii quod obtulit Chriſtus, qualiter nos facimus Sacerdotes opportuit ejuſdem ſpetiei conſecrationem geminari in pane, & vino. Hic petebatur concertatio, à quo capitur diſtinctio numerica Sacramenti Euchariſtiæ, quam ſuarez diſp. 44. de Euch. ſec. 4. & Lugo diſp. 2. ſec. 2. appellant de pura voce; unuſquiſque loquitur juxta ſua principia; clariſſimè id perrigit Granadus tractatu 1. diſp. 4. num. 9. tu tene quod capite, *in Chriſto* de conſecratione diſt. 2. refertur. *Una eſt Hoſtia & non plures, quam Chriſtus obtulit & non omnes offerimus conſonè* illud 1. ad Corint. 10. *De uno pane participamus.* Unum ad ſpecificam unitatem refertur; nec curo de unitate & multitudine ſpecifica quam Doctores ingerunt. Tranſeat hanc non eſſe in accidentibus permanentibus, neganda non eſt in abſoluta ſignificatione totius Chriſti, cum ex ratione Sacramenti vendicet quidditatem à formalitate ſigni practice ſignificatæ gratiæ, & talis ſigni prout ſpetie diſtincti a b alio Sacramento novæ legis.

13. Quamquam enim impugnaverim num. 5. illam præciſionem de indigno aut non digno acceſſu ad communionem, qua aliqui moderni ſe expediunt à difficultate hic inducta, pro viribus tuentes infantium, & amentium communionem diſtinguì à ſacrilega, & ab ea qua fructuosè recipitur Euchariſtia, in hoc, quod tripliciter aſſignanda Communio peragitur (& de eo amplius, conſ. 44. n. 9.) vel dignè cum quis ut tenetur accedit, & ſumit; vel indignè quando obice poſito impeditur gratia præſtanda; vel medio aliquid de utroque extremo participans, de digna, prout non immundus redditur à ſumptione juditium ſibi manducare nec hæc mors eſt illi; de indigna in quantum non accipitur fructus, qui præſtatur ex opere operato; & ex opere operantis, & appellatur non digna; in quo variè ſe ſtabiliunt aliqui Thomiſtæ, non attendentes Angelicum Doctorem hunc medium acceſſum non meminiſſe, aprobante Eccleſia ſolum utrumque extremum in proſa Miſſæ venerabilis Sanctiſſimi Sacramenti: *Mors eſt malis vita bonis; vide paris ſumptionis, quam ſit diſpar exitus*; at inveniens doctrinam in caietano, cujus verba dabo commodiùs conſul. 44. n. 7. & 9. occurrente occaſione agendi de quotidiana communione conſonè ad novum decretum ſacræ Congregationis approbatũ ab Innocentio xi. ibi tranſcribendum; tamen in veneratione Cardinalis à Sancto Xixto, non inficiam in doctrina, in qua judico quod ſi concertatio inducitur erit de mero nomine; ſed tranſeat aliud non dignè communicare, alterum dignè; illud ſtat in hoc quod fiat communio nullo obice peccati mortalis interveniente; ad dignè & fructuosè communicandum ultra exigitur, quod dijudicetur corpus Domini, & à ſe ipſo probetur communicans ex 1. ad Corinth. 11. v. 28. *Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat; qui enim manducat & bibit indignè juditium ſibi manducat, & bibit, non dijudicans Corpus Domini:* à quo videtur noſtræ aſſertionis firmitas; in voluntatis enim alienę conſenſu non probat ſe ipſum homo; ergo rationis expers fructum non accipiet; ergo conformando me S. Bonaventuræ 4. diſt. 11. part. 2. art. 1. quæſt. 2. in corpore ei per totum adhæreo, dum realem manducationem Corporis Chriſti firmat tantummodo cum ſpirituali

Digitized by Google

ſpirituali componendum; ſic ſcribens. *Manducare autem ſpiritualiter eſt cognoſcere, & affici circa ejus paſſionem, quæ ſunt in corpore ejus multiplici afflictione, & ſanguinis effuſione in quo manifeſtatur immenſa Dei charitas*: Ergo ut ſumatur Euchariſtia ſpiritualiter in gratiæ fructu, debet communicans cognoſcere & affici circa paſſionem Chriſti; ſed id fit juditio diſcretivo cibi corporalis ab hoc Euchariſtico cibo; ergo juditio diſcretivo carens fructum non accipit, neque ſpiritualiter communicat; ſed infantes non pertingentes diſcretionis ſtatum, juditio diſcretivo carent; ergo ſine fructu accipiunt: quod meo videri convincitur ſequenti dilemate, in eventu conſultationis hujus inducendo; aut amens quando dicitur à Religioſo ignorante ejus amentiam communicatus fuit, erat in peccato mortali, vel non; ſi primum, quia tunc incapax juſtificandi ſe inveniebatur ex implicantia conferendi, nullum fructum accepit à communione quin commiſerit in ea ſacrilegium cum actio communicandi libera non fuerit nec in ſe nec in cauſa, ut peccaminoſa cenſeretur; igitur quia eodem pacto ſe habent communio ſacrilega in indigno ad non accipiendum fructum Sacramenti, ac in digno in illum ſuſcipiendum; ſi actio peccaminoſa non fuit exiſtente in lethali amente, nec fructuoſa erit non exiſtente in peccato: unde arguitur, & concluditur ſecunda dilematis pars de eo amente carente juditio perfecto; igitur accedens, ſi in gratia erat, augmentum ejus non ſuſcepit, dum in peccato conceditur, nec uſquam contritione juſtificatum, ſacrilegium non commiſit; ſic dicant Thomiſtæ intuitu cajetani doctrinæ, nec dignè nec indignè acceſſiſſe, ſed media via, non dignè; ego autem dicam; nec dignè nec indignè communicaſſe, ſed eo modo quo S. Auguſtinus tom. 9. trac. 26. in Joan. ſub finem profert. *Ac per hoc qui non manet in Chriſto, & in quo non manet Chriſtus procul dubio nec mãducat ſpiritualiter carnẽ ejus nec bibit ejus ſanguinẽ, licet carnaliter, & viſibiliter premat dentibus Sacramentum Corporis; & ſanguinis Chriſti*; unde Communio duplex eſt abſolutè obſequioſa, & hæc contingit ſemper cum fructu; & non obſequioſa, ſub diviſa, alia injurioſa; altera non injurioſa; illa contingit in ſacrilega communione, iſta in ea quæ nec ſacrilega nec fructuoſa eſt, de cujus ſerie connumeratur facta ab amente; quin immoremur in proprietate, aut rigore ſcholaſtica, quo illa non digna Communio nuncupatur media.

14. Reſpondebis diſtinctum fore, unum, ac alterum, de infantibus qui communionem accipiunt, non pertingentibus uſum rationis, ac de amente cum accedit ad communionem; annuamus caſui poſſibili, Sacerdotem amentem celebrare quia Præsbiter conſtitutus à duobus vel tribus annis in amentiam incidit, veniensque fortuitò in quandam Eccleſiam, ubi ignoratur ejus amentia petat indumenta Sacerdotalia, exeat ad altare, & uſque ad conſecrationem peractam perſeveret modo quo ſi perfectiſſimo juditio polleret, canone lecto, cæteriſque ceremoniis preſtantiſſimè peractis; poſt ſumptionem noſcatur ab aliquo circumſtantium amentem fore, & ipſe in ultimis orationibus det de ſua amentia evidens teſtimonium: vel conſecratio & ſacrifitium fuit legitimum & validum, aut non? ſi validè conſecravit; ergo amens actionem validam in re tanti momenti efficere quit; igitur cum multo minus ſit communio quam conſecratio, dum valida iſta, & legitima cum fructu perficitur, & illa fructuoſa, validaque erit; ſi aliàs amens obice caret, & in amentiam incidit exiſtens juſtificatus. Hunc caſum audivi eveniſſe in conventu Sanctæ Mariæ de Jeſu Cæſaraguſtano, ad quem quidam Canonicus venit, & à Sacriſta petens neceſſaria in ſacrificium ad iſtud celebrandum, incognitus quidem à tali Sacriſta, & in oratorio quodam exiſtente intra Sacriſtiam celebrat; peracta Hoſtiæ partitione ad *pax Domini ſit ſemper vobiſcum* relinquit hoſtiam in patena, & verſus ad novitium Miſſæ adjutorem ei alloquitur ſic: quamvis ſim Sacerdos, nullus judicet me nubere non poſſe, cum infans ſim Hiſpaniæ, nam ego filius Regis cujuſdam ſum occultus; turbatur attonitus novitius, ingreditur alter Sacerdos præbendatus ejuſdem Eccleſiæ, qui in inquirendum cum venerat; audiens novitii clamorem qui Oratorii januam aperuit, noſcitur amens qui à clauſura fugit; quid in eo, antiſtes civitatis monetur, & de conſilio peritorum Theologorum, Hoſtia, & Calix conſecrata apponenda in ſacrario, & adoranda ſub conditione decernitur uſque dum alius Sacerdos peracta ſumptione ſacrifitii quod ipſe celebravit, illud ab amente conſecratum, ſub conditione ſumat, quia nuſquam fuit patenter compertum, an talis Canonicus amens, per libertatem in cauſa, ſeu virtualem intentionem non dum revocatã validam effecerit utramque conſecrationem. Sub hac durante intentione: volo conſecrare quandocumque ſuper materiam aptam verba conſecrationis profferam ſive in ſomno ſive in amentia; quo caſu conſecratio præceſſit valida, non aliter ac cum quis producit hunc actum. Volo in tutamen fidei, vitam dare, etiam ſi tyrannus in odium fidei me occidat Amens, Ebrius, vel dormiens occiditur amens, actus moriendi erit meritorius de condigno, & aureola Martyrii debetur ſic interfecto; pro qua parte reſervare debuit conſecratum à Canonico amente; aliàs cum ignoraretur, quæ verba protulerit, tum ſuper panem, tum ſuper vinum, dubia manebat conſecratio, ſic conditio inducta interponenda, tam in adoratione quam in conſumptione ſpetierum, ſive conſecratatum ſive non; igitur ſi amentis actio eſt valida & fructuoſa in conſtituendum Corpus & Sanguinem Chriſti ſub ſpetiebus conſecratis, plus urgentius in fructuoſam communionem peragendam ab infante, & amente. Nec inſtantia confirmat meum intentum; ergo ſemper manſit ſub dubio, valida & fructuoſa conſecratio, quia ad validam verificanda erat intentio, ſeu conſenſus formalis, ſive virtualis ſive in radice liber; ergo cum ad fructum communionis id deficiat in amente perpetuo, & infante, horum nullus communicans fructum ſeu effectum accipiet Euchariſticum inde judico quod ſi Canonicus inductus in eventu relato hoc numero 16. conſũmaret ſacrifitium (taliter, qualiter à ſe peractum in amentia, ſed proferendo verba conſecratoria, propria cuique ex ſpetiebus panis, & vini) ſumendo Hoſtiam, & Calicem fructuoſa ei ſumptio fuiſſet, dum certa darentur duo; unum quod incidens in amentiam carebat peccato mortali; alterum, videlicet in ipſo præceſſiſſe hunc actum intentionis. Quoties verba conſecratoria proferam ſuper materiam capacem, conſecrare volo, ſiquidem permanebat virtualiter intentio, eratque libera in cauſa, ſeu in radice; quo caſu, ſi erat in peccato lethali, propter idem peccabat mortaliter: hinc ſolvo eventum ſpeculativè inductum argumenti intuitu: quid faciendum de ſpetiebus conſecratis ab amente perpetuo, qui fallit ſe ordinando, quod licet moraliter impoſſibile videatur, Phyſicè non implicat; duo quod probatã amentiã continuã ab infantia non tenendas tales ſpecies pro conſecratis, quia ille nulliter recepit Sacramentum Ordinis, ſicque invalidè conſecravit.

15. Igitur ad unam conſultationis partem profero, amentem inductum in ea nullum accepiſſe fructum à Communione, ſumens Hoſtiam tantummodo materialiter, non enim præceſſit in ejus juditio diſ-

Digitized by Google

cretio à cõmuni cibo:deducitur à Scoto 4.diſt.8.queſt. 3. n. 2. ubi diſtinguens quatuor modos accedendi ad Euchariſtiam; de primo, quem ait, conſiſtere in hoc, quod accipiatur Hoſtia conſecrata, nec Sacramentaliter, nec ſpiritualiter, ſubnectit. *Primo recipit quicumque recipit Hoſtiam conſecratam, quia ibi eſt verè Sacramentum, & tamen non recipit eam ut conſecratam, ſed omnino non diſcernens eam à communi cibo*: ſed nec infantes, nec perpetuò amentes hoſtiam conſecratam diſcernunt à communi cibo; ergo nec Sacramentaliter, nec ſpiritualiter communicant, niſi tantummodo materialiter; paſſim notandum diſcrimen quo amens adultus catholicus Euchariſtiam accipit ac infidelis dum perpetuò eorum nullus in amentiam fuit, aut eſt; hic enim ſemper ac communicat peccat mortaliter ex illis fundandis, non vero ille, & contingere poteſt etiam meritoriè, & dignè communionem ſuſcipere dum aliquando in perfecto juditio exiſtens hunc actum facit; volo accedere ad recipiendam Euchariſtiam ut par ei debetur, nec in amentiam cadit exul à gratia: ut cum per amentem infidelem non quærere ſibi Baptiſmum ſteterit nec accepiſſe, quatenus interpretatur, peccaſſe mortaliter in non quærendo hoc Sacramento, medio neceſſario ſimpliciter ad ſalutem, novo reatu culpæ lethalis maculabuntur ex libertate in cauſa, & interpretativa intentione communicandi ſacrilegè prout à fide defecerunt propoſito formali non credendi ſemper: quid autem ſit manducare, aut non manducare Sacramentaliter, eſt quæſtio de voce; ſic non immorabor in eo quod Suares advertit tom. 1. in 3. part. diſp. 62. ad initium dividens ſumptionẽ Euchariſticam in pure corporalem, ſeu materialem, & pure ſpiritualem, iſtam ſubdividens in eam metaphoricè ſumptam, & ſtantem in voto quo à baptiſmate conſtituitur quis, membrum Chriſti, ut tempore opportuno edat de carne Chriſti, & in eam quæ huic voto in re ſatisfaciat; nec me detineam in explicando, quod aliqui introducunt de ſumptione dicta ſpirituali, aut Sacramentali, quam ſub aliis terminis triplicem aſſignat Amicus tom. 7. diſp. 27. num. 1. Sacramentalem vocans maſticationem vitalem: ſpiritualem, eam communionem quam quis facit venerando & capiendo in deſiderio Euchariſtiam; tertiam ait, inſimul Sacramentalem, & ſpiritualem, quando quis fructuosè accipit corpus, vel ſanguinem Chriſti; perpetuò amentes, & infantes juxta hoc dici poſſunt Sacramentaliter communicare, nec dignè, nec indignè; nec purè ſpiritualiter capaces ſunt communionis, cum latricus eorum cultus meritorius eis non ſit, nec ullum fructum percipiant. Objities; ergo idem eſt ſumere Euchariſtiam parvulum, aut amentem, ac murem, vel aliam beſtiolam caſualiter ſacrarium ingredientem & comedentem: quod ſi concedatur, vide inconveniens: ergo ſicut erraret Eccleſia, vel quiſquis ſacrilegium perpetraret horrendum, Euchariſtiam dans irrationali, & eam præbens ſcienter amenti errabit; igitur Eccleſiam permittentem parvulos communicari damnandum ut error; Nego paritatem, nam in brutis eſt formalis incapacitas ex inſtitutione Euchariſtica, & in amentibus ut eis præbeatur ſanctiſſimum Sacramentum; non vero in infantibus niſi minor idoneitas ad non recipiendum illud cum fructu; & urgente motivo licitum eſt minus idoneo non autem poſitivè inidoneo aut incapaci permittere, ſeu conſentire, quod aliàs ſi non urgeret relevans motivum, nec permitteretur; fitque intuitu vitandi aliquod malum grande, quod contingeret ex non permiſſione; & fundatur in hucuſque dictis, ſolutio.

16. Penes alterum inductum in conſultatione dico tres fœminas non monentes miniſtrum, cum hominem amentem, nullo tunc ſigno amentiæ præſtito non peccaſſe cum ad ipſas examinare non pertinebat; inditia quibus ab amentia convaluerat, vel in ea permanebat; & Epiſcopum rectiſſimè proceſſiſſe, Sacramentum confirmationis adminiſtrans illi perpetuo amenti, tum ab hiſtoria relata à Surio tom. 5. die 18. Septembris cap. 14. de facto S. Mauritii Andegavenſis Epiſcopi, tum ex doctrina Angelici Doctoris aientis 3. parte quæſt. 72. art. 8. in corpore. *Anima autem ad quam pertinet & ſpiritualis nativitas, & ſpiritualis ætatis perfectio immortalis eſt; & ſicut poteſt tempore ſenectutis, ſpiritualem nativitatem conſequi, ita tempore juventutis & pueritia conſequi perfectam ætatem, quia hujuſmodi corporales ætates non præjudicant.* Et ad ſecundum *in puerili ætate poteſt quis conſequi perfectionem ſpiritualis ætatis*; ubi innuit S. Doctor ſacramentum Confirmationis inſtitutum, non ſolum pro adultis, ſed etiam pro infantibus baptizatis nondum pertingentibus uſum rationis, conſequenterque, ritè, & rectè adminiſtrari amentibus; aiente caſtro Palao tom. 4. trac. 20. diſp. 1. punct. 7. num. 8. *Non ſolum poſſe, ſed & deberi amentibus* (ſuple Sacramentum confirmationis) *de quibus apertè non conſtat eſſe in peccato morali* & ſtatim; *quod vero incapaces exiſtant auxilii ſpecialis ad fidem palàm confitendam, id per accidens eſt, & primarius hujus Sacramenti effectus non impeditur*; & idem expreſſit cum pluribus Diana 3. part. trac. 4. reſol. 20. per totam id confirmans tract. 6. reſol. 93. §. nota etiam; quin obſtet Pontificale Romanum præcipiens, ut confirmandus ſciat Doctrinam Chriſtianam, jejunus confirmetur, & alapa in memoriam inferatur; conformiterque Concilium Mediolanenſe 1. prohibuit confirmari pueros ante ſeptennium: quod arguit requiri uſum rationis; quæ omnia ſatisfacit Hurtadus diſſ. 10. de Sacramento Confirmationis, nam iſta procedunt quando opportunitas concurrere poteſt, non autem abſolutè; idque Nuñus in 3. part. Angelici D. quæſt. 12. art. 8. concluſ. 4. inſinuavit, & tetigit idem Diana 5. parte trac. 3. reſol. 31. unde elogiandus Antiſtes ignotum ipſi amentem non fuiſſe in peccato mortali, & confirmaſſe; præcipuè tenentes Seraphicum Doctorem 4. diſt. art. 3. quæſt. ad ſecundum, loquens de infantibus confirmandis. *Parvuli non armantur pro ſtatu illius ætatis, ut tunc pugnent, ſed ut poſt modum ſint pugnaturi, nec hoc ſit inconveniens, quia arma illa non ſunt aggravantia, ſed alleviantia, nec ſolum ſunt defendentia; ſed præmunientia & melius eſt hominem muniri ante læſionem, quam poſt*; applicandam ad amentes doctrinam docet ex S. Bonaventura Palao, ſubnectens ab eo commodiùs confirmationem adminiſtrari in puerili, ac in majori ætate.

Digitized by Google

CONSULTATIO XXX.

De Medico nolente viſitare graviter ægrotantem qui renuebat ſacramentaliter confiteri.

1. QUidam Apollineæ peritus artis profeſſor, & aptius, melioris conſcientiæ ſollicitus catholicus vocatus in curandum infirmum nobilem, noſcens languorem ingraveſcere, languidum (qui erat homo nimis luxuriæ deditus; in propriaque domo Amaſiam tenebat, à qua ſpurios procreaverat filios duos) monuit, ut confeſſionem Sacramentalem efficeret, conderet teſtamentum, viaticumque ſacrum reciperet; nulla perſuaſione vinci potuit ut concubinam ſaltem à cubiculo amoveret, cumque iſta præſente condiderit teſtamentum, ipſam univerſalem ſuorum bonorum hæredem inſtituit, onere diſponendi pariter in duos prædictos filios ſpurios; ſæpiſſimè à Parrocho monita, quod è domo exiret, aut ſaltem in ægrotantis cubiculo non introiret, aliter nec adminiſtrandum, minabat, pœnitentiæ Sacramentum, neque viaticum adducendum; reſpondit illa ingratiſſimam futuram in ea neceſſitate relinquentem tantum ſui ſuorumque filiorum benefactorem; potiùſque judicabatur (ſine temeritate) ſuum finem in non dimittendo infirmo fuiſſe, ne ab aliquo perſuaderetur, codicillo aut alio teſtamento irritandum prius factum, quo hæreditatem amitteret; parrochi interventu miſit ad ægrotantem Epiſcopus civitatis, ſalutarem monitionem & tandem præceptum ſanctæ obedientiæ, ut à domo mulierculam ejiceret, & huic quod in ſpatio duodecim horarum à domo exiret, nec uſquam ex tunc infirmi cubiculum ingrederetur: parvi pependit uterque, prælati mandatum & charitatem clementiſſimam; interim, dum alia opportuna media inquirebantur ut ab authoritate juſtitiæ ſæcularis carceraretur fæmina, vel à judice eccleſiaſtico (ob flocci factam cenſuram) invocato ſæculari auxilio à domo ejiceretur, unus ex tribus Medicis concurrentibus, & vocatis ad viſitandum languidum, de duorum ſotiorum compromiſſo conſuluit; utrum tutâ conſcientiâ cum egrotum poſſent viſitare, dum ipſe validè confiteri renuebat præſentem occaſionem proximam nolens à ſe removere.

SUMMARIVM.

NON ideo malus Medicus quia non ſemper ſanat, n. 1.
Edictum Pii ſub qua reduplicatione medicos aſtringit, n. 1.
Abſit medicum cogitare, velut à Caramuël deſcribitur, n. 1.
Salutem animæ ſatagens laudabitur medicus, n. 1.
Pii V. præceptum de Medicorum ſollicitudine ut pœnitentiæ ſacramentum accipiant infirmi, n. 2.
Confeſſione nulla non fit ſatis Eccleſiæ præcepto, n. 2.
Nec fiet ſatis Pii V. præcepto exiſtens in proxima occaſione peccandi dum nulliter abſolvitur, n. 2.
Cauſa non eſt utilis, aut honeſta quæ excuſetur à culpa non recedens à proxima peccandi occaſione, num. 2.
Pro bono ſpirituali aut temporali proximi illicet in illa fore, n. 2.
Beneſitium in præjuditium recipientis nuſquam reſultet, num. 2.
In viridi obſervantia exiſtens Bulla Pii V. infirmus punitur ſi confiteri renuat penâ carendi medicis, & medicinis, n. 3.
Septem obligationes in foro conſcientiæ medicorum ex diplomate Pii V. n. 3.
In renuentia languentis nolentis confiteri, quando aut quomodo viſitandus, n. 3.
Nullum pontificium præceptum charitati oppoſitum, num. 3.
Infirmitates leves non comprehenduntur edicto pontificio, n. 4.
Quæ minat mortis periculum, gravis teneretur infirmitas, num. 4.
In ea quæ levis experitur propter ægritudinem non inſtat Eccleſiæ mandatum, num. 4.
Tenor edicti à Pio V. editi, num. 4.
Et renovatum à Gregorio, num. 4.
Medicorum juramentum ut viſitandi licentiam obtineant, num. 4.
Quamquam concubina concubinario neceſſaria ſit, illicitum eam in cubiculo tenere, n. 5.
Cautè legenda poſt Bullam Alexandri VII. nec practicabilis Joannis Sanctii ſententia, n. 7.
Deformis facta concubina, aut infirma non ideo proxima vitatur peccandi occaſio, n. 6.
Quo in territorio non in uſu receptum Pii V. decretum, n. 6.
An ex Innocentii III. ſtatuto aſtringantur medici in idem, ac à Pio V. n. 6.
Infames, & gradu medicinæ privatos medicos, edictum Pii non obſervantes, n. 6.
Similiter exules ab Univerſitatibus, & collegiis. n. 6.
Lex pænalis in materia gravi obligari poteſt ad reatum pœnæ temporalis, & æternæ, n. 6.
Quid dum non ſperatur correctio, num. 6.
Charitativa admonitio commenſuranda correctioni fraternæ à Chriſto præcepta, n. 6.
Vi juramenti, alias non aſtrictus, obligatur, num. 7.
In indiſinita in juramento promiſſio exceptionem non admittit, n. 7.
Ideo ex voto tenemur Franciſcani jejunare incidente in feria ſexta die natalis domini, num. 7.
Conſuetudo Regni Caſtellæ & Ballearum inſularum de

Digitized by Google

edenda dicta groſſura, Sabbati die n. 7.

Quando eximitur ab obligatione juramenti qui peccando materiam injurabilem, jurat, n. 7.

Dies ſabbati in abſtinentia à carnibus apud S. Patres celebris, num. 7.

Quæ majores dicuntur feſtivitates, num. 8.

Incidens vigilia ſancti Joanis Baptiſtæ in feria 5. *ſolemnitatis corporis Chriſti commutatur abſtinentia, num.* 8.

Et anteponendum jejunium ex declaratione apoſtolica, num. 8.

Privilegium comedendi dictam groſſuram an ſolum à conſuetudine, num. 8.

Aliud peccare mortaliter in non obſervantia alicujus, alterum in cenſuras incurrere, num. 8.

Voluntarium juramentum inſeparabile ab hoc quod quis obligetur, num. 9.

Non accipit magis & minus aſſertorium juramentum; bene promiſſorium, num. 9.

Iſtud æquivalet voto, num. 9.

Non eſt in poteſtate promittentis juramento, aut voto in re gravi, ſub veniali ſe obligare, nec in levi ſub mortali, num. 9.

Jugum ſeu onus legis Chriſti ſuave, num. 9.

Quo pacto relaxari, commutari, ſeu diſpenſari quit juramentum, num. 9.

Laudandus parrochus nolens viaticum publicè concubinario adminiſtrare, num. 10.

Huic, licet negare cõmunionẽ publicè petenti illam, n. 10.

Notoria apud omnes exiſtens proxima occaſio peccandi, concubinarius publicus cenſetur peccator, n. 10.

Factum Chriſti communicantis diſcipulum proditorem non ſuffragat concubinario publico, num. 10.

Non cooperatur ſacrilegio communicantis miniſter præbens ei Euchariſtiam, ſi occultus ſit peccator. numero 10.

Punitur, non infamatur propter denegatam publicè communionem notorius peccator, num. 10.

Obligatio parentum ad alimenta præſtanda filiis procreatis à concubina, num. 11.

Iſtud tamen deſponendum, quin ullum inſit proximum peccandi periculum, num. 11.

Nec prætextu alendi filios à concubina habitos, licet uſquam proxima peccandi occaſio, n. 11.

Valdè rationabile, atque facillimum diſponi alimenta concubinarum filiis, quin urgeat ſe exponere in peccandi jacturam, num. 11

Obligatio vitandi quæcumque ſcandalo ſunt proximis quando, num. 11.

De ſcandalo activo, & paſſivo, num. 11.

Sententia judicis ne requiſita ut publicus quis concubinarius cenſeatur, num. 12.

Tenacitas Mulierculæ cæcutientis à temporalibus, numero 12.

Dictio, niſi, de ſua natura exceptiva, num. 12.

Negat ſubſequens, ſi præcedentia affirmativa ponantur, num. 12.

Affirmat ſubſequens dum in antecedenti, niſi, ineſt, numero 12.

Prudenter expectatur tempus, ut fructuoſa Sacramentalis fiat confeſſio, num. 12.

1. BImembrem videtur exigere deciſionem conſultatio præſens, licet tantummodo à Medicis petatur quid in conſcientia procedat quoad viſitandum illum infirmum, quem etſi à morte non liberarent, præclariſſimi medici digniſſima nomenclatione elogiandi, ex regula illa celebri Ariſtotelica 1. Topic. *Non ideo malus medicus ſi non ſemper ſanet dum nihil omiſeris eorum quæ ſunt in arte*: in qua, quamquam abſolutè loquendo quatenus pertractatur ab Hipocrate Galeno & aliis infidelibus hæc Appollinea ſcientia neutiquam ejus profeſſores adſtringere non ſit cura ſolertiſſima, quam tenetur medicus adhibere languidum ut dignè Eccleſiæ catholicæ ſacramenta ſuſcipiat aliaque in ſuam ſalutem perficiat æternam, prout catholicus eſt medicus, iſtud ab arte incumbit onus ſcientia enim medicinæ includit, & incitat ad charitatem, igitur in conſultatione propoſitus charitate flagrans, præter gentiliſmi, aut infidelitatis ſuorum vetuſtorum, qui magiſtri, & coriphæi in ea ſcientia dicuntur, ſolerter ſatagebat obedientiam ad decretum Pii V. editum anno 1566. quod ipſi in obligationem conſcientiæ reſultabat: nec enim tantummodo verſanda eſt medicina catholica in corpoream medelam; complectitur etiam animæ incolumitatem; aliter operando incident medici in eam cenſuram, qua imperitos carpit Caramuel (quantumcumque ſciolos de apho riſmis, aut methodi curandi galenici) tom. 4. in ſua Theol. fundamentali fundamento 55. agens de homicidio, quod in quinto decalogi præcepto interdicitur, à num. 1564. Ubi prævenit ſe velle ſubſcribere cuidam Epigrammaton. *Vt Confeſſarii videant quo debeant modo pœnitentes medicos examinare: an homicidæ; utrum obedientes decretis pontificum; fas ſit dicere, non judicandum ullum catholicum medicum, tam ſtolidum & cæcum, quod putet ſe potius medicinæ principiis adhærere quam Nicanorem*; de quibus medicis Ariſteas epiſt. ad Philocratium fratrem, tom. 13. bibliotecæ veterum Patrum pag. mihi 375. Nicanor; eneque tantopere in ſuo ſtudio & conſcientia fidat, aut ſe Hipocrati & Galeno comitat quod hoc in omnibus præferat alioqui connumerandus inter illos, de quibus conqueritur Arnulphus Lexionenſis Antiſtes epiſto. 4. habita tom. 3. bibliotecæ Patrum fol. 541. ſibi non fidat ſine ſtudio perenni; & quoad internum forum ſemper conſulat Patres ſpirituales, Theologos peritos, ne carpatur eo quod cavet Procopius Gazeus in ſuo Dialogo, legendo tomo 3. bibliotecæ Patrum pag. 675. quorum textus ſpecialiter non tranſcribo, ne extra intentum potius monitoris ſeu Prædicatoris agam nunc munus; quam Theologi in ſolutionem conſultationis moralis; abundet ad zelum peritorum medicorum qui laudabiliſſimè animæ ſalutem infirmantis ſedulò ſatagebant.

2. Quibus præſuppoſitis præcautionibus ad catholicos Medicos occurrit, quod Caramuel num. 1565. annotat & in indaginem vocat. *Pius V. anno* 1565. *evulgavit Bullam quæ incipit, ſuper gregem, & in illa præcipit, ne Medici ultra tertium diem viſitent ægrum, niſi de illius confeſſione ſibi conſtet per fidem confeſſarii in ſcriptis exhibitam*: & licet ante bullam Alexandri VII. (in qua inter propoſitiones damnatas ut habetur to. 6. Bullarii in indice, hæc una reprobetur quæ in ſerie eſt 15. hujuſmodi. *Qui confeſſionem voluntariè nullam facit ſatisfacit præcepto Eccleſiæ.* Similiter & altera poſtea ab Innocentio XI. prohibita & habetur in ordine 55. ſic. *Præcepto annuæ cõmunionis ſatis per ſacrilegam domini manducationem.* Videbatur poſſe fieri ſatis medicis de obſervantia edicti Pii V. dum conſtaret quoquo modo ad pænitentiæ Sacramentum languidum acceſſiſſe, at poſt inhibitionem Alexandri ſatis non fit, niſi à Sacramento pœnitentiæ validè accepto; quod probatur ſic non plus exigitur ad præcepti Eccleſiæ adimpletionem, quam in obſervantiam mandati ſpecialis, occurrente eodem motivo, & eiſdem circumſtantiis; ſed præcepto Eccleſiæ de annua confeſſione non fit ſatis, ſi nulliter facta ſit voluntariè; ergo nec fiet ſatis peculiari mandato Pii V. concurrente in iſto, eodem motivo & circumſtantiis, ac in illo per confeſſionem nulliter factam, ſed infirmus ille validam nequibat confeſſionem effi-

Digitized by Google

cere conſtitutus in proxima occaſione peccandi, nolens exulem fieri Amaſiam, nec à domo; ergo comprehendebatur in edicto Pij V. minorem probo à triplici propoſitione damnata ab Innocentio XI. prima eſt in ſerie 61. *Poteſt aliquando abſolvi, qui in proxima occaſione peccandi verſatur quam poteſt, & non vult omittere.* Sed infirmus verſabatur in proxima occaſione peccandi, quam poterat, & nolebat omittere; ergo abſolvi non poterat; ſed qui abſolvi non poteſt facit confeſſionem nullam; ergo nulliter confiteretur ille: cum quibus & ut occurramus cuique effugio, inſtat altera propoſitio quæſt. 62. damnata. *Proxima occaſio peccandi non eſt fugienda, quando cauſa aliqua utilis, aut honeſta non fugiendi occurrit:* ergo licet occurreret utilis cauſa, in infirmitate, aut honeſta, quamtumvis palliata, in verbis Amaſiæ, ne ingrata ſuo benefactori appareret, non urgebat in abſolutionem validam; & totum convincitur ab alia propoſitione, etiam damnata, quæ eſt 63. *Licitum eſt quærere directè occaſionem proximam peccandi pro bono ſpirituali, vel temporali noſtro vel proximi:* nulla ergo ex parte licebat, quamtumvis coloraretur, non receſſus Amaſiæ: quin obſtet ſequens ratiocinario ſacrilegium commiſſum ab eo qui conficit ſacramentum, quia eſt in peccato mortali, dum obſervat quæ exiguntur ad valorem ſacramenti non obeſt præcepto Eccleſiæ vel divino contraveniri ut fiat validum ſacramentum; & patet in eo qui conſecrat exiſtens in peccato mortali, vel abſolvit, ſeu baptizat, quin ſit juſtificatus; ergo ſacrilegium pænitentis in confeſſione, pænitentiæ ſacramentum non invalidavit; ſed valida confeſſione frangi nequit præceptum de ea peragenda; ergo ſacrilega confeſſione non frangetur præceptum de ipſa ut annua; igitur & infirmus per ſimilem obſervabit quod innuitur in edicto Pii V. quot falſa continet hæc replica; concedo totum antecedens, nego omne ſubſequutum à prima conſequentia incluſivè; diſparitas eſt, quia ſacrilegium miniſtri conficientis nullum obicem ponit ſignificato per ſacramentum, velut ponitur à recipientis ſacrilegio, ideoque & iſto annullatur pænitentiæ Sacramentum dependere tanquam à conditione ſimpliciter requiſita ut validum ſit à non obice in recipiente: & penes alia Sacramenta independentia ut valida ſint, ab hoc quod obex, aut ſit, ſeu non ſit, contravenitur menti præcipientis, quo pacto damnatur ab Innocentio XI. illa propoſitio, quod fiat ſatis præcepto Eccleſiæ, vel divino per communionem ſacrilegam, quam tranſcribo n. 4. conſequenterque nec communione adducto viatico languidus facere poterat ſatis præcepto, aut confeſſionis vel communionis perſiſtens in occaſione proxima.

3. Commemorans Dianam Caramuel in eventu de medico, innuere videtur recurrendum, & rem decidendam ſub ſequentem præciſionem; nam in quocumque territorio in quo prædictum diploma Pii V. acceptatum non fuerit, nec uſquam in viridi obſervantia conſtitutum, inquit, non obligare medicos; à contrario vero, eo adſtringi, & peccare mortaliter ſi acceptatum fuerit, poſſitque & intimatum, ut obſervetur, ſequens producens argumentum. *Datur in republica qua Eccleſiaſtica & qua ſæcularis coercitas præcipiendi aliqua ſub pæna capitis; & ultimâ condemnantur ſententiâ hæretici ab inquiſitoribus; at à Principibus alij ſcelerati; cur ergo ſub pæna carendi medicis, & medicinis non ſolum in eo caſu, quo illa & iſta requirantur ad melius; ſed in caſu etiam poſſibili, aut impoſſibili, qui præſciretur certò ægrotum ſine medicis moriturum: qua proximus eſt charitate, non qua medicus ex offitio; qua enim à principe ultimâ condemnatur ſententiâ, non debet privata juvari.* Speculatio digna tanto ingenio, in qua ſupponitur communis doctrina legum, quod ut obligent debent publicari, & acceptari; ergo etſi in ea provincia, ubi Bulla Pii V. promulgata, & acceptata non fuit medici non adſtringantur, nec infirmi incurrant reatum pænæ carendi medicis, & medicinis, ubicumque habetur diploma in viridi obſervantia, & languidus incidet in pænam quandocumque renuit confiteri validè monitus & medicus debito conſcientiæ obligatur ad non viſitandum infirmum talem; quia licet teneatur ex præcepto divino charitatis, & ex privato offitio; non licet ultimâ ſententiâ condemnatum ægrotum à judice legitimo juvare; veneror diſcurſum; at procedendum in Bullam exponendam, præmittendo duo neceſſaria; primum ex Trullench tom. 1. in decalog. lib. 4. cap. 7. dubio 11. num. 6. ſeptem ponens obligationes medicis in foro conſcientiæ; de tertia ſic loquitur. *Tertio ſi non admoneant ægrotum laborantem periculoſo morbo juxta conſtitutionem Pij V.* licet ſic indiffinitè, eo tomo 1. lib. 2. in decal. dub. 19. num. 3. idem ſentit quod à Caramuele tetigimus dum expreſſit. *Obligat hoc præceptum ubi uſu receptum eſt.* Alterum prævenio ab his quæ Diana pertractat 3. p. tract. qui eſt de ſacramentis reſol. 93. contra noſtrum Rodriguez, & alios, ſcilicet dictas conſtitutiones Pontificias, nempe illum Pii renovatum, & confirmatum; expreſſumque in jure cap. cum infirmus, de pænit & remiſſ. non adſtringere nec medicos nec ægrotantes in quibuſcumque morbis, ſed in illis qui ſunt graves, vel ſi in principio judicantur ſecundum regulas generales, ſive particularia incidentia quæ probabiliter timentur judicantur quod ingravaſcent periculoſè, & congruentiſſimè, alioqui non ſufficerent parrochi ad Viaticum: reſolvit Diana non obligare niſi in morbo gravi, *aut ſi judicatur à medico periculoſus*, paucíſque interjectis modum ponit qualiter tutâ conſcientiâ peragitur. *Satis eſſe ut medicus faciat per alios, nam ſic conſtitutiones illas interpretatur conſuetudo*, quæ omnia infallibilia ſunt; & procedit, *Si æger in probabili mortis periculo conſtituatur non eſt deſerendus à medico, etiam ſi pertinax ſit in renuenda confeſſione*, concludens, *juramentum à medicis præſtitum exequendi decreti, ſolum intelligo, in quantum præſens conſtitutio Pii V. uſu recepta eſt*, recognoſcens autem Diana ſe impugnatum, 11. parte tract. 1. Miſcell. reſol. 22. iterat doctrinam inquirens *aut nolentes confiteri poſſint à medicis curari?* §. ſed ego, ratificat ſe in dictis. *Non recedo à ſententia, quam docui, nec me urgent, ea quæ contra me aſſerit Caramuel, quia ego non adhæſi opinioni affirmativæ, quatenus reſpublica Eccleſiaſtica non poſſit præcipere confeſſionem ultimam ſub pæna capitis, & ſub pæna carendi medicis & medicinis, ſed dictam ſententiam tenui quia putavi non fuiſſe latum præceptum in caſu quo æger ex deſertione medici poneretur in probabili periculo mortis.* Exiſtimabat enim Diana non interpretandam mentem Pontificis prout oppoſitam charitati, & optimè judicabat, nam neque Caramuel id judicare potuit; quod ſolidatur ſequenti paritate: non licet medico non curare Mahometanum, vel quemcumque alterum infidelem, quamtumcumque abjurare ſuos errores repugnet, nec pro ſua æterna ſalute fidem Catholicam amplectatur, quia opponitur charitati; ergo nec licebit infirmum Catholicum deſerere in ſimili periculo conſtituto, quamtumcumque impænitens ſit: probatur conſequentia ideo illud, quia præcepto charitatis adſtringimur juvare in eo quod poſſumus proximos in extrema neceſſitate conſtitutos; ſed non plus eſt primus Catholicus impænitens, quam infidelis pertinax; ergo ſi hic non debet à medico & medicinis ulla lege privari, nec ille erit deſerendus,

Digitized by Google

ergo Pius V. non loquitur in eventu; quando inſtat charitatis præceptum.

4. Diſcrimen maximum invenio in eo ubi Caramuel ponit ſuam vim per illas mirificas clauſulas, ac in caſu conſulto; annuamus ei quod innegabile videtur, nempe ut paſſim tetigi; neque Innocentium III. nec Pontifices alios in ſuis Bullis allegandos, loqui de languidis, quorum ægritudines ſunt ita leves, aut non taliter ingraveſcunt, ſeu timentur aggravandæ, ut inter periculoſas numerentur; ſolumque urgere Apoſtolica decreta, juramentumque factum à medicis (cum viſitandi capiunt facultatem) circa infirmitates quibus probabiliter præſumitur incurrendam indigentiam ab infirmo accipiendi ſacrum Viaticum ad cuius ſuſceptionem opus eſt præcedere confeſſionem, & non jeiuno licet communicare; aiente Scoto 4. diſt. 8. quæſt. 3. §. ad propoſitum v. ſi autem, num. 3. *Aliquis poteſt eſſe caſus in quo quis generaliter licet accedere non jeiunum, ut in infirmitate gravi quando timetur periculum mortis imminentis:* videndi Hieheus in comment. num. 47. P. Hilibarne tom. 1. in 4. diſp. 30. §. ſecundo dicendum, Maſtrius in Theol. morali diſp. 12. num. 54. Bonacina tom. 2. diſp. 4. circa 2. decalogi præceptum quæſt. 1. punct. 16. num. 9. ubi de præcepto ut *obligare dum morbus eſt gravis vel dum periculum eſt, ut morbus fiat gravis:* & illico in ſedandas conſcientias, *infirmus dum gravi non laborat infirmitate non tenetur confiteri; ergo nec medicus tenetur illum admonere:* Hinc inconcuſſa fit obſervantia nec examinare indigens, rempublicam, qua ſæcularem, qua Eccleſiaſticam imponere licitè poſſe leges pænales, uſque ad capitalem pænam; at ſicut Reus non condemnatur, & infligitur ei minor adhuc pæna quam capit, niſi audiatur juridicè, probata cauſa, conteſtat aliter, ipſumque dignum tali pæna convinctum, ita videtur infirmum Reum carendi medecis, & medicinis, non incurri uſque poſt conteſtata fuerit lis contra eum, & judicis ſententia pronunciata: quis judex, reſolvere non audeo; fortaſſis ordinarius; ſi recurſus ſit difficilis, Parrochus; ergo ne ulla verſemur tergi verſatione à mente Pii V. in eo diplomate, percipiamus tenorem ut habetur tom. 2. in Bullario Cherubini conſtit. 3. huius Pontificis §. 3. *Hoc noſtra in perpetuum valitura conſtitutione, ſtatuimus, & declaramus quod omnes medici ad infirmos in lecto jacentes vocati fuerint, ipſis ante omnia moveant, ut idoneo confeſſori omnia peccata ſua, juxta ritum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ confiteantur, neque tertio die ulteriùs eos viſitent, niſi longum tempus infirmo confeſſor ob aliquam rationabilem cauſam, ſuper quo eius conſcientiam oneramus conceſſerit; & eis per fidem confeſſoris in ſcriptis factam conſtiterit, quod infirmi ut præmittitur, peccata ſua confeſſi fuerint.* §. 5. Varias ſtabiliens pænas contra medicos, aliter facientes, præcipitque §. 6. ut nullus licentiam viſitandi languidos obtineat, niſi præmiſſo juramento obſervandi ad unguem prædictam conſtitutionem; quam renovavit & confirmavit anno 1581. Gregorius XIII. in ea quæ incipit, aliàs piæ memoriæ; & habetur tom. 2. Bullarij Cherubini, eſtque conſtitutio 68. & ut aptiùs exequtioni mandetur inhibet præcepto, ne ullus Catholicus à medicis judæis curetur, ſeu ab aliis medicis infidelibus cognitis quales ſunt hæretici; cumque præceſſerit decretum Pij V. in eodem tom. 2. conſtitutio quædam eius 88. ſub hoc initium, *in ſacro ſancto beati Petri*, ut nulli medico liceat in academia obtinere gradum, ſive alibi licentiam viſitandi niſi prius fidei proteſtationem faciat, patet quãtopere ſatagunt Eccleſiæ ſupremi Paſtores ut Catholici in ſuis infirmitatibus ab illis non ſolum corporis medelam accipiant, verum & ſollicitiores fore in præmonitionem de periculo morbi, ad finalem horam de peccato finali ne æternaliter damnentur, quod urget charitati conformiùs in vitandum majorem excogitabilem in orco æternum cruciatum.

5. Ad propoſitum individuemus doctrinas attendendo mulierculæ petulantiam, infirmi temeritatem, in tenaci amborum cæcitate, per ſententiam illam quam damnat Alexander VII. tom. 6. Bullarii & eſt in ſerie propoſitio 41. huiuſmodi reprobata. *Non eſt obligatus concubinarius ad ejiciendam concubinam ſi hæc nimis utilis eſſet ad oblectamentum concubinarij, vulgo regalo, dum deficiente illa nimis ægrè ageret vitam, & aliæ epulæ tædio magno concubinarium afficerent, & alia famula nimis difficile inveniretur:* ergo nec inveniri poteſt Theologus, qui tutâ conſcientiâ concubinarium, aut infirmum conſuleret, ut intuitu, quod non erat, qui ſicut ipſa ſuccurreret eum permaneret, principaliter ſtante proxima occaſione peccandi, ſi non corporea exequtione, conſenſu interno, aut à tacito muliebri in remediis applicandis; vel in proximitate adminiſtrandi cibos, qua propoſitione damnata & inſimul tribus aſſignatis num. 4. ab Innocentio XI. improbabilis & falſa manet ſuppoſitum opiniones Ioannis Sanctii in ſelectis diſp. 10. num. 12. affirmantis. *Non ejecta concubina abſolvi poſſe pænitentem, cum reincidendi periculum ceſſat, v. g. quia deformis facta eſt, aut quia cognatio inter eos eſſet ſuborta quod ab ipſis contemni non creditur:* unde non reincidentia in conſenſu interno firmabitur, nec adhærendum Sanctio in his quæ ait num. 20. *Huiuſmodi negandam non eſſe abſolutionem ei qui ſuæ concubinæ quam domi habet, mutuo dedit centum aureos, quorum recuperandorum ſpes nulla ſupererit ſi domo illam ejiciat, vel è contra, ſi fæmina recuperatura non eſſet centum ſibi debita, ſi domum concubinarij dereſeret:* quod ex aſſertis etiam videtur damnatum; præcipuè legendo quod ſubjungit tamquam fundamentum in quo prædicta ſtabilierat. *Dictum eſt ſupra quod nullus tenetur occaſionem proximam vitare cum maximo ſuo detrimento.* Si redderet; citra periculum conſenſus & pollutionis, dicerem ego, ceſſat jam proxima peccandi occaſio, ut à ſubjunctis ab illo, patet aliter ſentire dum hoc pacto ſe explicet, *& ſi concubina nimis utilis eſſet ad oblectamentum concubinarij, vulgo regalo, dum deficiente illo nimis ægrè ageret vitam, & aliæ epulæ tædio magno concubinarium afficerent & alia famula ad id nimis difficile adinveniretur, ejicere illam non erit concubinarius obligandus:* contra quod omne expreſſè loquuntur damnationes Pontifitiæ; neque has (videlicet Alexander VII. & Innocentij XI.) aſſequutus fuit Diana dum vixit quando 5. parte tract. 14. reſol. 168. §. ſed an, dubitat, & aliis relinquit deciſionem; *utrum* (videlicet Sanctii citati ſententia) *ſit probabilis*, committens ſe ad Caſtro Palao tom. 1. tract. 2. diſp. 2. puncto 9. §. 3. num. 14. benè verum eſt in reſolutionis fine annotari à Diana. *Non ejecta concubina poſſe abſolvi pænitentem, quia deformis facta eſt vel infirma, aut quia cognatio inter eos eſſet ſuborta.* Cui non adhærendum, nec immorandum cum facta deformi, infirma, aliis occurentibus non ceſſet periculum probabile: neque id affirmaretur ab iſto doctore, ſi ſcriberet nunc poſt improbatas à prædictis Pontificibus propoſitiones quando quidem nuſquam ſalvari poteſt non proximitas occaſionis in lethale peccatum voluntariè conſentiendo, aut cadendo in complacentiam, & novum deſiderium ſaltem præteritorum peccatorum repetendi; quod negari nequit occaſio proxima, & periculum neceſſariò vitandum ad abſolutionem validè obtinendam; in eventu conſulto ultra urgentiùs occurrebat, & patebat, tum quia deformis facta non erat concubina, nec infir-

Digitized by Google

ma, nec ſuborta cognatio; tum eo quod amborum reſiſtentia pertinax, infirmi in ejiciendam eam, mulierculæ in deſerendam domum, vel cubiculum, quancumque ſtaret, non ab alia fæminina illa miniſtratio peragenda; ſic ſolidiſſimè dubitabant medici, & laudabiliter procedebat Parrochus renuendo pœnitentiæ ſacramentum præbere, aut ſacrum viaticum, de quo peculiariter à n. 7. propter aliqua quæ practicè occurrunt frequenter, verum quia pendent à notitia obligationis obſervandi edictum Pii V. prius enodandum vim quam tenet penes medicos.

6. Si quod ſcribit Caſtro Palao tomo 3. tract. 24. diſp. 2. §. 4. fundamentum habet, ſi habere credo diſtinguendum eſt de territoriis, tractat de juramento, à medicis præſtito monendi infirmos in confeſſionem ſacramentalem, & num. 6. fatur, *Si conſuetudinem expectemus exiſtimo in Hiſpania hoc decretum tum conſuetudine derogatum eſſe; videmus enim Medicos timoratos viſitare infirmos gravi morbo affectos, quin de confeſſione facienda moneant, quouſque periculum mortis vident imminere, neque exigunt teſtimonium in ſcriptis de confeſſione facta; neque pœna illo decreto lata imponuntur; quo circa cum juramentum faciunt medici de ſervando decreto Pij V. intelligi debet prout decretum, uſu receptum eſt.* Remittens ſe ad Suarium tom. 4. in 3. part. diſp. 35. ſect. 3. num. 5. & ad Thomam Sanctium lib. 3. in decalog. cap. 16. num. 10. idem tenent Trullench allegatus, & alii, ſed ne tantummodo cum Doctoribus Hiſpanicis loquamur, unus procunctis Bonacina alienigenus, tom. 2. diſp. 4. circa 2. decal. præcept. quæſt. 1. punct. 16. num. 9. *Medicos peccare peccato perjurii videntes hoc decretum, ubi uſu receptum eſt; faciunt enim contra juramentum; dixi ubi uſu receptum eſt; nam medici non ſervantes hoc decretum, ubi non eſt receptum non peccant; quia juramentum cenſetur factum de ſervando decreto, quatenus obligat; ubi autem non eſt receptum non obligat,* idem enim eſt uſu non fore receptum, puta non intimatum, vel repugnatum ſupplicatione conſentiente, & permittente Papa, ut diſſuetudine aboleſcatur: duo igitur à Præfatis doctrinis colligo; primum juxta Bonacinæ mentem, præciſo juramento à decreto adſtringi medicorum conſcientias nam etſi lex temporaliter ſit pœnalis, coguntur in foro interno, & potiùs eſt à ſtatuto Innocentij III. cap. cum infirmitas de pœnis & remiſſionibus, quas commemorat & renovat Pius V. in diplomate §. 5. ſic. *Quod ſi qui medicorum præmiſſa non obſervaverint, ultra pœnas in dicta conſtitutione contentas, quas incurrere declaramus, perpetuò ſint infames, & gradu medicinæ quo inſigniti erant omnino priventur, & à collegio ſeu univerſitate medicorum ejiciantur, ac pœna etiam pecuniaria, pro arbitrio ordinariorum, ubi deliquerint mulctentur:* leges enim humanæ imponentes pœnam capitalem, aut infamiæ, revera obligant in conſcientia, quando uſu receptæ ſunt; ergo infamiæ pœnam ponente ſummo Pontifice aſtringentur in foro interno, modo explicato: quamquam Diana 1. part. tract. 10. de legibus reſol. 17. diſcutiens: *An lex purè pœnalis in materia gravi obliget in conſcientia,* hanc depromit conſequentiam. *Ergo legiſlator qui ad pœnam temporalem & æternam poteſt obligare, ſi ſolius temporalis meminit non videtur intendiſſe obligare ad æternam:* & fundatur in l. cum prætor ff. de judic. & cap. non ne, de præſumpt. ſed hæc doctrina exceptionem accipit quando legiſlator majorem excogitabilem non ponit pœnam luendam, qualis eſſe capitalis, aut infamia publica; ergo cum Bulla Pii V. infames ponat non obſervatores, videtur obligaſſe medicos, & ad temporalem & ad æternam; ſic ſtante viridi obſervantia præfati edicti, diploma adhuc præciſo juramento, imponit onus peccati mortalis: ſecundò colligo ex Bonacina, (ne ſolum cum Hiſpanis fundemur) eo num. 9. v. pro ſolutione, aiente *Hoc decretum ſolum medicos dum ſperatur admonitionem profuturam eſſe; propterea ſi conſtet admonitionem non profuturam, medicus non tenetur admonere ut patet dictis de precepto correctionis fraternæ quod non obligat ad inutile: ſi vero dubitatur an ſit profutura obligat:* igitur ut medicus incurrat in reatum conſcientiæ, & pœnarum temporalium mulctationem ſtabilitam, tria debent inſimul concurrere: primum quod uſu receptum ſit decretum propoſitum in eo oppido ſeu regione, in quo infirmum viſitat; nec licet fuerit receptum, à contraria conſuetudine oppoſita introducta non ſit revocatum prout vim legis tenens in irritandam, & revocandam priorem; ſecundum requiritur, quod medici probabiliter præſumant admonitionem ſuam profuturam languido, & non ei eventuram, aut in morbi acutiorem febrim v. g. excitandam, vel reddendum pertinatiorem, cum præceptum inductum in diplomate de charitativa admonitione, hæc enim equiparatur mandato dominico de correctione fraterna expreſſa Math. 18. v. 11. in diſcipulis, omnibus chriſtianis *Si peccaverit in te frater tuus vade & corrige eum inter te, & ipſum ſolum.* Et ut paritas de fraterna correctione obliget, vide quæ de ea inducenda ſunt, conſult. 31. n. 9. Sed noſcens non profuturam admonitionem correctione fraterna non tenetur; ergo nec medicus ad admonendum infirmum; à quo patet quod cum præceptum correctionis fraternæ nec obliget cum damno notabili corrigentis, nec cum præjudicio alicujus boni temporalis aut dedecoris nec ſic aſtringetur medicus. Tertium, quod in dubio medici, ſeu aliorum an profectura, vel non admonitio facta languidò, obligabitur in illam peragendam, ut curramus conſequenter in paritate de correctione fraterna conſonè ad fundata conſult. 9. n. 7. & amplius idem confirmandum conſul. 32. n. 9. quantopere per iſta ſedabuntur Medicorum conſcientiæ.

7. Conſonè tamen ad præmiſſa dici poteſt peccaturos illos medicos dum non monerent infirmum inductum in iſta conſultatione quia præterquam quod contravenirent decretis Innocentii III. & Pii V. & Gregori XIII. fortaſſis in viridi obſervantia erant in eo territorio, juramento contraveniebant viſitantes languidum in occaſione proxima exiſtentem voluntariè, ideo abſtinentes à viſitatione neque in ullam pœnam incurriſſe, ſive temporalem ſive æternam; & primo penes juramentum quod non ab eo excuſentur patet quia præſumitur, ut aiebant Palao & Bonacina implicitam tenere conditionem de eo obſervando, quatenus in uſu, & viridi obſervantia eſt apud territorium, lex illa expreſſa in diplomatibus, juſiurandum indiffinitè prolatum utrum ſit & petit expreſſionem de non ſe obligando, jurante niſi ſecundum uſum & obſervantiam; ſed hoc non exprimunt medici quando jurant Pii V. decretum; ergo etſi diſſuetudine non obligentur, adſtringuntur à non expreſſa exceptione in jureiurando; quod probo in eo quod nobis fratribus minoribus contingit quoad præceptum jejunii impoſitum in noſtra regula Franciſcana omni feria ſexta cuiuſvis hæbdomadæ; incidit in ea feſtum natalis Domini, & à conſuetudine ſtabilitur lex de non ſe abſtinendo à carnibus eo die, & tamen frater minor carnes comedens & non jeiunans eo die, peccabit mortaliter, quia quando in profeſſione vovit ſervare regulam fratrum Minorum, non expreſſit excipiendo diem natalis Domini incidentem in feria ſexta; quod tam inconcuſſum eſt in toto ordine, ut nec de communitate, nec particularis aliquis de eo dubitaverit, quidquid in contrarium aliqui exteri ſcribant: ergo ab indeffinito jura-

Digitized by Google

mento præſtito à Medicis ſine exceptione, quamquam non ſit in uſum decretum Pii adſtringetur jurejurando; pro quo fundando fingamus hunc caſum Innocentium xi. (qui nunc regit Eccleſiam) præcipere nullum Medicum viſitare ægrotum niſi jejunet uno Sabbato in quocumque menſe, jurat Medicus decretum in caſtellæ regno, & in aliis territoriis ubi omni Sabbato extra quadrageſimam non prohibita vigilia aut quatuor temporum, à conſuetudine veſcuntur extrema & interiora animalium, hiſpane, dicta, *Groſſura*; aſſentiamus in ſex anni menſibus nullam diem Sabbati inhibitam ab abſtinendo ab eſu groſſuræ: aut talis Medicus vi juramenti adſtringetur jurejurando, vel non? ſi affirmas profferens adſtringi, das intentum, quia jejunium eſt independens in eo juramento à conſuetudine loci, & obligat vi ſpontaneæ promiſſionis factæ ſine ulla exceptione expreſſa; ergo cum ſpontaneum ſit Medico jurare, vel non jurare obſervantiam decreti Pii v. nec exprimat, ſi à loci diſſuetudine non obligetur, jurejurando voluntario adſtringetur: ſi neges adſtringi, teneris probare objectum juramenti fore de materia injurabili quod ſi das, vide datum inconveniens; ergo nullus poterit contra conſuetudinem loci ſe aſtringere juramento in exercendam aliquam virtutem, & conſequenter implicabit in Regnis Caſtellæ & Balearum ubi viget talis conſuetudo ſeſe aſtringere voto vel juramento ad jejunium Dei, vel alicujus ſancti aut in corporis mortificationem, imo peccaret in illo, quia læthalis culpa eſt jurare, vel vovere materiam ſeu objectum invovibile ſeu iniurabile, quæ vota non imponunt obligationem adimplendi promiſſum, aut à iuramento præſtitum, ob hoc quia illuſoriè proceditur in fraudem Divinæ legis, aut in adducendum Deum in teſtem obligationis ortæ à iureiurando; igitur Medicus ab eo, quod producit penes viſitationem, adſtringetur in obſervantiam decreti Pii v. dum non exprimit exceptionem in ea obligatione qua oneratur.

8. Ut efficatior appareat paritas de jejunio, opere pretium erit advertere, quod licet variè non ſolum inter græcos, & latinos, verum adhuc inter illos abſtinentia à carnibus die Sabbati obſervata fuerit, ut fusè Azor tomo 1. ſuarum inſt. moral. lib. 7. cap. 25. refert §. de jejunio ex Gregorio Pontifice maximo hujus nominis 7. ſtabilitum, & habetur cap. quin dies de conſecratione diſt. 5. *Quia dies ſabbati apud ſanctos Patres in abſtinentia celebris eſt habitus, nos eorumdem authoritatem ſequentes, admonemus ut quicumque ſe Chriſtianæ Religionis participem eſſe deſiderat ab eſu carnium eodem die, niſi majori feſtivitate interveniente, vel firmitate impediente abſtineat*, Majorem feſtivitatem vocat ſolum diem natalis Domini, aut ſi per poſſibile non habens ſtatum diem, in feria 5. feſtum Sanctiſſimi Sacramenti die Sabbati incideret (non aliter ac anno 1639. incidit in vigiliam Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ, & anticipatum fuit talis vigiliæ jejunium ad diem 22. Junii immediatè præcedentem ex decreto ſacræ Congregationis, 24. Septembris 1638. & Bulla Urbani viii. apud Cherubinum tom. 4. Bullarii conſt. hujus Pontificis 154.) jurans omni Sabbato jejunare abſolutè abſtineri teneretur die tanti feſti, à carnibus (Hiſpania aliæque regiones Gregorii vii. decretum obſervarunt ad unguem non alia veſcendo die Sabbati, ac feria 6. uſque dum in aliquibus ex urgente neceſſitate ab inopia ciborum introductum fuit extrema animalium veſci Sabbato; & ipſe Azor cap. 30. §. ſecundo quæritur advertit à conſuetudine tantummodo irritatum decretum) in caſu ficto ergo à mandato Innocentii xi. quod nullus viſitaret egrotum niſi in ſex menſibus Sabbato jejunaret, conſuetudo contraria vel vim habebat privilegii localis, & perſonalis ſimul, vel dum taxat localis; ſi primũ; ergo ſemper debet intelligi exceptio, & inconvenientia poſita iterantur; quod autem purum locale intelligendum ſit tale privilegium inductum à conſuetudine, evidenter probatur, cum non liceat Caſtellano veſci die Sabbati in aragonia illas animalium extremitates, & licitum ſit viro Aragonenſi apud Caſtellam, illas edere; ergo ſignum eſt privilegium inductum à conſuetudine merè & præciſè locale fore; ſed privilegium locale non diſpenſat, aut irritam facit, ſeu indulget obligationem ortam à jurejurando vel voto niſi tantum exceptio expreſſa jurantis vel voventis: & liquet in Religioſis Minimis apud caſtellam commorantibus, qui à conſuetudine loci non ſuffragantur; ergo dum exceptio non exprimitur in voto, aut juramento, indiffinitè prolato obligatio incumbet ſine exceptione ulla; ergo Medici non jurantes cum exceptione ſecundum uſum loci obſervantiam decreti Pii v. in monendum infirmum de confeſſione Sacramentali facienda, peccabunt mortaliter ab hoc capite; tranſeat dum in viridi non erat obſervantia non poſſe declarari incurſos in pœnas, ſive ſpirituales ſive temporales propoſitas in diplomate, quæ ſequuntur reatum conſcientiæ in violatione decreti, non autem in perjurio, & ubi decretum non eſt in uſu, peccatum quod eſt fundamentum reatus ad penas non committitur, ſi quidem fractio legis non ejuſdem conditionis erat ac quando ex ſe ut ſua coarctiva vi obligat: v. g. ſcio ego privatè antequam Pontifex intimet ſtatutum conditum ab eo contra Eccleſiaſticos qui arma tenent, aut ſecum portant, inhibens ſub pœna excommunicationis talia arma ab eis portari; dum authentica non eſt intimatio, quantumvis jurem non portare & portem arma violando decretum etſi peccem non incido in pœnas quia lex non eſt in uſu adhuc; ergo juramento fracto non incident Medici in pœnas latas, etſi peccent *perjurii*; ideo ut eorum conſcientiis conſulatur non erit inveroſimile quod quando jusjurandum extorquetur ab eis ad licentiam viſitandi addetur, *ſecundum conſuetudinem & uſum loci*; quo in caſu nullo pacto peccabunt.

9. Tot tenet vias ſecuritas conſcientiæ Medicorum qui ſcrupulizabant viſitare infirmum (miſerabiliter confiteri, ut par erat) renuentem, quod ſuppoſito in uſu non fuiſſe apud eam Provitiam, aut diſſuetudine revocatum utrumque decretum Pii & Gregorii, & in licentia quam obtinuerunt juraſſe obſervanda quæ in eis continebantur, adhuc medium reperiebatur quomodo ſine fractione jurisjurandi obtenta diſpenſatione ejus, irritatione, ſeu commutatione quibant ſine ſcrupulis muneri ſuo ſatisfacere in applicanda medicamenta, non aliter ac antea, nec compenſationem amittere earum pecuniarum quibus viſitationes ſolvebantur: fateor à voluntate jurisjurandi neceſſariò ſequi obligationem, velit, nolit homo, ſi ſemel ſpontaneè jurat, in tali gradu quod attenta natura juramenti aſſertorii, (quidquid ſit de diſcrimine à voto, vel juramento promiſſorio non habentibus majorem vim obligandi, ac inſtituitur à voluntate humana) quod ut ex nova propoſitione reprobata mox tranſcribenda videtur quod dici queat accipere magis, & minus penes onus impoſitum juranti ad culpam lethalem, jusjurandum autem promiſſorium (quod authores in re identificant cum voto) magis & minus accipere in quantum dicitur lex privata impoſita à ſe ipſo voventi vel juranti; quam doctrinam ſuccinctè tetigit Martinus Perez diſp. 6. de matrim. ſect. 3. diſputans penes ſponſalium juramentum, utrum iſta leviter ſub veniali peccato tantum obligari queant ex contrahentium intentione nolentium amplius obligare niſi ad culpam venialem; &

num.

Digitized by Google

num. 7. iſtam ſtatuit concluſionem. *Non eſſe in poteſtate promittentis obligare ſe circa rem gravem ſub veniali tantum, quando ea ex conſtitutione Eccleſiæ, aut republicæ lege, vel conſuetudine graviter ſub peccato mortali obligat.* Si ergo & inconcuſſum eſt in juramento promiſſorio de re gravi, ſtatuta à lege, quo in caſu tranſit in conditiones jurisjurandi aſſertarii, ſub poteſtate Medicorum jurantium obſervantiam diplomatum Pontificum quoad languidorum monitionem, non erat in eorum poteſtate ſe obligare leviter, & trangreſſione jurisjurandi peccabant mortaliter; verumtamen cum Chriſtus inſtituens Eccleſiam Catholicam in lege Evangelica, jugum non impoſuerit niſi leviſſimum ex Dominico oraculo Mathæi 11. expreſſo *Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris; jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve*: Suæ Eccleſiæ poteſtatem relinquit irritandi, diſpenſandi permutandi, & declarandi vota, & juramenta quæque facta, dum aſſertoria non ſunt: imo & iſta quoad vim imponendi onus conſcientiæ; ſic aptiſſime Innocentus XI. inter propoſitiones damnatas 24. eſt hujuſmodi. *Vocare Deum in teſtem mendatii levis non eſt tanta irreverentia propter quam velit aut poſſit damnare hominem.* Inde communis conſenſus cum Angelico Doctore 2. 2. quæſt. 89. art. 9. in corpore (de quo Trullech. tom. 1. lib. 2. in decal. cap. 1. dub. 22.) plaudit quodcunque juramentum promiſſorium, irritari, diſpenſari, vel commutari poſſe, de quo Diana cum pluribus quos citat 1. parte trac. 11. reſol. 41. & 43. ergo poterant Medici virtute Bullæ cruciatæ, aut pro ſemper vel in illum caſum particularem petere ab ordinario, ſive ab aliquo regulari, aut intuitu (ſi erant,) ſuorum privilegiorum talis juramenti diſpenſationem (ſi quidem non numeratur inter reſervatas) ſicque tuta conſcientia independenter à quocunque alio ægrotantis viſitationem continuare eodem pacto, ac ſi talia decreta expedita non fuiſſent; dum ab eis non adſtringerentur & egerent ſolum diſpenſatione de jurejurando à quo obligabantur in iſtud adimplendum, ſi non irritabatur, vel diſpenſabatur unde ab obligationis onere liberabantur.

10. Parrochus nunc inſtat, utrum prudenter proceſſit; conſonè ad id quod ſui muneris erat; anſam dando Medicis in ſcrupulum, propterea quia negavit, nec ullo medio adduci potuit, ut viaticum afferret uſque dum muliercula (publicè exiſtimata ægrotantis concubina) è domo ejiceretur, vel ſaltem coarctaretur languentis cubiculum non intrare; pendet enim, à graviſſima difficultate Theologica, quando publico peccatori à Miniſtro debetur petenti Euchariſtiam negari; & quo tempore peccat mortaliter ipſam negando; poteſtque contingere eventus hujuſmodi; revelat mihi Deus concubinarium accedentem ut à me communionem accipiat, ſacrilegam feciſſe confeſſionem, & nullam; communicareque, ſi do ſanctiſſimum Sacramentum, ſacrilegè; patenterque ſcio ab eadem revelatione Divina cum evidentia in atteſtante, omnes circunſtantes nullo dempto, eum concubinarium ſcire, publicum fore peccatorem non emendatum, quia vident occaſionem proximam peccandi, eodem pacto tenere, ac ſi pænitentiæ Sacramentum non ſuſcepiſſet; quid ergo faciam petenti Euchariſtiam? teneor ne eam adminiſtrare! aiebat Parrochus negandam, ſuffultus ſequenti ratione; adminiſtrans aliquod Sacramentum publico concubinario exiſtente in proxima occaſione peccandi cooperatur ſacrilegio commiſſo in Sacramenti receptione, ſed numquam licet cooperari peccato alterius; ergo numquam licebit publico concubinario exiſtenti in occaſione proxima peccandi, adminiſtrari Sacramentum; ergo ex quo hic infirmus eſt publicus concubinarius in occaſione proxima peccandi; annuens, & conſentiens concubinæ frequentiam in ſuo cubiculo ſæpe intrare, & permanere, non licebit mihi viaticum adducere ipſi; hærebat tam tenaciter ut nullam in maxima exceptionem admitteret quantumcumque ipſi argueretur ex facto Chriſti communicantis Judam Iſcariotem nocte cenæ quin cooperaretur ſumptioni ſacrilegæ, quam peregit ſuſcipiens ut pertracto tom. 3. citam. diſp. 4. ſect. 19. num. 161. ad quod replicabat, non ita verum id fore; nam probabiliter aliqui ſentiunt à Juda Iſcariote non ſumptam, nec præſtitam Euchariſtiam nocte cænæ dequo Sebaſtianus de Barradas tom. 4. ſuor. oper. lib. 3. cap. 1. in initio cap. 3. §. contraria opinio, ſic proferens. *Iudam ante Euchariſticam inſtitutionem ex Cænaculo diſceſſiſſe atque à Deo Euchariſtiam non ſuſcepiſſe*: pro quo allegat S. Clementem Romanum, Rupertum, Theophilactum, & alios, ſuo facto indicans Dominus in eo traditoris diſceſſu, removendos eſſe publicos peccatores, qualis erat Iſcariotes, antea patenter cenſuratus de latrociniis Joan. 12. v. 6. quando Magdalenæ unctionem in domo Phariſæi tanta audatia detraxit prætextu eleæmoſinæ elargiendæ pauperibus. *Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum, ſed quia fur erat, & loculos habens, ea qua mittebantur portabat* Parrochi zelus non increpandus quamvis applicatio non ita ſolidè occurebat in individuo eventu de negato viatico illi ægrotanti; quandoquidem convinci debet, quod quantumcumque traditorem diſcipulum communicaret ſervator, nullo pacto cooperaretur ſacrilegæ illius communioni, non coagente illi ad malitiam formalem, ab illa mirifica Theologia; quod quamvis Deus concurrat directè, proximè & immediatè ad actum poſitivum peccaminoſum, non attingit neque eſt cauſa nec ipſi attribuitur malitia formalis, ad quam non cooperatur, ex eminentia concurſus Divini impotentis cooperari deformitati actus in quo conſiſtit malitia formalis; perperam ergo recurrebat Parrochus ad diſceſſum Judæ de Chriſto communicante eum, ipſius ſacrilegio cooperaretur; qualiter ſecreto peccatori non cooperatur quiſquis miniſtrat ipſi aliquod Sacramentum præbendum publicè, ne infametur; igitur ſi ex denegato viatico illi egrotanti aliqua infamia in ipſum reſultabat impertinens videbatur ſcrupulus, neque zelus ea diſcretione gerebatur, ut par erat nec recurrendum ad opinionem de proditore non accipiente Euchariſtiam, quia ante ejus diſtributionem diſceſſit à cenaculo, cum utrumque compati queat, accepiſſet videlicet quin ſacrilegiæ ſumptioni cooperaretur Dominus.

11. Reſtat pro hoc in quo inſtabatur circa concubinæ exitum vitandum, quia hoc pacto filii habiti ex concubitu illo illicito carerent alimentis debitis à genitore ægrotante; ita frivolè allegabant aliqui allegantes Caſtrum Palao tomo 1. tract. 2. diſp. 2. puncto 9. agentem de obligatione patris ad alimenta preſtanda ſpuriis. *Poſſe imo teneri parentem alere filios ex concubina, qui nec ſeparì poſſunt à matre, neque alia via poſſunt victum quærere, etſi periculum habeat lapſus cum concubina*: Non loquitur de periculo proximo, alioquin incideret in propoſitiones damnatas ab Innocentio XI. num. 2. tranſcriptas; ſatur de periculo remoto, quale fortaſſis non erat in caſu conſulto, inde ut negaret Parrochus viaticum, ſupponitur, & occaſionem non fuiſſe remotam, & ſpurios filios ægrotantis ſeparabiles à Matre, aliaque, via capaces victum quærere, nec ſufficit illam clamaſſe, cognatos ipſam

Digitized by Google

ejicere intendiſſe in languidi revocandum teſtamentum, quo ea ſuique filii manſuri in extrema neceſſitate pauperes conſtituti plebei oſtiatim eleęmoſinam petituri, nec ſuppar aliquid remanſurum eis in educationem, & alimenta ut litteras profiterentur, incapaces quidem pueruli ab offitio mecanico ob paternam ingenuitatem victum ſollicitare; bene verum eſt Parrocho non licere negare Euchariſtiam concubinario non ejiciente cōcubinam, quando iſta non tenetur à domo ſua intuitu occaſionis proximæ (quæ nulla in re eſt, nec urget ſcandalum) recedere, at inſtante vel iſto, ſive tali proxima occaſione juſtiſſimè ex officii obligatione negat Viaticũ Parrochus ægrotanti, uno ſeu altero interpoſito; ſed in caſu conſulto ambo concurrebant conſonè ad ea quæ ipſe parrochus notum fecit, &, cognati languentis clamabant, & coram Epiſcopo loci, & judice ſæculari curantes, ſi aliud non ſuppeteret medium quod carceraretur mulier; igitur congruentiſſimè negabatur Viaticum languido concubinario: quod arguit neceſſario diſpenſandos medicos à juramento de obſervantia edicti. Diana p. 5. tract. 14. reſol. 109. de caſu propoſito à Palao fatur, *Non video cur concubinarius per alios non poſſit filios alimenta dicta preſtare, vel cum aliis ſotiis in domum meretricis intrare, ut ſcandali locus eſſe minime poſſit:* qua clauſula totum ſolvitur; nec veroſimile apparet mulierculam non mendacem, in eo quod conquerebatur, nec à Parrocho incompertum non fuiſſe ſcandalum oriturum, ſi perſeverante concubina in domo, ſeu cubiculo infirmi adminiſtraretur Viaticum, ſingulariter quia de ſua quærimonia fiebat ſatis à cognatis ſub juramento & actu publico Notarij eos de educatione talium filiorum curaturos, atque de alimentis præſtandis ipſi mulieri, ut honeſtè viveret, ſive in ſæculo, ſive clauſa in Monialium Monaſterio, non tranſibo Azorem tom. 2. lib. 6. cap. 7. §. quinto quæritur aientem. *Sunt concubinarii notorii, vel per ſententiam judicis, vel per propriam ipſorum confeſſionem in judicio factam; vel per evidentiam facti, quod celari, ac negari nulla ratione poteſt:* à judicis ſententia, vel propria ægroti confeſſione, notorius non erat concubinarius, tranſeat, à facto quod celari, ac negari nulla ratione poterat ex impedimento forte criminis, dirimente ut concubinæ nuberet à ſolo Papa diſpenſabili ex urgentiſſima cauſa, notorius urgebatur concubinarius aſtuta quadam cautela; quid mirum tantopere à Parrocho remedium ſuæ animæ inquiri, etiam denegato Viatico; quamquam non interponeretur periculum, niſi dumtaxat ſcandalum.

12. Finem conſultationi pono attenta illa clauſula, nempe judicem ſæcularem invocare ut vellet nollet concubina, carceri manciparetur, vel ab ordinario ob parviſactas, ſuas cenſuras invocato auxilio ſæculari à domo ejiceretur cum filiis, quibus alimenta non deficerent; quæ omnia penſata & collata re vera Infirmus non erat in ſtatu, propter ſcandalum ortum ob ingreſſum mulierculæ in ſuum cubiculum, ut adminiſtraretur ipſi ſacrum Viaticum; peculiariter quia ipſi medici teſtificabant, etſi eum viribus attenuatum in venerem incendi quandoque quod à viſu, vel tactu mulierculæ, quis dubitat non potius memor præteritorum, & cæcitate diabolica incurſurum in culpam lethalem ſaltem conſenſus, vel pollutionis; attendenda maximè illa clauſala diplomatis Pii V. in quadam exceptione pro communi regula obſervanda à medicis quotieſcumque ipſis contingat non obſimilis eventus, & in obſervantia territorij pręcipuè ſi ſit edictum. *Neque tertio die ulterius eos viſitent, niſi longius tempus infirmo confeſſor ob aliquam rationabilem cauſam, ſuper quo eius conſcientiam oneramus, concesserit* dictio *niſi* de ſua natura eſt exceptiva; Bartolus in l. actione cod. de tranſac. Jaſon. in l.3. num. 2. §. de offitio eius: imo ſurdus deciſ. 225. n. 19. deciſ. 264. num. 17. & concil. 17. n. 6. affirmat, poni privativè & adverſativè ad præcedentia; ſignificans, ut obſervat Tuſcus tom. 2. pract. concluſ. lit. D. concluſ. 314. num. 1. oppoſitum antecedentis cui immediatè ſubeſt adverſare, ſeu contrariare, taliter quod ſi præcedentia negant, ſubſequentia affirmant; & è contra; v. g. cum ego dico, jeiuno hodie, niſi iter vadam; jeiunium affirmatum in antecedente, dum iter facio, negatur à dictione, *niſi;* unde commune juriſtarum eſt, ab ea dictione niſi poni exceptiones ſive negemus ſive affirmemus, de quo Tuſcus ea concluſ. 214. num. 6. ergo ſi confeſſario viſum fuerit differendum tempus, ſeu dilatandam confeſſionem infirmi ob aliquam rationem, quam propalare non tenetur, medico viſitanti, ſic licitè viſitabit, quamtumlibet tranſierit tertius dies; igitur in eventu propoſito dum medici conſpicerent Parrocho viſum uſque dum ejecta de domo, aut cubiculo concubina, tempus non aptum confeſſioni faciendæ, & defferendi ſacrum viaticum, tutâ conſcientiâ, nullo altero interveniente, valebant ſuas continuare viſitationes nec adhuc occurrebat caſus in quo impugnatur Diana à Caramuele de reatu incurſo in ſententiam capitalem mortis civilis ab illo infirmo ut privaretur medicis, & medicinis; ſic & Parrochus & medici prudentiſſimè procedebant; nec ullus eorum culpandus quia nondum in materia tam odioſa exiſtimandum erat incurſum in ea Bulla Pii V. & Gregorii 13. conceſſo in obſervantiam viridem ea decreta fuiſſe apud tale territorium.

CONSULTATIO XXXI.

De uſurario illicitè dante pecuniam, & de licita eius receptione.

Religioſus nominatus, ſeu præſentatus antiſtes à Rege Catholico, (optimis moribus homo, qui in eam dignitatem invitus aſcendit, obediens rigido ſuperioris præcepto ipſam acceptans) bullarum valorem ſolvere cum teneretur, domeſticam ſupellectilem præveniens, non niſi ingentibus ſumptibus perfici poſſe, eodem pacto pontificalia, cæteraque in conſecrationem tendentia nec à conſanguineis, quantumcumque nobilibus juvari non quiri (nihilominus inſtabant ſpe quod ſubveniendi eſſent à tali Epiſcopo decurrente tempore, ideo omnem movebant lapidem, ne renunciaret Epiſcopatum) conſulebat, quid agendum; interim prædicti cognati duos ad talem religioſum mercatores opulentiſſimos adduxerunt, qui ſummâ benevolentia exteriori, etſi non modica avaritia, ut patuit mox, promittentes omnes ſumptus ab ipſis peragendos, quin Religioſus in minima cura eſſet, ſed pacto uſurario nimis ex-

ceſſivo, electus Religioſus ob timoratam conſcientiam contractui aſſentire renuebat, putans ſibi illicitum, illoſque in uſurario tractatu peccare graviter; conſanguinei nimis moleſti flocci faciebant boni viri ſcrupulum, qui poſt varias conferentias cum ipſo, ab eo obtinuerunt quod ſi licitè, abſque omni veniali peccato id efficere poſſe conſulebatur à quatuor Theologis ſibi bene ſatisfactis annueret, unum de nominatis fui ego; atque prædicti conſanguinei, quid ſentirem, non modica inſtantia, inquiſierunt.

SUMMARIUM.

De uſuris quædam præmittuntur, *n.* 1.

Decretum Innocenti XI. damnantis contractum nuncupatum moatra, *n.* 1.

Numerata pecunia pro numeranda uſuram illicitam relinquit, *n.* 1.

Sicut & titulus benevolentiæ, aut gratitudinis, *n.* 1.

An uſurarius, contractus ortus à vulgari dicta comanda, *n.* 1.

Examinatur propoſitio: pecunia illicitè tradita licitè recipitur, *n.* 2.

Si uſuræ cooperator convincitur ſicut & recipiens, dans peccat, *n.* 2.

Voluntas efficax & inefficax explicatur in mercatore projiciente merces in mare, *n.* 2.

Applicatur doctrina ad uſurarium mercatorem, *n.* 2.

Licita venditio cum illicita emptione qualiter compatitur & è contra, *n.* 2.

Quando quis non peccat petens ſacramentum ab illo qui ſcit ad miniſtrandum peccando mortaliter, *n.* 2.

Bifariam accipitur uſura, *n.* 3.

Tacitè, aut expreſſè approbari, aut conſentiri quit uſura, ſed an licitè, *n.* 3.

De emptione, & venditione æqua ratio ac de aliis contractibus in uſura, *n.* 3.

Scoti doctrina in ſacramento baptiſmi, aptanda ad intentum, *n* 4.

Vendens actum baptizationis ſimoniacus eſt, *n.* 4.

Non qui pecuniam accipit pro ſuo labore, *n.* 4.

Intentio petentis licita erit quoties excludet baptiſationis actum, *n.* 4.

A charitate ſubvenire tenemur his qui in egeſtate ſunt, *n.* 4.

Id ex principio naturæ per ſe noto; quod tibi vis fieri alteri feceris, *n.* 4.

Redimens ſuam vexationem non cooperatur peccato, *num.* 5.

Intuitu vitandi maiora mala, an licita uſura, *n.* 5.

De ſimoniaco ſacerdote, Scotica reſolutio in licitam emptionem ex illicita venditione, *n* 5.

Bona fides, vel non bona fides quo pacto, *n.* 5.

Labor adminiſtrantis ſacramentum attentus à cooperatione excuſat in recipiendum pro eo temporale, *num.* 5.

Explicatus terminus, ex titulo de vexatione redimenda, benevolentia, & gratitudine, *n.* 6.

Benevolentia ſæpe ingratitudo palliat, & è contra, *num.* 6.

Jure divino tam in veteri quam in novo teſtamento prohibita uſura, *n.* 6.

Diſtinctio Dominiorum juſta, quando à lege, *n.* 6.

Ideo lex poſitiva quin frangatur juſtitia commutativa taxare poteſt juſtum pretium ultra ſortem, *n.* 6.

Hoc, attento laboritio donantis ab eminentia poteſtatis transferendo jura, aut dominium, *n.* 7.

Bifariam dominiorum tranſlatio contingit, *n.* 7.

Exemplificatur doctrina in pacto, & non pacto, *n.* 7.

Excludenda omnis fraus, aut dolus à quolibet contractu, *n.* 7.

In quoquo attenditur damnum emergens; & lucrum ceſſans, *n.* 7.

Æquitas cuiuſdam creditoris contra debitorem, *n.* 7.

Contractus emptionis, & venditionis ſine fraude fiat, *num.* 7.

Plura probabilia in contractibus, à declaratione Innotii XI. improbabilia & illicita jam ſunt, *n.* 7.

Forum Aragoniæ de his quæ à mercatoribus accipi poſſunt licitè, *n.* 8.

Tale Aragoniæ forum confirmatum ab Urbano VIII. nec revocatum ab Innocentio XI. *n.* 8.

Non verificatis conditionibus fori, nullum mercatorem ſuffragat, *n.* 8

Vexationis redemptio præterintentionale facit uſurarij recipientis peccatum, *n.* 9.

Gratitudo, ſeu benevolentia ſine pacto verbali, aut ſcripto, quæ in liberandum ab uſura, *n.* 9.

Non ſequitur ab hoc antecedenti, licitè meam redimo vexationem; ergo alius idipſum licitè faciet, *n.* 10.

Cognita inutili correctione, omittenda hæc, *n.* 10.

Sanctus Bonaventura pro licita vexationis redemptione, *n.* 10.

Unicè attenta, nullo medio cooperatur alieno peccato, *num.* 10.

Explicatur ex concurſu immediato Dei cum creatura ad actum peccati, quin malitia formalis divino attribuatur numini, *n.* 10.

Lucrum ceſſans, damnum emergens, propriè vexationis redemptio eſt, *n.* 10.

Jactura legis incompatitur, attenta propria vexationis redemptione, *n.* 10.

Non licet cum periculo evidenti incidendi in proximam occaſionem peccandi, propriam redimere vexationem, *n.* 11.

Propoſitio Alexandri VII. de illicita delectatione carnali etiam ſecluſo periculo conſenſus, vel pollutionis, *n.* 11.

De Chirurgo medente infirmam, quin peccet, *n.* 11.

Idem de confeſſario in adminiſtratione ſacramenti pænitentiæ, *n.* 11.

Clauſum invenire omne medium in ſe ſubveniendum, redemptionem propria vexationis, arguit *n.* 11.

Eventus, in prudentiſſimo conſilio cujusdam confeſſarii, *n.* 12.

Caſus cuiuſdam mercatoris, *n.* 12.

Cogendi pænitentes, nec abſolvendi dum reſtitutionis onere gravantur, *n.* 12.

Non idem quoad dare occaſionem proximam peccandi offerri ſe mulierem nudam aut uſuras afferre, *num.* 12.

Unius facto, alter nec nocendus nec progravandus eſt, exponitur, *n.* 12.

Axioma obſervandum, gravatus in uno relevandus in altero, *n.* 12.

Cum præjudicio honoris proprij nihil operandum quomodo, *n.* 12.

Qualiter famæ conſulendum, *n.* 12.

1. Plura introducenda erant in explicandos terminos, & notandum diſcrimen contractuum quos Hiſpanicè appellamus *cambios*; ſed quia abundiſſimè de eo ſummiſtæ, ſuperſedeo, me remittens ad Ra-

phaelem de la torre, ad ſocietatem de eis, per varias diſputationes, à quibus innumera (ne dicam totum) videtur vendicaſſe Dianam 1. parte toto tractatu 8. & part. 9. iteratum tract. 8. reſol. 99. Ludovicus Ulloa præventionem ponit aptandam, diſcurſui congeſto de hiſtrionia, ubi Hiſpano idiomate ſcribit; prudentiam conſiſtere in conformando poſſibilitatem regiminis humani cum legibus divinis, nec has relaxando à contraventione, nec nimis opprimendo; unde cauſalem deduxit ſub duplici propoſitione; una dum permittitur uſura jus divinum offenditur; altera in totum prohibita nullum medium ad eam relictum ægentes coarctantur; ideo, inquit, neceſſarium apparet, medium aliquod cogitare, ut quin uſura ſit ſubveniantur neceſſitates tantillo lucro, quo præbens lubenter det, & ægens abſque urgentia reſpiret; ſed proh dolor; pluſquam centies reperies in mercatoribus, ſepiſſimè ultra licitum, & rationabile pretium exigere in contractibus, & in venditionibus, in quibus mercaturam exercent ſicque gravare conſcientiã: quin emptores reſiſtant quia illis rebus egent (quantumcumque noſcant exceſſum) aut ad ſe conſervandum per ſtatum in honorabili reipublicæ politica, ſeu in ſuam ægeſtatem ſubveniendam, & quaſi inviti conſentiant fænerari pecuniam, ſi quidem mercatores tenaciter ſe gerunt, non aliter pecuniam aut merces daturos. Et licet poſt prohibitionem Innocentii XI. in tribus propoſitionibus quæ ſunt 40. 41. & 42. conſonè ad eas debeamus gerere conſultationis deciſionem prius tamen conferendum venit, quod authores ante illas ſcripſerunt dato tenore eorum quæ itaque ſequentes damnat Papa in 40. hæc reprobatur *Contractus moatra licitus eſt reſpectu eiuſdem Perſonæ, & cum contractu retrovenditionis prævia inito cum intentione lucri*; hujus generis non eſt uſura præſentis conſultationis non intercedente in contractu retrovenditione aliqua; potius in ea quæſt. 41. videtur illicita uſura extorta ab illis mercatoribus dum ſemper dicendum gravari conſcientias quoties putatur id prohibitum. *Cum numerata pecunia pretioſior ſit numeranda & nullus ſit qui non majoris faciat pecuniam præſentem quam futuram poteſt creditor aliquid ultra ſortem à mutuario exigere, & eo titulo ab uſura excuſari*: en numeratam pecuniam excluſam à valore, æſtimabilitate, ut ultra ſortem licita uſura quam extorquebant ab antiſtite illo mercatores intuitu quod hi pro numeranda, numeratam offerebant pecuniam. Tertia propoſitio reprobata, quæ eſt 42. inhibens gratitudinis titulum qui benevolentiæ nomine palliatur, plus inſtat penes conſultationem: ſic maximus Pontifex rejiciens *Uſura non eſt dum ultra ſortem aliquid exigitur tanquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, ſed ſolum ſi exigatur tanquam ex juſtitia debitum*; Damnat implicitè etiam declarans, eam illicitam uſuram excludens debitum in exigendum à titulo benevolentiæ ſive gratitudinis; in quorum tenorem, patenter conſtat mercatores in conſultatione propoſitos uſurarios exigentes ob numeratam pecuniam in ſubſidium creditori datam ultra ſortem plus ac par erat numerandam in ſatisfactione, quamtumvis ſe colorarent id non petere tanquam à juſtitia debitum, vel extorquere ab aliquo contractu in quo ſe obligaret ad repetendum (quod in hoc regno Aragoniæ dicimus *comanda*) ſolummodoque; id exigere amicitiæ benevolentia, aut præſtiti beneficij gratificatione; ſicque peccaſſe mortaliter indubium uſurarios conſtitutos incidentes in pænas & cenſuras latas contra eos. & in difficultatem hoc non vocatur, cum certum clareſcat, inquiſitum ſtat utrum liceat ſic ſumere quod datur, illicitè quidem præſtitum, & licitè receptum ab eo qui non aliud invenit medium niſi illud ad ſe ſubveniendum in ea ægeſtate, & dat ut ſuam redimat vexationem.

2. Caramuel tom. 4. in Theolog. morali præterintentionali præcept. 7. caſu 7. à num. 3072. iſtam ponit concluſionem. *In uſurarij domo eamdem pecuniam illicitè traditam, licita recipis.* De uſurariis loquitur Innocentius XI. de recipientibus nec verbum profert ideo non videtur comprehenſa iſta propoſitio hujus doctoris dum recipiens non cooperatur dantis, in ea prohibitione, clarius illico ſe explicat, *Antonius indiget pecunia ad domus ſuæ ſuſtentationem, cum eas alibi reperiri non poſſet, adit uſurarium, & eas recipit uſuras offerendo; cum ergo certum ſit uſurarium mortaliter peccaſſe dando talem pecuniam; inquiritur, an Antonius etiam peccaverit eam petendo, ſollicitando, & uſuras nimias offerendo; hoc eſt an uſurarii fuerit cooperator.* Si enim cooperatur non convincitur, nullo ex capite illicete ei conjectabitur; cum pluribus quos citat probat Antonium non cooperatorem, nec ullo reatu minimo culpæ læthalis, vel venialis gravari; quod probat. *Antonius bonum finem intendit nec vult, aut deſiderat peccatum alterius; ſed ſolum ſuæ neceſſitatis remedium; quod autem alter durus; & uſurarius ſit, hoc eſt præter voluntatem ipſius Antonii, qui omnino vellet pecunias ſine obligatione ſolvendi uſuras enormes recipere, ſi poſſet*: In Antonio ergo conſideranda eſt duplex voluntas, exemplo communi mercatoris merces apportantis per mare, quando invaſus à tempeſtate cogitur in tuendam vitam illas projicere ad aquas; eſt enim in eo intentio inefficax non projiciendi merces, ſi compatibile foret cum hoc, quod non ſummergeretur, & à turbulentia undarum periret: inſimulque intentio efficax projiciendi illas ad vitæ incolumitatem, ſicut de facto projicit; ita in Antonio accedente ad uſurarii domum eſt intentio inefficax non præſtandi uſuras, ſi poſſet ſine obligatione ſolvendi eas, ſe, & ſuam domum ſubvenire; & efficax quatenus non inventum aliud medium conſentit, & præbet, quod alias non daret: num. 3074. idem Caramuel quod ſtabilierat, extendit ad convivia, tormenta, ludos publicos cunctaque alia conducentia ſtatum & authoritatem illius, qui accedit ad mercatorem, declarans contra aliquos quos allegat firmantes ad ſummum fore peccata venialia; adverſus quos concludit. *Ego non video unde illud peccatum veniale naſcatur, quia cum materia ſit gravis, vel Antonius dicendus eſt concurrere ad peccatum mortale uſurarii, vel non concurrere; ſi primum peccat mortaliter; ſi ſecundum nullo modo peccat*: hoc eſt nec mortaliter nec venialiter; quod meo videri evidenter convincitur, præcipuè dum interponitur propriæ vexationis redemptio, ut cum S. Bonaventura infra patebit, quandoquidem illicitum legimus in ſcripturas ſacras venditorem Eſau filium Itaac, fratremque illius uterinum imo Melitum, Jacobum nempe minificum, laudabilem emptorem Geneſis 25. à n. 29. coxerat iſte pulmenta, ue cedebat ille laſſus, & eſuriens, ingluvie agitatus à fratre petit ſibi donari de coctione quam appellat textus ruſam; Lucrans eſculenti coctor occaſionem, ait. *Vende mihi primogenita.* Sic factum; venditor primogenituræ reatu læthali maculatur, emptor tutâ conſcientiâ procedit; ergo compatitur quin cooperetur, pravitas in uſurario, & ſecurum in foro interno qui ſolvit uſuras eſſe; quod confirmat Caramuel paritate in adminiſtratione Sacramentorum, quando quis ſciens miniſtrum eſſe in peccato mortali, & orat ſibi abſolutionem ſacramentalem; nec obſtat Diana citandus 1. p. qui cenſet *eadem eſt prorſus ratione hoc, ac de petente ſacramentum à Miniſtro male parato, quamvis ſciat fore ut in peccato mortali miniſtret; ſed qui*

Digitized by Google

peteret abſque neceſſitate, aut utilitate aliqua à tali Sacerdote ſacramentum venialiter ſolum peccaret, ergo. Cui fit ſatis ex dictis; nam ſi in eo excuſatur à mortali, à quo veniale? non à præcepto ſpeciali in materia levi, nec ab altero quod ſufficiat in reatum culpæ. Siſto nunc in paritate, de illo qui petit ſacramentum ab eo quem ſcit non aliter adminiſtrandum niſi peccando mortaliter; nam in propriis terminis de iſto ex Scoto num. 6 redibit ſermo.

3. Bis punctum pertractari à Diana invenio; ſemel 1. parte tract. 8. reſol. 31. iterum p. 3. tract. 4. reſol. 59. agens, remque individuans in ſacramento pænitentiæ; quidquid ſit de his quæ notat, n. 6. cum Scoto decidendis nam nunc ſermo verſatur de venditoribus in mutuo ex contractu pecuniario intercedente, indeque in caſibus inductis quoad præciſam emptionem, & mercium emptionem Maſtrius in Theologia morali diſp. 5. quæſt. 2. art. 1. n. 43 ait *vendens aliquis ſupra iuſtum prætium uſuram committere non dicitur, quia exceſſus iuſti pretii ex mutuo non provenit, ſed ex venditione*; & inde cum Philippo Fabro biſariam accipit uſuram conſtituentem in re uſurarium; *primo pro contractu & actione illa qua uſura committitur. Secundo modo pro lucro illo, quod ultra capitale accipitur, ſi primo modo diffiniatur. ſic diffiniri debet: quod uſura eſt contractus in quo ratione mutui aliquid ultra ſortem capitalem accipitur*: Hæc diffinitio & licitam & illicitam uſuram continere videtur, quando in unaquaque ultra ſortem principalem aliquid accipitur, vel conſonè ad leges, attendentes in lucrum ceſſans, vel damnum emergens; vel diſſone, cum nulla lege permittente, inimo contradicente ultra ſtabilitum ab ea extorquetur exceſſivum prætium; proſequitur Maſtrius. *Quando enim in mutuo non ſervatur æqualitas in numero, pondere, & menſura in reſtitutione rei mutuatæ, ſed aliquid ultra ſortem principalem accipitur, ille contractus eſt uſurarius, & actio uſuraria quæ eſt peccatum*: in hoc loqui videtur de eo qui diſſone ad legem lucra extorquet nullo damno emergente, vel lucro ceſſante, non autem de ea, in qua conſenſus eſt legis, & conſuetudo firmata legiſlatoribus, aut tacitè vel expreſſè approbantibus, nec ab eo in mercatorio minima infamia uſurarij irrogata; concludit. *Si vero uſura accipiatur ſecundo modo nempe pro lucro quod accipit mutuans ultra ſortem principalem, bene explicatur quod eſt lucrum immediatè ex mutuo procedens, quæ adhuc clarior erit, ſi dicatur quod eſt lucrum ex mutuo proveniens ita ut mutuans ſupra ſortem ſeu ſummam capitalem lucretur aliquid; quod ſit pecuniâ æſtimabile, ita quod lucrum tali ratione mutui præciſè intendatur*: plura exiguntur examinanda in iſtis, & nimis longum foret, atque extra intentum in hoc moram facere; ſupponendo quod poſt decretum Innocentij XI. jam nulla æſtimabilitas prætij ultra ſortem principalem, & exceſſum conceſſum à lege, licitum eſt, damnante Papa & omnem viam occludente in majorem æſtimabilitatem pecuniæ numeratæ, quantumcumque fiat intuitu benevolentiæ vel gratitudinis; nec diſpar ratio cogitanda ad hoc quod intendimus de contractu mutuario, ac de eo qui conſiſtit in emptione & venditione; cum non minus in uno, quam in altero inſit eadem numero ratio, de non cooperando peccato alterius; unde ſi emptor cooperatur venditori non inæquè pactans in emptione, ac putatur in mutuario contractu, ſicut in iſto à cooperatione reſultat in dante lethalis culpa, ab emptionis cooperatione, idem & reſultabit.

4. Subtilis præceptor 4. diſt. 5. quæſt. 2. agens de ſacramento baptiſmi communem doctrinam apponit, & fundamenta ſtabilit ad quamcumque deciſionem de contractibus, quicumque iſti ſint, argumento de majori ad minus deſumpto à malitia peccati in qua eſt adminiſtrare ſacramentum in culpa mortali de linea quidem ſacrilegij oppoſita virtuti religionis, quæ eſt majoris eminentiæ, quam juſtitiæ virtus, cui opponitur uſurarius illicitus non ſervans ius ad quod tenetur ei, à quo uſuras exigit exceſſivas; nam dum convincitur licitè petitum, & acceptum ſacramentum à miniſtro illicitè, & ſacrilegè præbente quin cooperetur recipiens peccato dantis, conſectariè apparet non cooperatum illicito vendenti, atque exigenti ultra ſortem exceſſivum prætium: dubitat ergo Scotus ea quæſtio. 2. *An recipiens baptiſmum ſcienter à malo miniſtro mortaliter peccet.* In limine contra ſe ſic efformat tertium argumentum. *Cooperans actioni alicui ad peccandum mortaliter peccat mortaliter, quia eſt contra charitatem paternam; ſed ille recipiens baptiſmum à miniſtro malo cooperatur ſibi in actu baptizandi, in quo peccat mortaliter, ergo*: & urget immediatè. *Præterea, eſto quod miniſter vellet committere malum ſimoniæ in conferendo baptiſmo, puta nollet baptizare, niſi pro pecunia, non poſſet aliquis ab eo recipere niſi committat ſimoniam; quia vendens eſt ſimoniacus, & emens: ergo ſaltem in illo caſu recipiens ſic à malo peccat mortaliter.* §. quantum autem ad ſecundum articulum, v. ad ſecundum n. 6. utrumque inductum argumentum ſolvit. *Dico, quod ille qui petit baptiſmum à malo ſacerdote non cooperatur illi directè ad peccatum mortale; petit enim ab eo actum debitum, & in hoc non delinquit, quia nullius malitia excuſat eum à ſolvendo debitum, quo tenetur alteri; ille etiam actus petitus poſſet ſolvi ſine peccato, ſi baptizaturus cõtereret; unde quantum eſt ex actu petentis, petens magis neceſſitat ſacerdotem ad pænitentiam, quam ad actum peccandi; ſi autem illum non pæniteat, nihil imputandum eſt ei, qui petit illum actum, quia non in quantum eſt peccatum petit, ſed in quantum debitum eſt.* Ubi præceptor duo exigit ad excuſandum petentem à cooperatione peccati miniſtrantis, ne illi quaſi complici imputetur malitia ſacrilega miniſtri; unum quod id, videlicet quod petitur, aliquo titulo præberi debeatur, ſive titulus ſit de juſtitia, ſive de charitate, aut intuitu alterius oneris inter petentem & miniſtrantem; ſecundum ut petens ſeu recipiens ſiſtat ex ſua intentione in voluntate petendi, & recipiendi, quod ſibi debetur; ergo aliquod debitum arguendum eſt in eis mercatoribus penes regularem illum electum antiſtitem, ad hoc quod petitio eius licita ſalvetur, quin cooperetur peccato eorum in uſura exceſſiva; in cuius conſiderationem poſui titulum ortum charitate & juſtitia; ergo ab illa colligitur ſi quidem ab ea tenemur proximo ſubvenire in his quæ poſſumus ex principio per ſe noto: *quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*; nec mercatores vellent ſibi non ſubveniri, ſi ad redimendam aliquam ſuam vexationem promixo accederent ſupplices atque deprecantes, ſeu in ægeſtate ſimili invenirentur cum eo moderamine quale petitur à recta dictante ratione, & legibus juſtitiæ ſtatutis in ea republica conſentientibus, & approbantibus ſolum quæ conſona divino jure ſunt; diſcutientibus vero, & reprobantibus quæ adverſus illud inveniuntur, ſeu comperiuntur.

5. Unde, dum ex ſolutione alterius argumenti efformati Scoti verbis, non deducitur paritatis efficacia, à nullo capite erit; patetque nullam tenere per ea quæ ſubtilis præceptor evacuat ſeu retundit objectionis vim §. ad tertium n. 7. ubi agit de ſimoniaco miniſtro pretio pecuniario baptiſmi adminiſtrationem vendente, illicitè quidem, & de licita dantis pecuniam intentione, aut dato intuitu redimendi propriam vexationem non aliter medium occurrens, quo ab ea immunis, liberque evadat: De eventu ſequentia ſunt Doctoris verba, *Dico, quod ſi ille nullo mo-*

Digitized by Google

dı vellet baptizare, niſi pro actu baptızandi reciperet pretium,& ſic fit perfectè Sımoniacus quia vendens Sacramentum nullo modo recipiendus eſt ab eo neque pro adulto, quia peccaret mortalıter, & non obligatur, ad recipiendum Sacramentum quando non poteſt ſuſcipere ſine peccato mortalı, neque pro periculo ſuo, eſto etiam quod nullus eſſet, qui vellet baptiZare in provintia; quibus innuit cooperationem recipientis ad Simoniæ peccatum in contractu illicito, cui nuſquam ulla via cooperari licet; nec adhuc leges civiles, etſi intuitu vitandi majora mala permittant aliquorum contractuum ſimilium celebrationem, ſemper forum conſcientiæ relinquunt in reatu mortalis culpæ, obſervante noſtro Aragonenſi Juriſperito Petro Calixto Ramirez in ſuo annalitico tract. de lege Regia §. 35. num. 7. *apud omnes perequè gentes permiſſum eſt contrahentibus in pretio emptionis & venditionis ſe invicem decipere, ne ex nimia æqualitatis obſervatione cōmertia turbarentur; ſed non in re vendita, licet utroque caſu peccatum verſetur, propter juſtitiam commutativam quæ tam in re, quam in pretio, æqualitatem exigit*: mitto iura quæ allegat in margine pio doctrina in ipſo videnda; & cum Scoto qualiter non cooperetur, duplici via recognoſco, una quam interponit v. & ſi arguas num. 7. *Si enim, ille Sacerdos.* (Simoniacus videlicet) *vellet vendere aquam ſuam,& nullo modo aliter concederet eum* (nempe baptiſmum) *poteſt ipſa emi, eſto etiam quod ſit conſecrata, ſed nullo modo habendo oculum ad vendendam conſecrationem, quia tantum valeret quantum non conſecrata; ſic enim liceret vendere calicem conſecratum, ſed nullo modo habendo oculum ad vendendam conſecrationem*: Ergo in iſto eventu; quin cooperaretur Simoniæ vendentis illicitè, licitè emens compararet baptiſmum, à bona fide non habens oculum ad conſecrationem, ſed in redimendam ſui vexationem; de qua bona fide itero Calixtum Ramirez §. 30. num. 46. *Evenit ut omnes contractus, qui conſenſu perficiuntur, ſive ex privata cauſa fiant, jure naturali pariant obligationem, quæ dum lege civili adjuvatur, ex ea actio naſcitur, quæ bona fidei a noſtris appellari ſolet; & licet bona fides quatenus dolo eſt contraria, etiam in contractibus ſtricti juris adeſſe debeat, tamen quia in illis non ab eo exuberat, ſicut in iſtis quorum magis communis uſus, majorque indigentia, & frequentia eſt; ideo non appellantur bona fidei contractus.* Vbi præmendum, & bonam fidem, & nou bonam fidem copullari in contractu; nonne bona fides penes emptorem ſuam vexationem redimentem quamtumvis venditor dolo, & fraude procedat, nec bonæ fidei deficit ſinceritas iſtius qui vexatus redimitur unde non cooperatur malæ fidei fraudulentiæ illius, ergo in eo caſu invenitur ſacrilega ſimoniaca baptiſmi venditio, & licita à bone fide in vitandam vexationem laudabilis emptio; v. ſi autem, idem ſubtilis magiſter. *Si autem Sacerdos nitatur vendere actum bapiizationis poteſt ille qui offert parvulum emere, non intendens actum illum emere in quantum eſt Sacramentum, ſed laborem Sacerdotis in illo actu, ſicut conducuntur hodie Sacerdotes ad celebrandas Miſſas, non ut ipſi vendant, & alii emant actum celebrationis in quantum eſt Sacramentale, quod abſit; ſed ipſi vendunt laborem, & alij emunt eum, quia opportet unumquemque de ſuo labore taliter qualiter victitare, & vitam acquirere*: ergo laborem attendens in baptiſmatis lavacro, licitus erit contractus, dum nou in emptionem aut venditionem ponitur Sacramentum; qua propter cum expreſſè baptizans diceret, ſi non emis Sacramentum, nolo baptizare, & emitur, ſicque aſſentitur contractui, cooperatur Simoniæ emptor; at vero quando contingit ita loqui ut ad indiffinita, ſic; nolo baptizare niſi ſolvas prætium, tunc quantumcumque mala fides ſtet ex parte baptizantis quia ille nec formaliter, nec virtualiter, nec interpretativè declarat velle vendere aliquod ſacrum, niſi ſuum laboritium, & quamvis emens cogitet exorbitans pretium, quod pro illo exagitatur, dando bona fide procedit quin cooperetur aut Simoniæ à nullo medio conjectandæ ſeu exorbitantiæ quia ſe gerit in redimendam vexationem, nec improbabiliter judicabit venditorem, (etſi dolo incognito procedat) cauſam tenere in exorbitantiam exigendam.

6. Et antequam in applicationem doctrinæ veniam ad caſum conſultum, oro recognoſcas tres illas propoſitiones, & iteres exenterare, ab Innocentio XI. damnatas, quas tranſcribo num. 1. & in ea quæ inducitur eſtque in ſerie 42. adverte bene duos terminos, quibus Pontifex utitur, nullo memorato de redimenda vexatione, & ſolum inhibente pretium, ultra ſortem, exactum à benevolentia, ſeu gratitudine nec addere quovis alio modocumque lex non ſit de linea favorabilium, extendenda non erit ultra terminos expreſſos, aut, eis quibus utitur verſanda: ſed redemptio meæ vexationis, qua coarctor, nec includit benevolentiam, aut continet gratitudinem: ergo intuitu me eximendi à vexatione, patitur quin cooperetur peccato uſurarii venditoris, licitum in bona fide emere quod illicitè venditur; cumque plus majoris momenti ſit punctum in Sacramentorum adminiſtratione, & ſanctiſſimi Miſſæ ſacrifitij celebratione, quam in quoquo contractu politico pecuniario, inferri videtur Religioſum illum electum antiſtitem tutâ conſcientiâ potuiſſe, quin cooperaretur peccato illorum, qui uſurarii erant, præbere exorbitans lucrum, Mercatoreſque peccaſſe in contractu, regularem vero nullatenus, cum iſte tantummodo attenderet laboritium rependere, fortaſſis ex bona fide judicans damnum emergens, ſeu ceſſans lucrum occurrere exorbitans illis mercatoribus à quo coacti venerunt in eam exigendam lucri exorbitantiam, unde qui moveretur, vel expreſſaretur donari, nec tantillum gratitudinis, ſive benevolentiæ ſcopo, aut quia plus habebatur numerata pecunia, quam numeranda, in me ſolidandum do cum Scoto 4. diſt. 15. quæſt. 2. n. 26. jure divino inhibitas illas uſuras quas illicitas prævenimus; ex veteri teſtamento ſic præceptum habetur Ezech. 18. v. 8. *ad uſuram non commodaveris*: in Lucæ 6. v. 35. *date mutuum nihil inde ſperantes*, ad quæ addunt expoſitores Liranus, Eſtius, Cornelius à lapide, Tirinus & alij; *nihil inde ſperantes præter id quod à lege juſta in remunerandum tuum laborem ſtatuitur*: §. hic ſunt à num. 3. ſubtilis Magiſter multus eſt in probando jure naturæ & divino nulla eſſe rerum dominia diſtincta; omniaque communia niſi Adami peccatum originale intercederet; quo poſito, jure gentium bona fuerunt diviſa in pacem & commertium humanum, ut liquet à Doctore §. tertia concluſio, num. 6. qui §. ex his num. 8. ſic ſe cingit *Diſtinctio dominiorum potuit eſſe juſta à lege poſitiva juſta, ſive lata à Patre, ſive principe ſive communitate juſtè regnante, vel regente*: ergo tam Principes Eccleſiaſtici quam ſæculares licitè taxarunt tantum vel tantum pretium in ſolutionem laboritij Mercatorum mutuo celebrantium ſuos contractus, juſtèque dum in iſtis ſiſtunt, nullo pacto uſurarij cenſendi; at ſi ab eo excedant, flagitio uſuræ illicitæ, contrahent culpabilem reatum, & reſtituere tenentur; quomodo id ultra ſortem patitur, quin frangatur juſtitia commutativa; Doctor §. de ſecundo articulo v. & ex hoc num. 10. *Si quilibet poſſet ſuum Dominium transferre in alium, tota communitas poſſet cujuslibet de communitate transferre Dominium in quemlibet, quia in facto communitatis ſuppono includi conſenſum cujuslibet; ergo iſta communitas ha-*

Digitized by Google

bens iſtum conſenſum, quaſi jam eblatum in hoc quod quilibet conſentit in leges juſtas condendas à Communitate, vel Principe, poteſt per legem juſtam cujuſlibet dominium transferre in quemlibet; ergo potuerunt leges Reipublicæ, ſive Eccleſiaſticæ, ſive ſæculares taxare prætium in mutuo ad invicem celebrato, propter commertium humanum conſervandum, tranſferendo dominium bonorum aliquorum iſtius qui eget in eum qui ſuo laboritio ſubvenit egeſtatem, & declarare lucrum ſupra ſortem tale moderatum, non opponi juſtitiæ commutativæ, nam labor, & ſubventio commutabilia ſunt & remuneranda, atque prætio æſtimabilia, dum dolo & fraude non excedant, fiatque conſenſu & taxatione legis juſtæ.

7. Magiſter ſubtilis procedit ea diſt. 15. §. ſecundo poteſt, num. 11. bifariam diſtinguens dominiorum in ſimilibus caſibus translationem; aut per actum quem nominat merè liberalem, vel per alium ab eo appellatum ſecundum quid liberalem; hunc actum vocat contractum æquivalentis, pro æquivalenti; varièque diſcutit penes illa quæ fiunt venditione, atque emptione; & §. de ultimo contractu num. 17. profert. *De mutui datione ſit hac concluſio; quarta iſtius articuli: ad juſtè contrahendum mutuum oportet ſervare æqualitatem ſimpliciter in numero, & pondere; exceptis quibuſdam caſibus*: qui hi caſus ſint excepti, v. excipiuntur, num. 18. primum ponit ſequentem: *quandoque enim licet accipere ultra capitale ex pacto: quãdoque autem non ex pacto; primò tripliciter, vel ratione pœna conventionalis; dum tamen non fiat in fraudem uſurarum; v. g. ego indigeo pecunia mea ad mercandum, concedo tamen tibi ad certum diem adjiciens pœnam conditionalem quia niſi ad talem diem ſolvas, quia multum damnificor, ſolves poſtea tantum ultra: hæc pœna licita eſt*: & quis licitam negabit occurrente damnificatione in lucro ceſſante, & emergente damno (at illicò advertit fraudem contingere poſſe in ea conventione, quando ille in cujus favorem cedit pœna illata ponit voluntariè impedimentum ne die ſtatuto ſolvatur: v. g. ſi, ne ſolvatur à debitore, abſentetur, aut domi claudatur, vias omnes occludens debitori ad non ſolvendum ſtabilito die) nec conventionalis iſte contractus ab Innocentio XI. prohibetur ſub illis verbis, *benevolentia & gratitudine*, cum pænalis contractus in illis duabus vocibus non claudatur: inde conſultus de quodam, hoc pactum celebrante, & poſtea fraudulento ſtratagemate ſollicitante; ut die ſolutionis pactatæ debitor carceraretur, dixi, hunc in pœnalem ſolvendam pecuniam non incidiſſe, illicitèque exactam à mercatore, quia dolo proceſſit, de quo iterum conſult. 33. n. 7. Procedit Scotus. *Debitor enim ex cujus non ſolutione creditor notabiliter damnificatur tenetur de Juſtitia ſatisfacere creditori de intereſſe.* Sed addendum eſt dum debitor ſibi non damnificat dolo & fraude, qualiter contingit quando debitorem carcerare fecit: apprime Hicheus in coment. num. 90. *Tenet doctor in hac regula ſub nomine intereſſe, non ſolum damnum, ſed etiam lucrum ceſſans: quem ſequitur communis modernorum: & rationem aſſignat; quia lucrum ceſſans ratione mutui eſt pretio æſtimabile, & eſt damnum mutuantis, & eſt re ipſa commodum ſaltem in ſpe, quod æſtimabile eſt, & facit ſortem magis valere mutuum ultra ejus pretium ſubſtantiale*: plura enim ſolvuntur in majore pretio quo ſolent mercatores vendere ea quæ aliàs in multo minori erant expendenda; & in re parvi momenti me explicabo, ut de his ad alia quiſque vertat diſcurſum; quid frequentiùs in oleribus, aut arborum fructibus, quam duplicatum pretium petere quando eorum tempus non eſt, ac cum viget tempore ſuo abundantia, eſt enim æſtimabilis labor in eorum conſervatione pro importuno tempore: mitto tertium caſum exceptum à Scoto v. ſecundum eſt, ſub illis verbis: *Quando pretium & illud capitale ponitur ſub incerto.* Quod exemplificat Hicheus. *Quando quis vendit pannos, & alias merces ut amplius recipiat tempore conſtituto quam valebat tempore venditionis, & id licitum eſſe ſub ratione dubii.* Notanter ſub dubii ratione, quia tunc ſicut exponitur profectui, & damno exponitur, quare dubio non intercedente, caſus exceptus eſt nec licebit; inde illicitè vendi ſolet triticum mutuo celebrato ſub quodam palliato incerto, ſiquidem ſemper proceditur fraude in contractu cum practica doceat, nullam majoris futuram in illam incertitudinem pretij, quod ſecurè quis ſcit, aut duplo majus eventurum, vel deformius in exceſſu; equidem ab ſtabilitis ex lege juſta, plura occurrebant de contractibus in individuo, à quibus varia non ita ac ante prohibitionem Innocentii XI. probabiliter mea deductio verſari quibat; & videnda ſunt in Diana 1. parte trac. 8. per 89. reſolutiones, ſigillatim diviſas in cambiis & aliis.

8. Quod ad meum facit intentum aſſumo pro legibus juſtis Regnorum quæ mercaturam taxant in lucro ultra capitale, ad tantum pro tanto in tutâ conſcientiâ creditoris ſine reatu uſuræ, aut ſcrupulo nec peccati venialis ob contractus celebratos; nimis enim longum foret, ferèque impoſſibile ſcire quid in unaquaque Republica, regione, aut regno, prohibitum, vel permiſſum; nec curo de difficultate, in qua authoritate reſideat hæc poteſtas; veroſimiliùs judicabo non ea potiri unamquamque urbem, niſi vel totum Regnum, vel Monarcham legiſlatorem, ſub directione, ſeu ſubjectione quod in eo interponatur Pontificia conſulta, approbativa confirmatio eam taxationem ſtatuens; ſufficiat me expedire pro exemplari in foro noſtri Aragonenſis Regnij; & gaviſus ſum in authore alienigeno (Luſitano videlicet invenire exagitatum & tranſcriptum de prædicto foro, examen, in eo quod conſtruxit Ludovicus de conceptione trac. 1. caſu 4. in ſuæ veritatis moralis examine, eſtque tenoris ſequentis ſub hunc titulum. *Probibicion de Cambios fingidos*: latinè *fictorum cambiorum probibitio*: libuit Hiſpanico idiomate, ut jacet, legem municipalem producere, poſtea in latinum vertendam, ne diſcrepare in iota aliquis exiſtimet. Itaque forum ſtabilitum anno 1626. hujuſmodi eſt. *Por no aver forma diſpueſta en el preſente Regno paraque los Mercaderes de los que tienen banco, y dinero expueſto para el Cambio real, puedan llevar algun intereſſe del dinero que dan, dentro del miſmo Regno, per raçon del lucro ceſſante, ſucceden grandes inconvenientes, y malos tratos, en mucho damno, y perjuicio de los Reynicolas; puer en color de cambio real, los que no tenen dinero expueſto para el, in banco avierto le dan por el interes de viente por ciento al anno; haciendo cedulas ſimuladas, y fingidas por medio los Corredores, y e tras veçes haçen moatras, y o tros tratos muy, perniciosos; y aſi para remedio de lo Sobredicho, ſu Mageſtad, y en ſu Real nombre, el excellentiſſimo Conde de Monterey, de voluntad de la corte, y quatro brazos de aquella, de aqui adelante probibe, como quedan probibidos los dichos Cambios fictos, y tratos paliados; y eſtatuye, y ordena, que el que no tubiere banco, o dinero expueſto para dichos Cambios no pueda llevar intereſſe alguno, por el uſo del dinero, ſino fuere dandolo a los miſmos Mercaderes por compania de Cambio, permitiendoles a los tales, que puedan llevar aſta ſiete por ciento al anno, de ganancia, y no mas, ſo las penas de incurrir en lo diſpueſto en los fueros echos contra los uſurereros; y que los mercaderes que tubieren banco, y trataren en cambios reales, y para*

Digitized by Google

aquello tubieren expueſto dinero, no puedan llevar por el dinero que dieren dentro del Regno de Aragon, ſino es a razon de nueve por ciento, por el lucro ceſſante, y no mas ſo las dichas penas: Hæc formalia ſunt verba legis municipalis, quæ in latinum verſum ſic ſonant. Eo quia forma diſpoſita non eſt in præſenti Regno ut mercatores ejus tenentes bancum, & pecuniam expoſitam ad cambium reale, poſſint capere aliquod intereſſe, ob pecuniam quam dant intra ipſum Regnum ratione lucri ceſſantis; contigit enim, magna inconvenientia, per judicialesque contractus evenire in præjuditium Regnicolarum, ſiquidem prætextu Cambii realis, qui pecuniam non tenent expoſitam ad illud, nec bancum apertum dant pecuniam cum intereſſe viginti pro centum ad annum, formantes cedulas ſimulatas, & fictas interventu illorum, qui corredores dicuntur, & alteris vicibus peragunt moatras, alioſque contractus pernitioſiſſimos: & ita in prædictorum remedium, catholica Majeſtas, ſuoque nomine excellentiſſimus Comes de Monterey, conſentiente curia generali, ejuſque quatuor brachiis annuentibus inpoſterum prohibet, velut prohibiti manent dicti cambii ficti, & contractus palliati; ſtatuitque, & ordinat, quod qui caret Banco, aut pecunia expoſita in dicta cambia, non poſſit capere intereſſe aliquod ex ſua pecunia, dum hæc data non fuerit ipſis mercatoribus intuitu Cambii, *ſocietatis* dicti, permittendo talibus mercatoribus ut lucrentur ſeptem pro cento ad annum, de lucro, & non plus, ſub pœna incurrendi in diſpoſitis à foro conſtructis contra uſurarios; & quod mercatores tenentes bancum tractanteſque in Cambiis realibus ad quod expoſitam tenent pecuniam lucrari nequeant pro ea quam dant intra Regnum Aragoniæ niſi ratione novem pro cento, ſemel in unoquoque anno ad lucrum ceſſans nec plus *ſub dictis pœnis*. In quibus annotandus terminus quo utitur, per equivalentiam ad permiſſionem, conferendus cum fine legis, ***in vitanda alia inconvenientia majora***; l. unus §. 1. ubi Baldus ff. de pact. & Bartolus ff. de legat. 2. & l. Titia cum teſtamento §. ultimo ff. eodem titulo. Tuſcus tomo 3. practicarum concluſ. lit. T, concl. 298. num. 1. & concluſ. 299. per totam: inde attendendum ad eventum conſultum, quid pro ſorte ultra exagitabant Mercatores in pecunia data ad mutuum.

9. Etenim ſi in illo Regno ſeu Republica lex habebatur ſimilis ac tranſcripta in noſtro Aragoniæ Regno, & non ultra exigebant exorbitans, ſcrupulus remanere non poterat in eis; at quia in contractu, exorbitantia apparebat, nec ſtatutum allegabatur de beneplacito ſummi Pontificis licitum, in veroſimile eſt, uſurarios non fuiſſe; quo autem pacto non cooperabatur Religioſus ille conſentiens, intuitu tantummodo occurrendi ſuæ vexationi, patet à dictis, nam argumentum quod efformari poterat ab illo de gratitudine, aut benevolentia etiam ſine vi, metu, aut errore ſtante declaratione Innocentii XI. non capit; & pro Religioſo electo Antiſtite facit, quod Scotus diſt. 5. citata quæſt. 2. §. de ultimo v. ſine pacto num. 19. ſcripſit in occurrendum quando quis nullo celebrato contractu aut juridica cedula, liberè & liberaliter ſe gerit penes illum qui ab eo quod coarctatur, ſubvenit, inquit: ***ſolum enim animus ſine ullo pacto verbali, vel alio ſigno æquivalenti debitori, quod mutuans non mutuaret ſine ſpe lucri non facit illum recipientem ſine pacto habere alienum, & ideo non tenetur ad reſtitutionem***, quæ clauſula in marginali exponitur: *intellige ſi gratuito ſibi datum judices*. Nec hæc Scotica verba comprehenduntur ab Innocentio XI. excludente gratitudinem in illa propoſitione 42. nam ſummus Pontifex loquitur de ea gratitudine quæ exprimitur verbo & ſcriptura tamquam quid obligatorium ex contractu; ſubtilis vero præceptor gratuitum ponit ſine pacto verbali vel alio ſigno æquivalenti; igitur quia mercatores illi non gratuito exigebant exorbitantiam, peccabant; ſed in eam exorbitantiam conſentiebat Antiſtes electus ſolum intuitu redimendi ſuam vexationem; ergo non cooperabatur exhorbitantiæ: dicis ſi mihi eſt licitum in redimendam vexationem tantummodo donare uſurario pecuniam, ipſi, qui redimit mihi donando, licebit; ergo aut peccavit Antiſtes electus, vel illi non peccaverunt; nego millies antecedens, licitum eſt dare latroni mea bona ne me occidat, & illicitum eſt furi capere meam pecuniam; igitur compatitur ſine cooperatione ultra ſortem electum Epiſcopum donare quin cooperaretur. Et me remittendo ad ea quæ manent fundata conſult. 26. n. 1. 6. & 7. diſcrimen maximum vide in illo qui dat ut redimat ab illo qui cogit ut det, iſti eſt voluntarium formaliter, vexare; danti vero involuntarium. Urges tenebatur monere mercatoribus Antiſtes ſe intuitu redimendæ ſuæ vexationis conſentire in eo; ergo peccavit omiſſione; nego antecedens, nam nullo præcepto coarctabatur ad monitionem, quia licet omiſſio ſit voluntaria non imputatur ad culpam omittenti, dum præceptum non inſtat, ut latè magiſter Curiel 1. 2. quæſt. 6. art. 3. dub. 2. §. 3. nec inſtabat præceptum charitatis, quod ſuas tenet exceptiones, pro quibus tres advoco patronos angelicum Doctorem 2. 2. quæſt. 33. art. 6. in corpore. *Ubi probabiliter ſtimatur quod peccator admonitionem non recipiat, ſed ad pejora labatur, eſt ab hujuſmodi correctione deſiſtendum.* S. Antoninum Patavinum feria 3. ad Dominic. 3. quadrag. *Si vides certitudinaliter nihil prodeſſe, ſed magis obeſſe, debes deſiſtere.* Abulenſem quæſt. 96. ad cap. 18. Mathæi. *Correctio fraterna dimittenda eſt ſi malum ex ea ſequitur*: plura ſequerentur mala, ſi admonerentur Mercatores: quid enim boni de avaro uſurario cogitari poteſt; prætterquam quod, non redimeretur vexatio, ſicque potius ad pejora laberentur, & ut aiebat, Sanctus Antonius nil proficiebat.

10. Doctoris Seraphici verba elegantiſſima totum quod intendo confirmant; veſtigans enim Sanctus Bonaventura 4. diſt. 5. art. 2. quæſt. 1. quomodo liceat alicui ab iniquo miniſtro baptiſmum accipere pretiumque dare pro eo obtinendo, ſcribit. ***Eſto quod aqua ſit conſecrata, tunc dicunt, quod ante debebat dimittere parvulum mori ſine baptiſmo, quia non ſunt facienda mala, ut eveniant bona, melius tamen eſt dicere quod dari poteſt pretium, non ad emendum Sacramentum, ſed ad redimendam vexationem juris ſui; & hoc magis videtur conſonari pietati, & rationi & etiam juri***: ergo ex mente tam ſanctiſſimi Præceptoris redemptio propriæ vexationis, plus conſona pietati, rationi & juri cenſetur; ſed nihil conſonū pietati rationi, & juri poteſt eſſe, quãdo convincitur actio cooperativa peccati; ergo redemptio propriæ vexationis cooperativa peccati noneſt; igitur cum licitum ſit quidquid operativum, aut cooperativum peccati non invenitur, licitè ab uſurario mercatore, ille electus Antiſtes ſolvebat in redimendam ſuam vexationē quod talis mercator illicitè capiebat: id exponamus à mirifica Theologia de concurſu Dei immediato ad actus peccaminoſos (quem contra Durandum, & Ludovicum de Adola 4. parte in ſua hiſt. quadripart. quæque ſchola Thomiſtica, Scotiſta, & Jeſuitarum inconcuſſè tenet; & latè expendit Franciſcus de Oviedo controv. 10. philoſophiæ puncto 1. per totum (ex decreto efficaci concurrit Deus immediatè ad actum odii ſui. quin ſit voluntaria ipſi malitia formalis, quia ut ait Scotus 2. diſt. 37. quæſt. 2. §. propter num 9. & deinceps, hæc videlicet quæque malitia formalis) cauſam deficientem, non efficientem recognoſcit; & cum voluntas quæ adſtringitur præcepto ſit deficiens, non autem

divinum

Digitized by Google

divinum numen, quamquam Deus poſitivè, & immediatè concurrat ad actum materialem peccaminoſum, nec ei cooperatur, nec ipſi eſt voluntarium aut imputabile, nec verificatur Deum facere bona, ut inde mala ſequantur; ergo quando quis intendit tantummodo redimere vexationem propriam illatam, nulla via ultra aliud intendens, malitiæ formali non cooperabitur, nec efficiet bona, ut inde ſequantur mala, & quæcumque ſequuntur, reatum malitiæ formalis maculam inducentia, procedunt à cauſa deficiente, quæ eſt voluntas, aut Sacerdotis illius Simoniaci nolentis adminiſtrare Baptiſmum niſi venditum, ut aiebat Sanctus Bonaventura, vel uſurarii capientis tantum pretium ultra illud quod à ſua Republica ſtabilitum eſt, attento lucro ceſſante, ſeu damno emergente; ergo quia redemptio propriæ vexationis non eſt prohibita à Deo, nec inhiberi poteſt ab aliqua lege poſitiva, igitur intuitu talis redemptionis honeſtabitur intentio illius, qui ſcopo tantum ejus operatur ex voluntate poſitivè directa in non cooperandum peccato: objicies: ergo licebit Martyri in redimendam propriam vexationem negare fidem catholicam quin cooperetur peccato Tyranni inducentis in idololatriam, aut hæreſim: nego ſuppoſitum ex illa maxima Chriſti Domini Lucæ 10. v. 8. *Quicumque confeſſus fuerit me coram hominibus & filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei*, quia in iſto caſu non datur redemptio vexationis ex heroico martyrii actu, & aureola; qualiter in caſu quem gerimus, in quo honor vexatur, & ſtatus perfectior, qualis eſt Epiſcoporum, impeditur ex non ſervato jure & veritatis ſubſidio in occurrendum egeſtati alienæ contraveniendo poſitivo Reipublicæ de taxato lucro, decreto.

11. Ultra ea quæ conſult. 37. facienda ſunt de quodam pictore, cui illicitum erat imaginem pingere obſcenam in uſum cujuſdam petentis illam ad cubiculi domus ruſticæ ornatum, quod illicebat, cum amiſſione lucri reportandi à ſuo labore; quia tunc nulla reſultabat vexatio penes pictorem; induco hîc diſtinctionem præſentis eventus qui in hac 31. exprimitur, nam Pictor ponebat fragilitatem humanam in proxima occaſione peccandi ex viſu picturæ obſcenæ; undè cum nullus vexetur, quantumcumque amittat lucrum, alterum vel alios in proxima ponens peccandi occaſione, patenter tangitur diſparitas, confirmata manifeſtè inſtantia; licebit ne fæminæ (inquiro) cui promittatur dandum centum ducata, dum ſinat ſe ab aliquo Chirurgo tangi in mamillis vel verendis per dimidiam horam, ſecreta, aut probabiliter judicans id peti ob delectationem carnalem, & ſi ſecuram faciat Chirurgus ſibi non eveniendum periculum conſenſus ſeu pollutionis, ſive alterius cujuſcumque actus venerei qui dirigitur in copulam conſummandam: poſt damnatam propoſitionem ab Alexandro VII. in ſerie 40. reprobatarum ab eo habita tom. 6. Bullarii in appendice, eſtque hujuſmodi, *eſt probabilis opinio quæ dicit eſſe tantum veniale oſculum habitum ob delectationem carnalem, & ſenſibilem quæ ex oſculo oritur, ſecluſo periculo conſenſus ulterioris, ſeu pollutionis*; quis licere affirmabit declarante Pontifice in ipſamet actione minus provocativa, periculum & occaſionem proximam; nihilominus ſi fæmina cui hæc petitio fit in languoris urgentis neceſſitate conſtitueretur, eſtque ex eo quod non fineret tangi mamillas à Chirurgo illo curante ſequeretur ipſi mors non peccaret (dum alter non extaret Chirurgus) diſcooperiendo ubera, imo & verenda, quia non dat tunc proximo peccandi occaſionem proximam, cum id tantummodo faciat intuitu redimendæ ſuæ vexationis gravamen à languore ortum, & remedium acquirendum de ægritudine quam patitur; ergo diverſiſſimus caſus eſt qui remittitur ad conſultationem 37. de pictore cui nulla vexatio ſupponitur imponi in amiſſione illius lucri quod capturus eſt de ſuo laboritio potens uſufructuare illud alio medio, ac in antiſtite electo penes uſurarium qui omnē viam ſua avara cupidine occludebat, ut finis conſequeretur, honoris, famæ, & aſſumptionis ad perfectiorem ſtatum viri egregii qui in eo poterat, & Eccleſiæ, & pauperibus, & nobilibus pauperibus cognatis, proficere: quibus percipio ſenſum in quo loquitur Gregorius de Valentia tomo 3. diſp. 21. quæſt. 21. puncto 4. proferens. *Solventem uſuras in mutuo peccare, æquè ac exigentem eas*; veriſſimùm uterque ponitur in proxima occaſione peccandi; inde acquieſco Petro Hurtado diſp. 173. de charitate ſect. 14. §. 162. diſtinguenti in dante duas intentiones; aut enim præbet uſuras acquieſcere, renuens aliquo ſigno, huiuſque medio demonſtrans ſe in illis conſentire, ſolumque id peragere, ut vexatus ab extorquente iniquo ab eo in quo coarctatur ſe liberet; vel nullo inditio de iſtis expreſſo conſentit; & ſi non aliquo verborum, ſeu aliàs inditio, dum tamen non reſiſtit, placidè annuere ſignificatur, fit ſigno interpretativo; primo modo revera vexatione moveri innuitur, & patet à violentia illata; ſecundo autem non ita, quatenus illa non reſiſtentia, ex ſilentio arguit conſenſum in eo quod petit & vult uſurarius ſecum convenire eum, à quo exorbitantiam extorquet; hic aptandum axioma fusè exponendum conſ. 47. n. 5. tacens conſentire videtur.

12. Zelum, prudentiamque cujuſdam confeſſarii, non prætenibo (utinam à cunctis ita exenterarentur uſurariorum conſcientiæ) in quodam enim cambio mutuario acceſſit Pænitens ad quemdam Sacerdotem, qui dum ille miniſterium ſuum pandetet in banco & pecunia expoſita, juxta ea quæ præmiſimus in foro Aragoniæ n. 8. cordatus confeſſor inquiſivit à Pænitente utrum ipſe ſponte, & motte proprio petierit lucrum illicitum contra legem ſtabilitam in ea regione, an ab accipiente coactus fuerit, & vexatus ei pecuniam præbere ultra ſortem decretam à lege municipali; cumque reſponderet pænitens à mercatore nullatenus vexatum, neque inductum, ſed cum ipſe valde egeret ad munus ſuum obeundum quantitate v. g. ducatorum, & præſumeret, quod ſi optioni Mercatori relinquerentur uſuræ promptiſſimè pararet prædicta decem millia ducata, ne negarentur illius electioni comiſit ſponte cambia & quod, fieret modo quo ipſi cōmodius videretur dum intra unum diem pararentur ſibi relata ducata; ſic etſi ſibi non lateret in ea regione, aliquos Mercatores ſibi ſolui quinque ad centum: ſeptem, & novem; attamen in redimendam ſuam vexationem, non aliud cogitans futurum medium conſenſiſſe, atque tali ſtratagemate, licet cum non modico, ſui detrimento optioni ſe commiſiſſe Mercatoris; doctus confeſſarius; judicavit, & conſonè pænitentem cooperatorem uſuræ exhorbitanti, & lethaliter peccaſſe, ſiquidem tunc redemptio vexationis per accidens ſe habuit, & à commiſſa electione uſurario illicito cooperationem præſtat exhorbitantiæ; ut in Epiſcopo reſiſtente per ſe & directè redemptionis vexatio concurrebat individu in horum conſonantiam Baſilius Legionenſis lib. 5. de matrim. cap. 28 §. 7. num. 54. ut occurrat. cuidam pariiati de muliere ad libidinem provocante, ait; *qui ſoluit uſuras non offerre materiam proximam peccati, ſi rectè inſpiciatur; in quo differt valde ab eo qui offert vinum, vel exponit virginem, ſed extorquentur ab eo pecuniæ, quare non agit, ſed patitur injuſtitiam; pati autem injuſtitiam nullum peccatum eſt; quod vero ille revera non offerat, ſed tantum patiatur, ex eo colligi poteſt, quia ſæpe poteſt contingere ut cogatur ſolvere*

Digitized by Google

qualiter cogebatur Antiſtes electus; à juris regulis deciſio etiam deducitur, aptiſſimum ſtatutum (l. ſi unus §. ante omnia ff. de pact. l. hæredes §. in alia ff. eodem, l. non debet alteri ff. de regul. juris. l. Pater familias. ff. de hæredibus inſtituendis. l. in cauſa ff. de procurat.) ſtabilitur: *unius facto alter nec nocendus, nec prægravandus*; varie de eo ſurdus deciſ. 102. num. 1. & conſil. 173. num. 84. & Menochius conſil. 346. num. 26. ergo facto uſurarii non cooperante illo, qui violentatur, nec nocendus nec prægravandus in conſcientia, attento tantummodo liberari à vexatione: Item l. ſecundum naturam ff. de regulis juris. l. de jure ſuccurſum ff. de jure dotium, edocetur: *gravatus in uno relevandus in alio.* Stephanus Gratianus tom. 4. diſceptationũ Forenſiũ. cap. 612. num. 18. ergo gravatus vexatione uſurariis uno è duobus medii relevandus, vel ab eo qui injuſto gravamine vexat, aut à ſeipſo redimente vexationem; uſurarius non relevat, imo reagravat, concordare nolens in equivalente, & juſto pretio, fraude extorquens lucrũ: ceſſante proprio damno, & emergente lucro ergo à ſeipſo relevandus eſt redimendo propriam vexationem. Dicis poterat renunciare Epiſcopatum; ergo jam erat medium, ne prætextaretur à vexatione: diſtingue antecedens renunciare poterat cum præjuditio ſui honoris, & damno ſuorum cognatorum nobilium tranſeat; ſine iſto; nego; attentè conſidera ſi interponebatur violenta vexatio in tutam non renunciantis conſcientiam.

CONSULTATIO XXXII.

De juvene decepto & violenter Caſtrato

DOrothea & Paſchaſius conjuges filium procrearunt de legitimo matrimonio natum, ſuaviſſima voce pollentem, & conductum ab ætate ſex annorum apud quamdam Eccleſiam Cathedralem, in tantum peritia per tres annos puer edoctus euaſit quod admirabat ſuo cantu audientes, melodia ſumma à ſonoritate in Cantilena; ſalarium (decimũ annum jam juvenis attingens) copioſiſſimum deſignatum eſt ei in tali Eccleſia, abundans ut in parentum, ſuique emolumentum reſultaret ad victum, pluſquam moderatum; timens Paſchaſius genitor filium vocem amiſſurum, jam ab iſto completum tertium decimum annum caſtrare decrevit; Matri conſulens intentionem reſiſtebat ipſa, filii deplorans vitæ periculum, maritumque exorans à propoſito deſiſtere, tum lacrimabunda, tum ſuaſionibus pientiſſimis v. g. Deus alia via ſubveniet nos ſi genitus à nobis vocis ſuavitatem amittat; addens, fortaſſis caſtratione juſtitiam divinam irritamus, & in pænam filius noſter ultimam ab ictu clauder horam, meliuſque eſt, & pientiùs coarctandos in eleæmoſinam oſtiatim eſlagitandam quam in iſtud periculum ponere juvenem quem diligimus; replicabat Maritus, fatua es, ſi puer non caſtratur luxuriæ deditus vocem amittet, ideo vitemus filii luxuriam & caſtretur; ò nimis imprudens homo; utinam non tot forent experientiæ de eventibus conſultis in eunuchis luxuriantibus; tandem fraude quadam Paſchaſius, poſtquam diſſimulavit ſe annuere ſponſæ, finxit feſtum à Marchione inſtitutum, in cujus famulatu fuerat, proponens petitum juvenem in celebritatem ad cantum, nec renuit id Dorothea à ſincera credulitate; ſed filius fraudulentiam ſuboluit, & inſtatus in iter reſpondit, ò Pater & cur vis numquam maritari; cui genitor replicat, adducam teſtimonia Theologorum, quod non obſtante caſtratione matrimonium contrahere valebis: quo audito in eam conſenſit adductuſque ad duos Theologos voce firmarunt ipſi, impedimentum non affuturum in connubium; ultimòque caſtratur inſcia matre in domo rurali illius Marchionis, & moribundus pervenit ad extremum vitæ quam clauſit: duo in conſultationem propoſita fuerunt: utrum puer & quotquot complices concurrerunt in caſtratione ejus, ſive fine vocis conſervandæ, ſive ad vitandas adoleſcentuli tentationes, peccaverint; alterum an ſubminiſtrante Marchione dotem Dorotheæ ut fieret monialis, mortuo ex caſtratione filio, tutâ conſcientiâ poſſet Paſchaſius Religionem ingredi, & ſacros recipere ordines.

SUMMARIUM.

CASTRATIO totalis impedimentum dirimens matrimonium, n. 1.

Diſquirit Antonius Hicheus, ſed inutiliter, an eunuchi generare queant, n. 1.

Matrimonium inter praciſè ſteriles, excluſa caſtratione, validum, n. 1.

Ex fine vitandi incontinentiam, aliàs, inevitabilem, n. 1.

Moderna difficultas, utrum liceat caſtrari ob conſervandam vocem ſonoram, n. 1.

Vetuſtior alia; an liceat in ſuperandas carnis tentationes, n. 1.

Caſtrationis complices quando, aut qualiter non peccant, n. 2.

Eunuchi flocci fiunt, ſcurræ vocati, & in jocum verſi à quodam epigrammate, n. 2.

Inſidi, mendaces, timidi, confuſi cenſentur à Poëtis, n. 2.

Verificatur in ſcriptura ſacra per IeZabelis tragadiam, n. 2.

Nullum eunuchum legi canoniZatum aut beatificatum, n. 2.

Non ſemper eunuchus, caſtratum ſignificat, n. 2.

Cuſtodes fæminarum antiquitus eunuchi nuncupabantur, n. 2.

Argumenta pro licita caſtratione citra mortis periculum, n. 3.

Similes ratiocinationes intuitu ſervandæ caſtitatis; n. 3.

Diverſitas eunuchorum expreſſa à Chriſto Domino, n. 3.

Mutilatio cujuſvis membri illicita abſque neceſſitate, n. 3.

Inquiſitum ab Angelico Doctore de aſſumpto, n. 4.

Diſcuſſio neceſſaria; utrum teſticuli numerentur inter

Digitized by Google

membra corpus integrantia, *n.* 4.

Tuta ne conſcientia poterit quis ob bonum commune à ſe aliquod membrum amputare, *n.* 4.

Egregium ſanctæ Luciæ factum eruens à ſe oculos, *n.* 4.

Admirandum in ſancto Barnaba amputante à ſe pollicem digitum è manu, *n.* 4.

Privata autoritas non ſumit argumentum ab hoc quod divina diſponit illuſtratio, *n.* 4.

Plura in ſanctis ſuis admiranda, non imitanda diſpoſuit Deus, *n.* 4.

Caſus in quibus licet mutilari à ſe membrum ne totum pereat, *n.* 5.

Salus totius præferenda jacturæ partis, *n.* 5.

De homine conſtituto in extrema neceſſitate, quid agere ipſi liceat, *n.* 5.

Nullus inter Catholicos præſumendus citra infirmitatem quod in extremam deveniat neceſſitatem, *n.* 5.

Non licet ſe objicere morti evidenti pro defenſione honoris aut facultatum alterius, *n.* 5.

Triplex neceſſitas plebeia, gravis, & extrema; unaquæque explicata, *n.* 6.

Periculum vitæ in gravi morbo extremam arguit neceſſitatem, *n.* 6.

Diana in Caramuelem *n.* 6.

Debile illius argumentum non ſtabilitum ſuppoſitum de extrema neceſſitate, *n.* 6.

Inconveniens de Clerico, vel Religioſo in licita caſtratione propter votum caſtitatis, *n.* 6.

Potentia generativa ſine ullo uſu patet in Beatis, *n.* 6.

Eunuchi prædeſtinati reſurgent integri, *n.* 6.

Caramuel de eunuchis, gravioribus putans tentationibus ſubjici, *n.* 7.

Cauſalis tanti antiſtitis, eo quia luxuriores illi ſunt, exules faciendi â Palatiis, *n.* 7.

Certa regula aſſignari nequit de incidentia in tentationes, *n.* 7.

Origenis error & aliorum qui ſe caſtraverunt, *n.* 7.

Malitioſus eunuchus fœminam fallens ſpe quod ab eo non fœcundabitur, *n.* 7.

A morbo Gallico Spadones aliqui defuncti, *n.* 7.

Caſtrari vel non caſtrari, per accidens ſe habet in ſuperandas tentationes carnis, *n.* 7.

Remedium dictum Ana cardina *in augendam memoriam extra intentum*, *n.* 7.

Illicitum, membrum vel membri partem à ſe ſcindere in vitandas carnis tentationes, *n.* 8.

Quod non licet facere, nec conſentire licet, *n.* 8.

Tentationes fuga vincuntur, exemplo Angelici Doctoris ticione mulierem rejiciens, *n.* 8.

Sancti Auguſtini & ſancti Ludovici antiſtitis documenta, *n.* 8,

Teſticuli amputati, non amovent occaſiones, & cogitationes, *n.* 8.

Charitas præferenda Religioni, *n.* 8.

Reatus mortalis in Patre caſtrante filium, *n.* 9.

Caſus de irregularitate in confirmationem, *n.* 9.

Ignorantia invincibilis excuſat à peccato, *n.* 9.

Stratagemata ex mendatio, illicita, ſine eo licita, *n.* 9.

Multi veritate falluntur à ſe ipſis, *n.* 9.

Dolus alius realis; præſumptus alter, & quis excuſat à culpa, *n.* 9.

Dans cauſam peccato dolus nuſquam licitus, *n.* 10.

In cenſuram incurrendam, ſequendus effectus, *n.* 10.

De intentante homicidium non ſecuro effectu, *n.* 10.

Homicidium voluntarium directè, vel in cauſa, *n.* 10.

De dolo ex hiſtoria ſacra, *n.* 11.

Ab homicidio caſuali utrum irregularitas oriatur, *n.* 11.

Qualiter licitum invaſorem occidere moderamine inculpatæ tutelæ, *n.* 11.

Et nihilominus ſcrupulus reſultans de incurſu in irregularitatem, *n.* 11.

De Medicis cautelandum, an indigeant diſpenſatione irregularitatis, *n.* 11.

Probata à caſtratione mors iuvenis ſubſecuta puniri poterit à judice legitimo, qui caſtrationis fuit cauſa, *n.* 11.

1. QUa ratione, ſive malitia, ſive ignorantia craſſa, & vincibili, illi duo Theologi, ſincerum deceperunt puerum, non attingo, conſilium præbentes ſecuram faciendo maritationem poſt caſtrationem totalem, contra expreſſam declarationem Sixti V. qui eunuchorum impotentiam perpetuam ponit impedimentum dirimens matrimonium, de quo N. Hicheus comment. in diſt. 34. 4. lib. ſentent. Scoti num. 20. ubi in dubio, an Eunuchi generare poſſint, refert: *alii docent eos poſſe contrahere, & etiam generare: alii docent eos poſſe aliquale ſemen emittere licet ineptum generationi, quod ſufficit ad finem ſecundarium matrimonii, & conſequenter valorem, cum validè contrahatur inter ſteriles.* Quidquid de ſterilibus, aut infœcundis, ſive ſenibus, de quibus in vitandam incontinentiam maritari validè admittunt omnes, videndus S. Auguſtinus de bono conjugii cap. 3. hi enim dum impotentia naturali perpetua non laborant, & conſummare poſſunt vera copula conjugali matrimonium, ita ut fiant duo in carne una validum illud efficiunt, quo pacto cum pluribus quos citat Martinus à S. Joſeph in ſumma lib. 1. tract. 35. n. 8. profert ſenes tam in totum impoſſibilitatos ad conſummandum connubium, ut implicet eis copula carnalis nulliter maritari, de quibus egi conſult. 6. in illo rariſſimo eventu de conjugio in recta linea, quæ doctrina convincit invalidè contrahere eunuchos; undè ſi viguit aliquando ſpadones maritari, præcipuè in Hiſpania, aut fore doctores id affirmantes, ut colligi videtur à Bulla Xiſti V. quæ incipit cum frequenter, expedita 27. Junii anni Domini 1587. & habetur apud Cherubinum to. 2. Bullarii Conſt. hujus Pontificis 59. jam ut ait Hicheus citatus. *Sed rem extra dubium poſuit Sixtus V. qui declaravit matrimonia ab illis contracta eſſe invalida.* Reſpondebunt Theologi quibus conſuluit adoleſcentis genitor in ſuam non veniſſe notitiam Xiſtianam, vel interpretandam de matrimonio conſummato, non vero rato. Primum non excuſat, cum arguat craſſam ignorantiam; ſecundum eſt frivolum ut liquet: inde patet improbabilitas antiquorum Juriſperitorum firmantium maritalem contractuum Eunuchorum non annullantium, & ipſorum matrimonia valida: videndus Thomas Sanctius tom. 3. de matrim. lib. 7. n. 17. Recognoſco Dianam, iterum, atque iterum de caſtratis ſermonem inſtituere de eo, quod quærimus, nam tertia parte tractatu 7. Miſcelan reſol. 38. in propriis terminis ſic diſputat. *An conſentiente filio poſſit pater illum caſtrare, ut voce & cantu Eccleſiæ deſerviat*; etſi independenter à patre, 11. parte tract. 1. Miſcelan. reſol. 23. alteram veſtigationem movet: *an ſit licitum ſeipſum caſtrare non ſolum ad ſuavitatem vocis conſervandam, ſed etiam ad ſuperandas tentationes carnis:* in limine hujus reſolutionis 23. introducit Caramuelem, contra ſe per verba ſequentia. *Affirmativam ſententiam contra me tenet Caramuel in Theologia fundamentali fundamento 55. §. 9. per totum.* Si id ſenſit, in alia editione ſui voluminis retractavit, ſcribente Caramuele tom. 2. in Theolog. fundamentali, poſtquam num. 1603. ſe introducit in controverſia, quæſtione quam titulat, *de caſtratione*, num. 1606. ait: *Propoſuit mihi duas quæſtiones qui-*

dam Theologus eruditiſſimus ex ordine Carmelitarum diſcalceatorum, & quia mihi non ſatisfecit cum ei volu:,illas meo lectori repono; prima eſt,an conſentientem filium Pater Caſtrare poſſit, ſecunda an ſe alquis caſtrare poſſit, ut careat tentationibus carnis, ſi ſe imparem reſiſtendo cognoſcat quibus introductis in diſcuſſionem, præmittit. *Places in re difficili viros doctos and re, & quia Tamburinum magis facio volo eius verbis hanc controverſiam honorare.* Tranſcriptiſque Tamburini clauſulis, reſolvit eo n. 1606. *Nihilominus d'cendum eſt nec ad conſervandam vocem pueros,nec ad ſedandas tentationes viros poſſe caſtrari: hodie eſt plurium, & poſt paucos annos erit omnium* en quid ſentit Caramuel; in capite authorum quos pro ſe allegat primum citat Dianam, & in prædicta 3. parte, & 6. parte tract. 6. reſol. 25. 5. ſed quia, & tract. 8. reſol. 36. quomodo ergo contra Dianam qui tantopere cum eo ſe authorizat; ſi jam non dicimus, quod indicabo num. 8. Dianam non ſe feſelliſſe attento addito à num. 1611. quidquid de uno vel altero unum certiſſimum ſit nec Dorotheam genitricem in minimo peccaſſe, nec eius filium, à bona fide ex conſilio Theologorum deceptum, in caſtrationem conſentientem; perſuaſum & aſſecuratum ab eis.

2. Paſqualigius in ſuis deciſionibus moral. deciſ. 498.(qui cum Salon tom. 1. in ſecundam ſecundæ quæſt. 65, art. 5. controv. 2. & Tannero ſecunda ſecundæ diſp. 4. quæſt. 8. dub. 5. num. 101. tenet licere citra vitæ periculum filios à Parentibus effici caſtrari intuitu inſerviendi cultui divino ex conſervanda vocis ſuavitate) potior ac cæteri quos vidi fundavit ea in quibus concurrentes in caſtrationem tutâ conſcientiâ procedunt, quod ſaltem per aliquam apparientiam fulciri quit duobus ſuppoſitis, nam cætera quæ pertractat debilia ſunt, quale illud, quod tanti habetur melodia vocis, ut ſi alicui daretur optio, quid vellet,an uno pedis digito carere,vel conſervare ſuaviſſimam vocem, potius hoc eligeret, quam illud; ſed carere teſticulis eſt minus, quam carere digitis; ergo dulciſona vox potius quam iſtud eligenda; addit, gratiam ſeu benevolentiam ingentem, eunuchos captare apud Principes. Prima paritas de optione ex ſe patet ſine fundamento procedere: ſecunda de benevolentia, arguit caſtratos ſcurras;interim juditium fero de eis ex quodam epigrammate Enodii habito tom. 15. bibliotecæ Patrum pag.mihi 347.columna prima; eſtque in ſerie 69. ubi tantus Author ſic in jocum vertit Eunuchos,

Teſt.bus aſſeritur gens, cenſus, vita tribune
Antiquum quoties linquimus hoſpitium
In quem luſtraris tanſmiſſis gentibus error
Nulla domus pleno nec tenet ampla die
Vis dici locuplex, ſublimis, pulcher amicus
Æſt:bus ignoti miſſus ab Occeani?
Irrita dicta volant aſſertor non venit ullus,
Nulla fides ſexum detigit (adde *Eunuchorum*)
Mend:cus, vetulus, timidus, confuſus,anhelans
His verum perdens, utere nominibus

Conſpice quæ nomina in floccifaciendos caſtratos,infidos,mendaces, timidos, confuſos, ineptos, principum benevolentiam qualiter captantes niſi appelles ſcurras; innumera quæ perlegi omitto; ne ſine ſcriptura prædam ſacra, attende quid Jehu in puniendam Jezabelem, per feneſtram reſpicientem Monarchæ ingreſſum, recenter coronatum per vicos urbis dicta Terſa præcipit. 4. Reg. 9. v. 32. Levat oculos Monarcha, vetulam conſpicit ſtidio depictam, ridenſque ſenem, quaſi puellulam in pulchritudinem, ornatam; *Quæ eſt iſta?* inquirit: ſtatim textus: *Et inclinaverunt ſe ad eum duo, vel tres Eunuchi.* Abulenſis quæſt. 27. *iſti erant caſtrati, ſecundum conſuetudinem ad cuſtodiam fæminarum*: & Jacobus Salianus in ſuis annalibus ad annum mundi 3151. num. 35. *iſti theſi adorabant Jezabelem, hodie omnium beneficiorum eius obliti, omni neceſſitudine obliterata, parati ſunt per feneſtram in præceps dare*: fiduciam tene in caſtratis? etiam à te plus benefactis experimentum tenebis de infida eorum correſpondentia; Joſephus de la cerda tom. 2. in Judith textus verba comentans cap. 12. v. 10. *& dixit ad Vagao Eunuchum,* in comment. literali num. 56. vocat lenones *caſtratos*, num. 77. ſe cingens Benedictinus antiſtes ex Lamprido. *Cum apud Hebreos Eunuchi haberentur infames*, Eunuchus enim non ſolum caſtratum indicat ſi quidem de Puriſar legimus, gen. 39. nuncupari Eunuchum, & gen. 41. v. 45. habemus Aſſeneth filiam procreaſſe; & actor. 8. verſic. 27. virum Ethiopem potentem candacis regni Eunuchum, & fæcundum. Ubi Menochius. *Non conſtat an hoc nomen ſpadonem ſignificet, an etiam miniſtrum Regium, nam etiam hi licet ſecti non eſſent, Eunuchi dicebantur.* Omnes enim fœminarum cuſtodes clauſarum in giniceis, antiquo more, Eunuchi appellabantur, & cum in palatiis ſæpiſſimi ſint æque eo nomine inſigniuntur ſive caſtrati ſint, ſive non; proprium autem caſtrorum nomen ex jure eſt ſpadones; ſi tibi placent, benevolos tene, ego nullum inveni qui mihi ut par eſt ſatisfaceret; cura ſolertiſſima ſanctorum beatificatorum aut canonizatorum Aprilis perlegi, nullum ſpadonem canonizatum aut beatificatum inveni, immo nec in litteris illuſtrem, niſi Origenem, ſed hunc noſce Eunuchum voluntariè factum ex errore hæreticali in quem cæca mente incidit.

3. Igitur devenio in argumenta pro ſententia de licita caſtratione, citra mortis periculum, intuitu conſervandi ſuavitatem vocis, vel vitandi carnis tentationes, unum ſic efformatur.: quod plus conducit in regnum cœlorum conſiſtit in removendo ſe & amputando occaſiones peccandi; & laudabilius quale velut ſatagere vincere venereas tentationes; quid elogiabilius ſicut miniſtrum ſe conſtituere ad cultum ſolemnem, & publicum, qui apud Eccleſiam militantem impenditur Deo; ſed qui ſe vult caſtrare, uno ex duobus finibus, conſequitur unum & alterum; ergo quoquo ex duobus licebit voluntas, & conſenſus ſe caſtrandi: minor probatur verbis Domini Math. 19. v. 12. ubi ad comendandam caſtimoniam ſive in virginalem candorem, ſive ad cælibem puritatem monet. *Sunt enim Eunuchi qui de matris utero ſic nati ſunt Eunuchi qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum cælorum*, commune apud interpretes ſic dominica ſignificare verba, ut ſignificatum de Eunuchis ex materno utero ſtet in quadam impotentia naturali quæ infæcunditat; ſive perpetua dicitur ſterilitas quin ab extrinſeco veniat, quo pacto inter impedimenta dirimentia matrimonium ponitur dum ſic noſcitur à Medicis perpetua; cum autem redemptor profert, *Et ſunt Eunuchi qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum cælorum*; parabolicus hic ſermo de his qui ſuam caſtitatem divino numini ſacrarunt obſervantes ſe in mundiori carnis canditie, mitto hæreticos efficaciter,& abundè impugnatos à Maldonato, qui abutentes his ſacris Domini vebis in obſceniora ſua turpia cæcutiunt miſerabili errore; unde liquet eodem ſenſu interpretanda hæc verba, ac illa quæ Jeſus ſuggeſſit mat. 18. v. 9. *Si oculus tuus ſcandalizat te erue eum, &c.* igitur Jacobus Tirinus, *Qui de matris utero ſine teſtibus, trunci, vel frigidi naſcuntur, nec ſpadones qui ab hominibus iniuriam nimirum ſciſis, contuſis vel attritis teſtibus paſſi ſunt, ſed qui ſe ipſa caſtraverunt non phiſicè, ſed moraliter ſicut ſupra* (& v. 30. cap. 5. Mat) *ubi Dominus ſcindendum manum in turpem ducentem hortatur, & v. 8. ſimiliter tradens v. 9. eruendum oculum* (*dum ſcanda-*

Digitized by Google

liʒat) *dixit pedem ac manum præſcindendam, oculum eruendum; nempe ita abſtinendum uſu horum membrorum cum ad peccandum pruriunt ac ſi vere quis Mancbus, deſiocnlus, aut ſpado foret: & hæc caſtratio fit, vel voto vel ſaltem firmo propoſito, quo quis impotentiam ſaltem moralem ſibi inducit ad actum venereum: ita S. Hieronimus, Auguſt. Epiphan. & Fulgentius contra origenem & quoſdam hæreticos, quos Auguſtinus* (lib. de hæreſ. cap. 37.) *Valeſios appellat; qui contra legem divinam, & naturalem qua prohibetur omnis mutilatio, ſaltem non neceſſaria, nec utilis, ſe ipſos phiſicè caſtrabant; quod teſte Chriſoſt.* (Homilia 66. in Matheum) *imo Eccleſiaſtico* (cap. 37. & v. 21.) *itemque Galeno, Cedio & aliis pruritum carnis, & appetentiam venereorum non reſtrigunt, vireſque, tum animæ tum corporis notabiliter occedit.* Alienis clauſulis uti volui ne ſuſpectum ab aliquo meum putetur dictamen; Vaſerrimum expertum generaliter loquendo quidquid in ſpadonibus comperui: Quare ad objectionem, nego ſuppoſitum majoris, videlicet aut caſtrationem medium fore ad ſuperandas carneas tentationes, vel in conſtituendum ſe miniſtrum apium Eccleſiæ; item nego Chriſtum loqui grammaticali tenore verborum, & potius eſt ſimbolica inſtructio, modo quo loquitur quando eruendum oculum ſcandalizantem, aut pedem, ſeu manum amputandam edocet in regnum cælorum capiendum.

4. Alterum efformari quit argumentum, apparens dumtaxat, ab his quæ Angelicus doctor tangit ſecunda ſecundæ 65. art. 1. inquirens *utrum mutilare aliquem membra ſua in aliquo poſſit eſſe licitum*: ponamus hoc pacto caſum in dubii indaginem, & annuamus Philippum audiendo res turpes, quas audire nulla via excuſare valet, vel videndo fæminas à quarum conſpectu fugere nequit, ita ſe noſcere expertum poſitum in occaſione proxima peccandi ut hanc vitare non valeat, niſi abſciſione auricularum unde ſurdeſcat, vel eruendo à ſe oculos, à quo cæcutiat: quæritur an id ei liceat 3. præceptor in corpore articuli. *Si ergo membrum ſanum fuerit; & in ſua naturali diſpoſitione conſiſtens, non poteſt præſcindi abſque totius corporis detrimento.* Hinc colligo illicitam ſciſionem cujusvis ſani membri, inter quæ teſticuli numerantur; ſed addit ſtatim; *Sed quia ipſe totus homo ordinatur ut ad finem, ad totam communitatem cuius pars eſt, ut dictum eſt, poteſt contingere quod abſciſio membri, etſi vergat in detrimentum totius corporis, ordinetur tamen ad bonum communitatis in quantum alicui infertur in pænam ad cohibitionem peccatorum:* Igitur in cohibendum peccatum, vel bonum aliquod communitati inducendum licebit cuique, quoquo membro ſe privare mutilatione; ſed mutilans ſe ex caſtratione in vitandas venereas tentationes cohibet peccatum; & fine quo ſonora & dulciſona conſervetur ad cultum Dei in Eccleſia conſulitur communitatis bono; ergo uno ex his duobus finibus caſtrare licebit puerum, iſtumque in caſtratione conſentire. Si dicas ab Angelico magiſtro inductum quod ſequitur: *Hoc autem non eſt licitum alicui privatæ perſonæ etiam volente illo, cuius eſt membrum; quia per hoc fit injuria communitati cuius eſt ipſe homo, & omnes partes eius.* Contra arguitur ex traditis in hiſtoria S. Lutiæ præſumentis ſuos ſpecioſiſſimos oculos tyrannum movere in turpitudinem, violenter à ſeipſe eruiſſe, & manente cæca ad tyrannum miſiſſe ipſos refertur; & ne in iſto exemplari tantum ſiſtamus recole quæ in priori parte ſanctoralis Apoſtolici & Seraphici contione 23. §. 7 num. 28. recenſeo fundamento ſolido ex cayetano videlicet, S. Barnabam Apoſtolum humilitatis ſcopo à ſeipſo amputatum pollicem manus, ne honorificaretur dignitate præsbiterali, de qua indignum ſe putabat: ergo ſive privata, ſive publica authoritate in exercitium virtutum licebit cuique, ſemoto vitæ periculo, mutilare aliquod membrum proprium; igitur non illicebat Patri in ſedandas filii venereas tentationes, & potiori urgentia ad conſervandam melodiam vocis in cultum diuinum filium caſtrare huncque in iſto conſentire. Reſpondeo privatam authoritatem contingere poſſe dupliciter operari, aut illuſtrata luce ſuperna aliqua inſpirante, qualiter Deus Abrahamo præcepit immolandum filium gen. 22. ſicque ob fines occultos nobis (quia incomprehenſibilia ſunt judiția divina) cum evidentia in atteſtante præcipere inſpiratione interna ut aliquis mutiletur amputando à ſe aliquod membrum corporeum; quin alterum exptimat niſi præceptum; talis revelatio privata contigit, cum factum legimus mandatum Patriarchæ, cui ſolum iuſſit Deus. *Tolle filium tuum unigenitum quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis, atque ibi offeres eum in holocauſtum.* Tunc meritoria erit membri amputatio; ſic ſi veræ ſunt hiſtoriæ de ſancta Lucia, & de ſancto Marco (nam de eis nulla fit mentio apud breviarium Romanum) hoc pacto meritoria veneranda & laudabilis talis mutilatio; qualiter de ſancta Appollonia legitur in Breviario Romano ad diem 9. Februarij. *Alacris in ignem ſibi paratum majori ſpiritus ſancti flamma intus accenſa ſe injecit:* eodem enim præcepto quo illicet ſeipſum aliquem occidere, illicitum eſt membrum ſanum mutilare; dum unum ſeu alterum fit authoritate privata, eximium vero præcedente divino mandato; & ſic nuſquam licebit talis voluntaria caſtratio, etenim loco citato ſanctoralis §. 7. dixi, & fundavi, plura in ſanctis ſuis Deum direxiſſe, non ad imitanda, ſed in admirandum; ſua incomprehenhenſibilis providentia dirigit ad noſtrum emolumentum quidquid præcipit.

5. Replicabis: plures ſunt caſus in quibus ne inferatur mors violenta, probabiliter minans, licet privata authoritate membrum aliquod mutilare, v. g. ponamus inimicum meas ligare manus. dum pergit ad arma capienda in me occidendum; ſi poſſum vi etiam cum amiſſione manus fugere, tutâ conſcientiâ, relictum membrum diſciſum amitto; aut per alterum caſum; demus me includere inimicum claudendo in aliquo cubiculo, ut hora ſecreta mortem inferat, inveniens feneſtram, per quam me præcipitando, vitem mortem, etiam ſi timeam corporis colliſionem, qua brachium, vel pedem frangam, licitè valde recedo; multus eſt Diana part. 5. tract. 4. reſol. 32. in ſequenti dubio: *an aliquando licitum ſit ſe mutilare*; ſupponens pluries licere, notat quandoque in conſcientia ad id teneri ſub hac conditione. *Si Medici id judicent neceſſarium*; ſubjungens: *Probabiliterque licet ligato propriam manum vel pedem etſi ſanum abſcindere, ut per fugam, imminentem mortem evadat.* moxque ex Tannero tom. 5. in ſecundam ſecundæ diſp. 4. quæſt. 8. dub. 5. num. 100. concludit. *Ratio generalis eſt quia homini ut cuſtodi, & gubernatori ſuorum membrorum licet de his diſponere prout ratio, & ſalus totius ad quod ordinatur poſtulat.* Tunc ſic: non eſt minus periculum mors minans ex extrema neceſſitate eventura ſi non caſtraretur ille puer filius Paſchaſii, & Dorotheæ, quam relata imminentia pericula, quia ad id timendum tantummodo eſt probabilis conjectura non vero infligendi mortem evidentia; ſiquidem poteſt mutare inimicus propoſitum occidendi eum quem ligaverat, vel clauſerat; & quamquam pro tunc genitores juvenculi cantoris in extrema non forent ægeſtate, tempore decurrente, cautelare quibant in eam, veroſimiliter incidendi; ſed in illis eventibus licet privata authoritate excidere membrum; ergo in iſto licitum erit propria authoritate

caſtrare filium. Tranſeat ad extremam neceſſitatem redacti parentes ſubveniendi, ab eorum genito etiam cum periculo amiſſionis alicujus membri id licere ex relatis à Diana reſolutione 27. citata in fine. *Hominem conſtitutũ in extrema neceſſitate poſſe relinquere cibum, unicum & neceſſarium, ut alter eodem modo indigens, eum ſumat*; omitto aliud in fictis eventibus de clauſo, aut ligato, nego ſuppoſitum, nempe ex non caſtratione incurrendos parentes in neceſſitatem extremam, quæ ſolum præſumitur contingenda, quando deficit medium, nec aliud ſuppetit, niſi quod aſſumendum intenditur in eam vitandam; cumque inter Catholicos præcipuè (nam etiam inter Barbariores ſunt Hoſpitalia ad ægenos ſublevandos) non ſit natio quæ eleemoſinam publicam, vel ſecretam neget pauperi eroganti, aut Xenodochia non inveniantur pro infirmis curandis, ſi alia via in ſalutem recuperandam aut ultimam horam quiete claudendam non ſuppetat: ridendumque quod allegabat Paſchaſius ad extremam neceſſitatem infallibiliter ſe, & ſuam uxorem deventuros, deflectentes ab authoritate politica in qua erant apud illam republicam, valdeque minus commodatam acturos vitam, deſficientibus emolumentis captis à ſalariis vocis ſonoræ filii, quis ſanæ mentis judicabit iſtam, nec apparenter, extremam neceſſitatem de illa ſerie, in qua licet membrum abſcindere ne mors invadat probabiliter; cum Diana procedat ſolutio, attendatur obſecro, quid ſcribit reſol. 29. allegata, ubi ait. *Non licere ſe objicere morti evidenti pro defenſione honoris aut facultatis alterius*. Si Paſchaſio non licuit pro filij ſui honore & facultatibus morti ſe objicere minus licebit filium morti exponere pro ſuo honore politico conſervando aut facultates capiendas ex emolumentis à ſalario aſſignato intuitu ſonoræ vocis pueruli.

6. Neceſſitudinem triplicem in quam quiſquis poteſt incidere diſtingunt communiter Doctores; unam vocant communem, quando aliquis cogitur deflectere à ſuo ſtatu, & plebeiè mendicare; gravem alteram; & extremam tertiam: de utraque iſta Bonacina tom. 2. diſp. 2. v. de reſtitut. quæſt. 8. punct. 3. num. 1. *Neceſſitatem aliam eſſe gravem, aliam extremam; omiſſa communi neceſſitate, primam* (id eſt gravem) *patiuntur illi, qui non habent omnino neceſſaria ad ſuum ſtatum; ſecundam patiuntur illi qui non habent omnino neceſſaria ad ſuſtentationem & victum; qualis neceſſitas eſt illa in qua quis exigit cum periculo vitæ, aut gravis morbi*: Itaque neceſſitas ad unum de duobus reſpicit; vel ad declinandum à ſtatu; v.g. ſi duos famulos teneo, non habeo unde nec unum admittere poſſim; nihilominus, quia famuli deficiunt non ob hoc incido in periculum incidendi in aliquem morbum gravem, vel vitæ jacturam, quia quid comedam teneo; & iſta nuncupatur neceſſitas gravis; vel reſpicere poteſt caſumquo fame peream, aut quatior langore periculoſo, contingere quotidie experimur quod neceſſitas in ſuo exordio exiſtens communis in extremum ſeu gravem tranſit quam Paſchaſius neceſſitatem probabiliter potuit timere; nego tamen extremam affuturam; & inquiro ab eo an mortuo filio licuit aliquid de alienis ſurripere? ſi ergo non licebat, cur extrema, niſi fictè præſumenda, igitur devenio ad aliud, quod placidum erit lectori, & in controverſiam voco, an juſtè conquæſtus Diana, de Caramuele: Hic doctor poſtquam ſuam ſtatuit concluſionem de illicita caſtratione puerorum in conſervandam vocis ſonoritatem aut qualitercumque ad vitandas venereas tentationes n. 1611. hunc titulum excitat; *An argumenta quibus huc uſque probatur noſtra concluſio ſint demonſtrativa; & nullam ſolutionem habeant*; in introitu ſubdubitat: *an Diana probet quod intendit*: & primo potius videtur infringere Angelici Doctoris venerationem quam argumentorum Dianæ efficacitatem; nam inquit: *Poſſet aliquis dicere rationẽ D. Thomæ eſſe debilem.* Parcat Caramuel nullus ſanæ mentis id aſſeret, & ſi aliquis poſſit, nullus audebit, nam tantum præceptorem, & ſui Thomiſtæ, nec non alieni Scotiſtæ debita colent reverentia, inde non erit qui debilia præſumat Angelici Doctoris argumenta; demonſtrativa fateor non cenſenda alioquin opinio non foret concluſio niſi demonſtratio: ſed ob hoc non debilia nec ineficatia cenſenda, dum relinquunt tutum in conſcientia tenendum & practicandum quod docetur; à fundamento cui nititur debiliter ſententia, probabilitas omnis tollitur, janua clauſa ne uſquam defendatur, ſeu practicetur, principaliter poſtquam propter fundamentorum indebilium ratiocinationem tot propoſitiones ſeu opiniones tenemus prohibitas ab Alexandro VII. & Innocentio XI. regredior ad Caramuelem, quem convenire cum Diana non inveroſimiliter putabitur, dum unus fortaſſis loquitur de gravi, alter vero de extrema neceſſitate conjectetur, aut invertitur controverſiæ ſenſus. Magni facienda paritas de viro religioſo in intentum deducendum, & patebit quomodo illicita caſtratio ab eodem quod profert, colligitur, dum ita ait. *In viro Religioſo & votis ſolemnibus obſtricto illa* (id eſt non caſtratio) *ad quid in ſenſu compoſito, & practicè poteſt inſervire? ergo eſt ſimilis rei.* Si concluderet, ſequeretur licere cuique clerico, vel Religioſo ſe voluntariè caſtrare; nam ad quid ei inſervit fæcunditas? dicam inſervire ad perfectam corpoream integritatem; ad quid in corporibus beatis potentia generativa, & nutritiva inſervit, & tamen permanet ad ornatum & integritatem corporeæ conſtructionis perfectæ id eſt videndum quod ex S. Auguſtino, & & Scoto fundo tomo 4. certaminis diſp. 1. ſect. 16. n. 144. & ſequentibus: ſed non intercedente extrema neceſſitate, ne pereat totum ex putrido membro, vel communitas in jacturam ſit, non licet amputare id quod ab authore naturæ, non aberrante niſi producente integritatem, accepimus; ergo numquam licebit voluntaria caſtratio. Confirmatur abſque extrema neceſſitate illicitum eſt exſcindere membrum, quod in reſurrectione corpus glorioſum recuperat; ſed caſtrati prædeſtinati reſurgent integri; ergo illicitum erit teſticulorũ præciſio in caſtratione voluntaria, rationes quidem valde efficaces, non tamen tanti roboris quod debilia conſtituant argumenta contraria in improbabilem reducendam oppoſitam ſententiam, ſuos tenens patronos, ſed meo videri excuſandus non à peccato Paſchaſius, quando fraus non intercederet, quandoquidem numquam veroſimili conjectura probari quibat ſi & ſuam uxorem in extremam neceſſitatem cadendos vitata pueri caſtratione; quam piè laudabiliter & meritoriè Dorothea reſiſtebat?

7. Motivum alterum de vitandis tentationibus, non omittitur à Caramuele in veſtigationem aſſumens num. 1612. *An Eunuchi graviores patiantur tentationes, quam integri?* & citato Diana 6. parte tract. 8. reſol. 36. §. adde, affirmante, ita Benedictinus antiſtes ſcribit. *Si tam laſcivi ſunt, errat totus orbis terrarum qui in opinione contraria hæret, eritque; erravit miſerrimè Origenes qui ut caſtè viveret, illa abſtraxit quæ impediebant: errarunt multi ſancti, qui caſtrari voluerunt* (non ait qui caſtrati fuerunt, ne arguar de his quæ ſtabilivi num. 2.) *erraverunt multi Religioſi Pii & Docti, qui hodie interrogant; an id poſſint facere ſine peccato?* Religioſus, nec Clericus ullus eſt, nec audivi, quod id interrogaret; fides ſit penes Caramuelem, qui meo judicio argueret efficatius à practica experta apud cunctas auguſtas aulas, ſeu palatia non tantum Catholicorum prudentia ſe gerentium, verum & Mahometarum; ad cuſtodiam gineceorum ubi fœminæ domeſticæ habi-

Digitized by Google

tant; igitur ita argui quit. Quo plus periclitatur caſtitas removendum eſt à loco in quo celatur ejus obſervantia ergo ſi luxurioſi plus ſunt ſpadones potius ablegandi erunt à palatiis quam committenda eis honeſtarum fæminarum cuſtodia; quin urgeat quod Eccleſiaſticus prævenit cap. 20. v. 2 *Concupiſcentia ſpadonis devirginavit Iuvenculam*; nam non loquitur generaliter, ita ut à caſtratione non cuicumque Eunucho id conveniat, ſed in ſenſum in quem id exponit Tirinus. *Sicut peſſimè faceret ſpado, id eſt magiſter palatii & cuſtos gynicai, qui olim debebant eſſe ſpadones, ſi ſua obſequens concupiſcentia defloraret commiſſam ſibi virgunculam vi illata; ſic iniquus iudex Ieſu Siractidis.* Ergo verba urgentius, ex caſu poſſibili intentum confirmant. Etenim Eccleſiaſticus iudicum arguendum aſſumit vecordem malitiam, forte non immemor ſenum Suſannā caſtiſſimā ſollicitantium atrociùs. Dan. 13. ideo non grammaticaliter, niſi ſimbolicè intelligenda clauſula ſacri ſcriptoris. Quidquid de hoc; quid ni erraret, ſeu non Origenes, vel Antiſtes relatus à Theodoreto lib. 2. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 24. qui cum ſe caſtraret in victoriam carnis petulantis, ſpe fruſtratus in atrotiores incidit tentationes; quæ cum non pendeant niſi ab humido radicali, vel minus, aut magis mortificato, ſeu fugiente, vel ſe ingerente in occaſionem laſciviendi, argumentum fixum capi non poteſt ut decidatur quis acriora patitur venerea tentamenta, utrum integri, an ſecti. caſus eſt in quo ſpado plus laſcivus, & eventus in quo integer ſic convincitur; nec moram facio in eo quod audivi à viro doctiſſimo, & in morali Theologia valde verſato; tantam quidem malitiam in ſpadonibus, aiebat, vigere, ut fallant fæminas ſpe quod ab eis non fæcundabuntur, ſic de quodam Eunucho notum mihi fecit, qui plenus morbo Gallico vitam clauſit, eratque valde dives & ſuo ore teſtificatum fuit, confeſſum, in uno ſolo die conſummaſſe centum copulas carnales: quidquid de his, argumentum pro hoc quod non liceat ulli voluntaria caſtratio, neque tuta conſcientia fieri, aut conſentire queat, ſtat; non minus ad integritatem perfectivam corporis eſt membrum conſiſtens in teſticulis, quam quinque ſenſus externi; ſed nulli licet privare ſe potentia viſiva, aut auditiva v. g. in vitandas tentationes, quia per accidens ſe habet ad id; & has magis vel minus creſcere ex abuſu earum experimur ergo quia per accidens etiam ſe habet caſtratio vel integritas, nuſquam licebit eo fine illam potentiam generativam à ſe amputare; ſed objities: licet ſumere dictam Anamcardinam, ad augendam memoriam cum periculo amiſſionis alicujus ſenſus ſine contionandi expeditiùs, vel arguendi, ſive ſtudendi; ſed magis licitum videtur ad vitandas tentationes amiſſio ſenſitivæ potentiæ ergo licebit ſe caſtrare illo ſcopo: Nego majorē, in quo me confirmavi audiens antiſtitē in jure Canonico, & civili doctiſſimum, declarantem irregulatem Canonicum, quem admirans de memoria, qua ſemel aliquod legens ita retinebat, ut numquam oblivioni daret, certuſque factus Epiſcopus id provenisse ab hoc quod Anamcardinam ſumpſit cum amiſſione duorum ſenſuum, videlicet olfactus & guſtus, conſultis Theologis & Canoniſtis, incapacem, dum non diſpenſaretur ad ſuſcipiēdos ordines ſacros, declaravit: Hæc ſufficiant in diſidio Dianæ, & caramuelis; huic potius quam illi adhęrebo, ſi optio ſit.

8. Devenio jam ad eventum conſultum, nec relinquam caramuelem, qui poſtquam Tamburini ſolvit rationes à num. 1613. & Paſqualigii à num. 1615. concludit num. 1618. *Non eſt hæc materia digna tot diſcurſibus*; quamvis non digna non poſſumus eos vitare qui neceſſarii ſunt. N. Joannes Pontius in ſuo curſu Theologico diſp. 32. quæſt. 4. Concluſ. 2. num. 19. ſequentia ſcribit. *Putet peccare eos qui caſtrant ſe, aut permittunt id fieri a parentibus vel ad conſervandā, vel procurandam vocis ſuavitatem aut etiam ad vincendas faciliùs carnis tentationes.* Propria mea hæc ſententia; & antequam ipſam applicem ait conſultes, notandas in conſequentia egidii Trullenth, pro una parte hæe ſcribentis tom. 2. in Decalog. lib. 5. cap. 3. dub. 4. num. 4. *Poteſt tamen Pater virilia amputare filio, ex filii conſenſu ſi vox illius plurimum Eccleſia profutura ſperetur dum modo fiat ſine mortis periculo*; num. 6. colligens. *Illicitum, membrum vel membri partem ſibi abſcindere ad ſanitatem ſpiritualem, & ad vitandas carnis tentationes, & ad peccatum fugiendum: nec obſtat quod legimus ſanctos viros id feciſſe, qui linguam ſibi amputavit, & projecit in faciem petulantis famina; de monialibus qua ad caſtitatem ſervandam naſum ſibi præſcinderunt; & ſimilibus; nam reſponderi poteſt id egiſſe ex divina inſpiratione, vel ex ignorantia inculpabili, qua dari poſſe in homicidio dicimus*; Inconſequentia manifeſtè probatur; quod non licet facere nec formaliter conſentire licet; ſed ad vincendas carnis tentationes, per te, non licet membrum proprium amputare; quod ſi fiat ſine peccato, aut procedit ex inſpiratione divina, vel ignorantia invincibili (quod difficillimè probabitur, nempe in homicidio, ſeu mutilatione voluntaria, nec alteri conſulto dari poſſe ignorantiam invincibilem) ergo nec quis conſentire quit in caſtrationem; etenim Angelicus Doctor titione mulierem miſſam ad ejus virginitatem labefactandam, fugavit, non membri abſciſione, de quo Breviarium Romanum ad diem 7. Martii; & ad diem 20. Auguſti de S. Bernardo vehementiſſimè ſollicitato à mulieribus. *Numquam de ſententia colenda caſtitatis d moveri potuit, quas Diaboli tentationes ut effugeret, duos & viginti annos natus Monaſterium Ciſtertienſe unde hic ordo incepit, & quod tunc ſanctitate pollebat, ingredi conſtituit*; mira in exemplum ſimilia leguntur de S. Auguſtino, & S. Ludovico antiſtite, documenta; opportunior caſtratio, qua amoventur carnis tentationes fuga ab eis eſt, qualiter fecit Joſeph Geneſ. 39. à v. 11. & inſtruit Apoſtolus 1. ad Corint. 6. v. 15. *Fugite fornicationem*; ubi gloſſa: *Non aliter poteſt melius vinci.* & Liranus *vitium hoc vincitur occaſiones fugiendo & cogitationes*: Anne quia teſticuli amputantur amoventur occaſiones & cogitationes igitur in eum ſcopum impertinens erat, & injuſta caſtratio quam intendebat Paſchaſius, nec alio fine excuſabatur intuitu videlicet dandi Miniſtrum Eccleſiæ ad divinum cultum exercendum actu virtutis dictæ religionis, nam dato hunc unicè ſcopum attendiſſe, cedere debebat hæc virtus charitati dictanti nec à ſe, nec à proximo amputandum membrum attinens ad conſtitutionem perfectam corpoream; igitur non licebat quamtumvis ſtaret iſtud motivum invadere miſerum juvenem in caſtrationem. Alterum de ſuis alimentis capiendis minus urget, quia etſi Dominus Jeſus valde increparet Math. 15. à v. 3. Phariſæorum & ſcribarum cautelam, in traditiōne iniqua de non alendis genitoribus intuitu obſervandi cultum Divinum, ex eleæmoſinis templo oblatis, loquitur de parentibus ad extremam neceſſitatem devenientibus; videndus S. Hieronimus lib. 2. ſuorum coment, ad cap. 15. Math. Probavi jam quamtumcumque Paſchaſii neceſſitas urgeatur, ad ſummùm gravem futuram, neutiquam extremam cautelandam.

9. Immorandum non eſt in his quæ tangunt aliqui inter quos Thomas Hurtadus tom. 2. in ſuis variis, tract. 12. cap. 1. §. 12. diff. 2. num. 757. putans Paſqualigii, & Tannerii opinionem de licita Caſtratione filiorum ad conſervandam vocem, practicè improbabilem dum taxat; ſed dato probabilem cenſeo.

Digitized by Google

in eventu conſulto improbabilem à circuſtantia Dorotheæ genitricis repugnãtis,& dolo Paſchaſii fraudulentia præcedente, hunc non potuiſſe excuſari à peccato mortali in caſtratione pueri, qui ob ignorantiam invincibilem, nec minimam commiſit culpam in conſenſu formali de ſe caſtrando; & licet ſolo caſtrationis reatu attento detur, nullam incurriſſe irregularitatem, (cui dictamini non aſſentirem, quia judico ut latius tractabo conſultatione 46. non differre amputationem genitalium à ſciſione cujuſvis membri, & ſicut irregularis manet quiſquis ab aliquo amputans manum vel oculum, non aliter ac ſi occideret, ita in caſtratione totali) tamen prout ſubſequuta fuit infelici juvenculo mors, irregularis manſit genitor in ſacros ordines ſuſcipiendos, & ita de communi conſenſu conjuges valebant ingredi Religionem, & profiteri ſolemniter in ea, veruntamen vir nequibat ordinari ab ullo antiſtite dum ipſi irregularitas non diſpenſaretur ; quoad caſtratum oſtendo immunem à minima culpa conſenſus procedens ex bona fide & ignorantia invincibili in rem illicitam quamvis hæc ſit mala, excuſat à reatu conſentientem; ſed infauſtus puer in ſui caſtrationem conſenſit bona fide deceptus parentis dolo, & ex ignorantia invincibili commiſſus duorum Theologorum Conſilio; ergo in minimo non peccavit: quod autem, & bona fides, & ignorantia invincibilis concurrerit in eo miſero juvene, patet; nam quoties homini ſincero, & indocto non occurrit dubium practicum, & perſuadetur ab illo, qui conſulere non præſumitur ab ignorantia inculpabili, bona fide procedit, nec alia quam invincibilis eſt illius ignorantia; ergo talis cenſenda in conſenſu formali ſuæ caſtrationis quam præſtitit ſuo parenti Paſchaſio; cujus grave peccatum, & in irregularitatem incurſum manifeſtatur à ſubtili ſpeculatione caramuelis tomo 1. in Theolog. fundament. titulo *regulæ juriſ.* §. 63. num. 1194. explicantis illam Juliani lib. 17. digeſtorum, maximam. *Qui ſine dolo malo ad judicium provocat, non videtur morem favere :* perutiliter antiſtes Benedictinus. *Sed quid eſt dolus malus? an ne datur aliquis dolus, qui ſit bonus, datur; nempe cum verſutia quadam hoſtes publicos circumvenimus, juxta illud, an fuerit virtus, an fraus; quis in hoſte requirat? hujuſmodi dolus vocat Græcus ſtratagema, & nominatur bona, eo ſenſu, quo aliqua mendatia offitioſa dicuntur quod etſi mala intrinſeca ratione objecti ſunt bona & utilia ratione finis :* huic ultimo non adhæreo, nam præterquam quod quantumcunque utilia ſint mendatia ratione finis, nuſquam abſolute poteſt dici dolus compoſitus cum ea, bonus, & interponitur nunc, illa propoſitio damnata ab Innocentio XI. eſtque in ſerie 26.& 27. ubi inhibetur nulla utilitate interpoſita, bonum poſſe vocari mendatium; & ideo dolus bonus ſtratagematicus ſolum in his quæ ſequuntur ex caramuele cenſendus, eum ait. *Vel etiam abſolute ſi ita circunſtantia concurrunt ut nullum mendatium dicatur; multi enim dicendo veritatem decipiunt, & multi tacendo, alios fallunt*; hic aptandum quod dixi conſult. 12. num. 12. & conſ. 25. n. 9. ergo dolus inculpabilis ſi fiat componatur cum moderamine inculpatæ tutelæ ſecluſo omni mendatio; Clarius Hichæus coment. in quæſt. 2. diſt. 15. lib. 4. ſent. Scoti num. 72. dolum dividens in realem & præſumptum; *realem ait voco quando eſt intentus & cauſam dedit contractui: præſumptus eſt, quando in jura præſumitur, & in re ipſa contingit deceptio bona fide ſeu ex ignorantia, & prior eſt ex mala fide, & intentione decipiendi :* ergo dolus realis ſemper peccatum erit, aliquando dans cauſam, quandoque vero non ex intentione; alia via procedunt Reginaldus tom. 2. lib. 25. num. 17. & Portel parte 2. caſuum conſcientiæ caſu, 4. num. 6. ſed in re idem ac nos ſentiunt, ſemper excuſantes dolum præſumptum à malitia.

10. Ut caſui conſulto aptetur doctrina cum, Paſchaſii dolus dederit cauſam caſtrationi per ſe fraude in eam influendo mortis effectu ſequuto; hinc conſequenter convincitur duplex commiſiſſe lethale peccatum, illum defuncti adoleſcentuli genitorem, ſemel ex caſtratione illicita; iterum ab homicidio ſubſequuto; bene verum eſt quod ſi convaleſceret juvenis, valde probabiliter tueri quibat à prævisa caſtratione, omni mortis periculo vitato, irregularitatem non incurriſſe Paſchaſium patrem, neque incapacem reddi, aut ingrediendo religionem, ſive manendo in ſæculo, vel viduatum, ſeu Dorothea vivente, hac moniali facta profeſſa accipere quoſcumque Ordines ſacros. Quod fundatur in his quæ tractat, Filliutius tom. 1. tract. 33. cap. 7. quæſt. 1. num. 113. & deinceps; Cenſuræ enim, & pænæ à jure ſtatutæ non comprehendũt eos, qui etſi cauſam dent ad effectum, (quamtumcũque proximam, ſive ſit excommunicatio ſive quęque altera cẽſura, aut irregularitas) iſte non ſequitur ſic irregularis non declaratus fuit in curia Cæſaraugustana quidam Canonicus Erganicẽſis, qui tormento bellico demiſſo juratum talis Civitatis occidere tentavit, nec tamen tetigit, aut in minimo vulneravit; ſi ergo in iſtis eventibus irregularitas non incurritur, potiori urgentia in dolo per ſe non dante cauſam in eam cenſuram, ſeu pænam incidendam; ergo ſi convincitur dolus cauſa per ſe, & effectus ſequutus, incurretur; ſed Paſchaſius dolo ſuo fuit cauſa per ſe caſtrationis filii, à qua hujus mors ſequuta fuit; ergo & peccavit, & manſit irregularis. Reſpondebis non ſolum præterintentionalem, verum & contraintentionalem Paſchaſio mortem juvenis caſtrati fuiſſe, ſequutam fortuito & caſualiter à caſtratione, eo enim ipſo, quod præcipuus ſcopus erat conſervare filio ſonoram vocem, ut ab ea facultates ad victum neceſſarias caperent ſui genitores, contra intentionem illius dicenda mors; ergo ſi alias non eſt improbabilis ſententia Tamburini, Paſqualigii & Trullench de caſtratione, nec peccavit, nec irregularis manſit, & in Religionem ingreſſus ordinari potuit; Quoad peccatum non indigeo ad impugnandam ſolutionem alio præter fundata, ſemperque manet in ſua vi doctrina de dolo reali qui à mendatio, in facto convincitur in Paſchaſio procedente ex mala fide; quoad autem homicidiũ etſi poſitivè, directè aut indirectè nequeat voluntariũ paſchaſio imputari, in cauſa fuit illi volitũ, quatenus caſtrationi quæ fuit cauſa per ſe mortis radicem dedit; & inde incurſum in irregularitatem à ſolo Papa diſpenſabilem, per tradita à Barboſa part. 2. de officio, & poteſtate Epiſcopi alleg. 39. num. 47. & in ſeſſionem 14. cap. 7. Tridentini, ubi ait. *Homicidium voluntarium eſt volitum directe, aut in ſe, aut in cauſa, quæcunque ſit illa in qua fuit præviſum, & nihilominus homo vult cauſam illam*; ſed Paſchaſius directè voluit cauſam quam prævidit in caſtratione, monitus à Dorothea de filii vitæ periculo ſollicita; ergo juvenculi homicidium, ſimpliciter dicendum eſt, à Paſchaſio volitum, & voluntarium ex cauſa ab ipſo volita, & ſponte voluntaria, licet ſecundum quid concedatur involuntarium.

11. Reſtat oſtendere dolum ex mala fide procedentem; non influere culpam in illo qui decipitur à fraudulentia & manifeſtatur ex 1. Machab. 7. à v. 9. quando conſtitutus Alcimus ſummus Sacerdos, ut ſimulatum introduceret Bachidem ſub pacis pretextu, & audiretur, perſentientes ne doloſum aliquod machinaretur, v. 14. exprimitur. *Dixerunt enim homo Sacerdos de ſemine Aaron venit, non decipiet nos*; Et nihilominus dolo decepit Alcimus. *Et locutus eſt eis verba pacifica, & juravit illis dicens; non inferemus*

Digitized by Google

remus vob:s mala neque amicis veſtris : & perjurus non ſervavit promiſſum mortiſque malum intulit: *& crediderunt ei, & comprehendit ex eis ſexaginta viros & occidit eos una die*, nec immemor, qui fuerunt decepti, & occiſi communis interpretum mens, populi præclariores fuiſſe robuſtos, cordatioriſque conſilii fama & virtute, id evidenter oſtendit Liranus: ergo S. Auguſtinus lib. 18. de civitat. Dei cap. 18. dolo deceptos ex bona credulitatis fide excuſat à peccato quia non dolo præſumpto bona fide procedunt; at decipientes arguit, in graviſſimum incidiſſe reatum culpæ, non tantum contra Religionem ex fracto juramento, verum à mala fide qua deceperunt, ſinceros viros, in quibus vigebat ad meliorem partem præſumpto cordata; igitur compatitur Paſchaſii dolum realem arguendum, & læthalis peccati incurſum neutiquam in juvene decepto inculpabiliter; à quo liquet quod ſi Marchioni nota fuit fraus & in ea conſenſit;, æquè peccaviſſe complicem, & in irregularitatem incidiſſe: Objities; ab homicidio caſuali non oritur irregularitas, & ſi quæ eſt, diſpenſabilis habetur ab Epiſcopo loci, ut inſinuat Barboſa in cap. 1. Trid. ſeſſione 14. num. 8. ſcribens: *Ex homicidio merè caſuali cum nulla penitus fuerit admiſſa culpa, & in quo non dabatur opera rei illicita, nullam oriri irregularitatem, refert Armendar* (citandus in additionibus ad recopilationem legum Navarræ lib. 18. l. 7. de irregularit. num. 3.) ſed homicidium ſubſequutum fuit Paſchaſio caſuale; ergo non imputandum ei in irregularitatem: Doctrinæ adhæreo; tranſeat homicidium caſuale excuſare in incurſum irregularitatis, & ad ſedandos ſcrupulos, illud poſſe ab Epiſcopo diſpenſari; nam probabilior eſt ſententia quam cum pluribus tenet Diana 4. parte tract. 2. reſol. 4. ſive caſuale, ſive voluntarium homicidium, ſemper cauſare irregularitatem; in quem ſenſum, quamquam, Acurſius (in l. vim vi. ff. de juſtit. & jure, & cap. ſignificaſti; & de eo Scholaſticè abulenſis quæſt 109. in cap. 5. Math.) ſtabiliat qualiter licitum, invaſorem occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ, nihilominus in ſcrupulos vitandos, quoties ab Epiſcopo ordinandi ſunt ſimiles occiſores, ſaltem ad cautelam diſpenſantur in irregularitate; alioquin miles, qui in innumeris agminibus præliando plurimos interfeciſſet hoſtes, non egeret diſpenſatione irregularitatis, quandoquidem minori motivo cenſetur in eam incurrere eos qui invaſores occidunt moderamine inculpatæ tutelæ: ſimiliter Medici qui eam obtinent diſpenſationem propter contingentiam eorum quæ caſualia eſſe potuerunt; dum aberrarunt infirmis ſua harmacha aut medicamenta, & remedia applicare, & non præciſè ab infirmitate, niſi ab his quæ Menander cavet (ſequenti conſilio; *Plus cavendum à Medico quam à morbo*) in ultimam horam languidi incidunt; ergo urgentiori ratione obſervandum erit penes Paſchaſium: prævidentem mortem filij, ob continuas inſtantias & lachrimas ſuæ uxoris, & tenaciter caſtrationem doloſè machinantem, diſpenſandum in irregularitate; ſi quidem in re nec caſuale, nec moderatio inculpatæ tutelæ in ipſo poteſt convinci: urges; ergo puniri potuit Paſchaſius à judice ob perpetratum homicidium in filio: diſtinguo conſequens; ſi inſtantia fieret contra eum à Dorothea, quæ monuit, aut à legitima parte, concedo, ſi non probaretur à caſtratione mors ſubſequuta, nego; itaque gratificanda Marchionis generoſitas in dotem a[…]gn[…]dam (mortuo ex caſtratione filio) ut defun[…] mater monialis fieret, & exortandus Paſchaſius ut Religioſus factus, & diſpenſatus in irregularitate, ordineſque ſacros accipiens, pæniteret valde, de innocenti puero occiſo à ſe, tam avara cupidine, in tam debili motivo, & ex circunſtantia plus culpabili, in ipſo fraudulentius, læthale peccatum, quod in dolo commiſit.

CONSULTATIO XXXIII.

De confeſſione facta nullo peccato in individuo, ſed in genere expreſſo.

VAldè confeſſarii anxiantur, præcipuè cum optimæ indolis fœminæ frequentantes pænitentiæ Sacramentum quamtumcumque exortentur ut individuent aliqua vitæ præteritæ determinata peccata venialia, & impediri reſpondent, & in varios ſcrupulos incidunt; una nobilis, cum Prælatus eſſem Provintiæ, à me petivit ut quemdam confeſſarium ſubditum meum præciperem, ne ſingularia peccata interrogaret, aut à confeſſionibus ſuſpenderem; muliebrem riſi ſimplicitatem, atque alium eligere confeſſarium conſului, & in quoquo caſu promptiſſimè parere his quæ à quolibet ei adminiſtrante Sacramentum pænitentiæ præcipiebantur; annuit & plures elegit, vocatus ab illa in quadam infirmitate ſcopo & fine communicandi mecum quoſdam ſcrupulos, in tales comperui incidiſſe, relicta à confeſſario de quo conquærebatur, quo commiſeratione motus monui quod fore judicavi tunc ipſi expeditius; & quia materia erat graviſſima diſpoſui in una conferentia Theologica hanc concluſionem tueri argumenti gratia. Pro danda obſolutione pænitentiæ valida & formata, illi qui nullo peccato mortali ſe ſentit gravatum, & ſolum peccata venialia ſubjicit Eccleſiæ clavibus, ſufficit & abundat quod ſe accuſet de peccatis in genere, curioſa hæc diſcuſſio: ſupponendo quod confeſſarius ille, etſi negaſſet abſolutionem, quamtumvis non inveniret in pænitente niſi ſola venialia in genere dicta, nullatenus juſtè calumniandus; nam ut obſervat maſtrius in ſua Theolog. morali diſp. 21. art. 2. num. 111. *Poteſtas remittendi peccata Sacerdotibus data poteſt quoque ſuper venialia cadere, quatenus poteſt Sacerdos denegare eorum abſolutionem homini non ritè diſpoſito (puta quia non invenitur in ſufficienti propoſito vitandi venialia quæ ſubjicit clavibus) ſine qua abſolutione adhuc homo ſalvari poterit, ſi non habet peccatum mortale adjunctum*; ab iſto igitur aliud incidens reſultat dubium, à num. 11 decidendum: utrum ad negandam abſolutionem ſit ſufficiens motivum nullum in ſpeciali peccatum veniale declarare, illum qui ad Sacramentum pænitentiæ accedit immunem & liberum à qualibet læthali culpa.

SUMMARIUM.

QVadam peccata genere differunt, alia ſolum ſpetie, n. 1.
Dantur peccata genere convenientia, & ſpetie ſolumque in individuo diſtincta, n. 1.
Quid ut confeſſio integra dicatur, n. 1.
Principaliter in illo qui ſenſibus deſtituitur, n. 1.
Datur integritas in confeſſione ſacramentali, materialis, & formalis, n. 1.
Materia circa quam neceſſaria ſacramenti pænitentiæ, num. 1.
Onus Pænitentis integram non faciens confeſſionem, num. 1.
Confeſſio mentalis in Sacramento pænitentiæ inſufficiens, n. 2.
Senſibilis reorum pænitentialis confeſſio, de quibus, num. 2.
Peccata dubia ſola, inſufficientia ut materiam circa quam conſtituant, n. 2.
Logica, de genere, & ſpetie applicanda, n. 2.
Ratio dubitandi efformata, n. 2.
Indocilitas, argumentum inobedientiæ, & ignorantiæ craſſæ, in pænitente, n. 2.
Peccatum ſubjectum clavibus Eccleſiæ ſufficienter condonandum, n. 3.
In rem moralem applicata metaphiſica de univerſali primò intentionaliter, & ſecundò intentionaliter, num. 3.
Peccata venialia, ex genere, n. 3.
Tribunal confeſſionis quid exigit, n. 3.
Differentia juditii, conſilii, gehenna, n. 3.
Confuſa non debet eſſe accuſatio in ſacramento pænitentiæ, n. 3.
De peccatis venialibus confeſſis in genere, annotandum, n. 4.
Probabilitas quam cenſet Suarez ſpeculativa, non practica, n. 4.
Materia ſubjecta Sacramento pænitentiæ ſola non eſt, niſi certa ſit, n. 4.
Qualiter dabilis ſententia ſpeculativè probabilis, & practicè non, n. 4.
Declarata in individuo vago determinatè non explicantur, n. 4.
Doctrina de circunſtantiis neceſſariò aperiendis in confeſſione Sacramentali, n. 4.
Aſpiciens ex occulto duelatores an incurſat in excommunicationem, n. 5.
Impoſſibilitas opinionis probabilis ſpeculativè, non practicè, n. 5.
Exceptio regulæ à circunſtantia, ſeu per accidens, num. 5.
In unum entimema reductum totum Dianæ fundamentum, n. 6.
Iudex qualiter tenetur ſecundum allegata, & probata innocentem convinctum reum, condemnare, n. 6.
Venialia in genere ſufficiunt, nec ad valorem pænitentiæ ſacramenti, n. 6.
Diſcrimen materiæ neceſſariæ clavibus Eccleſiæ ſubjiciendæ, n. 7.
Peccata mortalia remiſſa in Sacramento pænitentiæ materia eius ſufficiens, ſed voluntaria, n. 7.
Quid confeſſarii prudentiæ committitur ut confeſſio valida cenſeatur, n. 7.
De vitandis venialibus, quale exigitur propoſitum, n. 7.
Incontingentia facti propter damnum cautelatum petitur in confeſſione venialium declaranda hæc in individuo, n. 7.
Secundum rationem genericam ſpecificam, & individualem remittuntur peccata in confeſſione, n. 8.
Per ſe venialia ex genere aperta, validam accipiunt abſolutionem non autem à circunſtantia, n. 8.
Diſcrimen quo venialia ſubſunt Sacramento pænitentiæ, n. 8.
In peccato venereo, & furto exemplificatur punctum, num. 8.
Circunſtantiæ peccatorum quando acceſſoria illis dicuntur, n. 8.
Sacramentum pænitentiæ de venialibus, medium neceſſarium ſimpliciter ad ſalutem non eſt, n. 9.
Illicet in conficiendis quibuſcumque Sacramentis uti opinione probabili relicta tutiore, n. 9.
Peccat mortaliter Sacerdos conſecrans materiam dubiam, n. 9.
Perſe loquendo peccatum veniale ex genere materia determinata, n. 9.
Duplex materia Sacramenti pænitentiæ, una ex qua, circa quam altera, n. 10.
Tridentinum penes materiam circa quam quoad venialia, & mortalia, n. 10.
Non ita petitur declaranda illa, in confeſſione Sacramentali, ac iſta, n. 10.
Ideo venialia ſufficiunt declarari in genere, n. 10.
Copulativa Tridentini, robur argumenti, n. 10.
Si venialia dicuntur materia neceſſaria Sacramenti pænitentiæ addendum, de conſequenti, *n. 10.*
Cur tantopere Tridentinum confeſſionem de mortalibus commendat, n. 11.
Quid ut juditium Sacramentale validum & fructuoſum pænitenti procedat, n. 11.
Obex ad gratiam, ante mortale, nullum veniale, n. 11.
Incognitâ causâ, non poteſt judex ſententiam ferre, num. 11.
Diverſimodè noſcitur cauſa neceſſariò ſubjiciendi, ac dum voluntariè ſubjicitur, n. 11.
Sub quadam fallatia dicta, paralogiſmus, *objectio, num. 12.*
Diſtinguenda quædam cauſalis, n. 12.
In ratione offenſæ eiuſdem generis non ſunt, aut rationis veniale & mortale, n. 12.
Alias, qualiter einſdem ſpetiei, n. 12.
Replica de obice poſito in omiſſione confeſſionis de venialibus, n. 12.
Scoti mens explicata quoad præceptum de venialium confeſſione, n. 13.
Præceptum annuæ confeſſionis expoſitum, n. 13.
Preciſio de confeſſionis uſu ut medium, aut tanquam finis intentus ab Eccleſia, n. 13.
Sanctus Bonaventura, pro placito, n. 13.
Per ſe aut directè præcipi nequit venialium confeſſio, per accidens, & indirectè ſub præceptum cadunt, num. 13.
Connotata metaphiſica ad rem moralem non inveroſimilia, n. 13.
In connotatis qualiter compoſſibile, deficere entitatem, illis deficientibus, n. 13.

1\. OMne peccatum continere in individuo malitiam formalem ex genere, & ſpetie propriam in facto, iſto numero actu, certiſſimum eſt: Dantur enim peccata diſtincta genere: v. g. ſub genus ſuper-

Digitized by Google

biæ infimum non comprehenditur luxuria, alia ſunt peccata quæ etſi genere conveniant, ſpecie differunt; v. g. adulterium, & inceſtum, genere infimo luxuriæ conveniunt, diſcriminantur tamen ſpecie, illud petetis conditionem matrimonii; iſtud cognationis; ne in quæſtione de nomine impediamur à Logica rigiditate; dic nos uti terminis generis, aut ſpeciei intermediæ Metaphiſicè loquendo, moraliter vero ſecundum uſum communem ſummarum: altera ſunt peccata genere & ſpecie convenientia, individualiter tantũmodo diſtincta; v.g. actus carnalis commiſſus a te hodie, cum hac muliere libera, numericè differt ab eo quem heri commiſiſti cum eadem fæmina: inquiſiti ſenſus eſt, utrum ut Confeſſio ſit integra, & valida requiratur, & ſufficiat in genere, aut in ſpecie declarare peccata: ne æquivocemur præmitto controverſiam non fore iſtam quam movet & decidit Maſtrius in opere morali diſp. 21. quæſt.5. art. 4. ubi diſputat: *An ſemper, & in omni caſu confeſſio debeat eſſe integra, vel aliquando non integra ſufficiat, imò & non explicita.* Duas interponens difficultates, ſecundam ad intentum ſic excitat n. 80. *An ſufficiat Confeſſio peccatorum in genere, quia ſcilicet pænitens nullum explicat peccatum in ſpecie, ſed ſolum ſe accuſat in genere multa peccata commiſiſſe:* Statim per cauſalem ſe declarans conjectare facit non loqui, nec in eum ſenſum diſceptationem excitare ac nunc hic veſtigatur cum ſcribat. *Nempe quia ſenſibus deſtitutus non poteſt aliud addere.* Nil certius validam talem Confeſſionem; & tenetur Confeſſarius impendere abſolutionem, cum tantum materialiter non ſit integra explicita, & individualis, quantumcumque pænitens enormibus gravetur culpis; quidquid in contrarium aliqui Thomiſtæ reclament; nec enim, ſaltem major probabilitas non tollitur à ſententia eis contraria: noſtrum inquiſitum in iſto non verſatur, ſicut neque in materia neceſſaria ſubjicienda clavibus Eccleſiæ ab illo qui poteſt ipſa peccata declarare; nam ex quo materia eſt neceſſaria, petitur integritas formalis declarando omnia commiſſa, ſecundum ſpecies ſuas, & numerum individualem actuum, qui dicuntur peccata mortalia; tantummodo vertitur concertatio penes materiam voluntariam ſubjiciendam Sacramento Pænitentiæ, qualis eſt ea quæ de peccatis venialibus, aut mortalibus jam confeſſis, & in abſolutione Sacramentali remiſſis habetur; notanter pono in abſolutione Sacramentali; nam licet quis obtineat veram juſtificationem ex propriedicto actu contritionis, ſemper manet onus ſubjiciendi clavibus Eccleſiæ ea peccata læthalia de quibus verè contritus fuit; v. g. Sacerdos immemor ſe commiſiſſe decem mortalia, nec nondum iſta confeſſa, de eo recordatur quando jam in Altare, populo præſente inchoat, ſeu inchoare intendit ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium producit actum contritionis rigoroſum, intuitu cujus juſtificatur, & ſine ſacrilegio celebrat, accipiens fructum ab eo, & à Sacramento, tam per gratiam ex opere operantis quam ex opere operato; at etſi decem talia peccata remiſſa maneant, incumbit ipſi onus quantò citiùs, opportunitate capta, illa decem peccata declarare in individuo Confeſſario, non aliter, ac ſi non præirent remiſſa; in quorum tenorem frequentiſſimè à quibuſdam Eccleſiaſticis Præsbiteris conſulitur, quid faciendùm dum urget Miſſæ Sacrificium celebrare populo, nec opportunum tenent Confeſſarium; quod ex dictis patet quomodo celebrare queat abſque ſcrupulo.

2. Nec eſt inquiſitio mea de peccatis quæ dicuntur dubia, de quibus Caramuel tom. 2. in Theol. fundamentali per deciſionem, quam titulat, incidentem; à n. 1383. poſt plura ſcitu digniſſima, n. 1919. impugnat quamdam Joannis Sanctii ſententiam de Confeſſione mentali, dictam, & in una marginali hanc proponit concluſionem probandam. *Confeſſio mentalis in Sacramento Pænitentiæ non ſufficit.* Cujus ratio meo videri eſt evidens deſumpta à judicio, in quo conſiſtit Tribunal Sacramentale, exigens ſenſibilem reorum confeſſionem, palam factam judici vices Dei gerenti; ideo quantumlibet pænitens mentaliter intendat, & velit ſe accuſare de peccatis, quæ genericè, vel ſpecificè, aut ſecundum numerum in ſuo conceptu interiori tenet, inſufficienter ſe accuſabit, nec obtinebit veniam de eis vi abſolutionis etſi venialia ſint, & de non confeſſis mortalibus, invalidè & fortè ſacrilegium committet in Sacramento Pænitentiæ, miniſtrata tantummodo mentaliter materiam præbens ore palam non faciens, ſimiliter judicium gerendum eſt in eis reatibus qui dubii dicuntur; verum quamvis hæc ita certa appareant in ſerie morali; in ea quæ Metaphiſica, Logica, & Philoſophica eſt, ne ab aliquo Hæretico (cum tot ſint machinantes ſuos errores contra Sacramentum Pænitentiæ) Catholicus, minus ac par eſt expertus invadatur; & aliquid necdum apparenter judicetur propoſitum; argumentor ita contra me: quis ſpeciem declarat, genus & differentiam conſtituentem talem ſpeciem explicat; quia nulla poteſt concipi ſpecies quin confiteatur genus ſub quo eſt, pars quidem eſſentialis in quod de ipſa prædicata; inſimulque differentia de tali ſpecie, in quale quid enunciata, ergo expoſita ſpecie, genus & differentia peccati ſenſibiliter ponitur materia abſolutionis, ad differentiam generis explicitè propoſiti, quoad ſpecies ſibi ſubjectas quas non continet niſi confusé, ideo declarato genere nulla ſpecies ſingularis exprimitur igitur videtur ad validam confeſſionem ſufficere declaratam fore ſpeciem peccatorum, nec aliud exigi: v. g. Cum dico, homo, denoto, animal rationale contra diſtinctum ab Equo & Leone, at proferens, animal, æquanimiter dico, Equum Leonem, hominem, cæteraſque ſpecies de quibus prædicatur in quid; ſed ut confeſſio ſit valida tenetur pænitens etiam in materia quam voluntariè ſubjicit clavibus, determinatè exponere, ſe hæc non alia ſubjicere clavibus; ergo licet confeſſio facta in ſpecie ſufficere videatur, quatenus denotata ſpecie, genus ad quam contrahitur, declaratur, excluſis aliis ſpeciebus cõtentis ſub eo, at in genere inſufficiens erit ad validitatem Sacramenti; quod conſonare debet, non opponi in minimo regulis metaphiſicis & principiis ejus, ſimiliter Logicis, & Philoſophicis; igitur Confeſſarius negans abſolutionem illi fæminæ nolenti niſi in genere peccata venialia declarare, prudentiſſimè ſe geſſit, conformiter ſuo muneri quod ipſi incumbebat, proceſſit, patuitque querela injuſta formata contra eum; quin muliebris ignorantia eam excuſaret, quandoquidem indocilitas arguebat ipſam de ignorantia craſſa, & fortaſſis de inobedientia indebitâ ei cui parere tenebatur, & cujus doctrinæ tanquam de patre ſpirituali procedenti, ſeſe ſubmittere, proprio dictamine tenaci depoſito: quod non facilè fæminæ quantumvis, alias ſpirituales experiantur, deponunt, detrahentes confeſſarios ſi in omnibus & per cuncta quæ cogitant, etſi impertinentiſſima ſint, non adhærent.

3. In ſolutionem argumenti facti (quin obſtent veritati doctrinarum moralium ſubtilitates ſcholaſticæ, probandum qualiter ab iſtis reſultabit fundamentum in declarandum, quomodo qui in ſpecie palam facit peccatum nondum ſubjicit illud clavibus Eccleſiæ condonandum ab abſolutione ſacramentali) ſuppono commune Logicorum, plauſu uniformi, placitum de duplici generis acceptione; aut enim capitur primò intentionaliter vel ſecundò intentionaliter; & quamquam univerſi, qui ſcripſerunt Logicam, hoc

Digitized by Google

terminos acceptionis præſentis explicent, nullum vidi qui tam profundè eos exponat, (præcipuè coadunatis variis Scoticis doctrinis) velut H. Mauritius dictus Hibernus Antiſtes meritiſſimus Juamenſis queſt. 11. in quæſt. 14. ſubtilis Doctoris ſuper Libros Porphirii: primò intentionaliter ſumptum genus dicit naturam aptam prædicari de multis, dum poteſt ab intellectu præſcindi à ſingularitate à qua contrahitur, & comparari ad omnia quibus non repugnat convenire; (ne nos immiſceamus in moleſta difficultate, an detur univerſale Logicum à parte rei ſecundò intentionaliter ſignificatum ipſa natura præciſa per intellectum prout apta eſt Logicæ prædicati de omnibus inferioribus) inde ſi diſcriminant genus captum primò intentionaliter ab eo, quod ſecundò intentionaliter ſumitur; primò modo nullam ſpeciem dicit, etſi aſſeratur dicere, ChimericèPlatonicæ ideæ conceduntur: nunc in forma omitto totam doctrinam de ſpecie & genere inductam in antecedenti, nego ſuppoſitum conſequentiæ; ſupponit enim, quod quando dicimus peccata venialia ex genere comprehendimus & intelligimus peccata quæcumque Sacramento Pænitentiæ ſubjicienda in abſolutionem, ſumendo illa ſecundò intentionaliter, ſub reduplicationem generum,& ſpecierum in conſtructione Porphiriana categoriæ Logica; aut Phiſica, vel Metaphiſica Ariſtotelica; non ſolùm ſub iſtud ſignificatum capitur genus conſonè ad illud in quo conveniunt cuncti ad mentem Porphirii & Ariſtotelis de natura qualibet diviſibili, & partibili in plura, ſed primò intentionaliter, & patet quandoquidem conſonè ad jus civile, & in ejus conformitatem inſtitutum videtur à Chriſto Sacramentum Pænitentiæ tenore cujuſdam tribunalis in quo concurrunt, Judex pro ſententia ferenda; reus, qui inſimul ſit ſui ipſius accuſator fiſcalis, & conteſtata lite, quia probato plene reatu ex Confeſſione juridica ipſorum reorum, (de quibus amplius & in ſpeciale dicam conſultatione 40. agens de quodam Generali Intendente tormentum ſuo ſubdito in Regno, in quo à jure municipali ejus inhibetur nullum reum torquendum) ſententia fertur, ut apprimè S. Auguſtinus lib. 1. de Serm. Domini in monte, exponit in illa verba Math. 5. v. 11. *Niſi abundaverit juſtitia veſtra.* Ubi Sanctus Hiponenſis Antiſtes: *Vide nunc etiam tres reatus judicij, Conſilij, & gehennæ ignis: nam in judicio adhuc defenſioni datur locus: in Conſilio autem, quamquam & judicium eſſe ſoleat, tamen quia inter eſſe aliquid, hoc loco fateri cogit ipſa diſtinctio videtur, ad Concilium pertinere ſententiæ prolatio.* Præme illâ verba in cauſali, *quia inter eſſe aliquid hoc loco fateri cogit*, & invenies diſtinctionem & quo cogitur reus ad ſententiam ferendam à judice de Pænitentia imponenda, & inde iſta non confuſam aliquam accuſationem admittet, & claram requirit illam exprimendam. Si igitur in genere ſeu ſpecie ſumptis ſecundò intentionaliter nulla clara diſtinctio invenitur, nec in natura ſpecifica capta in ea ſerie, ſufficere videtur ad validitatem; ſic in genere per regulas Logicas, hujus ſacri tribunalis convincitur qualiter cauſam reorum ſe accuſantium tractandam, & judicium gerendum per ſententiam à confeſſario judice impendente abſolutionem ſub onus ſatisfactionis in actione pænali impoſita, in quam (autoritate delegata ſuprema divina) commutat juſtitiæ, & æquitatis debitum in ſolvendam eam, quæ correſpondere debebat reatui delictorum ſubjectorum in illo tribunali clavibus Eccleſiæ.

4. Occurrit examinandum, quod Suares Tom. 4. in 3. part. diſp. 23. Sect. 1. ſtabilit, ut ſatisfaciat impugnationi, quam contra id quod num. 9. ſcribit, hujuſmodi proponit; inquit. *Qui non habet conſcientiam peccati mortalis ſi in illo articulo diceret, ſe peccaſſe venialiter, ſine dubio abſolvendus eſſet, quando quidem in venialibus explicare numerum, vel ſpecies non eſt de neceſſitate Confeſſionis.* Contra quod inſurgit num. 10. eſtque noſtra conſultatio. *Dices hoc argumento probaretur conſtitutionem peccati venialis in genere eſſe per ſe ſufficientem in eo qui non habet conſcientiam peccati mortalis, etiam extra caſum neceſſitatis*: Ergo ex quo fæmina illa carebat conſcientia peccati mortalis, & venialia in genere ſubjiciebat clavibus, ſi repulſa ab hoc fuit à Confeſſario injuſtè geſtum videtur, cum illa jus teneret ut abſolveretur. Non audet Suarez negare ſpeculativè id probabilitate non carere; practicè autem renuit. Quod judicium gerendum ſit penes poſſibilitatem ſententiæ ſpeculativè ſolum probabilis dixi Conſ. 9. n. 9. Suarii verba ſunt. *Fortaſſis ſpeculativè loquendo poſſe hoc defendi, tùm propter rationem dictam, tum etiam quia qui confitetur verba otioſa, cenſetur dare ſufficientem materiam, & tamen non plus declarat conſcientiam ſuam, quam qui dicit ſe peccaſſe venialiter.* Ergo juxta Suarium, & ſpeculativè probabile id habeatur, practicè ſentiendum impracticabilem abſolutionem validam extra caſum neceſſitatis dũ venialia tantummodo in genere confitentur; eatenus, ideo ipſe Suarez expreſſè admittere videtur ex ſequentibus ſubjunctis. *Nihilominùs tamen practicè negandum hoc eſt. propter incertitudinem materiæ: Dico ergo: licet homo abſolutè non teneatur ſpecies peccatorum venialium confiteri, teneri ad exhibendam materiam omnino certam ſi poteſt; & ideo debere aliquod peccatum veniale in particulari ſuo arbitrio confiteri*: Præmiſſam unde cauſalem deducit, meo videri invenio evidentem; argumentor ſic: nuſquam nec ſpeculativè admitti poteſt Sacramentum Pœnitentiæ validum, niſi materia certa & determinata ſubjiciatur Eccleſiæ clavibus; ſed qui peccata venalia ſolummodo declarat in genere, ſeu ſpecie, nullam ſubjicit materiam determinatam clavibus, ergo nec ſpeculativè Sacramentum Pœnitentiæ judicandum validum; minor probatur. Qui in genere ſeu ſpecie declarat peccata venialia tantummodo ea exprimit ſub individuo vago, ſed individuum vagum non admittit determinationem, quia omnia quæ ſub ſe continet indeterminatè ſignificat; ergo peccata ſic expreſſa, determinata materia non erit ad valorem Sacramenti requiſita; præterquam quod videtur implicantia in terminis (ut contra Granadum prima ſecundæ tract. 12. ſect. 4. num. 32. obſervat Santius diſp. 54. in ſuis Selectis num. 11. v. in quo) tenere probabilitatem ſpeculativè aliquam ſententiam, & illa practicè carere; inquit prædictus Joannes Sanctius. *Intelligibile videtur aliquam opinionem eſſe ſpeculativè probabilem, & in praxi raro amplecti non poſſe; probabilitas namque practica à ſpeculativa differt tanquam effectus à cauſa; id enim quod quis opere exequitur, juſtè, vel injuſtè ab eo naſcitur, quod ſcilicet ſpeculativè judicavit poſſe agi licitè, vel illicitè.* Statimque conſequentiam deducit. *Qui ergo arbitratur ſpeculativè aliquid licitè operari ſe poſſe propter rationes probabiles, id late executioni mandare poterit.* Meo quidem judicio abſolutè loquendo non capio, per ſe ſententiam ſpeculativè probabilem, quin practicari queat; unde ſi executioni mandari non quit; per accidens evenit, propter occurentiam aliquarum circunſtantiarum, difficillimum ſeu moraliter impoſſibile ponens opus, quin non reſultet damnum irreparabile; & tunc jam opinio quæ antea ſivè circunſtantiis occurrentibus probabilis habebatur, tranſiit in improbabilem ſpeculativè etiam, in quantum connotat caſum particularem in quo practicanda eſt; v. g. quæ probabilior ſententia velut aſtruens, non teneri pœnitentem declarare in confeſſione ſacramentali circunſtantias, quantùmlibet notabiliter aggravantes; & tamen in eventibus quos

Digitized by Google

comperiret Confeſſor ac ſilentio circumſtantiæ alicujus aggravantis non explicari aliquam mutantem ſpeciem habentem neceſſariam connexionem cum aggravante, in hoc quod validum fieret Sacramentum, per accidens manebat improbabile, non teneri Pænitentem talem circumſtantiam aggravantem explicare; igitur etſi hoc pacto non renuamus probabilem opinionem ſpeculativè, & practicè improbabilem, per ſe & abſolutè loquendo, ut aiebat Sanctius, in intelligibile videtur hæc extrema componi poſſe.

5. Peracutè Caramuel in aſſetti mei tenorem, Tom. 1. ſuæ Theologiæ fundamentalis fundament. 24. num. 706. ventilans: *Vtrum incurrat in excomunicationem latam contra Duelantes, ille qui ex occulto eos voluntariè conſpicit;* non incurrere affirmat probabile ſpeculativè at veniendo ad praxim ait. *Videtur caſus difficilis aut impoſſibilis:* Ergo ſi nec difficilè, nec impoſſibilè reperitur vera contritio de peccatis venialibus confeſſis in genere, ſeu in ſpecie, & materia certa, atque determinata in eis convincitur, & ſpeculativè & practicè manebit ſententia probabilis; quin recurrendum ſit ad impracticabilitatem illius quod in Syllogiſtico diſcurſu probabilitate pollet; Fidus parum Caramuel in eoquod præmiſerat, repetit contra ſe, & ſolvit Tom. 2. in Theologia fundamentali fundamento 53. num. 1473. ſequentem Syllogiſmum: *Omnis opinio probabilis ſpeculativè, probabilis eſt practicè.* Cui inſtantiæ ſatisfacit ſe proprio nomine declarando. *Reſpondeo Caramuelem majorem, non tam negare, quam diſtinguere; nam ſi poſſit reduci ad praxim prout ponitur in ſpeculatione quidquid licebit ſpeculativè, licebit practicè.* Quaſi dicat diſtinguo majorem. Omnis opinio probabilis ſpeculativè, probabilis eſt practicè per ſe & abſolutè; concedo; per accidens, & ex circumſtantia; nego; ergo tantummodo ob incidentem circumſtantiam impedientem ſententiam reduci ad praxim, manebit ſpeculativè probabilis, & improbabilis ut reducta ad executionem: me explicabo amplius per firmanda in conſultatione immediata 34. ad quam remitto ampliorem doctrinam de difficillimo veſtigando penes Confeſſarium nolentem abſolvere pænitentem, qui in quodam inceſto palam facto ad obtinendam ſacramentalem abſolutionem, an reincidentia foret, explicare renuebat; nunc tangere ſequenti Sillogizatione, abundet: præmittendo, nil certiùs, peccatum mortale, clavibus Eccleſiæ jam ſubjectum in eiſque remiſſum, voluntariam non neceſſariam Sacramenti Pœnitentiæ materiam fore, Tunc ſic: nullus pœnitens cogi poteſt, ut materia circa quam conſtituta voluntaria circa Pœnitentiæ Sacramentum, fiat neceſſaria; ſed cogens Confeſſarius reincidentiam palam facere in Confeſſione efficit materiam neceſſariam quæ de ſe voluntaria eſt: quandoquidem aſtringit expoſita reincidentia confiteri peccatum ſimile ad novum commiſſum, quod præceſſerat remiſſum virtute clavium, neque à Chriſto immediatè ſeu mediante ſuo Vicario conſtitutum efficit materiam illud de ſe voluntariã; ergo non poterit pœnitens cogi in explicandam reincidentiam; & nihilominùs ſi iſta non declarata comperiret Confeſſarius non ſibi u…tum ſufficienter propoſitum Pænitentis in auferenda omnimodè proxima occaſione peccandi, per accidens à circumſtantia occurrente in caſu particulari maneret improbabilis practicè opinio, quæ ſpeculativè & per ſe erat probabilis; ergo non ita indiffi…itè & omni exceptione excluſa fatendum erit, quod quamquam probabile ſit validum Sacramentum Pœnitentiæ ſpeculativè, ſolummodò declaratis peccatis venialibus in genere, ſeu ſpecie, ab aliqua circumſtantia valuit Confeſſarius in hac 33. Conſultatione inductus negare abſolutionem fæminæ illæ, quæ de ipſo tam acriter conquærebatur, renuens abſolutionem impendere non explicatis in individuo aliquibus peccatis venialibus: quid enim infra ſygillum Confeſſionis inter Pænitentem, & Confeſſorem geritur, Deus ſolus ſcit independenter ab eis, inde cum vidi aliquos Confeſſarios argui ab impertinentia, ne dicam impudentia eos detrahentium, valdè prudenter reſpondent: quid actum, Deus ſcit; ego meo muneri ſatisfeci adminiſtrando Sacramentum Pœnitentiæ; quin ad minimum ſignum deducant ſi illis præbuerunt, vel non, abſolutionem.

6. Bis in propriis terminis Diana punctum quod gerimus aſſumit tractandum; 2. parte tract. 13. reſol. 12. ſub hoc titulo: *An opinio ſpeculativè probabilis, ſemper in praxi, tuto amplecti poſſit,* & poſt recenſitam partem affirmativam, §. Sed aliter concludit; *remitto me judicio aliorum*: Iterat inquiſitum parte 9. tract. 6. reſol. 21. ubi in limine pro affirmativa ſententia. *Adduxi Sanctum, Lugo, Narbonam*; quibus addit Magiſtrum Serra Tom. 1. in primam ſecundæ Angelici Doctoris quæſt. 19. dub. 6. art. 4. Pellizarium Tom. 1. in ſuo Manuali regularium tract. 4. cap. 1. num. 129. & Joannem Henriquez in quæſt. practic. tract. 5. quæſt. 4. contra quos poſt tranſcriptam integram columnam à Petro Marchant in ſuo tribunali ſacro, tract. 54. titul. 5. quæſt. 4. qui id variè impugnat, ſed inſolidè, & debiliter; ex Joſepho Rodulpho tom. 2. in ſua praxi Theologica Morali partes lib. 1. cap. 5. num. 41. varia tranſcribit; & totum pro ſe reducitur ad unum entimema; ſic, de contradictorio ad contradictorium, in paritate; datur opinio practicè probabilis, & ſpeculativè improbabilis; ergo dabilis eſt ſpeculativè probabilis, & practicè improbabilis: antecedens probatur; ſpeculativè improbabile eſt hominem innocentem pœna capitali affici ex ſententia juridica, aut ſuſpendio in Furca ſuffocatione dicta Hiſpane, garrote, vel decapitatione; ſed practicè valdè probabile eſt tuta conſcientia poſſe Judicem, quem evidenter ſcit innocentem, & ſecundum allegata, & probata in proceſſu plenariè probatum nocentem, condemnare ad ſuſpendium in Furca, vel decapitationem, quo in caſu improbabilis erat ſpeculativa opinio, & practica probabilis judicatur; imò ſecundum Juriſtas evidens per illam regulam, quod Judex tenetur judicare ſecundum allegata & probata contra propriam ſcientiam & conſcientiam (quod punctum tracto in hoc volumine conſ. 15. à n. 5. & tom. 4. Certaminis diſput. 6. ſect. 13. §. 8. num. 131. & juriſperitos pro eodem allego, præcipuè Merlam in ſuo emptorio juris; & alibi. 1. Sanctoralis parte Apoſtolici, & Seraphici Contione 24. §. 5. à num. 24.) ergo dabilis eſt ſententia practicè probabilis & ſpeculativè improbabilis; ergo à contradictorio concedendum erit improbabile practicè, & ſpeculativè probabile; concludit Diana ea reſol. 21. *Magnos pro affirmativa, & negativa ſententia patronos habere*; Nec ipſe quid ſentiat, explicat, ſicut in individuo caſu quem per controverſiam motam lego in eodem Diana, parte 11. tract. 5. reſol. 53. ubi agit de peccatis venialibus ſufficientibus in genere & non in ſpecie apertis; an confeſſionem validam, vel invalidam conſtituant; & ſe introducendo hac clauſula. *Caſus eſt ſatis practicabilis*; aliud non facit ultra verba tranſcribere Di caſtillo (quem authorem attingere non potui) contra Suarium qui ut vidimus ſentit ſpeculativè probabile, validam talem confeſſionem, neutiquam practicè; totumque in hoc quod præmiſimus reducitur, quia practicè non ponitur certa & determinata materia, ſuper quam cadat abſolutio conſtituens Sacramentum ſacrum Pænitentiæ validum: aliter ego arguerem; quibus occurro paritati poſitæ de Contritione ad Confeſſionem comparationem ſumo & in illa tranſeat non exigi, ut propria, & rigoroſa ſit, attendere pec-

Digitized by Google

cata in individuo, ſive in genere ſeu ſpecie; eo quod objectum ut determinatum tunc ſolum ſubjicitur ad remiſſionem obtinendam judicio divino cujus ſcientia infinita comprehendit creaturas, & penetrat cor, at in confeſſione Sacramentali, Judex vices Dei gerens cordis ſecreta non penetrat nec ejus judicium fixum eſſe poteſt niſi per ſenſibiliter expreſſa; ergo ſi pænitens confeſſionem facit ſecundum genus, vel ſpeciem tantummodo explicat indifinitum neutiquam determinatum ponit, in quod judicium feratur fixum pro qua parte quia determinatum præſumitur, quod apponit judicandum in executione etſi ſpeculativè poterit dici ſententia probabilis, nequaquam practicè. Duo obſecro in hoc attendas, unum quod juriſperitus Joannes Baptiſta Larrea, tum pro ſuæ facultatis Profeſſoribus inferendis ſententijs, & amplectendis, ſive civilibus, ſive criminalibus, quam pro Theologis in conſulendis conſcientiis, ſcrip ſit decis.66. n.20. *Non ex ſcriptorum numero opinionem tuendam, ſed quæ fortioribus nititur fundamentis.* Luculentiſſimè.

7. Alterum me non contradicere his quæ ſcripſi tom. 3. cert. diſp. 5. n. 153. & tom. 4. diſp. 1. ſec. 29. n. 290. ubi propoſui quomodo dabilis opinio ſpeculativè probabilis, quin practicè probabilitatem teneat; nunc autem abſolutè hoc incompoſſibile; quod ita compono; ut comparatur probabilitas ſpeculativè per ſe, & practicè improbabilitas per accidens, ſeu à circunſtantia, inde me ratificando in hoc quod venialia in genere ſubjecta clavibus Eccleſiæ à pænitente non maculato lethaliter, ſunt materia voluntaria; Hinc diſcrimen à mortalibus, ſeu iſtorum jam dimiſſorum vi clavium Eccleſiæ in hoc, quod ex inſtitutione divina, declarata apoſtolica authoritate, tenemus qualiter una & altera peccata explicanda; mortalia quidem ut inveniant remiſſionem, integram conſtituant confeſſionem debent ſecundum numerum individuorum exprimi; ut venialia, & ſemel remiſſa mortalia in altera confeſſione ſacramentali, poſſunt in quavis alia validè & integrè ſubjici, ut non ultra explicentur præter illa quæ ſunt in opinionem pænitentis, omittendo iſta quæ velit, & palam faciendo altera quæ eligit; v. g. accedit pænitens ad confeſſionem oneratus decem mendaciis jocoſis, decem verbis otioſis, decem furtis leviſſimis, decem venialibus in modica gula; eo ipſo quia per decem præcepta decalogi confeſſionem facit jam ſpecificat in genere & determinatè contraveniſſe leviter tali præcepto, etenim eo ipſo quod affirmat ſe tranſgreſſum de furto levi mandatum decalogi, determinatam apponit materiam ſufficientem ſuper quam judicium in eo tribunali geri poteſt; quod tribunale prout ab Eccleſia declaratur in materiam ſufficientem, vel neceſſariam, unumque ſolum veniale peccatum poſt Baptiſmum commiſſum proponitur ſufficere in Juriſdictionis exercitium ex tali tribunali, videtur abundare ut opinio ſpeculativè probabilis de venialibus confeſſis in genere, practicè maneat probabilis, & tuta conſcientia fiat confeſſio valida, dum non intervenit aliqua circunſtantia à qua prudentia Confeſſarij non ſatis maneat ſatiſfacta de propoſito talis pænitentis in corrigendum ſe ab illo, ſeu illis peccatis venialibus, quæ in tali confeſſione ſubjicit clavibus; licet enim valida ſit confeſſio venialium ſine propoſito non reiterandi ea, tale propoſitum debet eſſe de illis quæ non ſubjicit clavibus; non de eis de quibus abſolutionem impendi ſibi conatur pænitens; nam de iſtis propoſitum de cætero non peccandi tenere debet: licet non abſolutè & antecedenter, conditionatè & conſequenter, quatenus voluntaria optione talia aſſumit in materiam ſufficientem ad confeſſionis integritatem. Exemplificemus aſſumptum; demus fæminam in conſultatione propoſitam, ſic confeſſionem efficere; facio materiam de mendatiis jocoſis aliquibus à me prolatis, non ſpecificando lineam in qua mentita fuit, mentique Confeſſoris occurrere, an damnum notabile reſultaverit de mendatio illo, ſicut ſi interrogata à marito utrum Petrus ingreſſus fuerit ſuam domum, cujus introitus ſuſpicatur maritus, uno ex duobus finibus contingere, *aut in* ſollicitandam aliquam ancillam ad venerem, vel in furandum aliquod ex domo; ingreditur talis homo; maritus prudenter inquirit ab uxore, an ingreſſus, ignara hæc de fine ingredientis, negat, quod vidit, & mentitur; en peccatum veniale ex genere, à quo reſultat damnum in non vitandum ingreſſum talis hominis; ergo timens id Confeſſor, prudenter ſe geret, non ſatisfactus de peccato veniali expreſſo ex genere, & indagans illud in ſpecie, & ab omni circunſtantia.

8. Quapropter ea ſententia probabilis tuenda videtur, quam colligo de mente Sancti Antonij Hichei verſantis quandam litteram ſubtilis præceptoris 4. diſt. 16. quæſt. 2. §. Reſpondeo n. 4. (ut occurrat impugnationi Caietani) in ſuo Comment. Scotiſta n. 2. ſcrib.t. *Culpa non ſolum remittitur ſecundum rationem generalem offenſæ & averſionis, ſed etiam ſecundum rationem ſpecificam & individualem; v. g. Homicidium, furtum, infamia, neque ſola ratio generica ſed magis, vel æque ratio ſpecifica, & individualis; hinc debet in ſpecie & numero confiteri peccator ſua peccata ut docet Trident. cap. 5 loquendo de mortalibus:* ergo quoad venialia ſecundum Hicheum liberum relinquit Concilium, ut ſentiat quis validè confeſſionem efficere ſolum explicata in genere; non tranſibo Dicaſtilli verba qui citatur tomo 2 de Sacram. trac. 8. diſp. 9. dub. 6. num. 760. prout referuntur à Diana allegata parte 11. (fides ſit penes eum) ſuntque hujuſmodi. *Non ſolum in caſu neceſſitatis, ſed etiam per ſe loquendo confeſſionem peccati venialis in genere eſſe per ſe ſufficientem materiam abſolutionis in eo qui ſolum habet venialia*: nota clauſulam, *per ſe loquendo*, ut meam illationem præmiſſam anterioribus numeris ſubinferas: ergo ſi contingat per accidens loqui, ab aliqua circunſtantia quæ occurrit & confeſſarius neceſſarium judicat fore venialia ſecundum ſpeciem exponenda ad ſalubrem pænitentiam, vel vitandum damnum, non erit materia ſufficiens in genere tantummodo declaratum peccatum veniale; duo continet pronunciatum; primum fundatur in differentia qua venialia ſubſunt ſacramento pænitentiæ, voluntariè quidem, non quomodocumque, verum attenta quoad ſubſtantiam, & eorum entitatem; & ſecundum quaſcumque circunſtantias, etiam ſi ſpeciem mutent infra lineam materiæ levis, v. g. in ſententia admittente parvitatem materiæ (quam omnes Scholæ, præter Jeſuitas aliquos, tuentur) in culpis venereis; ponamus Joannem peccatum veniale commiſiſſe, tenentem pro objecto uxoratam, & ſibi cognatam; in ſerie peccati venialis committit, leve adulterium & inceſtum leve, & ſicut non cogitur confeſſionem facere de eo peccato veniali quoad ſubſtantiam, eamque in iſta perficit validam, ſilentio ponens, & confiteri renuens, aut duas leves alias circunſtantias, vel quamque earum leviter mutantium ſpeciem; & in furto expreſſiùs noſcitur; committat Petrus latrocinium leve de rebus pertinentibus immediatè ad cultum divinum, non excedens valorem unius regalis, ſicut non aſtringitur, eſtque ipſi voluntarium, clavibus ſubjicere latrocinium tale, validè confitebitur de eo, quin explicet ſacrilegium non excedens rationem peccati venialis; quod ſoliditatem tenet à regula juris conſult. 11. num. 6. expoſita: *Acceſſorium ſequitur naturam principalis*; à quo diſcrimen noſcitur in peccato mortali, in quo cum principale ſit materia neceſſaria, acceſſoria quæ ſunt

Digitized by Google

circunſtantiæ, neceſſariò etiam ſubjicientur clavibus dum mutant ſpeciem; ſic ſi ſpecies in genere morali, & individuum reſpectu ſpeciei ſunt quædam acceſſoria, ſeu circunſtantiæ, abundabit, *per ſe loquendo*, in peccatis venialibus genus exponere, non explicata ſpecie, neutiquam in mortalibus, in quibus abſolutio petit integritatem ſecundum numerum individualem, juxta illud Tridentini ſeſſione 4. cap. 5. *Nihil aliud ab Eccleſia à pænitentibus exigitur*; quæ verba commodius explicabo conſultatione ſequenti, agendo de reincidentia neceſſariò, vel voluntariè ſubjicienda Eccleſiæ clavibus.

9. Reſtat explicare quomodo compatitur, me in peccatis venialibus quæ tantummodo ex genere ſuo declaro, appono certam & determinatam materiam in abſolutionem obtinendam, nulla palam facta ſpecie eorum (& ſemper in eum ſenſum me introduco quem poſui ſub illa clauſula abſolutè, & per ſe loquendo, neutiquam ut propoſui per accidens) itaque Dicaſtillo ab hoc ſic ſe expedit: in ſacramentis enim quæ nullo modo ſunt de neceſſitate ſalutis, quale eſt de ſolis venialibus dictum Pænitentiæ: *in tali caſu non videtur ita neceſſarium adhibere materiam omninò certam ut obligetur quis ſub culpa mortali, nam ad hoc, ut quis prudenter operetur, ſatis eſt quod adhibeat materiam probabilem:* quot inconvenientia ab his inſurgerent; præcipuè poſt declarationem Innocentii XI. in I. Propoſitione quam damnat, eſtque tenoris ſequentis. *Non eſt illicitum in Sacramentis conferendis ſequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, niſi id dictet lex, conventio, aut periculum damni gravis incurrendi:* ergo illicitum erit in ſacramento Pænitentiæ, ſi tutior eſt materiam certam attinere, quam materiam tantummodo probabilem, ſed venialia palam facta in ſpecie, ſeu individuo validam certiſſimè conſtituunt abſolutionem, in genere vero expoſita tantummodo probabiliter ergo contra Di caſtillo; ideo oportet ſolidare, quomodo peccata venialia ex genere tantummodo aperta, ſunt materia certa, & determinata, nequaquam probabilis; non enim Summus Pontifex loquitur tantum de ſacramentis neceſſarijs ſimpliciter ad ſalutem, verum & ſpecificat quod etiam decernit idem de eis quæ ſimpliciter ad eam non exiguntur; nam poſt verba relata, ſubnectit damnatum. *Hinc ſententia probabili tantum utendum in collatione baptiſmi, Ordinis ſacerdotalis, aut Epiſcopalis*; en Baptiſmus Sacramentum ſimpliciter neceſſarium ad ſalutem, non autem Ordinis Sacramentum & tamen idem quod de illo decernitur de iſto decretatur; benigniſſimè quidem declaratum, quandoquidem in materia dubia nuſquam licet Miniſtro ponere ſe in periculo probabili, non conficiendi Sacramentum; v. g. dubito an panis mihi oblatus in conſecrationem ad celebrandum Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium, ſit triticeus, vel hordeaceus & dubia apparet materia, nam practicè ſigna ſunt, quod triticeus eſt; nec minus quod hordeaceus, qui audeam jurare, certò & infaillibiliter, de quo confectus; pecco mortaliter conſecrando, quia tutior pars debetur eligi, & tutior eſt non conſecrare, ne exponantur verba conſecratoria cadere ſuper materiam incapacem peragendi Sacramentum: ſed probabilis materia eſt dubia; ergo quamquam peccata venialia non ſint ſimpliciter requiſitum, quod ſubjiciantur clavibus Eccleſię ad ſalutem æternam conſequendam, ut cum illis efficiat Miniſter validum Sacramentum, ſemel dato quod ea ſola pænitens proponat, exigit ita determinata fore & certa explicari quod excedant ſeriem probabilitatis propter dubietatem & conſtituantur in ea linea quæ omnem ambiguitatem tollant, tota ergo difficultas vertitur ad explicanda duo, unum quomodo poſſit eſſe materia determinata ſufficiens peccatum veniale ex genere tantummodo explicatum ab illo qui nullam culpam mortalem palam facit, non aſtrictus, quia non commiſit, aut ſi commiſit jam ſubjecit clavibus materiam neceſſariam cadentem ſub præcepto divino, & Eccleſiaſtico, ut eis ſubdatur. Alterum, qualiter Sacerdos qui Judex in eo tribunali conſtituitur ferre quit ſententiam in reum ad ſalubrem illius inſtructionem, tantummodo ex genere reatu declarato, neque ſecundum ſpecies ſuas, unde diſcretio oritur indigentiæ pænitentis; & quia iſtud ſecundum petit peculiariſſimã conſideratione remitto tractandum ad numerum ſequentem; primo enim exponendum occurrit ne aliquis ambiguus ſit, quo ſignificato ſumimus vocem, *materia certa & determinata.*

10. Etenim materia ſacramenti pænitentiæ, dupliciter conſideratur uniformi conſenſu ab omnibus Theologis, & juriſperitis in jure Canonico; una appellatur ex qua, altera circa quam; illa conſiſtit in actibus pænitentis ſuis internis ſivè externis; illa in peccatis quæ ſunt materia ſacramenti pænitentiæ aut neceſſaria, vel ſufficiens; & ſunt peccata poſt Baptiſmum commiſſa; in medium producamus verba Tridentini ſeſſione 14. de Sacram. Pænit. cap. 5 nam ſivè illis cæco modo procedet quilibet; inquit Sancta Synodus. *Conſtat enim Sacerdotis judicium hoc, incognita cauſa, exercere non potuiſſe, neque ad æquitatem quidem illos in pœnis injungendis ſervare potuiſſe, ſi in genere dumtaxat, & non potius in ſpecie ac ſigillatim, ſua ipſi peccata declaraſſent: ex his colligitur opportere à pænitentibus omnia peccata mortalia etiam ſi occultiſſima illa ſint.* Specificat Concilium materiam circa quam in linea peccatorum mortalium, & non ſufficere, decernit, talia peccata declarari tantummodo ex genere, requirique palam facienda ea confeſſori ex ſpecie quaque ſua: ergo cum de venialibus mentionem non faciat; nec Canone 7. ubi etiam idem repetit, ſpecificans, & individuans peccata lethalia, inmemor de venialibus ſequitur concertationi ſcholarum relinquere; utrum ſufficiat exponi talia venialia ex genere ſuo, vel requirantur declaranda ſecundum ſpecies quaſcumque ſuas; nec ſufficit reſpondere; quod ab authoritate negativa, non tenet argumentum; tranſeat non tenere, quid, ſubjuncta verba aſſignata à ſacra Synodo convincant, nos non procedere egentes authoritate negativa, quandoquidem poſtquam de mortalibus decretum præmiſſum ſtabilit, ſic proſequitur: *Nam venialia quibus à gratia Dei non excludimur, & in quæ frequenter labimur, quamquam rectè & utiliter, extraque omnem præſumptionem in confeſſione dicantur, quod piorum hominum uſus demonſtrat, onere tamen citra culpam, multiſque aliis remediis expiari poſſunt.* Argumentor nunc: venialia ſubjicienda clavibus Eccleſiæ in confeſſione ſacramentali, voluntaria via inſtruunt confeſſarium, ex Tridentino, ſicut neceſſariò mortalia, in amborum expiationem: ergo non ita declaranda cogunt neceſſariò illa ac iſta, in quibus imponit præceptum tantummodo quod palam fiant ſecundum genus & ſpeciem; ergo ex genere venialia declarata, prout voluntaria ſemper ſunt, à Concilio expreſsè decernuntur ſufficere in materiam determinatam; quia ſicut mortalia prout neceſſaria, determinata, & certa non fore, decernit ſeparatim ex genere tantum non adhibita ſpecie & copulatim utrumque in declaratione, ſic venialia ſufficient ſeparatim expoſita innuere videtur; eo tenore diſcurſandum hoc punctum ac in altero judicio, quod tetigit Diana 1. parte tract. 7. reſol. 1. §. 2. Concilium; ubi ait. *Tridentinum ſeſſione 14. cap. 5. agens de circunſtantiis ait; eſſe preceptum confitendi illas quæ ſpeciem mutant: ergo cum de aggravantibus taceat, virtute negat tale preceptum ad il-*

las extendi probatur conſequentia, tum quia integram doctrinam tradit de omnibus neceſſariis ad hoc Sacramentum, tum etiam quia præmittit illa verba: nihil aliud ab Eccleſia à pænitentibus exigitur; ergo nihil aliud eſt ſub præcepto niſi quod ibi præſcribitur; Sed non præſcribitur ut venialia ſint materia determinata & certa, per ſe loquendo, deberi declarari ſecundum ſpeties ſuas; ergo palam facta ex genere ſupponuntur conſtituta materia indubia, certa & determinata: his fit ſatis Bartholomeo à Sancto Fauſto, intendenti clauſulam Tridentini, idem decernere de venialibus, quando voluntariè clavibus ſubjiciuntur, ac de mortalibus, quia ſemel determinata voluntas in ponenda talia venialia ſponte ſua ſub Sacramento, inquit, nuncupanda materia neceſſaria; in quo conſentire videtur Torreblanca de jure ſpirituali lib. 4. cap. 6. num. 4. & lib. 5. cap. 11. num. 3. ſed cautè utendum his terminis propter hæreticorũ errores tantopere in odio habentes ſacerrimum pænitentiæ tribunal; præterquam quod ipſi termini ex ſeipſis impugnantur; aliud enim eſt fore ſufficiens, alterum neceſſarium, ſemper ſufficient venialia, numquam in neceſſitate erunt, ſi non reducimur ad quæſtionem de voce, ſumendo eam neceſſitatem de conſequenti, non de antecedenti, alias jam explicando veniale ex genere ponit abundans in validitatem; etenim, ſpeties eſt circumſtantia voluntariè tantummodo exponenda ut diximus n. 10. declarando axioma. *Acceſſorium ſequens naturam principalis.*

11. Conjecturaliter, & veroſimiliter ex uno placito Tridentini eo capite 5. ſolidemus aſſumptum; cur, inquiro, tantopere, ea S. Synodus commendat & præcipit omnia peccata lethalia quæ non præceſſerunt ſubjecta clavibus Eccleſiæ palam facienda in Sacramentali confeſſione ſecundum ſpeties ſuas, & numerum illorum, nonne quia materia neceſſaria, & ut in eo tribunali Judex qui eſt confeſſarius imponat ſalutarem pænitentiam, & opportunam applicet medelam, ergo id reticens in peccatis venialibus, ſupponens hanc materiam tantum fore voluntariam indicare videtur talia iſta venialia ſufficere, ut declarentur in genere juxta optionem pænitentis: quaſi innuat Concilium juditii determinationem commenſurandam, & coæquandam determinationi materiæ propoſitæ; itaquæ Sacramentale pænitentiæ juditium validum; & in judice confeſſario vices Dei gerente notitia integra de reo & ejus reatu ad abſolutionem impoſita ſatisfactione pænali compati poteſt cum licita reorum optione penes declarandum reatum veniale de quo vult judicari & abſolvi in eo ſacro Tribunali, & ſilentio prætereuntium alterum delictum leve peccaminoſum, de quo judicari non vult, tuta conſcientia procedit, nec incompatibile eſt prædictum juditium valde diffiniri ad ſententiam deciſivam in condemnationem, & abſolutionem impoſito ſatisfactionis onere; non relicta optioni reorum notitia reatuum, ſeu macularum, quibus anima deturpatur inimica Dei conſtituta, quo in ſtatu aſtringitur ſi intendit noxam peccaminoſam rejicere, & gratiam juſtificantem recuperare, ut aperiat, palamque faciat quæcumque perpetravit obicem ſanctitati accipiendæ ponentia: Hoc ſecundo modo nuſquam integrè judex confeſſarius Dei gerens vices, adæquatam integram ſeu ſufficientem tenet notitiam, ſilente reo ſpeties, & numerum peccatorum de linea, in qua defecti confeſſionis vocalis, ſeu ſenſibilis, quia invenitur obex, ne gratia ſanctificans accipiatur, & expellat peccatum, ſeu noxam maculantem; benè autem primo modo abundat ad validitatem Sacramenti, ſi ſint reatus judicandi illi, qui ſub licita reorum optione cadunt ſilere culpas, quas vult, à ſe perpetratas, nec judicari de eis, niſi de aliqua, aut aliquibus, quas licitè & validè ſpontaneè ſubjicit abſolutioni Sacramentali, ſubdito in eis onere impoſito pænitentiæ ſatisfactivę. Attendens ſacra Synodus obici mortalium rectiſſimè propoſuit illa mirifica verba tranſcripta num. 10. & nunc repetenda ad firmitatem reſolutionis, quoad lethalia. *Conſtat enim Sacerdotes judicium hoc incognita cauſa exercere non potuiſſe, neque ad æquitatem quidem illos in pænis injungendis ſervare potuiſſe, ſi in genere dumtaxat, & non potius in ſpetie.* Inſinuans judicem integrè non poſſe cognoſcere cauſam de mortalibus his palam factis tantummodo in genere; benè de venialibus, *in* quibus optioni licitæ reorum relinquitur, quia obex non ſunt ad ſanctitatem impendendam, & remiſſionem obtinendam, ſilentio præterire in ipſis ſpeties, & ſolummodo ſecundum genera palam facta, ut Judex integrè notificetur, & prudentiâ diſcutiat, quomodo reum tractare debet, & pænæ onus imponere ad ſatisfactionem requiſitæ, conſtituendumque juditium Sacramentale integrum, tam in actibus pænitentis qui ſunt materia ex qua, quam in ſententia diffinitiva, quæ conſiſtit in verbis abſolutoriis.

12. Dicis iſta doctrina probari, nec ex genere ſuo deberi declarari in confeſſione ſacramentali peccatum ullum veniale, quia minus ponitur obex ad gratiam (aut ſaltem æqualiter ſe gerit in non obicem ad eam) genus levis culpæ, ac ſpeties ejus; v. g. in furto levi concurrit ut genus res modica ablata, & tanquam ſpeties, aut furtum factum cum circumſtantia levi ſacrilegii, vel ſine iſta; minus enim opponitur in obicem ſanctitatis formalis furtum ex ſe modicum, quam furtum compoſitum cum levi ſacrilegio, quia eſt de modica quantitate pertinente immediatè ad divinum cultum; ſed per me, quia in iſto non ponitur obex ad gratiam non incumbit onus aperiendi in confeſſione Sacramentali; ergo multo minus in illo: hæc Syllogizatio ſapit paralogiſmis, qui committuntur ex fallacia dictionis, in quibus ſæpe ſubtilis præceptor ridet argumentationem, tum ex ſuppoſito falſo, tum ex æquivocatione applicatæ dictionis; ſed ne reducamur ad ſummaliſtarum regulas: nego ſequelam, & diſtinguo cauſalem minoris in ſenſu compoſito nego; in ſenſu diviſo concedo minorē; ſi enim dividatur à confeſſione Sacramentali culpa venialis attenta ſecundum genus, & ſpetiem æqualiter ſe gerunt; dum autem voluntariè componitur cum ſubjectione ad claves Eccleſiæ, jam ipſa optio pænitentis facit quod ut dum fiat Sacramentum in eo quod elegit, de conſequenti, explicare teneatur materiam, in quam abſolutio debet cadere ſic in ſenſu compoſito, & de conſequenti, videtur obex, non abſolutè, ſed in illos gradus gratiæ accipiendos, non declarari genus. Urges, veniale & mortale nec ſecundum genus, nec ſpetiem differunt, conſonè principaliter ad Scotica principia; ſed quæ ſunt ejuſdem generis, & ſpetiei, eodem pacto debent declarari in confeſſione Sacramentali; ergo dum ex Tridentino tenemus non poſſe confeſſarium juditium ferre integrum, & adæquatum de mortalibus declaratis ſecundum genus tantummodo, & requiri explicanda iſta, quoad ſpeties ſuas, ſimiliter fatendum erit de venialibus; igitur nuſquam fiet valida confeſſio palam factis ſecundum genus tantummodo venialibus: Negari poterat major illis Scoti verbis, 4. diſt. 21. quæſt. 1. §. ad argumenta, num. 12. ubi conferens mortales culpas & veniales decidit præceptor. *Non ſunt iſta ejuſdem generis, vel rationis in ratione offenſæ*: ergo ſentit genera diverſa, & ſpeties concurrere in utroque; & quia ſub voce *offenſa* includitur macula moralis, qua deturpatur anima, in privatione rectitudinis debitæ ſub qua formalitate conſtituit ſubtilis Doctor quidditatem peccatorum, innuere videtur,

quod

Digitized by Google

quod licet in genere ſupremo, quoad privationem rectitudinis debitæ, penes maculam conveniant, mortale, & veniale, at in infimo genere non concordare: veruntamen quidquid de eo, ne ad altera divertamur, diſtinguo majorem, non differant genere, nec ſpetie ſecundum quidditatem materialem actus, tranſeat, furtum enim leve vel grave materialiter ſumptum ejuſdem generis videntur, nec diſtinguntur niſi ſecundum magis & minus; formaliter attenta oppoſitione morali cum ſanctificatione nego; leve etenim furtum non ita diſſonat quod inimicitiam ponat inter Deum, & creaturam, ut hæc privetur participatione divinæ naturæ infuſa ex dono gratiæ, at grave furtum taliter maculat, quod eam influat inimicitiam, per obicem habitui ſanctitatis incompatibilem. Replicabis; omiſſione confeſſionis de peccatis venialibus, datur caſus, quo ponitur obex: ergo corruit mea ſolutio: antecedens probatur; unum ex præceptis Eccleſiæ impoſitum cuique baptizato perveniente ad uſum rationis conſiſtit in annua confeſſione; demus Paulum gratiam baptiſmalem conſervare, quia nuſquam peccavit mortaliter, dum non adimplet hoc Eccleſiæ præceptum peccat mortaliter, à quo obex ponitur; ergo datur caſus in quo omitendo ſubjicere clavibus Eccleſiæ peccata venialia interponitur obex. Prolixam introducit replica iſta diſputationem de illo qui certò ſcit, nullum mortale commiſiſſe, utrum teneatur præcepto de annua confeſſione, deficiente poteſtate in Eccleſia ad conſtituenda peccata venialia materiam neceſſariam Sacramento pœnitentiæ ſubjiciendam.

13. Ne arguar me fugere difficultatem, præ oculis teneo ſubtilis præceptoris mentem ſic præmittentis. *Quantum capio ex ſtatutis Eccleſiæ generalibus, nullus tenetur ad confeſſionem venialium in quocumque caſu, nec in hoc Eccleſia ſpecificavit preceptum de confeſſione*; his non negat, id quod de annua eſt, ſupponens ea diſt. 17. §. quoad quando, num. 28. eam faciendam; difficultans qualiter continget in eo qui nullum mortale commiſit; in quem ſenſum Maſtrius in Theologia morali diſp. 12.q. 2.art.2.num. 46. diſcutiens mentem ejus, ipſam explicat concludens. *Id tamen advertendum eſt cum Abellio cap. 5.* (quem authorem attingere non potui) *de Sacramento penitentia ſect. 12. dictum eſt, non obſtare, quod adhuc conſultiſſimum ſit iis qui nullius peccati mortalis ſibi conſcii ſunt, ad tribunal pænitentia, tempore Paſchali accedere, & venialia confiteri, imò contingere poſſe, ut is qui venialia tantum habet peccata, adhuc ad confeſſionem Paſchali tempore obligetur, non quidem per ſe; in quo ſenſu loquitur Scotus, ſed per accidens, & quidem primo ratione ſcandali.* Ergo etſi Eccleſia careat poteſtate adſtringendi, ut materia voluntaria fiat neceſſaria, per accidens ipſa materia ad vitandum ſcandalum vel aliud inconveniens in eam tranſeat, expeditiùs Franciſcus Amicus tom. 7. diſp. 26. ſect. 1. num. 11. agens de præcepto annuæ confeſſionis, ſcribit, *Etiam ſi finis huius præcepti ſit, ut accedens ad hoc Sacramentum ſit in gratia, adhuc tamen conſequuto fine, preceptum ſervandum eſt, quando poteſt ſervari, ut conſtat de precepto confitendi ſemel in anno, cujus finis eſt, ut unuſquiſque ponat ſe in gratiam, nullumque commiſiſſe peccatum mortale tenetur hoc preceptum ſervare; quia preceptum eſt tantum de medio, non de fine; unde quando tale medium preceptum non eſt adhibitum, adhibendum eſt, etiam ſi finis propter medium eſt preceptum*; quod conſonat Tridentino ea ſeſſione 14. cap. 5. aienti, *Neque enim per Lateranenſe Concilium Eccleſia ſtatuit, ut Chriſti fideles confiteantur, quod jure divino neceſſarium, & inſtitutum eſſe intellexerat; ſed ut preceptum confeſſionis ſaltem ſemel in anno ab omnibus, & ſingulis cum ad annos diſcretionis pervenerint impleretur*: aliud ergo eſt præceptum de confeſſionis uſu ut medium, alterum tanquam finem intentum ab Eccleſia, quæ non præcipit peccata venialia confitenda, niſi medium, ut anima ſit in gratia; ex S. Bonaventura 4. diſt. 17. quæſt. 1. parte 2. art. 2. quæſt. 1. in corpore, & ad tertium Azor (tom. 1. lib. 7. cap. 39. §. tertio quæritur diſcutiens: *An hujuſmodi precepto venialia peccata confiteri debeant, qui eis tantummodo tenetur.*) Sequentem producit rationem pro parte affirmativa quod voveri poteſt præcipi ab Eccleſia valet, ſed confeſſio peccatorum venialium meritoriè voveri poteſt; ergo præcipi ab Eccleſia quibit: firma non eſt ratiocinatio cum claudicet major; ſtatus enim Religioſus quotidie vovetur, nec tamen præceptum de aſſumendo ſtatum Religioſum obligare poteſt; dicam igitur directè non eſſe poteſtatem præcipiendi confeſſionem de venialibus, indirectè tamen ſeu per accidens, ut aiebat Maſtrius, vel tanquam medium opportunum ad bonum commune in conſervanda grege Domini, fore talem poteſtatem in Eccleſia; ſic ad replicam diſtinguo illam propoſitionem, ex peccato veniali ponitur obex, abſolutè; nego; ex omiſſione cum ſuo connotato; concedo; connotatum enim tanquam medium, non ut finis, invalidabit confeſſionem; Do caſum probationis, omitto minorem, diſtinguo conſequens: eodem pacto ac diſtinxi: igitur ille qui in venialibus ſolum reperitur ſi ex genere velit exponere culpam, ſatisfaciet confeſſioni annuæ, per ſe loquendo; & ideo in eventu conſulto dum alia non occurrent; culpandus videbatur confeſſarius negans abſolutionem fæminæ; at quia per accidens poterat occurrere (ſicut præſumendum eſt de prudenti & Docto viro) quod indigebat pænitens obligari in explicanda venialia ſecundum ſpeties ſuas, indirectè excuſandus erat talis Sacerdos, nec culpandus in eo, de quo conquerebatur fæmina, cui conſulenda erat obedire, ſingulariter, cum in dubio, ſtandum erat pro parte confeſſarii, nec in examen juridicum poterat diſcuti cur negavit abſolutionem, nec ipſe aut non, vel negaviſſe, reſponderet ex obligatione ſervandi ſigillum, ex dandis conſult. 34. n. 8. & n. 11.

CONSULTATIO XXXIV.

De pænitente cui negata fuit abſolutio ob non explicatam reincidentiæ circunſtantiam.

QUO motivo (indagare non licet, ſufficiens fuiſſe, certiſſimum ſit) quidam confeſſarius interrogans an ſemel pænitens commiſerit grave peccatum fortaſſis inceſtũ, quod clavibus ſubjiciebat Eccleſiæ, utrum reincidentiam teneret in eo, reſpondit ſe ad id non aſtringi declarandum, abundareque ut cum omnibus circunſtãciis mutantibus ſpetiem palam ſuos reatus effecerit; v. g. quod ſex actus carnales perpetraverit in inceſtu, quin uſquam vellet explicare gradum cognationis, nec reincidentiam ad noſcendum utrum fuerit concubinarius, & dijudicandum quomodo impediebatur, vel non in petendum debitum conjugale mulier inſtabatur id declarare, colligente confeſſario à veroſimilibus conjecturis perpetratum flagitium cum uxore fratris ſui uterini, in cujus domo tenebat domicilium flagitioſus; præſumptio occurrebat vehemens occaſionem tam præſentem adfore in inceſtuoſum concubinatum, exiſtente ſecum ad omnem horam cum delinquente fæmina pellice; nullo medio vinci potuit in reincidentiam exponendam, innixus fixè opinioni ſeu dictamini, quod ad id cogi nequibat; & ſtante propoſito, aliiſque requiſitis aiebat peccare mortaliter confeſſorem abſolutionem negando, replicabat ſacerdos in aliquibus caſibus practicè improbabilem haberi eam ſententiam, unumque eorum eſſe præſentem confeſſionem; ſurgit ſine abſolutione pænitens, & ante ordinarium cauſam ponit, petens licentias revocare illi confeſſario, tanquam homini qui abutebatur adminiſtratione Sacramenti pænitentiæ; neque ut tenebatur ſe exercebat in eo; antiſtes Theologos vocavit, à quibus inquiſivit; utrum tuta conſcientiâ annueret accuſanti, cum ut par petebatur doctè proceſſerit confeſſarius; & quid de opinionibus probabilibus ſpeculativè, non practicè.

SUMMARIUM.

De opinione ſpeculativè probabili, non practicè penes reincidentiam, n. 1.
Quo pacto aperienda circunſtantia reincidentiæ à pænitente, n. 1.
Reincidentia duplex continua, vel interrupta, n. 1.
In peccato actuali, illa verificatur, neutiquam in originali, n. 1.
Exemplificatur impoſſibilitas reincidentiæ in originali ſub reduplicatione prout originale, n. 1.
Obicem ponit ad gratiam reincidentia in mortale, non autem in veniale, n. 1.
Qualiter redeat culpa originalis, non quidem in ſe, n. 2.
Circunſtantia ingratitudinis propter reincidentiam, n. 2.
Aliud redire peccatum, alterum reincidere in peccato, n. 2.
Speculatio de reditu & reincidentia, n. 2.
Ab iſtorum nullo, mutatur peccati ſpecies, n. 3.
Sanctus Antonius Patavinus pro pœna reincidentiæ, n. 3.
Non augetur diſtincta pœna niſi diſtincta contingat culpa, n. 3.
Ex hoc objectio debilis, tamen facilè ſoluta, n. 3.
Genuinus ſenſus comminationis factæ à Chriſto paralitico piſcinæ, n. 3.
Compatitur in recidivo pœnæ augmentum ſine diſtincta culpa, n. 3.
Non tenemur explicare in confeſſione radicem unde oritur peccatum n. 3.
Mortalia reincidentiâ quo pacto redeunt, ſive quoad maculam, aut pœnam, n. 3.
Qui ex contemptu reincidit, noviter peccat, n. 4.
Circunſtantia ingratitudinis in recidivo, n. 4.
Explicata origo à qua ſumitur; exemplificata, n. 4.
Ne æquivocetur de mente ſubtilis Doctoris aliquis, notacipuncula, n. 5.
Problematicus manſit Scotus penes obligationem aperiendi in confeſſione circunſtantias notabiliter aggravantes, n. 5.
Cur non damnanda ſententia de pænitente non obligato declarare conſuetudinem, ante annum, 1679. n. 5.
Ratiocinatio pro peccatis aperiendis in confeſſione, n. 5.
Numerus peccatorum mortalium circunſtantia non appellans, appellanda, n. 5.
Talis numerus dicendus de linea materiæ circa quam, n. 5.
Confeſſarius tenetur ſequi Pœnitentis ſententiam contra propriam, cui adheret dum probabiliorem neſcit, n. 6.
Reincidentiâ in caſu conſulto quando evenit caſus conſultus non erat neceſſariò aperienda, n. 6.
Præferenda ſententia favorabilis pœnitenti ei quæ favet Sacramento quando probabilior convincitur, n. 6.
Exemplificatur doctrina, n. 6.
Pœnitentis opinioni confeſſarius adhærere non tenetur ſi probabiliorem poſſe recognoſcit, n. 7.
Ratio cur ſentiebant aliqui cogi non poſſe pœnitentem ad conſuetudinem declarandam, n. 7.
Bis nullus aſtringi valet ut peccata mortalia quæ commiſit clavibus Eccleſiæ ſubjiciat, quo pacto, n. 7.
Sed quid ſi periclitetur Sacramenti validitas pro non amputanda proxima occaſione, n. 7.
Argumentum notandum, n. 7.
In reincidentia duplex conſideranda formalitas, n. 8.
In quo utraque conſiſtit, n. 8.
Renitentia pœnitentis nolentis declarare conſuetudinem ſeu reincidentiam, quid arguat in eo, n. 8.
Maximè autem procedit, dum cauſa legitima caret non aperiendi illam, n. 8.
Iuridicè in foro contentioſo non poteſt interrogari Confeſſarius de his quæ ſub ſigillo muniuntur, n. 8.
Circunſtantia ex ſe ſolum aggravans tranſit quandoque

in tam

in eam quæ dicitur mutare ſpeciem, n. 9.

Ex repetitione venialium peccatorum ſæpe contingit aliquem poni in proxima occaſione peccandi mortaliter, n. 9.

Actus idem numero ex ſe licitus, immutatus in ſubſtantia tranſit ad mortale, n. 9.

Bonitas poſitiva confertur cum malitia negativa, & hæc prout poſitiva, è contra, n. 9.

A reincidentia aliquoties incurritur in irregularitatem, ſeu cenſuras, n. 9.

Explicata reincidentia per terminos Scholaſticos, ſpecificativè, *&* reduplicativè, *n. 10.*

Aliæ voces, pro eodem, genuinæ etiam, videlicet, de ſecundo, aut tertio adjacente, n. 10.

Illis attentis exponuntur caſus in quibus cogitur pænitens reincidentiam, ſeu conſuetudinem explicare, n. 10.

Sub ratione quæ nulla evadit abſolutio, n. 10.

Benigniſſima pietas tribunalis ſacri Confeſſionis Sacramentalis, n. 11.

A declaratis in confeſſione, infame aut dedecoroſum Pænitenti, nec minimum reſultare quit, n. 11.

Nec poteſt confeſſor deponere in foro contentioſo de his quæ ſub ſigillo audivit, n. 11.

Inde à nullo capite perjurus ſi à judice ſæculari deponere aſtringatur, & ſe nihil ſcire dicat, n. 11.

Qualiter injungi queat à confeſſario pro pænitentiâ Sacramentali, iterandas confeſſiones, n. 11.

Præcipuè comperiens ſic reincidentias impænitentis corrigere, n. 11.

Inconſequentia Ioannis Sanzii penes conſuetudinem, ſeu reincidentiam, arguitur, n. 11.

Conſuetudo peccandi in quantum occultata frequentiùs nocet: n. 12.

Prout aperta, ſemper proficit tum in correctionem, tum in dolorem, n. 12.

Conſonè ad ſanzium facultas eſt in confeſſario aſtringendi pænitentem, ne cum alio niſi ſecum confeſſionem faciat Sacramentalem, n. 12.

In iſto nulla interponitur vexatio pænitenti, n. 12.

Nullus vexat, qui ſuæ utitur juriſdictionis jure, n. 12.

Paritas de medico curante infirmum in langore corporali, n. 12.

In reincidentia declaranda non incutitur violentia pænitenti, n. 12.

1. PEnes ultimum antiſtitis conſultum in permanentia probabilitatis circa opinionem ſpeculativè ſumptam, & improbabilitatis quoad eam practicè captam, abundè manet ſatisfactum conſultatione immediatè præterita 33. à num. 3. uſque ad 5. verum verſantes in illa ſententia de aperienda à pænitente reincidentiæ circunſtantia, in hac individuali probabilitate dumtaxat ſpeculativa, neutiquam practica, ex ſenſu plurimorum, nec immorandum tenentes damnatam ab Innocentio xi. propoſitionem in Serie 60. quæ eſt hujuſmodi. *Pænitenti habenti conſuetudinem peccandi contra legem Dei, naturæ, aut Eccleſiæ, etſi emendationis ſpes nulla appareat, nec eſt neganda, nec differenda abſolutio, dummodo ore proferat, ſe dolere, & proponere emendationem.* A quo patet improbabilitas practica, & ſpeculativa opinionis allegatæ à pænitente, in eo eventu particulari applicatæ. Opus habeo fundandi quid reincidentia, & quando neceſſariò declaranda in juditium pænitentiale ferendum ut valida præbeatur abſolutio Sacramentalis, nam ſi ex conſuetudinis, ſeu reincidentiæ ſilentio, vehemens, aut probabilis inſit ſuſpitio, committendum ſacrilegium à pænitente efficiente nullã confeſſionem, quis affirmabit cogi Sacerdotẽ in præbendã abſolutionem, quam veroſimiliter præſumit nulliter eveniendam. Varia vidi, & ſine fundamento aliqua in exponendam reincidentiæ quidditativam entitatem, non licet à communiori ſenſu recedere, hoc enim pacto à melioris notæ doctoribus deſcribitur. Conſuetudo incidendi in peccatum, ſeu peccata, quibus reus præceſſit iterum, atque iterum ſimiliter macula morali deturpatus; & licet reincidentia ſe extendat ad veniales etiam culpas, cum hæ ſint materia voluntaria ut clavibus Eccleſiæ ſubſint, alias, nec obicem ponant ad gratiam, ſermo non eſt de iſtis, niſi tantum de lethalibus. Reincidentia dividitur in continuam, ſeu interruptam. Hæc conſiſtit in eo quod poſt obtentam remiſſionem redeat quis ad idem peccatum; illa vero quod in continuo, nullaque interrupta intentione per verum propoſitum reatus permaneat multiplicando diſtinctas numero culpas: unde cum peccatum prima ſui diviſione, aliud ſit originale, actuale alterum, ſolummodo reincidentia verificatur in actuali, ſive ſit culpa venialis; non autem in originali, quia cum ſemel Adam juſtitiam originalem acceperit, vel conſervandam, vel amittendam pro ſe & poſteritate, & una vice amiſſa, recuperatus eam non fuerit, ſtatus Innocentiæ reviviſcens reincidentia in eo verificari nequiit ſicque concors Theologorum mens eſt, quod per primum eſum ligni vetiti à primo Protoplaſte, in quo fuit peccatum ipſius actuale, deperdita juſtitia originali, transfunditur macula ad propagatum quemcumque hominem derivantem naturam per commixtionem maris, & fæminæ excepta à regula generali Deipara quæ ex filii redemptione præſervativa nec in adamo peccavit, ut frequentiſſimè repeto in omnibus meis voluminibus, & repetam proſemper in tuendo hoc Mariano miſterio, etiam per vitæ jacturam, conſonè ad juramentum emiſſum in profeſſione mea ſolemni: unde ſi poſt; primi parentes repeterent comeſtionem contra præceptum prohibitionis de ligni vetiti eſu, iſti reinciderent in ſuum cujuſque peccatum actuale, neutiquam genus humanum in labem quam contraxit à prima illorum comeſtione v. g. Abel, & Cain contraxerunt peccatum originale; poſtquam nati fuerunt, & juſtificati ab eo per Sacramentum legis naturæ æquivalens Baptiſmo ſi permitteretur à Deo Evam & ſuum ſponſum regredi in paradiſum, & iterata tentatione, noviter comederent de ligno ſcientiæ boni & mali, iſti reinciderent, nequaquam eorum filii jam juſtificati à noxa transfuſa, & dimiſſa; qua propter cum agimus de reincidentia tantummodo loquimur de ea quæ eſt peccatorum actualium, ſive mortalium, ſive venialium; in hocque, utraque differt, quod reincidentia in mortale ſecum tenet obicem ad gratiam ſanctificantem, & in validitatem Sacramenti pænitentiæ dum non conteritur, nequaquam reincidentia in culpam venialem, cum quo compatitur, & Sacramentum validum accipi, & nullum obicem juſtificationi apponi, eo non tranſeunte ad mortale.

2. Ut omittamus quæ ad nos non pertinent circa præſentem conſultationem per quæſtionem, quam judico de nomine, ſuccinctè me expediam ab eo; inquirunt etenim aliqui, an peccatum originale redeat cum quis committit actuale; redire certum eſt non poſſe, quando perpetratur venialis culpa, quia cum hæc non expellat gratiam juſtificantem ab anima, & originale incompatiatur ſanctitati formali, extra dubium eſt non redire, nec quoad maculam nec nec quoad reatum nec pænam, eo quia anima deturpatur veniali; ſtandum igitur his quæ tangit S. Bonaventura 4. diſp. 22. in dubiis ad litteram Magiſtri dub. 1. ubi mirificè ſcripſit. *In Originali duo ſunt ſcilicet carentia debitæ juſtitiæ,*

Digitized by Google

& alterius pronitas ; ratione primi privat à viſione Dei, ſed ratione ſecundi frequenter in malum trahit: ratione utriuſque dicitur quodammodo redire quia pronitates intenduntur, & hujuſmodi indignus viſione Dei efficitur ; & ideo quodammodo redit conſimili reatu: quod ergo dicitur quod non poteſt iterari, verum eſt in ſe: quod objicitur quod dicitur pluraliter, dicendum quod hoc eſt ratione plurium pronitatum: quod quæritur de veniali, dicendum quod poteſt aliquomodo dici adhuc magis impropriè quam peccata mortalia; eſt enim ibi quodammodo ingratitudo Ubi Seraphicus Doctor inſinuat; tam originale quam actuale, ſive veniale, vel mortale redire in recidivo per circunſtantiam ingratitudinis; ponit autem reditum originalis, non per reincidentiam in novum originale, niſi quatenus ille qui in mortale incidit, pronitates naturæ diſtortas, quas à culpa Adami hæreditavit, accreſcere facit; inſimulque redit in ipſo illum reatum carendi viſione Dei, quem incurrit ex originali culpa; quorum ratione inquit S. Præceptor, quodammodo redire; eſtque idem ac ſi proferret, non quidem redire per reincidentiam in eo, niſi ab alio capite, nempe ab hoc, quod qui peccat mortaliter, inducit in ſe reatum carendi omni dono ſupernaturali; hinc ipſe ſe explicat, quo pacto affirmari poſſit, redire; preferens; *verum eſt in ſe non redire;* ergo aliud eſt redire peccatum, alterum reincidere in peccatum; illud ſtat in hoc quod macula præterita ex nova ingratitudinis circunſtantia reviviſcat, quaſi ſi illa præterita remiſſa non præceſſiſſet: illud conſiſtit in eo quod nova macula ſimilis præteritæ copuletur cum perpetrata priori, ſi dimiſſa non fuerit, permanente, ſin vero remiſſa præceſſerit, redeunte quoad maculam, ſeu moralem deformitatem, quaſi, ſi condonata non fuerit: ideo redire, & reincidire, diſtinguntur tanquam includens, & incluſum, ita ut reincidere verificari non poſſit, quin redeat; redire non obſtante quod nulla nec minima in præterita noxa verificetur nova ſimilis macula per reincidentiam; quo ſenſu nulla fit mentio de reincidentia in originali, quamquam ſub lite ſit, quomodo, aut quando redeat; totaque vertitur difficultas penes actualia peccata.

3. Speciem non mutare reincidentię circunſtantiam uno ore clamitant omnes Theologi, exceptis quibuſdam veteribus: tenaciter id negantibus & mutare ſpeciem arguentibus ab illa Domini comminatione facta paralitico piſcinæ Bethſaidæ Joan. 5. v. 14. (cujus infirmitas continuata per triginta & octo annos, originem tenuiſſe & radicem in languentis peccato enormi, ſentiunt plures, & pro cunctis abundat S. Antonius Patavinus feria 6. Dom 1. quadrag.) ergo in anima & corpore Jeſus miſerum hominem, homine carentem, cum dixit. *Surge tolle grabatum tuum, & ambula* ; ſed benefactor providus potius de ſpirituali, quam de corporea ſanitate ſollicitus, à paucis horis, quem tantopere benefecerat, monet. *Ecce ſanus factus es, jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* A quo ſic vetuſti arguunt; Deterius ſignificat novam pænam correſpondentem peccato, à quo mundatus paraliticus; ergo reincidentia novum peccatum eſt, ſiquidem nuſquam imponitur nova pæna, niſi præcedat diſtincta culpa, ſed quoties circunſtantia arguit novam culpam, mutat ſpeciem; ergo reincidentiæ circunſtantia non computanda inter aggravantes tantummodo, ſed connumeranda inter eas quæ mutant ſpeciem; quod ſi ita eſſet, nihil mirum confeſſarium inductum in conſultatione hac 34. abſolutionem negaſſe pænitenti renuenti recidivum palam facere; etenim de fide videtur eſſe nullam fieri confeſſionem ab illo, qui ſilet quamcumque circunſtantiam mutantem ſpeciem; verum debilitas argumenti objectionis factæ patet à genuino ſenſu verborum Redemptoris in comminatione facta paralitico, quem ſenſum exponit S. Joannes Chriſoſt. tom. 3. homil. 37. in Joannem ſequentibus moraliſſimis genuinis clauſulis. *Vide quod hic tanto tempore pro peccatis cruciabatur ; non enim temporis menſura peccata mediantur, ſed delictorum natura ; cum his autem & aliis diſcimus, quod ſi gravem ſuſtineamus pœnam pro prioribus peccatis, deinde in eadem inciderimus, graviora patiemur, & hoc decenter ; qui enim neque ſuplitiis factus eſt melior, ut inſenſibilis de reliquo & contemptor, ad majus ducetur tormentum.* Ubi ſi antiſtes inſinuat non graviori pæna conſuetudinem peccandi puniri ſive interrupta ſive continuata ſit conſuetudo, niſi novum peccatum eam poſcat ut additum priori; creſcentibus enim flagitiis accreſcit ſuplitium correſpondens: propoſitio illa medulitùs exenteranda: *Non enim temporis menſurâ, peccata judicantur, ſed ipſa delictorum naturâ* ; inſinuans, recidivum non ponere novum peccatum à reincidentia, ſed hanc à novo peccato prodire; unde contingente paralitico recidivo, deterius eveniendum, conſequens erat ob contemptum aut temporalibus ægritudinibus, vel ſuplitiis æternis: in forma ad argumentum admitto doctrinam, & nego ſuppoſitum; ſupponit enim ratiocinatio facta, reincidentiam non eſſe radicem novæ culpæ; radix; ergo non alterum peccatum; ergo recidivi circunſtantia aggravans eſt in perpetrata noviter culpa, non autem nova macula; & ſicut non tenemur radicem à qua oritur peccatum explicare in confeſſione Sacramentali, nec recidivum per ſe loquendo aſtringimur palam facere; quis enim dicet quod ſi contingeret Petrus ingrediens domum mulieris uxoratæ, & inveniens ipſam ſolam quod cauſa fuit, origo, & radix incidendi in adulterium, cogitur confiteri ſe in domum talis fæminæ ingreſſum, & repertam ſolam eam adulterium comittere; & non abundare in validam confeſſionem luxuriam cum ſua circunſtantia mutante ſpeciem explicare: graviſſima igitur Theologica veſtigatio; de qua Angelicus Præceptor 3. part. quæſt. 88. per quatuor articulos, & ſubtilis Magiſter, 4. diſt. 22. per totam, fuſèque in ea Hichens integro commentario Scoti in diſtinctionem citatam, à num. 20. uſque ad 101. & pro cunctis ſcholis Suarez tom. 3. in 3. partem diſp. 3. per tres ſectiones: quomodo, aut quo pacto peccata lethalia, per reincidentiam redeant ſive ad maculam culpæ, ſive ad reatum pænæ æternæ.

4. Conducit autem ad intentum quod S. Thomas quęſt. 88. citata art. 4. diſputat. *utrum ingratitudo ratione cuius ſequens peccatum facit redire prius dimiſſa ſit ſpeciale peccatum* ; in corpore ſic exercitatum, decidit. *Si igitur aliquis peccator in contemptum Dei & ſuſcepti beneſitij aliquod peccatum committat, illud peccatum trahitur ad ſpeciem ingratitudinis, & hoc modo ingratitudo eſt ſpeciale peccatum: ſi vero aliquis intendens aliquod peccatum committere, puta, homicidium, vel adulterium, non retrahitur ad hoc, propter hoc, quod pertinet ad Dei contemptum; ingratitudo non erit ſpeciale peccatum* : & quia non valet moraliter præſumi de aliquo Catholico peccatore, quod in divinum contemptum expreſſum, aut intentatum peccet; ideo generaliter loquendo, circunſtantia ingratitudinis ex recidivo, ſolum eſt aggravans, non mutans ſpeciem; aiente ſubtili præceptore diſt. 22. allegata, §. de tertio articulo principali, num. 14. *Dico quod peccatum dimiſſum redit tanquam circunſtantia aggravans hoc peccatum, in quod recidebat:* quam aggravantem circunſtantiam ſic introducit S. Bonaventura ex parte peccantis: *ingratitudo iſta eſt peccati circunſtantia à parte peccantis ; ſed magis ag-*

Digitized by Google

gravat peccati libido vel genus peccati, ergo numquam propter ingratitudinem, unum peccatum leve ſecundum genus æquipollebat peccatis præcedentibus: in qua ratiocinatione Seraphicus Doctor inſinuat reincidentiam nullatenus conſtituere actum indiſtinctum, aut ſpecie, vel individuali malitia, quod commune eſt omnibus circunſtantiis peccatorum non mutantibus ſpetiem, ut contra Conradum 1. 2. quæſt. 73. art. 7. tangit, & ſolidat Magiſter Curiel 1. 2. quæſt. 73. art. dub. 3. quorum ratio à priori ſumitur ab hoc, quod malitia in actu, non multiplicatur ſecundum ſpeciem niſi ex diverſa læſione ſpecifica ad cujus obſervantiam ex lege ſeu præcepto cogimur; numeris vero per ordinem ad diverſam deliberationem voluntatis ſpontaneæ ſe determinantis in novum actum vitalem diſtinctum à priori, differentem quidem, vel phiſicè, aut moraliter; v. g. adulterium eſt novum peccatum ſecundum ſpeciem, quia in eo læditur ultra caſtitatem, juſtitiæ virtus, & moraliter reputatur duplex actus individualis numericè diſtinctus, quamvis phiſicè una ſit copula carnalis, in qua conſummatur; lege enim non tantum aſtringimur ad non luxuriandum, verum & ad obſervandam juſtitiam debitam maritali contractui; ſed reincidentia non arguit læſionem diſtinctæ virtutis, nec novum actum phiſicum, aut moralem; ergo nec novum peccatum erit ſpecie diſtinctum, aut numericè; eatenus propriiſſimè recidivum comparatur, non aliter ac quæcumque circunſtantia aggravans, intenſioni aut remiſſioni qualitatum, quæ creſcunt, vel diminuuntur, juxta numerum graduum advenientium entitati talis accidentis; inde ſicut prout intenſa qualitas, à remiſſiori, nec numericè, nec ſpecificè diſtinguitur, ita malitia formalis, major aut minor intra eandem ſpeciem & individuum compatitur, non vero diſtinctione actuum ſpecifica aut numerica, intercedente.

5. Ne aliquis, contra ſubtilis Doctoris mentem æquivocetur judicans eum ſentire circunſtantias notabiliter aggravantes, quamquam ſpeciem non mutent neceſſario aperiendas in confeſſione; illius dabo verba, juxta genuiniorem mentis ejus intelligentiam 4. diſt. 17. quæſt. 1. §. nec ſolum num. 20. ſcribit; *Nec ſolum peccata, ſed circunſtantia peccatorum notabiliter aggravantes includit dictum præceptum*; ſcilicet palam faciendi eas de peccatis mortalibus in confeſſione Sacramentali, ut valida conſtituatur abſolutio pænitentialis; per ly *notabiliter aggravantes* intelligit illas, quæ mutant ſpeciem; & liquet ab ipſa explicatione præceptoris expreſſa in contextura, ſi quidem ait. *Illas dico aggravantes & neceſſariò confitendas quæ ſpeciali prohibitione prohibentur, verbi gratia, alienum accipere eſt illicitum, ſed ſpeciali prohibitione prohibetur accipi de loco ſacro; & ideo ſpeciale peccatum, ſcilicet ſacrilegij per hanc circunſtantiam conſtituitur.* Clariùs ne ſe exponi potuit! unde in circunſtantiis non mutantibus ſpeciem, v. multæ autem eo num. 20. allegato, problematicè procedit. *Sunt autem circunſtantia ex quibus peccatum eſt aliquomodo gravius; & hoc, vel ex parte objecti, vel ex parte perſona peccantis, de quibus non eſt ita certum, quod oporteat illas confiteri; tamen tutum eſt, & utile eſt hoc fieri.* Quibus inſinuat expreſſiſſimè, non aliud, ſed idem fore circunſtantiam aliquam notabiliter aggravare, ac mutare ſpeciem; & de illis quæ intra eandem relinquunt ſpeciem, non alterum vocabulum inducit, niſi, aliquo modo graviorem facere culpam, & etſi profitetur, tutum utileque fieri, dum tales non mutantes ſpeciem aperiuntur in confeſſione Sacramentali, non videtur reſolvere affirmativam partem, ſcilicet incumbere obligationem in conſcientia, ut diſtinctè & clarè fiant palam, ſicut onus ineſt in prioribus aſſignatis; non ergo aſtringuntur Scotiſtæ, nec à ſubtili præceptore recedunt tuentes non eſſe neceſſarium in validitatem, & fructum conſequendum à Sacramento pænitentiæ exponere in eo circunſtantias quæ non mutant ſpeciem, quas præceptor vocat, notabiliter aggravantes; quam opinionem probabilem valde ſentiendum cum Suario to. 4. in 3. p. diſp. 22. ſect. 3. Conincho diſp. 7. de Sacramentis dubio 3. n. 13. contra ſilvium, qui in additione ad 3. p. quæſt. 9. art. 2. dub. 1. prædictam ſententiam cenſurat de improbabilitate nec uſquam intereſſe ad praxim deducendam; Nequeo non notare facilitatem aliquorum ſcriptorum in cenſuras appingendas his quæ vident practicari à Doctoribus timoratæ conſcientiæ, ac plauſibiles in docendo: nec improbabilitas etiam nunc argui valet quia Innocentius XI. damnavit illam propoſitionem quæ in ſerie eſt 54. *Non tenemur confeſſario interroganti fateri peccati alicujus conſuetudinem*; & probatur tum ex aſſertis conſultatione 33. tum ex mox dicendis, ſiquidem explicabitur qualiter etſi non incumbat obligatio de conſuetudine palam facienda ex formalitate circunſtantiæ ſolum aggravantis, ab alia formalitate illi coæva, tale onus imponere, ex Diana 1. p. tract. 7. reſol. & pluribus quos citat. § ſed falluntur, quod conſonè ad Scotum tangit Maſtrius in Theol. morali diſp. 21. q. 7. art. 3. n. 175. ſententiam firmantem aggravantes non eſſe aperiendas minus probabilem & totam in praxi, quam affirmativam; & remitto ad caſus ſpeciales quomodo individuandi iſti; videndum ipſum Dianam 3. part. tract. 4. de Sacramentis reſol. 67. ubi ſub hunc titulum; *additiones ad tractatum de circunſtantiis in confeſſione non neceſſariò explicandis*: in epilogo eventus particulares pro practicanda confeſſione valida ſtabilit; quin obſtet argumentum, quod aliqui efformant ex Trident. ſeſſione 14. cap. 5. ſequenti ſyllogizatione. Ex hac ſacra ſynodo conſtat aliquam circunſtantiam aggravantem nec ullo pacto mutans ſpeciem neceſſariò aperiendam in confeſſione ut abſolutio impendenda ſit valida; ſed dum unam tenemur declarare, eadem obligatio incumbit de cæteris; ergo obligamur non tantum circunſtantias mutantes ſpeciem declarare, verùm & notabiliter aggravantes: Major probatur; numerus individualis peccatorum mortalium, quæ ſunt materia neceſſariò ſubjicienda clavibus Eccleſiæ non mutat ſpeciem, circunſtantiaque eſt ſolum aggravans alioqui ſi ſpeciem mutaret, ſequeretur novum peccatum reſultare à numero peccatorum commiſſorum; quod eſt abſurdum, ridiculum, nec ab ullo uſquam admiſſum; ſed ex tridentino patet nullam fieri confeſſionem hoc numero peccatorum mortalium non declarato; ergo aliqua circunſtantia aggravans ex decreto ſanctæ Synodi explicanda eſt in valorem Sacramenti pænitentiæ; conceſſa majori revera urget ratiocinatio, nam quo pacto convinci quit in uno admiſſo, & in altero negato; neque reſpondere ſufficit numerum peccatorum mortalium coaleſcere conſtitui duabus formalitatibus, una circunſtantiæ aggravantis, pro qua non decernit concilium explicandum numerum; altera formalitas habet ab hecceitate, qua unum peccatum non identificatur cum alio, & quia iſta hecceitas exprimitur per numerum, ab hac radice decernitur, hic declarandus; aliquæ anguſtiæ coarctant in ea ſolutione, quas omitto cum non conducant ad intentum, & extra iſtud deduceremur; in forma ſemper negabo ſuppoſitum, nempe numerum peccatorum fore circunſtantiam aggravantem, eſſeque ſolummodo de linea materiæ circa quam complendæ.

6. Ergo deveniendo ad deciſionem propoſitæ conſultationis diſcurrendum ſe offert in æqua probabilitate ambarum ſententiarum, addita tertia, itaque

Digitized by Google

tres debent præmitti opiniones probabiles, nam aliter non poteſt fixum judicium decerni; una eſt quam tam ſtrictè tuetur Valentia 1. 2. diſp. 5. quæſt. 7. punct. ultimo prope finem, ut aſſerat confeſſarium teneri ſequi in abſolutione impendenda pænitentis ſententiam contra propriam, quam ipſe confeſſor tuetur: quamtumcumque tam tenaciter adhæreat judicio proprio, quod falſam putet eam quam pænitens pro ſe allegat, dummodo Doctores quos citat pænitens probata authoritate calificentur, plauſuque communi eorum opinio probabilis judicetur; ſed poſt reprobatam ad Innocentio XI. primam propoſitionem quam damnat, exigitur ut pænitentis opinio convincatur probabilior; ab hoc oritur ſecunda præſuppoſitio, nempe penitentem inductum in conſultatione hac 34. renuentem non teneri explicare reincidentiam quia erat ille in opinione quod ſolum circunſtantiæ mutantes ſpeciem debebant aperiri in confeſſione Sacramentali, & pro iſto allegaſſe tot magnæ notæ patronos. Vrgentis invenitur quod tertiò præmittimus ex Silvio in 3. part. quæſt. 7. art. 2. §. quæritur quarto. caſu 2. Conincl diſp. 7. de Sacram. diſp. 10. num. 99. Salas 1. 2. tract. 8. diſp. unica ſect. 5. num. 56. in illa graviſſima difficultate ad innumeras ſuperandas, in eventu quo duæ occurrunt opiniones oppoſitæ, una favorabilis Sacramento, altera ſuſcipienti, quænam obliganda à Miniſtro v. g. non tenens pænitentem palam facere circumſtantias peccatorum quamtumcumque aggravent illi favet: aſtringi eum in eas explicandas, Sacramento favet; pænitens ſtat pro prima ſententia, quam falſam judicat confeſſarius, tamen inſtatur hic ab illo ut ſe gerat, non conſonè ad propriam opinionem, niſi conformiter ad eam cui aſſenſit qui confitetur in tali individuali caſu; unde concurrentibus contrariis dictaminibus, quidquid ſentiat; (concordant citati Doctores aliique plures) eſſe ſequendam ſententiam quæ favet ſuſcipienti; ita, aut verſatur ſententia penes adminiſtrandum Sacramentum, vel circa materiam ſeu formam, ſive intentionem Miniſtri; pro hoc ſecundo ſemper ſtandum eſt in favorem Sacramenti cum pendeat valor aut nullitas ab eo; v. g. accipio ab aliquo aquam in baptizandum adultum miniſter probabiliter judicat eam roſaceam eſſe non autem naturalem; adultus talem aquam probabiliter etiam putat naturalem non arte factam, in tali occurrentia ſtandum eſt ſententiæ faventi Sacramentum, ne in periculo adminiſtrandi illud nulliter incidatur; at in primo eventu ſalva materia, forma & intentione, attenta tantummodo adminiſtratione pro ſuſcipiente ſtandum eſt: v. g. dubito probabiliter Petrum accedentem ad communionem publicè concubinarium, & ea privatum à ſuperiore legitimo: eſt aliàs probabilis opinio eum non fore publicum concubinarium, tenetur Sacerdos adminiſtrare Euchariſtiam; à quibus præmiſſis ratio dubitandi ſurgit aliqualiter efficax; ergo illicitè confeſſarius ille negavit pænitenti abſolutionem, quia iſte declarare nolebat reincidentiam, quæ duntaxat aggravabat, nec mutabat ſpeciem, ad quam explicandam ipſe teneri putabat, allegans probatos doctores; quantumvis Sacerdos judicaret favorabilius in reverentiam Sacramenti pænitentiæ fore, negare abſolutionem ſicque venerationi illius conſulebatur; quod ſi ita verſabatur juſtiſſima apparebat pænitentis quærela ante Epiſcopum quamquam hic nequiret confeſſarium interrogare de facto propter ſigilli confeſſionis immunitatem: ad alia non tranſibo, quin in forma ſolvam hanc dubitandi rationem: omitto doctrinas præmiſſas, nego ſuppoſitum conſequentiæ, nempe pænitentem illum nolentem recidivum explicare tunc tenere opinionem, non enim opinabatur, ſed errabat in eo individuo caſu; eaque propter nullatenus aſtringebatur confeſſarius dictamini pænitentis annuere, imo ipſum inſtruere cogebatur & zelo debito corrigere, ſollicitus de declaranda reincidentia, ut ex ſequentibus patebit; qua ratione in individuo iſto eventu, ſic non aliter decidendum: Nihilominus.

7. Facit tamen pro pænitentis quærimonia, quod introducit Joannes Sanctius in ſelectis diſp. 9. à num. 6. Diana referente 1. part. tract. 7. reſol. 15. & 55. ubi hic inquirit: *An circunſtantia recidivi ſit aliquando confitenda, & an confeſſarius propter conſuetudinem peccandi poſſit differre abſolutionem.* §. non retineam, ea reſol. 55. ſcribit Diana. *Non retineam tamen (quod eſt valde notandum quia novum, Joannem Sanctium in ſuis practicis diſputationibus Matriti impreſſis anno 1524. diſp. 9. num. 6. & ſequentibus contrariam ſententiam, & multis rationibus docere & ideo putat confeſſarium jus non habere ad interrogandum de conſuetudine peccandi cum neque illud habeat, ut bis eadem peccata quis confiteatur, nec ad efficiendum pænitentem pudore, & dedecore conſuetudine peccati cognita, ſed debet pænitens ſtatim abſolvi, ſi verè dolorem habeat de præteritis, ac impoſterum vitæ emendationem firmiter proponat*: & introductis aliquibus, quæ non aliud indicant præter id quod ſub illa clauſula continetur, de jure non exiſtente ut quis cogatur bis eadem peccata confiteri, & quod coactus ad recidivum palam fatendum, arctatum ad iſtud, concludit in fine citata reſol. 55. Diana, *An hæc opinio ſit tuta in praxi remitto me judicio aliorum.* Igitur ſi alij judicent eam in praxi tutam iniquè fecit confeſſarius negando abſolutionem, at quia quotquot vidi, etiam de illis qui defendunt nulla via gravari Pænitentem in aperiendas circunſtantias aggravantes, modum cogitant in excipiendum recidivum, facilè ſolvetur ex aliquibus placitis Doctorum propoſitis; tria aſſumam in quibus cunctum cingi videtur: unum ſit ex *Bonacina* tom. 1. diſp. 5. de Sacramentis quæſt. 5. ſect. 2. part. 2. dif. 3. num. 22. *conſuetudinem peccati per ſe loquendo non eſſe neceſſariò explicandam in confeſſione; unde pænitens non tenetur dicere, ſe in peccata quod tunc fatetur, aliàs incidiſſe, niſi forte juſta de cauſa interrogetur à confeſſario.* Quæ juſta cauſa ſit cogens pænitentem in id explicandum, non exponit, idque neceſſariſſimè petitur ut explicetur, quandoquidem dum iſtud non convincitur, ſemper eſt in ſua vi argumentum, quamquam ſubjungat, confeſſarium munus gerere judicis, & medici; & ut medelam opportunam applicet attingere poteſt ad aliud ad quod requiritur Pænitentem cogi recidivum fateri. Egidius Trullench tomo 2. in decalog. lib. 6. cap. 1. dub. 9. num. 21. *Probabilius eſt non teneri ad id Pænitentem per ſe loquendo, niſi quando conſuetudo peccandi fuiſſet ex occaſione proxima, quam ille tenetur reſecare; ſecus quando eſſet conſuetudo ubi non eſt hæc occaſio: tunc enim non tenetur talem occaſionem explicare, niſi à confeſſario juſta de cauſa interrogetur, ut pænitentis diſpoſitionem intelligat, & videat, an abſolvi poſſit, an potius ſit differenda abſolutio; quia conſuetudo arguit infirmum emendationis propoſitum*: Duo iſte Doctor, inſinuat; unum de obligatione confeſſarij quando ex non declarata reincidentia periclitatur notitia quam debet inquirere in amputandam proximam occaſionem peccandi; & hoc pacto fatebor teneri etſi non per ſe loquendo, per accidens ſeu indirectè, recidivum exprimere; principaliter aiente Diana ut non ex non explicata reincidentia occludi confeſſario viam ad rectè judicandum de diſpoſitione, ſtatu, & propoſito pænitentis in applicandam, ei medicinam neceſſariam, & langori ſalutiferam; iſte caſus inducit juſtam cauſam; non autem alter de infirmi emendatione, & propoſito & argumentos

Digitized by Google

ita : quamvis rectiùs judicabit confeſſarius ,& opportuniorem medelam applicabit homini mendaci , v. g. explicanti falſum teſtimonium protuliſſe, ſi cogat talem pænitentem palam facere , ſe tam in conſuetudine fore mendatia proferre quæ ſunt culpæ veniales, nequit tamen adſtringi à confeſſario ut ullum peccatum veniale explicet , etiam per accidens , ſed in homine iſto contingere poteſt non tam firmum propoſitum in eo falſo teſtimonio tenere aut exponere , ſicut tenere videretur , ſi diceret conſuetudinem mentiendi jocosè , ſi ergo iſta , quia materia voluntaria , opus non eſt palam facere intuitu obligationis , cur juſta cauſa exiſtimanda in introducto à Trullench, videlicet à taciturnitate recidivi , colligi infirmum fore propoſitum, aliàs validum ad abſolutionem obtinendam etſi tantiſper debilitetur, non enim ad perfectius operandum cogimur in conſcientia.

8. Maſtrius in Theologia morali diſp. 21. quæſt. 7. art. 3. num. 175. utitur ſimiliter ea phraſi ; *per ſe loquendo* , & diſcurrit rem per communem doctrinam circunſtantiarum aggravantium , quæ etſi per ſe loquendo aperiendæ non ſint,per accidens adſtringere poſſunt ut declarentur ; verba ejus ſunt : *Notanter additur per ſe loquendo , quia per accidens interdum poteſt eſſe obligationem eis manifeſtandis , nempe ſi propter talem circunſtantiam peccatum habeat reſtitutionem , vel cenſuram annexam , in quo caſu jam obligatio aliunde oritur , non autem ex hoc capite praciſè quia circunſtantia eſt aggravans* : igitur ſi præter hoc quod eſt recidivum conſtitui circunſtantiam aggravantem invenit confeſſarius, alteram obligationem oriri , aut vitandam occaſionem proximam , v. g. vel obtinendi abſolutionem ab aliqua cenſura; puta quod in illa Diœcæſi concubinarii excommunicarentur ſeu punirentur interdicto perſonali Eccleſiæ ; & de eo examinabatur pænitens à confeſſario hic jam invenit alteram obligationem oriri à reincidentia , & nihil mirum expertum in iſto , juſta cauſa tantopere inſtaſſe explicandam tunc ; quando quidem, etſi recidivum non mutabat ſpetiem in actu peccaminoſo , periclitabatur ab eo novam argui culpam , numero diſtinctam , quam qualiter debeat remitti in notitiam adæquatam non attingebat pænitens , & confeſſarius ſua peritiſſima ſcientia penetrabat ; inde caſu negato quod in foro contentioſo poſſint puniri confeſſarii ob crimina de quibus à pænitentibus accuſantur apud ſuos judices ordinarios , qui ſunt Epiſcopi , & eorum Miniſtri deputati in eorum tribunali , iſte qui acuſabatur de negata abſolutione in renitentia de notitione explicationis reincidentiæ , ſervato undique ſigillo, & medium inventum ut hic non frangeretur , & injuſtè reus propoſitus à nequitia pænitentis , tenebatur antiſtes gratificare confeſſarium , quod fecit etſi cogeretur ad ſententiam judicialem pronunciandam, ferendam in favorem Sacerdotis tanquam miniſter ſuo ſatisfaciens muneri ; quo pacto rejiciendus , qui contra eum tulit cauſam;& potius ad exordium accuſationis , nam in inſtantia tenebatur ſigillo attendere , & interrogatus , *quare hoc feciſti nolens abſolvere pænitentem propterea quia reincidentiam renuit palam facere* ; quando pro una parte hæc circunſtantia ſolum aggravans , & quæ non mutat ſpetiem non coarctanda eſt explicari ; & teneris in occurrentia opinionum quæ favent Sacramento, vel pænitenti ſententiæ huic faventi adhærere; adæquabit in ſatisfactionem , nec amplius procedere poſſunt judices forenſes contra eum , reſpondens attento ſigillo , quod feci , notum non facio , Deus ſcit me, meo muneri ſatisfeciſſe ; ſic dum violentaretur, præſſura cenſenda, non æquitas quod nefas eſt credere de tribunali Eccleſiaſtico, ideo potius ad favorem confeſſarii , & contra pænitentem illum diffinitiva præſumenda ſententia deducenda , nempe illum hujus ſententiæ non adſtrictum ſequi opinionem in eo individuali eventu , nam poſt reprobatam ab Innocentio XI. propoſitionem prima ex 65. quas damnat , videlicet in adminiſtratione Sacramentorum juge amplectendam tutiorem , ceſſant illæ doctrinæ de obligatione confeſſarii ut conformetur cum pænitentis opinione.

9. Reſpondebis incompoſſibile videri tranſire circunſtantiam dumtaxat aggravantem in eam , ſeu in conditionem illius quæ dicitur mutare ſpetiem ; ſed ſi per accidens poſſet confeſſarius adſtringere , & pænitens teneretur palam facere in confeſſione reincidentiam tranſiret circunſtantia aggravans in conditionem ſeu entitatem circunſtantiarum mutantium ſpetiem ; ergo nuſquam dari poteſt caſus , in quo cogatur pænitens ad declarandam reincidentiam : quam debilis ſit hæc objectio , patet ex falſitate fundamenti quod jacet ; & antequam eam ſolvam demonſtro paritatem carere adhuc apparenti robore : Facilius eſt circunſtantiam aggravantem tranſire in eam quæ mutat ſpetiem , ac peccatum veniale in mortale ; ſed nihil plauſibilius , velut natura & entitate ſua culpam venialem , læthalem fieri (primò ex conſcientia erronea v. g. committo furtum valoris duorum denariorum ; videlicet ſex pomorum putans me in hoc peccare mortaliter , en levem materiam in gravem tranſire; ſecundò ex fine operantis v. g. mendatium jocoſum proferre , ſcopo cõmittendi luxuriam cum aliqua fæmina , tunc libidinis malitia refunditur in mendatium ; tertiò ſi grave reſultet ſcandalum ex actione peccaminoſa veniali , v. g. dum jocoſum inhoneſtum auditur , & à ſtatu naſcitur ſcandalizari ſinceritatem audientium ; quartò quando ex repetitione venialium , ponitur quis in manifeſto periculo, ſeu occaſione proxima cadendi in mortale ; v. g. prævideo me manum tangendo muliebrem conſentire in actum carnalem vel periclitari in pollutionem : quintò quoties in contemptum præcepti perpetratur veniale, v. g. ſi in floccifaciendum octavum decalogi præceptum mendatium leve profero) quid? anne communior doctrina , velut quam tuentur fere omnes , videlicet immutatam ſubſtantiam actus humani , poſſe tranſire de bono in malum ? ſed datur hic caſus ; ergo nihil urget tranſitus : minor probatur : prohibet ſummus Pontifex ne ullus in Eccleſia hora decima ingrediatur ; neque ad orandum ; ego habeo propoſitum , antequam mihi intimetur lex prohibitiva ingrediendi in Eccleſiam hora decima , intimatur , & dum non revoco propoſitum , aliàs actus bonus , & meritorius, qualis eſt ingreſſus in Eccleſiam ad orandum dum continuo intentionem actus qui antea erat virtuoſus moraliter alius fit , & peccaminoſus ; benè verum eſt noſtrum Philippum Fabrum tomo de pænit. diſp. 6. num. 9. valde repugnare eundem numero actum invariata ſubſtantia ejus , poſſe tranſire de bono in malum , aut de veniali in mortale ; non immoremur ; id tractat. Franciſcus Amicus tomo 5. diſp. 23. de peccatis ſect. 6. num. 216. concedens caſum quem Becanus 2. parte tract. 2. de peccatis cap 2. quæſt. 5. introducit ; diſtinguit bonitatem poſitivam , & malitiam negativam vel è contra malitiam poſitivam , & bonitatem negativam , vim non fatio in iſtis alioqui foret fugere difficultatem ; annuendo tranſitum circunſtantiæ aggravantis in mutantem ſpetiem, ad argumentum negabo ſuppoſitum videlicet quod ab eo ipſo quia per accidens in propalandam circunſtantiam aggravantem adſtringimur, talis circunſtantia dicenda erit quod mutat ſpetiem ; non enim ſolum tenemur declarare in confeſſione Sacramentali ea quæ mutant ſpetiem peccatorum læthalium; ſed ea quæ indicant nos carere occaſione proxima peccandi , & firmum propoſitum de cætero non

Digitized by Google

cadendi habere in abſolutionem obtinendam validam, atque firmare in actu interiori expreſſo ſignis exterioribus, corrigendos de his quæ clavibus ſubjicimus.

10. Laiman, quem citat & ſequitur Pellizarius tom. 2. in ſuo manuali regularium tract. 7. cap. 5. ſect. 2. num. 87. variè roborat quomodo à conſuetudine, & recidivo poteſt quilibet incurrere in quandam irregularitatem, qua privetur adminiſtratione, aut receptione Sacramentorum aliquorum; pro qua parte, quis ſciebat, an confeſſarius tam inſtanter volens pœnitentem explicare reincidentiam ſuboluerit aliquam irregularitatem non repugnantem ei ex aliquo Eccleſiæ univerſalis ſtatuto, v. g. ſi foret in quadam Diœceſi ex aprobatione Papæ decretum obſervans ſeu edictum, quod reincidens per ſex aut octo vices in aliquod peccatum in irregularitatem incidat ad ordines ſacros ſuſcipiendos, quando iſte vel ille circumſtantiæ occurrunt; quo in eventu nonne prudenter procedebat confeſſarius in examine, ut medelam applicaret, & conſilium daret, quid peragere debebat, ut diſpenſaretur ipſi irregularitas incurſa? ergo non damnandus, elogiandus confeſſarius, qui coactus, ut argumenti gratia defenderet idipſum, in quo onerabatur, uſus fuit ad ſolvendas objectiones illis duobus adverbiis Philoſophicis; ſpecificativè, & reduplicativè: v. g. paries ſpecificativè ſumptus nec eſt albus, nec niger; reduplicativè prout unitus albedini, eſt albus, non niger; item ſe tutavit illis propoſitionibus quas Scotiſtæ vocant de ſecundo, vel de tertio adjacente; de ſecundo adjacente, hæc eſt falſa, paries eſt niger, quia tunc prædicatum concipitur in abſtracto non in concreto, qualiter in eis propoſitionibus quæ de tertio adjacente enunciantur: circumſtantiæ ergo aggravantes attentis his terminis, vel ſpecificativè, ſeu in propoſitionibus de ſecundo adjacente, aut reduplicativè, in eis quæ de tertio ſunt adjacente; primo modo recidivum nullam obligationem imponit, ut palam fiat in confeſſione Sacramentali; quo pacto tranſeat nullo medio adſtringere poſſe confeſſarium (& conſonè ad iſta occurrebat argumentis poſitis ex caſtro Palao tom. 1. tract. 2. diſp. 2. à punct. 7. uſque ad 9.) at reduplicativè ſeu in tertio adjacenti, quatenus reincidentia fundat in ſe motivum relevans ne confeſſarius, aut pœnitens errent ab reincidentiæ ſilentio in occurrendum tali periculo, iſtudque vitandum, & Miniſtrum poſſe debereque cogere ad recidivum declarandum, & in pœnitente onus incumbere id palam faciendum. His ſolvantur argumenta Joannis Sanctii citati num. 9. nec ullum momenti eſt, niſi illud quod ſequentibus clauſulis efformat diſp. 9. in ſelectis num. 6. *Ius non habet confeſſarius ad interrogandum de conſuetudine peccandi; cum neque iſtud habeatur, ut bis eadem peccata quis confiteatur, nec ad efficiendum pœnitentem pudore, & dedecore, conſuetudine peccandi cognitum; ſed debet pœnitens ſtatim abſolvi ſi verè dolorem habeat de præteritis; ac in poſterum vitæ emendationem firmiter proponat:* Diſtinguo doctrinam per ſe loquendo, ſpecificativè, ſeu de primo adjacente, tranſeat; per accidens, reduplicativè, & de tertio adiacente, nego; modo explicato in exemplo de pariete, hoc numero, expreſſo.

11. Totum pondus vertitur in exponendo, quomodo jus ineſt in confeſſario ad hoc, quod iteret peccator confeſſionem de peccatis nam id quod ſubjungit, pudore & decore affectum ex cognita conſuetudine, utinam ſemper à confeſſariis pœnitentes pudore afficerentur in correctionem; dedecora à peccatis manifeſtatis, ſeu quibuſlibet circumſtantiis non reſultant inde; nam benigniſſima pietas talis tribunalis ideo de jure divino tenet ſigillum in ipſo quod non licet uti ſcientia per confeſſionem Sacramentalem accepta, ut quis operetur, in tantum quod peccaret confeſſarius graviter negans ſuffragium, ſeu votum eligendo alicui ex indignitate quam unicè novit à confeſſione Sacramentali, & liquet decreto Clementi VIII. expedito 26. Maij anno 1591. de quo meminit Diana citandus, tract. 10. reſol. 3. 5. & ideo; videndus *uſque* ad finem reſolutionis; unde perjurium non committere confeſſarium vocatum in tribunali forenſe dum interrogatum negaret ſe aliquid ſcire, deponeret; in ſuam notitiam aliter non veniens niſi ſub pœnitentiæ ſigillo: fundat variè Diana 5. p. eo tract. 11. *reſol.* 42. cui non aſſentio in eis amphibologiis quibus ſe munit propter damnatas propoſitiones ab Innocentio XI. de amphibologia, quas tranſcribo conſult. 18. n. 80. nec enim in ſimili eventu eget confeſſarius illa reſtrictione mentali conſtituente æquivocationem, ſeu amphibologiam, quia cum reſpondeat ad mentem judicis publica authoritate examinantis teſtem, nulla datur publica authoritas cogens frangere ſigillum pœnitentiæ: ergo utrumque inductum à Sanctio frivolum videtur, præcipuè illud de pudore, & dedecore quod utrumque tenetur confeſſarius ut intelligatur à pœnitente, ei ortum ex peccato, imitans Chriſtum qui quin infamaret eos quos corrigebat, apud ſe ipſos de ante actis pudore afficiebat, ne ad vomitum redirent, multi ſunt patres nos exhortantes ad pudorem de flagitiis commiſſis in cautelam reincidentiæ, exemplo mulieris adulteræ Joa. 8. accuſatæ à *ſcribis*, & Phariſeis, ut Jeſum caperent in ſermone, quam pudore affectam, & contritam, nec condemnavit Dominus, nec minimum poſtea dedecus conſtruxit: Hinc nego ſuppoſitum coarctari pœnitentem ut his eadem peccata ſubjiciat Eccleſiæ clavibus, coarctatus enim ad conſuetudinem declarandam oritur in munus obeundum debitè, & rectè; neque id negabit Sanctius, inquirens diſp. 6. à n. 6. *An confeſſio Sacramentalis poſſit injungi ſub pœnitentia à confeſſario, &* affirmativè reſpondet (nec curo de eius inconſequentia) aitque notes obſecro prædicti autoris clauſulas, & efficaciorem tenebis meam ſolutionem. Primo poſſe fieri jubendo eadem crimina de quibus fuit abſolutus *iterari in altera confeſſione; ſecundo non determinando, an facienda ſubſequens confeſſio de peccatis confeſſis vel de aliis; tertiò ſi injungatur pœnitentia ſub hac forma; ſi reincidis in hoc peccatum de quo te abſolvo, iterare confeſſionem:* & reſpondet, *duobus illis modis imponi poſſe judico.* ly *illis* refertur ad primum & ad ſecundum; nam ſi ad tertium referretur non diceret *illis* quod eſt relativum de remotis; niſi, *iſtis*, relativum quidem de proximioribus; ergo ſentit Sanctius poſſe obligare confeſſarium, ſaltem indirectè, ut bis aperiat in pœnitentiali Sacramento ſua peccata; probatur conſequentia: annuit ſententiæ firmanti ſub poteſtate miniſtri cadere jubere eadem crimina de quibus fuit abſolutus iterari in altera confeſſione; ſed iterari nequeunt niſi bis confiteantur, ergo ſecundum Sanctium jus eſt in confeſſario ad cogendum pœnitentem ut bis confiteatur peccata, principaliter ſubjungens num. 4. *Poſſe confeſſarium obligare pœnitentem ad acceptandam pœnitentiam injunctæ confeſſionis, & negare abſolutionem* id etſi non aceptat firmans cum Vaſquetio tomo de pœnit. quæſt. 19. art. 3. dub. 7. num. 12. & Suario tom. 4. in 3. part. diſp. 22. ſect. 8. num. 5. dari caſus in quibus arctari poteſt pœnitens in confeſſionem peragendam de peccatis venialibus, ut alibi fuſius fundo: abundabant hæc in inconſequentiam hujus auctoris arguendam, & convinci teneri uti diſtinctione præmiſſa de per ſe aut per accidens.

12. Sed procedit num. 6. (ut ad hominem arguitur) Sanctius: *Poſſe in rigore confeſſarium injungere*

ſub

Digitized by Google

ſub pænitentiam, non ſolum eadem peccata iterum confitenda, verum quod teneatur pænitens dicere ſe tunc eſſe aſtrictum confiteri vinculo injunctæ pænitentiæ, eo quod ſit certior factus confeſſarius & cognoſcat, pænitentem conſuetudinem peccandi habere, dum tali pænitentia fuerit ligatus; illa namque narratio pudorem maximum, & mortificationem non modicam parare pænitenti, quilibet judicabit; & optimè judicabit, nec judicium aberrabit firmans Sanctium ſibi ipſi oppoſitum, nam cum dicat diſp. 9. num. 6. inconveniens fore cogere pænitentem ad declarandam conſuetudinem, ne pudore afficiatur, in hac diſp. 13. num. 4. commodum pænitentis reperit, ut eius conſuetudo in peccando, & pudore repleatur ſingulare ab eo reſultare ipſi in ingens emolumentum; quid plus tenet cogere pænitentem ut recidivum explicet? unde cum ſentitet difficultatem ſuamque antinomiam, & quod in hac doctrina palinodiam canebat, ſubnectit. *Licet enim diſp. 9. num. 6. cenſeamus pænitentem non teneri conſuetudinem peccandi confiteri, id intelligendum eſt, dum ad eam aperiendam, vinculo pænitentiæ non fuerit devinctus, aut juramento, vel voto à ſe emiſſo:* ergo ſi vinculo pænitentiæ devinctus fuerit, tenebitur conſuetudinem, & reincidentiam, palam facere; ſed in caſu conſulto pænitentiæ vinculo cogebat confeſſarius, ut noſceret hic an occaſio proxima vel alia cauſa occurreret detecto recidivo ut legitimè in abſolutione procederet ergo jus habebat, & prudenter operabatur negans abſolutionem propterea, quia nolebat reincidentiam explicare; Audiamus eundem Sanctium ea diſp. 13. num. 7. *Pænitentiarium non ſolum poſſe adſtringere pænitentem ad iterum confitenda ſua peccata, verum quod illa adaperiat coram ſe ipſo, & non aliis confeſſariis, nam coram eodem ſæpe confiteri pudorem maximum, & mortificationem, gignens pænitenti pudorato, quis dubitabit, & licet pænitens patiatur difficultatem ob hujuſmodi obligationem à confeſſario, non tamen patiatur vexationem, dum ad illam imponendam jus habet pætentiarius;* ergo nulla vexatio imponitur pænitenti cui demandatur reincidentiam aperire, quandoquidem nullus alterum vexat jure ſuo legitimo utens, quid frequentius inter Theologos, & juriſtas? & addit num. 8. *Si pænitens ad deferendam pravam conſuetudinem peccandi fore omnino neceſſarium medium frequentius confiteri tenetur acceptare* (Suple pænitentiam ſatisfactoriam, quam ei imponit confeſſarius de iterandis confeſſionibus ſecum, ut noſcat ſi reincidit ex conſuetudine cadendi) *non diſtincto præcepto, ſed ratione virtutis contrariæ,* (adde ſeu contradictoriæ) *ad vitium cujus habet conſuetudinem* conditionis eiuſdem eſt pænitentia injungenda ac injuncta, ſed ex pænitentia injuncta cogitur pænitens recidivum declarare; ergo in injungenda idem jus invenietur; & congruentiſſimè ut ipſe Sanctius declarat exemplo languidi; *Eo modo quo ægrotus corporaliter teneretur parere medico applicante Medicinas, non diſtincto præcepto obedientiæ; ſed præcepto, quo eſt attrictus propriam conſervare vitam:* Ergo præcepto quo tenebatur Pænitens conſeruare liberam à damnatione æterna propriam animam aſtringebatur obedire confeſſario, & palam facere reincidentiam; igitur nullatenus poterat puniri ab antiſtite pænitentiarius quantumcumque demus obſervato ſigillo confeſſionis; plenariè probatam renitentiam negando abſolutionem manens quidem præcipuè improbabile practicè, & ſpeculativè ut dixi n. 1. jam oppoſitum de danda abſolutione renuenti conſuetudinem declarare.

CONSULTATIO XXXV.

De Sacerdote poſt peractam conſecrationem fugiente mortis periculum.

SOllicitavit fæminam (aut, ut ipſa aiebat, valde perſequebatur) quidam Præsbiter; cumque conſtanter fortiterque reſiſteret illa, etiam minans quod ſi non deſiſteret, maritum certum faceret de illicita inſtantia, ut remedium apponeret, & ſatisfactionem ſumeret, tam cæca mente à Diabolo fallebatur ſollicitans, quod impotens ſe invenit mulier ad opitulamen debitum ſui honoris, cumque donaria oblata floccifaceret, prætextuſque amicitiæ cum ſponſo ſumeretur à ſollicitante in frequentandam domum, taliter in odium muliebre venit laſcivus ille amor, quod aſſeſſinos conduxit, experta quod à ſponſo decepto exul non fiebat ſuæ honeſtatis perſequtor frequentant ſuam Dominum conductis igitur aſſeſſinis in interficiendum clericum, etiam ſi aliter non poſſet ac quando miſſæ ſacrifitium celebraret; munitus ille à quadam ancilla domeſtica, quod hera ſua plurimùm mortem ipſius violentam ſatagebat, intuitu quod ad venerem ſollicitaverat, ne ſi maritus tantillum ſubolerer ex zelotipia cævis (erat enim valde zelotipus) inculpabilem ſponſam trucidaret; occidi timens clericus à propriis non exibat ædibus niſi in Eccleſiam ſuis vicinam, in qua benefitium valde pingue tenebat cogens ad reſidentiam 4 dierum una offerens prædictus præſbitor in capella quadam ſupra aſſignatæ Eccleſiæ, Sacroſanctum Miſſæ ſacrifitium, peracto defunctorum dicto memento, unus ex aſſeſſinis de latere tormentum bellicum diſparuit, ſed divina miſericordia necè vulneravit, nec tetigit celebrantem, qui audiens ſtrepitum, relictis in altari, hoſtia, & calice conſecratis, ſacris indutus veſtibus, ſicut erat, in propriam ſe contulit domum fugiens celeriter, quæ parumper quaſi contigua erat uni ex templi januis, à paucis horis in febrem incidit, quæ cognita à medicis ſincopalis, illico de teſtamento condendo, & dè Sacramentis recipiendis monetur; ſed proh dolor, ſic à ſtupore, aut ab altera radice, incapax inventus de uno ac altero, quia in freneſim illicò incidit; tandem ultimam clauſit horam juditio privatus: quid faciendum de illum Sacramentalibus ſpetiebus, quas ille relinquit conſecratas, per utilis erit, ad fortuitos, eventus, reſolutio, aliam à me exoravit quidam, tragædiam narrans tam infauſtam; exquiſivit utrum fugiendo peccaverit; non ab abſimili motivo, ut fugeret mortem, audivi etſi alia via receſiſſe quendam Sacerdotem ab altari anno 1654. timore ne interficeretur à tauro ingrediente Eccleſiam Conventus ſanctæ Mariæ de Jeſu Cæſarauguſtani, cumque quidam religioſus in collaterali quodam majoris altaris, quod eſt ſub titulo, & invocatione depoſitionis Redemp-

Digitized by Google

toris Domini noſtri de cruce, inter offertorium ante conſecrationem foret, monitus à novitio adjutore de adventu Tauri proximo, uterque receſſit in clauſtrum clauſo oſtio ne intraret fera, contigit enim quod ex Tauris quos adducebant Olpiliones in feſtum urbis prædictæ unus ante pontem fluvii tranſitum aufugiens, & ferociſſimè ingrediens Eccleſiam dicti Monaſterij ille Sacerdos periculum fugit relictò altari; poſtea in circo litteratio ſabbatinarum concluſionum diſputatum fuit, utrum tutâ conſcientiâ recedere potuiſſet; an melius & aptiùs ſe vitæ jacturæ exponeret ut violenter à fera illa trucidaretur ne interrumperet, & compleret tantum à Chriſto Domino *inſtitutum* ſacrificium: ſimilis huic caſus conſultus.

SUMMARIUM.

Sacerdos duplex, ſacrifitium Miſſa poſt conſecrationem interrumpens, unus fugiens Taurum, permanens alter in altari, n. 1.

Fugientem inſequitur Taurus & ferè occidit, n. 1.

Eorum uter laudandus, n. 1.

Alexandri idolatra ſollicitudo ne ſacrilegum interrupiretur ſacrifitium, n. 1.

Satagebant valde ethnici ſua complere inania & impia holocauſta, n. 1.

Licita ne aliquando ſacroſancti Miſſa ſacrifitij interruptio, n. 1.

Qua legitima occurrunt cauſa ut tutâ conſcientiâ interrumpi queat, n. 1.

Pro licita Sacerdotis fugientis & permanentis actione allegationes, n. 2.

Sacerdos invaſus ad mortem dum celebrat licitè Miſſam interrumpit, n. 2.

Moderamen inculpata tutela compoſitum in ſui defenſionem, n. 2.

In foro contentioſo quis reatus homicidij imputatio, valet, n. 2.

Duplex difficultas de moderamine dicta tutela inculpata, n. 2.

De licito hemicidio à famina perpetrato propter ſuum honorem tuendum, n. 2.

Argumenta fundantia licitam fugam Sacerdotis recedentis ab altari intuitu ingredientis tauri, n. 2.

Pro celebrante permanente nec interrumpente ſacrum ſacrificium Miſſa, n. 3.

Hic non ſe poſuit in periculo ſuicidij, n. 3.

Opinione probabili, oppoſita contrariè operantes, ambo laudabilis, n. 3.

Deſcriptio opinionis probabilis, n. 3.

Exemplificatio eius ex circunſtantiis aperiendis in confeſſione, n. 4.

Controverſia de Miſſa ſacrifitio non relinquendo propter actiones extraneas, n. 4.

Diſcrimen interrumpendi offitium divinum, & Miſſa ſacrifitium, n. 4.

Iſtud aquivalet locutioni facie ad faciem, n. 4.

Illud comparatur locutioni ad abſentem, n. 4.

Plus pracipit Eccleſia in celebratione miſſarum, ac in offitij divini recitatione, n. 4.

A Chriſti mandato patet quandoque licere Miſſa interruptionem, n. 4.

Praxis obſervata de aliquarum miſſarum interruptione, n. 4.

Peccat invertens ordinem ſtatutum à rubricis in miſſarum celebratione, n. 4.

Duodecim motiva ad licitam miſſa interruptionem, num. 5.

Dum timetur polluenda Eccleſia, licita qualis interruptio, n 5.

Per copulam licitam quando Eccleſia violatur, n. 5.

In favorem Sacerdotis fugientis paritas, n. 5.

Rubrica diſtinguens interruptionem Miſſa, ante vel poſt conſecrationem, n. 5.

Miſſa interruptio propter ingreſſum notorii excommunicati in Eccleſiam, n. 5.

Aſſeſſini interventu, vindicta mulieris contra Sacerdotem, n. 5.

Mirabile factum ſancti Philippi Neri; ſed venerandum, n. 6.

Interruptio Miſſa in ſacerrimo mysterio dicto Darocenſi, n. 6.

Narratio, & qualiter pervenit in eam urbem, n. 6.

Licitè Sacerdos recedens, & permanens in conſultatione poſitus, operatur, n. 7.

Ante canonem recedens, regredi ad altare non tenetur in ſacrifitium complendum, n. 7.

Varia Theologorum dictamina de propoſitis duobus Sacerdotibus, n. 7.

Qua Miſſalis rubrica conſcientiam onerant & qua non, n. 7.

Vtrum ante canonem inchoëtur Miſſa ſacrificium, n. 7.

Tenor Rubricarum Miſſalis ne maneat incompletum ſacrifitium, n. 7. & 8.

Scoti Sententia à rubrica miſſalis pracepta, n. 8.

Novem actiones in Miſſa ſacrifitio, n. 8.

Qua eſſentiales & qua non in ſacrifitii conſtitutione, num. 9.

Sacerdoti non jeiuno quando licet ſumere ſpecies conſecratas, n. 9.

Apoſtolica traditio non ſemper infert jus divinum, n. 9.

Caſus in quo diverſus ſit conſecrans, offerens & ſumens qualiter unum tantùm ſacrifitium peragunt, n. 9.

Data ſententia, oblationem non pertinere ad eſſentiam ſacrifitij, ſumptio ſimpliciter requiritur, n. 9.

Partes integrantes corpus, diverſimodè concurrunt ut ſit vel non ſit homo, n. 9.

Mirificus (Hichei in intelligentiam) textus, n. 9.

Sumptio ſpetierum quo iure requiſita, n. 9.

Diſtinctio quadam advertenda dum fugit Sacerdos, num. 10

Licet ne Sacerdoti Latino in fermentato conſecrare, ne occidatur, n. 10.

In occurrentia interruptionis, & mortis quod, cui preceptum cedit, n. 10.

Interruptio Miſſa ſi reſultat contemptus proſemper illicita, n. 10.

Diſtinguenda Provintia ubi contingere quit interruptio, n. 10.

Narratio de ſacrilegò latrono furante monilia à ſacerrima imagine dicta del Pilar, n. 10.

Objectio advertenda ſub doctrina, quid faciendum comperto veneno in calice. n. 11.

Eventus de calice conſecrato à fulmine tacto, n. 11.

Replica de muliere cogitante Sacerdotis homicidium, dum intenditur utraque ſpetie conſecrata, n. 11.

Quid ſi Sacerdos revelatione divina, vel ex confeſſione Sacramentali noſcere mortis periculum, num. 11.

Semper ſatagenda mors à Sacerdote ne nocumentum reſultet ipſi, n. 11.

Metus cadens in virum conſtantem, voluntarium ſecundum quid, & involuntarium quale cauſat, n. 11

Digitized by Google

Opera per terrores facta multum de involuntario, de voluntario parum tenent, n. 12.
Aliud eſt operari cum metu alterum ex metu, n. 12.
Chriſtus cum metu mortem & pœnas ſuſtinuit, n. 12.
Quid metus gerens vicem imperii, n. 12.
Diſtinctio mortis martyrum à flagitioſorum morte, num. 12.
Factum cum metu non invalidat contractus, bene ex eo, n. 12.

1. NOndum eo anno relato 1654. pervenerat volumen excuſſum à Caramuele, quod poſtea vidi, & in eo inveni non abſimilem, etſi aliqualite diſtinctum ac retuli de Tauro n. 1. caſum apud Matritum contigiſſe; refert tom. 4. in Theologia morali præter intentionali præceptos caſu 24. à num. 2680. præmiſſo iſto titulo, *Celebrantibus duobus, imminet mortis periculum, alter fugit, alter in altari hæret, uter laudandus* ſuppoſitis licere fugam, relinquendo, ſeu interrumpendo ſacrifitium miſſæ ſacrum ob vitandam mortem ſeu imminens eius periculum; nec minus, & contradictorium eius ſimiliter licitum, exponendo ſe morti ne interrumpatur omiſſo tanto ſacerrimo ſacrifitio, antiſtitis Benedictini deciſio videtur. *In civitate Matritenſi cum agitandi Tauri per plateam majorem, quam vocant ad forenſem arenam, magno populi ſtrepitu conducerentur, accidit, quod frangerentur collateralia impedimenta; Taurique per diverſas plateas diſcurrentes totam civitatem turbaverunt, in ſanctæ crucis templo duo Sacerdotes celebrabant, & paucorum ſacrifitio aſſiſtebant*, aliquibuſque interpoſitis narrans ingreſſum Tauri in prædicto Sancto Crucis templo, proſequitur; *Periculum erat graviſſimum; Sacerdos alter fuga voluit ſibi conſulere; alter vero aut nimia turbatione præpeditus, aut devotione nimia intentus permanſit in altare; & quaſi Taurum deſpiciens in re ſacra progreditur: efferum illud animal relicto celebrante, fugitivum inſequitur & vulnerat ſatis periculosè; occurrit animoſa juventus, & ferro vindice beſtiam illam, antequam occidat, occidit; variæ fuerunt virorum illuſtrium ſententiæ: plebis unica; populari enim juditio res calitùs diffinita, & reſoluta dicebatur, & irrationalem animantem puniviſſe ſacrificantem qui ſuam vitam majoris faciebat quam Dei cultum: ſed quia in materia conſcientiæ non debent deciſiones ab infortunis, ſed à rationibus deduci; putavi primum Sacerdotem, illum celebrantem potuiſſe licitè periculum mortis fugere; nec debuiſſe ſuam vitam committere fortunæ aut miraculo* eventum perlege notandum in S. Ambroſio (lib. 5. de virginibus) pro Sacerdote non fugiente ne verum Chriſti, ſacrifitium interrumperet: *Unde illud exemplum proditur, Alexandro ſacrificante Macedonum Regem puerulum Barbarum qui ei lumen accenderet excepiſſe ignem brachio, atque aduſto corpore manſiſſe immobilem; nec dolore prodidiſſe, nec tacito pœnam indicaſſe fletu: tanta in puero Barbaro fuit diſciplina reverentiæ; ut naturam vinceret; atque ille non Deos, qui nulli erant, ſed Regem timebat: quin enim timeret eos qui ſi idem ignis contigiſſet ſiſſent*: tantopere ethnici ſuas colebant deitates falſas in ſacrifitiis, ut iſta non relinquenda putarent inchoata ipſis licere niſi complerentur, quocumque mortis periculo occurrente; & inde plaudendum Sacerdotis virilis permanentis in altari robur, parvi pendens; Tauro feroci vitæ jacturam: uni aſſentiamus principio innegabili communi doctorum conſenſu admiſſo ex cap. relatum de conſec. diſt. 2. de quo Martinus à S. Joſeph in ſumma lib. 1. cap. 14. num. 3. illicere videlicet Sacerdoti Catholico interrumpere, & non continuare Miſſæ ſacrifitium abſque legitima cauſa; utrum ſufficiens fuerit in caſibus induſtis, aut agreſſus ex tormento bellico, vel Tauri ingreſſu, ut licitè ab altari recedere queat eſt opus, & labor; igitur eventum Matritenſem contigiſſe anno 1618. qui recenſet firmat, non ſolum tunc verum & anno 1640. idem eveniſſe hi ſunt caſus in quibus ſciri oportet reſolutio pendens à conſultatione; ſed varij alteri occurrere poſſunt, eatenus attendendi, & fundandi.

2. Et pro fugiente, & pro permanente allegationes ſunt in tutam conſcientiam amborum; in illius licitum receſſum, arguit ita Caramuel num. 2682. *Qui fugit potuit decurrero ſic: hæc fuga habet duos effectus, nam & Miſſam inceptam interrumpit, & vitam meam tuetur; hanc ergo cauſam adhibeo ad hunc ſecundum effectum, deffenſionem vitæ; à priori illo interruptionem miſſæ præſcindendo, & diſſentiendo; acceſſit quod connexio orationum quæ in miſſa, cum juris Canonici ſint, non obligat cum vitæ diſpendio*, vim accepit deciſio à caſu 26. quem reſolvit num. 2683. de Sacerdote ad mortem invaſo dum celebrat, interrumpente ſacrifitium, ſeſeque defendente, accipiendo candelabrum ferreum, quod tenet in altare, & invaſorem præſtando, mortuumque quaſi relinquendo, dum immunis aliter à periculo imminenti non recognoſcitur liber talis Præsbiter; regreditur ad altare, & miſſam complet, quem excuſant à peccato & cenſuris, plures ex moderamine inculpatæ tutelæ; citatque Petrum Binfeldium de injuriis & damno dato, cap. 1. quæſt. 1. Tota doctrina ſtabilitur in ea quam communiter Doctores docent tractando de homicidio caſuali cui æquivalet, & potius in eo verificatur argumentum de inculpabilitate illius qui invaditur injuſtè: eundem caſum quem ex Binfeldio relatum manet, ſpecialiter tangit Diana 5. parte tract. 4. reſol. 1. ubi diffusè agit quodnam dicitur moderamen inculpatæ tutelæ ut quis agreſſionem impune ex foro contentioſo, & licitè in eo quod eſt conſcientiæ homicidium peragat, aut mutilationem; ſed urgebit illicò difficultas qualiter alter Præsbiter tutâ conſcientiâ potuit permanere in altari cum diſpendio vitæ propriæ: ſi enim, & ſecundum obligationem conſcientiæ teneor me defendere, ne ab invaſore incidam in mortem, revera temeritas fuit, nequaquam virilitas Sacerdotis non fugientis Taurum, & continuantis Miſſæ ſacrifitium; ſi dicatur, fortaſſis à Deo ipſi revelatum, aut verosimili conjectura judicatum, ſeu præſumptum non tam proximum vitæ periculum incurrere propter ferocis animalis ingreſſum in Eccleſiam nam à circunſtantibus, illius Miſſæ auditoribus, & aliis impediri poterat; quod attinet ad revelationem incertum videtur; aliud vero replicam tenet, & quomodo fera illa ab eis impedita non fuit ne invaderet, alterum qui in eadem Eccleſia celebrabat; horum ſolutio infrà patebit: duo ex Diana teneo, unum; in vitam tuendam licere invaſorem recidere; de quo reſol. 14. alterum reſol. 35. diſputans; *utrum defenſionem pudicitiæ queat fœmina in ſuum honorem tuendum abſtinens ſe à clamoribus caſtitatam ſeu virginitatem tutatrix, jugulare violationem; intendentem;* in quod extat mirificum S. Auguſtini documentum lib. 1. de libero arbitrio cap. 5. & videndus eſt Tannerus tom. 3. diſp. 4. dub. 4. num. 68. ergo pro hac parte tantò videtur culpandus quò perſeveravit celebrans & taurum non fugiebat; nec iſte propoſitus in conſultatione audiens tormentum bellicum contra ſe directum, & præſumens in mortem eias paratum invaſorem ſi quidem hæc videtur legitima cauſa interrumpendi ſacrifitium, imo Diana ait tenere fugere, nec in ſuicidium incidat peccando mortaliter; potens, & nolens vitare ſibi mortem.

Digitized by Google

3. Pro Sacerdote qui manſit apud altare, num. 268t. ſic Caramuel diſcurrit: *Qui manſit in altare potuit diſcurrere hoc modo; legimus Alexandri Ephabum, dum à turibulo apud altare ſerviret maluiſſe ut brachium exiliente igne inureretur , quam ut ceremonia turbarentur.* Caſus eſt quem retulimus num. 2. ex S. Ambroſio; & concludit: *nullum ergo periculum* (nomine Sacerdotis permanentis alloquens) *mea devotionis praſcribit* (adde ingreſſus Tauri ferociſſimi in Templo Sanctę Crucis Matritenſi) *igitur manebo in altare; hac enim manſio duos effectus habet, nempe obſervantiam ſacrifitio debitam, & periculum vita: hanc ergo ad ſummum cauſam, manſionem in ordine ad primum effectum; devotionem, religionem, & obſervantiam; praſcindendo à ſecundo., mortis periculo; grandius enim, & à Divina providentia confido; ergo ſi hic illa intentione proceſſit, omne periculum, mors ipſa ſi ſequuta fuiſſent, eſſent infortunia praterintentionalia*: Unde liquet ex mente Caramuelis, utrumque Sacerdotem laudandum ex contradictoriis; à fuga, unus; à non fuga, alter; quia cum pro utraque parte urgeat opinio probabilis, quod cauſa datur legitima ad fugam in interruptionem ſacrificii, & ad non fugam in permanentia, juxta effectus quos inducit, in conceptu cujuſlibet colligi videtur, uter, id eſt, ambo laudandi, nec ullus eorum vituperio afficiendus conſequenterque nec peccavit recedens & interrumpens quia putavit periculum; nec temeritatis maculatur reatu culpabili eo quod non cogitavit periculum ſic ſacrifitium ſacrum continuans, & immobiliter apud altare permanens; quod fundari poteſt à diffinitione opinionis probabilis introducta à Doctoribus in ſedandas conſcientias, aut tuenda, & exponenda fidei myſteria, ſeu alia quæ ſpeculativè, aut practicè geruntur in docendos Catholicos, à qua deſcriptione inferunt autores, & componunt, quando per contradictoria operantes laudabiliter operantur; ſic ergo difinitur cognitio non certa quæ veriſimilibus fulcitur rationibus, & Doctorum peritiſſimorum authoritate nititur; hinc argumentor ab ea ſententia oppoſita in clarius exemplum adducenda & aliquoties in hoc volumine tacta, noviter tamen ſemper fundamenta jaciens ad occurrendum ſcrupulis catholicorum; igitur diſputatur inter Doctores; an per ſe loquendo teneatur pænitens aperire cõfeſſario ut ipſi validè adminiſtretur Sacramentũ pænitentiæ, circunſtantias notabiliter aggravãtes; incerta & inevidens eſt, & opinio affirmativa, & negativa ego negativam tenens validã facio confeſſionem non explicando circunſtantias aggravantes: alter affirmativam defendens ſimiliter validam accipit abſolutionem, illas non declarans; ergo quia in his contradictoria eveniunt, per iſta, uterque laudatur; igitur etſi ambo illi Sacerdotes, in receſſu, & non receſſu contraria operati fuerint, uter laudandus optimè pronunciatur, unus quia ſolido fundamento probabili operabatur fugiens; alter quia probabili conjectura ducebatur non fugiens, per illos duos effectus quos cogitavit Caramuel in unjuſcujuſque mente occurrentes.

4. Laudo ſubtilitatem, diſplicet tamen doctrina in ſtabilimen; ad deciſionem diſcutere opportet difficultatem excitatam à Gabriele Enao parte 3. quæ eſt de miſſæ ſacrifitio diſp. 28. ſect. 10. ubi controvertit *an quandoque liceat in Miſſa interruptio per actiones extraneas ab ipſa quin ipſa relinquatur*: & aliquibus introductis num. 127. firmat. Caramuelem fundamentum dediſſe ex conſerentia qua utitur de interruptione in officio Divino ad aſſerendum poſſe Miſſam, etiam interrumpi, remittens lectorem num. 128. de illo ad Dianam, qui 11. parte tract. 1. qui eſt miſcellaneus, reſol. 10. veſtigat: *An ne de celebratione ſacri ſicut de lectione horarum erit philoſophandum?* In tertio quæſito rem individuat, cum Caramuele tomo 2. in Theol. fundamentali fundamento 53. §. 25. num. 1532. ubi hæc habet; *An qui celebrat poſſit legere uſque ad canonem, & poſtea denudare ſe, & ire ad ſua negotia, & poſt aliquas horas, reverti & Miſſam abſolvere*: num. 1533. reſpondet exemplo ſe declarans illius qui ſcribit ad Cæſarem v. g. ac ejus qui facie ad faciem Cæſarem alloquitur; ille inceptum Epiſtolæ periodum abſque Cæſaris irreverentia interrumpit, neutiquam *iſte*; ergo qui Chriſtum offert in ſacrifitium ſactum, cum facie ad faciem loqui videatur, illicebit abſque cauſa interrumpere; excuſabitur tamen dum leviter non fit ſubnectens ſequentia: *Hac cum ita ſint, quod mirum ſi Eccleſia multa toleret, aut levius interdicat in eo, qui legit officium, qua tamen tolerare non vult in eo qui Miſſam celebrat: cum oramus ad Chriſtum in Calo empireo reſidentem, adeoque abſentem, & à nobis diſtantem lacrymas & preces dirigimus; at vero in Miſſa Chriſtum realiter praſentem habemus* Æquivalet ergo Miſſa locutioni ad divinum numen de facie ad faciem, vel infieri ante conſecrationem, & poſt ſumptionem; vel infacto eſſe, peracta conſecratione, uſque ad ſpecierum conſumptionem; cum autem oramus nomine Eccleſiæ in officio Divino per horas Canonicas loquimur ad Chriſtum tanquam abſentem; ideo interruptio quæ in officio Divino non irrogat irreverentiam irrogare cenſetur in Miſſæ ſacrificio; in quorum tenorem relatus Diana ea parte 11. reſol. 10. §. dico, rectè ſcribit. *In celebratione Miſſarum propter reverentiam ad conficiendum Sacramentum, & conficiendum ſacrificium, Pontifices in jure Canonico, & rubricis Miſſalis circa dictam celebrationem multa praceperunt, qua non mendarunt in recitatione horarum Canonicarum*: Nihilominus nullæ ſunt leges prohibentes quod ſtante motivo urgenti, licitè non interrumpatur Miſſæ ſacrificium; quid mirum, dum Chriſtus docuit Math. 25. v. 23. *ſi offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adverſum te, relinque munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo*: ubi Maldonatus. *Rem Deo maximè gratam inchoatam jubet relinquere ut fratri reconciliemur*: praxiſque experitur interruptam Miſſam majorem ſcopo contionis populo proponendæ; vel ut ſuas Parrochiani Parrochi faciant oblationes, vel in anathema, ſeu edicta legenda ad offertorium; quomodo aut quando modica interruptio non illiceat, ea reſol. 10. §. ad dubium, ſequentia advertit Diana, dubitans; *An poſſit quis in Miſſa ordinem orationum invertere ſine mortali* & reſpondens negativè ſubjungit. *Quod probatur ex verbis Pii v. in principio Miſſalis ubi ait mandantes & ſtricte, omnibus & ſingulis in virtute Sancta obedientia ut Miſſam juxta ritum, modum, & normam qua per Miſſale traditur decantent ac legant*; ſed in Miſſali, titulo 10. num. 2. habetur ſic. *Si timeatur incurſus hoſtium, vel alluſionis, vel ruina loci ubi celebratur ante conſecrationem, dimittatur Miſſa, poſt conſecrationem vero Sacerdos accelerare poterit ſumptionem Sacramenti omiſſis omnibus aliis*: Ergo ſupponit rubrica peccare graviter dum non ſumit, inſtante periculo, quia de jure Divino eſt complere ſacrificium; & hoc præfertur iuri naturali de conſervanda vita; pro qua parte non vituperandi Præsbiteri, qui ante conſecrationem mortem fugerunt non autem poſt conſecrationem receſſit quo non abſtante veſtigandum venit; utrum citra præſumptionem irrogandi Sacramento irreverentiam, licita ſit fuga animo & propoſito regrediendi in compleudum & conſumandum tale ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium.

Digitized by Google

5. Duodecim motiva proponit relatus Enao ea diſp. 28. ſect. 11. in licitam interruptionem, & ſuppoſito quod pertinet ad remedium animæ proximi dum hic ſubveniendus eſt, aiente Diana 5. parte tract. 3. reſol. 70. *Si quis Sacerdos, quando eſt. celebrans petatur pro confeſſione alicujus pœnitentis in articulo mortis; ſi non ſit alius poteſt Miſſam inchoatam, etiam poſt conſecrationem relinquere ſervante interim aliquo Euchariſtiam; & ſecum defferre aliquam formam conſecratam, & extremam unctionem ad infirmum; & audita ejus confeſſione, & data Euchariſtia, & extrema unctione, dimiſſis tamen Pſalmis Pœnitentialibus ad Eccleſiam poſt revertatur ad perficiendum ſacrum.* Semper excipiendus caſus, *ſi irreverentia non timetur irroganda;* cum id præferatur cuique Charitati impendendæ proximo; igitur amiſſis interruptionis motivis, quæ ad me non pertinent, num. 133. Enao de eo de quo loquimur, ſic. *Iuſtè interrumpitur Miſſa, etiam poſt conſecrationem, ut Sacerdos invaſus ab iniquo, tueatur ſuam vitam; poteſt enim pro neceſſaria ſui defenſione dimiſſa celebratione fugere, aut cum moderamine inculpatæ tutelæ occidere invaſorem.* Urgentiùs in altero adducto ab eodem Jeſuita. *Iuſte interrumpitur Miſſa etiam poſt conſecrationem, ut Sacerdos defendat vitam corporalem proximi, qui occidendus ſit ab irruente; niſi Sacerdos ſuccurrat, quin ſufficiat aliorum adſtantium, aut Miniſtri auxilium.* Si enim pro aliena vita tuenda licita eſt Miſſæ interruptio potiori argumento, pro non amittenda propria; & licet rationem producat in id ſolidandum, commodiorem paritatem teneo, quando Sacerdos certò noſceret violandam ſeu polluendam Eccleſiam violenta ſanguinis effuſione, vel ſeminis humani impudicitia; etiam ex aliàs licita copula maritali; poſſet tutâ conſcientiâ, imo teneretur interrumpere ſacrum ſacrificium ne à ſe, vel ab alio in polluto & violato templo, & non reconciliato perficeretur ſacrificium; ſed vitans invaſorem qui celebrantem occidere tentat, vitat ne polluatur Eccleſia, ſimiliter impediens etiam poſt conſecrationem factam, ne proximus in ea interficiatur; igitur tutâ conſcientiâ, dum fugiens id vitat recedendo, & interrumpendo ſacrificium procedet; ergo ſi Sacerdos inductus à Caramuele fugiens Taurum, probaretur vitare, ſuo receſſu, ſanguinis effuſionem in violandam Eccleſiam, manebat convinctum licitè ab altari amotum, & interruptionem non vituperandam fore; videndus Bonacina, etſi ad alterum caſum tomo 1. quæſt. 4. iis quæ pertinent ad uſum matrimonii, puncto ultimo num. 20. etenim quamquam rubrica Miſſalis §. 8. num. 5. decernat de celebrante. *Si recordetur ſe eſſe excommunicatum, vel ſuſpenſum, aut locum eſſe interdictum, ſimiliter conteratur cum propoſito petendi abſolutionem ante conſecrationem; in ſupra dictis caſibus ſi non timet ſcandalum debet Miſſam inceptam deſerere;* ibi loquitur de loco interdicto, non de interdicendo ex violatione Eccleſiæ; præteritum impediri non poteſt; futurum in præjuditium, ſeu loci irreverentiam impediri quit; ergo etſi à rubrica ſpecificetur interruptio ante conſecrationem in loco interdicto, non extenditur ad illum qui interdicendus præſumitur; ſi igitur intrante in Eccleſia excommunicato notorio, etiam conſecratione facta interrumpitur Miſſa; nec continuatur uſque dum exeat, & celebranti licitum imo in conſcientia adſtringitur exortare, ut recedat, auxiliumque petere in illum amovendum, urgentiùs quando invadens in mortem violentam Sacerdoti inferendam machinatur; quo pacto in eventu conſulto quidquid ſit de morte fugienda ab illis irrationalibus, videtur non culpandus Sacerdos in quem tormentum bellicum emiſſum fuit, præſumens non inveroſimiliter mulierculæ illius vindicem iram; & patentiſſimè notum ſibi factum aſſeſſinos conductos, etiam ſub ea conditione, quod ſi aliter trucidare nequirent, quamtumvis in altare conſtitutum, necarent.

6. Confirmatur alia paritate in facto mirabili quod refertur de S. Philipo Neri, legiturque in ipſius vita lib. 2. cap. 1. pag. Mihi 83. aſſolebat peracta conſecratione poſt illas depreccationes; *Agnus Dei qui tollis peccata mundi*, prævenire, aut permittere Miſſæ adjutorem recedere, clauſaque oratorii janua ſolus manens per tres horas in contemplatione ſiſtens fervidiori mentis devotione interrumpebat ſacrificium, poſt quas tres horas ſumebat hoſtiam & calicem, ſingulari laude: tunc ſic: minus licet oratio mentalis voluntaria ad interruptionem, quam vitare ne locus ſacer violetur effuſione ſanguinis; ſed licuit ſingulari laude (ſit ut ait Diana hoc feciſſe S. Philippum Nerium peculiari inſtinctu, & divina motione) ergo in vitandam mortem polluentem Eccleſiam ob tuendam propriam, vel alienam vitam, licita erit interruptio ſacroſancti ſacrificii: quibus capio intelligentiam eventus ſanctiſſimi myſterii Darocenſis commemorati à Zurita tom. 1. ſuorum Analium lib. 3. cap. 22. contigit enim quod cum præclarus Bellator Auguſtus Jacobus Antono maſticè dictus, *el conquiſtador*. Obſideret quandam arcem fortiſſimam, nomine, *el Chio*, in eminentia nuncupata *Puche del codol*; expugnandaque nondum eſſet, uſque ad veſperam, ſex præcipui duces à capellano Miſſam audirent, in qua confeſſione Sacramentali prævia ſacrum Domini Corpus ſumere decreverunt; ſic in bellandum fidentiores: conſecratis ſex formis, poſt ſumptum à Sacerdote Dominicum corpus, & ſanguinem in ſacroſancti ſacrificii complementum, rumor bellicus auditur inopinatus, invadenteſque Mauri à longe conſpiciuntur, quin tempus ad foret ut illi ſex Catholici communionem acciperent; velociter ſurgunt, in arma properant manenſque Sacerdos apud altare; qui prudenter ſatagens, ne aliqua irreverentia ab infidelibus Euchariſtiæ Sacramento ſanctiſſimo irrogaretur, non cogitat, nec in mentem ejus venit ſex illas conſumere formas; eas in corporalibus involuit, ad pedem arboris Palmæ abſcondit, deſuper injiciens lapidum cumulum, ne in infidelium ſuſpitione veniſſet locus tantum divinum theſaurum continens, & irreverenter tractaretur; victores regrediuntur ad locum Catholici duces, ſuperatis & fugatis Mauris; illi celebrantem requirunt præberi ipſis communionem in gratiarum actionem de triumpho memorabili obtento; non modica, ſumma devotione proceſſionaliter in radicem arboris perveniunt cum luminibus, amovent ſaxa, corporalium lintheamenta inveniunt, in locumque aptum adducta diſcooperiunt; ſexque formæ ad rubedinem verſæ ita affixæ corporalibus ut nullo pacto ab eis amoveri quirent conſpiciuntur, admiratione & ſilentio plauditur inſolitum mirabile; nec conveniunt, unuſquiſque anxius in ſacrum Myſterium apud ſuos tenendum; lis finitur concordia pientiſſima, uniformi Conſenſu decernentes ornari jugum quantum attingit modicitas humana in Mula, relicta, ut pergeret à Divino Spiritu ducta in eam viam, qua ſua ſponte pedes moveret; ſequuntur duces, & populi in luminaribus ingentibus, Pſalmos canentes continuo Eccleſiaſtici ſodales; pervenienſque ad civitatem Darocenſem in Aragoniæ regno ſiſtit ad portam irrationale, flexiſque genibus vitam claudit, hodieque traditione inconcuſſa ſtatua mulæ marmorea conſervatur in Conventu Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis in quo per multos annos iſtud ſacrum myſterium permanſit, uſque dum authoritate

Digitized by Google

legitima tranſlatum fuit ad Eccleſiam inſignem Collegialem ejuſdem Urbis Barocenſis, ubi juge cum magna reverentia in Capella magnifica aſſervatur. Hæc adnxi in argumentum, quod ad vitandam irreverentiam loco ſacro, aut Euchariſtico Sacramento potius inſpirat Deus Miſſæ interruptionem; reſultans enim major Euchariſtiæ cultus miracula perficit conſervatione talium prædictorum formarum; præcipuè cum ab hiſtoriis habeamus Mathæum Martinez (qui præsbiter fuit conſecrans illas ſex formas) virum fuiſſe peculiariſſimæ ſanctitatis.

7. Liquet ab his duobus mediis poſſe excuſari illos Clericos celebrantes dum peracta conſecratione fugam ceperunt, nec in peccatum incidiſſe ab interruptione ſacrificii; unum, quia ſpeciali motione divina inſpiratus fuit in receſſum, ut ſic Euchariſtica veneratio radicitùs fidelium cordibus infundaretur; relinquente Tauro & alium celebrantem in Altari continuantem ſacrificium, nec accedendo in alterum altare, nec aut in hoſtia vel calice aliquid peragens fundendo ſanguinis ſpecies conſecratas per terram; nec putandum quod in pœnam peccati fugæ quod non perpetravit vulneraſſe Præsbiterum recedentem, ſed fortaſſis in exercitium patientiæ & meriti augmentum; nam ſi recedens non peccavit, ut ait Caramuel, culpæ pœna non potuit irrogari ex vulneratione: alterum medium fundatur in ſententia probabili, quod ad vitandam mortem propriam vel alienam ut retulimus num. 7. licet fugere, & interrumpere Miſſam; de Religioſo autem n. 1. propoſito recedente in dubium ſit non peccaſſe;& probatur per rubricam tranſcriptam num. 4. quandoquidem ante inchoatam conſecrationem, aut canon receſſit ab altari Tauro ingrediente, à quo excuſari videtur clericus inductus in conſultatione, dum propoſitum tenuit de redeundo in integrandum ſumptione ſacrificium quod inchoavit, ſi non præpediretur infirmitate illa, quæ ab inopinato ipſi evenit, & impeditus fuit; quid faciendum quando poſt conſecrationem violatur Eccleſia, nam in illo quem vulneravit Taurus fuit violenta effuſio ſanguinis intra pavimentum Templi Matritenſis Sanctæ Crucis ab impetu feræ irruentis: & memores de hoc fidem mihi fecerunt duo viri, videlicet tunc complutenſes Theologos tres ſenſiſſe violatam prædictam Eccleſiam, quod difficilè videtur; ſed gratis dato, ne in materia dubia tanti ponderis ſi contingat abſque ducatu procedatur, Gabriel Enao diſp. 28. de Miſſæ ſacrificio ſect. 1. ex Trident. ſeſ. 7. can. 23. & aliis Conciliis valde commendans ritus & rubricas Miſſalis obſervandas; num. 3. hæc habet. *Verba Concily Tridentini & Py 5. ſignificant præceptum; & præterquam quod ſonare præceptum graviter obligans, ipſa materia eſt per ſe gravis, ut pote pertinens ad Dei cultum, & ad peragendum ritè atque ordinatè tantum ſacrificium; nec non ad bonum, utilitatemque ſpiritualem fidelium*; quo non obſtante cum Marchino, & Tamburino, quos allegat, diſtinguit Miſſalis rubricas in præceptivas, & directivas; quaſcumque ad ſacrificium completè celebrandum ordinant Pontifices, præceptivas vocat; generaliter attendenda materia; Fuſiùs idem fundat numero 10. itaque Miſſale Romanum prævenit quid agendum à Sacerdote dum actu celebrans violatur Eccleſia, præcipiens §. 10. num. 2. *Si ſacerdote celebrante violetur Eccleſia ante Canonem dimittatur Miſſa poſt Canonem non dimittatur.* Quorum rationem aſſignat Bartholomeus Gavantus in rubricas Miſſalis parte 3. titulo 10. pag. 192. licet aliqualiter ſubobſcurè non explicans quid intelligendum poſt, vel ante canonem: ſic ſcribit. *Ratio eſt manifeſta quia ante canonem nondum eſt inceptum ſacrificium, poſt canonem verò eſt perficiendum*; Conſonè enim ad contexturam rubricarum. *Poſt canonem* idem videtur ſignificare; ac facta conſecratione cujuſvis ſpeciei ſigillatim, vel completè; deſumiturque argumentum ab altera rubrica ordinante, quid agendum quando poſt conſecratas ſpecies celebrans obiit, eo §. 10. num. 3. *Si ſacerdos ante conſecrationem graviter infirmetur, vel in ſyncopem inciderit, aut moriatur, prætermittitur Miſſa; ſi poſt conſecrationem corporis tantum, ante conſecrationem ſanguints, vel utroque conſecrato id accidit, per alium ſacerdotem expleatur ab eo loco ubi ille deſiit.* Ergo idem eſt in eo num. 2. citato *ſi violetur ante canonem*, ac ante conſecrationem: & in altero, *poſt canonem*, id eſt facta conſecratione; cujuſcumque fuerit ſpeciei ſive panis, ſive vini.

8. Tantopere cavet Eccleſia, & merito, ne incompletum maneat incruentum hoc, aliqua ex parte, dominicum ſacrificium, ſubjungendo pro celebrante infirmo interrumpente, quomodo inchoatum perfici debet ab eodem ſi poſſit: inquit. *Si autem non obierit ſed fuerit infirmus, adeo tamen ut poſſit communicare, & non adſit alia hoſtia conſecrata, Sacerdos qui Miſſam ſupplet dividat hoſtiam, & unam partem præbeat infirmo, aliam ipſe ſumit.* Præbet, communione laica, ſumit ſacerdotali communione, ergo qui ſupplet, non qui inchoavit, complet ſacrificium, eò quia qui iſtud incepit impotens eſt; pergit rubrica. *Si vero obierit* (adde Sacerdos qui inchoavit) *Semiprolata forma ſanguinis, tunc alter proſequitur, & ſuper eundem calicem repetat integram formam ab eo loco ſimilimodo poſtquam cœnatum eſt; vel poſſet ſuper alium calicem præparatum, integram formam proferre, & hoſtiam prioris ſacerdotis, & ſanguinem à ſe conſecratum conſumere, ac deinde calicem relictum ſemiconſecratum.* Eò quod ſemiconſecratus calix ſanguinem Chriſti non continebat; ob reverentiam tamen quia præparatus fuit ex oblatione: *Offerrimus tibi Domine calicem ſalutaris*, non alienandus à ſumptione; non quidem ſacramentali, ſed per lineam qua ſumitur purificatio digitorum in calice: occurrebat graviſſima controverſia; quæ de eſſentia Miſſæ ſacroſancti ſacrificii ſint, & præmiſſo non percipi mentem Scoti ab illis, qui putant ſubtilem Doctorem, duo in Miſſa ſacrificia diſtinguere, unum verbale, conſiſtens in oblatione tantummodo; alterum reale, & incruentum, quidditatum conſecratione & ſumptione, quia præceptor 4. diſt. 13. quæſt. 1. §. ad quæſtionem v reſpondeo quod oblatio num. 11. (idemque ſentit Gabriel) ſequentia ſcripſit: *Offertur hoſtia non conſecrata, & tunc eſt ſacrificium, non ſacramentum*; non percipientes præciſionem propriè dicti, inchoati, aut completi ſacrificii; mens enim Scoti cuique patebit legenti illum citatum: igitur decem concurrunt actiones in Miſſæ ſacrificio, de quibus excitari quit, in qua vel in quibus eſſentia ejus conſiſtit: primæ ſta: in oblatione panis ſeorſim per illam verba, *ſuſcipe ſancte Pater*; & vini in aliis. *Offerimus tibi Domine calicem ſalutaris.* Secunda in ambabus oblatis conjunctim quando profert ſacerdos; *ſuſcipe ſancta Trinitas hanc oblationem*; & hæc utraque eſſentialis ſacrificio non eſt. Tertia conſiſtit in oblatione corporis & ſanguinis Chriſti, conſecratis ambabus ſpeciebus in illa clauſula; *Offerimus præclaræ majeſtati tuæ de tuis donis ac datis, hoſtiam puram &c.* Quarta panis conſecrati fractio, utraque parte poſita ſuper patenam, fragmento manente miſcendo ſpeciebus vini; quinta ipſa mixtio fragmenti in calice; Sexta diſtributio hoſtiarum inter fideles accedentes ad communionem, ſi contingat: Septima exibitio ſacramenti in communione laica; Octava ipſamet ſumptio laicalis; Nona deſtructio ſubſtantiæ panis & vini, remanentibus accidentibus in inſtanti, A, v. g. ſubſequuto in momento, B. à conſecratione realiter, formaliter manens

u

Digitized by Google

corpus Chriſti, & ſanguinis ſub ſpeciebus conſecratis; plura videnda de his in claudio Saintes repetitione prima; quem cum S. Auguſtino tom. 9. tract. 29. in Joannem, variè commentantur moderni, præcipuè Conich. 3. parte quæſt. 83. art. 1. dub. 5. Concluſ. 6. Granadus tract. 14. diſp. 3. Cardinalis de Lugo diſp. 19. de Euchar. ſect. 5. & contra hæreticos Bellarminus lib. 1. de Miſſæ ſacrif. cap. ultimo; itaque indubitabiliter annuendo, de fide fore conſecrationem eſſentialiter pertinere ad quidditatem ſacrificii faciendam in utraque ſpecie, oblationem verò, fractionem, mixtionem, diſtributionem eſſentialiter ad ipſum, non attinere, de ſumptione tantummodo ſtat tota concertatio, utrum requiratur ad ipſum, taliter quod ſicut deficiente corpore, vel anima, quaque ſigillatim ſeparata dici nequit, eſt homo, qualiter copulatis ambabus partibus in uno; ita deficiente conſecratione, & ſumptione, moraliter in uno copulatis dici non poteſt, eſt Miſſæ ſacroſanctum ſacrificium; eaque propter in defectibus de non invento conſecrato vino, quia deceptus fuit ſacerdos putans, illud fore, cum non ſit niſi aqua, conſecrandum, & ſumendum vinum à rubrica præcipitur, & quamquam jejunus non ſit, eo naturali jejunio Sacerdos ex præcepto Eccleſiæ requiſito, celebranti ad complendum ſacrificium, jubetur ſumere.

9. Placita occurrebant Doctorum in hæc ponderanda; audiamus Suarium tom. 3. in 3. partem diſp. 25. ſect. 5. prope finem. *Concilium Tridentinum ſolum dicit, Eccleſia morem ſemper fuiſſe Sacerdotes celebrantes ſeipſos communicare, qui mos inquit tanquam ex traditione apoſtolica deſcendens, jure ac merito retinere debet; ubi nihil dicit de divino jure, nec traditio apoſtolica ſtatim infert jus divinum; nec tam intendit Concilium ibi dicere quid præceptum ſit, quam quid liceat, ſcilicet, quod liceat Sacerdoti offerenti communicare ſeipſum ut ſtatim Canone* 10. *diſinit; alia vero antiquiora decreta quamvis præceptum declarent, non tamen ſatis explicant jure divino latum eſſe, imo nec D. Thomas docet expreſsè, hoc eſſe præceptum juris divini.* Id dirigit in occurrendum concluſioni, quod ſumptio non pertineat ad quidditatem Sacrificii: nihilominùs negare non audet ab illo capite colligi, juris divini eſſe, & ad eſſentiam illius pertinere; inferri autem tale præceptum divinum Azor tom. 1. libro 10. cap. 19. §. quarto quæritur ab illis Dominicis verbis. *Hoc facite in meam commemorationem*; addens Jeſuita. *Quaſi diceret, conſecrate, offerte, & ſumite;* Nec obſtat dari caſum in quo diverſus ſit conſecrans & ſumens, nam ut ait Angelicus Doctor 3. parte quæſt. 86. art. 6. ad primum, ex Concilio Tolletano 7. *Cum enim ſimus omnes unum in Chriſto, nihil contrarium diverſitas perſonarum format, ubi efficatiam proſperitatis unitas fidei repreſentat*: Idem ac ſi ſcriberet: & ſic in neceſſitatis caſu inevitabili diverſus ſit ſumens, ac conſecrans, moraliter eadem perſona reputatur, quia unum ſumus omnes in Chriſto; ſic data ſententia aliquorum Scotiſtarum, qui nixi illis ſubtilis præceptoris verbis 4. diſt. 13. quæſt. 2. §. ſi objicis, num. 6. quod oblatio non pertinet ad rationem conſecrationis, nec neceſſariò requiritur, à quo putant, nec ſumptionem pertinere; ſalvantes adequatam Sacrificij eſſentiam in conſecratione tantummodo, per illa verba ex Synodo Toletana 12. cap. 5. *ratio Sacrificij eſſentialiter conſiſtit in ipſa conſecratione*, adhuc negandum non eſt ſaltem ex præcepto divino inducto illam ſimpliciter requiſitam, tanquam unum de partibus eſſentialiter integrantibus ad hoc quod in re ſit completum Sacrificium: qualiter dicimus diverſimodè exigi corporis partem integrantem, ut ſit homo; concurrit manus pars integrans, nec aliter caput vel cor; deficientibus enim illis manibus nempè, conſervatur homo & quamquam abſcindantur, & ſeparentur æquo lance pedes, auriculæ, ſeu nares, tamen homo permanebit; quando autem removetur à corpore caput, vel cor neutiquam, ſed periit homo; in quorum tenore loqui videtur Hicheus in Coment. ad quæſt. allegatam Scoti num. 75. cum ait. *Si autem propter conjecturas adductas dicendum videatur hoc eſſe præceptum divini juris, ad difficultatem propoſitam reſpondendum eſt, tale præceptum non colligi ex ſola ratione, nec ex natura Sacrificii ut ſic, ſed ex traditione & ſenſu Eccleſiæ, quo intelligimus hanc fuiſſe Chriſti voluntatem; non quia ſumptio ſit de ſubſtantia Sacrificii, ſed ut myſterium Euchariſtiæ omni ex parte, tam in ratione Sacrificii quam Sacramenti conſumeretur, & ad uſum reducatur, ſaltem à Miniſtro publico, conficiente illud, & præterea ut Miniſter ipſo opere ſe exhibeat perfectum Miniſtrum, oſtendendo ad ſe Sacrificium pertinere; ſeque illi conſentire, eſſeque diſpenſatorem illius cibi cujus primo fuit particeps.* Igitur vel de formali, quia ad eſſentiam Sacrificij pertinet ſumptio, vel de conſequenti ex divino præcepto, & Chriſti inſtitutione, ad hoc quod ſignificatur ſenſibiliter per ſumptionem, Miniſtrum diſtributionis Sacramenti Euchariſtiæ, negari non poteſt, ſumptionem ſpecierum conſecratarum ſimpliciter requiri, ut perfectum & completum ſit Miſſæ Sacrificium quandoquidem, etſi non ſit, nec detur ultra partem integrantem, eſt conditionis illarum quas expreſſimus in capite, & corde, ſine quibus, nec datur, neque permanet homo.

10. Qua præſuppoſita doctrina ad eventum conſultum, & in inducta de Sacerdotibus fugientibus taurum invadentem per aſſerta à rubrica Miſſalis, de celebrante incidente in mortem, ſeu languorem ex Syncope, aut vomitu, vel dementia, ſeu altero impoſſibilitante ſumptionem perficiendam ab eodem ipſo qui ſpecies conſecravit, ſubſtitutus alter Phiſicè, etſi non alius moraliter, diſtinctione utendum, præcipuè in illo celebrante, qui audito ſtrepitu tormenti bellici, receſſit ab altari fugiens; nam vel animum habuit redeundi in Eccleſiam, ſecurus conſtitutus à cuſtodia, ne occideretur, ſeu diſceſſit ſine ea intentione inquirendi qui à morte liberaret, & periculum removeret ut ſumptione compleret Sacrificium; ſecundo modo revera peccavit mortaliter, non quia fugit, aut interrupit ſacrum Sacrificium, ſed eo quod fregit divinum præceptum intentione illa efficaci de non conſumendis illis ſpeciebus à ſe conſecratis; ſin vero receſſus convincatur primo modo compoſitus cum propoſito efficaci & firmo redeundi ad ſumptionem talium ſpecierum conſecratarum à ſe, nullo pacto culpandus; quia occurrens interruptio ex præcepto poſitivo prohibita, & conſervatio vitæ ex jure naturali, illud huic cedit: quod probatur paritate quam advertit Auguſtinus Bernal diſp. 27. de Euchariſtia ſect. 14. §. 2. num. 38. ubi diſputans, quando liceat Sacerdotem latinum in fermentato conſecrare, quin nec venialiter peccet, ait; *Poſſet tamen licitè Sacerdos Græcus in Eccleſia ſua panem azimum adhibere; & latinus in ſua fermentatum ad evadendum mortis periculum, dum tamen iſtud in Eccleſiæ, vel religionis contemptum non ei inferretur, ſive intenderetur; prior pars eſt clara, quia lex humana, cum tanto periculo non obligat; conſecrare autem in Azimo determinatè, & in fermētato determinatè, lex humana eſt* Ergo cum interruptio, vel nō interruptio lex humana ſi, dum propoſitū, & intentio efficax manet complendi Sacrificium non obligat cum periculo vitæ, advertendum tamen valdè, quod ſubjunxit in occurrentia, quando non reſultat contemptus, quo innuitur, quod ut receſſus talis celebrantis fuerit inculpabilis præſumere tenebatur nec tantillam irreverentiam irrogan-

Digitized by Google

dam ſpeciebus conſecratis, quia dum ipſam cautelabat, graviſſimè culpandus erat fugiens; eo enim caſu prævalebat præceptum divinum juri naturali de conſervanda propria vita; & hinc diſtinguendæ provinciæ ſeu oppida in quibus talis interruptio inveniri quit: nam vel ſunt Regiones ubi permittuntur Judeorum, ſeu Hæreticorum, vel Maumethanorum domicilia, qualiter in aliquibus partibus Italiæ, Judæi, Galliæ, Angliæ, Alemaniæ, Hæretici; ſeu Regio eſt velut inHiſpania in qua nullus infidelis conſentitur; hic enim in noſtra Hiſpania ſecuriùs poſſet fugere ſine contemptus cautela; alibi non ita, cum poſſet judicare ſtratagemata Infidelium fuiſſe, in irreverentiam irrogandam Sacramento, tormenti bellici ſtrepitum. Dicis etiam in Hiſpania ſunt plures latrones, & præſumi poterat ſtratagema furum fuiſſe in capiendum Calicem & patenam de argento, quod fieri nequibat abſque contemptu Sacramenti; in quod confirmandum abundant, quæ reffero ſect. 22. de Conceptione num. 560. de Sacrilego latrone qui tot prætioſa furatus fuit ab Imagine ſacerrima Angelica del Pilar: & poſtea ſuſpendio in furca pænas luit; ergo ſimiliter præſumptio poterat eſſe in Hiſpania: fatebor, ſed in eventu conſulto collatis circunſtantiis de notitia quam tenuit Sacerdos inquiſitus ad mortem ex malitia muliebri, vehementior erat ſuſpitio tormentum bellicum non ab intentione furti faciendi procedere, niſi in eum occidendum, & ita honeſtari potuit nec condemnari illicitum receſſum illius qui tantopere, ut diximus metuebat evidenter occidi.

11. Aliter objici poterat: plus eſt ob tuendam vitam Sacerdotis celebrantis iterare conſecrationem in materia diſtincta à jam conſecrata, quam fugere aſſeſſinos occidere tentantes, vel Taurum invadentem illum qui celebrat; ſed primum non licet; ergo nec licebit alterum; futilis inſtantia: tranſeat major nego minorem ex rubrica Miſſalis §. 10. num. 6. *Si aliquod venenoſum ceciderit in Calicem, vel quod provocaret vomitum; vinum conſecratum reponendum eſt in alio Calice; & aliud vinum cum aqua apponendum denuo conſecrandum; & finita Miſſa ſanguis repoſitus in panno lineo, vel ſtupa tandiu ſervetur, donec ſpecies vini fuerint deſiccatæ, & tunc ſtupa comburatur; conbuſtio in ſacrarium conjiciatur*: & num. 7. de ſpeciebus panis. *Si aliquod venenoſum contingerit hoſtiam conſecratam, tunc alteram conſecret, & ſumat, modo quo dictum eſt, & illa ſervetur in Tabernaculo, loco ſeparato, donec ſpecies corrumpantur, & corruptæ deinde mittantur in ſacrarium.* Gavantus lib. citato in hanc rubricam alterum addit eventum in quo licet Sacerdoti quod innuimus; inquit. *Adde hoc loco, quod ea quæ ſunt à fulmine facta, venenata cenſentur, ex Genuenſi in ſua praxi Neapolitana cap. 39. qui caſus accidit anno 1601. in Calice à fulmine tacto poſt conſecrationem, & ita fuit à Doctoribus deciſum.* Si reſpondeas has rubricas loqui de unaquaque ſpecie conſecrata ſigillatim ſumpta, non autem de ambabus in quo contingente illa quæ præceſſerat conſecrata, jam ſumitur; at in celebrante fugiente tormentum bellicum, utraque ſpecies manebat conſecrata; contra aſſentiamus mulierculam aliter cogitaſſe Sacerdotis homicidium, ponendo venenum in hoſtia & vino, quibus conſecratis Deus revelatione privata, tum evidentia in atteſtante, notum faceret celebranti ambas ſpecies venenoſas; vel demus ſacriſtam fæminę conſenſiſſe, & prudentia ſilentioſa quia conterit dictus Sacriſta monere celebrantem, utramque ſpeciem venenoſam; vel poterit in ambabus iterare conſecrationem, vel non; primùm dat intentum; ſecundum inveroſimile apparet; quia licet ſit de jure divino ſumptio, non obligat cum diſpendio vitæ quando aliter, ac ab individuali ſumptione compleri quit Sacrificium; igitur ſpecies noviter conſecratæ diſtinctum iſtud ab illis quæ præceſſerunt conſecratæ non conſtitúunt; nam nova conſecratio, qualiter diximus de Sacerdote, qui complet ab altero conſecratum in ſumptione moraliter eſt eadem cum præcedente, etſi Phiſicè loquendo ſit diſtincta, modo quo plures hoſtiæ in communionem præbendæ uni dumtaxat, quāquam phiſicè diſtinguantur inter ſe, moraliter ad idem numero ſacrificium attinent; & cum renovatur ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum plurimæ in uno eodemque Sacrificio conſecrantur, nec omnes à celebrante conſumuntur; & in Viaticum, & ad alias communiones reſervantur apud ſacrarium; quid amplius in eo quod præcipit Eccleſia ex rubricis tranſcriptis, & ponderatis, à benignitate apoſtolica tam prudenter & cordatè diſpoſitis, in his quæ Chriſtus ei commiſit, nec per inſtitutionem divinam voluit decerni, poſitivo præcepto ſolummodo humano relicta directione, ne mors celebranti contingeret & à ſacrificio nocumentum ipſi eveniret.

12. Confirmatur & roboratur à communi doctrina de metu cadente in virum conſtantem qui cauſat regulariter involuntarium mixtum cum voluntario; & ut ait Scotus 4.d.19.q.1.§.dicit etiam v ad tertiū n.12. *In inductione per terrores multū eſt de voluntario & parū de involuntario*: Quaſi dicat cauſat involuntarium ſimpliciter, & voluntarium ſecundum quid; in quorum conſonantiam valdè propriè ac genuinè Scotiſtæ diſtingunt opera facta cum metu, vel ex metu peracta, *cum*, involuntaria non cenſentur, imo & voluntaria ſæpè comperiuntur; at ſi operentur, *ex*, tunc ſubtilis Præceptoris doctrina exprimitur *cum per terrores opera*, inquit, multum de involuntario & parum de voluntario tenere; nec diſſentit Thomiſtica ſchola, annotante Monteſinos tom. 1. in 1. ſecundæ quæſt. 8. ad art. 6. Angelici Doctoris, §. ſecundo obſervandum. *Aliud eſſe fieri aliquid cum metu, aliud vero fieri ex metu, quia Martyres revera habuerunt metum mortis, imo & Chriſtus habuit mortis metum, triſtitiam, aut timorem; non autem mortui ſunt ex metu: ad hoc ergo ut aliquid dicatur fieri ex metu opus eſt quod metus influat aliquomodo in id quod fit ex metu, imo comparatur metus tanquam actus imperans reſpectu ejus quod ex metu fit:* quibus innuit, quod ſicut imperium eſt cauſa & occaſio qua actus imperatus prodiit, nec ſi imperium non eſſet actus imperatus exiſteret, ita utrumque evadere ejuſdem conditionis ut facta ex metum unicè cauſam recognoſcant, ergo gerens vices imperii metus ad operationes quæ timore fiunt, iſtas ſui tenoris efficiet, & procedere ex eo tanquam à cauſa efficienti, opera autem peracta cum metu iſtum non recognoſcunt imperantem; eaque propter ly *ex* cauſabit involuntarium ſimpliciter excuſans à culpa in ſubſequuto poſitivo actu, vel mera omiſſione; non autem, ſi cum metu perficiantur; eatenus Chriſti mors, & Martyrum ultima hora, involuntaria eis non dicenda, imo ſimpliciter & undique voluntaria: *Oblatus eſt quia ipſe voluit*: de Domino prophetavit Iſaias cap. 53. v. 11. & in hoc diſtinguitur mors Martyris à flagitioſorū ſtrāgulatione; iſti, ex, &, cum, metu; illi cum, ſine metu; quia non ex metu, quo pacto communiter Doctores invalidant contractum ex gravi metu incuſſum, præcipuè ſi inſit ille qui dicitur cadens in virum conſtantem, etiam in majoribus ſacris contractibus, quales ſunt matrimoniales, in ſacramento; & votorum in profeſſione Religioſa: igitur ab hoc capite providentiſſimè proſpiciens Eccleſia mortis timorem cadere in virum conſtantem diſpoſuit, ne voluntarium aliquod in Miſſæ ſacroſancto ſacrificio miſceretur licere interruptionem ſacrificii, præciſo, & non occurrente ſanctiſſimi Sacramenti contemptu, ſeu irreverentia, ut finem ponam

Digitized by Google

nam in tot inductis de ſacerdotibus fugientibus Taurum, aut de illo qui permanſit, aſſentio Carameli; *uter laudandus*; cum precautionibus à me notatis; de eo vero qui tormentum bellicum fugit eodem pacto philoſophabo, & non eveniente irreverentia Sacramenti, intendenteque ipſo ad perficiendum ſacrificium regredi, nullo pacto peccaſſe ſiquidem *cum*, & *ex* metu receſſiſſe videatur, principaliter verum exiſtens, ut credo, quod recenſuerunt, qui referebant præſentem tragædiã ab antiſtite loci viſitatum fugientem infirmum conſolatum, valdeque reſolvi potuiſſe interdictum ob flagitium perpetratum contra perſonam repreſentantem Chriſtum.

CONSULTATIO XXXVI.

De Sacriſta Eremitam percutiente, declarato incurſo in Canonem.
Si quis ſuadente Diabolo.

PLURIES monuerat quidam Sacriſta Præsbiter Eremitam ut eleemoſinam non efflagitaret niſi ad Eccleſiæ Valvas, nihilominus inſiſtebat ille in eam petendam, dum Miſſæ ſacrificium celebrabatur: contigit ut die feſtiviſſimo prędictus ſacerdos ſacriſta in Miſſam offerendam exiret, magnuſque populi concurſus ad eam audiendam occurrebat, cumque vivorum memento inchoaretur valde inquietabat Eremita audientes, nec modicè ipſum celebrantem; qui bis populo alloquutus, oravit hominem vociferantem ejicere, nec Eleemoſynam elargiret ullus; Eremita parvipendebat quod ipſi ſuggerebatur; poſtquam à veſtibus ſacris denudatus, gratias egit; exienſque in Templum, verbis aliqualiter aſperis increpat audaciam Eremitæ, qui inſolenter reſpondit; videnſque Sacerdos nullam inveniri viam ut ad portam Eccleſiæ eleemoſinam eflagitaret, ſumpto baculo ipſius Eremitæ graviter coram innumerabiles teſtes vulnerat uſque dum in terram cecidit ferè mortuus defluente cruore à capite non remotè ab ea parte, quæ pulſus dexter dicitur; violatur Eccleſia, interrumpuntur ſacrificia & cantus; à ſuo Ordinario percutiens carceratur, cauſa agitur juridica & conteſtata lite, poſt declaratum Sacriſtam incurſum in Canonem, *ſi quis ſuadente Diabolo*, propter Eremitæ vulnerationem, condemnatur ad publicã abſolutionem in Templo Cathedrali, ſervatis à judice recenſitis decretis à ſacra pænitẽtiaria ut publicus clerici percuſſor abſolutionis beneficium obtineat, juxta relata à Filliutio tom. 2. trac. 15. cap. 2. quæſito. 10. num. 45. reclamat reus, ſe gravatum ab ordinario, nec Eremitam gaudere privilegio Canonis proteſtatur, de ſententia appellat, & quid procedat petit Antiſtes, quoad conſcientiæ forum.

SUMMARIUM.

TRIPLEX Eremitarum differentia n. 6.

Religioſi mendicantes & Monacales eximii Eccleſia Eremita n. 1.

Qui apud Montem-ſerratum vivunt exemplariſſimi n. 1.

De iſtis omnibus certiſſimum privilegio fori gaudere, non aliter ac cateri regulares, n. 1.

De eremitis qui nullius obedientia voto ſubjiciuntur & in habitu regulari incedunt, inquiſitum, n. 3.

Novitij, & donati Religionis approbata reductivè perſona Eccleſiaſtica, n. 1.

Voto aſtricti Eremita, & alicui Religioni addicti privilegio fori gaudent, n. 1.

Relatio de Eremita percuſſo; & quale ejus Eremitorium, n. 1.

Motiva antiſtitis procedentis contra ſacriſtam percucientem Eremitam, n. 2.

Quid eſt ſub obedientia Epiſcopi conſtitui, n. 2.

Laudes de vita Eremitica, n. 2.

Antiqui Eremita exemplariores, & in perfectione praclari valde, n. 2.

Vno ex duobus mediis contingere quit Eremitam obedientiâ ſubdi Prælato, n. 2.

Montis-ſerrati Eremita, an veri Religioſi, n. 2.

Praciſo Sacramento ordinis, quando Eremita verè ſaculares n. 2.

Antequam in vitam ſolitariam ſe conferrent aliqui Eremita jam rigoroſiſſimè erant Religioſi, n. 3.

In vetuſtioribus Eremitis Spiritus ſanctus ſuâ gratiâ ſupplebat profeſſionem regularem qua deficiebat ipſis

Thoma-Francez. de Vrrutigoyti.

n. 7.

Percutiens illum qui alicujus Eccleſia ſervitio eſt addictus, an in excomunicationem incurrat, n. 3.

Diviſio obedientia in eam qua generalis dicitur, aut ſpecialis nuncupatur. n. 3.

Quibus ſignis patebit Eremitam de familia Epiſcopi computari, n. 3.

Habitum non facere Monachum, remiſſivè quoad Eremitas, exponitur, n. 3.

Equivocè, ſimilitudinariè, non formaliter, & in re Eremita quidam Religioſi dicuntur, n. 3.

Non levi, gravi fundamento ducendus ille qui alterum declarat in excommunicationem incidere, n. 4.

Juſta, vel injuſta ſit lata excommunicatio, timenda, & obſervanda, n. 4.

Illa vero, qua notoriè nulla eſt, contemnenda nec curanda, n. 4.

In excommunicationis validitatem, ſeu nullitatem triplex medium, ut qualis ſit, cognoſcatur, n. 4.

Quem effectum in appellatione obtinet, hac cenſura & devolutivum ne, vel ſuſpenſivum tantum, n. 4.

Eremita in habitu donati, non diſcedens à gremio Religionis privilegio fori gaudet, n. 5.

Declaratio ſacra Congregationis penes Eremitas n. 5.

Varia inducta in examen quando numerandi inter perſonas Eccleſiaſticas, n. 5.

Aliqui etiam de rigore clerici fori immunitate privantur ſeu pro eis hac ſuſpenditur, n. 5.

Digitized by Google

Significatum hujus nominis Monachus *univocè ſeu de rigore vocis , n. 6.*

Sub clauſula , Clericus , Religioſus , *in favorabilibus continetur , n. 6.*

Donati dicti ; Tertiarii , de ſerie Religionis computantur , n. 6.

Diſcrimen dictorum (qui pro domicilio tenent Conventum) oblati , converſi , Laici , Monachi , n. 6.

Benedictina vetuſtiſſima Religio ſub eorum nominum diviſione , plures tenebat , n. 6.

Differentia Eremitæ percuſſi , licet cordam Franciſcanam , & capucium portaret , n. 7.

Legitima intelligentia axiomatis , habitus non facit Monachum , *n. 7.*

Quatuor vota exemplificata dicta , obedientiæ , caſtitatis , paupertatis , & fidelitatis , n. 7.

Monitiuncula contra prætextantes vitam Eremiticam ad Vitia , n. 7.

Diſcrimen votorum ſimplicium conſtituentium verè Religioſos ac non conſtituentium , n. 7.

Vota ſimplicia Religioſum propriè dictum conſtituentia matrimonium dirimunt , n. 8.

Ea quæ emittunt coadjutores Societatis Jeſu , quæ parte perpetua , n. 8.

Differentia votorum ſimplicium in Religione Societatis ac in ea quæ viſitationis dicitur , n. 8.

Tertiarii Franciſcani ex præciſa profeſſione , nec reductivè Religioſi , n. 8.

Privilegio fori non gaudent ab eo , n. 8.

Ridiculum , Tertium ordinem à ſæculari ſtatu non deducentem , Religionem nuncupari , n. 8.

Qui Eremitæ , ſi delinquunt , puniuntur à ſæculari judice , n. 8.

Donati de familia conventus , exempti , n. 8.

Novum jus inductum pro voto ſimplici caſtitatis , à Pellizario expoſitum , n. 9.

De Eremitis ſeu Tertiariis viventibus in communitate quid , n. 9.

De Mulieribus in Beaterio vitam agentibus : n. 9.

Beateria non extrahunt ex ſe à linea ſæculari , n. 9.

Tria aſſignata à Barboſa ut ſuffragetur quis canone fori , n. 9.

De Clericis in Minoribus ordinati conjugatis , n. 10.

Equites ordinum Militarium , & in conjugio etiam gaudent privilegio fori , n. 10.

1. TRIPLICEM Eremitarum differentiam tangit Lezana tom. 1. in ſumma parte 2. de caſibus conſcientiæ ad perſonas Religioſas utriuſque ſexus expectantibus cap. 6. num. 1. advertens verè Religioſos aliquando in jure appellari , Eremitas , inter quos numerat ſuos Carmelitas , nomenque Montis-Carmeli originem ſumpſiſſe dicti quidem , *Carmeli Eremitæ* ; Auguſtinianos , cujus Religio in jure nomenclatur , *Eremitarum ſancti Auguſtini* ; Camandulenſes cujus ordo confirmatur ſub titulo *Eremitarum Camandulenſium* ; & in Bulla Leonis X. facultatem ipſis concedentis in benedicendam Domini coronam , *Eremitæ de Camandola* appellantur ; videndus Barboſa in Collectaneis deciſionum apoſtolicarum. Collect. 327. præcipuè num. 15. ubi refert conceſſionem factæ Congregationis rituum expeditam 25. Januarij 1602. ad favorem Abbatis generalis dicti ordinis ; De iſtis in dubium eſt gaudere privilegio Canonis , quia ſunt verè regulares in tota proprietate , mendicantes , aut Monachales ; alii ſunt Eremitæ de quibus Rodriguez tom. 2. quæſt. regularium , quæſt. 66. art. 2. per ſequentia. *Eremitas vitam religioſam profitentes , ſuperiorem habentes , & in approbato ordine vivendi per ſummum Pontificem , & non poſſunt habere proprium , inter perſonas Eccleſiaſticas connumerantur , & privilegio fori fruuntur , ita ut ante Judicem ſæcularem minimè poſſint conveniri.* Hi ſunt qui apud Montem-ſerratum in principatu Cathaloniæ exemplariſſimam ducunt vitam ; & de iſtis certum eſt , privilegiari à Canone. Tertium genus eſt illorum , qui voluntariè vitam Eremiticam tenent , ſed ſub nullius obedientia ex voto , conſentiente eis Diœceſano uti veſte ſimili regulari , eleemoſynas eflagitantes , nec etiamſi nubere poſſint , caſtè vivunt , non tamen fruuntur privilegio fori , qualiter donati , ſeu Tertiarii dicti Franciſcani & cujuſvis alterius Religionis fruuntur urgentiùs & cujuſlibet ſtatus regularis novitij , aut ſimiliter Monialium Profeſſarum ſive Noviciarum , quę perſonæ Eccleſiaſticæ reductivè dicuntur : hinc Dianam cap. 9. parte tract. 4. reſol 11. quædam referentem verba à Caſtro Palao numero ſequente danda , qui certum aſſerit Eremitas ſub nulla regula approbata ab Eccleſia , privilegio fori non gaudere quantumvis ſimilem geſtent habitum in eadem forma , regulares in profeſſione religioſa aut eorum Novitii utuntur , & à Coninch. tomo de Sacram. diſp. 14. dubio 15. num. 64. in rationem dubitandi tranſcribit : *Utrum verò Eremitæ hoc privilegio gaudeant ; non eſt ita certum ; multi aſſerunt ; alij verò negant ; vide ſilvium , verbo Eremita , ſubjunget probabile eſt eos ſolos qui alicui religioni per vota adſtricti ſunt , aut ſaltem alicui Prælato Eccleſiaſtico , ratione voti , aut muneris quo alicui Eccleſiæ deputati deſerviunt , & ſunt ſubjecti :* Igitur ſi de his erat percuſſus Eremita , probabile videbatur fori privilegio gaudere : inquiſitum tamen ac examinatum juridicè inventus fuit aliquibus votis adſtrictus , & in more & conſuetudine fuiſſe immemoriali commendatum Eremitorium quoddam illi , qui ex devotione curam gerere vellet de ejus ornatu , atque conſervatione : ordinario approbante formam habitus quem geſtabat , in eo autem Eremitorio oratorium erat , approbatum ab Epiſcopo in celebrandas Miſſas , quæ repetebantur ob imaginem devotiſſimam , in cujus patrocinium accurrebant gravidæ fœminæ ; & parturientes , præcipuè illam invocando , ſubſidiabantur ; qua ratione per novenarium ad ultimos gravidationis menſes viſitabatur frequenter ; nec permittebant ordinarius , aut oppidi Gubernatores capellanias ibi inſtitui ; nec alterum niſi Eremitam ea in domo habitare habitu conceſſo ab Epiſcopo ; nullo Noviciatus anno præmiſſo niſi quibuſdam votis infra expreſſandis , facultate permanente apud Gubernatores , & ordinarium ad removendum vel conſervandum illum , prout eis libuerit.

2. Conſpiciamus motivum , quo proceſſit ordinarius in declarativa ſententia contra ſacriſtam ; nec aliud attingere potui niſi quod ex Diana colligitur ea reſol. 11. per tranſcripta verba , à quodam auctore dicto Leon tract. de cenſuris recolect. 5. num. 52. (quem non vidi) ſuntque ut teſtatur , hujuſmodi. *Eremitæ enim* , ait , *non ſolum gaudent hoc privilegio quando vivunt in communi ſub aliquo Prælato Eccleſiaſtico ex tacita vel expreſſa Pontificis authoritate , de quibus non eſt difficultas apud Doctores quibus accedit Boſius ſect. 2. caſu 22. num. 60. ſed etiam quando non vivunt in communi , ſed ſeorſim cum habitu religioſo alicui ſacro loco ſub obedientia Epiſcopi vel alterius Prælati* , ſed eremita percuſſus , erat in habitu religioſo ſub obedientia Epiſcopi ; ergo ſuffragabatur à Canone ; minorem probo explicando , quid ſit ſub obedientia Epiſcopi conſtitui ; & ſuppono eremitas qui nunc frequenter ſoli vivunt non fore de illis quos memorat S. Auguſt. tom. 1. ſuorum operum lib. 1. de moribus Eccleſiæ Catholicæ cap. 31. circa quos tot elogia congregat ut de viris in majori ſanctitate præclaris ultra progredi non apparent laudes : Ve-

tum

Digitized by Google

rum hoc diſputare longum, & ſupervacaneum puto; ſub una clauſula Sui antiſtitis Hypponenſis contentus cum ait *Cui non ſua ſponte mirandum, & honorandum videtur oratione noſtra videri quis poteſt.* Admiranda de vita eremitica, & qualiter gerenda pertractat, eo tom. 1. in appendice lib. de vita eremitica ad ſororem (non negabo, ſub lite tamen eſt an ſcriptus à S. Auguſtino, quod renuunt fateri aliqui occaſione quia capite 14. mentionem facit regulæ S. Benedicti, ſimiliter cap. 19. & cap. 45. allegat Gregorium Magnum, cujuſvis fuerit, proficua valdè comperitur doctrina) cap. 1. illa epilogavit in exortatione ad quamdam ipſam *ſunt quidam quibus inter multos vivere pernitioſum eſt; ſunt & alij quibus etſi pernitioſum non eſt, tamen diſpendioſum eſt; ſunt & nonnulli quibus nihil horum timendum eſt, ſed potius magis eſtimant fructuoſum; itaque antiqui, vel ut vitarent periculum, vel ne paterentur diſpendium, vel ut liberius ad Chriſtum anhelarent, vel ſuſpirarent amplexum, ſingulariter vivere elegerunt: hinc eſt quod plures in eremo ſoli ſedebant victum manuum ſuarum opere ſuſtentantes:* quid Paulo, aut Antonio celebrius; vel eminentius, de iſtis non ſunt, utinam forent, qui nunc vitam profitentur eremiticam, quamtumvis ſub obedientia Epiſcopi in ea ſolitudine domicilium teneant; obedientia uno ex duobus mediis contingere quit, aut proveniens à pacto inter eremitas unum de eis ex conventione ipſorum ſuperiorem conſtitutum qualiter poſſet intercedere, cum famulus conducitur ad ſerviendum herum; aut à voto ſimplici, ſeu ſolemni, quo tali obedientia adſtringuntur, ſicut contingit in eremitis montis ſerrati, quorum profeſſio eſt regularis, licet ſeorſim vivat unuſquiſque in ſuo eremitorio, tenentur tamen parere Abbati illius ſacræ Marianæ domus, non aliter ac Benedictini de familia in eo Monaſterio; ergo eremita percuſſus uno ab his duobus mediis ſi ſuffragabatur Canone, erat ſub obedientia Epiſcopi; inde remittens ſe Diana ad Lezanam expreſſè *Privilegio Canonis, ſi quis ſuadente, non potiri eos eremitas qui ſub nullius obedientia vivunt*, & concludit: *Nec illos percutientes in ſententiam excommunicationis incidunt niſi forſan in ſacris conſtituti fuerint*: quo indagatum fuit, utrum percuſſus eremita in ſacris minoribus ordinibus conſtitutus, & inventus nec coronam, nec ullum gradum ex minoribus ab eo acceptum; urgebat ſacriſta pro nullitate cenſuræ latæ ab Epiſcopo contra ipſum, & invaliditate declarationis incurſus.

3. Occurrebat ordinarius validas prætendens ſuas declarationes, & præmiſſis quibuſdam Suarii verbis tom. 4. de religione tract. 9. lib. 1. cap. 1. num. 11. ſic illa in medium deducebat; loquens de ſanctis Canonizatis, Jeſuita, veros Religioſos & in rigore negans. *Aut enim dicendum eſt hos ſanctos Patres priuſquam in eremum ſeceſſerint religioſam profeſſionem in manibus Epiſcoporum feciſſe, quod eſt divinare, cum in hiſtoriis, eorum non legatur; aut dicendum eſt eos non fuiſſe propriè & formaliter Religioſos quoad ſtatum publicum & approbatum jure ordinario in Eccleſia; ſed fuiſſe Religioſos apud Deum altiori ratione ſpecialiter approbata à peculiari ſpiritus ſancti inſtantia; quod videtur ſignificaſſe S. Thomam quaſt. 188. art. 8. cum ait in illis ſanctis viris ſpiritum ſanctum ſuâ gratiâ ſuppleviſſe, quid in aliis per exercitationem acquiritur: unde dicere poſſumus in eis fuiſſe ſtatum Religioſum quaſi eminenter, per abundantiam gratia confirmantis illos quaſi immobiliter in tali modo vivendi, & ſupplentis directionem obedientia, quam aliis fieri ſolet, & in illis ſanctis erat perfecta in animi præparatione, reſpectu Prælatorum Eccleſia:* Igitur ſi hæc obedientia ſpecialis Eccleſiaſticos propriè dictos conſtituebat illos ſanctos Eremitas, propriè dictus Eccleſiaſticus quilibet eremita dicendus erit qui obedientiæ Epiſcopi adſcribitur, deſtinatus ſervitio alicujus oratorij, ſeu Eccleſiæ; ſed percutiens propriè dictum Eccleſiaſticum ſervitio Eccleſiæ adſtrictum incidit in cenſuram Canonis, *ſi quis ſuadente*; ergo ſacriſta percutiens illum eremitam in excommunicationem incidit, præcipuè tenentes declarationem ſacræ congregationis E. D. C. relatam à Barboſa in collectanea Apoſtolicarum deciſionum, collect. 324. voce eremita, huius tenoris. *Eremita qui à ſtatu ſæculari ad eremum, aſſumpto habitu, loco, & modo vivendi de licentia Epiſcoporum tranſeunt dicuntur perſona Eccleſiaſtica. Sacra Congregatio Epiſcoporum in Fundana 17. Ianuarii 1594.* Qua deciſione fit ſatis alteri eiuſdem ſacræ Congregationis tranſcribendæ n. 5. & componendæ cum iſta. Nec urget ſi dicatur Angelicum Doctorem ſecunda ſecundæ q. 86. art. 5. ad 3. proferre *Ab Epiſcoporum obedientia, neque eremita, neque aliquis Prælatus Religionum excuſantur*: nam à contextura patet loqui S. Præceptorem de obedientia generaliter capta, non vero orta aut voto religioſo in profeſſione, à quo eximimur per decreta Apoſtolica à juriſdictione ordinariorum ſæcularium, neque ſi radicem teneat in aliqua connotatione, qua parere tenetur quis Epiſcopis, per quam aut de ſua familia conſtituetur, vel reducitur ad ſervitium Eccleſiæ, quibus in caſibus ſuffragari Canone videtur; ergo quamquam ex præciſa ratione agendi vitam eremiticam, neque à voto obedientiæ non ſuffragaretur Canone, percuſſus à ſacriſta eremita, videbatur faveri propterea quia per connotationem ad ſubjectionem Epiſcopi, quaſi de familia eius conſtituebatur; præcipuè cum eremitorium ubi ſancta imago erat, & in quo ipſe degebat ſub Dominio Epiſcopali, cum his vel illis conditionibus à teſtatore qui fabricam erexit, ſubdebatur, & quaſi ſi oratorium palatii foret, habebatur. Hinc intelligendum venit, quod Pellizarius tangit tom. 1. tract. 1. cap. 2. num. 17. *Cum in citatis iuribus,* (hæc erant capite, ne nimia de Religioſis domibus in 6. cap. Religionum ibi) *Sit ſermo de Religione, aut ordine, quo fit profeſſio vitæ communis, & alicuius modi vivendi, qui per receptionem plurimi congregari, & per ſucceſſionem conſervari poſſint, ſub illo non comprehendantur agentes vitam ſolitariam, aut privatim viventes in ſuis hoſpitiis, ſic & non prohibentur ſervire Deo in habitu quaſi Religioſo*: Nihil certius eremitarum habitum dictum religioſum non eſſe regularem formaliter quamquam per analogiam quandam ſeu ſimilitudinariam impropriętatem ex dictione *quaſi*; eorum habitus religioſus quaſi dicatur; attamen quia habitus non facit Monachum ex dandis n. 5. certiſſimum erat percuſſum eremitam, Monachum non fuiſſe ipſi in quaſi, cum nulla ſucceſſio de ea quam advertit Pellizarius, in ſua vita ſolitaria verificaretur; at propter connotationem ex obedientia ad Epiſcopum aut voto ſeu aliàs inducta, & alia quæ præmiſimus videbatur ſuffragari Canone tanquam perſona Eccleſiaſtica, eo quia ſervitio Eccleſiæ, & de familia antiſtitis reputabatur.

4. Hæſitabant valde aliqui tam debili fundamento in re tanti momenti qualis eſt aliquem declarare incurſum in excomunicationem majorem & quomodo judex legitimus Curiæ ordinariæ Eccleſiaſticæ duci quibat & procedere judicandum eſt timoratæ conſcientiæ antiſtite in promulgando excommunicatum ſacriſtam, ab eo quandoquidem ſi præmiſſa doctrina vim teneret percutiens pueros tali eremitæ adhærentes in ſervitium eius quales erant aliqui, qui ibi offerebantur authoritate Epiſcopi, & de beneplacito eius, gauderent privilegio fori, præterquam quod, ſimile inconveniens occurreret quando quis, aut

Digitized by Google

quadrigatores, vel Palafrenarios antiſtitum percuteret, cum non minus ex pacto iſti adſcribantur ſervitio palatii in quo eſt oratorium, quam eremitorium illud additum Epiſcopali domui, & nunc intrabat moleſta quæſtio quam peracutè tractat, & profundè N. Antonius Cordoüa in ſuo quæſtionario lib. 1. quæſt. 3. diſcutiens: *Quomodo excommunicatio injuſta ligeet*; ſupponens ad limen, duplicem fore, unam nullam; alteram validam, ſed injuſtam; primam vocat; *Quæ nullius valoris eſt; neque ullum habet effectum, neque ullo modo obligat, aut ligat, ad aliquam pænam, nec ad eam ſervandam in foro conſcientiæ, vel Eccleſiæ; neque vero ſententia, vel excommunicatio niſi nomine tenus eſt, & appellatur; & hæc, ſi notoriè patenter vel manifeſtè de eius nullitate conſtat, neque tenenda, vel obſervanda, ſed contemnenda; id eſt, nullo modo, neque in publico neque in ſecreto, neque in foro Dei, vel Eccleſiæ curanda eſt*; & §. ſecundum punctum, *injuſtam* non tamen nullam, tripliciter diſtinguit procedere; vel ex judicis animo, quia proceſſit ab eo per odium, livorem, vel vindictam, exiſtente juſta cauſa; ſecundo ex inverſo, & non obſervato ordine juris, contra aliquem tenorem ſacrorum Canonum, capite cum medicinalis, eo titulo in 6. tertio ex defectu cauſæ; de qua cenſuras mirificè idem Corduba §. tertium punctum; *Quia ſi in veritate non eſt cauſa, aut non vera, ſed falſa, vel ſolum præſumpta, puta quia innocens ſecundum allegata probatus, nocens, excommunicatur ut nocens, ſi non facit hoc vel illud: aut quia non eſt cauſa ſufficiens aut digna excommunicatione; puta quia pro re vel furto parviſſimi momenti, aut pro peccato veniali; vel quia quis non facit tale quid, quod licet non ſit peccatum, eſt tamen in præjuditium ſeu gravamen ipſius excommunicati, & injuſtè id illi præcipitur, ſeu petitur ab eo, puta quia non dat librum ſuum, aut quia non denunciat juridicè peccatum proximi ſecretum; quod probare non poteſt, de quo jam ille omnino correctus, & emendatus eſt; aut quia difficillima ad quæ non tenetur agit*; has generaliter excommunicationes timendas, etſi injuſtas, conformi ſenſu doctores tenent ex communi proloquio; *Juſta vel injuſta excommunicatio timenda, tenenda & obſervanda*; cumque ſacriſtæ notoriè cognitum non fuerit, utrum nulliter, vel injuſtè ab antiſtite declaratum, aut declarandum incurſum in Canonem, *ſi quis ſuadente*, propter percuſſum eremitam, timere excommunicationem, tenere, & obſervare adſtringebatur; dum interpoſita appellatio ab illo declarata non fuerit, tenere effectum devolutivum, & ſuſpenſivum inſimùl; ex Canone *omnis oppreſſus*; Canone *placuit* 2. quæſt. 6. quin nos immiſceamus, ad quem judicem pertineat id declarare, an à judice à quo, an à judice ad quem videlicet gravamen manifeſtum, gravaque fore; capite, *finem de dolo & contum.* cap. *conſtitutis* 46. de appellationibus; videndus Fragoſus parte 1. lib. 8. diſp. 24. §. 1. num. 11. inſimulque appellatum intra juris terminos aſſignatos in decem diebus, ut idem Fragoſus §. 4. num. 43. & Lezana tom. 3. verſo appellare: omitto alia quæ Canoniſtæ diffundunt, in caput, *bonæ memoriæ* de appellat. Igitur ſemper ſacriſta erat cautelandus dum non probaretur notarietas nullitatis.

5. In hanc rem ſuſpenſus, dictamen propulare nolui niſi viſo proceſſu & interrogatorio adductiſque contra ſacriſtam adductis illis inveni ſoliditatem qua ducebatur antiſtes in una articulata formata in eo, ſi quidem exprimebatur ſacriſtã percuſiſſe eremitam fruentem privilegio Canonis, *Si quis ſuadente*, ab hoc quia conſentiente quadam Religione approbata in qua Donatus profeſſus erat, ad Epiſcopi petitionem inſerviebat eremitæ eodem habitu, ac cæteri Donati ſeu tertiarij prædictæ religionis induebantur, in qua articulata allegabatur petitio facta ſacræ congregationi Cardinalium ſub hoc tenore quam refert Barboſa volumine titulato, de univerſo jure Eccleſiaſtico lib. 1. cap. 39. num. 44. *An oblati alicujus religionis judicandi ſint perſonæ Eccleſiaſticæ.* Et reſpondet ſacra congregatio 26. Januarij anno 1626. *Oblatos privilegio & exemptione, ita demum debere potiri ſi in forma juris valida, perpetuò irrefragabiliter & cum effectu ſe ipſos & bona ſua omnia præſentia, & futura, nulla prorſus, quamvis minima eorum portione, neque in uſu fructum ſibi obſervata, religioni obtulerint, & habitum aliqualiter mutaverint, quod ſi omnia prædicta ſimul non concurrant, neque fori privilegio, neque immunitate à ſæcularibus exactionibus, frui poſſe*: igitur à contradictorio ſi omnia prædicta ſimul obſervent concurrentia, & ſpecificata, fori privilegio, & immunitate à ſæcularibus exactionibus fruentur, ſed eremita percuſſus eà profeſſione perpetua, in ſimul ea omnia obſervavit; ergo ſuffragabatur à Canone, & percutiens ipſum in cenſuram latam ab eo quod dicitur, *ſi quis ſuadente*, incidet; quia in iſto verificabatur perſonam Eccleſiaſticam fore; & inter tales perſonas computabatur, non quidem intuitu titulationis eremitæ, niſi per reſpectum ad profeſſionem factam in approbato ordine per aggregationem ad religionem; in quem ſenſum Hieronimus Garcia, varia fundat de Donatis ſeu tertiariis ſuæ Religionis tom. 1. politicæ regularis tract. 7. dub. 3. ubi etiam adducit declarationem ſacræ congregationis tranſcriptam; & inde num. 5. excludit dubium quod occurre poterat, proferens aliquos authores quos refert Lezana affirmantes, quod ut Donati ſeu Tertiarii Religionis privilegiis ſuffragentur debent vitam agere in Conventu Ordinis: ut Lezana reſpondet, id neceſſarium non eſſe in eis privilegiis quæ non præjudicant Epiſcopis, videndus eo tom. 4. cap. allegato n. 6. ergo nunc tenorem Canonis, *ſi quis ſuadente Diabolo*, audiamus. Quod eſt 17. quæſt. 4. *Si quis ſuadente Diabolo manus violentas in Clericum, vel Monachum injecerit, Anathematis vinculo ſubjaceat, & nullus Epiſcoporum illum præſumat abſolvere, niſi mortis urgente periculo, donec apoſtolico conſpectui præſentetur, & ejus mandata recipiat.* Licet quoad abſolutionem commiſſam, & quæ iſtæ ſint, pertractat relatus Garcia tomo 2. allegatæ politicæ regularis tract. 10. diff. 5. dub. 4. punct. 1. à num. 5. & de aliis exagitabilibus penes hoc Bonacina tom. 3. diſp. 3. de excommunicatione in particulari extra Bullam Cænæ, diſp. 2. quæſt. 3. punct. 6. ſect. 5, per totam; ex juris capitibus comperiamus quis nomine, *Clerici*, aut *Monachi*, cenſendus; pro parte quà clericus gaudet prædictis canonis privilegiis, de Eremita nulla erat difficultas, quia nullo ex minoribus gradu Sacramenti ordinis ut præmiſimus initiatus erat; cap. cum contingat, de ætate & qualitate, cap. Clericus 21. diſt. ſi conſtaret, urgebat adhuc controverſia utrum Donatus factus, quia degradatus, & reſtabat probare non maritatum, nec criminoſum incorrigibilem, cap. degradatio de pænis in 6. cap. 1. de Clericis conjugatis in 6. & cap. 1. de Bigamis in 6. Clementina de vita & honeſtate Clericorum; gloſſa in caput 1. eodem titulo: quod cum in articulata non allegaretur, nihil conducit ad rem; quamquam conduceret hoc obſtante niſi probaretur quod beneficium Eccleſiaſticum tenebat ſufficiens in conſtituendum Clericum per proventus ſibi reſultantas ab Eremitario. Non me latet Dianam part. 3. tract. 5. Miſcel. reſol. 82. firmare quod ut Clericus Canone fruatur, Beneficio non indigere; ſed intelligitur, dum conjugatus non ſit, nam à matrimonio omnem amittit immunitatem, quem lucratus fuerat ex Sacramento ordinis dicto de minoribus gradibus accepto.

Digitized by Google

6. Voce *Monachus* probandum eſt faveri eremitam, de qua Pellizarius tomo 1. in ſuo manuali regul. tract. 1. cap. 5. ſect. 1. num. 11. *Nomen Monachi juxta frequentem uſum non tribui Clericis regularibus, ſed tantùm illis Religioſis, qui propriè ſunt Monachi, ſiquidem juxta primævum jus, ac inſtitutionem, Monachi à Clericis diſtinguebantur, 16. quæſt. 1. per multa capita: unde fit, ut quando jura, præſertim odioſa, volunt comprehendere omnes Religioſos ſimpliciter loquuntur de regularibus, ut Conſilium Trident. cap. 1. de regular. & ſequentibus; quæ vox eſt univerſalis, aliàs expreſſè nominando, Monachos, & Clericos, aut Canonicos regulares ubi Clementina 1. de ſtatu Monachorum; quod tamen non procedit in favorabilibus, ac in iis quæ per ſe ſolum reſpiciunt ſubſtantiam, aut decentiam ſtatus religioſi:* ergo ſi donati, ſeu Tertiarii ſubſtantiam & decentiam ſtatus religioſi reſpiciunt, nomine Monachorum, ſi non directo, reductivè, & formaliter veniunt intelligendi, ut ſuffragentur immunitatibus & privilegiis conceſſis Religioſis, præcipuè favorabilibus; ſed eremita percuſſus connumerabatur, & in re erat donatus, ſeu tertiarius Religionis approbatæ, & id plenariè in proceſſu probabatur; ergo Sacriſta illum percutiens ritè declarabatur incurſus in Canonem, *ſi quis ſuadente;* ergo excommunicatio lata ſeu ferenda, nec injuſta, nec nulla cenſenda, & appellatio ſeu gravamen frivolum, & parvipendendum apparebat: procedit Pellizarius ut decidat; an & in quibus locis poſſint regulares baptiſmi Sacramentum miniſtrare, tom. 2. tract. 8. cap. 3. ſect. 1 num. 2. *Licet in capite, placuit, citato, expreſſa mentio fiat ſolum de Monacho; ibi tamen nomine Monachi veniunt omnes Religioſi non habentes curam animarum, quod innuit gloſa his verbis; non habentibus populum; ſiquidem ubi ratio prohibitionis non fundatur in ſpeciali conditione Monachatus, ſed in generali ſtatu Religioſi appellatione Monachi veniunt omnes:* quaſi dicat, veniunt omnes Religioſi directè pertinentes ad religionem, ex profeſſione ſolemni; vel reductivè ad eam attinentes, quales ſunt novitii, Donati, ſeu tertiarii dicti, argumento deſumpto ab Azore tomo 1. lib. 12. cap. 16. § nono quæritur, ex gloſſa in Clementina 1. de decimis, & cap. ex eo de electionibus in 6. cap. verbo oblatus; & notandæ ſunt clauſulæ Jeſuitæ. *Poſt inſtitutum à S. Benedicto Monachorum ordinem introducta eſſe in ſingulis monaſteriis tria hominum genera, ita ut alii dicantur oblati, alii converſi, alii Monachi; oblatus eſt inquit Panormitanus qui ſe & ſua monaſterio obtulit, habitu non mutato: converſus vero, qui ſe & ſua obtulit habitu Religionis ſuſcepto, & regula profeſſione emiſſa, eſt tamen admiſſus ut Laicus, qui numquam ordinibus inniciatur, nec eſt ad cantum in choro, addictus* (quibus inferes cur hi Laici vocantur, non quia ſtatum regularem non profiteantur niſi quia conveniunt cum ſæcularibus, ſeu Laicis in hoc quod ad ordines Sacros ſuſcipiendos non deſtinantur, neque ad ſolvendum in cantu Divinum officium) *Monachus vero eſt qui in ſodalitatem admittitur tanquam idoneus & habilis ad ordines ſuſcipiendos, & tempore ad id conſtituto ad eos promoventur:* Decurrente tempore poſt Benedictinam Religionem inſtitutam, diviſa eſt ſeries oblatorum, in quaque Religione ſacra, remanentibus in uno extremo illis oblatis, qui ſua, & ſe monaſterio offerunt habitu non mutato: & iſti privilegio Canonis non fruuntur; nec excommunicantur qui ipſos percutiunt: alii ſunt oblati in altero extremo, qui ſe & ſua ordini offerentes mutant habitum (etſi non ſimilem per totum) in eum qui portant caputium, per aliquod non abſimile in forma, & colore aliquali, & hi ſuffragantur non altera linea, quam novitii privilegiis ejuſdem ordinis; ergo ſi de his oblatis erat percuſſus eremita, percutiens eum in Canonem, ſi quis ſuadente, incidit.

7. Ab his liquet diſcrimen cujuſdam eremitæ percuſſi portantis caputium, ſcapulare, & cordam Franciſcanam, aut corrigam Auguſtinianam, quin percutiens inciderit in Canonem, ab iſto qui introducitur in conſultatione; contra illum allegabatur, & optimè proloquium Concilii Maſticonenſis cap. 5. ad quod ſe refert Trident. ſeſſio. 14. de reformatione cap. 6. *habitus non facit monachum;* de quo axiomate citatus Azor lib. 12. cap. 2. §. tertiò quæritur, & ex jure Tuſcus tom. 4. practic. concluſ. lit. H. Concluſ. 12. num. 2. cum pluribus aliis citatis à Barboſa in axiomatibus juris uſu frequentibus, axiomate 109. num. 1. alioqui percutiens parvulum, ex devotione omnimode ſimilem habitum gerentem, incideret in Canonem ſi quis ſuadente; quod ridiculum quiſquis judicabit: ergo à præciſa deportatione habitus ab eremita, hic non cenſendus ſuffragari privilegio fori, quamquam in more eſſet, ſic commiſſum illi eremitorium, qualiter gerebatur cum eo quem percuſſit Sacriſta, fiebat enim primo ſummaria coram judice ordinario de moribus, & vita ejus qui vitam ſolitariam ibi erat per acturus, dumque illa ab Epiſcopo civitatis, ſeu à proviſore, Vicario Generali approbabatur coram duos Eccleſiaſticos vocatos in electionis teſtes electus monebatur an ſe tranſactis duobus annis adſtringi vellet voto obedientiæ, paupertatis, caſtitatis, & fidelitatis; obedientiæ quidem ad Diœceſis illius ordinarium; paupertatis in nullum Dominium acquirendum niſi uſu facti præciſo ad ſuum victum, & veſtitum, cætera vero ſibi legata, vel hæreditario jure pertinentia, & quæcumque de eleæmoſinis eflagitatis, cederent in eremitorii augmentum & emolumentum; fidelitatis in non defraudandum, & rationem reddendam de omnibus, ordinario loci, manentibus dum taxat neceſſaria pro ſui victu & veſtitu illius diſpoſitioni; ſervandamque perpetuò caſtitatem; cumque ſponte, libera optione id vovere decerneret, ea emittebat in manibus ordinarii vota, his teſtificatis à notario publico; & quoties in aliquo ſeu aliquibus delinquebat ab ordinario Eccleſiaſtico puniebatur: laudanda hæc conſuetudo eligendi eremitas; ſi ita omnes qui de eremitoriis curant probarentur, & coarctaretur ad eam vitam anachoreticam obſervandam, non tot inconvenientia experirentur de pluribus qui ſua vitia prætextant ex habitu eremitico: quamvis enim illa quatuor vota ſimplicia præceſſiſſent non fruebatur talis eremita privilegio Canonis, ſicut hic qui introducitur in hac conſultatione: nam illa ſimplicia vota non excedebant nec alterius ſeriei erant, quam quilibet ſæcularis poterat emittere etiam uxoratus; nec inveniebatur, nec reperiebatur titulus quo reductivè comprehenderetur nomine Monachi, eo pacto ac eremita à Sacriſta percuſſus; nec talia vota computari poterant inter ea ſimplicia quæ coadjutores dicti Societatis Jeſu emittunt in prima profeſſione; nam ſi eremita maritaretur validum faceret matrimonium etſi peccaret mortaliter, & à debito petendo inhiberetur; at de votis biennii coadjutorum Societatis Jeſu, Pellizarius tom. 1. tract. 4. cap. 3. ſect. 2. num. 29. convincit, *Dirimere matrimonium ratum ſubſequens, idque ex jure novo inducto à Gregorio xiii. ut diximus ſectione præcedenti* & fuſius oſtendit *Suarez, tom. 4. de Relig. trac. 10. lib. 4. cap. 1. num. 8. non tamen matrimonium ratum præcedens, quod facilè probari poteſt, tum quia nullum adbeſt ſufficiens fundamentum id aſſerendi, cum in toto ſpeciali jure Societatis, neque in conſtitutionibus, neque in Bullis Apoſtolicis illius nihil declaretur; tum quia Gregor. xiii. in conſtitut. quâ*

Digitized by Google

declaravit per vota ſimplicia biennii quæ fiunt in Societate Dirimi matrimonium ſubſequens, nihil de hoc puncto innovavit. Ergo non ſumitur argumentum de uno ad alterum.

8. Nec curo de voto ſimplici Religioſarum viſitationis, quod dirimit & præcedens, & ſubſequens matrimonium, nam diſcrimen eſt ad oculum; quia vota ſimplicia coadjutorum Societatis Jeſu, non ſunt perpetua ex parte Religionis acceptantis, etſi perpetua ſint ex parte voventis, ideo ipſi habitum dimittere non poſſunt, bene privari eo valent à Religone, quæ facultatem apoſtolicam obtinet diſſolvendi in expulſo eam perpetuam obligationem, qua aſtringebatur pro parte ſua; at moniales de viſitatione inſtitutæ & fundatæ à S. Franciſco Saleſio (de quibus egi tom. 2. certam diſp. 5. ſect. 19. in laudem earum) non emittunt hoc tenore ſua profeſſionis vota ſimplicia, quæ non ſolum ex parte voventum perpetua ſunt, verum à à prælata nomine religionis acceptantis perpetuitatem tenent, ita ut talia vota Religioſarũ viſitationis partim conveniant cum emiſſis à coadjutoribus Societatis Jeſu, videlicet quod ſimplicia ſunt & partim differunt, quoad acceptationem; ſimiliter cum votis ſolemnibus concordant à perpetuitate, diſcriminantur propter carentiam ſolemnitatis ſic talia vota ſimplicia dirimunt ſubſequens matrimonium ex novo jure, nec ſi expellantur maritari valent, ad differentiam expulſorum à Societate jam ſic: eatenus cenſentur Eccleſiaſticæ perſonæ dictæ moniales viſitationis, Societatis Jeſu coadjutores per vota ſimplitia (dum iſti durant quin expellantur) quia à ſede Apoſtolica, vera propria & realis profeſſio ex votis ſimplicibus declaratur impropiè dicta religione non alia ſerie ac ſi profiterentur in votis ſolemnibus; & eatenus directè, non reductivè, dicuntur pertinere ad lineam eorum, qui ſuffragantur Canone, ſi quis ſuadente, ſub ea voce qua monachos nominat; ſed quamtumvis quatuor iſta vota eremitæ aſſignata fuerint perpetua, & ex parte voventis, & pro Epiſcopi acceptantis parte, nullatenus proffeſſum Religioſum conſtituebant nec directè, nec indirectè aut reductivè dicendum perſonam Eccleſiaſticam ergo nõ ſuffragabatur Canone à præciſa ratione votorũ: ſic non urgente altera ratione, in excõmunicationem non incidebat qui illum percuteret, minor probatur, Votum quod non dirimit matrimonium ſubſequens, prout non diſpenſatur, ſeu irritatur, etſi perpetuum ſit in re non conſtituit religioſum; ſed votum caſtitatis poſt duos eos annos ab eremita inductũ non dirimebat matrimonium ſubſequens, ſi fugeret ille, & alibi maritaretur, ergo non erat de ſerie illorum quæ dicuntur directè vel reductivè conſtituere perſonam Eccleſiaſticam in fruendum fori privilegio: cũ igitur alia tria vota non alterius lineæ forent, idem convincitur. Quibus patet ridiculum, ne dicam cenſurandum indignum quidem nomine opinionis dictamen, ſeu pronunciatum illorum, qui clamant, nota & parenti ignorantia uxoratos terciarios ſuffragari privilegio fori, ex Canone, ſi quis ſuadente; eo quia non aliam profeſſionem emittunt in tertio Ordine, ac terciarii quos donatos vocamus, nomenclanteſque talem tertium Ordinem, veram & rigoroſam Religionem; contra quos non alio utor argumento, niſi paritate, de experientia capta; non inæquè ſuffragantur Religioſi cujuſcumque ordinis à Canone, ſi quis ſuadente, quam à privilegiis de exemptione à juriſdictione Epiſcoporum, ſeu Ordinariorum loci, & ab indulto de non ſolvendis decimis ex hæreditatibus ſeu prædiis ſub ſuam ditionem contingentibus; ſed terciarios uxoratos videmus non aliter ac quoſlibet alios ſubdi Epiſcopis, & Parrochis in adminiſtratione Sacramentorum, & aliis; excommunicarique ab eis ſi non ſolvant decimas; alias ſi flagiria perpetrent digna ſuſpendio in furca vel vapulatione, aut ad triremes, à ſæcularibus judicibus condemnati, & eorum cauſas tractari in ſuis tribunalibus; ergo vel dicendum eſt iſtos judices excommunicatos (quod ipſi ridebunt, & ritè) ob fractam immunitatem Eccleſiaſticam penes tales tertiarios uxoratos; vel eos non ſuffragari jure Canonis *ſi quis ſuadente,* cum directè, nec reductivè illi pertineant ad Religionem, qualiter tertiarii, quos donati vocamus, qui cum reductivè attineant ad illam & eximuntur à juriſdictione Epiſcoporum, nec à ſæculari judice puniri queunt: ergo pro hac parte utriuſque eremitæ differentia patet, ut percuſſus quamtumvis in eo præceſſerint vota, nullatenus favebatur Canone ſicut alius inductus in conſultatione ex dictis quod pertinebat reductivè ad religionem approbatam.

9. Regulam aſſignabo pro fundanda paritate in diſparitate aſſignata de Religioſis Societatis Jeſu in votis ſimplicibus, ex l. præcipimus cod de appellationibus quam notavit Pellizarius capite tertio citato, eo num. 29. ut occurrat objectioni; quomodo ſicut ad tempora Gregorii XIII. votum ſimplex caſtitatis non dirimebat matrimonium ſubſequens, patitur dirimendum in eis coadjutoribus permanentibus in Religione ſacra Societatis Jeſu; inquit, & elegantiſſimè: *per novum jus non diſcedimus ab antiquo, niſi quatenus in novo expreſſum eſt*: Ergo ſi in novo jure expreſſo à Gregorio XIII. pro coadjutoribus Societatis & à Paulo V. pro monialibus viſitationis expreſſum eſt novum jus de dirimendo matrimonio ſubſequenti ex voto ſimplici caſtitatis, non autem prò aliis, antiquum in ſuo robore manebit pro iſtis, non autem pro illis; ſunt autem veri Religioſi; & formaliter & directè; inde annuo Bonacinæ tom. 3. diſp. 2. quæſt. 3. punct. 6. ſect. 3. num. 10. aienti. *Religioſi nomen in hac re non ſolum accipitur pro illis, qui profeſſionem emiſerunt, verum etiam qui illius ſtatus ſunt participes, ut ſunt Tertiari gregatim viventes novitii, & alii*: Et ſpecialiter loquens de eremitis ſubjungit: *Patet hoc privilegium extendi ad eremitas, qui in communitate vivunt in aliqua congregatione gaudente hoc privilegio, vel ad eos qui vivunt in communi ſub aliquo prælato ex tacita vel expreſſa ſummi Pontificis authoritate quamvis in ea Religione non fiat profeſſio*: poſt concludit cum aliquibus quos citat. *Hoc privilegium extendi putant ad eremitas, qui peculiarem vivendi modum tenent, habitum Religioſum deferunt, ſacro loco ex obligatione ſervientes, ſub obedientia Epiſcopi, vel alterius prælati;* ſupponitur tamen modum illum vivendi, tacitè vel expreſſè approbatum à Papa; tenore quo aſſeritur, mulieres viventes de communitate in beaterio, quamquam vota ſimplicia non emittant, ſi præcedit in eis authoritas Apoſtolica talem modum vivendi approbans, vel tacitè, vel expreſſè eo privilegio Canonis gaudere, ut patet in hac civitate Cæſarauguſtana in Collegio dicto de las virgenes, de quibus aliqua tetigi conſult. 3. conferens tale beaterium, cum aliis ejuſdem lineæ, ad differentiam aliarum fæminarum, quæ licet de communitate vivant non ſuffragantur privilegio fori, quia earum modus vivendi, nec tacitè, nec expreſſè approbatus ab Eccleſia habetur; quale eſt beaterium ejuſdem civitatis Cæſarauguſtanę dictum *de las Beatas de ſancta Roſa*, & aliud ejuſdem urbis appellatum, *de las hermanas recogidas*; in iſtis duobus beateriis nullo modo dicendum extrahi à linea merè ſæculari, ſicut in illo nuncupato de las virgenes, quod authoritate Apoſtolica fulcitur ex novo jure; juxta placitum à Pellizario inductum, ea l. allegata, præcipimus; *per novum jus non diſcedimus ab antiquo niſi quatenus in novo expreſſum eſt*: ergo ſi expreſſum non eſt pro

Digitized by Google

duobus beateriis niſi pro primo, iſtud ſuffragabitur, non duo illa; igitur dum jus favet uni eremitæ non alteri ille qui ſuffragatur, potitur Canone, non alius; ſed} qui percuſſus fuit à ſacriſta ſuffragabatur ab hoc quod reductivè pertinebat ad Monachos de cujus Religione erat oblatus, donatus, ſeu terciarius; ergo congruentiſſimè, æquitate juſtitiæ declaratum fuit, ſacriſtam incurſum in canon, *ſi quis ſuadente*, iniquèque reclamabat reus de injuſta lata ſententia quæ non ita, niſi legitima nullum nec minimum imponens ipſi gravamen, & delictum atrox puniens pœna debita.

12. Eundem ſenſum tenent clauſulæ Auguſtini de Barboſa collectan. in Trident. ad cap. 6. ſeſſionis 23. num. 20. ubi tractat. quid requiritur, aut quæ concurrere debeant, ut in ſuffragium alicuius cedat allegatum canon, ſcribit. *Vt Clericus privilegio fori gaudeat requiri, & ſufficere unum ex tribus infra ſcriptis, videlicet quod Clericalem habitum & tonſuram deferens alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſerviat; vel quod Clericalem habitum, & tonſuram deferens in aliquo ſeminario de licentia Epiſcopi degat; vel quod in habitu & tonſura deferens in aliqua ſchola de licentia Epiſcopi verſetur:* Ut quid tam ſollicitus de ferenda tonſura, nonne quia hæc ſignum eſt approbationis Apoſtolicæ, qua hic manifeſtè patet ſuffragari illo Canone? ergo taſis approbationis expreſſò vel tacito, à Canone non favetur; ſed Eremita percuſſus à ſacriſta deferebat ſignum apptobationis Apoſtolicæ, quod reductivè pertinebat ad eam Religionem in qua erat tertiarius, dictus Donatus, & ex contractu, & pacto publico Notorio & Epiſcopi cum Prælato prædictæ Religionis diſcedebat à communitate Monaſterii, fine & ſcopo curam gerendi de eo Eremitorio, & augendi cultum, & ornatum eius; ergo omnia requiſita tenebat ut ſuffragaretur Canone, *Si quis ſuadente*; & patet amplius ab his quæ Caſtro Palao punct. 13. citato §. 1. num. 5. profert de Græcis Clericis conjugatis (nam inter Latinos, votum caſtitatis, quod in ſuſceptione majorum ordinum emittimus dirimit matrimonium) ait, *A privilegio Canonis & fori excluduntur Clerici conjugati, dum habitum, & tonſuram non deferunt iuxta textum in cap 1. de Clericis in 6. & inſuper ſervitio alicuius Eccleſiæ ab Epiſcopi deputatione vacant:* unde non faveantur privilegio Canonis? nonne à carentia tonſuræ, quæ carentia notū non facit ſtatutum ſuum ab Eccleſia Apoſtolicè approbari? igitur ſtante tali ſigno ſequitur oppoſitum, ſuffragari Canone; ſed tale ſignum erat in Eremità percuſſo quando vulneratus à ſacriſta fuit; ergo Canone ſuffragabatur; quin nos immiſceamus; an equites ordinum militarium, quales ſunt S. Joannis Hieroſolimitani, S. Jacobi Apoſtoli, S. Georgii dicti de Monteſa, Alcantaræ, Calatravę, & aliorum ſuffragentur privilegio fori; & diſtinguendum eſt, nam vel ſignum portant in cruce ad pectus, & ad pallium, vel non; ſi non, neutiquam gaudent, quia tale ſignum ex authoritate Papæ confirmantis eum ordinem militarem, æquivalet tonſuræ Clericali, & hoc deficiente, ſicut privatur Clericus ſuffragio fori, & illi privati manent privilegio Canonis; ergo à contradictorio dum ſignum portatur manifeſtum privilegiati, illo cenſendi ſunt faveri; quamquam extra ordinem, Sancti Joannis Hieroſolimitani maneant in ſuis domibus privatis extra communitatem; cum veri ſint Religioſi; & de horum dictis Donatis quos appellamus, *de media Cruz*, idem ac de Regularibus diximus Laicis, fatendum erit, ſi profeſſionem faciant ſolemnem, ſin non computandi ſunt cum tertiariis uxoratis; ergo ſervante Epiſcopo, quod cavet Diana 3. parte tractat 5. miſcellaneo reſol. 14. §. ſed his non obſtantibus, penes notorium ſacriſtam percuſſorem Eremitæ, ut nulla tergiverſatione celari poſſit illum, hunc percuſſiſſe, omni legitima excuſatione ſemota, ſicut in proceſſu conſtabat, probabaturque plenariè, ratione congruenti declaratur in excommunicationem incidiſſe; quod non eſt Epiſcopum conſtituere ſeriem Eccleſiaſticam in illo individuo caſu, ſed firmare & exequi quod authoritate Apoſtolica ſancitum & expreſſum conſtabat in eo peculiari eventu conſpicuum quod omne roboratur ab his quæ conceſſit Leo X. in bulla quæ incipit *Dudum* ſub dat s 10. Decembris 1619. & habetur apud Cherubinum to. 1. Bullarii conſt. 32. hujus Pontificis, ubi concedit oblatis, & converſis ordinum mendicantium quòd mutuò, & ad invicem participent privilegia quibus tales ſuffragantur religiones.

CONSULTATIO XXXVII.

De mandato, & excommunicatione lata contra imaginum fabricatores, non ita ac par eſt caſtitati pictarum, aut ſculptarum.

NObilis valdè fæmina certò noſcens maritum conduxiſſe Pictores quoſdamque ſtatuarios, hos in ſtatuas mormoreas erigendas, illos ad delineandas imagines; v. g. una de muliere gravida ad partus horam reducta, cum obſtetrice recipiente fætum: altera undique nuda, ad balnea aggrediens ſeſe mittere; alia in lecto ſemilevata ad reſiſtendum virum ſollicitantem in venerem; ſæquanimiter plures ſculpturæ, & picturæ non abſimiles in domus ruralis, magnæ amænitatis ab arboribus, ornandam; ſedulò ſponſum perſuaſit, & continuò, incepto jam utraque opere ut ab eo ſeſe abſtineret, & ſumptus copioſos quos in talis domus ruſticæ per illa ornamenta conſumpturus erat, commutaret in picturam, aut ſculpturam, quatuor noviſſimorum, vel ſimilium; hoc probatiſſimo fine, ut cum hiſtoria ſit, in pictura vel ſculptura idiotarum libri, qui ad eas ruris ædes accederent, interiùs contritione compungerentur, & non ab aſpectu imaginum ad laſciviam provocantium in aliquod præcipitarentur peccatum; cordatiſſima æquè & pientiſſima valdè, ingenua Hæroïdes honoris divini tam zelatrix, properèque charitativa in vitanda proximorum labendi pericula; cumque labor inſtans tam dignus Catholico cordi, in vanum videret à ſua inſtantia procedere, antiſtitem urbis alloquitur, incepto jam picturæ & ſculpturæ opere, ut caſualiter quaſi uno dierum in domum illam ruſticam accederet, à pictoribuſque & ſculptoribus inquireret, qua figura, aut forma perficienda ea artefacta; ipſique palam facientes mariti præceptum.

Digitized by Google

hunc & illos ſub excommunicationis majoris pœna,& aliis cõminaret,ut à nefario opere inchoato deſiſterent, non defuerunt Theologi firmantes injunctum quod impoſuit præceptum invalidum conſequenterque cenſuram; annuente Epiſcopo petitioni nobilis,& virtuoſiſſimæ zelatricis; propterea quia aiebant talem uſum picturæ, & ſculpturæ, ex ſe, & natura ſua illicitum non fore; renuentibus aliis; & quid ſentiendum de uno & de altero utrum quidem improbabiliter illi ſentirent, conſultum fuit

SUMMARIUM.

Diſcrimen picturarum provocantium ad vitia, in devotionem inducentium, n. 1.
Detrimentum in illis, profectus animæ in iſtis, n. 1.
Probibitio Vrbani 8. de inſolitis imaginibus pingendis, num. 1.
Edictum ſic Officij contra imagines inſolitas dictas, num. 1.
Excommunicatio adverſus pictores, & utentes talibus imaginibus, n. 1.
Sollicitudo gentilium imperatorum prohibentium ſuis Edictis ſimiles imagines, n. 2.
Ratio naturalis dictat fugiendum ab eis, n. 2.
Triplex modus pingendi ſeu ſculpendi imagines, n. 2.
Partes dictæ turpes quales, ne manifeſtæ fiant in pictura, n. 2.
Extrema pictoris neceſſitas ſolum excuſabit à peccato ſi tales ex pretio imagines pingat, n. 2.
Periculum conjectatur Medico, ſeu Chirurgo medente partes obſcænas, n. 2.
Imagines turpes, objectivè in occaſionem peccandi proximam ponunt, n. 3.
Ideo loco publico videndas exponi nequeunt, n. 3.
Oppoſitio ſcandali cum charitate, n. 3.
Scandalum parvulorum, aut Phariſæorum expoſitum, num. 3.
Picturæ, ruſticorum hiſtoria ſeu calendarium, n. 3.
Subdiviſio quædam ſcandali, quæſtio de voce, n. 3.
Activum & paſſivum, non ſemper correlativa, n. 3.
Quale ſcandalum proximo præſtitum, peccatum, num. 3.
Vicem gratiæ externæ protectionis ad actus bonos, imagines ſanctæ gerunt, n. 3.
Quò pictor non peccabit, juveni, concubinæ imaginem depingens, n. 4.
Ex præciſa, & formali delineatione imaginis, ſcandalum non oritur, n. 4.
Actus indifferens, quis in pictore, concubinæ delineant adoleſcentis petitione concubinæ imaginem, num. 5.
Donatio gladii parato occidere ſemper mortalis culpa, num. 5.
Fomentum dare libidini, iuge lethale peccatum, n. 5.
Mera curioſitas experiendi, quem terminum pertingat ars, vel artifex non excuſat à mortali, n. 5.
Indifferentia intentionis quo pacto immunem deducet à peccato, n. 5.
Vendens cartas luſorias ex fine indifferenti, non peccat, n. 5.
De Amaſio ulteriùs, & de curioſitate comperiendi terminos artis, vel artificis, n. 6.
Objectio, & ſolutio de neceſſitate gravi aut extrema pictoris, n. 6.
Quando pictor conſentit petenti ex actione indifferenti propria, n. 6.
Zelus perfectior ut ſanctæ imagines pingantur; ſcandalum, quod obſcenæ picturæ dentur, n. 7.
Strabo Fuldenſis, & alii penes picturas devotas num. 7.
Pœna delicto commenſuranda, n. 7.
Pictura ſanctæ Magdalenæ ad Chriſti pedes meretricem convertit, n. 7.
Indulgentiæ conceduntur pro retinentibus imagines ſanctorum, n. 7.
Conſequentia à contrario; ergo juſta cenſura eſt contra retinentes obſcænas picturas, n. 8.
Materia gravis, ſub excommunicationis cenſura à quibus ſuperioribus jud canda, n. 9.
A diverſis Prælatis, diſtinctis præceptis, eandem materiam prohiberi non repugnat, n. 9.
Si ambo cenſuram annectunt præcepto, quot cenſuris ligabitur tranſgreſſor, n. 9.
Lex municipalis idem quit præcipere, quod in univerſali demandatum præceſſit, n. 9.
Iuriſdictio inquiſitorum Apoſtolicorum, quo major Epiſcoporum, n. 9.
Separatim ab inquiſitoribus, cauſas de rebus fidei in Hiſpania cognoſcere Epiſcopi inhibentur, n. 9.
Quia bonus Paſtor Epiſcopus, ſuarum ovium præcavere tenetur pericula, n. 10.
Crimen nefandum in Aragoniæ corona à ſolis inquiſitoribus Apoſtolicis punitur, n. 10.
Paritas notanda de Patre penes filium, n. 10.
Contra depapillatas fœminas Zelus Epiſcoporum, eum ornatum prohibentium, n. 10.
Plus provocare dicitur pictura obſcæna quam depapillata mulier, n. 10.
Honeſtas, & modeſtia fœminarum ſatagenda, principaliter accedentium in recipienda Sacramenta, num. 10.
Duo eventus qui tempore decurrente contingere queunt & præveniri debent, n. 11.
Duellum prohibitum à ſancto Pio 5. & fieri ludos in foro Sanctæ Sophiæ à ſancto Chriſoſtomo, n. 11.
In juditio ad Domini tribunal de ovibus Epiſcopo commiſſis ratio exigetur exacta, n. 11.
Plura jejunia præcepta ab Eccleſia, à Religione Franciſcana ſub onere peccati mortalis præcipiuntur, num. 11.
Contingere poteſt tot peccata committi, quot in uno fiunt tranſgreſſiones præceptorum, n. 12.
Quid attendendum, ne ad multiplicationem præceptorum de eadem re plurificentur peccata, n. 12.
Diſtinctio ſpecifica, aut individualis peccatorum à qua radice capienda, ſeu cognoſcenda, n. 12.
Inſtantia de voto, aut juramento promiſſorio aptiſſima, num. 12.
Vtrum regularis aſtrictus à regula duplicem, aut unum reatum incurrat, n. 12.
Motus circularis, & rectus eorumdem terminorum ſpecie diſtingitur ex Ariſtotele, n. 12.

1. Dictamen meum, & cui ſubſcribo abundè, declaravi tomo 2. certam diſp. 7. ſect. 4. num. 22. ubi obſervo diſcrimen picturarum provocantium ad vitia, ab illis quæ animam excitant in devotionem, & morum reformationem, propter ſpecies impreſſas, quas de ſe mittunt; unde ſicut quod ad devotionem provocat meritum cudit amplius, virtutum exercitium, ita quidquid in venerem ſeu aliud vitium

Digitized by Google

vitium incitat, demerita multiplicat, improbitates, vitia, & peccata ad animæ detrimentum, & ruinam; ideo zelus conſervandi imagines ſacras magnifaciendus, & vitandi profanas, atque inhoneſtas, non abſimiliter; graviſſimos reatus iſtarum uſus, aliaque mala ſecum trahit, meritoria ergo actio ipſarum prohibitio; ſuccinctè Leonardus Leſſius lib. 2. de juſtit. & jure cap. 45. de irreligioſitate dub. 3. num. 17. poſtquam muſicas profanas recenſet à SS. Pontificibus, Prælatis Eccleſiæ prohibitas, propter damnum quod influunt; inquit. *Horrendum ſacrilegium confractionem imaginum ſacrarum, nec minus Divam Virginem inſtar feminæ mundanæ exprimere, in ſculptura vel Pictura;* in quorum conſonantiam poſtea bonæ memoriæ SS. Pontifex Urbanus 8. conſtit. 163. apud Cherubinum tomo. 4. bullarii, mirifica ſequentia verba nobis præceptiva, relinquit. *Sacro-ſancta Tridentina Synodus optimè agnoſcens non leve ſcandalum offerri poſſe ſi quid inordinatum, aut præpoſterè accommodatum, vel profanum in Eccleſiis appareat, ſtatuit nemini licere ullo in loco, vel Eccleſia, etiam quomodolibet exempta, ullam inſolitam imaginem ponere:* quid inſolita imago, hæc enim duplex diſtingui poteſt, aut ſacra in indumentis mundanis, vel prophana in ea delineatione qua ad aliquod vitiũ provocet; exul utrumque faciens Chriſti vicarius utitur illa univerſali, *ullo in loco:* Comperiamus quid ſupremus ſanctæ inquiſitionis Senatus Hiſpaniæ in expurgatorio edito anno 1640. inhibet, in regula, patrio idiomate, in latinum vertenda ſic. *Y para obiar en parte el grave eſcandalo, y daño, no menor, que occaſionan las pinturas laſcivas, mandamos que ninguna perſona, ſea oſada à meter en eſtos Reynos imagines de pintura, laminas, eſtatuas, o otras eſculturas laſcivas, ni uſar de ellas, ni en lugares publicos, plazas, calles, o apoſentos comunes de las caſas; y aſi miſmo, ſe prohibe à los pintores, que no las pinten; y à los demas artifices, que no las tallen, ni agan; y pena de eſcomunion major, lata ſententia, trina canonica monitione præmiſſa, y de quinientos ducados, por tercias partes, gaſtos del ſanto officio, juezes, y denunciador; y un anno de deſtierro à los pintores, y perſonas particulares, que los entraren en eſtos Reynos, o contravenieren en algo a lo referido:* Latinè ſic ſacri Tribunalis decretum; & ut obvietur, ſeu impediatur in parte, grave ſcandalum, nec non minus damnum reſultans ex picturis laſcivis, præcipimus nullam perſonam audere in eis Regnis introducere imagines pictas, laminas, ſtatuas, aut alteras ex ſculptura, laſcivas; nec eis uti apud loca publica in plateis vel vicis, aut cubiculis communibus domorum; item pictoribus prohibetur, ne illas pingant, cæteriſque artificibus ne ſimiles ſculpant; aut peragant: & ſub excommunicationis majoris pæna latæ ſententiæ, trina canonica monitione præmiſſa, quingentorumque ducatorum ſolvendorum per tertias partes, ad ſancti officii ſumptus, Judicum, & denunciatoris, & unius anni exilium, contra pictores, & perſonas particulares introducentes in iſtis Regnis illa, aut contravenientibus in aliquo ad relata. Hæc excommunicationis cenſura non tam prohibet uſum prædictarum Imaginum quas vocat laſcivas; quam ſupponit ex ſe & natura ſua illicitum fore & peccaminoſum uſum, addens excommunicationis pænam aliaſque temporales, tam in pecuniariis, quam in exilio; innuens in proximo cadendi periculo ponere, generaliter loquendo illos qui ipſas conſpiciunt, & contemplantur, per ſpecies impreſſas, quibus fragilitas humana excitatur.

2. Ut tam decreta apoſtolica, quam ſanctæ Inquiſitionis edictum percipiamus, examinare oportet, quæ Imagines laſcivæ propriè ſunt: & quam jam plurima occurrebant, adhuc ex gentilium obſervantia, præcipuè illorum, qui ſcholam dictam ſtoicam profitebantur, ſummè aborrentium obſcænas Imagines; nec inveroſimile ab Imperatoribus aliquibus exules factas, edicto publico præcipuè (ut narrant aliquæ hiſtoriæ) quando juventutis mores inordinatas reformarunt Octavianus & Tiberius, ne extra intentum divertar, abundabit, quod illuſtrat Novarinus lib. 1. ſuorum electorum ſub hunc titulum: *Delitiarum Paradiſus:* cap. 9. ſect. 3. num. 478. & deinceps ubi valdè fundat hanc Theſim: *Picturarum vis ad malum ſi obſcena, ad pietatem ſi pia, vetus dictum:* Rationi naturali quidam conſonum; gentiliſſimo etiam conforme in diſciplinam reipublicæ politicam, aut æconomiam domeſticam; de qua pro cunctis Patribus abundabit brevis clauſula S. Ephrem Syri Serm. de Compunctione cordis. *Deteſtare varia Finctorum genera:* inter quæ præter commemorata à Leſſio citato volumine de Juſt. & Jure lib. 2. cap. 43. dubit. 69. num. 63. & dubit. 2. cap. 4. num. 12. de Imaginibus & Caracteribus dictis Aſtronomicis, ſeu Aſtrologicis, in quibus varia obſervatio, ſeu ſuperſtitio, & magia ex pacto implicito ſeu explicito cum Dæmone, fere ſemper contingit, ad intentum hujus conſultationis Turrianus in ſuis ſelectis centur. 4. diſp. 4. dub. 18. hæc habet. *Si ſermo ſit de Imagine hominis aut feminæ quantum ad partes quæ turpes non ſunt, licitum eſt illas pingere etiamſi nuda pingantur; quia iſta per ſe non movent ad malum, ſecundò tamen ſi pingantur partes inhoneſtæ & occultentur, non erit peccatum illas pingere, quia tunc non movent ad malum, & ita ſolent pingi Imagines ſanctorum aliquando; tertio ſi occurreret caſus aliqua juſta cauſa pingendi partem aliquam de eis quæ dicuntur inhoneſtæ, poſſet pictor excuſari à peccato; explicatur, quia ſi femina abſque ulla cauſa manifeſtet partem turpem ſine dubio erit peccatum, & tamen ſi illam manifeſtet ex neceſſitate ad medicinam non erit ea manifeſtatio peccatum.* Tres igitur caſus proponit in quibus licita eſt pictura viri, vel fæminæ nudæ, v. g. unus quando partes dictæ turpes quales ſunt quæ appellantur puritatis, vel proximè ad iſtas, omnimodè occultantur; ſecundò quando cæteris depictis aut ſculptis, illæ nullo modo pinguntur, aut ſculptantur; ſic videmus corpus Dominicum omnimodè nudum, crucifixum, ad columnam alligatum; imò & fæminas heroicas Martyres, ut ſancta Eulalia, & ſancta Liberata crucifixas nudas, S. Agatham in flagella paratam à medio corpore deſuper nudam; tertius caſus eſt, ubi urget neceſſitas; à paritate inducta à Turriano, quod licet de ſe peccatum ſit mortale, partes obſcænas manifeſtare, occurrente cauſa medelæ adhibendæ eis, quia morboſæ ſunt, licebit ipſarum manifeſtatio: quæ autem ſit neceſſitas in picturam deducendam, per ſe loquendo, de corporeis partibus venereis ad luxuriam incitantibus, non capio, nec aliud in mentem venit niſi in uno eventu, quando urgente neceſſitate, in extrema exiſtens pictor aliunde non inveniret, unde ſubveniretur, niſi eam delineando picturam, ne pereat, adhuc oſtiatim non reperiens à quo victum capiat; nam ſi chirurgo propter alienam vitam conſervandam, & Medico licet, non tantum non avertere viſum ab eis partibus mulieris v. g. verum & tangere, potius ob finem conſervandi propriam, licebit pictori: in quorum tenorem Diana (an probabiliter alij judicent) 3. parte tract. 5. reſol. 3. in propriis terminis (ex Caſtro Palao tom. 1. tract. 2. diſp. 2. punct. 9. §. 3. n. 11. & 13. tranſcribit) *Chirurgus poteſt verenda feminæ curare cum periculo conſenſus (& ex Joanne Sanctio in ſelect. diſp. 21. num. 9.) Chirurgus qui pudenda feminarum cauſa medendi videt vel tangit expertus illas concupiſcere, vel voluntariè pollui, ob illud pericu-*

Digitized by Google

lum a curatione non tenetur ceſſare : nec peccat illi ſe committendo, dum determinatus ſit, non peccare quando partes illas videat, vel tangat : non loquimur in his eventibus.

3. Obſcęnas igitur Imagines in decretis apoſtolicis, & ſancti Officii expreſsè prohibitas recenſuimus, illas cenſendas quæ excitant, per ſe loquendo, objectivè à cauſa extrinſeca videntes propter ſpecies impreſſas quas mittunt in oculos ad talem turpitudinem provocantes quos conſpicientes movet in periculum probabile conſenſus in venerem efficacius, ut intenſius quam colloquia turpia reducendo ad memoriam & in ea fixè ponendo actus turpes, à quibus niſi fugiendo difficulter vitatur conſenſus, vel talis alteratio corporea, quod non aliter ab alio objecto vivo ſe quis in ea ſentiret; quando id colligi potorit, à practica judicandum, & cujus lineæ ſit periculum, utrum proximum & infallibile au dum taxat probabile, remotum, ſeu maniſeſtum, quoties enim perſonæ timoratæ conſcientiæ, ſive ſint majoris virtutis, ſive mediocris, aut minimę, horrent tales Imagines intueri, exortantque amoveri à quocumque loco etiam ſecreto, amoveri contradicentibus laſcivis, qui joco, aut luxuria in fama ſunt, nec dimoventur ab illarum conſpectu, intuitu quarum prætendunt ſuas contaminare deordinationes, tanquam iſtarum fulcimentum, revera per ſe loquendo obſcęnas fore tales Imagines putandum, cavendumque ſcandalum in proximorum ruinam eventurum; in quem ſenſum Petrus Hurtado ſecunda ſecundæ diſp. 173. de charitate, ſect. 8. §. 61. etſi ad alium caſum loquitur: *Præmittendum eſt difficultates de oppoſitione ſcandali cum charitate, aut diſcrimine ſcandali activi, & paſſivi eſſe ſpeculativas potius quam practicas:* Quaſi dicat non à Metaphiſicis præciſionibus punctum certum, & determinatum capi quit, quando quis patitur ſcandalum, quod peccatum non eſt, & dicitur ſcandalum puſillorum; aut dat ſcandalum, quod Phariſeorum nuncupatur, eſtque vitium charitati oppoſitum; ſed fundanda venit perutilis ſpeculatio per tradita à Caramuele tom. 3. Theolog. intentionali in tabulis lapideis num. 1563. ubi variè diſcurrit quæcumque cuilibet coadunare valet in ſui adjutorium ad bona opera ex pictura decenti; notanter prius ab eo pono, non appellandam bonam picturam, quia regulis artis pingendi conſonam, & conformem competimus; nam obſcenior, & peſſima ad mores depravandos, regulis artis conformior eſſe poteſt, in nocumentumque animæ verti quit; & ſacratior illis diſſona non repugnat, quo non obſtante hæc honeſtiſſimè bona, illa crudeliſſimè & valdè impiè pejor: appellat enim benedictinus antiſtes picturam ruſticorum calendarium, Pictores & Poetas vocans ex Joanne Botero, fidei & moribus noſcivos quando illi laſcivis carminibus in obſcenitates alliciunt, velut & iſte, ſcilicet Pictores, & Sculptores, luxuriam ſuo artefacto excitantes, quia tale ſcandalum videtur Phariſeorum, ſeu à malitia procedens, non autem Puſillorum à ſincera intentione ortum tenens; factum enim vel dictum occaſionem ruinæ dans, ſcandalum dicitur, vitium oppoſitum charitati; quin immoremur in ſubdiviſione qua utrumque membrum aliqui ulteriùs dividunt (nam eſt quæſtio de nomine) vocantes ſcandalum activum, aliud eſſe per ſe: per accidens alterum: illud eſt quod ex intentione agentis procedit; iſtud dum à malitia videntis, ſeu audientis hauritur; ſimiliter & paſſivum ſcandalum, alterum dicitur per ſe, quando non à malitia niſi à mala intentione videntis ſeu audientis tergi verſatur actio, ſeu id unde reſultat: per accidens cum occaſio ruinæ proponitur proximo ut labatur; nec licet correlativa appareant paſſivum & activum in ſcandalo correlativa non ſunt, ita inſeparabilia, quod unum ſine altero inveniri non queat; nam pluriès activum ſine paſſivo invenitur, & è contra, ut tangit Diana 5. parte tract. 7. reſol. 1. & licet Lugo diſp. 6. de pænit. ſect. 4. §. 3. num. 164. neget, explicari debere ſpeciem ſcandali quod proximo præbetur, in confeſſione ſacramentali; tamen probabilior videtur pænitentia oppoſita quam cum illis quos citat tangit Diana 6. par. tract. 6. reſol. 33. cum ſæpius aut mutet ſpeciem, vel neceſſarium appareat ad medicinam ſalubrem.

4. Deveniendo ad caſum in particulari de pictura, & ſculptura, plurimum facit in intentum illud in quo errant infideles curantes amovendas imagines ob periculum idololatriæ; quod fingunt eventurum ex cultu eis præſtito, quandoquidem ex ſe quia inanimata, aiunt, nec debent, nec poſſunt terminare ullam reverentiam ſeu cultum factum. Si enim ſuppoſitam apperientiam veritatis teneret hæreſiſque non foret tam maniſeſta (conformi fædere coeuntes in ea, apoſtatæ fidei, & Mahometani & Judæi) procederet judicium rectè, ſed impugnando tam perfidum pronunciatum inſtantia vocata ad hominem, multus eſt Caramuel num. 1584. quod mihi ſolidum dabit fundamentum in intentum, dum conſpicio quod permiſerat num. 1557. pluriès experimento notum, videlicet ſacras imagines Dei, ſuorumque Sanctorum excitare exteriùs devotionem, & in corde compunctionem reducendo in memoriam, aut fixius in ea radicando divina magnalia, heroïca Chriſti Domini, Deiparæ, aliorum beatorum, ſeu venerabilium virorum facinora egregia virtutum, aut dona celeſtia acceptâ, principaliter robur quo in tuendam fidei catholicæ Martyres tyrannorum immaniora ſuſtinuerunt, quin in earum ſacrarum adoratione minimum idololatriæ inſit periculum, cum non venerentur cultu abſoluto, niſi reſpectivo, ex latè fundatis tomo 4. certaminis diſp. 3. ſect. 5. num. 84. ſimiliter diſp. 6. ſect. 6. n. 194. & ſequentibus: ſi aliquando eam devotionem quis in ſe non experitur, aut à tepiditate qua conſpiciuntur, aut à malitia intuentium illa provenit: Varia aliquæ peregerunt miracula portentoſiſſima, mirifica etiam in remiſſionem peccatorum obtinendam, penes tartareos ſpiritus fugandos, imo & rejiciendos de obſeſſorum corporibus, circa veris intemperiem, & tempeſtates ſedandas; in obtinendam pluviam, aut ſerenitatem pro fructuum conſervatione: ergo à contradictorio ſi pij viri & timoratæ conſcientiæ tantopere alliciuntur in cultum harum ſacrarum Imaginum, aborrentes, eas quæ obſcęnæ, & prophanæ ſunt, tanquam illis oppoſitæ prout picturæ impudicæ incitant in peccata, atque mores depravant, ſicque ruinæ animarum occaſionem præbent; nec prætereunda controverſia quæ ſæpe à pictoribus inquiritur, utrum liceat illis pingere Amaſio juveni concubinæ imaginem quam pretio ſolvit, dum multa in honeſtate talis mulier delineatur: diſtingunt Doctores, ſimilis inquiſiti reſolutionem, totam reducentes, in ſcientiam vel ignorantiam de venere illicita adoleſcentis cum tali fæmina, quamtumvis petatur honeſtè deducendam picturam, aut prætium offeratur pro artificii laboritio, benè verum eſt aliquos in uno diſſentire ut liquebit infra, ſupponendo igitur artificem pravum finem non tenere, adhuc vel ignorat concubinatum, aut ſcit, ſententia eſt probabiliſſima læthaliter peccare, ſi neſcit, quamquam in eam tradendo non ſit in artificis intentione ullus pravus finis, nec improbabile imo æquè probabile eſt oppoſitum, quia quantumcumque ſciat, novam non ponit ruinam Amaſio; dando imaginem non inhoneſtè pictam, animo & fine lucrandi pretium ſui laboris, nam per ſe loquendo, ſi in eo peccat emptor, ab abuſu peccat, velut qui mulierem videt pulchram honeſta modeſtia decentem ornatum

Digitized by Google

ornatum tenendo, ſi peccat videns, indemnis & inculpabilis cenſenda fœmina, quia ipſa ſuo jure utitur in ſe ornando modeſtè, & ab abuſu intuentis, qui cadit, ipſemet ſuæ ruinæ cauſa eſt totalis: ergo pictor quamquam ſciat amaſio dare imaginem ſuæ concubinæ, cum debito modo dat honeſtè delineatam, utens ſuo jure in lucrandum pretium ad victum, tutâ conſcientiâ procedit; etiamque procedet quantumcunque amicitiæ intuitu non capiat pretium; quia ſicut jus habet legitimum in lucrandum iſtud, ſcopo attingendi neceſſaria ad victum, & veſtitum pro ſe & ſua familia, ita & in benevolentiæ ſignum; ergo per ſe loquendo ſcandalum non oritur à pictura, ab hoc quod commenſuranda ſit preciſè & formali ratione delineationis talis vel talis imaginis, niſi ab eo quod ſic vel ſic depingatur ſeu in ſculptura conſpicienda proponatur, nam ſi oculis objiciatur, quin ruinam injiciat, commovendo ſpecies impreſſas in aliquod inhoneſtum cogitandum, licitum erit, ſin vero à modo quo ipſa conſpicienda offertur in provocationem alliciat, revera periculum erit ſcandalumque Phariſaïcum, non puſillorum.

5. Caſtro Palao tom. 1. tract. 6. punct 12. num. 6. in propoſitam doctrinam de Pictore inſtato ab adoleſcente in concubinæ imaginem delineandam, cingit totam & valdè utile erit legere id quod docet, ideo non aliis clauſulis utar, quam illis quibus utitur; inquit. *Pingens concubinam, illiuſque picturam amaſio tribuens; & idem eſt de pictura idoli ad petitionem Ethnici, quamvis actio indifferens ſit & bono uſui deſerviri poſſint, ac proinde ex aliqua gravi cauſa honeſtari, ut docent Thomas Sanchez lib. 1. in decalog. cap. 7. quia tamen fomentum eſt, & incitativum turpis amoris, vel idololatriæ, mortale peccatum eſſet, niſi preſſus graviſſima aliqua cauſa faceret: hæc autem cauſa gravis non eſt amiſſio lucri ex tali pictura, aliàs ſemper tibi liceret hæc pingere: quare illam cauſam ſufficientem putarem, quæ gravem metum mortis vel vulnerationis valeret incutere; fabricatio enim eius picturæ illiuſque donatio homini ſic deperdito, eſt donatio gladii parato occidere & ita ſine ulla diſtinctione eſt peccatum mortale*: in eo ſunt Azor tom. 2. lib. 12. cap. ultimo, quæſtio 9. & Bonacina tom. 2. diſp. 2. de peccatis quæſt. 4. punct. 2. num. 29. per ſequentia. *Pingentem precibus adoleſcentis imaginem puellæ, mortaliter peccare, ſi credat adoleſcentem imaginem adhibiturum ad libidinem*: Duo aſſumo ab ambobus in argumentum laudabilis zelus Matronæ, & validitatem cenſuræ appoſitæ ab Epiſcopo; & arguo ſic: idem eſt concubinario pingere imaginem concubinæ etiam honeſtè delineatam, ac præbere parato ad occidendum gladium, quia id eſt fomentum libidinis, ideoque ſecundum hanc opinionem, ſi id præſumat Pictor, peccabit pingendo, non occurente metu cadente in virum conſtantem, quia fomentum dat libidini; ſed potius fovebitur libido à picturis quas zelavit fœmina nobilis prohibendas, quæ inhibitæ fuerunt ab Epiſcopo, quandoquidem turpiter excitabant ſpecies impreſſas impudicas; ergo & peccabant mortaliter Pictores, & excommunicatio lata valida erat, & incurrebant quotquot complices in ſculptura & pictura in reatum talis cenſuræ. Si reſpondeas in illas peragendas ſolummodo curioſitatem moviſſe hominem nobilem, ex fine comperiendi quantum ſe extendebat, aut artis picturæ peritia, ſeu comprobare qualiter ſculpturæ ars ſive in marmore, ſive in ære attingebat regulas tantum artifitium. Contra & de eo amplius n. 8. ut excuſetur Pictor à peccato mortali juxta premiſſa ex Palao ſola una cauſa aſſignatur, quæ conſiſtit ex metu cadente in virum conſtantem; ſed curioſitas non eſt de linea metus præaſſignati, quantumcunque quis ea moveatur; neque aliud cogitandum quam vana quædam ſuſpitio experimentalis; ergo inſufficit ſolutio: audiamus Trullenth. tom. 1. in decalog. lib. 1. cap. 6. dub. 5. à num. 14. ſpecificantem quando quis exercens opus, aliàs indifferens penes alterum cooperari dicitur iſtius peccato, vel tutâ conſcientiâ procedit. *Quando aliquid, licet ſit de ſe indifferens, facit ea intentione ut alter peccet, ut ſi vendat cartas luſorias eo animo ut emptor ſe exerceat ludo vetito, quia facit opus in malum finem; at ſi faciens opus indifferens aliqualiter ignorat alterum abuſurum, non dicitur cooperari, ſi hoc faciat abſque intentione, ut alter abutatur, quia in dubiis nullus præſumendus eſt* Sed num 21. ad noſtrum caſum. *Peccat. mortaliter qui imaginem puellæ precibus adoleſcentis depingit ſi credit adoleſcentem imaginem adhibiturum ad libidinem.* Sed Pictor non poteſt non credere imaginem obſequam non provocare ad libidinem quamtumvis amaſio data imago honeſtè depicta, ſi ergo in iſto eſt peccatum mortale, in illo per ſe loquendo, erit.

6. Nondum ſinamus paritatem de Amaſio petente pictori imaginem concubinæ ſibi delineari ab his quæ Diana 5. parte tract. 7. de ſcandalo reſol. 5. veſtigit per idem quod in individuo verſamur: *An licitum ſit pingere imaginem concubinæ amaſio? ego puto aliquando licere urgente ſcilicet graviſſima cauſa.* Curioſitas comperiendi quantum peritia artificis, vel artis attingit, urgentiſſima in ſuperlativo cauſa cogitari quis firmabit: reſpondebis urgentiſſimam, quia ſic ſubvenitur indigentia artificis, ſolvendo ei ſuum laboritium, contra urgentiſſimum eſt, quod ſine gravi damno omitti non poteſt, ſed quin pingat eam imaginem ſubvenire valet indigentiam artifex ex alio laboritio honeſto; ergo ſrivolè ſit ſatis: ſerat 11. parte tract. 4. miſcellan. reſol. 31. Diana: *an pictores pingentes imagines obſcænas peccent mortaliter, & quid de detinentibus iſtas* §. nec obſtat in aſſumptum. *Dicere autem quod dictæ imagines primariò ſiunt ad oſtendendam perfectionem artis, & ideo non refert ſi ex accidenti moveant ad peccatum. Reſpondeo quod ſi oſtenſio perfectionis artis eſſet neceſſaria, excuſaret actionem à peccato; ſed ad uſum communem non poteſt occurrere neceſſitas, quæ excuſet ab occultatione illarum partium; & ideo ſemper pingendæ ſunt coopertæ, vel penitùs abſcondendæ.* Sibi & rationi conformius diceret; *nec cooperta tenendæ.* Sed undique delendæ & de hoc n. 8. nam ſolummodo excuſabitur à peccato pictor dum gravis metus incuſſus vulnerationis, aut mortis cogeret ad eas pingendas, & ſimiliter ſi incuteretur ei, ab eo qui ipſas pingere efficit: æquo ergo lance Philoſophandum in amaſio concubinam petente pingendum in imagine; etſi enim hic obſcænè delineatam non videat, concubinam ad ejus memoriam reducit per inhoneſta quæ ipſi evenerunt; & in probabili periculo conſenſus, ſeu pollutionis videbatur tertiò ea part. 11. tract. 5. reſol. 50. inquiſitum idem movet: *An ſit peccatum mortale pingere amaſio imaginem concubinæ.* Et licet §. verùm, ratificet in ſuo dictamine quod lætaliter peccaret pictor: inſoluta relinquit, format argumenta, quodam authore, nomino Ferrantius, quem attingere non valui, cujus verba ait fore. *Verum quamvis opinio cum ea limitatione tam gravis cauſæ excuſantis videatur tutior in praxi, mihi tamen apparet, nimis rigida; eſt enim ille qui petit jam ex ſe inductus, & paratus ad peccatum; imago alioqui eſt honeſtè depicta (ſi enim valde impudica eſſet res indifferens propriè, ſed potius per ſe inductiva ac determinativa ad peccatum) pictor non famulatur petenti in ratione petitionis ut mala, ſed potius indifferentis propriè*: placet diſcurſus à noſtro non diſcrepans, ſupponens, rem non indifferentem, fore picturam ideo peccatum eſſe; ſed pictura, ſeu ſculptura in caſu con-

Digitized by Google

ſulto res obſcena determinate erat; ergo quidquid ſit de amaſio volente ſibi honeſtè concubinam depingi, in Eventu quem gerimus, illicita quoque erat pictura, vel ſculptura intentata ab illo viro nobili, & prohibita ſub cenſura ab Epiſcopo.

7. Laudanda nimis heroïdes æquè pia, & nobilis, maritum perſuadens, vice illarum picturarum (quas horrebat propter obſcenitatem, & incontinentiæ periculum minatum ex earum aſpectu) collocarentur in illa domo ruſtica, quatuor noviſſimorum, & aliarum rerum imagines, unde qui accederent interiùs & exteriùs à vitiis continerentur, & in devotionem excitarentur ad pænitentiam, ſi aliqua ex parte deordinabantur; argumento ſumpto, in tantæ Zelatricis charitatem ab illis quæ ſcripſit Uvalfridus Strabonenſis lib. 1. de rebus Eccleſiaſt. cap. 8. prope finem, & habetur tom. 10. bibliotecæ Patrum pag. mihi 669. *quantùm autem utilitatis ex pictura ratione proveniat, multipliciter probatur: primò quidem quia pictura eſt quædam litteratura illiterato adeo, ut quidam priorum legatur, ex pictura didiciſſe antiquorum hiſtorias: deinde ut brevitatis cauſa prætermittam plurima; in geſtis Sancti Silveſtri Papæ legitur Thoracidas Apoſtolorum, Conſtantinum Imperatorem, quos ipſe in viſione viderat, cognoviſſe; & videmus aliquando ſimplices, & idiotas, qui verbis vix ad fidem geſtorum poſſunt perduci, ex pictura Paſſionis Dominicæ, vel aliorum mirabilium, ita compungi, ut lacrimis teſtentur exteriores figuras cordi ſui quaſi litteris impreſſas*: Hæc de picturis ſacris in morum probitatem edocet peritiſſimus Uvalfridus, & practica teſtificat, die veneris Sancti, quando commemoratur in concione Domini Noſtri Jeſu Chriſti Paſſio cruentiſſima ejus rudire plebi, ad concionatoris voces aliqualiter moveri & excitati, verum quando in manu tenet, populo manifeſtans imaginem D. Jeſu pendentis à ligno, tunc voces in miſericordiam obtinendam compuncto corde multiplicanti; pectora tutundunt, actuſque contritionis lachrimarum profluvio multiplicantur; quid id influit in ruſtica plebecula, lectionis ignara, nonne imago ſacerrima præſens, in tantum quod teſtor mihi accidiſſe in quadam civitate, ut obſtinatiſſimum peccatorem, omni genere vitiorum gravatum, præter infidelitatem, die primo paſchatis ad me acceſſiſſe in confeſſionem ſacramentalem; & inquiſitum ab eo, quo motivo ad eam contritionem venerit, reſpondit, non alio niſi, viſa, in manu mea die veneris ſancti Crucifixi Redemptoris imagine; neque obſtat; eam horrere hæreticos, & alios infideles, quantumvis audiant, & videant, quod Catholici compunguntur, nam iſti etſi obdurentur in culpa, non ſicut illi, in ea quæ infidelitatis eſt, & divino judicio, majori excogitabili pæna plectuntur ab æquitate divinæ juſtitiæ, quæ conſiſtit in hoc, juxta mentem Theologorum, ut minus atrox peccatum puniatur majori atrociori ſubſequuto, quod contingit quando divina providentia punitiva permittit deflectentes à fide catholica cæcutiri in ſuis erroribus, nec invocare ſuam miſericordiam per contritionem, nam de catholicis etiam pejoribus, in illa oratione quam pro agonia mortis inſtituit Eccleſia, appellata cōmendationis animæ, ſi in pietatem Dei impetrandam allegatur. *Licet enim peccaverit, tamen Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum non negavit, ſed credidit, & zelum Dei in ſe habuit & Deum qui fecit omnia fideliter adoravit.* En cur eadem Imago Jeſu crucifixi unos in contritionem movet, non alios; plauſibiliſſima Theologia omnium Scotiſtarum, & majoris partis Jeſuitarum plures æqualiter divino auxilio ſuperno vocati, uni reſpondebunt contriti, non alteri; incomprehenſibilia veneremur ſapientiæ, & Scientiæ Dei judicia liquet laudabilem juge quemlibet ſatagentem, palam poni imagines ſanctorum, aut noviſſimorum ad cordis compunctionem exuleſque fieri obſcænas picturas: quædam publica meretrix impudentiſſima fertur converſa, ſolum viſa pictura Sanctæ Magdalenæ ad dominicos pedes. Elogiabile etenim maneat Matronæ exemplar imitandum perſuadentis in ea domo ruſtica noviſſimorum picturas collocandas ex zelo quo animæ compungerentur eis viſis; ergo à contradictorio quid vituperabilius, velut libidinoſas picturas in eis ædibus collocare, nam quæ contraria ſunt, contrarios effectus cauſant; ſed contraria ſunt quæ ad devotionem incitant, & quæ libidinem excitant; ergo contrarios effectus cauſabunt; igitur ſicut in venerationem ſacrarum imaginum poſſunt, & quotidie indulgentiæ conceduntur ad proventus ſpirituales, ſic facultas erit in cenſuras promulgandas contra retinentes, aut pingentes inhoneſtas picturas: ſi quidem velut faveri debet theſauro Eccleſiæ quod laudabile eſt, ita & puniri quidquid vituperabile, & in morum pravitatem, aut in tepidandum fervorem reperitur expertum.

8. Venit tamen indagandum motivum illorum Theologorum conſulentium invalidum præceptum Epiſcopi, ejuſque cenſuram fore nullam; perſiſtereque potuiſſe in ſuo dictamine maritum ex conſultatione inductum. Aliud non invenio fundamentum niſi quod de actibus indifferentibus num. 4. ex Turriano præmiſi; à quo Diana 11. parte tract. 4. reſol. 32. §. reſtat, tranſcribit: *An ſit peccatum mortale tales Imagines retinere: aliqui abſolutè docent eſſe peccatum mortale, quia videtur gravis materia: alij putant non eſſe peccatum mortale; & explicant, quia non ſemper & eſt peccatum mortale proferre verbum aliquod turpe, quod eſt imago rei inhoneſtæ; ergo à ſimili non ſemper erit peccatum mortale, talem imaginem retinere; ſi tamen ita pars inhoneſta vivis coloribus, & aliis circunſtantiis, ut vehementer moveret ad peccatum grave, non eſſet, facile hoc excuſare.* Reduciturque ſyllogiſmus, æquè eſt imago rei turpis verbum turpe, quam pictura; ſed non ſemper verbum turpe eſt peccatum mortale; ergo nec ſemper erit pictura turpis, niſi conformentur in hoc, quod vehementer alliciat ad venerem utrumque contra quod in caſu particulari conſulto, capio argumentum, ab his quæ retuli num. 5. de eo quod reſpondit inſtatus maritus, nempe id à ſe factum curioſitate in comperiendum ad quantam ſe extendebat peritia artis, & artificis; ſed id conſequi nequibat niſi vehementer moveret ad peccatum grave, ergo quamvis concedatur probabile (quod ſemper negabo) in eventu conſulto non verificabitur; §. retinentes, inveniēs in paritate difficultatē procedit Diana. *Retinentes autem dictas imagines palam, & in publico, puto etiam peccaſſe mortaliter, niſi illas retineat ornatus causâ, cum aliquo velo coopertas, ita ut facilè non poſſent amoveri*; adde & diſcooperiri, ut conſpiciantur; quidquid de hoc, non eſt ad propoſitum ad id quod in indaginem vocamus; aliud eſt enim, factas tenere ſic coopertas; alterum inducere, ut depingantur; præterquam quod, his, diſparitas non datur argumento, de verbis turpibus, imagines rerum ſignificatarū; aliquando peccata læthalia non fore illa tranſeat, at nō ita imaginibus; nam licet utraque nō excitent niſi cognitionem abſtractivam in ea linea abſtractivæ notitiæ, eſt diſpar ratio, vox enim eſt imago tranſiens, quæ retinere nequit; qui audit ſic, facile ſi vult ab ipſis dimovebitur & iſta nocumentum ſeu jacturam in ruinam non valent cauſare, qualiter pictura quæ eſt imago permanens ſemperque excitans, & continuò conſervans independenter, quaſi à vidente, eam cognitionem abſtractivam, conſequenterque, licet levis ſit materia in voce audita turpi, nunquam niſi gravis exiſtimanda in imagine pi-

Digitized by Google

cta. Replicabis conſult. 31. à n. 5. fusè tracto illicitam uſurarii pecuniam oblatam, rectè componi cum licita ejus receptione in redimendâ vexationem; ergo etſi contra maritum proceſſerit mãdatum, & cenſura, neutiquã procedebat adverſus pictores & ſculptores, qui in redimendam ſuam vexationem eorum quæ amittebant de lucro in ſolutione ſui laboritii, ad ſui, & propriæ familiæ victum ſeſe conducebant. Frivola inſtantia, jam præ ſuppoſui quod dato motivo urgenti de timore cadente in virum conſtantem, licebit tales picturas peragere; at incumbebat onus ne gravarentur conſcientia (nec in cenſuram inciderent pictores) probare plenariè in tale nocumentum reſultare eas picturas ſeu ſculpturas non elaborare, quod in extremam neceſſitatem caderent, & ipſe, & propria familia, nec adhuc oſtiatim illis ſuppetere viam ad ſe ſuamque familiam ſubveniendam qui talem eligerent tramitem de picturis obſcænis peragendis.

9. Fateor, me non capere qualiter illi Theologi tutam poterant conſcientiam facere marito in eo præcepto de fabrica, & pictura effigianda contra mandatum peculiare antiſtitis, & regulam ſanctæ inquiſitionis ſtabilitam, quia quamquam probabile concedimus pictores, & ſculptores in imaginum delineationibus licitè procedere; nec minus in ea quæ eſt amaſiæ præcibus concubinarii, aut è contra pictura debet eſſe cum habitu honeſto attamen in hoc individuo eventu cogebantur ſe abſtinere & Epiſcopi mandato obedire, legitimo jure procedentis in imponendo præcepto, & cenſura cum foret de materia gravi, & fine vitandi pericula cadendi in peccatum, ſeu in iſtud conſentiendi; arguoque à paritate per tranſcriptum ſancti Officii num. 2. edictum. Quando finis, & materia imponendi aliquod præceptum aut cenſuram eſt eadem, non inæquam juriſdictionem expetam in uno ſuperiore, ac in alio, ficultas quæ eſt in uno ad præcipiendum in altero convincitur, & ab utroque validè, & legitimè fit: v. g. Epiſcopus, & Papa habent juriſdictionẽ penes privandos homicidas dictos aſſeſinos ingreſſu Eccleſiæ, expeditur à ſummo Pontifice edictum ne ullus homo aſſeſinus ſub excommunicationis pœna ingrediatur in Eccleſia, quia ſcit Papa, unum conductum, ut intra illam interficiat clericum celebrantem; contigit idem notum ab antiſtite in ſua Diœceſi, eodemque fine in ea ſimile promulgit edictum; ſi ergo validam cenſetur à ſummo Pontifice expeditum, & contravenient illi, in excommunionem incidit; ſimiliter, & validè procedet antiſtes, & contravenientes ſuo præcepto cenſura ipſius ligabuntur; expreſſius: inter regulares; generalis Prælatus præcipit ſub excommunicationis pœna, ne ullus religioſus egrediatur à domo, quæ eſt Monaſterium poſt ſignum cimbali ſilentii; eodemque fine ac iſte ſuperior dictus Provincialis in ſua provincia ſub eandem cenſuram imponit idem mandatum; ſi validum fuit à generali impoſitum, validum etiam cenſendum à Provinciali, cum non differant præcepta niſi ſecundum magis, & minus, unum æquivalens legi univerſali, alterum vero municipali; ergo aut cogentur illi Theologi concedere Apoſtolicum mandatum ſancti Officii expreſſã in regula 11. expurgatorii tranſcriptam n. 2. invalidum, nec obligare, cenſuramque excommunicationis ab eo ſacro tribunali impoſitam nullam quod nullus ſanæ mentis audebit proferre, & tamquam contemptor ſuorum decretorum punietur ab ipſo; vel tutè nequibit affirmari Epiſcoi præ lictum mandatum, nullius valoris fore: diſparitatem dabunt; nam proferent inquiſitores juriſdictionem tenere à maximo Pontifice delegatam Apoſtolicam ad cauſas fidei (ut expreſſit Diana 4. parte tract. 5. reſol. 53. prope finem ubi ait: *juriſdictio Inquiſitorum cum ſit delegata à ſummo Pontifice ſuperior eſt, & major omni juriſdictione ordinaria*) at antiſtes ille ſua juriſdictione ordinaria utebatur quæ minor eſt; impar eſt in utroque ratio quidquid ſit, utrum antiſtites in ſuis Diœceſibus Inquiſitores ſint ordinarii, ſcribit enim Diana §. ſed de his. *Suppono tanquam certum in Regnis Hiſpaniarum in quibus Hiſpania Inquiſitio habet & ex conſuetudine, & privilegio Pontificio, non poteſt Epiſcopus ſeparatim ab Inquiſitoribus cauſas de rebus fidei cognoſcere; & denunciationes ſibi factas, teneri ad ipſos Inquiſitores remittere; neque Reum poſſe incarcerare, niſi timeatur de fuga; ſed certiorare Inquiſitores, ut illum capiant, & ita de dicta conſuetudine teſtatur Sanctarellus tract. de hæreſi, Romæ impreſſo, cap. 40. dub. 2. n. 15.* Fateor doctrinam; ſannuo libentiſſimè proceſſiſſe Epiſcopum ex juriſdictione ordinaria.

10 Nihilominus probo, quomodo valida cenſura habenda, non impariter, ac ſi ex delegatione procederet modo quo D. Inquiſitores in fulminanda excommunicatione procedunt; in id tendebat præceptum, ut pictores & ſculptores non efficerent imagines prohibitas decreto ſancti Officii, nondum delicto perpetrato (ideo nec puniendo nec judicando) ergo tanquam bonus Paſtor, cui commiſſæ ſunt oves tenebatur antiſtes prævenire ne inciderent in culpam, cuius judicium ad Inquiſitores pertinebat animadvertendum, & puniendum; ergo juriſdictio eius extentendebatur independenter à quocumque alio, in præfatum mandatum & cenſuram, validè, & legitimè promulgandum; exemplo manuali me expiico; comperit Pater familias ſuum ſervum propenſum in ſodomiticum peccatum (cuius punitio pertinet privaté in hac Aragonica corona ad ſacrum Tribunal Inquiſitionis) præveniens politica talis Pater familias periculum ſui domeſtici, ne puniatur in ea in mane carcerat intra domum ſeum quem cautelat; nonne legitima, valida, & laudanda talis carceratio? ergo conceſſa propoſita Doctrina, elogiandus Paſtor oves ſuas præveniens, ne in reatum incidant, ab eo ſacro tribunali puniendum, ex legitima juriſdictione: Varia diſſerit Azor tom. 2. ſuar. inſtit. moral. lib. 3. cap. 53. qui poſtquam §. ſecundo quæritur cui putat: *Quænam crimina ſint fori Eccleſiaſtici*, in dubiis quæ tonibus quas deinceps movet §. poteſt ibid me, plurima congerit profundiſſima, & valdè moribus proficua, tranſcripta à me in hoc volumine conſult. 17. n. 1. & huic aptanda, occaſione tractandi edictum cuiuſdam zelotiſſimi Prælati animadvertentis, & prohibentis fœminarum depapillationem, ut ſic in eo indecenti habitu ullum ipſis adminiſtraretur Sacramentum ſive pœnitentiæ, ſive matrimonii per aſſiſtentiam Parrochi, aut communionis Euchariſticæ: equidem dum hæc ſcribo notum habeo à fide de digno teſte, anno Præterito 1679. decretum ab Innocentio XI. ſub ſanctæ obedientiæ præceptum, quod nullus Præsbiter ſive ſæcularis, ſive regularis communicet ullam mulierem in depapillationis habitu accedentem; quantum contra bonos mores illum fore, fundo in poſteriori parte ſanctoralis contione 21. § 5. à num. 20. præcipuè ex illo textu 2. Reg. 11. v. 2. *Viditque mulierem ſe labantem ex adverſo*; quam explico *à tergo*: Duo igitur conſideranda & præſcindenda ſunt in prohibitione facta ab Epiſcopo de tali ornatu, unum luxus, alterum circunſtantia intrinſeca, qua in libidinem provocet: Tunc ſic: Facultas prohibendi talem ornatum non deſumitur à genere, niſi à ſpetie ſub iſta reduplicatione, & cauſali, quia ad venerem provocat: ſed pariformiter obſcæna pictura ad luxuriam excitat, plus magis, aut minus, imo talis eſſe poteſt, quod ardentius incitet imago inhoneſta picta, quam fæmina in ſua perſona depapillata; ſi ergo in Epiſcopis ea viget poteſtas imponendi præceptum, & cenſuram contra tales ornatus fæmina-

Digitized by Google

rum, cur potius non erit ſacultas in illo cui committitur ratio reddituras in tribunali divino de ovibus ſibi commiſſis, ad inhibendas ſimiles picturas eis armis quibus munitur Eccleſia in debellanda vitia atque conſtituendos eos qui ſub ovili Eccleſiæ militantis cuſtodiendi ſunt, ne à lupis infernalibus detrimenteutur vulnerata anima aut conſenſu in lethalem culpam, vel quærens proximam peccandi occaſionem dum voluntatiè fragilitate ſua illas quærit intuendas, confirmatur: plus movent picturæ inhoneſtæ, quam verba luxurioſa in libro ſcripto de eis conſtructo; ſed in Epiſcopis ſeu ordinariis eſt eadem facultas prohibendi ſub excommunicatione, non aliter ac in ſacro tribunali Inquiſitionis, aut ne imprimatur talis liber, vel ſi typis datus eſt, comburatur; ergo ſtante hac facultate penes validè excommunicandum Typographos contravenientes, cur ea carebit circa Pictores.

11. Vrgentiùs me fundabo, cunctumque quod intenditur expendam ſupponendo duos caſus poſſibiles, qui tempore decurrente evenire non repugnant: Demus quod præveniens Archiepiſcopus, Cæſarauguſtanus, ne in ſua Diæceſi Duellum ullum contingat, quia expertus eſt tam proclives aliquos ad illud de ſuis ſubditis, ut opus ſit remedio, in Synodo Provinciali unam ex Synodalibus conſtitutionem promulget, excommunicando ipſo facto quemcumque in duellum exeuntem; vel notus quod duo viri ſeſe invicem provocaverunt in duellandi rixam (eo zelo, quo S. Joannes Chriſoſtomus; antiſtes Conſtantinopolitanus ludos fieri prohibuit in foro S. Sophiæ ad obſequium ſtatuæ argenteæ Imperatricis Eudoxiæ) ſub excommunicatione prohibeat peculiariter, ne hi duo in duellum exeant: ſtat enim de eodem prohibitio, & cenſura à Pio IV. conſtit. 21. quæ incipit, *ea quæ* quod mandatum innovat Tridentinum ſeſſione 25. de reformati. cap. 9. & ampliat Gregorius 15. conſtitutione (eſtque in ordine 2.) expedita 24. Decembris 1582. habeturque in Bullario Cherubini tom. 2. iteraturque extenſio à Clemente VIII. in diplomate quod inchoatur, *Illius vices, licet immeriti* anno 1592. apud eundem Cherubinum eſtque in ſerie 11. argumentor ita; vel validum imponitur præceptum, & cenſura ab antiſtite Cæſarauguſtano, aut nulliter, ſi primum, quid magis tenet ut vitetur duellum, quia contra bonos mores, quam pictura iſtos depravans, ſecundum à nullo affirmabitur in iſtis eventibus quos poſſibiles induximus, & fortaſſis qui jam contingerunt; validè igitur, & præceptum & excommunicatio imponitur contra Duellatores ab Archiepiſcopo quia ex juramento facto quando conſecratur reddendi relationem in tribunali divino de ovibus ſibi commiſſis tenetur in conſcientia vitare, prudentiori modo, quæcumque peccata mortalia, in quæ incidere ſcit certò, aut probabiliter ſuas oves; quapropter armatur in jurisdictione ſpirituali tanta amplitudine; ſed dum perſe loquendo ſive per accidens ſit, unus vel alter, ſeu plures provocari quibant, ut negare non poterunt illi Theologi contra nos cenſentes non peccaſſe mortaliter illos qui imagines obſcenas delineabant; igitur tenebatur ovibus prævenire remedium Epiſcopus, quid ergo; inde quod eadem jurisdictio compatiatur inſimul in antiſte & D D. Inquiſitoribus; probo ſequentem ex conceſſa parte dilematis in Duellatoribus. Non obſtat quod à juriſdictione Apoſtolica tot Pontificum, aut per ſe ſolos, vel in Concilio generali Tridentino imponatur cenſura & præceptum inhibens Duellum, ut validum ſit quod noviter ab Epiſcopo intimatum, & expreſſatur à Synodo Provinciali Cæſarauguſtano per modum legis, vel intuitu præcepti ſpecialis directi ad perſonas particulares; ergo non obſtabit regula illa expurgatorii ſanctæ Inquiſitionis contra Pictores ut validum ſit ab Epiſcopo expeditum ſi dicas adhuc præceptum & excommunicationē ab Archiepiſcopo contra illos Duellatores fore nullum; ultra inconvenientia innumera contra practicam inconcuſſam, inhibitos Prælatos inferiores in præcipiendum quod à ſuperioribus præcedit demandatum affirmandum foret conſequenterque, ut exemplo utar domeſtico, Seraphicum P. N. Franciſcum, non potuiſſe præcipere Fratribus Minoribus jeiunium à die cinerum uſque ad Sabbatum ſanctum, quia Honorius III. qui regulam approbavit autoritate Apoſtolica ipſum id nobis juſſit; præterquam quod ſequeretur decreta Pontificum in diminutionem cedere zelus Epiſcoporum inhibentium declarare invidiſſe in cenſuras Duellatores; quia qui excommunicationem imponere non poteſt, facultatem non tenet declarandi in eam incidiſſe dum quis ipſi contravenit; equidem dignum cenſura judicatur ab aliquibus talia affirmare; ergo velut non obſtante quod à Superiore Prælato aliquod mandatum ſit dum inferior Præfectus ab illo non inhibetur in robur & obſervantiam juſta juſſio erit facultatem iſte tenens præcipiendi, etſi præſupponatur præceptum ab alio ſuperiore ei ſupremo.

12. Pictores igitur & ſculptores illos (qui fabricant eas imagines obſcænas, dum inobedientes, & contravenientes antiſtitis præcepto) attendendi incurſi, aut incurſuri in duplex peccatum aut geminam excommunicationem una cenſura, illa quæ à ſancto Inquiſitionis tribunali fuit fulminata tranſcriptum n. 1. altera qua ſpecialiter ab Epiſcopo illaquæabantur, quia etſi concedamus, duplici aut triplici præcepto verſante penes eandem materiam gravem non committi niſi unum peccatum mortale (v. g. incidat vigilia S. Mathiæ Apoſtoli in feria 6. quatuor primorum temporum quadrageſimæ; ego qui ſum Franciſcanus quintuplici præcepto, eo die teneor jejunium obſervare ab Eccleſia tripliciter nempe ex vigilia, ex feria quatuor temporum, & à quadrageſima; intuitu regulæ Franciſcanæ à duplici altero mandato, ſcilicet, à feria ſexta, & à novo præcepto jejunandi à die cinerum uſque ad Sabbatum ſanctum expreſſo in regula; & nihilominus dum frango tale jeiunium non niſi unum peccatum læthale committo, eo quod materia quinque præceptorum eſt eadem) at quando diverſa invenitur, tot peccata committuntur, quot diverſitas convincitur; videndi Franciſcus de Oviedo prima ſecundæ tract. 6. de peccatis controv. 6. punct. 2. & Ferdinandus de Caſtro Palao tom. 1. tract. 2. diſp. 3. punct. 1. in quod conducit illa perutilis Scoti Doctrina 2. diſt. 37. quæſt. 1. §. ex iſta ſolutione ut ex hoc poteſt, n. 9. ubi diſtinctionem ſpecificam peccatorum ponit per diverſitatem in reſpectu ad ſpecificum diſcrimen in carentia rectitudinis debitæ actui, non per ordinem ad diverſitatem præceptorum; unde cum ex præciſa materia concordiæ in qua concurrunt varia præcepta uniformia non inveniatur diſtincta ſpecificè carentia rectitudinis debitæ actui, inde non ad multiplicationem mandatorum multiplicantur peccata; verùm ſi materia ſit diverſa, jam differt in actu debita rectitudo, qua tenebatur elici producens eum; eaque propter plurificantur reatus peccaminoſi: luculenter ſubtilis Præceptor quodlibeto 18. §. ex iſto num. 15. *Malitiæ eo modo differunt quo bonitates quæ deberent ineſſe (ſi ſpetie; ſi numero) privationes enim diſtinguntur ſicut habitus nati debent diſtingui*: Inſtantiaque eſt manifeſta in voto, nam voveo ego jeiunare omni feria 4. incidit vigilia in eadem die; frango jeiunium; quia votum meum, & præceptum Eccleſiæ verſantur circa eandem materiam, fractio jeiunii illius diei non incutit duplex pec-

Digitized by Google

ratum mortale, niſi unicum dumtaxat; ſic occurrunt frequenter, ſcrupulis Religioſorum Doctores, diſputantes, utrum regularis qui voto aſtringitur ſervandi regulam quando frangit præceptum in ea inclu um, duplici vel unico reatu peccaminoſo maculetur; & reſpondent negativè; ergo ſi diverſimodè præcepit antiſtes, ne tales Imagines obſcenæ peragerentur, ac ſanctum tribunal inquiſitionis, contravenientes utrique præcepto, duplici peccato obnexi erant; ſed diverſa erat materia; ergo bifariam peccarunt: probo minorem, à fine & tenore præcepti diverſitas materiæ colligitur! ſed tenor & finis præcepti in uno&in altero fuit ſpecie diverſus,nam in ſacro tribunali finis erat, ne introducerentur; in antiſtite vero ne fabricarentur, ſi quidem poteſt inveniri vera & realis fabricatio ſine introductione, & contra: ergo finis præceptorum in utroque diſtincti erant, quamquam convenirent in ultimo, conſiſtente, ne depravarentur mores; licet enim terminus à quo, & terminus ad quem ſit idem, diverſus motus ſpecie, facit differre viam per quam agitur; ex illo proloquio Ariſtotelico; motus circularis & rectus ſpecie differunt, verſantibus in eiſdem terminis, à quo, & ad quem; ergo etſi finis ultimus in Epiſcopo, & tribunali idem ſit, duo peccata mortalia commiſſa cenſenda erant; cum medium movens tam valdè differret, ut patuit ab ipſo, in eo ſpeciali eventu ſecundum aliquas circunſtantias.

CONSULTATIO XXXVIII.

De itinerante quando excuſatur à Iejunio, ſive pedeſter, ſive equitando efficiat iter.

SÆPISSIME interrogant plurimi, tam Confeſſarii quam Pœnitentes quod hic introducimus, ad me acceſſit vir bonæ notæ, qui ex munere & officio urgebatur plures tramites peragendos inevitabiles, & neceſſario, tempore quadrageſimali nec ſine detrimento ad victum, & ſui ſtatus honorabilis conſervationem aliquoties excuſari quibant; quandoque etiam voluntaria erant itinera politicæ intuitu, ſive gratitudinis rependendæ ad amicos, cognatos, & familiares, ſcopo ſive benevolentiæ (doctrina quidem neceſſaria pro mercatoribus præcipua, qui in merces ſuas expendendas, continuò per ſingulos annos itinerant equitando tempore quadrageſimæ vel vigiliarum, aut quatuor temporum, ad illas quas Hiſpani vocamus *Ferias*) cumque prædictus vir in conſultatione inductus ad Paſchatis tempus in Confeſſionem ſacramentalem accederet peragendam, abſolutionem negavit Confeſſarius, pænitentialem, eo quia monitus ut equitando, ſive quadrigando, ſive bigando, tenebatur omnibus jejunare diebus in quibus præceptum vigebat apud Eccleſiam, quantumcumque laxatus ſe ſentiret; replicanſque Pænitens accepiſſe à viris doctis, quod dum iter peragebat, tot vel tot milliarum, ſeu leucarum Hiſpanicarum, excuſabatur; reſpondit Confeſſor, quod ad eos viros doctos iret in abſolutionem obtinendam ſacramentalem, quam ipſe nullatenus impenſurus erat, dummodò propoſitum firmum non teneret jejunandi toties quoties equitùs itineraret die qua præceptum urgeret Eccleſiaſticum de jejunio peragendo; nimis ſcrupuloſus in hoc ſtans, & ampliſſimus penes pedeſtres itinerantes, nam quoad hos aiebat, unam leucam ſufficere in excuſandum à jejunio, circa equeſtres nullum inveniens terminum, quo tutâ conſcientiâ valerent non obſervare mandatum; quid in utroque eventu procederet ad illicitum, ſeu licitum perficiendum, à me petivit.

SUMMARIUM.

SIVE equeſtris ſive pedibus iter agens quo excuſatur à jejuno, n. 1.
Sed exigitur praciſa debilitas ſuperveniens, n. 1.
Mala vel bona fides in itinerantibus examinanda, n. 1.
Similiter & urgens motivum itinerandi, n. 1.
Cautelandus labor diei ſequentis, n. 1.
Enumerantur laboritia à jejunio excuſantia, n. 1.
Occurrendum ſcrupulo Franciſcani de præcepto equitandi, n. 2.
In fraudem legis ponens cauſam, eius fractione peccat, n. 2.
Illicitum ſemper exponere ſe proxima occaſioni, n. 2.
De iuvene ſe flagellante die ſabbati ſancti, n. 2.
Diſtinctio meriti aut demeriti in actu interno, ac externo juxta Scotica principia, n. 2.
Metaphiſica non opponitur materiæ moralibus, n. 2.
Mediis illicitis nuſquam licet ab obligatione præcepti fugere, bene ſi licita ſint media, n. 2.
Tutâ conſcientiâ petitur diſpenſatio præcepti, n. 2.
Jura cavent fraudem, nec exemptionibus doloſum favent, n. 3.
Exemplificatum aſſumptum in labore jejunii, n. 3.
Ab ignorantia craſſa aliqui clauſuram Monialium frangunt, n. 3.
Licita, aut illicita media, unde noſcuntur, n. 5.
Praviſum, aut cautelatum impedimentum, quando ſine fraude legis, n. 3.
Inſoluta difficultas à Diana mota, n. 4.
Diſtantia peragenda, ut quis cenſeatur exemptus à jejunio, n. 4.
De venatoribus voluntariis in die jejunii præcepti, n. 4.
Eventus ſecutus ex omiſſione quo imputabilis omittenti, n. 4.
Præcepta quibus aſtringimur tollere impedimenta in

Digitized by Google

illa adimplenda, *n.* 4.
Summerſio Navis quãdo culpabilis ſubvenire omittenti, *n.* 4.
De uſurario fraudulentè imponente pænam, *n.* 5.
Clericus navigans projiciens breviarium in mare, quo peccat, *n.* 5.
Tenemur impedimenta tollere per ſe influentia, neutiquam ſi per accidens influant, *n.* 5.
Nunquam neganda abſolutio legitimè petenti, *n.* 6.
Anatomia ſignis conjectatur temperamentum ad jejunium, *n.* 6.
In itinere peragendo negotij pietas, aut alia motiva attendenda, *n.* 6.
Honor politicus conſervandus an ſufficiat, *n.* 6.
Scrupulus mulieris cupientis in quadrageſima non jejunare ex gravidatione, *n.* 6.
Non inſtante præcepto jejunij, nec inſtat penes impedimentum, *n.* 6.
Effectus ſecutus ex omiſſione compatitur voluntarium fore non tamen culpabilis, *n.* 6.
Præcepta Eccleſiaſtica negativa non ſunt obligantia pro ſemper, *n.* 6.
Non licet ſe exponere periculo conſentiendi in peccatum, *n.* 6.
Medijs licitis quærere ſe eximere ab obligatione præcepti, illicitum non eſt, *n.* 7.
Nec ſe complacere in eo, ſimiliter, *n.* 7.
Triſtari de obligatione præcepti, aut ſe complacere in in ejus emptione, quando peccatum, *n.* 7.
Inſtantia de vidua deflente maritum, aut mercatore projiciente ex tempeſtate merces in mare, *n.* 7.
Remotum, aut proximum periculum peccandi: *n.* 7.
Triplex diſtinguitur periculum, *n.* 7.
De præterintentionali conſenſu inter conjugatos, *n.* 8.
Quando quis dat operam rei licitæ aut illicitæ, *n.* 8.
In jejunio qua via intervenit virtualis, vel interpretativa intentio de non jejunando, *n.* 8.
Non jejunium conſiderandum bifariam, *n.* 8.
Cauſa influens in jejunij omiſſionem, *n.* 8.
Pura omiſſio generaliter appellata, actus interpretativus, à Scoto nuncupatur actus remiſſus, *n.* 8.
Æquè vitanda proxima peccandi occaſio, & periculum incidendi in eam, *n.* 9.
Prænotum periculum, dum quæritur, peccatur, *n.* 9.
Omiſſio procedens à voluntate non ſpontanea ſine libertate cenſenda, *n.* 9.
Quo actio ponit neceſſitatem antecedentem, *n.* 9.
Neceſſitas conſequens non excuſat à peccato, *n.* 9.
Intentio inefficax quando non culpabilis, *n.* 9.
Caſus fictus poſſibilis, *n.* 9.
Duarum ſententiarum probabilitas an nunc, *n.* 10.
Impoſſibilitas moralis à peccato excuſat, *n.* 10.
Vtrum liceat uxorato ſolvere, & petere debitum præviſum, & volitum jejunij impedimentum, *n.* 10.
Notanda prohibitio Innocentij XI. *de illicita petitione aut redditione debiti ob ſolam voluptatem*, *n.* 10.
De itinerante, ſive pedeſtri, ſive equeſtri reſolutio fixa, *n.* 11.
Cui opinioni tenetur confeſſarius ſe conformare in abſolutione impendenda, *n.* 11.
Exemplificatur in adminiſtratione ſacramenti pænitentiæ regularibus virtute Bullæ cruciatæ, *n.* 11.
Quando jure abſolutionem petit Pænitens, *n.* 11.
Confeſſarius non ſe conformans ſententiæ Pænitentis contra propriam, *n.* 12.
Nuſquam licet peccatum veniale, *n.* 12.
Impiè gerit officium qui deficit in eo, *n.* 12.

1 VALDE ſuccinctè ſe expedit ab hoc dubio, qualiter excuſentur à jejunio itinerantes Bonacina tom. 2. diſp. 1. de præceptis Eccleſiæ quæſt. 1. in 2. propoſitione num. 11. ubi ex Angelico Doctore ſecunda ſecundæ quæſt. 14. art. 4 ait. *Excuſari ſuſcipientes longum iter pedeſtre, ut ſi ſuſcipiant iter viginti milliarum* (Quindecim milliaria Italica ſunt quinque Hiſpaniæ leucæ, viginti ſex) Cuius rationem ſubjungit; *hic enim cenſetur gravis labor.* Quod autem itinerantes equeſtres reſolvit: *ſecus videtur dicendum, regulariter loquendo, de iis, qui equeſtres iter aggrediuntur, nam hoc genus itineris faciliùs peragitur cum jejunio, quam repleto ventre.* Hoc tamen limitat, & potius in eo practica utenda. *Modo iter breve ſit, & probabile non ſit superventuram debilitatem, nam ſi dubium ſit ſuperventuræ debilitatis, non eſt obligatio jejunandi*, in quibus indicat equeſtres itinerantes nuſquam excuſari à jejunio niſi ob ſuperventuram debilitatem, aut quia ſupervenit; & fortaſis hac doctrina movebatur confeſſarius in coercendum pænitentem; concluditque. *Idem dic dum iter curru, aut lectica peragitur, nam ſi currus valde concutiat, aut iter longum ſit ut probabiliter dubitari poſſit de ſuperveniente debilitate ceſſat obligatio jejunii.* Eiſdem ferè clauſulis, idem ſcribit Filliutius tomo. 2. & cap. 7. quæſt. 10. n. 130. ſic generaliter ſtabilitum non ita ac par debetur judico conſulendas tunc conſcientias poſt damnatam ab Alexandro 7. ſequentem propoſitionem quæ in ſerie 41. quas reprobat, & prohibet, eſt huius tenoris, *excuſantur abſoluté à præcepto jejunandi qui iter agunt equitando, ut cumque iter agunt, etiam ſi iter neceſſarium non ſit; & etiam ſi iter unius diei conficiant*, de itinerante pedeſter nil loquitur ſummus Pontifex, ideo non reprobatur quod de eo loquens Azor proponit tom. 1. inſt. moral. lib. 6. cap. 28. §. nono quæritur, in difficultate quam movet, *an Curſores, Muliones, Agaſones, ſeu an cæteri qui peregrè proficiuntur, aut tota die pedibus iter faciunt, jejunium ſervare debeant*, & mox, *videndum eſt, an ſponte, an neceſſariò iter ſuſcipiant; deinde an profectio, vel iter in alium diem, commodè differri queat; item an jejunium citra incommodum ſervari poſſit; an non; inſuper, an pedibus, an equo ſit iter faciendum: his enim proſpectis res eſt definienda:* Et aliis proſpiciendis reſolutivè in particulari decidenda prout circunſtantiæ occurrunt, & examinantur; non ergo ſola illa generalitate, debilitationis expectatæ, vel cautelandæ, ſufficit in fixum judicium, quando mala fides, & ignorantia craſſa præcedit in itinerante, ſive pedeſtri, ſive equeſtri ad non jejunandum; vel à contrario, quo motivo, aut invincibili ignorantia, ſeu bona fide conſcientiæ tutamen tenet ut excuſari poſſit à præcepti fractione, & videtur hanc fore mentem Alexandri 7. damnantis, & prohibentis illam propoſitionem quæ in ordine eſt 30. hujuſmodi. *Omnes officiales qui in republica corporaliter laborant, ſunt exempti ab obligatione jejunii, nec debent ſe certificare, an labor ſit compatibilis cum jejunio.* Conferendo jam iſtam damnatam, cum proximè poſita reprobata etiam de non jejunio itinerantis, colligitur, quod in ea quæ eſt 31. de iter faciente, addit Papa *etiam ſi iter neceſſarium non ſit, & etiam ſi iter unius diei conficiant*: Ergo à contradictorio, ſi iter neceſſarium ſit labor excuſabit; Hincque eodem pacto philoſophandum eſt in altera quæ eſt 30. ut officiales non comprehendantur lege jejunii, quod neceſſarium ſit laborare, quandoquidem ſi ſponte laborant abſque laborandi neceſſitate peccabunt non jejunando; ſic ſenſi nobilem quemdam valde allectum ad picturam lethaliter delinquiſſe non operantem ex officio in quadrageſima varias imagines quas conficiebat, ſed ex mera indole qua ferebatur in pingendum. Aſt cum neceſſitas alia ſit ſimpliciter; ſecundum quid, altera, non incongruè dubitatur quæ ſufficiet; & meo videri,

ſalvo

Digitized by Google

ſalvo meliori iuditio, intelligo, abundare eam quæ eſt ſecundum quid, dum vera, & non ficta eſt, nam præcepta poſitiva Eccleſiæ non aſtingunt ad arctius, & rigidius, ut patet in hoc ipſo de jejunio, quod nullus intelligit, ullum cogi in illud, quod eſt de pane, & aqua; ſic adhereo Azori citato aienti. *Si iter neceſſitate, non volũtate, ſponte ſuſcipimus, & pedibus nõ equo non facimus, quod nec prorrogari, nec commodè fieri queat, ſic jejunium ſervare cogimur; ſi etiam iter facimus, quod quindecim, aut duo de viginti milliaria, milliaria Italica compleat, ordinariè minimè legibus jejuniorum tenemur*. Adverbium quo utitur, nota, *ordinariè* inſinuans in ipſo, id quod medici explicant de laboritio incompoſſibili cum jejunio; Hæc de itineraitibus urgenti motivo, non ſponte; & penes officiales (v. g. Argentarii, Lignarii, Fullones, Coriarii, Tertores, Pictores, Barbitonſores, & alii) Fagundes in præceptum 4. Eccleſiæ lib. 1. cap. 6. n. 15. & 16. & Diana prima part. tract. 8. reſol. 9. hæc quaſi uniformibus ſcribunt. *Similes artifices non teneri, uno, vel altero die non laborantes jejunare, ſi quidem indigent alimento pro operatione ſequentis diei à die in quo aſtricti, non præceſſerunt*. Annuerem libentiſſimè abſolutè loquendo; veruntamen poſt reprobatas duas proximè tranſcriptas propoſitiones ab Alexandro 7. non ita indifinitè decidendum, & ut tutâ conſcientiâ procedant tum itinerantes, quam artifices, ſive in die quo laborant, ſive in eo feſto aut alio quo vacant, tenentur ſe certificare, ſeu ab experimento, vel à Medici conſilio, laboritium incompoſſibile cum jejunio; Non aliter exequendum licitè ab illis qui in artibus liberalibus ſe exercent, quales ſunt Cathedratici continuò docentes, Concionatores, Advocati, Judices, Cauſidici, & alii: Cum autem itinerans ſcopum det conſultationi ponderandum occurrit quod contingere quit ſponte aſſumptam viam, & pluviis, nive, calore, aut aliis ex temporum intemperie nociva ſaluti ſe ingerere, ut dum removetur omnis fraus vel dolus, liceat non jejunare.

2. Quo præmiſſo non omittenda difficultas, quam ponit Azor allegatus in eo qui ſponte, nulla cogente neceſſitate iter aggreditur pedibus: & reſolvit. *Dicendum eſt dubitandum non eſſe quin is de quo quæritur jejunium tutò ſolvat, ſi adeo eſt labore defatigatus, ut cibo indigeat, quamvis culpâ ſuâ in eum laborem devenerit*. Tunc enim Medici juditium de incompoſſibilitate jejunii cum ſalute eſt ipſa experientia defatigationis. Qua doctrina conſcientiam cujuſdam Franciſcani ſerenavi in præcepto de non equitando aſſumpto ergo ab eo tramite voluntario pedibus, ab una leuca defatigatur, & bigam aſcendir in complendum iter; regulæ præceptum non fregiſſe, judicavi, quia etſi via ſpontanea in initio fuerit, conſtituebatur neceſſaria, aut redeundo in terminum à quo exivit, vel continuandum in terminum ad quem ubi properabat; & disjunctiva regulæ (quod nequeant equitare, *niſi manifeſta neceſſitate, vel infirmitate cogantur*) jam verificabatur propter defatigationis ſummæ, atque valde moleſtantis anxietatem; quæ omnia confirmant cuncta quæ prætetito numero propoſui; Adhuc Joannes de Azor. *Quod ſi in fraudem legis ſe labore defatigaverit peccatum eſt in eo quod data eſt cauſa frangendi ex laſſitudine jejunii legem, ea tamen data non amplius peccatur in jejunio ſolvendo*. Demus unum innegabile ſcilicet illum qui eo dolo ponit cauſam, indirectè velle non jejunare, & inde in non jejunio etiam peccat: Ideo licet non improbem ſententiam, veruntamen ei non annuo; & peccare judico bis, nam independenter ab hoc quod jejunet, vel non jejunet ob datam cauſam, peccaverat: præcipuè poſt declarationem Innocentii xi. in ea propoſitione damnata, quæ in ſerie eſt 63. *Licitum eſt quærere directè occaſionem precandi, pro bono ſpirituali, vel temporali noſtro vel proximi*. Si ergo ſtante eo motivo damnatur quærere proximam occaſionem peccandi, independenter etiam à motivo in fraudem ieiunii aſſumptum iter culpabile erit; inde interrogatus à quodam juvene 25. annorum, qui die veneris dicti ſancti diſciplinam voluntariè ſumpſit in publica proceſſione eo die ſolita nuncupata tumulationis Chriſti, ſine non jejunandi, ſed poſtea jeiunavit, peccaſſe dixi ex conſenſu efficaci ponendi cauſâ impeditivâ adimpletionis præcepti, quo tenebatur; cuius ſubſequens obſervãtiæ retractatio nõ excuſatio fuit prioris conſenſus efficacis non quidem de violando præcepto, ſed de non ponenda occaſione proxima in fractionem mandati; principaliter in Scoticis principiis ponentibus, diſtinctum actum meritorium vel peccaminoſum, in actione exteriori, ac in interiori; videndus ſubtilis præceptor 2. diſt. 42. quæſt. 4. à §. ad quæſtionem num. 16. ubi ponit malitiam formalem diſtinctam in reatu peccaminoſo per conſenſum internum voluntatis, & externum operis, quod idem repetit quodlibet 18. §. de tertio principali num. 12. punctum peracutè diſcuſſum à Licheto in Comment. & à Rada 2. parte Controv. 18. art. 1. §. ut autem; fundamentum capio à quadam advertentia noſtri Martini de S. Joſeph in ſua ſumma lib. 2. tract. 12. num. 5. quæ idiomate patrio in quo ſcripſit, ſequentibus ęquivalet; aliqui dicunt in fraudem jejunii aſſumptum impedirivum ejus, ut iter ſine cauſa non frangit; ſic Joannes Sanctius diſp. 52. & Suarez de Religione tom. 1. lib. 2. cap. 13. num. 6. agens de feſtorum obſervantia, Diana 1. parte tract. 9. reſ[illegible]. 52. quia in ſimilibus caſibus, vera non eſt fraus, niſi quædam fug[illegible] ab obligatione præcepti non aſtringens illos qui laborant; aliud enim eſt concupiſcere præcepti fractionem, cum quis ejus obſervantiæ tenetur; alterum deſiderare impotentem ſeſe invenire ut obſervetur, quod idem eſt ac velle excuſari à præcepto; & quamvis medium ſit illicitum, tamen non eſt ob finem frangendi mandatum, quando obligat, ſed inquirere modum quo non obliget; judiciumque ferens de iſta præciſione Zeloſus Franciſcanus, ſubjungit: Multa Metaphiſica eſt iſta, penes materias morales, nec ſcio quomodo tueri queat non intervenire fraudem contra legem jeiunii in eo qui poſitivè modos quęrit in eam non obſervandam; quin urget ſe ponere in tali occaſione: bonus pater diſcalciatus minor; non enim Metaphiſica opponitur materiis moralibus, ab eâ autem quam fortaſſis, ipſe non expreſſit, etſi penetraverit, inferam idem quod ſentit, & non negabit; dixit enim non licere per media illicita quærere modum, quo quis ſe liberet ab obligatione præcepti, ergo ſupponit dari media licita quibus tutâ conſcientiâ valeat ſe liberare; aliud ne clarius? quam quotidianæ diſpenſationes petitæ in privilegiis, ut quis liberetur à præcepto; aut voto, vel juramento; & quamquam ſine liberandi ſe ab ea obligatione diligentias quis agat, tutâ conſcientiâ procedit; ergo concedendo media licita, & illicita, in ponendum impedimentum ne obliget lex, quę Metaphiſica p'us laudabilis in examen aſſumpta.

3. Colligo igitur ab eo, quod ſi media electa itinerantis, ut eximatur à ieiunii obligatione, ſint licita, neutiquam argui poteſt de reatu peccaminoſo, neque incidit in eam fraudem, quam cavent iura, ne exemptus ex dolo patrocinetur à iure; L. itaque ff. de furtis cap. tuę u. de Cleric. non reſident. cap. tuus de Uſuris; ratio roboranda à duplici regula; unâ quod nullo apertius lex frangitur velut ſi fraudibus pertractetur; L. ſi quis Patrem-familias §. his autem ff. de Senatus-conſulto, L. ſi ſponſus ff. de donationibus inter virum & uxorem cap. conſtitutus, ex Conceſ. preben. cap. ſicut non ſuo diſt. 46. altera iuris re-

Digitized by Google

gula ſumpta ex L. infando ff. de rei vindic. L. cum hi §. cum lis. ff. de tranſact. cap. porro de divortiis, & alibi ſæpe: ubi ita ſtabilitur: *fraudibus via non debet aperiri:* peracutè de iſtis, & aliis Caſtro Palao tom. 1. tract. 3. de legibus diſp. 1. punct. 12. & in propriis terminis de jeiunio veſtigans quæ cauſæ ab eo excuſent Trullench. tom. 1. lib. 3. cap. 2. dub. 7. num. 10. per ſequentia. *Si labor aſſumptus in die jeiunii non ſit ex officio, quia non habet officium laborandi, ſi talis Labor aſſumitur in fraudem jeiunii, ut quis eo die excuſetur à jeiunio, licet labor ille ſit honeſtus, peccat mortaliter illud aſſumens, quia fraus & dolus nemini patrocinatur:* in quorum conſonantiam paſſim occurrendum, & notandum, quod in fractione clauſuræ Monialium aliqui nimia laborant ignorantia craſſa, aſſumentes in onus, quin ex officio ipſis incumbat, aliquod, ut in eam ingrediantur, & Moniales conſentientes, & iſti, in excommunicationem incidere contra clauſuræ fractores latam, certo certius ſit, & regula aſſignata, quin fraus & dolus nemini patrocinatur & fraus patet, nam non ſe onerarent præciſo clauſuræ ingreſſu, bene verum eſt eundem Palao ſubnectere. *Ille verò qui non in fraudem ſed bona fide aſſumit aliquem laborem honeſtum, licet id non habeat ex officio, & labor ſit neceſſarius, & licet prævideat quod aſſumpto tali labore, non poterit poſtea jeiunare, non peccat aſſumendo talem laborem incompatibilem cum jeiunio, nec tenebitur, poſtea jeiunare.* Hoc opus hic labor, quomodo præviſa incompatibilitate laboris cum jeiunio, ſi neceſſarius hic non ſit bona fide, & non potius in fraudem obſervantiæ pręcepti, aſſumi valet; in quo explicando ſtat quando medium licitum, vel illicitum; & aptiſſimum invenio quod idem Jeſuita, num. 15. ſcripſit ſic. *Excuſantur à jeiunio omnes pietatis opera exercentes ſive ex voto, ſive ex præcepto, ſive voluntariè ex devotione, ſi ob communem utilitatem illa ſuſcipiant; ſi illa ſimul cum jeiunio exercere commodè non poſſunt,* cuius rationem aſſignat: *Quia jeiunium præcipitur, ut promotivum ad bonum, & non impeditivum majoris boni; & mens Eccleſiæ eſt, ita jeiunium præcipere, ut alia pietatis officia, quæ pro tempore & loco ſeſe offerunt, non impediantur:* Hæ Metaphiſicæ præciſiones ad moralia utiliſſimæ in deciſionem, quando ad fraudem jeiunii aſſumitur præviſum impedimentum cum eo incompatibile; aut quomodo etſi præcipiatur, & exequatur labor, nullo pacto fraudatur, nec dicendum à doloſitate patrocinari: inſpiciendum id quod aſſumitur; an maius bonum ſit, & inducat utilius commodum, ſive Reipublicæ, ſive alicui particulari; vel minus ſit bonum, quã ipſa abſtinentia: in uno & altero me exemplifico; prævidet quis quod ſi non laborat adjuvans in incendio quod occurrit, cedet in loci ruinam, etſi non teneatur laborare; quia ſubvenire huic egeſtati publicę, pręfertur ex opere pietatis particulari abſtinentiæ, licitum medium aſſumit quamquam prætextu non jeiunandi ſeſe ingerat in laboritio; & fœmina noſcens ſe jeiunare non poſſe ſi inſomnem noctem tranſeat ad ſubſidium infirmi periculoſi, licet ſponte ſe ingerat, tutâ conſcientiâ non jeiunabit, quia id omittit ex exercitio charitatis præferendo virtuti morali abſtinentię, igitur non in fraudem jeiunii ſit quod operatur ex eminentiori virtute, & in illius fraudem erit quodcumque oppoſitum voluntariè inferioris lineę ab ea in qua verſatur abſtinentia.

4. Non poſſum antequam doctrinam applicem, non advertere Dianam inſolutum dubium à ſe motum relinquere, prima parte tract. 9. quem titulat de jeiunio, reſol. 46. inquirens: *An qui ad loco ſacra peregrinantur excuſentur à jeiunio.* Quid alii ſentiant, recitat; quid ipſe, non declarat; forſan parte 10. tract. 14. reſol. 2. veſtigans; *quanam quantitas itineris pedeſtris excuſet à jeiunio?* Sic in introitu per alluſionem ad id quod non reſolverat, loqui videtur: *De hoc dubio interrogatus fui occaſione huius anni ſancti, in quo aliqui viſitabant quatuor Eccleſias deſignatas à SS. Pontifice, tempore quadrageſimæ; quæſierant à me; an eſſent excuſati à jeiunio; & negativè reſpondi quia iter ad minus duodecim milliarium excuſat à jeiunio.* In quo ſupponit quatuor illas Eccleſias non continuiſſe duodecim milliarium ambitum; & hanc dum permeatur pedibus excuſare: unde infertur quod cum duodecim milliaria Italica ad minus ſint quatuor Hiſpanicæ leucæ, conſonè ad hunc authorem, ab earum itinere peragendo pedeſter, excuſabuntur; poſt tranſcripta verba Leandri, cui aſſentit in eo quod pręſuppoſuimus de itinerante voluntario; §. dicimus, de equeſtri iter faciente ſequentia firmat. *Iter equeſtre viginti quatuor milliarium à ieiunio excuſare.* Quaſi dicat octo leucæ Hiſpanicæ in itinerante alienis pedibus ſufficere, ut his ab obligatione jejunandi liberetur: id ipſum confirmans, & deducens plus ultra quam unum, ſeu ſex dies fiat iter poſt damnatum ab Alexandro 7. tranſcriptum n. 3. tutum non eſt iſtud ſubjunctum penes equitantes, dum affirmatur. *Equitantes non ſolùm per plures dies, ſed etiam per unum diem ad ieiunium non teneri;* modo quidem præaſſignato, ex Leandro (tract. 5. de præceptis Eccleſiæ diſp. 8. quæſt. 95. 98. & 101.) ſuam mentem pandit ita hæc ſententia. *Quia ſi in iter unius diei dummodo ſit ad minus duodecim milliarium, ſufficit ad excuſandum à ieiunio iter pedibus agentem: ergo ſimiliter iter equeſtre unius diei, dummodo ſit triginta, aut viginti-quatuor milliarium; quæ continet leucas Hiſpanicas, nempe triginta millia, decem; viginti quatuor milliaria, octo, excuſare debet à ieiunio pro illo die iter equo agentem:* purificet, & dimenſionem ponit in tramite permeato, ſupponens duplo majorem debere contingere; ut excuſetur à præcepto jeiunandi equeſter, quam pedeſter; unde ſi in iſto labor quatuor leucarum liberum ponit, in illo exigi deberi octo peragere leucas. Non curo qualiter inſoluta relinquit argumenta quæ in practicam pro voluntariè itinerantibus præſcripſerat, nec quo pacto pro illis qui venationi ſe dant ex delectu, Philoſophandum eſt, ut tutâ conſcientiâ non jeiunent eo die; ſi tergiverſationibus viarum in venatione plus ac ſi recto itinere facerent pluſquam octo leucas, ſive pedeſtres, ſive equeſtres tranſeunt per ambitum, ubi venabilia continentur, jam currendo, ſiſtendo jam, nec ita greſſus metiendo, modo quo de oppido ad oppidum fieri aſſolet; & de venatoribus unum certiſſimum tenendum, quod ſi recreationis dumtaxat motivo iſti exercitio ſe dent, nullatenus excuſantur à præcepto; ſi aliàs ob infirmitates corporeas, aut alia cauſa, de Medicorum licentia non utantur carnibus, quia in iſto eventu non officit venatio, cum ad non jeiunandum jam legitimum teneant titulum; à quo convinco quod numero præterito præmiſi de operibus pietatis (quæ majora ſunt bona, ac jeiunia) voluntariè aſſumptis, etſi non cedant niſi in particularis perſonæ utilitatem. Argumentor ita: quia maius bonum eſt peculiare cujuſvis vitæ conſervatio quam abſtinentiæ obſervantia, hæc illi cedit, nec in jeiunii fraudem conſervatur propria vita non ieiunando; ergo quia opus pietatis de eminentiori ſerie comperitur, ne maius bonum impediatur à minori exercito, licebit non ieiunare; nec in præcepti fraudem procedit. Hinc conſului duco Theologi de quodam nobiliſſimo viro, an teneretur vitare venationem die ieiunii expediens iſta ſuæ ſaluti à conſilio medicorum, in occurrendum hipondriæ infirmitatem, annuerunt licere non ieiunare. Aſt poſt damnatam ab Alexandro 7. propoſitionem ex n. 3. corruit puritas Dianæ.

Digitized by Google

5. Totum quod in conſcientiæ ſecuritatem peritur, in his & ſimilibus pendet ab examine illius controverſiæ Theologicæ, in materia de actibus humanis; penes puram omiſſionem (ſemel dato quod ut effectus ſequutus ex omiſſione ſit voluntarius, & imputabilis omittenti requiritur præceptum de non omittendo; quam opinionem ſi placet videbis peracuté ſolutam in Montefinos. tom. 2. in primam ſecundæ diſp. 9. de actibus humanis quæſt. 5. in Magiſtro Curiel prima ſecundæ quæſt. 6. art. 3. dub. 2. §. 3. concl. 2. in Cornejo diſp. 1. de actibus humanis dub. 1. in Hurtado diſp. 1. diſ. 5.) difficultas ergo ſtat in hoc, quæ præcepta ſunt in quibus adſtringitur conſcientia ad tollenda omnia impedimenta, quæ illorum obſervantiam implicant; Annotat Felix cap. 1. de actibus humanis diſ. 6. num. 6. ex Monteſinos allegato ea quæſt. 5. num. 89. *Requiritur ad hoc, ut effectus ſequutus ex omiſſione ſit voluntarius præceptum prohibens, vel obligans ad impediendum effectum.* v. g. video navim ſummergendam, quam ſubvenire poſſum, & omitto: ut effectus ſequutus à mea omiſſione, qui eſt navis ſummerſio, ſit mihi voluntarius, & imputabilis, requiritur præceptum, quo aſtringar à non me abſtinendo de ſubvenienda navi; quod præceptum inducit obligationem; de non ponendo impedimento ſponte, ut cogar ab eo omiſſionem ponere in re: ergo. Si in via peragenda non prævideo impedimentum in jejunium omittendum, non jejunium ſubſequutũ à non omiſſione itineris mihi non imputabitur ad culpam quamquam ſpontaneè, pedeſter, aut equeſter peragam tramitem; ergo à contradictorio impedimentum prævidens, & apponens voluntariè, effectus ſequutus ex omiſſione jejunii imputabitur mihi ad culpam; quia idem præceptum quo adſtringor ad obſervantiam jejunii, cogor ad non ponendum voluntariè impedimentum, quo præceptum non obſervem; ſiquidem fraus eſt manifeſta; non alio confirmandus diſcurſus niſi conſonè ad illam doctrinam, quam tetigi conſult. 31. num. 7. de illo pacto uſurario, quando quis contractum celebrat dans ſuam pecuniam ut ſolvenda ſit tali die, ſub pœna quod ſi eo non ſolvatur, in duplo majorem, ac data, ſive exhibenda ſit ſolutio; annuamus quod eo die debitorem claudere facit creditor ne adimpleat promiſſum; in fraudem liquidò patet id factum peccante mortaliter creditore ex impedimento quod ſua doloſitate poſuit, ne debitor ſolveret quod tenebatur, neque illum ab hoc poſſe tutâ conſcientiâ exigere pecuniam, quia præcepto quo adſtringitur ad non exigendam pecuniam ante tempus conſtitutum obligatur ad non ponendum impedimentum debitori ut hic eam ſolvat tempore in contractu pactato; igitur omiſſio ſolutionis debitæ imputabitur creditori qui præcepto coercetur ut nulla fraude ſeu dolo ſe gerat, non debitori cui cum prout impedito inculpabiliter nequit obligare præceptum, nec imputari valebit ſolutionis omiſſio: quæ huic, nec per ſe, aut per accidens etiam, ſeu directè ſive indirectè cogitari valet interpretativè voluntati innumera tranſeo in quibus variis paritatibus me explicare valebam; exemplum ſumo ex navigante clerico qui culpabiliter, immemor ſuæ obligationis ab ignorantia craſſa projicit in mare Breviarium, alterum non tenens in navi, quo & divinum perſolvat officium, ad differentiam clerici qui ſpe quod itinerando, in omni loco invenit Breviarium, ſecum non portat proprium, & in nullo illud reperit; non recitatio in navigante imputatur ad culpam, quia præceptum recitandi ad impedimentum non ponendum ad recitationem ſe extendit, & ideo illius omiſſio ei imputatur, tamquam medii prohibitivum ibi ſimpliciter requiſitum ad recitandum; at alter clericus itinerans, nec inveniens breviarium in loco, per accidens ponit impedimentum eatenus non cadit ſub præceptũ illud appoſitum; unde, Canonicus ſic omittens officium divinum, non cogitur reſtituere fructus dierum illorum, quia nec directè nec per ſe omiſſio ipſi imputatur non deferens proprium breviarium; nec ulla fraus in eo præceſſit, & per accidens fuit recitationem omittere.

6. Individuandus jam eventus de viro illo pœnitente, cui confeſſarius negabat abſolutionem, certiſſimum erat injuſtè negatam dum peregrinationes fiebant ab eo impotens ex ſalute jejunare, ab inevitabili motivo, ſive Phyſice ſeu moraliter loquendo: item quando peragebatur iter in ea dimentione leucarũ quas præveniebat conſultis medicis, impotentem reddendũ adrepretẽdam viam neceſſariã, diſcrimine de eis, quæ excuſant pedites ab illis quibus equeſtres excuſantur; conſequenterque providentiſſimè negabat abſolutionem à contradictorio, non jejunando ſi pedibus viam peragebat minorem à quatuor vel quinque leucis, & equo non verificato motivo ad jejunandum: nec tranſeundum quod Medici in hac re judicium tenentur ferre, captum ab anathomiæ ſignis, ex debili vel robuſto cujuſvis temperamento, in illo à præcautione ne in deterius abeat, inſurgantque infirmitates, quibus non conſervetur ſalus; prout à debilitate, ſanitate privabitur; comperiendum etiam erat qualiter voluntaria prædicta erant itinera, vel quo fine; utrum conducentia pietatis operibus aut bona communi, conducentia item muneri publico quo aſtringebatur: v. g. ad adminiſtrationem rei publicæ; in juſtitiam adminiſtrandam, ſive in domeſticis ſeu œconomicis capiendis proventibus honeſtis, ne declinaret à conſervato honore politico; quibus in caſibus non rectè abſolutio negabatur, quia ut præmiſimus ex caſtro Palao jejunium numquam præcipitur ab Eccleſia tanquam medium impeditivum majoris boni; inde pœnitens ea omnia, vel quæcumque ex illis aſſignatis allegans, miſſus à confeſſario in peritos, & doctos quærendos qui eum abſolverent tot inveniret, quot quæreret, quando interrogatus, utrum in fraudem jejunii itinera peragerer, & reſponderet negativè animadvertens ſeparatum in jejunandum ſi major obligatio non incumberet illi in non omitendum opus pium, & quantumcumque firmaret ſe complacere in hoc quod non adſtringebatur lege jejunii ſeſe inveniendo in eis occupationibus, abſolvi debeat; quia cum legitima ex cauſa ſe complacendi in inveniendo ſe libero ab obligatione præcepti, complacentia in eo non eſt culpabilis; quo ſenſu nimiam conſolationem adhibui cuidam fœminæ prægnanti, & alteri nutrienti infantem, quæ ambæ ſcrupulizabant in hoc, quod ſe complacebant in impedimento in quo inveniebantur ad non jejunandum quamdam quadrageſimam; & optabant in alia non difformiter repetiri, ut excuſarentur: dixi, nec venialiter peccaſſe; paritate de illo qui diligentias facit ut à Papa obtineat diſpenſationem præcepti alicujus, & ſe complacet in ea obtenta, vel obtinenda, quia talis complacentia eſt de re licita: quoad hanc partem abundè manet fundatum intentum; quia tunc non inſtante præcepto jejunii, nec inſtat penès impedimentum oppoſitum; quã propter effectus ſequutus ab omiſſione, licet ſit voluntarius omittenti, prout inculpabilis, neutiquam ei eſt voluntarius in quantum culpabilis refundens reatum peccati venialis, aut mortalis; aliàs media aſſumpta in itineratione ad excuſandum ſe à jejunio illicita non ſunt; præcepta Eccleſiaſtica non ſunt de illis quæ negativa appellantur aſtringentia ſemper, atque pro ſemper; & ideo ſuas limitationes tenent, exceptiones, & diſpenſationes, quas ſi non cavent confeſſarii ex conſcientia erroneâ in varia peccata incedere facient ignatos pœniten-

Digitized by Google

tes, atque fatuos valde ſcrupulos incutient in conſcientiis.

7. Dicis, nullo pacto licet ſe exponere aliquem in periculo conſentiendi in peccatum; ſed illa complacentia in non jejunando erat periculum conſentiendi in peccato; ergo non licebat ſeſe complacere in impedimento poſito: ergo rite proceſſit confeſſarius negando abſolutionem illi pænitenti, qui inter alia, quæ conſuluit, hoc fuit unum, videlicet iratum Sacerdotem illum ſecum valde, quia inter alia, quæ explicuit, unum fuit, ſe complacuiſſe in eis itineribus, quia non jejunando, fame & ſiti, in quos angores incidebat frequenter, occurebat, noſcens ſe liberum propter itinerationem à lege jejunii: Non capio unde hic confeſſarius in hoc pænitente invenit periculum cui ſe exponebat incidendi in peccatum ex medio non illicitè quæſito, ſed licitè aſſumpto; præterquam quod triſtari de rebus adverſis defatigantibus corpus, aut de eis in quibus licitè corporea maties, ſeu debilitas ſubvenitur, mediis honeſtis, cur aut quo fundamento poteſt imputari ad culpam: Ne fugiamus difficultatem, comperiendum venit quod Caramuel tom. 4. in Theolog. præterintent. morali præcep. 10. quæſt. appendice, à num. 3176. inter alia diſputat. *an ſe exponere periculo conſentiendi peccato ſit peccatum.* Et à num. 3179. poſtquam diſtinguit periculum conſentiendi à periculo ſentiendi, ſtabilit quod dum probabile non eſt conſentiendi periculum, culpabile nullo pacto fore, à quo colligit, quomodo ſe complacens in eo quod periculum ingerit, ſine hoc quod conſentiat, dicitur ſe exponere periculo ſentiendi, non autem conſentiendi in peccatum; ſimiliter diſtante ſe & dolente de defatigatione in nauſea ſentiendi ſe adſtrictum ad obſervantiam præcepti, quo mortificatur; ſentiendi non conſentiendi periculo urgetur; quot ſcrupulis occurres, ſi hanc præciſionem penetraveris; ſentiendi periculum ſtare poteſt cum adimpletione præcepti, neutiquam conſentiendi; præceptum eſt nos conformandi cum divina voluntate in eo quod cognoſcimus ipſam fore; contingit aliquod adverſum valde evenire mulieri, quando de ſponſi bene meriti morte triſtatur, deflet, atque concupiſceret non contingere: triſtitia illa & dolor ponit in periculo ſentiendi, non conſentiendi ad fractionem præcepti de ſe conformando cum divina voluntate; & mercator projiciens merces in mari triſtitia afficitur de turbulentia immiſſa à Deo, ſentit; ſed non conſentit; cum autem periculum ſentiendi non cadat ſub præceptum, nec periculum ſe complacendi cadet; inde conceſſa maiori, nego minorem; tranſeat fore periculum ſentiendi, neutiquam eſt conſentiendi in peccato, urges: periculum ſentiendi ſaltem eſt remotum conſentiendi; ergo exponit ſe periculo conſentiendi. Caramuel num. 3181. *Non eſt peccatum ſe exponere remoto peccandi periculo*; quod percipietur, totumque exenterabitur ſequentes clauſulas tam periti Doctoris diſcutiendo quas ſcribit num. 3187. *Nemo eſt in proximo peccandi, dum certo, aut probabiliter conſentiendi periculo qui habet voluntatem & reſolutionem non conſentiendi; videtur tamen habere hanc, qui poteſt tollere extrinſecùs occaſiones, & tamen non tollit.* Ergo conſenſus, vel non conſenſus, ad comperiendum proximum, probabile, vel evidens periculum, refunditur, in hoc quod non tollantur occaſiones, vel tollantur; ſi iſtud ſentiendi periculum erit, non illud conſentiendi; igitur ſi complacentia vel triſtitia, occaſionem non dat ad fractionem præcepti, nec remotum adhuc putabitur; & inde ſi placet triplex diſtingue periculum; unum ſentiendi, alterum remotum conſentiendi, aliud proximum; ex quo nego antecedens inſtantiæ.

8. Stabilimen accipit doctrina à quodam examine, quod Caramuel propoſuerat num. 3018. ut hunc caſum quem ſic reſolvendum (& eſt 10. in ſerie) introducit: *Nimius nonnumquam eſt conjugatorum amor; at mollities, unde exorta & præviſa, non niſi præter intentionalis.* Eventus conſiſtit in hoc; ex ardenti, quo diliguntur amore, uxorati, prævidetur ab uno eorum in pollutionem venturum ex aliqua actione directa in copulam maritalem; quæritur; utrum præterintentionalis illa & inculpabilis: & reſpondet: *Non ſufficit dare operam rei licitæ ut pollutio peccaminoſa non ſit, ſed requiritur, quod non ſit intenta:* Ergo dum dant operam rei licitæ uxorati, præveniuntque pollutionem, ſi in illam non intento conſentiente dirigantur, præterintentionalis videtur, & inculpabilis, modo quo chirurgus pudenda fæminæ medens, equitans, confeſſarius, dum exercentes ſuum miniſterium, etſi prævideant pollui, dum intentato ab eis non convincitur pollutio, præterintentionaliter continget ipſis ſine peccato; ergo idem fatendum erit de aſſumente peregrinationem voluntarie penes jejunium, & non jejunium; non ſufficere dare operam rei licitæ, ad non jejunandum, & requiritur ut excuſentur à reatu non præcedere intentionem formalem, virtualem, vel interpretativam de non jejunando: quo pacto, noſcetur itinerationem, ſive pedeſtrem, ſive equeſtrem ponere in periculum conſentiendi ad fractionem præcepti jejunandi, culpabiliter imputata omiſſio jejunii, aut tantummodo inducere periculum ſentiendi inculpabiliter; & quomodo iſtud quandoque ſaltem, per indirectum in ſenſu compoſito tranſire poteſt & conſtitui læthale peccatum occurrit enodandum igitur quælibet intentio influens determinatè in non jejunium, aut ex formali, vel virtuali voluntate, ſive interpretativa, prout ponit ſponte impedimentum ne ieiunet, erit periculum directum in fractionem præcepti, & culpa mortalis at periculum non ſentiendi bifariam conſiderandum; uno modo compoſitum ex illa voluntate formali, virtuali, vel interpretativa, ſimul exiſtens, & imbibita in ipſo periculo ſentiendi, & tunc iſtud, licet ex ſe non prodeat in omiſſionem culpabilem, à circunſtantia, cui annectitur, conſtituit peccaminoſam ieiunii omiſſionem; vel periculum ſentiendi in itinerante attenditur ſeparatim, putans itinerans ſine incommodo fieri ab eo poſſe viam, & ſic quantumcumque ponatur in ea ex periculo ſentiendi, non ponitur in periculo conſentiendi; catenus nec remotè, nec proximè imputatur ipſi ſe poſitum in occaſione peccandi, & liberatus immunis deductus, ut ea omiſſio culpabiliter inſit in eo ſi poſt, urgente motivo non ieiunat quanta occurrebant nunc, à quibus ſuperſedeo, ne iam à me tractata reperantur; & ſi placet recognoſce quæ de pura omiſſione latè tracto tom. 2. certaminis diſp. 3. ſect. 4. à num. 59. ubi omiſſionem quam moderni vocant interpretativum actum liberum, fundo in mente Scoti; variis ibi textibus citatis eius, in quibus ipſam appellat actum remiſſum; & tom. 3. ceteraminis, idem in aliis doctrinis itero diſp. 3. ſect. 5. num. 48.

9. Præ conſideratione tenendum, qualiter ſe gerebat voluntas viri propoſiti in conſultatione penes iter ſecundum illam reduplicationem, prout impeditivum ieiunii, nam ſi omiſſio eius ponebat itinerantē in periculo proximo, ſive formaliter, ſive virtualiter, ſive interpretativè conſentiendi in fractione præcepti, revera peccabat, & iuſtè à confeſſario abſolutio denegabatur ex defectu propoſiti efficacis vitandi occaſionem proximam peccandi; quin immoremur; utrum nolitio auferendi occaſionem remotam inducentem ad peccatum, nullum conſtituat Sacramentum pænitentiæ; & meo videri pars affirmativa tutior eſt, quia

Digitized by Google

licet periculum remotum non ponat in occaſionem proximam peccandi, ponit in occaſione proxima incidendi in periculum proximum; at dum in itinerante non comperiebatur ex impedimento appoſito, periculum conſentiendi, niſi ſentiendi periculum, iniuria ipſi fiebat à denegata abſolutione, ſi quidem non inveniebatur quo impediretur validitas, & fructus percipiendi ab ipſo Sacramento: comperitur id examinando, utrum iter neceſſarium aut mere voluntarium fuerit, ſine minimo incommodo vitabile; & qualiter ſe dedit tali itinerationi aut prævidendo & conſentiendo in impedimento apponendo: quo pacto periculum eſt conſentiendi culpabile; vel non præviſo iſto, neque etſi prænotum præceſſerit, nullum tenens propoſitum, nec formale, nec virtuale, nec interpretativum frangendi ieiunium; tunc cauſam non inventam ad illud non obſervandum; ſic quamquam ponendo impedimentum ex itineratione, ſe ponat in periculo ſentiendi, non ſe apponit aut exponit periculo conſentiendi; Nec mirum tam intricatam Philoſophiam, & Theologiam verſari in præſenti cum pendeat à ſubtilioribus præciſionibus humanorum actuum & omiſſionum verſantium in libertate, quam vocamus quoad ſpeciem ſeu contraria; ſive quoad exercitium & contradictoria, quos terminos ſi intendis uſque ad ultimas differentias penetrare, etiam penes moderniores ſpeculationes, recognoſce Magiſtrum Curiel prima ſecundæ quæſt. 6. art. 3. dub. 1. §. 3. & Ripaldam, tom. 1. de ente ſupernaturali lib. 3. diſp. 70. ubi Patrum teſtimonia, rationeſque Theologicas, per quatuor ſectiones diſcutit, num. 41. diſcurrens, quomodo omiſſio procedens à voluntate, libera ſemper cenſen.ia, quia illa quæ neceſſaria dicitur jugeab extrinſeco prodiit ex deffectu poteſtatis ad actum poſitivum ex impoſita antecedente neceſſitate; ſed ne materiæ morales inintelligibiles ab aliquo judicentur, diſtingue in itinerante duplicem intentionem; efficacē, unam obſervandi præcepta Eccleſiæ, vel non obſervandi iſtud vel illud mandatum ejus; inefficacem, alteram penes vitandum, vel non vitandum tramitem peragendum in quantum impeditivum jejunii; efficax intentio ponendi impedimentum præviſum incompoſſibile cum jejunio, quomodocunque occurrat, revera omiſſionem jejunii facit actum peccaminoſum, non à ſe, & in ſenſu diviſo, ſed per accidens, & in ſenſu compoſito; quia ut diximus ea eſt intentio conſentiendi in occaſione proxima peccandi; at dum intentio eſt inefficax non jejunandi, videlicet ſi occurrat aliqua cauſa legitima, aut nimiæ defatigationis, vel alicujus accidentis corporei incidentis ex laboritio, omiſſio jejunii non erit imputabilis ad reatum culpæ; quia tunc jejunium non frangitur abſolutè, ſed ex motivo appoſito caſualiter occurrente, & ob fortuita, ſeu caſualia quantumcumque præveniantur, ſi directè, aut indirectè, ex formali aut virtuali, vel interpretativa intentione determinatè non decernuntur, imputabilia non ſunt omittenti, vel operanti; in quorum tenorem cuidam curioſo interroganti, utrum Deo alicui Religioſo revelante nullum Breviarium inveniendum in navi, & quod ſecum portat à tempeſtate ſummergendum, tenebatur talis Religioſus vitare navigium, ne omitteret obligationem recitandi horas Canonicas; non teneri ad non navigandum probabile videtur: quia illud caſuale erat ſubſequens actui licito navigationis, non antecedens; ergo itinerans, dum impedimentum attendit ſubſequens, non antecedens, excuſabitur à peccato; & quia à penitente patebant (juxta id quod informabat) caſualia ſubſequuta, ut non jejunaret, proponebantur potentiſſimè ſi confeſſarius (ſi ut mihi fecit notum) meo videri aut ignoranter, vel inique ſe geſſit penes eum, negans abſolutionem.

10. Hucuſque per rigidiores terminos Scholaſticos nos geſſimus; at nunc faciliori via procedamus, annuendo probabilem ſententiam illorum, quos retulimus de licita itineratione, etiam in illo qui voluntarium aſſumit iter quantumcumque prævideat impeditivum jejunii; dum eventus hic conſuitus contigit antequam in viridi obſervantia foret damnata propoſitio tranſcripta n. 1. de qua ſententia (quamquam contrariam teneat) ſic loquitur Achaſius March de Velaſco tomo 1. ſuam reſol. moral. lit. A dictione *ayuno* reſol. 35. num. 5. præmittens ſuam, & noſtram opinionem tutiorem practicè & ſpeculativè ait; nolo probabilitatem contrariè negare (negaret nunc, & ſi tempore, in quo ſcripſit notam ipſi foret, prohibitio propoſitionis aſſignatæ eon. 3.) quia præterquam quod ab authoritate tot doctorum qui illam tuentur; vendicat probabilitatem, fundatur hac ratione, Præceptum jejunii non obligat ad abſtinendum ſe à ludo pilæ, ad non iter faciendum in venationem, ad non fornicandum (non obligat dicam directè, bene indirectè) quia non eſt medium ordinatum de ſua natura in illa vitanda, & ita non facit contra iſtud præceptum jejunii, quicumque ſe exercet in ſimilibus actibus, ſemelque exercitis jam non obligat præceptum jejunii propter impoſſibilitatem moralem illud obſervandi concurrens cum altero præcepto incompoſſibili conſervandæ ſalutis; quæ ratio ultra quod manet impugnata à Scholaſtica Doctrina de omiſſionibus, & de mediis licitè, aut illicitè apponendis; & de omiſſione culpabiliter, vel inculpabiliter imputabili ipſi; ſicut notat Achazias veroſimilitatem probabilitatis antiquitùs tenuiſſe non negabo, ut tutâ conſcientia uti poſſet à confeſſatio, imo & tenuiſſe ipſum conformare etiam contra propriam, qua talis confeſſarius convincitur, quando pænitens urget eum ut penes ſecum in tali individuali caſu ea utatur ſententia conſonè ad ſenſum aſſignandum numero ſequenti, nec tam deſtituta erat aliis argumentis, ut ipſi deficerent, unum ſufficiet (etſi jam inutile & facillimè ſolvendum) præter poſitum à Domincano Valentino: Licet uxorato ſolvere, & petere debitum conjugale præviſum & volitum impeditivum formale jejunii, quin à nimia defatigatione in copula maritali ſponſus vel ſponſa tenerentur abſtinere ſe à ſolvendo, vel petendo debito; quia etſi prævideatur impedimentum, utitur quiſque ſuo jure in actu licito à contractu maritali; & inde conſului Medici, utrum talis defatigatio nimia ſufficiat ad licentiandos maritatos tempore quadrageſimæ, vigiliarum, aut quatuor temporum, ut non ſolum non jejunent, verum & carnibus in alimentum utantur; tenaciter ab eis tenetur pars affirmativa (in quo caveant nunc non incidant in cenſuras latas ab Alexandro VII. & noviter decreto Innocentij XI. in propoſitione 9. damnata quæ eſt hujuſmodi: *Opus conjugii ob ſolam voluptatem exercitum, omni penitus caret culpa, ac defectu veniali.*) ergo petito & exhibito debito maritali, non ob ſolam delectationem, niſi ex fine proprio matrimonii quia in eo utuntur conjuges ſuo jure quamquam prævideatur impeditivum jejunii, licebit, fulciturque ex aſſignatis nam jejunandi mandatum non prohibet adhuc indirectè ſimiles conjugales actus; quod facillimè ſolvitur diſtinguendo. Non prohibet directè tranſeat, indirectè nego. Non enim licet ex damnata propoſitione 8. Innocentii appetitum frui omnibus actibus.

11. Martinus item de S. Joſeph, qui tam crudus extitit contra prædictam ſententiam (nunc jam damnatam) num. 5. citatus eo tract. 12. poſtquam aborreg

Digitized by Google

Metaphiſicas illas quas inducit, ut vidimus ſcribit quo non obſtante per principia extrinſeca autoritatũ tot gravium Doctorum, judico probabilem opinionem dictam oppoſitam, & abſolutè probabilem, cum ex itineratione non intenditur expreſſe frangi jejunium, niſi ſolummodo guſtum itinerandi adimplere quis negabit probabiliſſimam, & certiſſimam, licere, quando non intervenit jejunii nec fraus expreſſa, nec ex laboritio talis angor reſultans in aliqua perſona, ut nimis defatigetur cum periculo amittendi ſanitatem, ſe remittit ad Filliucium tom.2. tract. 27. part. 2. cap. 6. n.123. & ad Villalobos tom. 1. tract. 23. dif.5. num. 11. igitur hic ſubnectendum aliud inquiſitum, utrum confeſſarius teneatur in conſcientia ſe conformare cum opinione Pœnitentis contra propriam quam ſentit, & convincitur judicans privatè oppoſitam improbabilem; v. g. demus probabiliter regularem ſentire poſſe abſolvi à caſibus reſervatis virtute Bullæ Cruciatæ; confeſſarium vero, à quo petit abſolutionem firmiter tenere, nullo pacto quiri abſolvi à reſervatis virtute Bullæ Cruciatæ pœnitens regularis; tali confeſſario iſte proponat, materiam abſolvendam, tres aut quatuor caſus reſervatos; inquirimus; utrum peccet mortaliter, ſemel inchoata confeſſione (nam ante eam quia liberum eſt audire, vel non audire Sacramentaliter, poterit prout libuerit eligere opportunius ſibi viſum) confeſſarius adhærens ſuæ ſententiæ nolenſque ei in qua eſt pœnitens ſe conformare. Cum multiplicibus Doctoribus quos citat, & ſequitur (quibus addo Dianam 2. parte tract. 13. reſolut. 11.) ut fundat, Joannes ſanctius in ſelectis diſp. 33. num. 54. (firmans nullatenus poſſe confeſſarium obligare pœnitentem, ut pro pœnitentiali ſatisfactione acceptet abſtinentiam ab Euchariſtia non inventum indignum ad eam ſactam ſynaxim ſuſcipiendam) ſubnectit. *Nam quoties diverſa eſt confeſſarii pœnitentis opinio circa aliquã rem tenetur confeſſarius pœnitentis opinionem imitari*; pauciſque interjectis: *Porro teneri confeſſarium pœnitentis ſequi opinionem, docent*, innumeri Doctores quos allegat, quod idem reperit num. 54. ſtrictiùs conſtringi confeſſarium, abſolvere pœnitentem contra propriam ſententiam; ſive ſit proprius Parrochus, ſive alienus, *certum reor*: cujus rationem aſſignat Diana ea reſol. 11. *Quia quoties confeſſarius poteſt licitè abſolutionem impendere, ad illam exigendam habet jus juſtitiæ pœnitens*: ſi jus juſtitiæ alicui negatur, illicitè negatur.

12. In tantum ſe firmat Diana in hoc dictamine, quod penes oppoſitum §. & licet addat. *Licet Vaſquez in primam ſecundæ diſp. 62. cap. 7. num. 4. Monteſinos in primam ſecundæ diſp. 29. quæſt. 5. num. 59. & ſalas ubi ſupra* (prima ſecundæ quæſt.21. tract. 8. ſect. 9. à num. 82) *putent ſolum peccare venialiter*; mox: *Puto peccare mortaliter ſi de mortalibus ſit facta confeſſio, nam onus grave eſſet pœnitentes obligare ad ſua detegenda crimina alio confeſſario*: ita id perſuadet peragendum adverſus N.Rodriguez. *Etiam ſi confeſſarius falſam eſſe opinionem pœnitentis exiſtimaret*; quæ omnia faciunt in favorem pœnitentis allegari & iniquè proceſſiſſe cum eo confeſſarium verificatum quod allegatus Sanctius dolet penes confeſſarios perſonarum acceptatores, inquiens (prohdolor his miſeris temporibus) *vereor & aliquorum ignorantiam, aut imprudentiam*. Vereor & ego ſcribentium laxiorem ponentium tramitem, ne pœnitentes ut par petitur ſe gerant penes obedientiam debitam confeſſariis. Fatebor teneri Sacerdotem in adminiſtratione Sacramenti pœnitentiæ contra propriam opinionem ſequi ea quæ pœnitentis eſt, dummodo comperiat, huius ſententiam probabiliorem fore, quam illius. præcipuè poſt decretum Innocentii XI. juxta notata conſ. 2. n. 13. & 17. & in propiis terminis conſ. 34. n. 7. utraque relati doctores, de confirmando ſe confeſſario contra proprium dictamen, cum eo quod pœnitentis eſt, peccareque dum diſcordans ab iſto operatur, in uno convenire apparet, in altero vero diſſentire, concordant arguendum de reatu maculæ peccaminoſæ dum non deponit opinionem propiam; differunt, quia plures hoc peccatum cenſent lethale; alij vero, dumtaxat veniale; meo autem videri, ſemel aſſentiendo peccare, mortaliter dicendum delinquere, ſive Parrochus fuerit, ſive non; moveor ſequenti ſyllogiſmo. Omnis qui negat in materia graviſſima jus ad quod legitimum quis tenet, & poteſt ſibi impendi, exagiraturque ſibi donari, peccat mortaliter; ſed in materia graviſſima, qualis eſt infuſio gratiæ, ſive hæc ſit prima expulſiva culpæ mortalis, ſive ſecunda prout intenſiva prioris antecedentis, negat confeſſarius pœnitenti abſolutionem, ad quam habet ius, & intuitu cuius ei præſtatur donum ſupernaturalis gratiæ, dum ille non ſe conformat cum hujus opinione; ergo ſi peccat in eo lethalis cenſenda culpa; igitur concurrentibus in pœnitente omnibus requiſitis in obtinendam abſolutionem injuſtè negabitur abſolutio: unde ad eventum conſultum duo quod vel confeſſarius negans abſolutionem illi itineranti comperuit hujus opinionem de omittendo jejunio propter vias quæ ei occurrebant, erat probabiliter quam propria in qua tum tenaciter adhærebat; aut ſuam probabiliorem exiſtimabat ſive bona fide, ſive ab invincibili ignorantia: Hoc ſecundo modo laudabiliter proceſſiſſe ex aſſertis conſtat; ſi autem primò modo iniquè, & peccando mortaliter, reatum incurrens ut à ſuperiori deponeretur de officio tam miniſter, qui muneri ſuo non ſat ſatisfaciebat.

CONSULTATIO XXXIX.

De probabilitate, aut improbabilitate cujuſdam ſententiæ Marchant penes Franciſcanos, ſub difficultate; utrum licitè bigare, quadrigareque queant.

INTER aliqua quæ in quodam Minoritico Monaſterio Religioſi pertractarunt, unum fuit, ſtricta obligatio, non equitandi, intuitu præcepti habiti cap. 3. regulæ ſequentis tenoris. *Et non debeant equitare niſi manifeſta neceſſitate, vel infirmitate cogantur*: diſputabant enim quæ neceſſitas ſufficiat in non frangendum mandatum; & an ſimul negotii neceſſitas, & perſonæ infirmitas concurrere debeant, vel unum quodque ſeparatim abundet; & occaſione examinandi, quædam verba Hugonis de Dina (antiquiſſimi expoſitoris regulæ illius) inventum fuit hunc Doctorem referre ſententiam, quam Neotericè ſuſcitavit, typiſque excuſſit N. Marchant in expoſitione regulæ cap. 3. textu 4. quæſt. 2. videlicet quod citra ſcandali periculum, licitum ſit fratribus Minoribus bigare, & quadrigare, quæ vectatio im-

Digitized by Google

propriè, non de rigore ſermonis equitatio dicitur, ductus paritatibus de vehiculis quibus in navi trajiciuntur Franciſcani per mare, & equis ſæpius in tranſitu flumen; addens: *Bigatio & quadragatio ex aliis titulis prohibetur fratribus Minoribus extra caſum neceſſitatis, vel infirmitatis, primo ex ratione ſumptuum, quibus eſſet ad amicos ſpirituales pro pecunia recurrendum; ſecundò ob ſcandalum, vel periculum ſcandali, & exceſſum gravem contra humilitatem pauperrimi ſtatus fratrum minorum; & contra intentionem P. N. S. Franciſci ſupra allegatam*: Inde tuentes improbabilitatem, arguebant; deficiente probabilitate intrinſeca, ab uno Doctore affirmante, extrinſeca, non poteſt dari, ſed ex tenore verborum Marchant ſententiæ de bigatione aut quadrigatione deficit probabilitas intrinſeca; ergo improbabilis erit licita Minorum equitatio in biga ſeu quadriga minor probatur. Quod eſt contra intentionem S. P. N. Franciſci expreſſum illis verbis: *Et non debeant equitare*, improbabile eſt ſecundum tenorem regulæ; ſed Marchant fatetur opponi menti S. P. N. Franciſci; ergo improbabile id manebit: quid in eo: & utrum practicari queat excluſo ſcandalo inquiſitum fuit: namquin recurratur ad pecuniam, nec reſultet ſcandalum à cognatis in clauſa quadriga non repugnat Franciſcanum itinerare.

SUMMARIUM.

Talis opinio quale fundamentum quo nititur, num. 1.
Significatum genuinum vocis, equitare, n. 1.
Vigare, & quadrigare propria & rigoroſa equitatio, num. 1.
Contra id excogitatam à Marchant, n. 1.
Idem confirmatum ex india practica, & Neapolitana, num. 2.
Chriſtus, Apoſtoli, S. P. N. Franciſcus ſociique eius ſæpe navigarunt, n. 2.
Exceptio in regula Franciſcana penes equitandi præceptum à dictione, niſi, n. 2.
Disjunctiva in eo mandato motivum arguet non copulatim à neceſſitate, & infirmitate, ſed diviſim à quaque, n. 2.
Viribus naturæ impoſſibile ambulare ſuper aquas, num. 2.
Inconſequentia ſanctori de Melfis, notata, n. 2.
Significatio genuina præcepti Franciſcani de non equitando, n. 3.
Confertur iſtud cum præcepto de jeiunio penes non cænandum, n. 3.
Non equitatio includit formaliter non deambulationem niſi pedeſtrem, n. 4.
Quibus annuendum vel non ſanctoro de Melfis conſonè ad declarationem factam à capitulo generali, num. 4.
Hugo de Dina improbabilem non protulit ſententiam, num. 4.
Eadem poſtea cur à Marchant improbabilis ſcripta, num. 4.
Ex conferentia decreti Innocentii XI. ad edictum Martini explicatum aſſumptum, n. 4.
In regula Franciſcana, non poſſint equitare, *idem eſt, & ſinonimum*, ac pedites ambulare tenentur, num. 5.
Clauſula ex juribus, & juriſtis explicata, n. 5.
Eadem ratione, & ſcopo occurrente ad omnia extenditur prohibitio, n. 5.
Nec humeris hominum, nec ferculo aut lectica, nec biga, aut quadriga licet Franciſcanis ambulare, abſque neceſſitate, vel infirmitate, n. 5.
Venerabilis Gilbertus Nicolai, ſeu ab Ave Maria, *de hac regula præcepto*, n. 5. & 6.
Eius verba mirifica memoriæ tenenda, n. 6.
A parvitate materiæ quando Minoritæ non peccant, niſi venialiter equitando, n. 6.
Neceſſitas, ut licitè Franciſcani equitent à ſuperioribus declaranda, n. 6.
Veniale per ſe ex equitatione in mortale tranſire quit ab accidenti, n. 7.
Parvitas materiæ quo pacto gravis cenſenda ex mente legiſlatoris, n. 7.
Expoſita juris regula; quid Principi placuit, legis habet vigorem, n. 7.
Mens Seraphici P. N. Franciſci in præcepto de non non equitando, n. 7.
De Eccleſiaſticis legiſlatoribus notandum, in præceptis de re gravi, ſive levi, n. 8.
Per accidens ex mutata materia levi poſſunt ſuperiores reatu peccati mortalis præcipere, aut prohibere, num. 8.
Solus Deus per ſe quit obligare in materia quamtumvis levi ad peccatum mortale, n. 8.
Divinum numen prout ipſi placuerit poteſt animam privare à gratiâ ſanctificante, n. 8.
Non eo quia major temporalis pœna contra delictum ſtabilitur, ideo gravius peccatum, n. 8.
Utrum voto ſub reatu culpæ mortalis poſſit quis ſe obligare ad obſervantiam materiæ levis, n. 8.
Reſolutio negativa attento voto ex ſe, n. 8.
Nequit aliquis majorem ſuper ſe ponere obligationem, ultra id quod materia præſtat, n. 8.
Obligatio in præcepto æquè pendet à poteſtate legiſlativa ac ab approbante legem, n. 9.
Præcepta regulæ Franciſcanæ à Romano Pontifice pendent tanquam ſi viveret Seraphicus Pater, n. 9.
Quod tempore ſancti Bonaventuræ licebat circa præceptum de non portando calceamenta, poſt Urbani VIII. declarationem illicent, n. 9.
Æquè quod probabiliter habebatur de bigare, vel quadrigare, ante Martinum V. improbabile poſt eius declarationem manſit, n. 9.
Ex declaratione Alexandri VII. penes eleemoſinam de miſſa celebranda aſſumptum declaratum, n. 10.
Non licet jam Sacerdoti ſtipendium integrum alteri non donare ut Miſſam celebret ſibi reſervans partem, n. 10.
Caſus de Religioſo cui incumbebat ex teſtamento quadam miſſarum celebratio, n. 10.
Opinio probabilis, abſtractè ſupra quæ, n. 11.
Probabilitas poſitiva, & negativa, n. 11.
Dubium poſitivum, & negativum penes ignorantiam invincibilem aut craſſam, n. 11.
Nullam probabilitatem tenet opinio derivata à nudo autoris nomine, n. 11.
Duæ regulæ ut reſultet, vel non reſultet probabilis opinio, n. 11.

Digitized by Google

Plauſibilis doctrina ex Antonio de Cordona, n. 11.

Expreſſa, & intimata Papa prohibitione de aliqua opinione nec in bona fide, nec ab ullo capite probabilis manet, n. 11.

Quando à ſcriptore, vel lectore, ſeu concionatore ſive confeſſario ignorantia invincibilis, aut bona fides allegari non quit, n. 12.

Inſtantia in caſu de quodam confeſſario ad ſacrum Inquiſitionis tribunal delatato, n. 12.

Si à ſuperioribus regularibus aliqua opinio ſuis ſubditis prohibeatur, quando iſti poſſunt probabilem putare, eis inhibitam ſententiam, n. 12.

Facultas Prælatorum regularium ut præcipere poſſent, ſuos ſubditos hanc non illam tenere opinionem, n. 12.

Capitulum generale Franciſcanum minoritis prohibet, bigare, aut quadrigare, n. 12.

Mirificum pronunciatum Gilberti Nicolai, n. 12.

Seraphicus P. N. Franciſcus *materialiter conditor regulæ Minorum, formaliter Honorius tertius qui eam approbavit*, n. 12.

Eadem poteſtas in Pontificibus ſucceſſoribus penes regulæ rationem, n. 12.

1. TAlis erit opinio quale fundamentum quo nititur; propoſitio quædam eſt marginalis, ſic à me tranſcripta & ſundata tom. 4. certaminis diſp. 6. ſect. 6. num. 50. Arbitrum inquiro (& duos invenio) contra Marchant, unus de obſervantia; de Capucinis, alter: ille Sanctorus de Melfis volumine titulato; Moralia commentaria in ſtatuta & conſtitutiones ordinis cap. 3. ſtatuo. 23. §. unde, ubi ait: *Improbabilem judico ſententiam, quam citat Hugo prætactus, quod cum æquitare veniat ab equo, ſolum prohibentur equo vehi; à qua opinione ipſe non declinat, licet piè putet etiam, à Mulis, Aſinis, abſtinendum; improbabilem inquam judico:* per eadem Capucinus Leander à Murcia in ſuis quæſt. regul. ad cap. 3. Reg. cap. 3. n. 2. ſed ne aliqua exceptio, propterea quia domeſtici ſunt, extra Franciſcanos aliquem quæramus; reperio omni exceptione majorem doctiſſimum Dianam de inviduali puncto tractaſſe; parte 10. tract. 11. reſol. 27. cujus verba dabo tranſcripta in cauſam deducendam à Marchant; inquit. *Bigare, & quadrigare non niſi valde impropriè nomine æquitationis intelligi poſſunt; regula* (adde minoritica) *ſimpliciter intelligenda eſt prout communi ſenſu ſonat; nec valet quod qui equis trahitur vehi dici poſſit; ſic enim, nec nos vehi liceret, ubi navis ab equis traheretur, ut in fluminibus fieri ſolet:* quo poſito, ſuam mentem declarat, quamquam non loquatur de probabilitate aut improbabilitate explicitè, implicitè tamen id exprimit proferens. *Ego ut verum fatear magis affirmativæ ſententiæ adhæreo* videlicet quod pariter illicet ex ſe, & regulæ tenore Minoriticis bigare, quadrigare, aſino vel mula, vel equo vehi; idque ſpecialiter proponit; *ut verum fatear*: qui fatetur verum, implicitè falſum, oppoſitum concedit; ergo quia concedens aliquod falſum de natura ſua, probabile affirmat à Diana videmus taxatam de improbabilitate Marchant ſententiam; quem audiamus num. 1. antequam diffinitivam, ultimam declaremus, ait eo cap. 3, (citato à me) num. 1. *Itaque præciſa ratione recurſus, ſive ſumptuum, & materia ſcandali, non videtur frater Minor peccare, ubi ex cauſa rationabili, etſi non neceſſariò, uteretur biga, vel quadriga; ratio eſt quia ex vi verborum regulæ non teneretur; & quamvis intentio S. Patris, fuerit* (*ut antiqui expoſitores dicunt*) *quod quantum, fieri poteſt fratres ſui pedites cum Chriſto ambulent; iſtam tamen ſuam intentionem, quantum ad bigationem ſub præcepto non propoſuit, ſed ſub perfectionis gradibus potius relinquit*; Unde infert, arbitrio relictum, à tenore regulæ Franciſcanæ. Reſpondebis à voce, æquitare (quæ ſonat tantummodo equo, aſino vel alio ſimili vehi) æquivalere bigam & quadrigam quæ à dictis animalibus vehitur: contra arguit paritate inducta de navi, quæ in tranſitu fluminis vehitur ab equis; frivolum autem hoc nullam probabilitatem ab eo accipiens ſententia, à num 4. infra patebit commodius; & priuſquam ad alia tranſeamus, quia totam vim ſuæ opinionis videtur ponere ex navigio quo trajicimur per mare, ſeu flumina cauteloſiſſima in navicula quæ de terra vehitur ab equis, (ſicut ego vidi tranſiens ad Lombardiam, & occurrens flumen dictum Rodano neceſſariò tranſigendum) comperiamus quid de his ſentit unus ex arbitris electis.

2. Sanctorus de Melfis igitur ulterius exenterat aſſumptum, dato priùs quod Marchant ſubnectit in ſuæ ſententiæ ſtabilimen ſcribens; *Super humeros hominum, ut apud indos, vel lectica, aut ferculo ab hominibus geſtari, ut fit Neapoli ſæpiſſimè, quatenus geſtationem concernit, præciſo pretio, vel ſuperbia, vel ſcandalo contra regulam eſſe non cenſeo, quia loquendi modus, hoc genus vectationis equitationem non appellat, nec odioſum præceptum quod de jure non pertingit, extendere debemus; de Navi certum eſt non comprehendi, quia equitatio, navigatio non eſt, & Chriſtus Apoſtoli, & S. Franciſcus, & ſocii navi uſi ſunt.* Inſolida hæc Sanctoris ſolutio, quæ meo videri non evacuat difficultatem; fateor D. Jeſum Chriſtum, Apoſtolos, S. Parentem, ſotioſque eius ſæpiſſimè navigaſſe; hoc tamen non fuit, quia præcepto non prohiberentur, quocumque modo vehi in itinere ab altero; ſed quia manifeſta neceſſitas ad peragendum viam per aquam impotentiam ponit, ut peditùs perficiatur; liquet enim ipſo cap, 3. regulæ in dictione exceptiva, *niſi* conſult. 3. n. 12. explicata: *Non poſſint equitare niſi manifeſta neceſſitate, vel infirmitate cogantur*; à tenore præcepti patet non comprehendi navigationem, quæ neceſſitatem influit; nam via naturali non poteſt peragi iter ambulando ſuper aquas, qualiter redemptor, & ipſo annuente ſuus Diſcipulus S. Petrus ambulabant ſuper eas, Mathæi 14. & 15. & notanda disjunctiva, *Niſi manifeſta neceſſitate vel infirmitate*, ut tutâ conſcientiâ, deficiente ægritudine, & occurrente negotij neceſſitate liceat fratri Minori æquitare; nec utrumque copulatim exigi, ſufficereque unum, vel alterum; à quo arguo ideo ſtante infirmitate; licitum eſt Franſciſcanis equitare, quia infirmi impotentes ſunt ad itinerandum pedites, ſed potius eſt impotens viribus naturæ pedibus ambulare ſuper aquas, ergo urget neceſſitas, ut navigio vehantur Franciſcani; occaſione ſe offerente, flumina, vel mare tranſire; præterquam quod ſi ſuper humeros humanos apud Indos, vel lecthica ſeu ferculo, manibus hominum concedit Sanctorus, non opponi tenori regulæ, nec contineri ſub præcepto, quia hæc non eſt æquitatio prohibita in regula, cur improbabilitate cenſuranda mens Marchant, ſumens in toto rigore juris verbum *èquitare*, & in præcepto quod eſt de linea odioſa non reſtringenda ſignificatio, ad rigidiorem tantummodo ſonum dictionis; ab illo frequenti axiomate; de teſtamentis ſumpto, & hic ſimiliter applicando, *Si voluiſſet teſtator, expreſſiſſet*; ſi voluiſſet inſtitutor omnem vectationem ab irrationalibus prohibere, alio quo id ſignificaretur & comprehenderetur expreſſiſſet; ſed non expreſſit; ergo aut ſententia Marchant non eſt improbabilis; vel improbabiliter cenſet Sanctorus de Melfis, licere Franciſcanis, ſecluſo ſcandalo, aut recurſu ad pecuniam, ſeu ſuperbia, humeris alienis humanis, ſeu lectica, vel ferculo ambulare; quando enim non evacuatur ratio qua

ſolidatur

ſolidatur opinio, retunditurque impugnatio, probabilis manet, dummodo apoſtolica autoritate non damnetur; ſed in nullis propoſitionibus quas Pontifices condemnarunt, vidimus hanc Marchant damnatam; ergo injuſtè improbabilitate pollere aſſeritur à tribus Doctoribus citatis, quos in arbitros elegi non attingens alios, qui de materia iſta, aut paſſim, vel diffuſo calamo pertractarent.

3. Dilema inductum in ultima conſequentia, æquè improbabile unum ac alterum colligere videtur ſupponendo quod de rigore vocis præceptum regulæ minoriticæ de non equitando, formaliter idem eſt, ac imponere obligationem Franciſcanis de peragendis viis peditibus, ſeu pedeſtribus; ideoque idem eſt, & eandem ſignificationem tenet, *non poſſint equitare*, velut ſi SS. Patriarcha exprimeret: debeant pedites ambulare: v. g. præceptum de jejunando expreſſum in regula omni feria 6. à die prima poſt feſtũ omnium Sanctorum uſque ad Nativitatem Domini, eſt præceptum de non cęnando, quia non cęna pertinet ad ſubſtantiam & entitatem materiæ incluſæ in juſſione de jejunio; ſed ad entitatem præcepti de non equitando pertinet ambulatio pedeſtris; ergo formaliter, & entitative pedeſtris ambulatio includitur in præcepto; ſed non minus qui biga, aut quadriga fertur non ambulat pedibus, quam qui lectica, vel ferculo, aut hominum humeris vehitur; igitur ſi illud improbabile cenſuratur, & iſtud improbabilitate erit cenſendum: confirmatur, ſi tenor verborum regulæ ſicut eſt; *& non poſſint equitare*, ſequenti clauſula exprimeretur; & non poſſint ambulare niſi pedites, non equitatio pertineret ad entitativam rationem præcepti quia non ambulatio niſi pedites includit non equitationem; ſeu non equitatio includit non ambulationem niſi pedeſtrem; ergo ſicut idem eſſet non poſſint ambulare niſi pedeſtres, ac non poſſint equitare, à contrario, idem erit, non poſſint equitare, ac non poſſint ambulare aliter ac pedeſtres; ergo perperam Sanctorus improbat Marchant cenſens licere Franciſcanis lectica, vel ferculo vehi, nam ſi unum excluditur à regulæ præcepto, & alterum ſimilem tenet excluſionem: annuo Sanctoro in his quæ ſubjungit de voce, *equitare*, §. Reſpondeo. *Verbum.* inquit. *Equitare in communi modo loquendi, ut advertit Hugo de Diana non ſolùm ſignificat equo iter facere, ſed etiam Mulis, Aſinis, Camelis; ſic Plinius lib. 8. cap. 18. de Camelis loquens ait: omnes autem in iis terris Iumentorum dorſo funguntur atque etiam equitantur in præliis.* Ergo ly non poſſint equitare non attendendum, vehi equo, ſed idem ac vehi quoquo alio ſive Mula ſit, ſive Aſinus, ſive Camelus; ſed ſi vox, *equitare*, ſolùm ſumeretur ſecundum id quod ſignificat vehi à ſpecie equina, liceret Franciſcano vehi à quaque alia ſpecie irrationali oneri deſtinata; ergo in alium ſenſum capienda eſt dictionis ſignificatio ſecundum mentem S. P. N. Franciſci, quæ fuit ut pedites ambularemus: Reſpondebit Sanctorus fundamentum eſſe ad cenſurandum de improbabilitate ſententiam Marchant, non autem ſuam de vectatione ſuper humeros humanos, ſeu lectica vel ferculo; nam Martinus V. Pontifex maximus in conſtitutionibus ſuper Franciſcanam regulam cap. 3. titulato de divino officio, & jejunio, & forma iter faciendi, & de non equitando; (habenturque tales conſtitutiones in Chronologia Seraphica in 36. capitulo generali Ordinis) ita auctoritate inductis in tituli limine. *Conſtitutiones, ſive declarationes generales, & Papales Martini Papæ V. ſuper regulam Fratrum Minorum, compoſitæ olim & impetratæ à venerabili, & totius ſanctitatis viro, Fratre Ioanne de Capiſtrano*; Capite ergo 3 citato loquitur Vicarius Chriſti ore totius ordinis. *Item de non equitando fiat, ut regula dicit, præterquam in caſu neceſſitatis attentis tamen verbis Bonaventuræ in ſua declaratione ſuper hoc; qui dicit; Fratres non debent equitare, neque quadrigare, neque bigare, niſi manifeſta neceſſitate prolixi itineris, vel negotii urgentis, vel infirmitatis cogantur*: Ergo & Papa, & S. Doctor Seraphicus, & S. Capiſtranus, & tota Religio ſentit bigare vel quadrigare prohiberi tenore regulæ; non autem exprimit de lecticare aut ferculari, vel vehi humeris humanis.

4. Tunc ſic ſentire & proferre in qualibet materia pertinente ad communem ſtatum totius Eccleſiæ contra univerſalem & plauſibilem ſenſum Doctorum præterquam quod eſt temerarium, improbabile reputatur; igitur ſentire, & proferre adverſus communem ſenſum eorum qui in ſtatu Religioſo tenentur providere ſingulariter id in quo conſcientiæ obligantur, erit improbabile; quandoquidem communis plauſus iſtorum equivalet conformi menti illorum; ſed communis cætus Ordinis Seraphici in declarandã difficultatẽ occurrentẽ penes regulã ſtat in capitulo generali approbato & confirmato à Papa; ergo ſtante expreſſa declaratione illorum, quælibet ſententia peculiaris Doctoris oppoſita (præcipuè ejuſdem Religionis) manebit improbabilis; falſa, inſequibilis, nec admittenda, imo reprobanda; ſed quod non liceat Fratribus Minoribus ex præciſo tenore præcepti regulæ de non equitando, bigare, vel quadrigare tenet expreſſam declarationem in capitulo generali, anno 1430. apud Aſſiſium celebrato (in quo electus fuit R. R. P. Fr. Guillelmus de Caſali in Miniſtrum generalem) approbante toto capitulo, uniformi conſenſu, quod expoſuit penes punctum, S. Bonaventura, ſupra quam declarationem, Martinus V. Pontifex maximus conſenſit ſuo decreto ſpeciali, conformiter præmiſimus; ergo improbabilis manebit ex tunc temeraria, falſa, nec proferenda ſententia firmans Minoritis, ex ſe, licere bigare, & quadrigare: cum autem nulla ſimilis declaratio facta fuerit, circa id quod aſſeruit Sanctorus de vectatione ſuper humeros humanos, aut in lectica, vel ferculo, iſtud non cenſebitur improbabile, velut alterum indictum à Marchant, cujus ſententia differt (licet ſit eadem ab ea quam tenuerunt Doctores quos allegat Hugo de Dina, & ipſe) quod ut à vetuſtis & à Dina ſcripta probabilis cenſenda pro tunc uſque ad tempus in quo à toto Ordine accedente apoſtolico decreto Martini V. improbabilis manſit interpoſito anno 1430. oraculo Pontificii conſono & confirmativo mentis totius Religionis in prædicto generali capitulo improbantis contrarium, ideoque ab illa hora ſententia quæ probabilitatem tenere non renuerem fateri ab anno 1278. (in quo floruit Hugo de Dina per commemorata à Uvadingo tom. 2. Annalium Minorum in Chriſti annum 1278. n. 31.) aliqualem probabilitatem tenuiſſe, eam omnimodè cenſendum amiſſam intimato decreto tranſcripto Martini V. ſingulariter cum in Comitiis Generalibus in quibus tota Religio compromittit, inſit facultas condendi leges univerſales pro toto Ordine; à quo ulterius improbabile eſt quidquid docetur oppoſitum legi univerſali cujuſvis reipublicæ dum hæc tenet juriſdictionem eas condendi, & ipſas ſtatuit conſonè ad iura naturalia, divina & poſitiva; ſed Franciſcanus ordo condidit legem juſtam conformem juribus divinis, naturalibus & poſitivis illicere Minoritis bigare, vel quadrigare, alioqui ſi in tantillo deficeret ab illis ſequeretur Papam erraſſe in talem legem approbandam ut obſervaretur, ſicque Vicarium Chriſti poſſe præcipere obſervandum aliquod quod opponitur juri naturali divino aut poſitivo; ergo improbabile manſit licere Franciſcanis bigare, vel quadrigare; & quia in relato capitulo generali nondum doctiſſimi Patres Conventuales dicti Clauſtrales à cor-

pore ordinis diſceſſerint ſub Generali magiſtro (ſeu ex conceſſione Sixti V. Generali Miniſtro independenti à Miniſtro Generali totius Ordinis Minorum cuius titulum obtinet ex lite conteſtata , & in favorem Obſervantiæ ſententia data , liquet à Barboſa in collectaneis Apoſtolicarum decisionum , collectanea 383. n. 33. ubi ait. *Fratrum de Obſervantia Miniſter Generalis qui ſexiennio durat , ſicut in præteritum uſus eſt , ita in præſentiarum uti poteſt titulo, & ſigillo cum ſcriptione Miniſtri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, ut contra Conventuales hujuſmodi titulum reformari contendentes cenſuit ſacra Congregatio Rituum ſub die 22. Martii* 1631.) Et convenerint in ea lege condenda , videtur nunc ex tot ſcriptoribus quos præclariſſimos veneror, nulli eorum licere ſerenare conſcientias Religioſorum de Obſervantia, ſeu Capucinorum in licita itineratione bigando vel quadrigango extra caſum neceſſitatis , vel infirmitatis ; & confirmatur. Qui ſcripſit ante annum 1679. in quo publicatæ fuerunt 65. propoſitiones ab Innocentio XI. damnatæ ; antequam prohiberentur probabilis erat ſententia illorum firmantium licere in gravi neceſſitate , nec requiri extremam , ut quis illa laborans ſubveniretur de alienis bonis : at poſtquam damnavit & declaravit Innocentius XI. non licere in grave neceſſitate furari , & requiri extremam contingere , modo expreſſo in propoſitione 36. jam falſa , improbabilis , temeraria , & aliis cenſuris digna manet ea propoſitio ; *permiſſum eſt furari , non ſolum in extrema neceſſitate , ſed etiam in gravi* ; Sed Martinus V. non inquam tenens juriſdictionem , ac Innocentius XI. declarat ex ſe, & natura ſua bigare, aut quadrigare illicere Fratribus Minoribus ; ergo cum poſt ſcripſerit Marchant prælo dedit ſententiam improbabilem , & contra mentem S. P. N. Franciſci ; fortaſſis etiam adverſus bonos mores nec minus & in ruinam obſervantiæ , puritatis tantæ regulæ.

5. Quamquam autem non ita explicitè contra Sanctorum de Melfis inſinuetur iſta declaratio, per æquivalentiam , ſeu implicitè (meo videri , ſalvo meliori judicio) videtur etiam verſari , ſingulariter adhærens hic prædictus Doctor Melfis quod ſignificatum vocis in regula , *non poſſint equitare* , idem fore ac pedites ambulare ; ſed pedites ambulare excludit vectationem alienam quamcumque ; ergo excludit vectationem ſuper humeros , in lectica , vel ferculo ; æquivalentia enim explicita reputantur ; L. aliud. ff. ad legem Aquilam ; L. à Titio ff. de Furtis ; L. Quidem numularius ff. de edendo ; L. illud cod. de Sacroſancta Eccleſia , §. Si igitur ; inſtituta , quod cum eo ; Gloſſa dictione Italia de temporum ordinationibus lib. 6. Menochius Conſil. 334. num. 10. Conſil. 335. num. 32. & deinceps , Conſil. 339. num. 10. Conſil. 343. num. 11. Narbona de altercationibus à Vicario ad Epiſcopum parte 2. num. 6. Surdus Conſil. 301. num. 19. & Deciſion. 52. num. 10. principaliter militante eadem ratione in uno , & in altero ; quid enim in jure frequentius , quale cum eadem ratio urget in lege , omne illud quod ſub talem rationem cadit prohibitum; comprehenſum; vitandum, haud operandum declaratur ; dicta L. illud. L. item veniunt §. ait Senatus ff. de petit. hæredit. L. hic ſolus v. ſatis etiam , cautè putamus , cod. de revocandis donationibus Rebuffus ad legem in lege cenſoria 203. v. item de ſervis, & v. colligitur ff. de verborum ſignificatione. Tiraquellus in legem , ſi unquam, voce libertas , & ſequentibus : ergo ſpectata , & verificata eadem ratione , & ſcopo ; motivo , & materia in prohibitione de non equitando , dum iter peragitur biga , & quadriga , ac quando perficitur lectica, ferculo , vel ſuper humeros humanos ; lex vetans unum modum non ambulandi pedeſter , & alterum prohibebit , verè propriè , & realiter comprehenſivè ; & non dumtaxat extenſivè ; ſed qui lectica , ferculo , vel ſuper humanos humeros vehitur , non inæquè ambulat non pedeſter , & ſi in modo non ambulandi pedibus , non conveniat cum eo qui eis non ambulat vectus biga , vel quadriga ; igitur à declaratione Papali , & à capitulo generali citato, totum videbitur comprehenſum , & extra caſum neceſſitatis , vel infirmitatis , nulli Franciſcano licebit , quoquo modo vehatur , niſi pedibus viam peragere ; congruentia in meam ſpeculationem venit à practica , quam oculariter teſtificor: Miniſter , ſeu Vicarius Generalis (datus apoſtolica autoritate independens à Miniſtro Generali totius Ordinis) Patribus Capucinis non lectica , nec ferculo , neque biga , aut quadriga , niſi ſuper Mulam ambulat ; nec Miniſtri Provinciales Obſervantiæ dum pedites non poſſunt viſitare ſuas Provincias , imo & Patres Provinciales reformatorum ; & Capucinorum dum neceſſitate , vel infirmitate coguntur , velut illi equitant non in quadriga , aut biga niſi vel in Aſinis , aut Mulis ; quis cogitabit de viris doctis , exemplaribus & zeloſis de Minori regulæ indemnitate , & inviolabilitate , quod illud , non iſtud eligerent , ſi quadrigare non prohiberetur , & mulis inſedere ad itinerãdum tantummodo in regulæ prohibitum foret. Qui enim abſque neceſſitate poteſt comedere carnes v. g. fruſtra examinat neceſſitatem ad eas edendas ; ergo qui abſque infirmitate , vel neceſſitate licitè quadrigat fruſtra illas inquirit ad inſedendum Mulæ ut itineret , in epilogum ut improbabilitatem convincam me committo verbis V. Gilberti Nicolai viri tam præſtantiæ vitæ, quod ipſi debuit ordo tenere ſacram Religionem Monialium de Annunciatione , & ſereniſſimam Auguſtam Joannam de Valois Galliæ antea Reginam , cujus Confeſſarius fuit , ſpirituſque tantæ Heroidis ductor , & ſuæ Virginalis puritatis zelator.

6. Hic igitur Gilbertus , alio nomine dictus de Ave Maria , tractatu utiliſſimo valdeque docto Typis dato Bruſellis , anno 1580. (veram regulæ expoſitionem ad litteram animadvertens proficuam valde) ſic ponit conſilium ; *Qui intentionem autoris ſeparat à ſignificatione terminorum , ſeu dictionum , non aliud agit , quam qui animam ſeparat à corpore ; unde certum eſt ſenſum litteralem ſacræ ſcripturæ , atque regulæ cujuſlibet ab Eccleſia approbatæ , includere eſſentialiter ultra grammaticale ſignificatũ litteræ, etiam intentionem autoris , non minus quam verus homo præter corpus requirit animam rationalem ; qui enim tantum verba ſectatur , nihil habebit ; qui autem poſſeſſor eſt mentis diligit animam ſuam : igitur is eſt genuinus ſenſus regulæ S. Franciſci , qui elicitur ex intentione autoris* : ſed intentio SS. Patriarchæ P. N. (ut vidimus , num. 1. conceſſum à Marchant) fuit Minores nec bigare poſſe , nec quadrigare , & quod ambulent pedites ; ergo nullo modo vecti alieno onere, tutâ conſcientiâ ambulabunt , peccabuntque mortaliter,) vel tantummodo à parvitate materiæ venialiter cum extra neceſſitatem , vel infirmitatem vecti quomodocumque ambulent ; notanter poſui disjunctivam , *in culpa veniali*, inveniens Dianam diſputare parte 10. tract. 11. reſol. 27. §. an verò, ſupponere cum Leandro à Murcia: *An verò Fratres Minores peccent tantum venialiter* (ſupple equitando) *ratione parvitatis materiæ* : Inquirit id Leandrus ubi ſupra : & affirmativè reſpondens , patens medium milliare eſſe parvitatem materiæ, ut non conſtituat peccatũ mortale; quod ego etiam approbo ; ſed ex hoc oritur dubium quod Leander non tangit : an ſi aliquis ex Fratribus Minoribus hodie equitet , vel quadriget , medium milliare , & poſt paucos dies aliud medium milliare, an illæ parvæ materiæ ſi poſtea inter ſe uniãtur , ita ut conſtituant quantitatem notabilem ad inducendum *peccatum mortale*

tale

Digitized by Google

tale. Quam ſubdubitationem ſic decidit peritiſſimus Theatinus Diana. *Si dictæ parvæ equitationes Fratrum Minorum efficerentur cum magno intervallo temporis inter ipſas, non videtur coaleſcere & uniri ad conſtituendum peccatum mortale: ſicut plures graves doctores à me alibi adducti ſentiunt de furtis parvis; quia ſi magnum intervallum inter unum & alterum furtum accidit, putant ea non coaleſcere in unum ad conſtituendum quantitatem notabilem peccati mortalis*: gratulor dictamen, etſi tam. pertiſſimus ſcriptor ſubjungat ſuam Minoribus ſubjicere mentem cum ait: *hæc omnia dicta eſſe volo, ſalvo meliori judicio, doctiſſimorum Patrum Minorum, & PP. Capucinorum; nam omnia dicta in hac reſolutione procedunt etiam quoad ipſos*: Et quia me tangit punctum remittendo parvitatem materiæ ad numerum ſequentem, libuit modum apponere quo licita quoquo modo æquitatio fieri poſſit Franciſcanis, juxta mentem regulæ in ea clauſula favorabili exceptiva, amplianda; *niſi neceſſitate, vel infirmitate cogantur*; quæ una aut altera, autoritate apoſtolica declaratur in caſibus particularibus habenda, & ſe conformandum prout Prælatus licentiaverit, vel declaraverit; v. g. inter obſervantes declaratur, viam ad contionandum quadrageſimam, vel ſermonem peculiatem ſufficere in neceſſitatem, quia id geritur ob bonum commune; Capucini oppoſitum ſentiunt; inde Minorita de Obſervantia licitè equitabit ad contionandum, Capucinus verò peccabit læthaliter ſi in idem miniſterium peragendum equitet, quia quamvis in una & altera Religione, eadem numero ſit regula, & obligatio præceptorum ſub ea contentorum, modus obſervandi ipſam autoritate apoſtolica, quæ mentem Seraphici parentis exponit diſtinguere efficit modos, id eſt; neceſſitates in indifinita exceptiva, adverbio *niſi* Joan. 14. ℣. 2. Redemptor. *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* Et Seraphica Religio, ob arma quibus munitur in quinque ſtigmatibus ſæpiſſimè domus Dei nomēclatur in variis decretis apoſtolicis. Venerans utriuſque Religionis declarationes hìc apta quod fundo tom. 4. diſp. 1. ſect. 29. n. 291. & itero idem diſp. 5. ſect. 2. n. 9. nempe dari de aliquibus rebus inter beatos opiniones probabiles; aiebat enim Apoſtolus 1. ad Corinth. 7. ℣. 7. *Vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo, alius quidem ſic, alius verò ſic.* Ubi Menochius. *Id eſt alius tale donum, alius verò tale aliquod diverſum.* Propoſito accommodatiſſimum.

7. Quoad peccatum veniale ob parvitatem materiæ de medio milliari licitè peragendo à Franciſcano vectatione dicta equitatione advertendum id in quo non conveniunt Doctores diſputantes, quomodo lex obligat, quamvis de divina concordent attenta gravitate aut parvitate materiæ aſtringere ad veniale, vel mortale; quidquid ſit in illis præceptis in quibus nulla admittitur parvitas materiæ, qualia ſunt odium Dei, juramentum falſum, hiſque ſimilia de lege humana tria præcipua occurrunt. Primum utrum quando ſub lite eſt, an obliget ratione parvitatis, aſſentiendum ſit mortaliter aſtringere; & licet referat Diana 1. parte tract. 10. reſol. 25. Laimannum, Salas, valentinum, & Suirum affirmantes ad mortale putandum in tali dubio coercere conſcientiam, at ipſe ſcribit *ego puto cum Navarro in Manuali, & aliis probabiliter ſuſtineri poſſe obligare tantum ſub veniali.* Ergo cum dubitatur an in medio milliari peccet Franciſcanus equitans, ſemper ſtandum erit forè venialiter tantummodo: ſecundum inquirendum; qua ratione illud quod ex genere ſuo eſt mortale, veniale conſtitui queat: Caſtro Palao tom. 1. tract. 2. diſp. 2. puncto 5. num. 4. *Peccata alia ſunt ex genere ſuo mortalia, alia venialia, alia verò per accidens mortalia; alia ex accidenti venialia: ex genere ſuo peccatum mortale eſt homicidium, adulterium, furtum, falſum teſtimonium, & ſimilia: ex genere ſuo veniale dicitur otioſum verbum, inanis gloria, impatientia laborum, & ſimilia; hæc tamen quæ ex genere ſuo ſunt mortalia fieri poſſunt venialia, tum ex imperfecta deliberatione, tum ex parvitate materiæ; ſi enim in homicidium, adulterium vel furtum ſemiplena deliberatione conſentias carebis mortali culpa: item ſi conſentias in furtum non in magna quantitate, ſed levi, peccatum veniale ſolum committes*: ergo quamquam conſentiat Franciſcanus in equitatione medii milliarii abſque neceſſitate, vel infirmitate ſeu viam equitando ſic faciat, venialiter, non mortaliter peccabit: ultimum facit contra nos & à paritate argui valet, quod aut ſententia Marchant improbabilis non eſt, vel quod parvitas materiæ in præcepto de non equitando non capit; Legiſlator poteſt conſtituere materiam gravem in ſuis præceptis illam quæ ex ſe levis eſt; ex regula juris: L. prima ff. de conſtit. omn. Princip. *Quod principi placuit legis habet vigorem*: ergo ſi mens S.P.N. Franciſci fuit, omnem alienam vetare vectationem, & parvam materiam graviter prohibuit, ergo medium milliare conſtituet etiam læthale peccatum. Si ſuppoſitum teneret, quid plus pro poteſtate humana? relatus Palao punct. 8. num. 1. de lege poſitiva dubitat: *An poſſit materia levis & leviter fini præcepto conducens ſub gravi culpa imperari*? pono exemplum verbum otioſum, mendatium leve, levia ſunt, & leviter virtuti opponuntur, poterit ne aliquis ſuperior ſub gravi culpa obligare ne proferantur? Roboratur totum ſequenti entimemate: Legiſlatoris voluntas attenditur ut materia levis tranſeat in gravem; ſed attenta mente S. P. N. Franciſci, quælibet modica equitatio videtur ſub gravi motivo prohibita; ergo nulla erit exceptio, ut ſi ob id improbabilis cenſetur ſententia de bigatione aut quadrigatione, improbabile etiam maneat illud de parvitate materiæ: quia ille qui nullam exceptionem admittit, & omne comprehendit æquanimiter: pari ergo ratione philoſophari debet, fore contra Legiſlatoris mentem, non alio modo unum & alterum.

8. Commemorata à Palao num. 3. ſententia Sairi in clavi regia lib. 3. cap. 7. num. 17. tuentis, poſſe Eccleſiaſticum Legiſlatorem ſub gravi culpa rem levem imperare, ſic abſolutè pronunciatum judicat improbabile (& quotquot vidi idipſum ſentiunt) unde in hoc conformant communiter Doctores quod quando res levis, eo præcepto aſtringit regulares ad mortale, per accidens ab aliqua circunſtantia, materia ex genere ſuo levis tranſit in gravem: videndi Suarius lib. 3. de legibus cap. 25. num. 7. & Sanctius lib. 1. in decalog. cap. 4. num. 3. id tenentes quaſi in iſto uno fœdere cum antiquis, Neoterici ſtent, nempe quod quoties regulares legem ſtabiliunt, vel præceptum particulare imponunt, v. g. ne unus in cameram, ſeu zelum alterius ingrediatur, vel non ambulent in dormitòrio, ſeu clauſtro, per accidens ſic fit materia gravis ea quæ aliàs erat levis, quia ultra Deum in nullo homine eſt poteſtas privandi animam à gratia ſanctificante, id divino numini tantummodo reſervatum ex eminentia Dominii à quo coercere poteſt quamcumque creaturam liberam ad reatum peccati mortalis quantumlibet materia ſit levis, & conſonat menti Scoti 2. diſt. 21. quæſt. 2. §. ex iſta n. 3. ut tetigi conſult. 27. n. 14. Igitur poteſtas legiſlativa creata materiam levem ex ſe non poterit efficere quod aſtringat ſub onere peccati lethalis, bene vero per accidens dum compertum habetur tranſire ab aliqua circunſtantia in gravem. Quo pacto riſi quoſdam nimis indiſcretè zeloſos qui variè allucinabantur in hoc quod quædam Abbatiſſa, ſeu prioriſſa imponeret ſanctæ obedientiæ præceptum, ne ulla monialis ad crates ferreas verbum

Digitized by Google

loquęretur otioſum, & tunc aiebant à quolibet loquuto peccaturas mortaliter. Sanctius in ſelectis, diſp. 11. num. 4. peritè docet, neque injuſtitia eſt, peccatum minoris malitiæ graviori temporali pæna puniri ac peccatum majoris reatus conſcientiæ plectatur: videmus namque perjurium, & blaſphemium graviora peccata eſſe quam præpoſteri concubitus, & tamen hæc incendii pæna capitali punitur, illa autem non, quorum ratio eſt quia jus civile, vel Eccleſiaſticum, quoad infligenda ſupplicia delinquentibus non habet juriſdictionem in privandum animam ab eis donis quę ſoli Deo competunt, etſi ab aliqua circunſtantia reatus ex transgreſſione inducat transgreſſori eam pænam infligendam quæ ſolius divini numinis eſt, quando lex humana obligat in conſcientia: attendunt enim nocumentum inventum in criminibus ex ordine ad homines, quod notavit Vazquez prima ſecundæ t. 1. diſp. 100. num. 23. à quo colligo qua ratione, Seraphica Religio unicè advertens damnum reſultans ab hoc quod Religioſi quadrigarent vel bigarent (juxta tenorem explicationis regulæ tranſcriptum ex S. Bonaventura) declaravit, non quod materiam levem, gravem coſtitueret ſed ne hæc macularet transgreſſores illius,animadvertens temporaliter puniendos; pari enim ratione diſcurrenda obligatio orta à præcepto (ſeu lege Eccleſiaſtica ſive politica ſæculari dato unam & alteram vim imponere in foro conſcientiæ interno) ac aſſeritur de voto, quod dicitur lex privata ex fundatis c. 22. n. 4. in frequenti difficultate mota à Doctoribus, utrum quis ſub reatu culpæ mortalis poſſit ſe voto aſtringere, aut juramento penes materiam levem, & licet Fagundez tom. 1. tract. 2. lib. 9. c. 3. num. 15. aſſenriat, tam in voto, quam in lege ſufficere ad obligationem in reatum lethalem intentionem legiſlatoris, ſeu voventis, tamen ab his quæ inſinuat ſignificando, id intelligendum, quoties intentio in uno & altero rationabilis eſt, innuere videtur, ſe non recedere à communi ſententia, quam tangit Thomas Sanchez peritè, tom. 1. de Matrimonio lib. 5. diſp. 9. n. 6. & in ſumma tom. 1. lib. 1. cap. 4. videlicet, nunquam poſſe validum eſſe votum de materia levi ad ponendam obligationem reatus mortalis, quia ipſa materia ex ſe eſt incapax imponendi eam obligationem dum à Deo non imponitur; & paritas ſic currit; non inæquè materia levis reſpicit legiſlatorem, quam voventem; ſed ex incapacitate ejus ut conſtituatur mortale ex ſe non poteſt à voto imponi voventi onus peccati mortalis ex transgreſſione; ergo nec penes legiſlatorem valebit fieri, ut tranſeat de incapaci ad capacem obligandi ad culpam mortalem; ſicque in omni voto, juramento, præcepto, lege, inſpicienda eſt materia transgreſſibilis; nec alterius poteſt imponere debitum, ac ipſa præſtat attentis creaturis; nam ſi Deus inſpiciatur, ex eminentia ſuæ poteſtatis legiſlativę, ut dixi, ſi velit in leviori poteſt nos obligare ad graviſſimam transgreſſionem; ergo S. P. N. Franciſcus in præcepto de equitando non ultra conſcientias gravavit, nec gravare potuit, quam ipſa materia eſt; & dum medium milliare peractum æquitatione eſt levis materia ex ſe, nequibit nos aſtringere in eo ad peccatum mortale, modo quo exercet continua itinera eo quia pedites facienda, non poſſimus licitè percurere bigando, vel quadrigando, quod ex ſe inducit materiam attenta inhibitione in tenore præcepti. *Et non poſſint equitare, niſi manifeſta neceſſitate, vel infirmitate cogantur.* Quoad parvitatem verò materiæ de medio milliari, cavendum eſt, ne contingat tranſire in peccatum mortale, modo dicto de furto conſ. 27. n. 1. & 10.

9. Fit iſtis ſatis jam argumento poſito contra me n. 7. per illam juris regulam ibi tranſcriptam. *Quod Principi &c.* non enim eſt ibi ſermo de lege coercitiva conſcientiam, niſi de pænali fine quem tenet Princeps vitandi nociva quæ prævenit ſua prohibitione: vel quando ille expertus in nocumenta cedere quę amovere ſatagit, ne permittat ſubditos in ſua republica, aut Monarchia detrimentari; qualis autem fuerit mens SS. Patriarchæ in tota regula inſtituta, & obſervanda à ſuis, exprimitur, & declaratur, quandocumque dubium occurrit, à ſummo Pontifice Romano, ut quod ipſe exponit ipſa eſt intentio Seraphici Parentis, ex illa maxima communi, quod obligatio legis pendet pariter ab ordinante eam ex vi legiſlativa, ac ab approbante; imo ſi vim non tenet ſecluſa approbatione mens legiſlatoris, declaratio approbantis plus præcipua cenſetur, quo autem pacto in regula Franciſcana illud in quo verſatur aliquando opinio probabiliſſima aliter declaratum ab approbante ſummo Pontifice manet ex tunc quod oppoſitum exprimit, & exponit improbabilis undique, aptiori non poſſum uti exemplo ſicut in eo quod, non minorem authoritatem habuit, quam à Seraphico D. S. Bonaventura derivatam penes præceptum regulæ: & non poſſint *portare calceamenta*, præcipit Sanctiſſimus Patriarcha Seraphicus cap. 2. regulæ non aliter ac; *non poſſint equitare* ſicut dubitatum fuit, quid prohibebatur in equitatione, ſimiliter quid nomine calceamenti inhibebatur; & exiſtimante S. Bonaventura ſolum prohiberi,quod dicitur de Corio calceamentum cooperiens ſuperiorem pedis partem (innixus fortaſſis his quæ lauretus tangit tom. 1. in Silva allegoriarum) in quo vetuſti Doctores conſenſerunt, ut Bartholomeus de Siſa in cap. 2. regulæ; liber titulatus, *ſerena conſcientia.* ſect. 35. & corduba quæſt. 23. ſuper regulam aliique videlicet quodcumque aliud calceamentum de panno, vel de filo non inhibitum eo cap. 2. regulæ; ſicque affirmabant probabiliſſimè, conſonè valdè menti expreſſæ S. Bonaventuræ (& videtur idipſum ſenſiſſe capitulum generale Barchinonenſe cap. 3. titulo de veſtimentis §. habeant quoque, ubi diſponit: *Habeant quoque calceamenta de Corio in communi, tantum pro Miſſis celebrandis, & fratres pro celebratione Miſſarum dumtaxat calciari poſſint:* ergo ſentiebat totus ordo non calciari fratres alio cooperimento pedum ſive de panno ſive de filo qua coopertura deſuper conſtructa de Corio; ſic ſe gerebat uſque ad tempora Urbani VIII. hæc opinio probabilis., attamen is Pontifex edictum in decreto promulgavit, ſub initium; *ſacro ſanctum Apoſtolatus*, ſub datis Romæ anno 1625. (& refertur à Cherubino in ſuo Bullario tom. 4. pag. mihi 96. eſt que in ſerie conſtitutio hujus Pontificis 55.) in quo ſic habetur de Franciſcanis. *Cum Calepodiis, ſeu Sandalis apertis dumtaxat incedere teneantur; neque alio pedum operimento, ſive panneo, ſive alterius cujuſcumque materiæ exiſtat abſque licentia uti poſſint*; En unde, illud quod antea erat probabiliſſimum, in improbabile tranſit, atque falſum & temerarium; nec ex tunc potuit niſi cenſuræ aliquis ſubjectus aliter ac ab Urbano VIII. declaratum eſt, ſentire, aut practicare, ſcripto vel facto; quia iſta declaratio mens fuit S. Parentis: hinc Martinus de S. Joſeph in explicatione præceptorum regulæ cap. 5. n. 1. profert jam in hoc contrarium nec firmari nec uti quit, quia SS. DD. Urbanus VIII. ſub hoc brevi, quod incipit, *ſacro ſanctum Apoſtolatus miniſterium* expreſſit non ſervari regulam Franciſcanam cooperto deſuper pede cujuſcũ que materiæ ſit opperimentum ejus ſive panneum, ſive filtrum, Hiſpanè; Peales, Alpargatas cerradas: ideo hoc improbabile, propter præfatam declarationem; ſed non minus circa præceptum de non equitando in biga, vel quadriga expreſſit Martinus V. ergo ante eum, Hugo de Dina probabiliter ſcripſit licere quadrigare vel bigare, & poſt Martinum V. im-

Digitized by Google

probabiliter id aſſeretur à quocumque.

10. Ne tæ leat alia via repet ere argumentum jam inductum poſt prohibitionem Alexandri VII. in propoſitionibus, quas damnavit & habentur, tom. 6. Bullarii in appendice una earum eſt. *Poſt decretum Urbani poteſt Sacerdos cui Miſſa celebranda traduntur, per aliam ſatiſfacere collato illi minori ſtipendio, alia parte ſtipend i ſibi retenta.* Caſus eſt hujuſmodi; donat mihi Marchio unum ducatum undecim regalium de argento, pro celebranda una Miſſa; inquiritur, utrum tuta conſcientia poſſim impendere Joanni Sacerdoti medium ducatum, retinendo mihi in meum uſum & proventum, aliud medium, celebranti alteri talem Miſſam ad Marchionis intentionem videlicet Joanni Sacerdoti cui medium ducatum donavi: ante declarationem Urbani VIII. erat ſententia probabilis licitè id fieri; poſt autem improbabile manſit; ſic Diana part. 2. tract. 14. reſol. 10. poſtquam tractatum titulat, *de celebratione Miſſarum juxta decreta Urbani* VIII. tanquam probabile recenſet ſuarii tom. 4. in 3. partem diſp. 86. ſect. 3. & Vazquetii tom. 3. in 3. partem diſp. 184. cap. 4. num. 30. §. ſed modo, ait. *Sed modo ſacra congregatio in §. 5. contrarium determinat; ſic enim ait: ſacra congregatio; omne damnabile lucrum ab Eccleſia removere volens prohibet ſacerdoti, qui Miſſam ſuſcepit celebrandam cum certa eleemoſina, ne eandem Miſſam alteri, parte ejuſdem eleemoſinæ ſibi retenta, celebrandam committat:* Ultra quod decretum ſacræ congregationis, expeditum fuit diploma de eodem ab Urbano VIII. & habetur apud Cherubinum tomo 4. Bullarii conſtitutione hujus Pontificis 45. die 21. Junii anno 1625. (quidquid ſit de notatis à Bordono in conſiliis regularium reſol. 25. num. 28.) totum exul fit poſt damnatam propoſitionem relatam ab Alexandro VII. à quo tempore nec rimula manſit, qua licitè poſſit Sacerdos per alterum efficere quod Miſſa celebretur ſibi commendata, non dato ſtipendio integro quod accepit ille qui pro ſuo munere ſuſcepit celebrandam; nec tranſibo caſum mihi conſultum de quodam Monaſterio regularium; quædam nobilis fæmina ut religioſum filium non amoverent Prælati à tali conventu teſtamento diſpoſuit quod impenderentur trecenta ſexaginta ſex ducata, pro trecentis ſexaginta ſex Miſſis celebrandis à tali Religioſo, qui aliquãdo vocabatur in cantandã Miſſam advenientem, vel infirmus manebat impotens ſacrificium Miſſæ celebrare inquiſitum fuit, utrum per alios Sacerdotes ejuſdem cænobii poſſent prædictæ Miſſæ eis diebus; attento quod de tali pecunia correſpondenti ipſe Religioſus in particulari non habebar niſi uſum facti ſimplicem; & poſt decretum Alexandri VII. auſus non fui partem affirmativam conſulere, eo quod abſolutè omnia includit, & damnando propoſitionem, quodcumque improbabile in oppoſitum relinquit; & ne fraudaretur à ſumptibus Monaſterium, dixi id tantummodo fieri poſſe de beneplacito hæredis teſtatricis, aut teſtamentariorum ejus: igitur quod probabile ante Martinum 5. tutari quibat, penes equitationem in biga vel quadriga, poſt id declaratum, improbabile manſit.

11. Radicitùs adhuc totum maneat indubitabile à peracutis doctrinis, quas inducit Caramuel in ſuo apolegmate de probabilitate, epiſt. 2. poſtquam opinionem probabilem abſtractim ſumptam deſcribit; *Quæ pro ſe habet rationes fortes, nullam autem demonſtrativam; quæ contra ſe habet rationes fortes nullum autem demonſtrativam:* pauciſque interjectis: *Propoſitionem quæ non eſt per ſe nota, ſuaderi ratione, vel nulla, vel levi, vel gravi, vel demonſtrativè: ſi nulla dicitur dubia negativè; ſi levi, dubia poſitivè; ſi gravi, probabilis; ſi demonſtrativa, indubitata, & certa:* Ergo nullum dubium ſivè poſitivum, ſivè negativum exiſtens probabilitatem non influent ſententiæ ad quam exigitur, quod opinio gravi, forti nititur ratione pro utraque parte; nam ſi pro una convincitur per ſe nota evadet indubitata, certa, & demonſtrativa; & ne dubium, ſive poſitivum, ſive negativum confundatur ſubjungit. *In omni opinione probabili datur ignorantia invincibilis; patet nam ſi veritatem evidenter cognoſco, non habeo opinionem probabilem, & ſi veritatem voluntarie, & vincibiliter ignoro, virtualiter ſcio (hoc eſt ita me habeo ac ſi illam ſcirem) adeoque non habeo opinionem probabilem:* Unde ad ignorantiam invincibilem refundit, quod opinio maneat probabilis, non quia dubium eſt in ea ſive poſitivum, ſive negativum; ſed eo quod invincibilis ignorantia de rei veritate me excuſat de eo quod amplectar id quod de ſe verum eſt; atqui ante declarationem Pontificum poterat verſari ignorantia invincibilis de equitatione, v. g. in biga, ſeu quadriga; poſt declarationem verò ignorantia jam erat craſſa & vincibilis; ergo quod ante declarationem Martini V. manebat probabile aſſertum ab Hugone de Dina & aliis ex ignorantia invincibili, poſt expreſſam eam declarationem, ab ignorantia craſſa & vincibili manebit falſum, & improbabile: num 89. Caramuel alloquens de illa quæ dicitur extrinſeca probabilitas, profert: *Porrò nudo autorum nomine etſi millena ſint non faciunt opinionem probabiem:* à nudo nomine (quod merum aër eſt in creatulis quomodo adhuc extrinſeca probabilitas pullulabit? addo & quantumcunque nomina autoriſentur à munere, à ſanguine, vel ab officio; num. 9. de ea extrinſeca probabilitate eadem pronunciaverat ſcribens. *Probabilitatem extrinſecam non conſiſtere formaliter in autorum nominibus etſi ſint plurima, & gravia* ſub duplicem propoſitionem, num. 93. ſe exponit in vendicandam probabilitatem entrinſecam quamcumque opinionem; una *impoſſibile eſt multos viros pios, & doctos poſt examen, & debitam conſiderationem, in unam conſpirare ſententiam, quæ gravi fundamento careat:* Altera, eiſdem verbis inſcribitur, potiuſque unica dicetur enunciatio, à qua non diſſentio, precipuè legens quartam regulam quam introducit N. Antonius Cordubenſis in ſuo quæſtionario lib. 3. de conſcientia quæſtione 13. §. quarta regula (quam judicavit Ariſtoteles 1. ethicarum ductu rationis naturalis, & S. Hieronimus expreſſit epiſtola ad ruſticum Monachum) eſtque hujuſmodi. *In dubiis, vita, ſenſuſque communis virorum bonorum, ſumi debet in exemplum, & regulam vivendi; quia præſumitur habere rectũ judicium, ſicut habent rectum affectum:* utrũque, & affectus, juditium etſi non ita ac cogitavit res ſit, oritur ab ignorantia invincibili, quæ dat dictamini probabilitatem extrinſecam; & intrinſecam à fundamento gravi quo ducuntur. Mitto plura alia quæ introduci valebant ex neotherico volumine Stephani Gradii Raguſini in diſputatione de opinione probabili, quam eleganti ſtylo typis dedit Romæ anno 1678. contra Honoratum Fabrum anno 1678. ne à ſcopo divertar. Ab aſſertis ſequens evadit legitima conſequentia ergo ut probabile maneret ſive extrinſicè, ſive intrinſicè licitum Franciſcano bigare, vel quadrigare præcedere debebat ignorantia invincibilis graviſque ratio ad id amplectendum, ſed poſt declarationem Martini 5. hoc omne ei defuit, ergo non manſit ex tunc probabilis, conſequenterque in improbabilem undique tranſiit. Probatur minor, quæcumque manent in bona fide, & ignorantia invincibili penes materias morales ante apoſtolicam Papæ declarationem (qui eſt regula fidei) poſt ipſam expreſſam & authenticam, tranſeunt, dum ignoran-

Digitized by Google

tur in craſſam, ſupinam, & vincibilem ignorantiam; ſed expreſſa fuit declaratio Martini v. præcedens, & authentica, aſſertioni ſcripti à marchant oppoſita ergo improbabilis manſit ipſius ſententia.

12. Neutiquam ſatisfacit, ſi dicatur ad ſuam notitiam non perveniſſe declarationem factam à Martino 5. ideo ignorantia invincibili & inculpabili laboraſſe; ſed ſcriptor, qui laborat ignorantia inculpabili, probabilem depromit ſuam ſententiam; ergo probabilem eam deprompſit. Futilis ſatisfactio; nec in Doctore qui ſcribit, nec in lectore, qui ex cathedra docet, neque in contionatore qui ex pulpiro populum inſtruit; neque in confeſſario, qui ex munere vel approbatione ordinarii Sacramentum pænitentiæ adminiſtrat allegari poteſt ignorantia invincibilis de jure ad quod ſciendum tenetur ex conſcientia nec deficir medium opportunum, ut id ſciat, ſed quilibet Franciſcanus, præcipuè qui in docendos alios deſtinantur, tenetur jura Pontificia ſcire penes declarationem circunſtantiarum regulæ, quas ſummi Pontifices depromunt. & intimant obſervandas, nec medium deficit, ut ſciantur, cum in omni conventu publicentur, ſemel iterum atque iterum; ergo perperam allegari quit ignorantia invincibilis, & ſemper erit craſſa, ſupina & culpabilis; ſi tantillum fundamentum teneret ſolutio, quis regulæ fractor aut conſtitutionum puniri valeret, aut etiam in tribunali ſacro Inquiſitionis ſatisfaceret de majori reatu in confeſſione ſacramentali perpetrato abſolutione per confeſſarium reſpondendo ignoraſſe ridicula enim allegatio & percipienda ut orta potius à malitia, talis ignorantia habenda; in quorum tenorem audivi quod cum quædam fæmina noſceret incurſum ſuum confeſſarium in edictum quod ſemel in quolibet anno promulgatur, & in ſcrupulum incideret illud audiens mulier, ſimulque contionem de denunciandis talibus confeſſariis, ſincerè illa ad eum qui ſollicitaverat pervenit, remque patefecit, & quid agendum ne incideret in excommunicationem latam, ſatagenſque fortaſſis confeſſarius ſuam pænam fæminæ dixit exoneratam à denunciando, quia ipſe invincibiliter ignorabat, quidquid ipſa ſuggerebat promulgatum in edicto, cumque non quieſceret talis mulier ad Theologum acceſſit, ut de remedio opportuno provideret, qui Theologus riſit confeſſarii fraudulentiam, & ſtatim denuntiare conſuluit; præterquam quod inſtat noviter doctrina Pellizarii tom. 1. tract. 4. ſect. 3. num. 96. ubi ſcribit. *Quando Prælati regulares prohibent ſuis ſubditis, ne ſuſtineant aliquam opinionem doctrinalem, tamquam probabilem, iſta prohibitio non extenditur ad hoc, ut non poſſint interius eam exiſtimare eſſe probabilem, ne eam doceant privatim, aut publicè, eam defendant, typis evulgent, aut ad praxim deducant:* Et inde colligit: *ex quibus patet qualiter ſit reſolvenda controverſia quæ eſt inter Doctores; utrum ſuperior cogere poſſit Religioſum ſubditum ad ſequendam ſuam opinionem, poteſt enim cogere, ita ut ſubditus illam exterius doceat, aut practicet, non item ut eam interius probabilem exiſtimet: qua de re ſanchez lib. 6. moral. cap. 3. num. 7. Rodriguez tomo 3. quæſt. 19. art. 6. Bordonus reſol.* 19. Si ita penes ſuperiores Regulares, quid circa capitulum generale, quando non obſtaret decretum apoſtolicum penes bigare & quadrigare latum à Martino v. faterer quod ſi ſolum interponeretur capituli generalis allegati decretum, inhiberetur Marchant, docere aut practicare ſuam opinionem; interius cogitare quibat probabilem, nec abſolutè manebat improbabile ejus dictamen; at interveniens mens ſummi Pontificis expreſſa, idem êſt ac ſi S. P. N. Franciſcus proprio ore profferret; mea mens eſt illicere fratribus mei ordinis bigare, vel quadrigare: Audiamus pro iſto irrefragabile teſtimonium Gilberti Nicolai, tract. de vero regulæ expoſitore, & de ſervanda regula S. Franciſci ad litteram, ſect. 3. num. 4. *Regulæ conditor non eſt ſolus ejus fundator, ſed cum eo eſt, & approbator, imo tanto potior approbator, quanto potior eſt anima at corpus quæ iſtud informat. conditor ergo regulæ materialiter fuit S. Franciſcus qui eam ſcripſit; formaliter Honorius III. qui eam approbavit, & ideo litteraliter nemo poteſt exponere regulam in dubiis niſi qui eam condidit & approbavit:* quid igitur defuncto Honorio III. & S. Patriarcha idem Gilbertus. *Iam vero cum mortuo beato Franciſco ad ejus intentionem recurri non poſſit, ſolus reſtat ſanctiſſimus minorum Pontifex.* Qui quod declarat idem eſt ac ſi ipſe regulæ inſtitutor minoriticus Patriarcha præclarus ore proprio declararet; nec aliud pro improbabilitate, falſitate, & temeritate quærendum, vel in negandum, nullatenus licere Franciſcanus bigare vel quadrigare.

CONSULTATIO XL.

De Prælato Generali intendente torquere judicialiter ſubditum reum in regno ubi inhibebatur à jure municipali confeſſio judicialis in tortura.

Regularis quidam horrendum perpetraverat flagitium homicidii, occidens Religioſum, qui in Provincia, fuerat Provincialis occultè eum in lecto ſuffocans, & à camera ſeu cella fugiens tam latenter, ut nec ſuſpitio reſultare contra ipſum quiret; ſed quia nihil occultum quod non reveletur, nec opertum, ut non ſciatur, audientibus aliquibus Religioſis moribundum clamantem. *Ieſus que me muero, confeſſion:* & in ſubveniendum præparantibus, ut ipſi Sacramenta adminiſtrarentur, in unaque hora ſere, quam vixit, cum oleum ſacrum acciperet, & ſuffocator ibi præſens eſſet, ſuſpitio audientes moribundum proferentem, *Yo te perdono de coraçon porque Dios me perdone*; & attendentes oculos fixos tenuiſſe, in eum qui crimen perpetraverat; iſto ſolo inditio conteſtato à tribus, qui præſentes aderant, Prælatus localis carceri mancipavit interfectorem aliàs hominem inquietum, ac malæ opinionis Religioſum; cumque moveretur ſuperior generalis de tragædia avocato ad ſe delicti examine juridico, perſonaliter in eam provinciam accedens, ſummariam inchoavit confeſſionem judicialem aſſumens, in qua tenaciter negando reſiſtit reus, non obſtante quod inditia tam vehementia erant, ut abundarent, per ſententiam interlocutoriam in condemnandum ad torturam flagitioſum; conjudices vocans generalis

Digitized by Google

perſuadet convenire in hoc quod torqueatur; uniformes reſpondent inhibitum tormentum in eo territorio, niſi in cauſis fidei à ſacro Inquiſitionis tribunali, vel ab aliis, ſive Eccleſiaſticis ſive ſecularibus, in crimine falſificatæ monetæ; perſiſtit ſuperior; nec pro regularibus intellectam legem municipalem illius regni, profert, cui conſentientes diffinitores reus torquetur & ibi omnes circunſtantias homicidii à ſe perpetrati fatetur judicialiter; conteſtataque lite criminali, iu pænam ordinariam juxta talis ordinis ſtatuta, ex plenario condemnatur homicida; conſultum fuit an peccaverit generalis ille, inſimul, & conjudices fractores legis illius municipalis in tortura illius rei, alias digniſſimè puniendi.

SUMMARIUM.

Forum in Aragoniæ regno à quo denominatur ſic ſcripſit, n. 1.
Alphonſi Regis Caſtellæ de foro pronunciatum, n. 1.
Tortura ex foro Aragoniæ inhibita contra Reos, niſi ex crimine falſæ monetæ n. 1
Forum de non agitandis Reis tormento non perſonale locale privilegium à territorio, n. 1.
Ideo neque extranei in territorio tali torqueri queunt n. 1.
Clericus & Regularis quando ſuffragantur à lege civili in cauſis criminalibus, n. 1.
Quando pænæ jurium incompatibiles cum ſtatu, n. 1.
Leges civiles numquam favent cum detrimento immunitatis Eccleſiaſticæ, n. 1.
Regulares ex conceſſione Bonifacii XIII. in cauſis criminalibus non tenentur apicibus, & rimis juris, n. 1.
Senſus controverſiæ apertus, & tenor ſtatuti generalis, n. 2.
Tortura inſligenda criminoſis regularibus approbata à Papa, n. 2.
Inconvenientia ex juriſconſultis de tormento inſligendo Reis, n. 2.
S. Auguſtinus penes tormentum criminoſis non inſligendum, n. 2.
Facultas data Regularibus in torquendos ſubditos delinquentes, n. 3.
Modus & afflictamenta quibus torquendi ſunt, n. 3.
Inditiaque, ut poſſit ſuperior ad torturam ſubditum condemnare, n. 3.
Frangitur immunitas Eccleſiaſtica ſi Laïcus dictus, carnifex vocetur in torquendum Eccleſiaſticum, n. 3.
Vnam tenet exceptionem, n. 3.
Horrendum crimen perpetratum ab Eccleſiaſtico contra heroïdem caſtiſſimam, n. 4.
Delinquens fugiens capiendus, & carcerandus, n. 4.
Non plenariè probatum homicidium ad tormentum condemnatur homicida, n. 4.
Superior carcerans de delagatione ordinarii reum torquere eum renuit ne frangat terrieorii legem; n. 4.
Cujuſdam antiſtitis prudentiſſima exortatio, n. 4.
Si alia via, ac ſine tortura probari poteſt delictum abſtinendum ab ea, n. 5.
Tormentum ubi eſt in uſu, ultimum ſit remedium veritatis cognoſcendæ, n. 5.
In quo pares Religioſi ſecularibus penes tormentum, n. 5.
Fuga reorum, tacita criminis confeſſio, n. 5.
Legitima appellatio utrum impediat inſligendum tormentum, n. 5.
Ex Obſervantia Regni Aragoniæ in foris quæ ſuffragantur perſonæ Eccleſiaſticæ, n. 5.
Leges civiles dum in eis interponitur approbatio Apoſtolica quo pacto Eccleſiaſticos reſpiciunt, n. 5.
Vnde provenit recurſus perſonarum Eccleſiaſticarum ad ſæcularia tribunalia in vitandam violentiam, n. 6.
Sæcularia tribunalia defendere poſſunt Eccleſiaſticos quin jurſdictionem in eos exerceant, n. 6.
Inhibitiones proviſæ à tribunali juſtitiæ Aragonum, quid, n. 6.
Poteſtas ſæcularis in tuendum Eccleſiaſticum, ne injuſtè tractetur; n. 6.
Cordatiſſimus Eccleſiaſticus ſuperior, territorii, juſtas leges obſevans, n. 6.
Votum obedientiæ regularium ſtrictiùs eos obligat, ac emiſſum à clericis, n. 7.
Quibus illicet ſubdito regulari ſe opponere mandato ſuperiorum, n. 7.
Non omnia poſſunt regulares prælati ſuis ſubditis præcipere, n. 7.
Peccat ſuperior abutens juriſdictione, n. 7.
Nulla lex favet regularem operantem contra regulam, n. 7.
Non licet legem ſtatuere bono communi oppoſitam, n. 8.
Statuta generalia religionum bonum commune reſpiciunt, n. 8.
Argumentum pro Prælato intendente tormentum, n. 8.
Vt lex vel præceptum non obliget nocentem temporè opportuno proteſtandum, n. 8.
A taciturnitate quando conſenſus, n. 8.
Quo jure eximuntur à legibus ſæcularibus Eccleſiaſtici, n. 8.
Textus mirificus actoris ad intentum, n. 8.
Exemplum de jejunio. id explicans, n. 8.
Melioris conditionis ſtatus Eccleſiaſticus quam ſæcularis n. 8.
In concurrentia duarum oppoſitarum legum, eminentior valet, n. 8.
Leges Imperatoriæ eminentiores non ſunt quam regum in ſuis Monarchiis, n. 9.
Caſus de quodam reo Eccleſiaſtico recurrente ad ſenatum juſtitiæ Aragonum, quia torquebatur jejunio panis, & aquæ, n. 9.
Præſcriptio, quas actiones exigit & quod tempus, n. 10.
Ius civile ut ex taciturnitate partis res præſcribatur quid, n. 10.
Regnorum leges, cur non uniformes, & diſtinctæ conconſtitui debent, n. 10.
Forum ſeu lex dicta, mixti fori, inquo conſiſtat n. 10.
Explicatur ſignificatum dictum de crimine, mixti fori, n. 10
Reſolutio totius conſultationis, & doctrinæ applicatio, n. 11.
Lex de tortura non inſligenda, in aliquibus regnis non

Digitized by Google

opponitur ſtatui Eccleſiaſtico, nec Religioſo: n. 11.
Privilegia territoris à nativitatis jure, ſeu alias ſuffragant, n. 11.
Duplex objectio ſine ulla vi, n. 12.
Quod eſt præter mentem legiſlatoris, ei nullatenus contradicit, n. 12.
Procedens, & probans bona fide ſe poſiſſe non peccat, n. 12.
In dubio de tormento infligendo cui ſtandum, n. 12.
Reo potius faveant jura quam actori, ut ille abſolvatur, & ne condemnetur, n. 12.

1. LEX eſt in hoc Aragoniæ regno ut in eo nullus reus ad tormentum condemnari queat niſi in uno, aut altero flagitio perpetrato; cum autem omnes leges, & quæcumque ejus municipalis appelletur Forum, de qua voce Calepinus litera F. ea dictione, ſuppoſito non à Foroneo rege deſumptum in illis vocabulum, & accipiendum ab his quæ notat Petrus Calixtus Ramirez in ſuo analitico tractatu de lege regia §. 19. n. 6. per ſubſequentia. *Fori à noſtris* (id eſt Aragonenſibus) *appellantur non à Foroneo rege: ut voluit Iſidorus, quem increpat Alciatus, ſed a fando, ſeu ferendo in publico de placito populi, ut Alphonſus rex Caſtellæ dicebat. Forum debere eſſe à Paladino, y Placero* (*hoc eſt ſecundum uſum, & conſuetudinem regionis*) *ubi fertur moribus populi approbatum, & juditio receptum.* Penes igitur delinquentium inhibitam torturam in prædicto Aragoniæ regno à viridi obſervantia ex foro ejus ſpeciali Michaël de Molino peritiſſimus doctus practicus à regnicolis, quondam juſticiæ Aragonum dictus locum tenens, & conſiliarius, dignè quidem elogiandus à volumine typis dato Cæſarauguſtæ anno 1554. in eo ait. *Tortura eſt prohibita de foro quia regulariter in Aragonia non habemus tormentum, & iſta eſt una de magnis libertatibus Aragonenſium; fallit in crimine falſæ monetæ, quia in iſto crimine habet locum tormentum, & hoc tantum contra perſonas à Regno.* Et §. torqueri. *Iſtud privilegium quod non habeat locum tortura in Aragonia fuit conceſſum non ſolum perſonis exiſtentibus intra regnum Aragonum, ſed etiam territorio, quod probatur evidenti ratione quia videmus quod etiam extranea perſona gaudent libertatibus regni, nec poſſunt torqueri.* Pace tanti juris, periti ſalva, provilegium de non infligendo tormento reo quantumcumque convicto per conteſtium uniformitatem cenſendum non perſonale ſed locale ac ſiquidem extra territorium eo non fruuntur regnicolæ Aragonenſes:& ſæpe torquentur. Ne terminis exponendis pluſquam oporteat moram faciamus hic aptanda omnia quæ de tormenti pæna manent fundata conſult. 11. à n. 10. & conſult. 13. n. 3. & ut noſcatur quale ſit tantum privilegium, cum à juriſtis Aragonenſibus nuncupetur una ex præcipuis & majoribus regni immunitatibus, quia jam abundè à me pertractatum & expoſitum manet (in poſteriori parte ſanctoralis, concione 34. quid de precipuis privilegiis agendo de conceſſis ſancto Joanni Evangeliſtæ; à num. 7. uſque ad num. 31.) ſuperſedeo, nam nullus erit qui terminos non penetret; offert ſe tamen obſervanda doctrina quam ex Azore tom. 2. ſuarum inſtit. moral. lib. 10. cap. 7. §. nono quæres, annotat Portel parte 1. ſuarum reſponſ. moral. caſu 24. num. 3. in illa difficultate communi; utrum aliquando contra ſuum prælatum poſſit religioſus vel clericus ſuffragari à lege reali; in qua prædictus Portel ſic loquitur; *Tunc ſolum lex civilis obligabit Clericum, quando fuerit approbata per Eccleſiam, vel quando lex illa agit de re obligante ex jure naturali vel Divino; & quod etiam in hoc caſu lex civilis non obligat clericum ſicut lex ſæcularis, ſed obligatur clericus à lege Eccleſiæ approbantis legem ſecularem, vel à lege divina, vel naturali obligantibus ad illud, quod præcipit lex ſæcularis, quæ omnia fundantur in omnimoda exemptione, qua clerici eximuntur à poteſtate ſeculari, quod ſi lex ſæcularis non obligat clericos juxta prædicta, multo minus obligabit Religioſos, qui habent plura privilegia eximentia illos non ſolum à poteſtate ſeculari, ſed etiam à juriſdictione, & aliorum ſimilium Prælatorum*; præcipuè id advertit in cauſis criminalibus, in quibus ſæpiſſime à lege ſæculari imponuntur luendæ pænæ incompatibiles cum regulari ſtatu; quales ſunt confiſcatio bonorum, aut pecuniaria pæna; ſiquidem ex voto paupertatis illam ſolvere implicat; nec cum eis loquitur illa lex prout ſæcularis: ſi pecunia non ſolvit corpore aut vita luat: non loquimur in iſtis caſibus, quia cum talia jura criminalia ſint odioſa, reſtringenda, & non amplianda ſunt; ſermo vertitur penes leges favorabiles, in quibus unum certiſſimum eſt, quod quoties immunitati Eccleſiaſticæ in tantillo opponuntur, aſtringere nullum valent Eccleſiaſticum; de quo Diana 1. parte tract. 2. reſol. 7. concludit Portel. *Non obligantur ad alias diſpoſitiones legum ſæcularium circa cauſas decidendas, vel proceſſus faciendos, maximè ſi ſint cauſæ criminales:* Ex conceſſione enim Bonifacii VIII. (tranſcribit ſanctorus de Melfis in coment. ad ſtatuta ordinis, cap. 10. ſtatut, 5. §. reſpondeo tertio; quam participant omnes regulares) rimis, & apicibus juris non tenemur Religioſi in proceſſu firmando, nec in confeſſione à reo extorquenda, procedentes de plano, inſpecta tantummodo facti aut juris veritate; ergo non attento edicto ſeu ſtatuto odioſo, penes favorabilem legem urget argumentum.

2. Hinc ſenſum controverſiæ aperiendum (licet de tragedia conſulta non ſumatur) induco à Franciſcanorum ſtatutis generalibus unde ducatum percipiamus; in eis cap. 6. de correctione delinquentium §. ſed ſi, ita habetur. *Sed ſi contra reum fuerit tantum ſemi plena probatio, vel infamia, aut indicia ſufficientia, poterit Prælatus eum cenſuris cogere, ut veritatem fateatur; quod ſi noluerit reus crimen objectum manifeſtare, poterit ſuperior* (*ſi illi viſum fuerit expedire*) *eum ad tormentum damnare; niſi reus eſſet aliquis magni momenti Religioſus; nam Patrem quempiam alias bene meritum, ad torturam condemnare, indecens omnino videri debet, niſi criminis immanitas aliud exigeret:* Conſonum ſtatutum, conceſſo indulto à Nicolao V. Minoribus Fratribus commemorato à Pellizario tom. 2. tract. 7. cap. 3. ſect. 3. num. 76. ex Caſarrubio; eſtque hujuſmodi. *Miniſter Generalis Ordinis poſſit juxta conſtitutiones, & regularia inſtituta antiqua dicti Ordinis corrigere, viſitare, punire & emendare; ac in criminibus gravioribus, ſi res ipſa exegerit, cum moderamine tamen torturæ ſubjicere poſſit & valeat:* Igitur torturæ uſus approbatus à Papa contra Regulares criminoſos non vituperabilis, imo laudabilis, & in republicis neceſſarius quandoque, ut conſtat ex variis in digeſto ſub titulo, de quæſtionibus item à patribuſque Eccleſiæ quos citat & ponderat Simanchas de catholicis inſtitutionibus, titulo 65. per totum; exprimiturque jure canonico capite, illi qui, 5. quæſt. 5. & alibi quo non obſtante in inferenda tortura, judices attendere debent illam ulpiani moniciunculam, l. 1. ff. de quæſtionibus, loquentis de tortura. *Eſt res fragilis periculoſa, & incerta, & quæ fere ſemper veritatem fallit, nam plerique patientia ſua, ſeu potius duritia, ita tormenta contemnunt, ut exprimi ab eis veritas, nullo modo poſſit: alij vero ita ſunt impatientes*

Digitized by Google

patientes ut in quovis negotio mentiri potius quam tormenta pati vellint; quo fit, ut vario modo quandoque fatentur, & non ſe tantum verum, & alios falſo criminant. Quæ, & plura, de eo congerit juriſconſultus Cabreros Abendano, in ſua methodica delineatione de metu, lib. 2. cap. 2. num. 27. profeſens. *Tormenta duas partes habere oſtendit Quintilianus lib. 5. inſtitutionum Oratoriarum cap. 4. alteram partem vocare quæſtionem veram fatendi neceſſitatem; alteram ſæpe cauſam falſa dicendi. quo aliis patientia facile mendatium faciat, aliis infirmitas neceſſarium*: Hæc oratoris verba fuerunt; nunc juriſperiti Cabreros clauſulas demus. *Vere ſuperbi Tarquini, & etiam tyranni, hoc immanioris inventum, tormentis inquiri veritatem; quam nec qui pati proferet; nec qui pati non poterit; nam ut ait prudens minimus, etiam innocentes cogit mentiri dolor: D. Auguſtinus de civit. Dei cap. 6. ibi. Si enim ſecundum eorum ſapientiam delegerit ex hac vita fugere quam diutius ſuſtineret tormenta, quæ non eo miſit dicit; quo damnato & occiſo; utrum nocentem, aut innocentem, judex occiderit neſcit adhuc, quem ne innocentem neſciens occideret, torſit, ut per hoc innocentem ut ſciret torſit, & dum neſciret, occidit.* Hæc verba & multa plura inveniuntur in hoc ſancto Doctore de inconvenientibus ſequutis ex tortura; videndum quod de eo tangit, tom. 5. ſuorum operum lib. 19. de civitate Dei cap. 6. titulato; *de errore humanorum judiciorum cum veritas latet*; in quorum cōmentarium Leonardus Coqueus varia ponderat ex Ludovico Vives de innocentibus ſæpius torturæ metu punitis ex ſua falſa confeſſione judiciali, de quibus alia tetigi conſult. 10. à num. 10. & deinceps: quare, laudanda Provincia quæ ſua lege municipali ne pereat, nec unus innocens, inhibet tormentum; videndi ex N. Aragonenſibus Portoles in cōment. ad forum num. 1. & Suelbes in ſemicenturia conſil. 47. à num. 1. quin ob hoc minimè cenſuranda ſit conſuetudo in pluribus regnis torquendi reos ad criminum gravium indaginem; unumquodque abundat in ſenſu ſuo, & quodlibet territorium, præcipuè Chatolicum ſuas leges curat rationi & divino numini conſonas prout notat expedire.

3. Ante omnia quid penes regulares procedat in hoc modo extorquendi confeſſionem judicialem, (ex concordi aliquorum quos citat mente Lezana tom 1. ſuæ ſummæ 1. parte cap. 18. num. 17. introducendum loquens abſolutè de ordinum Prælatis allegatus Carmelitanus *ſubditum poſſe non bene convinctum cogere, etiam per torturam, ut fateatur illud: cum hoc jure naturi ſit licitum, & nullo jure prohibitum Religioſis*: ergo à contradictorio ſi aliquo jure legitimo ſit prohibitum, nullo pacto licebit illis torquere; principaliter ſubjungens Lezana *Religioſos non deberi torqueri, per violentas actiones, inſtar ſæcularium; ſed per ſtrictiorem carcerem, humi cubationem, ſtrictiora jejunia*: remittens ſe ad Suarium tom. 4. de Relig. lib. 10. de regimine ſocietatis Jeſu, cap. 12. & addens. *Sed hoc intelligo regulariter; quando enim delictum fuerit enorme, & prædicta non ſufficiant, non video cur non poſſit applicari major tortura*, ob quæ flagitia major iſta applicanda; exprimit cap. 77. num. 16. *Si vero delictum ſit ex atrocibus & graviſſimis, quibus in ſæculo pæna mortis, mutilationis, vel triremium applicatur, & ſint magna inditia, quæ judici ſuadeant reum commiſiſſe crimen quod negat, itaut ſemiplene probatum ſic, poteſt illum torquere*: non æqua tortura pro omnibus criminibus, ſed inductum in conſultatione (pluſquam ſemiplenè probatum à vehementioribus inditiis per conteſtes uniformes) attrociſſimum fuit, & indubium, ergo patet non ſtante regni privilegio, potuiſſe generalem ad rigidiorem practicabilem torturam procedere. Repetit Lezana tom. 2. verbo *Iudex & judicium regularium* num. 12. *Notandum Religioſum eſſe mitius torquendum, tum propter metum excommunicationis, ſi excedatur in tortura modo, tum propter reverentiam ſtatus Religioſi.* In quorum conſonantiam prævenit quod valdè obſervandum eſt à ſuperioribus ſtando in jure: *Nequit Prælatus torquere Religioſum per Miniſtros Laïcos, aliàs tam Prælatus, quam Miniſter Laïcus eſſent excommunicati, niſi in caſu, quo non inveniretur Religioſus peritus in arte torquendi; cap. univerſi de ſententia excommunic.*: benè verum eſt, firmare; oppoſitum in conſuetudine fore, videlicet vocari carnificem in torturam, neſcio tamen in re tam delicata adverſus immunitatem Eccleſiaſticam, quomodo præſcribi poſſit conſuetudo, & non dicenda potiùs corruptela; aliàs in exemptione ſtatus Eccleſiaſtici ab hoc quod moleſtari nequeat à ſæculari, etiam Eccleſiaſtico ipſo conſentiente, ſequeretur perſonis, non ſtatui fuiſſe conceſſum principaliter privilegium exemptionis, quod eſt abſurdiſſimum; v.g. quamquam ego qui ſum Sacerdos conſentiam à judice ſæculari judicari in criminoſis me ſubmittendo ei, frangitur immunitas Eccleſiaſtica; & judex acceptans, & ego me ſubmittens incidimus in excommunicationem majorem; quia indultum exemptionis eſt conceſſum primario Sacerdotio, non vero perſonæ Sacerdotis, qui ſemel ordinatus in majoribus non cadit ſub eius optionem renunciatio privilegii, niſi per ſententiam à legitimo judice degradetur, aut per æquivalens juxta aſſerta conſult. 17. n. 9. ubi pono duplicem fore cuiuſvis Eccleſiaſtici qui degradabiles dicuntur, degradationem.

4. Specialem tamen caſum non ſilebo, mihi narratum à quodam Epiſcopo, quem in decreto & conſtantia laudandum, nimiſque elogiandum, quotquot audierunt, cenſuerunt; contigit enim quemdam Eccleſiaſticum crimen horrendiſſimum commiſiſſe, autor veneni, quo propinavit fæminam ob hoc, quia in venerem, ab eo ſollicitata, ipſa viriliter ſe oppoſuit reſiſtens; neque uſquam nec minis nec blanditiis, nec donariis, quæ copioſiſſima obtulit, intentum impius laſcivus obtinere potuit, timens ſilentio ab illa non prætereundam impietatem, & aliàs in odium evertens turpem amorem (Amnonis imitator etſi non in vi illata, ex paſſione fragili venerea 2. Reg. 12. v. 11.) ut ſecretè ſe vindicaret, veneno interfecit heroïdem caſtiſſimam; at patefactum flagitium à quadam ancilla cui commiſerat atrocitatem; nec in eo ipſa conſentit & alia via homicidium exequens carceratur à ſuo Prælato; eadem nocte frangens vincula, fugit in Regnum in quo lex erat de nullo torquendo; cumque ordinarius flagitioſi litteras mitteret authenticas in varia territoria, ut ſi inveniretur, caperetur etiam vocato auxilio quoquo ſæculari, ſi neceſſarium foret, tandem in quadam civitate populoſa criminoſus invenitur, & ſecuriſſima cuſtodia ergaſtulo traditur ab illius urbis antiſtite, qui unus inter varios requiſitus fuerat; ſtatim de captura delinquentis ſuperiorem monuit; & ne iteraret fugam, proceſſum in ſummaria, plenè probatum delictum à conteſtibus, à quibus petierat venenum, commiſſionem miſſit ut ubi carcerabatur, confeſſio judicialis à reo ſumeretur; conſtabat enim ex proceſſu ab ipſo auditum, *ô mulier intrepida robuſtior viris omnibus antequam me occidas interficiam te*; ſimiliter duo eius famuli, teſtificarunt, unus prætio ex mandato ſui Domini emptum venenum; alter deportatum ad famulam caſtiſſimæ nobilis fæminæ occiſæ ſub ſequentem monitionem, ut illo manè mitteret in ea potione chocolatica quæ fiebat ab iſta ſumptoque chocolato obiit mulier; & ſtatim ancilla quæ illud confecerat, fugit; quæ,

Digitized by Google

& alia ſimilia iuditia moverunt ſuum proprium Prælatum flagitioſi ut in ſententia interloqutoria pronunciaret damnandum ad torturam ſi tenaciter auditis teſtium depoſitionibus renuebat fateri judicialiter flagitium; & requiſitus de eo antiſtite commiſſarius, aſtrictuſque etiam Nuntii Apoſtolici mandato, ut ſi negaret crimen in tormentum procederet; reſpondit ſe legibus municipalibus illius regni contravenire non poſſe in quantum non ſe opponebat immunitati Eccleſiaſticæ, & exequi torturam in eo Regno, ſuo videri gravabat ſuam propriam conſcientiam; nec mediis quibuſcumque vinci potuit ad torturam procedere, cumque peritiſſimus Juriſconſultus, eſſet, ſic ad proprietarium rei Prælatum ſcripſit. Per ſingulas clauſulas ſemel, & iterum recognovi proceſſum; patet ab impio, quem carceravi ex veſtræ dominationis illuſtriſſimæ commiſſione, & in cuius cauſa proceſſi per eam uſque ad ſententiam diffinitivam, ad quam ferendam, in hoc Regno non indiget iſte criminoſus quantumcumque tergivertat in ſuis defenſionibus, confeſſione judiciali oris propriæ, ſive intra ſive extra torturam ut pænâ ordinariâ afficiatur; & ita ego meo muneri ſatisfaciam obſervando mei territorii legem juſtam in privilegiis de non torquendis Reis; & pænas luet debitas ſcandaloſus valdè Eccleſiaſticus;atque impietatis tam atrocis perpetrator; copiam hujus Epiſtolæ vidi ab eo antiſtite ſub benevolentiæ ſignum dignanter mihi & aliis qui concurrebamus demonſtratam.

5. Caſus eſt valdè doctrinalis in clauſulis doctiſſimi Epiſcopi, propterea libuit ſuccinctè ſoliditatem ingerere, inſimul componens, ſuo cordatiſſimo conſilio, & obſervantiam legis municipalis, vitando torturam; & ſupplicium debitum exequendum; ſiquidem nullum ſicut iſtud, via in dictamen exponendum pro conſultatione hac 40. propoſita. Tenendum cum Portel & Alderete quos citat & ſequitur Lezana tom. 2. ſummæ, dictione; *Tortura Regularium*, num. 3. quod ipſe fatetur ſic. *Tortura applicari non debet, quando crimen eſt plenè probatum, vel quando aliâ viâ veritas haberi poteſt, quamvis reus illud neget: Tortura enim ſolum adinventa eſt in ſubſidium veritatis cognoſcendæ quando veritas eſt cognita non debet applicari tortura maximè inter regulares cum apud illos rariſſimus eſſe debeat illius uſus*,quod idem tetigi conſult. 1. n. 8. quidquid igitur ſit de tribunalibus ſæcularibus quoad reos laicos torquendos,in uno parificantur clerici,& religioſi delinquentes circa infligendum tortura eis intuitu criminis perpetrati; videlicet quod ſi delictum ſit plenè probatum, vel alia via veritas de flagitio exequuto abundans præbeatur notitia judici,tunc nullatenus torquendus reus, nam non indiget judex ſubſidiari ab eius confeſſione in veritatem cognoſcendam; poſita à Lezana doctrina præmiſſa excipit duos caſus; prior eſt quando flagitioſus malitioſè appellat ad ſuperiorem; *Vt exequutionem juſtæ ſententiæ impediat; vel quando putatur habuiſſe ſocios vel commiſiſſe alia crimina:* prior non urgebat; ſecundus de ſociis exceptionem non ponit, quia licet illos habuerit, v. g. famula, quæ accipiens centum ducata, in chocolato venenum injecerat, & fuga fatebatur delictum, teſtificatione confamularum quæ depoſuerunt uniformes tres, de quibus ſuum receſſum fidit, ita magnis lacrimis ab illa auditum; ſinite me fugere, quia pro centum ducatis quæ accepi, nominando Eccleſiaſticum reum, occidi veneno heram noſtram; penes alterum crimen de ſollicitatione ad venerem eiuſdem conditionis videbatur, in quantum origo & radix homicidii fuit; quoad appellationem urgere poterat, ſed Lezana eo tome 2. voce *appellare & appellatio*, num. 8. occurrit. *quando non ſunt gravati injuſtè tunc enim non eſt cauſa legitimè appellandi, neque appellatio eſt legitima ſed frivola cum non adſit gravamen: Portelus in dubiis Regul. verbo appellare num. 2. addens ſic appellantem peccare mortaliter, unde tali appellationi non tenetur judex defferre*: & quomodo defferre tenebitur judex in eo quod reus peccat mortaliter, ab his igitur capitibus directè verificatur doctrina Lezanæ de non indulgentia confeſſionis judicialis illius flagitioſi Eccleſiaſtici quoad aliam partem de obſervantia legis municipalis in vitandam torturam, non reſtat dubitandum, quando in eo territorio politicas civiles leges (aïebant conſulentes) obſervari, & in conſuetudine fore; non alio, eodem modo, quo in noſtro Aragonum Regno quæ nuncupantur fori: de quibus Michael de Molino in ſuo repertorio, voce. *Fori Aragonum* num. 179. ſic profert. *In foris Aragonum, comprehenduntur Prælati & Religioſi, & poſſunt ſe de eis juvare; & etiam omnes perſonæ Eccleſiaſticæ comprehenduntur ſub foris & gaudent foris.* remittit enim ſe ad librum fororum: titulo de Prælatis pag. 47. & ad titulum de exiliis fol. 84. lib. 11. verbo *Clericus* num. 34. ſi nimiam non timerem digreſſionem, duo diffuſè tractarem, quæ nunc ſe offerebant; unum qualiter legibus politicis reipublicæ adſtringi poſſint Eccleſiaſtici; an penes vim directivam tantum; ut volunt Doctores quos citat Diana 6. part. tract. 8. reſol. 4. utrum etiam circa vim coactivam; præcipuè in eis legibus quæ bonum commune reſpiciunt: nec tangunt indemnitatem & exemptionem; plura de eo Caſtro Palao tom. 1. tract. 3. diſp. 1. punct. 24. §. 6. Gregorius Martinez tom. 3. in primam ſecundæ quæſt. 69. art. 5. dub. 2, concl. 2. & ſtabiliri videtur canone, quoniam; & canone, ſi in adjutorio diſt. 10. cujus rationem innuit Suarez lib. 3. de legibus cap. 34. num. 13. id fieri quia interponitur probatio Apoſtolica penes illas leges circa quas ſe gerit reſpublica in vi ſive directiva ſive coactiva circa Eccleſiaſticos uniformiter, ac alios reſpiciens; quali tenore confirmantur à ſummo Pontifice, & approbantur noſtri Aragonum fori recognoſcendus Lancelotus de attentata lite pendente; part. 2. cap. 4. limitatione 1. num. 36. & declaratione 4. ejuſdem capitis n. 36. alterum quomodo liceat aut illiceat Eccleſiaſtico recurſus ad hæc tribunalia ſæcularia, ſicut dicimus in Aragonia intuitu firmæ; & in Caſtella ad vitandam vim,in Senatus Conſilium dictũ, *Bela fuelza*, æquivalens Senatui Juſtitiæ Aragonum.

6. Caſtellanum & Aragonenſem dabo in ſimilibus reverſibus; ille ſit ſalgado tomo de ſupplicatione ad ſanctiſſimum, parte 1. cap. 1. num. 198. *Hujuſmodi recurſus proveniunt ex fonte perenni iuris naturalis ad bonum regimen, pacem, & tranquillitatem reipublicæ, & ab immemoriali obſervantia, ſtilo, & praxi omnium Catholicorum Regnorum; & licet aliqui Theologi adverſus recurſum inſurgere voluerint, ignari formæ procedendi, & moti ex regulis generalibus excludentibus juriſdictionem Eccleſiaſticam à judicibus laïcis, quæ nihil pertinent, nec obſunt recurſui violentiæ, adhuc tamen, & ipſi non fuerunt auſi penitùs illum reprobare agnoſcentes non eſſe vi tollendam oppreſſis defenſionem, quam præſtare ſuis Vaſſallis tenetur Rex omni jure*: & idem Doctor Juriſconſultus volumine de poteſtate Regia parte 1. cap. 1. §. unico num. 12. ſimile punctum edocens ait: *Et hæc ratio; difficilis aditus ad ſedem Apoſtolicam ob longam eius diſtantiam, adeo urgens eſt, ad juſtitiam recurſus ad principem ſæcularem pro tollenda inſtantanea violentia, per executores litterarum Apoſtolicarum inferenda; aut per judicem ordinarium Eccleſiaſticum, ratione ſententiæ à ſe prolatæ, ut etiam Doctores qui tepidè acquieverant regio hujuſmodi recurſui, imo & hi qui incautè, & intrepidè illud impugnarunt;*

Digitized by Google

rant, *adhuc auſi non fuerunt eamdem denegare, & vim & efficaciam illius agnoſcentes apertiſſimè fatentur quod ubicumque ratio hac verſetur licitus & juſtus talis recurſus.* Semper enim quod interponatur cum conſenſu explicito, vel implicito ſummi Pontificis, qui non dat ſæculari judici cognitionem cauſæ contra Eccleſiaſticum, ut mox patebit, quid certius, & fundatum in jure naturali, exprimitur ne ulli ab aliquo judice Eccleſiaſtico per injuſtam ſententiam inferatur violentia; clarius loquitur Aragonenſis regens Joſephus Seſſe de inhibitionibus cap. 8. propoſuerat id jam cap. 1. §. 1. num. 5. perſequentem illationem. *Ex his reſultat juſtitiam Aragonum, dum has concedit inhibitiones, nullam cognitionem cauſæ adhibere, nullam cauſæ deciſionem facere; minuſque cognoſcere de titulo, ſeu poſſeſſione; ſolum namque attendit, an in caſu occurrente appellatio ſuſpendat, an non, ut ſic ipſe poſſit inhibere, vel non poſſit; & hac fuit ſemper, & eſt praxis illius conſiſtorii inconcuſſa, & inviolabilis, cuius ab integro ignari ſunt exteri, qui exiſtimant juſtitiam Aragonum hac via intromittere ſe in cognitione & examine cauſarum ſpiritualium & Eccleſiaſticarum; cum id nec attentatum, nec cogitatum legatur; tractatumve fuiſſe in eo conſiſtorio in his firmis, quos; ne pendente appellatione ſolemus appellare, quod ita ego expertus ſum per multos annos dum in eo conſiſtorio locum tenens fui juſtitiæ Aragonum.* Conformiter ad iſtud, quod judex ſæcularis non ſe intromittit in cognitione, aut examine cauſæ, ſeu juditii Eccleſiaſtici, niſi in vitandam violentiam inferendam à judice Eccleſiaſtico, ſuo ſubdito, qui jus tenet occurrendi ne contra juſtitiam ipſi inferatur vis. non alio judicandum eſt ea intromiſſio regia, ac proceditur quando ipſe maximus Pontifex in juſtitiæ adminiſtrationem implorat brachium ſæculare, quin accipiat ab eo ſeu immittat ſuperiori ſeculiari aut aliquam exerceat juriſdictionem ſpiritualem quoad Eccleſiaſticum; pro qua parte hæc & alia attendens peritiſſimus Juriſconſultus antiſtes commiſſarius alterius Epiſcopi inſtantis in confeſſionem juditialem ex tortura contra clericum reum à ſe commiſſionis intuitu carceratum illam prudentiſſime & æquiori juſtitia vitare ſatagebat; ne fractor legis juſtè territorii incurreret in reatum aut forenſe vel conſcientiæ; & quia N. Villalobos in ſua ſumma parte 1. tract. 2. difficultate 31. luculentiſſimè pertractat, quo pacto tenemur Eccleſiaſtici in conſcientia ſervare leges ſeu conſtitutiones reipublicæ civiles, quæ nec directè, nec indirectè opponuntur immunitati Eccleſiaſticæ, qualiter non contradicit forum ſeu lex, de non torquendo Eccleſiaſtico in confeſſionem juditialem, ad Doctrinas quas colligit remitto in ſoliditatem eius quam hucuſque propoſui.

7. De jure communi id procedebat in caſu conſulto, aſt quia votum obedientiæ regularium ſtrictius eum obligat, quam ſolemne emiſſum à clericis; inſtat ratio dubitandi, pro jure quo generalis fungebatur, non obſtante lege municipali regni in torquendum ſuum ſubditum, extorquendamque ab eo confeſſionem judicialem à tortura Caſtro Palao tom. 3. tract. 16. diſp. 4. puncto 4. à num. 4. varia inducens in obligationem, qua tenemur Religioſi parere noſtris ſuperioribus, in quibuſcumque quæ non ſint contra animam noſtram, & regulam cui ſubjicimur, ſequentem producit conſequentiam in argumentum eorum quæ præcipere aut non, queunt Prælati, ſive locales, ſive ſuperiores alii. *Igitur ſolum poteſt præcipere ſuperior quæ in regula obligante expreſſè; vel tacitè continentur; quia hæc omnia votum obedientiæ comprehendit; tacitè enim & expreſſè idem juris eſt; juxta regulam expreſſam 156. ff. de regul. jur. & ibi gloſſa & l. cum quid ff. ſi certum petatur;* quæ autem ſit iſta cenſenda, ſub regula tacitè contenta, exponit. *Illa vero ſub regula tacitè cōprehenſa cenſentur quæ moraliter neceſſaria judicantur ad ipſius regulæ expreſſam obſervationem:* ergo peccabit mortaliter abutens juriſdictione Superior regularis dum imponit ſanctam obedientiam in quacumque, quod non conducit ad obſervandam regulam; & allegatis à Palao, Angelico Doctore & alijs ſpecificat caſus ſpeciales quibus tacitè ſub regula continetur paritio Religioſa, num. 5. ſcribens. *comprehenditur ſub obedientia regulæ juſta punitio ob illius tranſgreſſionem, quia hac ad communem illius obſervantiam, neceſſaria eſt:* de eodem Suarez tom. 3. de relig. lib. 10. cap. 8. num. 7. ergo quia tormentum eſt, eratque punitio procedens à ſententia judicis interloquutoria ob tranſgreſsionem atrocem contra regulam in eo homicidio, tacitè talis pæna infligenda comprehendebatur in illa; idque potius ſtante expreſſo aliquo ſtatuto decernente Reum torquendum; igitur cum nulla lex civilis, quamtumvis confirmata & approbata à ſede Apoſtolicâ faveat regularem operantem contra regulam, nec inhibere poſſit ſuum Prælatum, ut non puniat eum conſonè ad ſtatuta facta in regulæ inviolabilitatem, tutâ conſcientiâ procedebat generalis in ſententia torturæ, & licitè non reſiſtebat ſubditus contraveniens voto obedientæ antequam id ſolvam aliud efformabo argumentum idipſum confirmans.

8. Probo igitur teneri ſubditum non reſiſtere ſententiæ interlocutoriæ decernente torquendum, in confeſsionem judicialem, à doctrina in qua concordant jura, & Angelicus Præceptor prima ſecundæ quæſt. 90. art. 2. in corpore; & habetur l. 1. & 2. & 8. ff. de legibus; nullam ſcilicet fore legem, jacturam faciens bonum commune, aut huic contraria; inventa, & experta, ad incommodum regiminis regularis, Municipalis ea lex prohibens tormentum in tali Regno ſeu regione quantumcumque approbatâ à Sanctiſsimo Pontifice, opponebatur bono communi Religionis; ergo penes eum ordinem, nullam vim nec directivam, nec coactivam tenebat: antecedens probatur; Illud quod opponitur ſtatuto generali conſtituto à tota Religione, acceptato uniformiter, in cunctorum conſenſu exiſtens in viridi obſervantia, bono communi opponitur; ſed ſtatutum decernens torturam contra Religioſum atrociter delinquentem in ea Religione, in qua conſultabatur caſus, à toto ordine ſtabilitum; acceptatum, in viridique obſervantia poſitum erat, non reclamantibus neque proteſtantibus in eo Regnicolis, ſeu partibus dictis, intereſſatis, ut res examinaretur & poneretur exceptio de tortura in eo regno; ergo quia fortaſsis præviſum fuit à regularibus talis Provintiæ bono communi Religionis opponi, proteſtare, ſeu reclamare omiſſum fuit, patet legem municipalem de vitanda tortura locum non tenuiſſe; aliàs; quia qui tacet conſentire videtur, & dandis conſ. 47. n. 6. admittente diffinitorio ex compromiſſo Provintiæ tale ſtatutum de torquendis Reis, videtur ſuo iure ceſſiſſe, & conſequenter quidquid fuerit de antiſtite, & clerico relatis à num. 6. tutâ conſcientiâ proceſsiſſe generalem, legitimeque potuiſſe, ſervatis modis, & tenore infligendi torturam, eam imponere ab atrociſsimo Religioſo ferendam in confeſsionem judicialem, propter horrendum homicidium ab eo perpetratum, interfectore quidem Religioſi tantæ ſuppoſitionis quod Provincialis fuerat. Multus eſt Azor tom. 1. ſuarum inſtit. moral. lib. 5. cap. 12. in indagine, quo jure ſint exempti Eccleſiaſtici, nec comprehenduntur legibus civilibus; & §. ſi quæras, ſcribit, *Si quæras quid eſt quod dicimus civilibus Laicorum legibus; vel ſtatutis obligare Clericos, & Eccleſiaſticos, vi, & ratione, non vi, & ratione ipſius legis, ſed quatenus civili*

Digitized by Google

lege , aliquid continetur , quod eſt naturali divino , vel canonico jure præſcriptum. Quo enodato patebit compatibilitas immunitatis Eccleſiaſticæ cum hoc quod qui ea ſuffragantur , non aliter , etſi alio medio à civilibus legibus aſtringuntur , veluti coguntur ſæculares : quicumque difficultati quæ poterat in eo moveri ſatisfuit ita. *Reſpondeo clericos , & Eccleſias jure naturali , & divino , & canonico ; non civili teneri. Finge ergo lege civili quidquam præcipi quod eſt naturali , divino , vel canonico imperatum ; ſi laïcus contra fecerit , non ſolum naturale divinum, & canonicum violabit , ſed etiam civilem ; at ſi contra clericus egerit , peccatum quidem admittet contra jus naturale , divinum , vel canonicum , non tamen contra legem civilem , quia ea lege non alligatur , præcipiat Imperator vel princeps ſtatuat legem ; ne quis arma noƈte deferat , ne quis armatus in publicum forum certis temporibus prodeat , ne quis hoc vel illo veſtis genere utatur , ne quis venetur certis temporibus , locis , aut retis laquei , vel inſtrumenti genere: Si laïcus arma noƈte geſtat , aut procedit armatus, aut ludit alea , aut venatur tempore vel loco ſibi interdiƈto , principis legem infringit ; at clericus ſi arma deferat , alea ludat , faciet quidem contra canones quibus ei interdicitur armorũ uſus non tamẽ faciet peccatum contra civilem principis legem. Vnde fit , ut laïcus aliquando duas , vel tres leges perrumpat ; cum tamen clericus , unam tantum , aut duas: non tres leges infringat ; tum etſi idem faciat quod laicus.* In quibus innuere videtur legem civilem attendendam penes Eccleſiaſticos , aut in ſenſu compoſito cum lege divina , vel naturali ; ſeu canonica ; ſive copulatim tales iſtæ leges cum civili componuntur , ſive ſigillatim quælibet illarum trium ; vel in ſenſu diviſo; primo modo clerici aſtringuntur lege civili ſpecificative ſumpta , neutiquam reduplicativè ut tenta prout diviſa , ſeu in quantum civili , leges autem canonicæ , ſeu divinæ componi poteſt cum civili bifariam , aut explicitè , vel implicitè , quia quod prohibet civilis urgentius, & potius rationi conſonat, quod Eccleſiaſtica inhibeatur , propter majorem indecentiam reſultantem ad ſtatum altioris ordinis: Igitur dum in legibus odioſis ita plauditur circa Eccleſiaſticos , in illis quæ favorabiles ſunt ſicut eſt ea de tormento non infligendo , dum pro quacumque parte intret authoritas Pontificia confirmans ſtatutum illud favorabile, ab eo ſuffragabuntur Eccleſiaſtici utor exemplo , jejunium incidit incidit in feria 6. vigilia , & nec Franciſcanus , nec ſæculares jejunant, tametſi idem faciat unus , ac alter , ſecularis non niſi unam legem infringit , minorita vero duas ; ergo aut lex de tormento infligendo erat munita approbatione Apoſtolica , vel mera ſecularis nullum dicens ordinem ſeu reſpeƈtum ad ſtatum Eccleſiaſticum ; ſi mere ſæcularis erat , facultate pollebat generalis in torturam ; dum muniebatur approbatione Apoſtolica ceſſabat lex religionis oppoſita , quantumcunque proteſtata non fuiſſet ut mox videbimus ; & remitto punƈtum ad Fragoſum lib. 2. diſp. 4. num. 304. & ad Fugendez lib. 5. de Juſtit. & jure cap. 37. num. 10. oſtendendo in concurrentia oppoſita legis religionis (in ſtatuto , non ex regula quæ vovetur in profeſſione) & Apoſtolicæ approbationis circa torturam non infligendam , illam ceſſare , non iſtam , totum patebit. Ut concurentia legum, quæ contrariæ ſunt, dum una eſt favorabilis , altera odioſa , quæ favorabilis eſt extendenda ad omne illud quod rationi, bono communi , & in nullius præjuditium cedit ; quæ vero odioſa eſt , reſtringenda quantum capit vera ratio , bonumque commune; ſed lex de tortura infligenda eſt odioſa, de non infligenda , favorabilis ; ergo illa reſtringenda eſt , & interpretanda ſub hac conditione , dum à ſuperiore legitimo non inhibeatur , iſta vero extendenda ad omnes capaces accipiendi ſuffragium ab ea ; tunc ſic : quod reſtringitur cedit ei quod extenditur quoties favor conceditur in omni ampliatione ; ergo approbante ſede Apoſtolica legem de non infligendo tormento prout comprehendit etiam tribunalia Eccleſiaſtica , quin excludat regularia , in iſtis non inæquè , ac in ſæcularibus intelligendum prævalere , & obſervandum privilegium de non condemnando ad torturam reos delinquentes , pariter ac alii excipiuntur.

9. Me explico & roboratur argumentum ab his quæ Portel part.1. ſuar. reſponſ. regul. caſu 24. num.2. p oponit in ſtabilimen exemptionis Religioſi à ſæcularibus legibus ; inquit: *Magis exempti ſunt Religioſi à legibus civilibus & pænalibus ſui Regis , & regni , quam ſunt Reges particulares à legibus juris civilis communis Imperatorum ; quia Imperator , & Rex iſtius regni nullam habet ſuperioritatem ad condendam legem pænalem , quæ obliget hanc Religionem : & tamen vidimus , quod Reges particulares in ſuis regnis non obligantur judicare ſecundum leges Imperatoris , ſed unuſquiſque Rex propriam legem concedis in aliquibus caſibus regni judicari , omiſſa lege juris civilis communis :* Et id quare , nonne , quia jus civile Imperatorum non majoris eminentiæ cenſetur in caſibus particularibus quam lex condita à proprio Rege in ſua Monarchia vel regno ; ergo quia numquam regulares leges prævalere poſſunt approbationibus Apoſtolicis , judicium ſemper ferendum conſonum decreto Apoſtolico non tamen legi municipali talis religionis , quia licet hæc ſit etiam approbatione Apoſtolica munita non tamen cum exceptione exprimente revocationem privilegii realis , ſeu territorii conceſſi , approbando Apoſtolicè legem civilem ; quæ præterquam quod univerſalior eſt , continet privilegium nullo medio coarƈtandum , & omni via extendendum ; ergo in concurrentia torturæ ceſſabit lex religionis ex approbatione faƈta à Pontifice de tormento non infligendo in eo territorio & id etſi multa præcedat proteſtatio , privilegia enim realia non indigent proteſtatione cum ſtatutum firmatur oppoſitum , de linea illorum quæ odioſa dicuntur , & omnimode reſtringenda confirmatur pæna infligenda quæ approbatur à ſede Apoſtolica contra fraƈtores talis legis municipalis , in quorum tenorem audivi in hoc Aragoniæ regno , ubi forum eſt expreſſum de non infligenda tortura , juxta diƈta num 1. quendam ordinarium (ut horrendum crimen perpetratum ab Eccleſiaſtico puniret , quod tenaciter reus negabat conſtitutis ad ſe defendendum falſis teſtibus, quorum falſitas comprobata perceperat) cuſtodi carceris præcepiſſe ut uſque dum flagitium (ſemiplene probatum) judicialiter fateretur (quia expediebat talis judicialis confeſſio ad alia examinanda) mortificaret carceratum non adminiſtrando ad cibum niſi panem at aquam ; à duobus diebus talis jejunii conqueſtus carceri incluſus coram locum tenentibus juſticiæ Aragonum per procuratorem ſuum, inhibitionem obtinuit , ne ſic traƈtaretua , cenſentes prædiƈti judices , inflictam torturam per illud reo , cumque inhibitio præſentaretur judici Eccleſiaſtico , hicque eam contraveniret , delatatus tamquam firmæ fraƈtor à procuratore , & iſte petens mulƈtari temporalitatibus , quod eſt pæna ſtabilita à foro contra Eccleſiaſticos firmæ fraƈtores , occupatæ ei ordinario fuerunt à qua obſervantia efformatur dilema. Aut intuitu approbationis Apoſtolicæ iſti judices ſæculares diƈti locum tenentes , ab inhibitione , & impoſita pæna occupationis temporalitatum contra Eccleſiaſticum non frangunt immunitatem Eccleſiæ , vel ei controveniunt. Si datur primum , habetur intentum,

Digitized by Google

ergo lex municipalis de tortura non infligenda prævalet, & cuique ſtatuto regularium præferenda eſt, nec in eo caſu vim habet tale ſtatutum, nam ut aiebamus conſultatione proxima præterita num. 11. ex venerabili Gilberto Nicolai, non ſolum inſtitutor legis, verùm & approbator cenſendus, & tenendus legiſlator; ſi ſecundum affirmetur; ergo in ſede apoſtolica non eſt ita exacta providentia, ac par petitur, quandoquidem tam patentem fractionem immunitatis Eccleſiaſticæ, ſi ita eſſet, relinquit apud juſtitiæ tribunal impunitam & indeclaratam in regno Catholico quotidie practicari. Hinc patet quomodo leges civiles prout approbatæ à Papa comprehendunt Eccleſiaſticos.

10. Stabili fundamento nititur doctrina ab his quæ de præſcriptione, etiam de rebus Eccleſiæ ex authentica, *quas actiones*, cod. de ſacro-ſancta Eccleſia, tangit Leonardus Leſſius de juſtit. & jure lib. 2. cap. 6. dub. 7. num. 22. proferens. *Quæ autentica recepta eſt ab Eccleſia, ut patet ex decret. 16. quæſt. 3. cap. ultimo, & penult. ex quo conſtat in rebus & actionibus quæ minori tempore quam decennio, uſu capiuntur, vel præſcribuntur, par eſſe jus privatæ, & Eccleſiæ:* titulos autem quos talis præſcriptio petit, ad numerum decennium reducit, & poſt novem numeratos §. hi ferè, decimum inducit ſub titulo, *pro judicato*, ſubjungens. *Ut cum res eſt judicata, & ſpatio 10. dierum non eſt appellatum; hoc modo excluditur jus appellationis, & ſententia tranſit in rem judicatam; ut habetur Novella 22. quod etiam amplexa eſt Eccleſia in judiciis Eccleſiaſticis, ut patet cap. 27. anteriorum 2. quæſt. 6.* ergo non interpoſita appellatione à Religione intra tempus opportunum de non inferenda tortura in eo regno tranſivit in rem judicatam; & prævalere debet ſtatutum ordinis de illa infligenda; nec obſtat aliquorum querimonia de diverſitate legum in varietate provinciarum; nam ut obſervat Calixtus Ramirez tract. analitico de lege Regia §. 11. n. 22. ſumptum ab hiſtoria latina Jacobi primi, Aragonum Regis lib. 1. pag. mihi 38. *Leges cujuſcumque Provinciæ oportet eſſe diverſas ſecundum diverſos modos vivendi & diverſas politicas, ac mores hominum; non enim eſt expediens omnes Provincias eiſdem legibus gubernari (ſicut videmus non qualibet in terra ſementem feliciter provenire) cum ſingulæ ſuos mores ſæculares naturâ, & cœli conſtitutione habeant, quibus gaudent, quibuſve ducantur, qui ſæpe ſimul concordari nequeunt; atque ita æquitas pro locorum, & regionum ratione mutatur; nec omnis naturalis ratio eſt recta in omnibus hominibus; cum quælibet Provincia abundet ſuo ſenſu:* quam doctrinam ſumpſit ab eo quod ſpecificat N. Alfonſus de Caſtro de legis pænalis poteſtate lib. 1. cap. 2. pag. 27. *Circa ſtatuta pænalia, & animadverſiones in crimina, ſeu modos procedendi in cauſis* concludit num. 29. Calixtus. *Quædam ſervantur in Caſtella, quæ non in Aragonia; ſed omnia hic & illic, optimo jure, rationeque naturali ſuſtinentur.* Dicis ergo forum ſeu lex de non tortura reo infligenda eſt mixti fori; quod ſi dicatur, ſequeretur judici ſæculari commiſſum jus ſpirituale, & immunitas Eccleſiaſtica ſubjecta poteſtati civili: Nego ſuppoſitum; aut vox *mixtifori*, reducitur ad quæſtionem de nomine; nam ſi res ſumatur ſecundum proprium ſuum ſignificatum, parem & æqualem juriſdictionem indicat in judicibus diverſarum linearum; ſi autem velis eam vocem, *mixtifori*, ſignificare partialem reſpectu ſuorum ſubditorum in unoquoque judice juriſdictionem, itaut judicia partialiter permaneant, nec tranſeant in ſubditos alienos, tranſeat, quid inde, *mixtifori*, appellati ſecundum hunc ſenſum, quod ſicut reus ſæcularis tortura afficitur à ſuo judice ſæculari in confeſſionem judicialem, ita reus Eccleſiaſticus à ſuo judice legitimo Eccleſiaſtico, quin miſceantur juriſdictiones; hoc autem abuſio vocum eſt; alioqui nulla poſſet inveniri juriſdictio, quæ mixti fori non diceretur, nam ea quæ in Rege Galliæ eſt quoad ſuos ſubditos judicandos in Hiſpaniæ Rege invenitur; & quæ viget in Epiſcopo Barbaſtrenſi penes ſuos ſubditos, reperitur in Antiſtite Hoſcenſe circa proprios; & ideo, *mixtifori*, nunquam nuncupanda ea quæ à foro de non tormento inferendo favet æquè in Aragonia Sæculares ac Eccleſiaſticos.

11. Dico ad conſultationem quod dum bona fide proceſſit generalis ille ex ignorantia invincibili de lege municipali, prout approbata à Papa, prædictæ regionis conceſſa, non peccavit; ſi verò ceſſante bona fide, & ignorantia invincibili perſiſtebat in tortura infligenda, graviſſimè peccavit; patet à dictis ſub hoc entimemate: bona fides, non mala, excuſat à peccato; ergo ille generalis aut proceſſit bona, vel mala fide in ſententia interloquutoria de tortura infligenda; ergo ſecundum iſtam judicandum eſt peccaſſe, conſonè ad illam non peccaſſe in ſententia interloquutoria, ſi quidem à bona fide excuſabatur putandus judex intruſus procedens & judicans pollere juriſdictione; à mala vero ex ignorantia craſſa & vincibili, ut intruſus operabatur in eo, quo à juriſdictione, Apoſtolica autoritate ſuperiori inhibebatur. Caſtro Palao tom. 1. tract. 3. de legibus diſp. 1. punct. 24. §. 6. num. 10. hæc in meum munimen habet. *Religioſi comparari poſſunt ad leges civiles & ad conſtitutiones Epiſcopi in cujus Diœceſi verſantur; ſi comparentur ad leges civiles, idem dicendum eſt de illis ut diximus de clericis, teneri inquam ſervare illas leges, quæ neque eorum lædant immunitatem neque ſtatui religioſo opponuntur;* Sed lex municipalis approbata à Papa de tortura non infligēda religioſo nec ſtatui, nec immunitati Eccleſiaſticæ opponebatur, nam ſi contrariaret, etiam penes clericos opponeretur qui illa non aliter ac religioſi n uniuntur ſeu ſuffragantur: ſed à poſteriori patet circa clericos non opponi: ergo neque erga regulares cenſenda erit oppoſita. Minor à poſteriori oſtenditur ex inconcuſſa omnium clericorum hujus regni Aragonenſis mente tam vetuſtorum, quam modernorum, qui in eo conveniunt: neque ullum eorum tribunal tot Epiſcoporum, ſeu miniſtrorum, in Theologiæ ſacræ litteris præclarium vir, nec minus in jure Cæſareo, & Pontificio de eo uſquam, nec unus ſit qui dubitaret in cauſis criminalibus graviſſimis quæ actuarunt: & cum non minus Eccleſiaſticus qui frangit immunitatem peccet mortaliter & in cenſuras incidat latas à jure, quam quilibet ſæcularis fractor illius, moraliter videtur impoſſibile tot viros doctos, aut ignorantia laboraſſe de ea fractione; vel ita cecutire ut ſcienter in hoc horrendum inciderent peccatum, atque cenſuram, neque ſalutem ad horam mortis abſolutionem efflagitaſſe, ne æternè damnarentur, ſi reſpondeas eſſe diſtinctam rationem de Eccleſiaſticis, ac de Religioſis, nam illi poſſunt plectere delinquentes, non torquendo eos, neutiquam iſti, quia cum pænæ ordinariæ ſtatutæ pro criminibus religioſorum ſint multò plus rigidiores, quam illæ ad quas damnantur clerici, oportet in iſtis confeſſio judicialis reorum in tortura, ne impunita maneant flagitia illius, qui à ſtatu tam perfecto delinquit. Frivola ſatisfactio, nam præterquam quod non minus clerici puniuntur (dum delictum id petit) perpetuo carcere, exilio, atque triremibus; arguo ita impunitus reus non manet quoties pæna ordinaria affici poteſt; ſed reus qui per indicia vehementiora, equivalentia confeſſioni ejus manet convinctus pæna ordinaria non affici poteſt abſque tortura, ut late Maſcardus in titulum de probationibus, tit. 19. ergo abſque tortura non manebat delictum impunitum, & hinc colligitur, videlicet quod

Digitized by Google

dum à bona fide in ignorantia invincibili non excuſabatur ſuperior ille procedens contra reum illum in tortura, à qua ex privilegio locali ſuffragabatur in eum non condemnandum, illam huic inferre diſponens, non inæquè ac pueros, ſexagenarios, fæminas pregnantes aut quoſque alios qui à jure torqueri nequeunt, juxta ſtabilita conſultatione 11. n. 6. torquere judicialiter efficeret.

12. Quin duplex obſtet efformabile argumentum contra aſſerta, nec tædeat aliqualiter tacta repetere. Illa generalis ſententiam interloquutoriam produxit conſonè ad verba formalia legis indiſpenſabilis à tali ſuperiore; ſed nunquam poteſt peccare qui operatur conſonè ad legem indiſpenſabilem, nec mala fide procedere; ergo nuſquam potuit generalis ille peccare, nec mala fide procedere; illud enim ſtatutum non contra, ſed præter approbationem apoſtolicam de non tortura dijudicandum eſt, & in eis caſibus; Angelicus Doctor prima ſecundæ quæſt. 96. art. 6. ad primam: *Ille qui in caſu neceſſitatis agit præter verba legis non judicat de ipſa lege, ſed judicat de caſu ſingulari in quo videt verba legis obſervanda non eſſe:* quod idem videtur obſervatum à veteri digeſto, l. 24. lib. 1. titulo 3. & l. non dubium, cod. de legibus; & ad ſecundum S. Doctor: *Ille qui ſequitur intentionem legiſlatoris, non interpretatur legem ſimpliciter, ſed in caſu, in quo manifeſtum eſt per evidentiam nocumenti, legiſlatorem aliud intendiſſe:* Ergo præter intentionem Pontificis per evidentiam nocumenti torturam decernens generalis ille, nullo modo peccavit. Reſpondeo præmiſſis verbis N. Ludovici de Miranda tom. 2. ordinis judiciarii quæſt. 27. art. 1. concl. 4. ſub iſta marginali. *Principes, & ſuperiores, quin vero inferiores judices, non ſemper vellent judicare ſecundum leges ſcriptas, juxta id quod verbo tenus, & in cortice ſonat, quin verò aliquoties juxta mentem, & intentionem legiſlatoris judicare tenentur:* Ergo aliqua evidentia tenebatur generalis, ut licitè procederet, mentem Papæ percipere non comprehendere illum caſum individualem; ergo quoties id non fecit bona fide, peccavit, inde nego majorem conſonè ad ſtatutum generale pronunciaſſe; quia tenuit exceptionem illa lex in eo territorio: Urges, & eſt altera objectio; ſi in tali Religione erat ſtatutum, quale in noſtra Seraphica habetur, in dictis ſegovienſibus ſeu Barchinonenſibus cap. 8. tit. de conſtitutionibus §. verum ſic. *Si aliquis caſus occurrat totam familiam concernens, qui in ſacris Canonibus & iis ſtatutis non fuerit deciſus, arbitrio miniſtri, aut commiſſarij generalis cum Conſilio decretorum illius Provintia in qua morari contigerit abſolvendus eſt; cum difficile ſit diſcretos ordinis ad caſus occurrentes convocare:* ergo tenore huius facultatis ille generalis cum diffinitorio declarare potuit in dubio, prævalere conſtitutionem de tormento infligendo non obſtante lege municipali territorii, & tunc tanquam à lege totius ordinis tutâ conſcientiâ procedebat in torturam. Venerandum ſtatutum ſanctum Franciſcanum; nego ſuppoſitum conſequentiæ; nam jam in ſacris Canonibus continebatur, videlicet in approbatione Apoſtolica; nec erat caſus ambiguus: opportunè Sanctorus in ſuis Comment. ad ſtatuta, cap. 12. ſtat. 12. *Quod enim poſſumus pro Reo dicere, contra illum pronunciare, non debemus juxta vulgata jura; Reo potius quam auctori faventum: jura promptiora ſunt ad abſolvendum quam ad condemnandum.* Sic ſenſi, ſemper tamen ſalvo meliori juditio, cum in iſtis non adæquatè ut par videtur juditium ferri poſſit exactum, ut componatur æquitas in puniendis.

CONSULTATIO XLI.

De Moniali confeſſionem Sacramentalem peragente cum latrone diſſimulato, & putato Monaſterii ordinario confeſſore.

PETRUM Furti reum inſequebantur juſtitiæ Miniſtri ad carcerandum; fugiens ille introivit in quemdam regularem Monialium conventum, ad cujus Eccleſiam ſe conferens invenit Sacerdotem, & hujus confugium implorat; nec aliud occurrens ut liberare potuerit, clauſit eum in confeſsionario ubi de more Religioſæ accedebant, poſitam clave in oſtio ſecurum conſtituit fugientem; & intrantibus miniſtris juſtitiæ cum eis talis Sacerdos demoratus per quatuor, aut ſex horas, fortaſsis oblitus non acceſſit in educendum eum quem clauſerat; intervallo ſeu intermedio illarum ſex horarum, quædam Monialis ignorans latronem ibi abſconditum acceſſit ad cratem parvam confeſſonarij, & ſilentioſè interrogans. *Eſta ay Padre Confeſſor?* eaque fure, ſumiſa voce, reſpondente. *Si Señora.* Statim ſua peccata propoſuit, & impoſita ſatisfactione pænitentiali ſub his verbis. *Con propoſito dela enmienda dira una parte del Roſario*, nec Monialis attendens quæ verba, vice abſolutionis protulerit, bona fide proceſſit; tandem decurrente tempore per duos annos ſua flagitia eum latronem in ſuſpendium ad furcam ex ſententia juſta deduxerunt; & inter alia Sacerdoti qui diſponebat damnatum ad mortem, notum fecit quid evenit ipſi in confeſſionario, ut provideret de remedio, nec ſe prodere ſuggeſſit, ne à Miniſtris, aut in Monialibus palam factus ſcandalum oriretur cumque conſulenti replicarem, qualiter compatibile à Moniali non cognitum, ſaltem ex pænitentiali ſatisfactione, quando in more eſt imponi eis, aut *Miſerere mei*, vel, *Magnificat*, ſeu, *De profundis*, ut bona fide proceſſerit, reſpondit id examinatum, & inventum Monialem de laicis fuiſſe & compertum id eo fraude non ductam, ſed notum ipſi faciens anxia manens conſuluit, utrum peccata expreſſa in illa confeſſione nulla, & alia, in aliis confeſſionibus peractis in ſpatio duorum annorum iteranda ex confeſſione generali ab eo tempore, qualeſque communiones peractæ, an ſacrilegæ, & aperiendæ ſecundum earum numerum perfectæ.

Digitized by Google

SUMMARIUM.

QVibus in caſibus obligat denuntiatio ad ſacrum inquiſitionis tribunal, n. 1.
Sollicitans quivis ſit, in loco deputato ad confeſſionem denunciandus, n. 1.
Horrendius crimen in actu confeſſionis quacumque actio venerea, n. 1.
Simulans ſe confeſſarium quando denunciandus, n. 1.
Copulativa advertenda in decreto Gregoriano, n. 1.
Privativè pertinet ad tribunal ſanctæ inquiſitionis punire eos qui ſe fingunt Presbiteros aliquod ſacramentum nulliter celebrantes, n. 2.
Iſti ſicut illi ſuſpecti de fide, 2.
Non quando veſtimentis Sacerdotalibus induuntur, niſi dum celebrant, n. 2.
Timor cadens in virum conſtantem nullum excuſat in illis, n. 2.
Non admittitur prædictus metus interveniente Catholicæ religionis contemptu, n. 2.
Iejunium non frangendum ex timore, ſi cautelatur Religionis contemptus, n. 3.
Diſcrimen Laïci fingentis adminiſtrationem ſacramenti pænitentiæ à non Sacerdote fictè celebrante, num. 3.
Lex pænalis reſtringenda, n. 3.
Quando denunciandus fictè celebrans, n. 3.
Diſtincto metus gravis ab illo qui dicitur cadens in virum conſtantem, n. 4.
Exemplificatur in martiribus quos celebrat Eccleſio ad diem 10. Martii, n. 4.
Stratagemata in vitandam mortem non arguit Religionis contemptum dum ſunt vera, nullo mendatio mixta, n. 5.
Diviſio libertatis in naturalem, moralem, ſeu civilem, n. 5.
Violentia numquam à ſpontaneo arbitrio naturalem libertatem aufert, n. 5.
Quæ ignorantia convincitur invincibilis, & à qua radice, n. 5.
Excuſabit, quo pacto illa ab incurſu pænarum, & cenſurarum, n. 5.
Vnde prodiit ignorantia culpabilis dicta vincibilis, num. 6.
Scoti doctrina explicata pro ignorantiâ excuſante, vel non excuſante, n. 6.
Nec inadvertentia, nec invineibilis ignorantia datur de jure divino, n. 6.
Nullus excuſari poteſt ab ignorantia quod à Laïco liceat adminiſtrare Sacramenta exigentia Sacerdotem, n. 6.
De pollutione voluntaria, in nullo, dabilis ignorantia invincibilis, n. 6.
Magiſter ſententiarum Petrus Lombardus explicatus penes confeſſionem faciendam Laïco, n. 7.
Fides Catholica docet nullum niſi Presbiterum validè abſolvere poſſe Sacramentaliter, n. 7.
Confeſſio peccatorum à duplici radice invalidatur, genericè loquendo, n. 7.
De venialibus, aut mortalibus, bis jam ante confeſſis etſi nulliter, onus non imponitur ut repetatur de illis confeſſio, n. 7.
Neque communiones ſubſequentes ad eam invalidam confeſſionem, ſacrilega ſunt, n. 7.
Quándo imponitur onus repetendi confeſſionem præcedentem nulliter peractam, n. 7.
Nuſquam confeſſionem factam Laïco appellavit Saramentalem Scotus, n. 8.
Sacerdos ſurdus, ſeu dormiens, prout non audiens, annullat Sacramentum pænitentiæ, n. 8.
Bona fides Pænitentis dum defectus validitatis ſtat ex parte miniſtri, excuſat ab onere repetendi confeſſionem, n. 8.
Pariter, & excuſat, ne communiones ſubſequentes ſacrilegè fiant, n. 8,
Eucharistia, licet Sacramentum vivorum ſit, primam practicam per accideus cauſat, n. 8.
De confeſſario Monialium qui inter confeſſiones audiendas ab eis, dormiebat, n. 9.
Miſſam audiens à Laïco ſimulato Presbitero ex bona fide ſatisfacit præcepto Eccleſiæ, n. 9.
Doctrina pro non reiterandis confeſſionibus nulliter factis defectu ſtante ex parte miniſtri, n. 10.
Eventus in quibus onus imponitur reiterandi præteritas nullas confeſſiones in ſubſequenti, n. 10.
Caſus ſpecialis conſultus expoſitus ſigillatim quoad omnia, n. 10.
Nuſquam Deus alicui denegat remedium quo eget, in bona fide, procedenti, n. 10.
Qui videntur à nobis fortuiti caſus, ex divina diriguntur providentia, n 10.
Iſtud experitur in hoc quadrageſimo caſu conſulto, num. 10.
Nec Diaconus, nec Subdiaconus poſſunt validè abſolvere, n. 11.
Indulgentia plenaria conceſſa Franciſcanis in feſto conceptionis Marianæ, quando petat confeſſionem fieri, n. 11.
Scrupulus fortuitus Monialis de eo, eventum graviſſimum ſine ſcrupulo poſuit, n. 11.
Axioma, facienti quod in ſe eſt Deus non denegat gratiam, n. 11.
De Sacramento valido, & informi quid dum quis in eo vltimam elaudit horam, n. 11.
Diſparitas de moribundo in ſacramento valido & informi, ac de eo quod gerimus in hac conſultatione, num. 11.

1. ANTE omne intereſt latronem inductum in conſultatione liberare à reatu incurrendi in caſum reſervatum cognoſcendum & puniendum, privativè à ſancti Officii tribunali; in alma urbe Romæ inter alia quæ emanarunt ad favorem ſacræ Inquiſitionis, unum fuit decretum recenſitum à Joanne ſancio in ſelectis diſp. 11. titulata; *In quibus caſibus ceſſet bligatio denunciandi confeſſarium ſollicitantem* num. 66. poſt tranſcriptam ſanctionem Apoſtolicam concludit, *Confeſſarii non ſolum in actu confeſſionis ſollicitantes punitioni Inquiſitorum adſint ſubjecti, verum eorum punitionem non effugiunt ſimulantes confeſſionem auſcultare, & loquentes laſcivè cum fæminis pænitentibus, & illicitos ſermones ſeu tractus inboneſtos habent* clara eſt littera & in uno patentiſſima apparet, videlicet, quod ſi latro ille ſimulans ſe confeſſarium inhoneſtè aliquid loquutus fuit cum illâ Moniali decepta, putante ordinarium Conventus fuiſſe confeſſorem, tenebatur ad denunciationem; quanta, mala reſultant (ab hoc enormiſſimo peccato nuſ-

quam in hac vita æquali ſupplicio puniendo) quid ſi fur ſollicitaſſet, & Monialis denunciaſſet confeſſarium ordinarium inculpabilem, & innocentium de ſollicitatione? inde vitandum quodlibet colloquium per ſimilia loca niſi quod attinet ad adminiſtrandum pœnitentiæ Sacramentum ; principaliter decretante Gregorio XV. etiam extra confeſſionem, denunciandum quemlibet qui in confeſſario aliquod turpe depromit ad venerem ; at eo ipſo quod metu carcerationis, & mortis occultabatur latro ſatageus ne publicaretur & à juſtitiæ miniſtris carceraretur, vix poſſibile apparet, non aliud alloquutum præter id quod exigebatur, ne noſceretur à Moniali, & in ſua bona fide perſeveraret ; aliàs ſi turpia miſceret, aut alterum quodcumque in quo tantilla ſuſpitio oriri poſſet propter tam inſolitum, & caſualem eventum, inquireret Monialis, quod horrendum ſponſæ Chriſti in viro deputato ad eius regimen ſpirituale, nec cognoſcere ſineret non proprium Paſtorem, ſed lupum in veſte ovili; nihilominus in venerationem edictorum ſancti officii conſulentem monui ſe informare, an turpiloquium tunc interceſſerit; quod interrogatum Religioſæ, reſpondit nullum, nec minimum; inſtat tamen ratio dubitandi ex Gregoriani diplomatis verbis, quod incipit, *Univerſi Domini gregis* : ſub datis 30. Auguſti anno 1622. ubi hæc habentur, *ſeu occaſione, vel pretexu confeſſionis hujuſmodi ipſa confeſſione non ſequuta, ſive extra occaſionem confeſſionis, in confeſſionario, aut in loco quocumque, ubi confeſſoris ſacramentales audiuntur: ſeu ad confeſſionem audiendam electo ; ſimulantes ibidem confeſſiones audire, ſollicitare, vel provocare, tentaverint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſive tractus habuerint, in officio ſanctæ Inquiſitionis ſeveriſſimè puniantur:* Et inhoneſti, & illiciti prohibentur ſermones miſceri; ſed etſi ille fur nullum inhoneſtum miſcuerit ſermonem, illicitum miſcuit imponens pænitentiam Sacramentalem, verbaque proferendo quaſi abſolutoria finxit ſe Sacerdotem, ergo denunciandus, puniendusque à ſancto Officio videbatur. Pro mente diplomatis penetranda advertendum in eo non haberi disjunctivè *illicitos*, vel *inhoneſtos*, ſed copulativè, *illicitos & inhoneſtos*, quaſi imponat onus denunciandi confeſſarium in quocumque caſu illicitum, aliquod miſceatur, v. g. ſi imponens pænitentiam pecuniariam à ſe capiendam mendatia aliqua proferret, ut ſuam avaritiam detegeret ſeu excuſaret; vel in exortatione mendaciter ſe gereret, allegando quod falſum noſcit; copulativa eſt illicitos, & inhoneſtos; in quibus cum ſit materia odioſa reſtringi debet ad eos caſus in venerem ibi directos; ſic diſtinguo minorem; miſcuit illicitos abſolutè & disjunctivè concedo; reſpectivè & copulativè ad onus denunciandi; nego. In terminis Diana 2. parte tract. 4. reſol. 19. & 20. præcipuè ſub hoc inquiſito, *An confeſſarius ſollicitans feminam non ad turpia, ſed ad alia peccata ſit denunciandus*, & §. at his, reſpondet, non eſſe vigore Bullæ Gregorii 15. denunciandum, *quia verba Pontificis diriguntur ad ſollicitationem carnalem, quæ communiter accidere ſolet, & in delictis, non ſit extenſio, ex cap. in pænis de regulis juris in 6. & ex l. interpretata ff. de pænis*: pro quo allegat auctores bonæ notæ videndos in eo aliaque ut notentur digna.

2. Urges non alio à D. D. inquiſitoribus Apoſtolicis puniri debent qui fingentes ſe Præsbiteros cum non ſint, Miſſæ ſacrificium celebrant, ac Laici, ſeu non Sacerdotes, etſi Diaconi pænitentiæ Sacramentum ſimulanter adminiſtrant, quandoquidem par arguitur ratio in utroque; ſed illud eſt denuntiandum, eo quod ſuſpectus de fide Catholica cenſetur qui cum miniſter non ſit nullum efficit Eucharisticum Sacramentum propter invalidam conſecrationem ; igitur & iſtud denuntiari debet, nam etiam apparet eum de fide ſuſpectum præbens abſolutionem, cujus Miniſter non eſt, Diana 4. p. tract. 7. reſol. 5. Verum, in robur paritatis de tam horrendo crimine. *Qui hoc facit eſt de fide ſuſpectus quia facto approbat, quod heretici huius temporis falſo aſſeverant, id eſt miniſtros hujus Sacramenti (adde pænitentiæ) non eſſe ſolos Sacerdotes ut definita Concilium Florentinum in litteris unionis, & Tridentinum ſeſſione 14. cap. 6. ſed etiam aliquos & Laicos, ut impiè ſenſit Vviclephus tom. 2. cap. 135. & Luterus* ; ergo caſus conſultus pertinebat ad ſanctæ Inquiſitionis tribunal. Nec ſufficit ſi reſpondeas, occurrere in latrone metum cadentem in virum conſtantem, nam ſi talis timor occurreret ad fugiendam mortem, ut ab aliquo celebraretur Miſſæ ſacrificium quin eſſet Sacerdos, & hic ne occideretur celebraret, à ſancto officio puniretur tanquam de fide ſuſpectus, quia dabat occaſionem ſuo facto ſuſpicandi licere alteri ac Præsbitero tantum offerre ſacrificium : ergo non ſufficit metus pænæ capitalis, ut latro ſimulans ſe confeſſarium effugeret tribunal ſacrum Inquiſitionis ; & quidquid ſit de metu prout cadit in virum conſtantem in celebrante non Præsbitero (de quo idem Diana eo tractatu 7. reſol. 12. §. nota tamen (*Ad violationem prædictarum Bullarum ſufficit ſemel, unam Miſſam celebrare ; non vero ſi Sacerdotalibus veſtibus indutus Miſſam incipit, quamvis non perficiat nec verba conſecrationis proferat.* Et cur id, quantumcumque incutiatur timor cadens in virum conſtantem quando inchoatur Miſſa nonne eo quod, facto videtur favere errorem hæreticalem? igitur non eo quia ſe poſuit latro in loco confeſſionis, aut ſe expoſuit ſacramento pænitentiæ adminiſtrando, ſed quia adminiſtrare incepit, etſi nullum, & ea diſſimulatione perfecit, denunciandus erat, quamtumlibet metu mortis in eam vitandam id peragerer. Difficilis paritas petens frequentem controverſiam quando quis excuſatur ab actione illicita, aliàs propterea quia metus qui incutitur, ſeu quo minatur cauſat in ipſo involuntarium ſimpliciter nulla mixtione voluntarii, etiam ſecundum quid ; de quo in incurrendas cenſuras vel non incidendum in eas ſic loquitur Bonacina tom. 1. diſp. 1. de cenſuris, quæſt. 2. punct. 4. num. 2. poſtquam hanc propoſitionem ſtabilit. *Metus gravis ſeu cadens in conſtantem virum excuſare ab incurrendis cenſuris ; ratio eſt quia metus gravis excuſat à tranſgreſſione, & contumatia contra legem Eccleſiaſticam.* Si igitur lex Eccleſiaſtica pænalis petit, atque contra tranſgreſſionem, contumatiam inducet ; hac carens excuſabitur, quia involuntariè ſimpliciter operatur ex metu cadente in virum conſtantem, dum non fiat operatio in contemptum Religionis; de quo ſalas diſp. 11. de legibus ſect. 1. num. 5. §. ex hac concluſione, Egidius Coninch tom. 1. de cenſur. diſp. 1. dub. 13. concl. 1. & 3. in latrone autem nullo pacto verificari quibat operatio in contemptum Religionis.

3. In quorum conſonantiam ipſe Bonacina procedit. *Quilibet autem tenetur vitare contemptum Religionis, & bonum commune præferre propria vita, conſequenterque mirum non eſt Eccleſiam obligare ſub cenſura, cum tanto incommodo, & rigore, ad tuendam conſervandamque Religionem & commune bonum; quare ſi Eccleſia præciperet jeiunium & mihi metus mortis incuteretur ad frangendum jeiunium non peccarem frangendo jeiunium, eo quod Eccleſia non obligat cum tanto incommodo ; ſi vero metus incuteretur ad frangendum jeiunium in contemptum Religionis, & Eccleſiaſticæ poteſtatis, peccarem frangendo jejunium; teneor enim potius mortem obire in obſervandum bonũ commune Religionis quam frangere jeiunium* ; conſe-

quenti,

Digitized by Google

quenter non evaderem cenſuram, ſi frangente jeiunium, conſtituta eſſet pœna cenſuræ. Sic Machabei quia in contemptum Religionis cogebantur edere carnes porcinas, potius mori elegerunt 2. Machab. 7. & Eleazarus cap. 6. inſtatus ſimulatione ſe à morte liberandum, noluit, nam in religionis contemptum nec minima licet ſimulatio, aptiſſimum ad rem exemplum in diſparitatem replicæ inductæ, concedo millies nuſquam tribunal ſancti offitii & cenſuras bullarum effugere Laïcum, qui ob vitandam mortem Miſſæ ſacrifitium celebraret, quia pro ſemper id cedit in contemptum religionis, ſive fiat ſponte à malitia non Præsbiteri ſe intromittentis in celebrationem, ſive à violentia incuſſa ab altero; at in caſuali illa fictione latronis nullus occurrebat Sacramenti pænitentiæ contemptus aut autoritatis Eccleſiaſticæ nec reſultabat vilipendium; quodſi intendiſſet indubium ſit incidiſſe in cenſuras latas, & denunciandus, puniendus à ſancto offitio, quantumvis metus mortis etiam majorum tormentorum infligendorum cautelaretur ab ipſo certiſſime, at in diſſimulatione ſolum ſe geſſit ne in pœnam capitalem incideret: ideo timor cadens in virum conſtantem videbatur ipſum excuſare à peccato, & à delatione; aiente Diana eo tract. 7. reſol. 11. prope finem, agente de Laïcis ſeu Eccleſiaſticis non Præsbiteris audientibus confeſſionem ad quam bona fide peragendam tales accedunt. *Pœnitens poſtquam notavit ſimplex Sacerdos, vel etiam approbatus, ſuſpenſus tamen ab audiendis confeſſionibus non comprehenditur in ſupradictis decretis, quamtumvis confeſſionem audiat, & abſolutionem impendat;* & pro eo citat Souſam, Santarellum, & Acuñam, mox ſubjungens ab eo difficultatem oriri: *An ſi Laïcus vel Eccleſiaſticus non Sacerdos audiat confeſſiones, & non abſolvat, ſubdatur pœnis Pontificiis, latis in ſupradictis Bullis? negativam ſententiam tenui in parte 1. tract. 4. reſol. 16. ego ipſe annotavi, docere Rodriguez & Sanctium; quibus nunc addo Sanctarellum de hæreſi cap. 42. dub. unico, num. 5. & Acuñam in tract. de confeſſore ſollicit. quæſt.* 13. *num.* 14. bene verum eſt Freitas, Souſa recitare oppoſitum, *Ad violationem dictorum decretorum ſufficere audire confeſſionem quamvis abſolutio ſine indiſpoſitione Pœnitentis non ſubſequatur:* Probabile veneror; ſed non minus contrariam præcipuè annotatis à Sanctio in ſelectis diſp. 11. num. 36. *Videtur tamen non ſubjici inquiſitoribus laicum fingentem ſe Sacerdotem, & audientem confeſſiones, ut conſtat ex illis verbis conſtitutionis Gregorii viii. adducta ab Acuña quæſt.* 13. *num.* 17. *& confeſſiones, audire & abſolutionem impertire:* Lex eſt pœnalis, ideo reſtringenda ſolum ad duos caſus; unus, ſi non obſtante quod ſe intromittit in Sacramentum pœnitentiæ adminiſtrandum laicus inchoat; unde patet diſcrimen ab eo qui celebrat Miſſam, qui dum ipſam incipit jam in reatum incurrit denunciationis, & punitionis; alter eſt, dum non ſe intromittit, ſed intromiſſus ab alio, ob timorem cadentem in virum conſtantem ſilentioſè ſe gerit non ita facturum ſi ille deficeret; qualiter latro ille ſe geſſit cum moniali adveniente, & excitante eum ut audiretur de pœnitentia.

4. Diſparitas igitur patebit, & verificabitur ſupponendo; quod peritiſſimè retigit Bonacina tom. 1. quæſt. 3. de impedi. matrim. puncto 8. num. 2. (ejus utar formalibus verbis quæ ſunt) *Metum alium eſſe cadentem in conſtantem virum, qui alio nomine appellatur metus gravis, & probabilis; alium eſſe in virum inconſtantem; metus cadens in conſtantem virum dicitur ille qui cogit eligere minus malum, ut majus malum probabiliter imminens evitetur metus cadens in virum inconſtantem eſt ille, quo aliquis majus malum, & inconveniens eligit ad fugiendum minus:* unde quando num. 6. ex cod. de his quæ metus cauſa fiunt. cap. cum dilectus de iis quæ vi; & l. nec timore ff. quod metus cauſa, ſic indiffinitè numerat mala inducentia timorem in virum conſtantem cadentia; nempe mortem, mutilationem, cruciatus atroces, longam carcerationem, exilium diuturnum, jacturam, ſervitutem, infamiam juris, vel facti, amiſſionem gravem bonorum; hiſque ſimilia, non ita aſſentiendum eſt, ut quoties ea occurrunt mala, judicanda ſint talem incutere timorem; ſed tunc ita habebuntur, quando urgentioris, & peioris damni ſint cauſa, ac illud quod eligitur ſufferendum & tolerandum, nam ſi iſtud ſit majus claudicat maxima, & dicendus eſt timor cadens in inconſtantem virum; exemplifico rem in eo quod legimus apud Breviarium Romanum à die 9. Martii in antiquis, & in modernis ad idem 10. de quadraginta Martiribus, qui in Armenia laureati referuntur, ad Urbem Sebaſte ſub Licino imperatore, & Agricola præſide; in lacum frigidiſſimum, poſt alia tormenta ejecti, & de earum uno notatur; *Unus ex illo numero cui animus ad frigus ferendum defecerat in proximum tepefactum balneum deſiliens, ſanctos illos ſummo dolore affecit.* Hic morte minabatur ex atroci tormento, & dira congelatione; & tamen non fuit metus cadens in virum conſtantem, ſed in inconſtantem, quo æternaliter damnandus ſeſe conſtituit, propter fidei catholicæ contemptum, qui erat majus malum, quam mors in atrociori tormento; ergo caſus ſunt in quibus mortis metus non cenſetur, nec eſt cadens in conſtantem virum; à quo venit enodandum; an majus malum judicandum ſit in latrone conſultationis capi à juſtitiæ miniſtris in ſuſpendium apud Furcam, cum ſui & ſuorum infamia, quam permanere in confeſſionario, nec palam fieri, ſimulando fore ſe ordinarium confeſſorem conventus, & tali utendo ſtratagemate in imponenda pœnitentia ſacramentali, ut licet non protulerit propriam & rigoroſam ſacramenti abſolutionem, à quo juxta dicta à, n. 2. manebat immunis in denunciationem; utrum ſcilicet ex alio capite denunciabilitatis reatum incurreret, & onus urgebat ſcienti, deferendi caſum ad ſancti officii judices.

5. Meo videri, ſalvo ſemper meliori judicio, inclinor in hoc, quod nullatenus denunciandus erat, ſupponendo id non feciſſe in contemptum ſacramenti, ſed ſe diſſimulaſſe tacendo, quin removeret monialem, ut tunc confeſſionem ſacramentalem efficeret, aut abſcondendo ſe ſilentioſiſſimè, & cordato altero concilio non reſpondendo. Etenim homo mere laïcus fugiens carcerari, impetumque juſtitiæ quærentis ipſum ad ſuſpendium (etſi æquitate tecta, turbatus inter eas, aliaſque procellas nimis agitatus dum ignorantia invincibili laborabat de ſtratagemate aſſumpto in diſſimulationem non culpandus propter metum qui abſtulit ipſi libertatem civilem, quamquam naturalem relinqueret; & ne in terminis hæreamus, percipio punctum ab his quæ Caramuel tangit, à quadam objectione in Theologia fundamentali fundam. 6. titulato. *Variarum poſitionum,* §. 116. num. 1247. at objicit: *Metum cadentem in conſtantem virum tollere libertatem; & etſi agas de libertate naturali in caſibus à jure expreſſis concedo; & rem expono. Vota emiſit Anſelmus, nempe ſolemnia ex metu, qui conſtantem efficeret; dicis ea invalida; aſſentior: ſed cur illa invalida ſunt? defectu conſenſus reſpondes, acquieſco:* Et ego libentiſſime, addens invalida non cujuſcumque conſenſus, ſed licet non naturalis, liberi, civilis, & moralis, quia ſpectata violentia qua in mortem minatur peius malum incutitur ab ea quam ab hoc quod invalidè voveat; ideo cum tanto onere non poteſt obligari

Digitized by Google

conſenſus liber civilis, & validus, qui ſi datur non dirigitur in mendatium proferendum, niſi in ad vitandum gravamen incuſſum in vitæ cuſtodiam: & hac parte bene Hieronimus Garcia tom. 2. in politic. regulari tract. 10. diſ. 5. dub 4. puncto 4. §. 5. pares efficiens in denuntiabilitatem eos qui celebrant miſſam, cum non ſint præsbiteri, & exercentes vel officium confeſſarii: advertit num. 24. probandum quomodo ſpontaneè ſeſe ingerunt in miniſterio, cum hoc pacto arguatur in eis error in intellectu ut habeantur in fide ſuſpecti, igitur ſi ſponte non ſe ingerit, & in vitandam mortem ex unico motivo procedit quia omnimode privatus libertate civili videtur, denunciabilis non erit Maſtrius de Meldula in ſua Theolog. moral. quatuor præcipuas cauſas aſſignat diſp. 13. quæſt. 1. art. 4. num. 26. excuſantes à cenſuris incurrendis; primam ponit fore ignorantiam invincibilem, ſub qua voce comprehendit oblivionem naturalem, inadvertentiam facti; bene verum eſt diſtingui aliqualiter; nam oblivio ſupponit præceſſiſſe notitiam, inadvertentiam eam non occurrere, ſive ſint eorum quæ novimus, ſive nuſquam illorum quæ in mentem noſtram venerunt; ignorantia vero dicta invincibilis extenditur ad ambo, & petit carentiam notitiæ in culpabiliter; quo pacto in ſcrupulorum occurrentiam fatur. *Quando nulla ratio occurrit de præcepto, neque dubium, neque ſcrupulus, quare cauſa talis ignorantia vinci non potuit, ideoque dicitur inculpabilis.* Sed homini minato carceratione & ſuſpendio in furca, non occurrebat ratio de præcepto non audiendi confeſſionem ab illa Moniali in eo eventa particulari, neque dubium, neque ſcrupulus, & ſolummodo attendit, ne à miniſtris juſtitiæ caperetur manifeſtatus à muliere; ergo inadvertentia illius ab ignorantia invincibili procedebat ex metu cadente in virum conſtantem; quin ex ſua intentione aliquis error contra fidem occurreret ſuo intellectui, vel minimum operaretur in quo contemptus Sacramenti foret; ergo ab ea inadvertentia inculpabilis manſit ut denunciaretur ſacro Tribunali inquiſitionis, ex defectu libertatis civilis, ſeu moralis interpretandæ in homine laïco fugitivo & mortis metu invaſo, qui confeſſionem non quæſivit.

6. Procedit Maſtrius eo num. 26. aſſignans quando inadvertentia ſive oblivio cenſenda, quod à vincibili ignorantia, & culpabili prodit, & profert. *Vincibilem verò è contra eſſe quando ſe obtulit ratio aliqua præcepti, vel dubii vel ſcrupulus, ideoque dicitur culpabilis, quia vinci potuit; tenebatur enim tali ignorantia laborans ſufficientem diligentiam adhibere ſecundum prudentiam, & circunſtantias ad ſcrutandam illam rationem legis vel cenſuræ quam non adhibuit.* Si cluſus erat nec in conſilium aliquem hominem doctum adhibere quibat, ſolumque ſecum valebat conſilium capere; quid mirum; in occurrentia urgentiſſima ſuæ vitæ potius conſuluiſſe, quam cuicumque alteri alio in poſſeſſionem ſuæ ignorantiæ invincibilis conſervatus & à bona fide conſervandi vitam impoſuiſſe pænitentiam ſatisfactoriam, & loco abſolutionis ea ſubſtituens quæ protulit verba ſilentioſa & imperceptibilia à loquela. ex Scoto 4. diſt. 6. quæſt. 8. §. loquendo num. 2. & aliis, adhuc Maſtrius diſp. 15. art. 2. num. 97. in eo volumine de Theologia morali. *Ignorantiam aliam eſſe juris aliam facti; illa eſt qua ignoratur jus ſive humanum, ut ſi quis neſciat legem Eccleſiaſticam die veneris carnium cōmeſtionem prohibere; iſta vero, quia ignoratur factum, materia vel circunſtantia ipſius, ut ſi quis neſciat eſſe carnem id quod comedit, vel non, advertat eſſe idem veneris; ea enim quæ de ignorantia dicuntur, de inadvertentia, & oblivione intelligi debent:* Ergo ſicut datur ignorantia invincibilis excuſans à peccato, concedenda eſt inavertentia, & oblivio invincibilis immunem à peccato deducens inſimul & ab incurſu in cenſuras, neque aſtringimur adhibere diligentiam in una, ac in altera; qualis ſufficiat diligentia; idem peritus ſcotiſta, num. 48. *Certum eſt quod quotieſcumque præſtat omne id quod præſtare tenetur ad ignorantiam expellendam, & ad acquirendam ſcientiam oppoſitam, quam habere tenetur, tunc ignorantia adhuc in eo remanens erit invincibilis, & inculpabilis, quia juxta communem Theologorum ſententiam ad expellendam ignorantiam, non tenetur homo adhibere omnem diligentiam phiſice poſſibilem, quia cum lex Dei ſit jugum ſuave, cum tanto rigore obligare cenſendum non eſt; ſed ſufficit ſi adhibeat diligentiam moraliter poſſibilem:* Statimque infert. *Unde non poteſt quis nec tenetur ignorantiam vincere, quando nulla ratio occurrit de præcepto, nec ullum occurrit dubium, vel ſuſpitio de conditione, & malitia objecti; etenim abſque hujuſmodi cogitatione, homo induci nequit ad veritatem inquirendam:* Sed patuit inadvertentia latronis de jure, aut de faciendo, à prompta reſponſione ad inquiſitum Religioſæ, num. 1. inductum; nec aliud menti ſuæ occurriſſe præter vitandam carcerationem, & ſententiam capitalem ergo ignorantia latronis fuit invincibilis eum excuſans. Dicis ignorantia ſeu inadvertentia invincibilis dari nequit de divino jure, & de his ad quæ quis tenetur ex fidei munere; ergo non poterat latro invincibiliter ignorare divinum jus quo inhibebatur, & quod ſcire tenebatur, ſe incapacem fore in adminiſtrandum Sacramentum pænitentiæ; in linea laïcali tantum conſtitutis. Hic introduci petit quod diſcutit Diana 4. parte tract. 4. reſol. 108. Scribens. *Quidam puer uſque ad 13. annum non ſe accuſavit de ordinariis pollutionibus quas faciebat; ſciens poſtea hoc eſſe peccatum mortale, dubitatum fuit à multis confeſſariis, an teneatur repetere omnes confeſſiones*: cum Laimano, & Thoma Santio reſpondet negative, ſubjungens; *nam poteſt dari ignorantia invincibilis de pollutione.* Tunc ſic pollutio eſt prohibita jure divino (præcipue hoc ita ſtatuendum poſt prohibitionem Innocentii XI. damnantis in propoſitione 49. *Mollities jure naturæ prohibita non eſt: unde ſi Deus eam non interdixiſſet ſæpe eſſet bona, & aliquando obligatoria ſub mortali*) quo non obſtante in ea admittitur ignorantia invincibilis ab ætate; ergo ab incluſorio latro; & metu mortis, ignorantia invincibili laborare poterat; ſic diſtinguo antecedens non eſt dabilis abſolute, omitto, ex circunſtantia ætatis, aut impotentiæ in quærendum conſilium ad illam deponendam nego.

7. Devenimus jam ad confeſſiones monialis, & communiones; & ante omnia invenio Magiſtrum ſententiarum Petrum Lombardum, 4. diſt. 17. lit. E. aſſerere. *Sacerdotis examen requirendum eſt ſtudioſe quia Sacerdotibus concedit Deus poteſtatem ligandi, atque ſolvendi, & ideo quibus ipſi dimittunt, & Deus dimittit; ſi tamen defuerit Sacerdos, proximo, vel ſotio eſt facienda confeſſio.* Loquitur de illa quæ non eſt Sacrementalis in remittenda peccata; ſicut & Gracianus relatus ab autore anonimo in libro veræ & falſæ pænitentiæ, cap. quem penitet diſt. 1. & diſp. 6. cap. qui vult confiteri peccata; inquit enim & bene Scotus (de ea confeſſione facta laico ſecundum magiſtrum) 4. diſt. 17. quæſt. 1. §. ſi vero num. 27. *Talis confeſſio poteſt eſſe materia verecundiæ, quæ eſt una pæna debita peccato; & in hoc confitens ſolvit aliquam pœnam quam ſolveret, ſi confiteretur Sacerdoti.* conſulit tamen ſubtilis Præceptor. *Utilius eſſet non accuſare ſe illi, ſi poſſet æqualem*

lem verecundiam habere apud ſe. Supponens talem confeſſionem factam laïco, ſacramentalem non fore, neque ullum niſi præsbiterum ejus ſacramenti miniſtrum, ut diffinit Tridentinum cap. 6. & 10. ſeſſ. 14. unum certiſſimum eſt, quod ſi religioſa illa nullum læthale peccatum confeſſa fuit in ſe nulla confeſſione quam fecit cum latrone peracta quidem de ſolis venialibus, aut de mortalibus jam in altera confeſſione valida remiſſis, nec repetenda erat, nec ulla ſubſequens communio ſacrilega fuit: advertendum eum Caſtro Palao, tom. 4. tract. 23. diſp. unica punct. 12. num. 1. *Ex duplici capite confeſſio invalida eſſe poteſt, primò ex parte pænitentis: ſecundò ex parte confeſſarij:* quod idem expeditiùs tangit Maſtrius in Theologia morali diſp. 21. num. 188. advertens quod quando invalidatur ex parte miniſtri, ſi invenitur titulus bonæ fidei in pænitente, quia reperit hominem ſe ſimulatum ſacerdotem approbatum; nec medium eſt, quo moraliter culpabilis ſit pænitens, non cognoviſſe præsbiterum non eſſe, mortaliter non peccat confeſſionem faciens: ergo cum alias ſola peccata venialia aut mortalia jam ſubjecta in alia confeſſione legitima non imponunt onus ſacrilegii in pænitente dum communicat, immunis evadens à peccato propter bonam fidem invincibilemque ignorantiam (bene verum aliquando, venialia, aut mortalia confeſſa validè, etſi non antecedenter, conſequenter, & diſjunctivè imponere poſſunt onus ea ſubjiciendi clavibus per aſſerta conſ. 32. n. 11. ſed eventus præſens non eſt hujus tenoris) quia ubi non ponitur obex ad gratiam ſuſcipiendam vi ſacramentali in eo ſuſcepto ſacrilegium committi nullatenus quit; ergo monialis illa bona fide accedens cum ſolis venialibus, nec ex parte ſua exiſtens nullitas ſacramenti pænitentiæ dicendum eſt dignè in communionem veniſſe ad gratiam in communione Euchariſtica ſubſequuta: ſi autem acceſsit & latroni confeſſionem fecit de læthalibus prout erāt materia neceſſaria, diſtinctione utendum; aut ex parte pœnitentis dolor fuit attritionis tantummodo; vel contritionis veræ, & realis; Si verè contrita propter Deum ſummè dilectum doluit intuitu contritionis remiſsionem accepit; bene verum eſt quod in ordine ad ſubjicienda talia peccata mortalia clavibus in confeſsione valida, quando noſceret præcedentem ex defectu miniſtri nullam fuiſſe: ſin verò ſolum attritio præceſsit, legitimè factæ fuerunt ſubſequentes confeſsiones; communioneſque nullo pacto ſacrilegæ, at manſit onus ut quandocumque noſceret ſe laïco confeſſam, de illis peccatis mortalibus; tenebatur in memoriam quantum attingebat (nec plus ultra anxianda niſi in examine prudenti conſcientiæ) de illis ſe accuſare legitimo miniſtro confeſſario; nec ad aliud tenebatur, præcipuè in probabiliſsima ſententia concedente ſacramentum pænitentiæ validum, & informe, cui æquivalebat, ex bona fide religioſæ pænitentis confeſsio quantumvis nulla ex miniſtro illegitimo, intruſo.

8. Per partes id fundandum præmittendo Scotum ea diſt. 17. §. Si vero n. 21. agere de confeſsione facta laïco quam validam non appellat pænitentialem in remiſsionem peccatorum, ut fusè demonſtrat N. Antonius Hicheus commentario litteræ diſt. 17. allegatæ num. 92. Penes primum argumentor: non aliter incumbit obligatio repetendi confeſsionem invalidam ex parte miniſtri quia laïcus fuit, ac quando fit ſacerdoti nullum audienti peccatum quia omnimodè ſurdus eſt, aut non percipienti materiam neceſſariam ſubjectam clavibus, ſive quia dormit, ſive eo quod ignorat idioma, ſtante bona fide ex parte pænitentis qui nulla via defectum miniſtri notat, quo defectu invalidatur unicè ſacramentum: ſed in iſto caſu non urget obligatio repetendi confeſsionem: ergo nec in illo: minorem probo utens clauſulis alienis quia in tanti ponderis negotio aberrare à propriis vereor; peracutè Maſtrius eo art. 4. num. 192. *Si tandem bona fides eſt, & abſque advertentia pænitentis peccata confeſſa non audiantur à confeſſario, vel quia dormit; vel quia de alijs cogitat, non tenetur pænitens confeſſionem repetere, niſi quando talem defectum deprehendit: hoc autem deprehenſo illum ſupplere tenetur, etiam ſi illa confeſſio & abſolutio valida fuerit, & effectum gratiæ contulerit, ut ait Averſa, licet valdè de hoc dubitet Branchatus* (diſp. 12. de pænit. art. 9. §. 6. num. 244.) *de illo qui ſic confitetur ſolùm attritus; hic enim juſtificatus eſſe non videtur, quia attritio non ſufficit ad juſtificationem ſine ſacramento: in hoc enim caſu videtur quod ſacramentum non fieret:* quibus ſatisfacit (ſupponens tam requiſitam fore ex parte confeſſarii auditionem individualem peccatorum mortalium, quam confeſsionis declarationem ex parte pænitentis, quaque ex parte id deficiat, judicialis ſententia claudicat) *Poſſe tamen dici, quod hoc modo ſit inſtituta confeſſio, ut ſi ex parte pænitentis non obſtet, etiam ſi tota non audiatur, ſufficiat.* Cujus rationem aſsignat. *Qui enim neſcit ſe non fuiſſe auditum, impotens eſt phiſicè ad conſequendam ſuam obligationem:* ergo bona fide accedens religioſa, & ab ignorantia invincibili impotens phiſicè ad cognoſcendam ſuam obligationem de non peragenda confeſsione ſacramentali cum illo laïco clauſo in confeſsionario, ſufficiebat in ipſam excuſandam à nullitate ut cogeretur in invalidas ſubſequentes confeſsiones aut maculari ſacrilegio in communionibus ſubſequutis: illud autem in quo hærebat Branchatus, ſuus Conſcotiſta & Minorita Conventualis Maſtrius ſic ſolvit. *Dicendum eſt Deum ex ſua miſericordia: alio modo extraordinario, hunc juſtificare, & defectum ſacramenti ſupplere, ut dici ſolet in aliis ſimilibus caſibus, quia pænitens facit quod in ſe eſt, & ignorat ſe ad aliud obligari:* In uno non adhæreo, nēpe in extraordinario modo juſtificationis; nam auxilio opportuna præbens divinum numen in contritionem, ſeu attritionem; vel illam efficit pænitens, etſi hoc nec Branchatus diſſentiet juſtificatum manere, conſequenterque occurrere nullitati ſacramenti pænitentiæ, & ſacrilegæ communioni ſubſequutæ; ſin verò tantummodò fuerit attritio, à Sacramento Euchariſtiæ poſtea ſuſcepto (quod Sacramentum licet vivorum ſit, peraccidens quandoque cauſat primam gratiam) in virtute bonæ fidei & attritionis præteritæ eam cauſare in anima, quæ quantum in ſe erat fecit, & defectus ut acciperetur ab ea talis prima gratia intuitu ſacramenti pænitentiæ non ſtetit per ipſam; quaque ergo via, ſive contrita ſive attrita fuerit monialis, confeſſio excuſanda à ſacrilegio, ſive in iſta, ſive in communionibus ſubſequutis; Axioma autem. *Facienti quod in ſe eſt Deus non denegat gratiam*, commodiùs exponetur n. 13. poſt inducta quæ ſubſequuntur.

9. Diana de puncto in propriis terminis 3. parte tract. 4. reſol. 100. *In quodam Monaſterio Monialium quidam confeſſarius inter audiendas confeſſiones aliquando dormiebat, unde non intelligebat aliqua peccata, quæſierunt à me poſtea an dicta confeſſiones eſſent repetendæ.* §. Sed ego reſpondet. *Conſului ſupradictas confeſſiones non eſſe reiterandas.* Et ex Laimano tranſcribit doctrinam, quam hucuſque præmiſimus, in eamdem quam ipſe conſuluerat ratificans ſe 4. parte, tract. 4. Miſcellaneo reſol. 198. nec tranſeundas clauſulas quas prælo dedit citata 3. parte, eo tract. 4. reſol. 108. penes pueros, & puellas, de quibus ſequentia decidit notanda valdè à confeſſariis. *Si ergo pueri, & puellæ quæ grandiores facta novè agnoſcunt peccatum mortale quod aliàs omiſerunt confiteri eo quod ignorarunt illud tale eſſe* (adde invincibiliter) *non te-*

Digitized by Google

nentur iterum confeſſiones eorum quæ confeſſi fuerunt legitimè, ſed tantum eorum quæ omiſerunt. Tunc ſic: non impariter excuſat caſus conſultus ad reïterandas confeſſiones, ac inductus ex confeſſario dormiente, non audiente accuſationem pænitentis, quando utrobique bona fide, & inadvertentia de defectu Miniſtri pænitens procedit, quantum in ſe exigitur ad conſequendam validam abſolutionem perficiens, quia ſicut in uno, & in altero eadem militat ratio, cum non debeat innocens, & inculpabilis plecti propter nocentiam, & culpabilitatem illius qui à munere ſuo deficit, & obligatione, cujus onus incumbit; ſed in uno caſu nulla fit communio ſacrilega, nec remanet onus repetendi confeſſiones ulteriores, quando videlicet dormit confeſſarius legitimus; ergo & in altero idem convincetur; igitur Monialem (quamquam detur latronem peccaſſe mortaliter, imò & denunciandum ad ſacrum Inquiſitionis tribunal) bona fides, & ignorantia invincibilis excuſabit à ſacrilegis confeſſionibus ſubſequutis, & communionibus, quod meo videri evidenter probo in eventu quo quis non ordinatus præsbiter, & merus laïcus ſe intermitteret in aliqua Eccleſia die feſto, & miſſam celebraret, nullam aliam auditam tali die à viginti perſonis demus: vel ipſæ culpandæ de fractione præcepti Eccleſiaſtici ex miſſa nulla audita in bona fide, & ignorantia invincibili, vel non; Si hoc ſecundum habetur intentum; quamvis celebrans laïcus graviſſimè peccaret, denunciandus, & puniendus; bona fides excuſat audientes; ergò quamquam latro clauſus in confeſſionario læthaliter culpetur, denunciandus & puniendus, Monialis à bona fide excuſabitur; primùm dici nequit, nam invertitur ſenſus, & tollitur ſuppoſitum de bona fide & ignorantia invincibili. Hinc à verbis Dianæ ea parte 3. tract. 4. reſol. 108. §. Notandum, noviter deduco punctum, inquit, & bene. *Quando confeſſio nulliter facta fuit, & poſtea aliæ intermediæ factæ ſunt, cum vero dolore, & propoſito ex oblivione naturali, pænitens non eſt confeſſus defectus invalidæ confeſſionis, tunc non erit opus præteritas confeſſiones reïterare, ſed ſolum defectum nullitatis, & peccata in ea confeſſa, vel confitenda, quia confeſſiones intermediæ validæ fuerunt, & ſemper validæ maneant.* Argumentor ita. Plus favet pænitentem (quia melioris conditionis eſt) bona fides defectu exiſtente ex parte Miniſtri, nullatenus vero ex ea quę eſt pænitentis, quam oblivio & inadvertentia naturalis; ſed hæc excuſat in reïterandas confeſſiones, & acceſſu ſacrilego ad communionem; ergo potius, quando à bona fide, operatur pænitens quantum in ſe eſt (hic enim obicem nullitatis non ponit, & iſte unicè & individuè ab adminiſtrante ſacramentum procedit) ergo plus favendum Moniali confeſſionem ſacramentalem peragenti cum laïco ex illius bona fide, quam ſi legitimo miniſtro confiteretur, & oblivione procederet; in iſto excuſatur ut repetat confeſſiones, aut ſacrilegè communicet; ergo & in illo urgentiùs.

10. Teneo perpulchrum teſtimonium eorumdem, in Sanctio diſp. 41. Suarum ſelect. n. 10. dum ait. *Licet aliqua confeſſio ob malitiam nulliter fuiſſet facta, ſi poſtea aliæ effectæ fuerint cum dolore, propoſito, & naturali oblivione nullitatis, ut ab hinc viginti annis recordatus ſit ſe confeſſionem feciſſe quæ nulla erat, non tenebitur omnes confeſſiones intermedias repetere; ſed ſolum illam quæ facta eſt invalidè, & peccata in ea confeſſa; nam confeſſiones ſemel validæ, ſemper validæ ſunt.* Idem expreſſerunt Vazquez tom. 4. in 3. partem quæſt. 92. art. 3. dub. 1. prope finem, & Granados prima ſecundæ tract. 12. diſp. 5. num. 11. notandum tamen eſt, quod illa peccata quæ in confeſſione præterita ab oblivione omiſſa fuerunt, & cognita poſt intermedias confeſſiones factas, ut onus imponant aperienda in ſubſequente; mortalia debent eſſe, non venialia; quia materia voluntaria nuſquam poteſt gravare pænitentem in hoc, quod neceſſariò ſubjiciat eam clavibus: & ponitur eventus ſic ad deductionem pro Moniali conſonè ad tradita ex Sanctio. Malitioſè Maria non integrat confeſſionem quandam, quia ſilet ex verecundia peccatum venereum quod commiſit, & decurrente tempore obliviſcitur ſe eam nulliter feciſſe confeſſionem; iterat aliquas cum vero dolore, & integritate; & poſt ſex factas recordatur nullitatis præteritæ confeſſionis; ſecundum Vazquetium, Granados, & Sanctium, intermedias non tenetur reïterare, niſi peccata omnia denuò aperire quæ in ea confeſſione invalida peregit, declarando nullitatem ejus ex propria malitia; Ergo Monialis, quæ nullam tenuit malitiam, ex bona fide proceſſit, neutiquam onerabitur in repetendas confeſſiones intermedias; bene verum eſt (cui adhæreo ex conſilio) non ex obligatione incumbere id (quod ipſa lacrimabunda orabat viro cuidam docto electo in eam monendam de negotio tanti ponderis) ſalubrius fore noviter repetere ioras. Non quidem facile fuit ex latronis diſſimulati in confeſſionario, declaratione, ut narrabant conſulentes invenire in individuo, quæ erat monialis, nec ſine ingentiſſima cautela prudentiori compertum fuit collatis circumſtantiis, & examinatis in viſitatione generali conventus, finaliter totum notuit ſilentioſiſſimè prælato talium monialium repertumque talem religioſam fuiſſe de ſeriè dictarum laïcarum, & tunc coquinariam, quæ cum à Moniali de choro in obedientiæ munere functa nuncupata proviſora valde increparetur de relicta coquina, reſpondit ſe venire de confeſſionario, & de confeſſione facta: ignorabat etiam relata proviſora furem ibi abſconditum; at cum interponeretur huic præceptum ſanctæ obedientiæ talia expoſuit ut vehemens ſuſpitio haberetur de individua monialis quæ vocata, & concordia comperta in omnibus, monita extitit à ſuo ſuperiore, quid tenebatur in corrigendam eam ab illa factam confeſſionem nullam, lachrimis plena, & turbata, nec uſquam ejus conſcientia ſerenari valebat in ſuo interiori, quãquam replicata argumenta ipſi fierent de onere leviſſimo quod ei incumbebat; At quaſi in deſperationem ducta reſpondit ſuæ memoriæ occurriſſe, quod dies turbationis propter confugium latronis in ſuam Eccleſiam erat veſpera feſti Conceptionis Immaculatæ B. V. Mariæ, qua veſpera illa confeſſionem fecit, nec poſt communicavit, uſque dum altero die (in quo ſecundum morem Monaſterii omnes ſorores renovabant profeſſionis vota) cum confeſſario ordinario Conventus vocato per crates ferreas & ab ipſa cognito anterioris diei iterum peregit confeſſionem cum eiſdem circumſtantiis ac altero immediato die perfecerat; cui cum argueret Prælatus quare externa veſpera, attendens nullum exorrationis verbum propoſitum, aliqualiter non hæſitavit; ſic ſatisfecit quia judicabat per tempus non vacare confeſſario à laboritio, in quo fuerat cum miniſtris juſtitiæ laſſus, nec voluiſſe tunc iterum defatigare, propoſito quod externo die exortationem acciperet noviter ſe confitendo de eiſdem, ſicut fecit, quo pacto tam facilis eſt ſolutio ad conſultum quod nullum onus incumbere potuit repetendi ullam confeſſionem, neque minimam communionem factam ab ea ſacrilegam: à ſuo ſuperiore noviter conſolata, & iterum ſuper ſuam conſcientiam ſumens Religioſæ quemcumque ſcrupulum in ſerena manſit conſcientia, quieta, orans ut beneplacitum daret in confeſſionem generalem peragendam non quia judicaret, illa indigere, ſed ad majus animæ ſuæ incrementum.

11. Liquet ad alios caſus doctrina per iſtum even-

Digitized by Google

tum, nam ſi contingat aliquem confeſſionem ſacramentalem invalidam facere ab hoc quia laïcus, Diaconus; ſive Subdiaconus ſimulatus Præsbiter, legitimus, verus miniſter notum erit quod onus incumbit: etſi abſolutionem non impendit, ſacerdos, & caret juriſdictione omnimoda, quia non eſt approbatus, vel eſt ſuſpenſus aut ab ordinario, vel ex cenſura in quam incurrit (de quo Caſtro Palao tom. 4. tract. 23. diſp. unica punct. 11. n. 3.) & bona fide quis ad unum, ſeu alterum acceſſerit, confeſſionemque facit; poſtea autem in infirmitatem incidens, ſolum in majus abundantiuſque meritum reiterat confeſſionem de peccatis mortalibus quæ in illa invalida aperierat: obligatus tamen non manebit ad repetendas confeſſiones intermedias, modo quo præmiſſum manet, (non tranſibo quod audivi de Moniali illa in conſultatione poſita antequam manifeſtaret quomodo priuſquam communicaret, iterum de illis culpis confeſſa fuit legitimo ſuo ordinario, inter alia protuliſſe fertur in mentem ipſius occurriſſe illa veſpera poſt confeſſionem factam cum latrone, & interius ardentiori contritione ad Deum clamaſſe; heu me? Si ante Conceptionis Immaculatæ diem mors mihi contingeret, indulgentiam plenariam quæ lucratur in feſto tanto Mariano an ne lucrarer? & in ſcrupulum veniſſe, utrum ſufficiebat confeſſio anteriori die peracta ad obtinendam talem indulgentiam, occaſione quia ea diſputatio inter ſorores verſaretur; aſſentientibus pluribus earum de majoribus abundare; aliis verò ſecurius lucrari indulgentiam ſi eodem die confeſſio facta fuerit; unde ne periculo ſe exponeret non lucrandi indulgentiam iteraviſſe confeſſionem ſacramentalem; ſic Deus, facienti quod in ſe eſt nuſquam denegat gratiam, & per quædam fortuita quæ caſualia videntur, & à providentia ſua directiſſima procedunt, tanquam à gratia externæ protectionis nos dirigit in vitam æternam) ſed objicies in robur eorum quæ deciſa manent ex Theologica controverſia, an detur ſacramentum pænitentiæ validum & informe (eorum qui id negant Achiles eſt argumentum quod contra meam doctrinam hucuſque poſitam eſformari quit) datur ſacramentum pænitentiæ validum & informe? ergo aut abſque gratia finali is ſalvabitur qui illud recipit; quod eſt hæreticum, aut accipiens validum ſacramentum pænitentiæ finale, condemnabitur; & facienti quod ex ſe eſt Deus denegabit gratiam: applico ſequelam ad caſum conſultum; demus quantum erat ex ſe feciſſe illam monialem, neque in ea confeſſione invalida contritionem, niſi attritionem elicuiſſe, de lethali culpa, & moreretur, damnanda ne, vel ſalvanda; utrumque patet inconveniens, ſi ſalvatur, ergo abſque gratia finali; ſi reprobatur, ergo non ſufficit facere quantum eſt in ſe, ut Deus non deneget gratiam. Affirmant Thomiſtæ (quos citat & ſequitur Lugo diſp. 14. de pænit. ſect. 6. n. 68.) dabile ſacramentum pænitentiæ validum & informe: negant noſtri & major Jeſuitarum pars (de quo Maſtrius in 4. diſp. 5. de pænit. ſacramento art. 1. à num. 389. & in Theolog. morali diſp. 21. art. 1. num. 135.) tranſeat dabile; dico quod ſi in eo decederet quis damnaretur, neutiquam decedens ex illa confeſſione in bona fide facta in idoneo miniſtro nullam facienti abſolutionem; quia in iſto eventu, licet non daretur ei gratia finalis ex ſerie divinæ providentiæ, qua regulariter impenditur, aut ex opere operantis, vel ex opere operato, tribueretur ipſi ex providentia & pacto expreſſo penes eum, qui ex auxilio ſupernaturali facit actum ſupernaturalem quantum eſt in ſe, ut Deus ei gratiam non deneget: diſcrimen eſt, quia hic ex parte ſua non ponit obicem ad eam, qualiter ponitur in eo qui accipit ſacramentum validum, & informe, quod ut fructuoſum ſit pendet à diſpoſitione pænitentis; & quia ſua culpa fructum non producit, modo quo ſtante defectu ex parte miniſtri, patet diſparitas in uno & altero caſu, nec ad quem gerimus facit quod detur vel non detur ſacramentum pænitentiæ validum & informe, & ne jam à me expoſita repetam, cum prædictum axioma maneat tom. 4. cert. diſp. 5. ſect. 12. n. 65. declaratum, ſuperſedeo.

CONSULTATIO XLII.

De Moniali Sequeſtrata depoſita in altero Monaſterio ex quo fugitiva.

EXTRA, vel intra quinquennium quædam Monialis apud Diœceſis ordinarium audita fuit, & proviſum, ad favorem ejus, ſequeſtrum; allegansque in Monaſteriis Monialium ſuæ Religionis ſibi deficere libertatem ſufficientem in ea quæ allegatura erat producenda; tum ob metum, tum quia prævenia non ſola uſquam loquutura apud crates ferreas, ſed obſervandum ſtatutum prædicti ordinis, abſque ulla exceptione decernens unam vel duas auſcultatrices exibendas quoties religioſa in crates prædictas exeat, inhibitumque per confeſſionarium ullum loqui, non poſſe Moniales niſi de eis rebus quæ pertinent directè, vel indirectè ad ſacramentum pænitentiæ, proviſum fuit ab ordinario in ſequendam cauſam ſequeſtrum, quod etiam impugnabatur ſed nullitatis profeſſionis examen exactum fortaſſis comperiens fieri non poſſe, ſequeſtratur ab ordinario, & à proprio Monaſterio deducitur & in alio alterius ordinis deponitur; cumque intra tempus duorum annorum cauſa principalis nullitatis examinata & concluſa fuiſſet, undique tam ex parte religioſæ reclamantis, quam Conventus ſeu Religionis ſe opponentis conjudices in ea deſtinati conformiter ad Sancita in ſacra Tridentina Synodo, regularis videlicet, & Diœceſis ordinarius erat enim Monaſterium ſequeſtratæ ſub obedientia regularium; diſcuſſis confrontatiſque teſtibus proceſſus tam in ſummaria quam in plenaria, unuſquiſque ſuam ſententiam promulgavit in curia; oppoſitæ tamen provinciata; nam ordinarius, validè reclamaſſe, atque validè profeſſam fuiſſe affirmat; regularis è contra aït, invalide profeſſam, & validè reclamaſſe; à quaque parte procurator de gravamine in quo ſe ſentit, appellat ad legitimum judicem; interim judicatur quod appellatio effectu devolutivo gaudet, & ſuſpenſivo; dum aliter judex ad quem non declarat; ſemperque in Monaſterio ubi depoſita fuerat ſequeſtrum durat, & ipſa manet; tranſactis aliquibus menſibus, inſtio ordinario, & ſuperioribus, quibus illius cuſtodia commiſſa fuerat reclamans à clauſura fugit, nulla cooperante Moniali, niſi quatuor homines complices

Digitized by Google

modum exeundi parantes in receſſumque juvantes: penes talem eventum de fuga inquiſita quatuor fuerunt; an verè apoſtata incurſa in cenſuras à jure latas ſecundum, quis declarare tenebatur apoſtatam; tertium, cui competebat eam inquirere, ad ovileque proprium reducere: qnartum utrum quatuor viri illi, qui ſubſidiarunt in fugam, comprehenderentur cenſuris apoſtolicis contra eos qui favent, aut auxilium dant fugitivis, & apoſtatis.

SUMMARIUM.

RECLAMANS de nullitate ſuæ profeſſionis qualiter ſequeſtrandus, n. 1.

Caramuel pro judice ſententiante nullitatem, n. 1.

Bona ſpiritualia de quibus privatur quiſquis etiam juſtè, reclamat, n. 1.

Religioni utilia reſultant ejiciendo ab ea reclamantem, n. 1.

Ove infecta recedente, grex ab infectione liberatur, n. 1.

Quantum irritatur Deus contra eos qui à ſtatu religioſo malitioſè recedunt, n. 1.

Tragici & miſerabiles horum fines, n. 1.

Facultas non eſt in ordinario ad educendam monialem à clauſura, dum ipſi abundè non conſtet de motivo reclamandi, n. 2.

Quinquennium elapſum, an facultat reclamandi, n. 2.

In ſequeſtrum providendum quanta attendenda ab ordinariis, n. 2.

Regularis & ordinarius conjudices non convenientes in ſententia nullitatis, expectanda ſedis Apoſtolicæ deciſio, n. 2.

Inſtantia Monialis cujuſdam reclamantis, ut ad matrimonium daretur ei libertas, n. 3.

Invalidus ne contractus maritalis à profeſſione in dubio nulla, n. 3.

Votum ſolemne caſtitatis irritat matrimonium, n. 3.

Non à tempore, ſed à conſenſu interpretativo illo decurrente validatur profeſſio, n. 3.

De poſſe ad eſſe, non valet conſequentia, n. 3.

Poteſt Eccleſia impedimentum dirimens declarare in profeſſione nulla, ſed non declaravit, n. 3.

Dabilis profeſſio valida coram Deo, & nulla in facie Eccleſiæ, & è contra, n. 3.

Tripliciter poteſt contingere contractus, n. 4.

Exemplificatio, & applicatio doctrinæ de profeſſione aliter ſe habente coram Deo, aut in facie Eccleſiæ, n. 4.

Tragedia de Moniali reclamante falſò, & maritata de repente mortua, n. 4.

Filius procreatus ex matrimonio nullo, à mala fide hæreditatis incapax, n. 4.

Quoad cohabitationem in matrimonio nullo, notaciuncula, n. 5.

Index probabiliori opinioni tenetur adhærere in declaranda profeſſione nulla, aut valida, n. 5.

Illicitum in dubio Sacramenta peragere, n. 5.

Peccata dubia, qualiter clavibus Eccleſiæ ſubjiciuntur, n. 5.

De votis dubiis advertendum, n. 5.

Providentiſſimum uſque ad diffinitivam ultimam ſententiam non permittere Eccleſiam, habitum à reclamante dimitti, n. 5.

Non licet ponere in libertatem reclamantem dum durat appellatio n. 5.

Fugiens reclamans habitu dimiſſo, verè apoſtata, n. 5.

A quoquo loco fugiat, n. 5.

De mancipio fugiente, in dubio exiſtens ſuæ manumiſſio, n. 6.

Eventus de matrimonio celebrato cum ſervo, ſub mancipatu, putato libero, n. 6.

In adminiſtrandis Sacramentis attendendum ſemper quod minus officit, & plus proficit, recipienti, n. 6.

De ordinato in præsbiterum, an nulliter, quia calicem non tetigit, n. 6.

Stante practicè dubio de valore, aut nullitate Sacramenti illicitè ejus exercitium, n. 6.

Diſcrimen apoſtaſiæ & fugæ in incurrendas cenſuras, n. 7.

Non quicumque receſſus apoſtaſia, n. 7.

A domo extranea recedens regularis utrum apoſtata, n. 7.

Exemplificatum inquiſitum, n. 7.

Dependentia, aut independentia phiſica à conventu ad apoſtaſiam incurrendam non attenditur, n. 7.

Moraliter fit à Monaſterio receſſus alibi phiſicè decretus, ſeu incohatus, n. 7.

Legis ratione ceſſante ceſſat lex, non ceſſante non ceſſat, n. 7.

In legibus, mens legiſlatoris, non grammaticalis verborum conſtructio, attenditur, n. 7.

A quo loco fugiens Monialis ſequeſtrata, apoſtata, n. 8.

Non poteſt quis recedere à ſtatu quem non aſſumpſit, explicatur, n. 8.

Qualiter non audiendus reclamans ſi habitum dimittit, n. 8.

Adverbium, tanquam, in Tridentino penes apoſtatas propriè, non ſimilitudinariè ſignificat, n. 8.

Violentatus non cenſetur reclamans uſquedum nihil reſtat examinandum in cauſa, n. 8.

Paritas de reclamante in annullandum ſuum matrimonium, n. 8.

Cui judici competit ſequeſtratum reclamantem apoſtatam, excommunicatum declarare, n. 9.

Iudices uniformes in declaranda nullitate, Prælatus regularis, & ordinarius loci, n. 9.

Utrique competit reclamantem apoſtatam inquirere, n. 9.

A quo, ad ovile reducere, n. 9.

Sequeſtrum non tollit juriſdictionem, n. 9.

A quibus abſolvendi, & diſpenſandi apoſtata, n. 10.

Charitate & clementia iſti tractandi, n. 10.

Prælato regulari incumbit illius abſolutio, n. 10.

Similiter & punitio, debito & congruenti tempore, n. 10.

Uſquedum declaretur valida, aut nulla profeſſio proceſſus de apoſtata reclamante, ultra ſummariam, non formandus, n. 10.

Leviori modo poſſibili flagellandus apoſtatam reclamans dum abſolvitur, n. 10.

Pejori, & obſtinatiori nuſquam miſericordiæ viſcera neganda, n. 11.

Exemplo Chriſti Domini quærentis ovem perditam, n. 11.

Propria, non aliena diligentia inquirenda ovis fugiens,

Digitized by Google

niſi occurrat urgens ratio, ut committatur alteri, n. 11.

An expenſis cuſtodum carceris quærendus reus fugiens, n. 11.

Inquirere plus ampliatur ac juridicè abſolvere, n. 11.

Faventes aut ſubſidiantes in fugam reclamantes, quibus ſubjacent cenſuris, n. 12.

De faventibus, conſulentibus, ſeu retinentibus minoritas apoſtatas, quid decreta apoſtolica decernunt, n. 12.

Regulares Prælati poſſunt procedere contra fautores apoſtatarum, n. 12.

AB aſſignandis immediatâ Conſultatione 43. patebit, quando, aut quomodo audiendus Religioſus reclamans contra ſuæ profeſſionis validitatem, ſive intra, ſive extra quinquennium fiat reclamatio, & quo pacto ſequeſtrari poſſit, aut debeat; nec miremur etiam ſi regularis judex arbitrium tulerit, & ordinario non ſe conformaverit, proferente illo invalidam profeſſionem, dum pro utraque parte inveniebat æqualia probabilia & valida fundamenta; nec cenſurandus arbitrium negans, ab illa Caramuelis doctrina tom. 3. lib. 3. in Theologia intentionali diſp. 3. quæſt. 20. num. 1472. ſcribentis. *Conſultus de profeſſione in judicis ſententia dubia, reſolvi pro religioſi libertate ſtandum; erat timorata, aut potius timide conſcientia judex ille, & qui timebat ne injuriam communitati faceret, illum liberum declarando, ſubjunxi talium religioſorum diſceſſum eſſe Monaſterii utiliſſimum, nocivam ſtabilitatem; bonus ſit, ſanctus ſit* (adde reclamans) *voluit diſcedere, voluit deficere, hoc ſufficit, ut omnes illum torvo vultu reſpiciant, ut ipſe convivat alii,ægros animo quæ ab invitis,fiunt,nunquam bene, nec ideo infelix communitas quod invitis non careat, dixi & animum ſedari hominis pii, & involuntarium liberando profui ut epinor, & illi, & communitati.* Sed etſi invitis non careant communitates ſilentioſè aliqui in eo ſe gerunt aut patienter tolerando violentiam, dum obediunt; nec extra religionem intendunt expelli; Aſt reclamando jam quam invitè tam perfectum ſtatum profitentur manifeſtant ingratitudineque ſeſe palam faciunt ad divinum numen reddẽtes ejus ſuperna auxilia infructuoſa, profeſſionem regularem non ratificantes, imo renuentes, nec ſatagentes quanto bono priventur, quale in ſtatu perfectiſſimo religionis animæ ſuæ lucrari quibant; repetita talia vocantia, ad gratiæ augmentum, auxilia ex externæ protectionis dicta gratia, cui interna correſpondet inſpiratio per tot mirabilia exempla in quaque religioſa communitate elucentia tum in choro ad nocturnas & diurnas horas canonicas, aut orationis mentalis, in lectione etiam menſę dum refectio ſumitur corporalis,ex mortificationibus, diſciplinis,jejuniiſque& aliis exercitiis ſanctis ſpiritualibus,& corporeis quibus omnibus privatur,aut privari intendit diſcedens tentans, (& ſi juſtè reclamat) *Quid dum mala pecus in moribus invenitur diſtortis; ex communi dicterio una mala pecus inficit omne pecus*: concludit Caramuel: *dixi, & animam ſedavi hominis pii & involuntarium liberando profui, ut opinor, illi, & communitati.* Profuit illi ſi juſtè reclamavit; damnificavit illum dum injuſtè & fictis ſeu fabuloſis per teſtes falſos reclamationem appoſuit: communitati tamen profuit jüge, attenta occaſione qua ſe liberavit ab ove infecta; non tamen quatenus deſuper inſpectus finis æternus poterat eſſe occaſio, ut quiſquis à mundo remotus & religionem profeſſus ad vitam properaret æternam; ab illa enim recedens, & mundanis illecebris deditus in orcum ſeſe demittere videtur Diabolicum, pœnas luens ſuæ malitiæ, qua benignitatem divinam irritavit, & à ſua manu deſinuit, vulgari Hiſpano: *Queda dexado de la mano de Dios*: quot expoſitiva occurrebant; ſed in his quæ per ſe nota ſunt, & innumera ſtant exemplaria de fine tragico, & miſerabili, in quem præcipitantur, aut ejecti, vel dimittentes habitum religioſum, ſuperfluum videtur aliquid addere, & divertere rem moralem, in exortationem concionatoriam.

2. Satis non valui exenterare, qua ratione reclamaverit illa infelix mulier poſtquam profeſſionem taliter, qualiter emiſerat; an dumtaxat ex metu incuſſo; vel allegans alterum aliud: annotat, & bene Caramuel num. 1471. à variis radicibus contingere poſſe profeſſionem nulliter fieri; aut defectu quorundam requiſitorum; v.g. annorum, vel ſolemnitatum eſſentialium de quibus ſic loquitur. *Elapſo quinquennio reclamare in foro externo non permitti* (aptiùs diceret non admitti) *niſi reclamans probet ſufficientia habere reclamandi motiva; quæ ſi producit probata & judex ordinarius comperit à ſuo ſuperiore denegari opportunitatem in ſuam juſtitiam quærendam, tunc ſequeſtrari nihil mirum, & deponi alibi, ne à ſuo jure defraudetur; ſin tamen id non probat, facultas non eſt in ordinario ad deducendam eam à clauſura, fractorque ipſius cenſendus, & incurſus in cenſuris latis contra clauſura fractores.* Hæc judico genuiniora menti Concilii Tridentini, & ſacrorum Canonum innixus Caramuelis verbis mox tranſcribendis, quamquam expertus fuerim in aliquarum Diœceſum curiis in more allegari fore, ſicut annis præteritis contigit in hac cæſarauguſtana, reclamandi de profeſſionis nullitate provideri ſequeſtrum, quin præcedat reclamatio ante proprium illius ſuperiorem regularem. An hæc conſuetudo legitima ſit, vel corruptela prout oppoſita Tridentino præcipuè, alii judicent; ego eam non approbabo, & ſaltem tutius eſt oppoſitum obſervari, in quo nulla nec minima intervenit hæſitatio. Utraque antiſtes Benedictinus Caramuel. *Si elabi quinquennium permaneat, eſt ratum habere profeſſionem, & jus ratihabitionem acceptam, ſolemnem reddit niſi perſeveret aliud impedimentum, puta ſi ipſe poſitivè velit non profiteri, aut informationes neceſſariæ ſint necdum factæ.* Nonne ut legitima ſit reclamatio & ſequeſtrum, hæc nota debent fieri ordinario à prælato regulari reclamantis? Hæc non occurrunt in eventu hoc 42. conſulto nam à ſententia conjudicum patebat reclamantem nuſquam poſitivè ratificaſſe profeſſionem, potuiſſeque tutâ conſcientiâ reclamare, etſi quinquennium tranſierit, propterea quod ſemper conſervabatur, & continuabat cauſa excitans & movens reclamationem; quæ non erat ex defectu ætatis ſufficientis videlicet 16. annorum; vel anni integri, & die peracti novitiatus ſeu approbationis; aut quia defecerunt ſuffragia ſeu vota neceſſaria monialium, vel alia quævis ſolemnitas requiſita ſecundum ſtatuta ordinis, niſi quidam metus incuſſus, à quo varietas conjudicum oriebatur; unus enim exiſtimabat ſecundum allegata, & probata tam in petitione ſequeſtri, quam in ſententia diffinitiva non fuiſſe timorem cadentem in virum conſtantem, neque gravem in annullandum profeſſionis contractum; pro quo ſua argumenta efformabat, principaliter conducentia in probandum tantum quodammodo reverentialem fuiſſe,quo pacto plures mulieres quantumcumque alliciantur in matrimonium cum aliquo, ne earum genitores diſpliceantur cum altero maritantur prout parentibus placet, nec tamen ob hoc reclamat fœmina ſic nupta in ſequeſtrum, vel nullitatem conjugii conjudex autem alter ductus opinione probabili & aliis indiciis proceſſalibus putabat abundare hunc metum

Digitized by Google

reverentialem ad incutiendum timorem gravem; idque ſufficere in declarandum legitimè ſequeſtrum petiiſſe, & nulliter profeſſionem emiſiſſe; cumque unuſquiſque in ſuo ſenſu abundaret, manebat ſemper dubia profeſſio; nec valebat in libertatem poni, ſiquidem poterat adhuc aut ſtante appellatione judex ad quem declarare validam, aut nullam; inde pro utraque parte effectu ſuſpenſivo pollebat appellatio; neque liberè ſinere poterat ordinarius matrimonium contrahere; aiente Nicalio 2. parte lib. 3. tit. 21. num. 31. *Quando ordinarius & regularis dant contrarias ſententias circa nullitatem profeſſionis non eſt licitum habitum dimittere, ſed debet expectare deciſionem ſedis Apoſtolica*: habitum non debet dimittere, quia adhuc ſub lite eſt, an ſit, vel non, Religioſus, aut reſtituendus Religioni, vel in libertatem ponendus; ſed dum res eſt ſub lite, unumquodque ſuum jus habet; ergo in libertatem poni nequit uſque dum ultima deciſio prodeat à ſede Apoſtolica, qualiter fit in compromiſſo in quo non reſtat appellatio.

3. Replicaſſe teſtificavit conſulens reclamantem, audita utriuſque judicis ſententia, ſeſe certam phiſicè fuiſſe, & fore nullatenus profitendi animum, & intentionem tenuiſſe; ideoque ipſa in ſe ſecuritatem habebat, tutâ conſcientià poſſe maritari; neque ad hoc indigere Theologorum conſilio, aut juriſperitorum allegationibus; & procuratorem ſuum illa inſtavit ut deciſionem juridicam de ipſo hic peteret in curia; nec tam facilis erat iſta velut ipſa judicabat, quandoquidem tangit difficilem concertationem; an contractus maritalis ſubſequutus ad profeſſionem quæ prætenditur nulla, ſit invalidus: Caramuel tom. 1. Theolog. fundament. de annullata juſtitia fundamento 36. §. 4. num. 842. *Votum ſimplex reſpectu matrimonii eſt impedimentum impediens: Votum ſolemne eſt dirimens, quod ſi probetur eſſe nulla (nempe talia vota) nec illud impedire; nec hoc dirimere matrimonium poterit*: Probari tamen non præſumitur per allegata & fundata in proceſſu niſi accedat ſententia ultimo diffinitiva declarans probari, vel non probari; ſi probari denuntiet, nec impediet nec dirimet; ſi non probari, impediet, aut dirimet; ſi ſub dubio ſemper manet expectanda deciſio ſedis Apoſtolicæ; caſum ſic in Caramuele invenio inductum, eo §. 4. num. 848. *Petrus invalidè profeſſus quinquennio non reclamat, an ne mero temporis decurſu invalida profeſſio firmatur? teneo illam firmari in foro humano, non tempore, ſed conſenſu, qui comitari præſumitur; quoniam qui ſcit ſe debere ante quinquennium reclamare, nec reclamat; videtur conſenſum præbere: an is validè coram Deo poſſet fugere, & uxorem ducere? aſſerto, non ſolum potuiſſe Eccleſiam inter impedimenta dirimentia votum ſolemne verum enumerare, ſed etiam votum quod humanitùs ſolemne eſt?* De poſſe ad eſſe non valet conſequentia in rebus contingentibus; poteſt enim valdè bene meritus eligi in Epiſcopum, & tamen ſi non eligatur, Epiſcopus non erit; Indubium eſt potuiſſe Eccleſiam vota ſolemnia nulla, coram deo, & infacie Eccleſiæ valida, inter impedimenta matrimonii dirimentia enumerare; an enumeraverit itaut ab aliqua earum deciſione enumerata colligantur; hoc opus, hic labor; inde num. 849. proſequitur, *An de facto dirimat matrimonium Religioſi profeſſio quæ humanitùs ſolemnis ſit, cujus nullitas humanitùs probari non poteſt*; caſus eſt, Antonia profeſſionem emiſit, putans 16. annos adimpleviſſe; & ſua matre monetur poſt unum annum profeſſionis factæ in 15. annis tantummodo profeſſionem emiſiſſe, ſtatimque obiit talis genitrix; reclamat Antonia, nec probare poteſt: aut ſcriptura vel alio altero, ſe ex 15. annis profeſſam; fugit à Conventu maritaturque inquiritur; an vota ſolemnia re vera nulliter emiſſa, dirimant matrimonium; & ſatisfacit Caramuel. *Profeſſio invalida in foro interno cujus invaliditas in externo probari non poteſt non irritat matrimonium, neque contrarium dici poteſt; quando quidem nulla ſtat lex Eccleſiaſtica, quæ tale impedimentum dirimens ſtatuerit: & ſic uxorem ſeparatam per ſententiam judicis à tali profeſſo, ſi tranſeat ad ſecunda vota, tuta erit ob conſcientiam erroneam invincibilem, quem errorem nec repugnat dari in judice; eſt enim error facti, qui dari poteſt in judice juſto ſecundum acta, & probata judicante.* Paritatem induco meo videri evidentem in hanc doctrinam ſtabiliendam, & confirmandam, ut radicitùs percipiatur.

4. Ita arguo profeſſio valida per teſtes falſos probata nulla, dirimit matrimonium coram Deo, etſi humanitùs non dirimatur; conſtituiturque ab eo talis profeſſus in libertate à judice humano ut ſi velit, & alia non impediant ad annullandum tunc ſic talis contractus maritalis nulliter celebratus coram Deo; validus habetur in facie Eccleſiæ; quia lex eſt Eccleſiaſtica, incapacem conjugij conſtituens eum, qui validè profeſſionem emiſit, non autem illum qui probat nullam emiſiſſe profeſſionem, ſive ex ſtatu ab alia radice; quo pacto idem Caramuel in quadam margine plura cingit & epilogat eo fundamento 36. §. 32. n. 884. ſic: *Contractus nullus quoad ſe; & quoad nos*; unde ſupponere videtur, tripliciter contingere poſſe contractum; primo validum, aut nullum quoad ſe, & quoad nos; ſecundò validum penes ſe, circa nos nullum; tertio nullum penes ſe, circa nos validum v. g. Franciſcus nullo impedimento dirimente ſeu impediente maritatur claræ; contractus matrimonialis inter Franciſcum & claram eſt validus quoad ſe, & quoad nos, aliter Luterus nupſit Moniali quoad ſe, & quoad nos contractus maritalis utriuſque hujus fidei apoſtatæ fuit nullus: item in ſecundo, Didacus validè profeſſionem emiſit, ſed nulliter reclamans, probat juridicè ante judices deſignatos, etſi falſò, falſis teſtibus, illam à ſe peractam ante decimum ſextum ætatis annum, nec compareat liber baptizatorum quia combuſtum fortuitò fuit, ſimiliter & violentiam ei incuſſam ut fieret religioſus; obtentâ ſententià nullitatis profeſſionis, nubit, contractus hic nuptialis in facie Eccleſiæ validus habetur, coram Deo & in conſcientia nullus eſt, in tertio ſenſu, ægidius defectu ætatis, & à violentia nulliter profitetur; reclamat; nec unum aut alterum probat; ſententiatur valida illius profeſſio, deſperatus quaſi, recedit, & inter alienigenos matrimonium contrahit; hic contractus quoad ſe validus erit, penes nos invalidus: ergo cum coram Deo eſſe nequeat quælibet res, niſi ſecundum infallibilem veritatem quam tenet, nullus contractus, ſemper coram Deo, nullus erit; validus vero, validus quamtumcumque humanitùs (quia errori ſubjiciamur, nullus reputetur) validus, aut è contra ille qui in rei veritate, aliter ſe gerit, ac probatur & allegatur; ergo quia lex non eſt irritans ſeu dirimens matrimonium illius qui in re nulliter profeſſionem emiſit illud quoad ſe & coram Deo validum putandum, quamtumcumque probatum humanitùs à falſis teſtibus, falſis non cognitis à judice, & ita errore ſententiatum; conſonè ad hoc in quodam matrimonio deciderunt plures Theologi de duobus maritatis; contigit enim quemdam virum ſæcularem diabolicâ conſcientià allectum Amaſium conſtitui cuiuſdam Monialis, cumque hæc illi firmaret quod ſi modus inveniebatur dandam ſe ei in nuptum libentiſſimè maritaretur, intra quinquennium reclamans ipſa, teſtibus emptis falſò depoſuerunt hi ſe ſæpius audiviſſe ipſam profiteri, ne à quodam cognato

nato occideretur; tum ante Monaſterii ingreſſum, tum in novitiatus anno, tum profeſſione emiſſa, quæ nulla declarata, maritatur, ſed de repente mortua ab duobus connubii annis, quin ullum poſſet obtinere Sacramentum, directum in talem horam; exiſtimatus viduus remorſu conſcientiæ agitatus, ad loci Antiſtitē accedit pro obtinenda pænitentia de multiplicibus peccatis, in eo matrimonio nullo commiſſis; vocat Epiſcopus Theologos, rem conſulit, pænitentis honor attenditur, ſpurius declaratur filius unicus infantulus procreatus ex tali matrimonio in copula ſacrilega & hæreditatis paternæ incapax ideo ut infans aleretur in longinquam regionem mittitur cōmendatus ut nuſquam cuius filius fuerit, noſceret, ne turpitudinem genitorum exponeret, virū perſuadēt pii ac docti Eccleſiaſtici habitum religionis aſſumere, quod & facit, ſigniſque ſuæ ſalvationis profeſſus obiit.

5. Qualiter reſultare nequeat inconveniens ab hoc quod ſi daretur talis eventus in quo, ita ut diximus, matrimonium contraheretur, ille, qui ſic contrahens cohibitaret, & conſummaret tale connubium, non eximeretur à pænis juris, licet in re nulliter profeſſus, & poſtea maritatus coram Deo nec venialiter peccaret, patet eo quod jus commiſſum in uſum corporum contrahentium, etſi à divino numine habeatur decretum, quoad juditium; penes legitimitatem cohabitationis dependet à declaratione judicum Eccleſiæ, in qua manente tam illo dubio, de nullitate votorum profeſſionis, nulla facultate poſſet in licenciandum ad contractum maritalem quem ſuſpendit uſque dum attentis allegatis & probatis, veritas judicialis maneat irrefragabilis, ſecundum opinionem probabiliorem conſonè ad novam propoſitionem damnatam ab Innocentio XI. quæ in ſerie eſt prima hujuſmodi. *Non illicitum in Sacramentis conferendis ſequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore.* Quod factum prudentiſſimè in occurrendum fallatiis, & deceptionibus malitiæ humanæ turpiter exæcutientis in proprias paſſiones, contra omnem Dei legem operantis; unde de votis dubiis peritè caramuel tom. 2. in Theologia fundament. fundamento 63. diſputatione incidenti, ubi diffinit, qualiter peccata dubia debeant, aut non debeant, ſubjici clavibus Eccleſiæ. in n. 1980. fatur *Qui dubitat de voto non eſt dicendus habere conſcientiam voti, in ordine ad obligationem, & ut teneatur ex vi voti exequi.* Nec urget unicum dum taxat argumentum contra hoc, ſic efformatum de illo qui coram Deo profeſſionem emiſit invalidè, & in facie Eccleſiæ quia nullitatem non poteſt probare, punitur à matrimonio contracto. Non incurritur in ullam cenſuram, v. g. excommunicationis majoris, ſeu interdicti, quin peccet lethaliter qui in eam incidit. Sed invalidè profeſſus coram Deo non peccat nubens, ergo non potuit quamquam declaretur valida profeſſio in foro Eccleſiaſtico, declarari incurſum in cenſuras, aut puniri. Diſtinguo minorem. Non peccat contra votum, concedo; non peccat frangens bonam fidem Eccleſiæ inhibentis matrimonium, nego, quod peccatum ſufficit ut cenſuretur & puniatur. Quo poſito meum intentum innegabile evadet à ſequente conſequentia, ergo nō dubitans de voto certus factam validam profeſſionem tenebitur illud obſervare; ſed ille qui matrimonium contraxit non dubitans ſe feciſſe votum certus eſt validè voviſſe; ergo iſtud obſervare tenebitur; ſed non obſervat dum maritatur; etſi invalide coram Deo, & valide in facie Eccleſiæ voverit impotens nullitatem probare; igitur allegare nequibit bonam fidem, ſive aliud quo excuſetur à peccato; ergo nec judex dubio permanente à voto profeſſionis, reclamanti licenciare poterit in matrimonium celebrandū, dum reſtat ſentētia exorata vi appellationis: Inde patet mirabilis Eccleſiæ apoſtolica providentia, ſuo nutu, & motu proprio præcipiens, nec permittēs reclamantē relinquere habitum religionis uſquedum ultima diffinitiva ſententia prodiit, declarans nullitatē profeſſionis, quātumcumque demus quod in rem judicatam trāſierit ex una vel altera ſententia, ſi appellationi legitimæ datur locus: eaque parte in diſſidio ſententiæ latæ de validitate, aut nullitate profeſſionis propoſitæ monialis in conſultatione, quia adhuc dubium emergebat, in libertatem ponenda non erat Religioſa reclamans, nec tutâ conſcientiâ poterat conſentire Ordinarius Diocæſanus, aut beneplacitum ſuum præbere in hoc, quod maritaretur; ſemperque mābebat in ſua poſſeſſione, taliter qualiter religio quantumcumque ſequeſtrata nec habitum in quo profeſſionem accepit, licitè dimitere poterat; conſequenterque dum illicitè dimitebat in fugam, urgebat, apoſtaſia cenſuranda; & difficultas tantummodo emergebat de loco, termino videlicet à quo, receſſum capiebat; & quantumvis abundarent doctrinæ poſitæ in argumentum de cenſuris in quas incurrit, & ipſa & quotquot cooperatores; complices talis fugæ intercesſerunt, quantumlibet, coram Deo nulliter profeſſa fuiſſet reclamans, eo quod dubia humanitùs, & in facie Eccleſiæ non dum certum fuerit juridicè, ab ultima ſententia, non admittente legitimam ulteriorem appellationem, indubitatum manſerit Religioſam non eſſe, ut licitè quiret habitum regularem dimittere & ſæculari indui, reſtituta & reintegrata ipſa in omnimodam libertatem.

6. Urgendum tamen plus intentam ab alio impedimento matrimonium dirimente, quod appellatur conditio; in quo inhibetur, ſervilem eam, tenentem maritari validè non poſſe; cap. ſi quis ingenuus 29. quæſt. 2. cap. finali de conjug. ſervor. pro me fundando pono hunc caſum Alexandrum v. g. ſub ſuum mancipatum habere Leonoram; quæ certa fuit à ſuo Domino manumiſſa; ſed incuria ſua non poſſe ullo pacto probare, vel ſcripto, vel inſtrumento altero, manumiſſionem; quæ contingens & dubia judicis declarationem expectabat ab inditiis quæ allegabat; judicemque demus non manumiſſam declarare, in ea dubietate juridica, & certitudine quam Leonora tenet de ſua manumiſſione, quæ re vera facta fuit à ſuo hero Alexandro, eſtque veritas coram Deo; contrahit matrimonium; ergo aut hoc erit validum vel nullum; ſi affirmetur nullum habetur intentum, cum à voto obedientiæ penes contractus magis arctetur minuſque ſui juris ſit Religioſus, quam mancipatu ſervus: primum dici nequit; aïente Scoto 4. diſt. 26. quæſt. 1. §. dico ego, v. ſed ſi ancilla num. 8. *Si Ancilla credit contrahere cum libera, qui tamen eſt ſervus, numquid contrahitur? poſſet dici quod error conditionis peioris impedit contractum;* cujus rationem ſubjungit, *quia impedit commutantem recipere tantum, pro quanto intendit commutare:* Quod idem præmiſerat, diſt. 30. quæſt. 1. §. ad iſtam v. ſecunda conditio, num. 3. ſed in caſu conſulto, etiam coram Deo conditio dubia de nullitate profeſſionis pejor putatur ab Eccleſia quam ſervitutis conditio; ſi ergo in iſto non licet maritationem aggredi, plus in illo; in valore Sacramentorum valde attendendum eſt ſemper quod minus officit, & plus proficit recipienti; in quorum tenorem conſulti quidam canoniſtæ Canonici Cathedralis de quodam Ordinato incedente in dubium, an legitimè vel nulliter manſerit in Præsbiterum Ordinatus, quia certus non erat, utrum, quando Epiſcopus præbuit Calicem, & patenam; tangendam realiter, & Phyſicè tetigerit; negarunt illi concordes accepiſſe Sacramentum Ordinis validum, iterumque ordinandum ſub conditione;

affirmabant alii Theologi, non indigere novo Sacramento præsbiteratus ordinis, allegantes Martinum de S. Joſeph. in ſua ſumma tract. 2. de Sacramento ordinis num. 13. tuentem abundare ex acceptatione ordinandi contractus moralis patenæ & Calicis; nec requiri ſimpliciter Phyſicum; non improbabo hanc ſententiam oppoſitam probabiliorem ſenſi; & in dubio, ordinato perſuaſum fuit ſe ſuſpendere ab exercitio celebrandi primam Miſſam, uſque dum dictamen antiſtitis qui eſt doctiſſimus in jure utroque civili, & canonico, haberetur, qui hanc deciſionem protulit: *in re tanti momenti tutior pars ſequenda: ideo Phyſicus contractus exigitur, nec licenciandus in miſſam celebrandam*; fortaſſis ductus ratione quia in conficiendis Sacramentis non ſufficit habere opinionem probabilem; & ſemper requiri tutiorem & probabiliorem amplecti; & addidit me audiente, quod ſi ſuus proviſor, ſeu Vicarius Generalis licentiaret ſic ordinatum in celebrãdam Miſſam, ſtante practico dubio, quãtumcumque allegaret ſe operatum ex opinione probabili, ab officio deponeret, & ordinatum ſuſpenderet uſque dum provideretur de opportuno remedio. Si igitur in his tam ſcrupuloſè proceditur & congruentiſſimè, quomodo ſtante declaratione apoſtolica, & expreſſo textu à Nicolao dato num. 3. in illa dubia profeſſione per interpoſitam appellationem, quibat licentiari monialis ex conſultatione inducta, ut in libertatem poneretur, carente facultate ordinario ad hoc quod tuta conſcientia poſſet illa reclamans dimittere habitum Religionis in quo permanere tenebatur uſque dum omnimodè quocumque dubio ſemoto, & victo, quin reſtaret appellatio, & quæcumque foret frivola, nulla declararetur profeſſio.

7. Plurima hìc introducenda erant de diſcrimine apoſtaſiæ & fugæ, de incurſu in cenſuras latas à ſede Apoſtolica contra auxilium præbentes, & juvantes apoſtatas, & fugitivos, ſi ea expoſita & fusè declarata non manerent in hoc volumine conſult. 9. pro individuali puncto quod gerimus, Franciſcus Bordonus tom. 2. parte 1. ſuarum variarum reſolutionum reſol. 41. n. 7. ut exponat ſecundum indictum à me, quod erat principale in deciſionem penes incurſum illius reclamantis in apoſtaſiam, aut liberandam ab ea, eo quia non à proprio monaſterio, ſed ab altero loco in quo ſequeſtri intuitu depoſita erat; & quidquid ſit de eo quod præmittit Tertiarius relatus Franciſcanus, ad apoſtaſiam non ſufficere quamcumque à Conventu fugam; nec fieri caſum reſervatum propter quamlibet ab illo egreſſionem invitis egredientis ſuperioribus; de quo abundè & conſult. 9. n. 3. & ſequentibus; circa quæ, & altera quoad diſcedentes regulares non debitè, non uniformis poteſt judicari eorum culpa, cum unaqueque religio ſua municipalia teneat ſtatuta; etſi altero ſcopo excitet difficultatem citatus Bordonus, ad meum intentum eſt propria illa quam movet ſic. *Quid dicendum de eo, qui dum eſt in domo extranea aut in itinere deliberat apoſtatare, an is caſum incurrat.* Eventus eſt; à ſuo Prælato licentiam obtinet aliquis ſubditus, ut ad viſitandum vadat cognatos; à conventu legitimè exit; ac dum in cognatorum ædibus moratur, relinquit habitum, & fugit; inquiritur, utrum quia non recedit à Monaſterio, dicendus ſit apoſtata; reſpondet num. 8. *Iſte poſt deliberationem factam egreſſus fuit de loco ubi deliberavit, ac ſi egreſſus fuiſſet extra Conventum, incurrit caſum reſervatum, quia eſt verè apoſtata & iter facit extra conventum ad hunc finem; licet iter inceptum non fuerit à Monaſterio animo apoſtatandi; & quamvis verba caſus videantur inſinuare animum apoſtatandi inchoatum intra monaſterium, id tamen non tollit, quin hujuſmodi apoſtaſia, deliberata extra conventum, ſit caſus; quia ad eam ut caſum reſervatum incurrat ſufficit adjicere egreſſionem, & iter inceptum, ſive extra ſepta Monaſtery, ſiquidem inceptio egreſſionis deſignata fuit dependenter à Monaſterio.* Hæc ultima clauſula totum explicat; ergo dependentia, aut independentia à Conventu, ſive inchoetur Phyſicus receſſus in illo, ſive extra (Phyſicè loquendo) arguet apoſtatam, vel apoſtaſiam; etſi enim Phyſicè hæc incepta non fuerit à conventu; moraliter præſumitur inchoata ab eo quoties fit dependenter ad non commorandum in ipſo, nec redeundum, ut ſub obedientia ejus maneat, ad quam ſubjectionem, & habitationem in illo, vi votorum in profeſſione emiſſorum, adſtringitur; præcipuè tamen in ſententia illa quam tango conſult. 9. num. 3. de fugitivis & apoſtatis, per animum potiùs non redeundi, quam exeundi, & num. 5. probabiliter ſentiens excuſari ab apoſtaſia exitus, quamvis animus redeundi non ſit in proprium Monaſterium, ſed in aliam Religionem conſequendam dirigatur; igitur quoties fuga fit, ſive à Monaſterio, ſive ab aliquo quocumque loco ſi circunſtantiæ concurrant quas jura ponunt in conſtitutionem formalis apoſtaſiæ ſic putandus, habendus, & declarandus quilibet à quoquo loco recedat; quod fundatur in frequente juris maxima L. in omni, vbi Bartol. ff. de adopt. L. quod dictum ff. de pactis. L. ſi maritus §. ſcripſi ff. ad legem Juliam de adult. ſurdus conſ. 375. n. 24. Legis ratione ceſſante, ceſſat quoque ejus diſpoſitio; ergo ratio legis permanens, hæc in ſuo robore cenſenda, Sed ratio legis contra apoſtatas, ſive ex monaſterio fugiant, ſive ex itinere, aut altero, loco non ceſſat ut per ſe patet; ergo non ceſſabunt pœnæ aliaque à jure diſpoſita adverſus apoſtatas, quiſquis fuerit terminus à quo recedunt; & à paritate confirmatur, nam licet catholicus exeat ſine animo apoſtatandi à fide de Chriſtianorum territorio, & in eo quod infidelium decernat apoſtatare, re vera hæreticus erit dum negat veram fidem, cum dependenter à territorio Catholico, moraliter loquendo; præſumatur exiiſſe in profitendam infidelitatem; igitur non impariter in apoſtata regulari, etſi Phyſicè non inchoet receſſum à Monaſterio: alioqui ſequerentur contra bonum commune innumera inconvenientia, & pretextarent ab eo ſuas inſolentias apoſtatæ. Nec obſtat in jure exprimi pluries de apoſtatis à Monaſterio recedentibus; nam altera juris regula occurrit, l. non aliter ff. de legatis 3. l. nominis 7. verbum ff. de verborum ſignificatione. l. ſcire leges ff. de leg. ſurdus conſil. 35. n. 1. attendendum in legibus non grãmaticalis cõſtructio verborũ, niſi legiſlatoris mens, motivum, & ratio in condendam legem.

8. Reſpondeo jam ad præcipuum inquiſitum conſultationis, verè apoſtatam de toto rigore illam monialem (cujus reclamatio nondum ultimo deciſa fuerat) dicendumque à monaſterio fugiſſe à quoquo loco ubi ſequeſtrata depoſita fuit ab ordinario, qui ipſam ſequeſtravit receſſerit, ſaltem in foro exteriori; quod addo, quia ſi in interiori, illa certò & infallibiliter ſciebat ſuam profeſſionem nullam fuiſſe, à quaque cauſa talem coram Deo, apoſtata non erat, principaliter annuentes Bordon. ea reſol. 41. num. 9. apoſtaſiam deſcribenti. *Eſt retroceſſio Religioſi validè profeſſi ſine licentia à Religione, quam profeſſus fuit ſine animo redeundi ad aliam*; particulam autem exponens *Religioſi proffeſſi*, ſubnectit, & convincit; *Quia quis non poteſt recedere à ſtatu quem non aſſumpſit, cum autem religio aſſumatur per profeſſionem, ſive expreſſam ſive tacitam, ideo ſolum profeſſus dicitur apoſtatare relinquendo Religionem*: Si autem coram Deo Religioſus profeſſus non eſt, quomodo fugiens, à Religione erit, quia nuſquam fugit

Digitized by Google

fugit à Religione in re, niſi qui Religioſus eſt verus, & proprius: Unde ſi nullitatem probare nequit, ex præſumptione exteriori, ſeu per accidens, non per ſe, reputabitur Religioſus à titulo bonæ fidei; & fuga ejus ſeu apoſtaſia eodem pacto; ut inſinuat Hieronimus garcia in ſua politica regulari tom. 1. tract. 3. diſ. 4. punct. 4. num. 15. diſcutiens obligationem illius, qui nullitatem noſcit invalidantem ſuam profeſſionem, ſubjungens cum Suario tom. 3. de Relig. lib. 7. cap. 3. num. 1. 2. & 9. quod cum quis coram Deo profeſſus non eſt, & compellitur ab Eccleſia in foro externo (licet in eo quod conſcientiæ eſt, ſecurus ſit) ne fugiat; uſque dum complerè obtineat ab Eccleſia declarationem nullitatis, expectandam à ſede Apoſtolica; præcedens, computandus eſt apoſtata, cum uſque tunc dimittere habitum regularem non permittatur, imponens pœnam graviſſimam Tridentinum ſeſ. 25. de Regul. & Monial. ſi aliter fecerit ſic decernens. *Quod ſi ante, habitum ſponte dimiſerit nullatenus ad allegandum quamcumque cauſam admittatur; ſed ad monaſterium redire cogatur, & tamquam apoſtata puniatur; interim verò, nullo privilegio ſuæ Religionis juvetur. ly tanquam*, non ſimilitudinariè, rigoroſè capitur in ſacra Synodo, ut obſervat Barboſa: ergo ſi monialis in conſultatione propoſita ex Monaſterio, in quo ſequeſtrata manſit, fugit dimiſſo habitu, ſine animo redeundi, aut in locum deſignatum ab ordinario, vel in conventum proprium, incurrit in pœnas aſſignatas à Tridentino; ſed una earum eſt puniendam tanquam apoſtatam; ergo quia nuſquam punitur ut apoſtata, niſi quia apoſtata eſt in aliqua acceptione, dum lex pœnalis aliud delictum non aſſignat luendum, pœnâ apoſtaſiæ erit punienda: ita ut tunc in re, & rigoroſe in facie Eccleſiæ & foro exteriori apoſtata erit. Confirmatur, ut quis apoſtata non ſit in libertatem ſuam omnimodam debet reintegrari, dum violentiam ſibi incuſſam reclamat; nec violentatus cenſetur uſque à judice legitimo declaretur (quin reſtet ulla appellatio hæc habens effectum ſuſpenſivum, de violentia, ſeu vi illata) quod à paritate patet in uxore carnali reclamante nullitatem ſui matrimonii, quæ dum durat lis nec cenſetur immunis à matrimonio nec poſita in libertate, ut alteri nubere queat quantumcunque conſtet extra judicialiter, impedimentum dirimens matrimonium de quo reclamat ut nullum; ergo potius in profeſsione religioſa: igitur à quoquo loco fugiens recedat dimiſſo habitu, & animo non redeundi ad Religionem illa ſequeſtrata apoſtata erit.

9. Penes ſecundum ad quem de duobus ſuperioribus pertineat declarare eam fugitivam reclamantem, & ſequeſtratam, in apoſtaſiam incidiſſe, notanda ſunt verba Tridentini ſeſſione 25. de regul. & monial. eo cap. 19. (quæ commodius dabo conſultatione ſequenti) conſtituentia duos judices conjudices de cauſa reclamationis, ad quæ Barboſa in ſua collect. ad allegatum caput 19. num. 12. pœnitens reclamationis propoſitionem ubi, ſeu apud quem faciendam, an ad utrumque; & ait. *Coram propria ſuperiori regulari illius monaſterii in quo profeſſionem emiſit, & coram ordinario illius loci ubi exiſtit monaſterium; deciſum fuiſſe, ſub die 1. Decembris 1593.* ſubnectens num. 22. ex Tamburino tom. 3. diſp. 6. quæſt. 26. num. 3. *Superior autem cui commiſſiones ſupra nullitatem profeſſionis ex præſcripto Concilii in hoc loco directæ, ſunt, una cum ordinario, intelligitur de ſuperiori monaſterii, non Religionis*; Er ita recenſet deciſum in una metinenſi; & Romana 7. Aprilis 1629. verum cum uniformis non ſit in Religionibus quis Prælatus localis conventum virorum proprius & immediatus monaſteriorum monialium, quæ in ſuis territoriis ſituantur, & id adhuc per delegationem; interpretari debent deciſiones, ut conjudex cum Ordinario ſit Prælatus qui immediator invenitur circa reclamantem Religioſam; quapropter, quando annotat Barboſa non intelligendos ſuperiores Religionis, idem eſt ac ſi proferat id non competere Prælatis generalibus, niſi in uno caſu, videlicet, quando monaſterium ei immediatè ſubditum non eſt, nam ſi ſit, quale in religione Franciſcana eſt imperiale Matritenſe diſcalcearum dictum Dominæ noſtræ de conſolatione, & alia, nam tunc ad generalem competet conjuditium de reclamante: igitur abſolutè conveniet ſive id munus incumbat aut quia localis, aut quia Provincialis; quod ſine ulla hæſitatione in curiis Eccleſiaſticis praticari vidi; igitur utrique judici competet, ſi contingat reclamantem fugere, inquirere, reducere, atque ad ovile procurare quod regrediatur, apoſtaſiamque declarare; bene verum eſt ambobus non committi dum lis non deciditur, cuſtodia ſollicita de illa ove; quia dum lis conteſtata & completa non eſt quamquam duret ſub obedientia ſuperioris regularis reclamans ſequeſtratus ordinario conceditur in loco tuto apponi & extrahi ab eo qui ſub illius obedientia eſt ſi opporteat ne metu impediatur in nullitatem prætenſam probandam, quaſi in depoſito manens per ſequeſtrum, perſona commiſſa; ſed ſubditus alicujus Prælati, & ejus cui committitur cuſtodia, dum fugit & recedit inquirendus & reducendus ab utroque eſt, quandoquidem, etſi diverſo tramite ambo tenentur curam gerere, ergo ambobus conjudicibus incumbet inquirere Monialem propoſitam fugientem, ſive apoſtatantem; ne moleſtemur à difficultate, quando etiam invitis Apoſtatæ prælatis, ille reducendus eſt, & cui ineſt hæc obligatio, de eo Bordonus ea reſol. 41. num. 10. & Acacius Mathæ tom. 1. verbo Apoſtata reſol. 65. à num. 6. annuo his quæ Miranda ſtabilit in ſuo manuali Prælat, quæſt. 51. art. 3. in concluſione. *Cura recolligendi fratres Apoſtatas & fugitivos, & conſtringendi illos ad hoc, ut in proprias Religiones, ſive Monaſteria revertantur, propriis ipſorum Prælatis incumbit reſpectivè, non autem Epiſcopis, ſive locorum ordinariis, niſi in aliquo ſpeciali caſu.* Specialis caſus, hic videtur in quo cuſtodia de reclamante committitur loci ordinario.

10. A quibus reſpondeo ſecundo inquiſito, innixus doctrinæ Bordonii num. 32. diſputantis. *A quibus ſint abſolvendi & diſpenſandi Apoſtatæ reverſi ad Religionem.* Sive enim voluntariè, revertantur, ſive capti involuntariè, abſolutionis beneficium denegandum eis non eſt in ſuorum errorum medicinalem pœnitentiam in foro exteriori; abſolutio enim à cenſura etiam invito danda; de Apoſtatis gloſſa verbo reſipiſcant; quæ & alia ex jure tangit Miranda citata quæſt. 51. art. 4. & 5. ubi commendat ſollicitudinem quam adhibere debent Prælati regulares in reducendos Apoſtatas & fugitivos, benignè & charitativè ſe gerendo cum eis, fine, ut pœniteant; practica inconcuſſa, regula generalis, abſolvendi ſunt à ſuis ſuperioribus capti Apoſtatæ ſeu fugitivi, ergo non ad loci ordinarium privativè; neque copulativè cum conjudice pertinebit, niſi privativè ad Prælatum regularem, abſolutio illius Monialis ſequeſtratæ fugitivæ ſeu Apoſtatæ, à cenſuris in quas incidit; ex quo liquet incumbere huic ſoli eam declarare Apoſtatam, licet utrique competat obligatio inquirendi, ut numero ſequenti amplius, Tertium reſolvendo de eo quod interrogatur: probatur doctrina præmiſſa; neque à jure neque à delegatione ſedis Apoſtolicæ committitur loci ordinario abſolutio Apoſtaſiæ contractæ, alias nondum inhibitus eſt Prælatus regularis in juriſdictione penes reclamantem; licet quoad uſum

Digitized by Google

in aliquibus impeditus fuerit, uſque dum lis omnimodo deciſa fuerit; ergo ad Prælatum regularem attinebit Apoſtaſiæ peractæ declaratio in illa lite pendente; poteritque firmare ſummariam per depoſitiones teſtium de delicto; nequaquam ad plenariam procedere uſque dum completa fuerit cauſa nullitatis; quæ ſi declarata fuerit ad favorem Religionis, tunc proſequitur cauſa uſque ad diffinitivam ſententiam ſin vero nulliter profeſſam, ſupplantanda ſummaria, & reſtituendus honor reclamanti, à dubio inducta, juridice & publicè exponendo operatum fuiſſe declarando Apoſtatam intuitu regulæ illius quam fundat Pellizarius tom. 1. tract. 3. cap. 1. num. 75. *In dubio judicandum eſt pro Religione*; & potius in quoquo foro, pro ſerenanda conſcientia cuiuſvis, qui præſumitur deliquiſſe, & probabiliter in cenſuras incidiſſe; qualiter ſimilis Apoſtaſia declaranda; abſolutè ne, vel conditionatè? Non damnarem abſolutam declarationem; tutiùs tamen procedetur, ſi conditionatè fiat, ſub cautela occurrendo honori recla mantis, ne poſtea teneatur ſuperior regularis ad illum reſarciendum ſi nulla decidatur profeſſio; & tenore ſequenti, videtur oppottunior facienda declaratio. N. dum reclamavit de nullitate profeſſionis & ſequeſtrum proviſum eſt, quo à proprio Monaſterio extractus fuit, & depoſitus in conventus N. ab eo fugit, ſeu apoſtatavit, ſi in ultima ſententia, eius profeſſio declarabitur valida; ſin vero nulla, apoſtataſſe fugiens nullatenus declaratur; hoc argumentum eſt quare ultra ſummariam ad plenariam nequit procedi, nec minima pæna imponi poteſt illi, carcerationis, vel recluſionis, durante litis pendentia; nec ad confeſſionem judicialem citari, aut ulterius proſequi cauſam; abſolutio autem conditionalis ipſi impenſa de communitate, *ſi forte incurriſti*; non eſt pæna niſi medela præveniens damnum, in quo anima eius incidere poteſt; eatenus benigniori modo poſſibili flagellari debet in pſalmo, *miſerere*; interim ordinarius debet eam recludere ad firmam cuſtodiam, abſque ulla pæna, in loco tuto & ſecuro ne iteret fugam.

11. Alterum jam inſtat inquiſitum, quod licet pateat à proxime dictis, occurrit addendum quod ſancitum veneratur, l. inter claras cod. de ſumma Trinitate & fide Catholica, cap. ſi quis omnem I. quæſt. 17. nempe Dei Eccleſiam, etiam peiori & obſtinatiori, nuſquam ſuæ miſericordiæ viſcera; & portas claudit; exemplo mirabili D. Jeſu, qui in Symbolo Paſtoris, bonus dicitur Paſtor, quatenus relictis nonaginta novem ovibus optimis quæ ſub ſuum ovile paſcua fructificabant, in utilitatem; ad unam ab ovili recedentem ſollicitus inquirendam properat, nec ſiſtit uſque dum invenit, ad ceteraſque reducens non quomodocumque, ſed ſub dorſum ſuum onerans illam ne iterum fugiat. Lucæ 15. à v. 4. Math. autem 18. v. 12. ſic parabola inducitur. *Si fuerit alicui centum oves, & erraverit una ex eis nonne relinquit nonaginta novem in montibus, & vadit quærere eam quæ erravit?* erravit ovis ſuâ culpâ, non Paſtoris incuria; aiente Salmerone tom. 7. tract. 8. *Ex culpa propria ovis perditio oritur juxta illud ; perditus tua ex te Iſraël* Oſeæ 13. v. 9. non mittat qui quærat, per ſemetipſum, ipſe inquirit, quia invenire ſatagit; fortaſſis nemine invento, qui diligentiam operaretur nomine ſuo, ut par petebatur, inquirendi commiſſio nulli delegatur, innuens ſuo exemplo, quo pacto ſuperioribus incumbit ovium ſuarum cuſtodiam, & dum fugiunt apoſtatantes ab ovili, inquirendos, ſeduliſſimè; nec committendum aliis (niſi urgeat occaſio impotentiæ Paſtoris occupatus ab aliis) in reducendam ovem recedentem; ergo pro parte qua Prælato regulari commiſſa eſt cura de Moniali ſequeſtrata, etſi in alio conventu depoſita, quia fugitiva ab eo in eam reducendam illi incumbit obligatio, cum litis pendentia durante ex appellatione, ſemper manet de ſuo ovili illa ovis, membrumque Monaſterii ſuæ juriſdictioni ſubjecti; ab alio capite major incumbit obligatio inquirendi ipſam & reducendi ordinario loci, qui ipſam ſequeſtravit & autoritate Apoſtolica commiſſum ei fuit, ut non obſtante clauſura, eam à Conventu deduceret, atque alibi deponeret, cum onere, rationem dandi de ipſa, urgentiori modo, ac carcerum clavicularii, qui juſtiſſimè plectuntur, dum ab eorum incuria, aut minori diligentia, quam exhibere tenentur, carcerati fugiunt; nec inveroſimile, ſecundum curiarum aliquarum ſtylum, ad eorum expenſas poterit judex decernere inquirere quotquot ergaſtulum fregerunt recedentes; ſi hoc ita in curia ſeculari, urgentiori ratione incumbet obligatio judici Eccleſiaſtico, cui favet ſedes Apoſtolica committendo ipſi, quod non obſtante clauſuræ voto, ſeu præcepto, liberè poſſit, ex urgente motivo Religioſam à ſuo Conventu deducere, in quo vovit, vel obſervat ſub reatu conſcientiæ clauſuram; & per fidei commiſſum deponitur uſque ad ſententiam ferendam ultimo, ſuæ directioni, ſeu diſpoſitioni; in occurrendum inconveniens quod ipſa liberè ſine ullo incommodo, ſeu impedimento, valeat ſuam cauſam proſequi, atque quæcumque ipſi favent allegare; ne ſuffragio iuris minus ac petitur gravetur: Dicis; cui competit abſolvere, incumbit inquirere & reducere Monialem recedentem fugitivam, ſeu Apoſtatam; ſed loci ordinario non datur facultas abſolvendi, quæ ut diximus numero præterito privativè eſt in Prælato coniudice; ergo huic, non illi incumbit inquirere: diſtinguo majorem. Tantum, nego, inſimul cum alio cui eſt commiſſa cuſtodia concedo; inquirere enim plus ampliatur, ac ex facultate abſolvere; nec obſtat ſtante appellatione, ordinarium ſuo offitio functum; fatebor functum quoad juditium de proceſſu, non autem penes rationem reddendam de commiſſa illa ſibi ove nondum reſtituta ſuo legitimo ſuperiori, aut ultimo deciſa illius cauſa.

12. Tenentes vere Apoſtatam ex alio Monaſterio fugientem propter dimiſſum habitum, ex animo non redeundi ad propriam vel alienam Religionem; ultimum quod petebatur, ad oculum patet attentis propoſitis conſultatione 9. num. 6. contra faventes & ſubſidiantes fugitivos, ſeu Apoſtatas, quibus addendum occurrit, quod Bordonus eo tom. 2. variar. reſol. 41. num. 34. tangit individuans quatuor ordinum mendicantium privilegia, ne eorum Apoſtatæ ab aliquo faveantur ſeu retineantur; num. 35. de ſacro Prædicatorum ordine, & Minoritico rem diffundit; & num. 37. de Auguſtiniano, hæc ſcribit. *Excommunionem reſervatam incurrunt niſi poſt octo dies requiſiti redierint, ſimiliter retinentes, faventes, auxiliantes & conſiliantes* ex Julio 2. ex Clemente 4. lege Bullam quam invenies in Emanuale Rodriguez conſtitutione 15. hujus Pontificis, in qua reperitur qualiter illâ cenſurâ ligantur quicumque retinent cujuſvis Religionis Apoſtatas quod privilegium extenditur ad omnes qui nobiſcum communicant in gratiis Apoſtolicis, ideo non bene Leander à Murcia in ſuis quæſt. regul. ſelectis cap. 45. in caput 2. regulæ Franciſcanæ, limitationem ponit, excludens ad incurrendam cenſuram receptores ſeu fautores Apoſtatarum qui de minoritico grege non ſint; extenditur enim ad quoſcumque regulares nobiſcum participes in privilegiis & gratiis Apoſtolicis: de quo Miranda tom. 1. in ſuo manuali Prælatorum quæſt. 51. art. 2. concluſ. 2. Leandro conſentiam in ſubjuncto quod Hiſpanico ſermone ſic dat; in Latinum verſo; etiam poſſunt Prælati Franciſcani fulminare ſententiam ex-

Digitized by Google

communicationis contra eos, qui detinent injuſtè ſuos Apoſtatas, quamvis tales detinentes ſint Clerici, ut conſtat in variis privilegiis adductis à privilegiorum compendio; verbo Apoſtata; remittitque ſe ad Bullam 33. num. 20. Sixti IV. quam legens in Rodriguez Bullario, inveni quodam mare magnum ordinis Prædicatorum fore, in qua hæc formalia ſunt verba. *Licitum ſit in ipſos decedentes fratres excommunicationis ſententiam promulgare; detinentes verò in eorum Monaſteriis, ſeu Eccleſiis ſuis: niſi eos ejecerint, poſtquam eis denunciatum fuerit, excommunicationis ſententiæ volumus ſubjacere*; utrum idem ſit ſubjacere ſententiæ excommunicationis, & declarari; promulgari, ſeu publicari; & revera idem videtur intelligendum; cum non alia ſit cenſura Religioſi Apoſtatantis, ac eum faventis, ſeu detinentis; bene verum eſt plus in eam incurrendam exigi à fautoribus, ſeu receptoribus, ut cenſuræ ſubjaceant & contra eos promulgetur, ac adverſus receptores, ſeu fautores; nam illi eo ipſo quod fugiant ſine animo redeundi ad Religionem, nulla altera renitentia facta, ſeu pertinatia ſubjacent excommunicationi, & publicari quibunt excommunicati; at iſti debent moneri ex illa particula diplomatis; *Detinentes verò in eorum Monaſteriis, ſeu Eccleſiis, niſi eos ejecerint, poſtquam eis denunciatum fuerit.* Exigitur ergo quod denuncientur ſufficienter, videlicet detentor, ſeu ſubſidiator, Apoſtatas fore quos favent dum ipſis conſtat ita, ſi faveant, tunc ſubjici cenſuræ, hancque promulgari à Prælatis Religionis contra eos indulget ſixtiana conceſſio; & non ſolum quæ relata eſt, verum & altera quam refert Rodriguez tomo 1. quæſt. regul. quæſt. 30. art. 9. Carmelitis impenſa; quod poſſint Prælati ordinis promulgare ſententiam excommunicationis in detinentès fratres diſcedentes, vel Apoſtatas; ſive tales retinentes ſint laici, ſive Clerici, unde patet quartum conſultum; nempe illos viros qui Monialem ſubſidiarunt in Apoſtaſiam, eidem excommunicationi ſubjeciſſe, ac ipſa; Prælatoſque Religionis potuiſſe contra eos procedere; promulgando ipſos excommunicatos eodem pacto, ſervatis ſervandis quæ circa fugitivam illam ſeu Apoſtatam ſeu adverſus eos procedebant.

CONSULTATIO XLIII.

De Proviſore, ſeu Vicario generali ſequeſtrante Monialem reclamantem poſt quinquennium, ex non penetrata Portelis Doctrina.

TRANSACTO quinquennio, ſive per procuratorem, ſive ſe ipſa quædam Religioſa reclamavit de nullitate ſuæ profeſſionis; & audita ab ordinario, quod facta fuerit monialis per metum, non altera probatione adhibita, niſi partis reclamantis dictum, prætextantis intra quinquennium pænitus ignoraſſe ea facultate pollere reclamandi; ignaro ſuo Prælato Regulari, ante quem etiam reclamare tenebatur, juxta tridentinum ſeſſ. 25. de regularibus cap. 19. ubi hæc habentur; *Quicumque regularis prætendat ſe per vim, & metum ingreſſum eſſe Religionem, aut etiam dicat, ante ætatem debitam profeſſum fuiſſe, aut quid ſimile velit, quæ habitum dimittere quacumque de cauſa, aut etiam cum habitu diſcedere ſine licentia ſuperiorum, non audiatur, niſi intra quinquennium tantum à die profeſſionis, & tunc non aliter niſi cauſas quas prætenderit deduxerit coram ſuperiore ſuo & ordinario*: Non reclamante Moniali coram ſuperiori ſuo nec minima notitia de reclamatione in iſto inventa ab ordinario, ſequeſtratur ex quadam doctrina Portel 1. parte ſuar. reſponſ. moral. caſu 9. ubi ſequeſtrum de quadam Religioſa proviſum ab ordinario independenter à Prælato regulari ſic introducit. *Quædam mulier in ſecreto contraxit ſponſalia cum quodam viro; Pater fœminæ de hoc factus certior; idque nimis moleſtè ferens, filiam invitam poſuit in Monaſterio Olyſſiponenſi ut eſſet Monialis; ipſeque Pater & Mater minati ſunt, quod ſi tali viro nuberet ſe illam exhæredaturam, & interfecturam*: Poſt quædam examinanda inquirit quinto. *An ſit obligatio ordinarii prædictam nulliter profeſſam extrahere ab illo conventu, & eam ponere in alio loco tuto & ſecuro, ut poſſit liberè reſpondere pro cauſa matrimoniali, & pro cauſa profeſſionis cum conſtet, illam in illo conventu non habere libertatem ob prædicta; tum quia à die poſt profeſſionem, illi ſtrictè prohibeatur ne Epiſtolas foras mittat, vel recipiat.* Et reſpondet Portel num. 9. *Extrahi debere & reponendam eſſe in loco tuto, ac libero, ut poſſit reſpondere ad quæſtiones matrimonii, ac profeſſionis*: Non ait, *vel*, niſi, *ac*, inſinuans, quod dato & non conceſſo, Portelem ſenſiſſe independenter à Prælato regulari auditam talem Monialem; tunc legitimæ factum quia urgebat cauſa matrimonialis, quæ privativè independenter à quocumque alio, pertinet ad ordinarium; & quia acceſſorium erat profeſſio tali cauſæ matrimoniali; tunc liquet de eo incidente judicare valuiſſe privativè ordinarium; inquiſitum fuit utrum liceat in conſcientia non occurrente cauſa matrimoniali (niſi metu gravi) ab ordinario loci ſequeſtrare Monialem inconſulto ſuo ſuperiore, eamque à clauſura ſic deducere, & deponi alibi, ut ibi ſponte, & ſine ulla violentia alleget conducentia ad ſuæ profeſſionis nullitatem.

Digitized by Google

SUMMARIUM.

Significatio nominit ſequeſtrum, n. 1.
Bona & perſonæ qualiter queant ſequeſtrari, n. 1.
Diſcrimen vocis ſequeſter à verbo, apprehendo, n. 1.
Quid in jure ſequeſter, n. 1.
Diviſio ſequeſtri in voluntarium, & involuntarium, num. 1.
Subdiviſio ſequeſtri voluntarii, n. 1.
Parentum qualitate in Aragonia filii ſequeſtrantur, n. 1.
Caſus à Portel inductus à moniali erat in cauſa matrimoniali, ideo pertinebat privativè ad ordinarium, num. 1.
Quinquennium tridentini ad reclamandum, n. 2.
Ante quem facienda reclamatio, n. 2.
Regularis principalior judex prout reclamantis Prælatus, n. 1.
Primus nominatus in ſcriptura præcedit, n. 2.
Exemplificatio in prorege, & ſenatu, n. 2.
Licet ne regulari pro vi tollenda ad tribunalia recurrere ſecularia, n. 3.
Quid vim repellere vi, n. 3.
Reclamatio coram Prælato regulari & ordinario facienda, n. 3.
Caſus in quibus licet poſt quinquennium reclamare, & ante regularem omittere reclamationem, n. 3.
Quinquennium conceſſum à concilio ſupponit non ignorantiam invincibilem, aut impedimentum legitimum reclamantis, n. 3.
Ante omnia reclamans juramento aſtringi debet, num. 3.
Clauſula, tempus quinquennii, *favorabilis Religioni, non reclamanti*, n. 3.
Nullus abſque culpa privandus ex pura pœna, neutiquam ab inhabilitatibus, n. 3.
A puris pœnis incurrendis ignorantia invincibilis excuſat, non ab inhabilitatibus, n. 4.
De beneſicio reſtitutionis in integrum, n. 4.
Ex juramento reclamantis adhuc hic non audiendus de nullitate profeſſionis, n. 4.
Paritas efficax de eo, ut ex ſolo juramento, non audiatur, n. 4.
Quæ & quot ſervanda ad legitimam reclamationem, n. 4.
Ratio dubitandi ex eventu relato à Navarro & Portel, num. 5.
Caſus in quo non præcedente juramento immediato proviſum fuit ſequeſtrum, n. 5.
Iuramentum reclamantis etſi ab eo non fiat immediatè, ſufficit, ut fiat mediatè, n. 5.
Quæ nomine noſtro fiunt, nos ipſi facimus, n. 5.
Pater ſuæ filiæ procurator poteſt pro filia jurare, n. 5.
Diſſentio Doctorum ante quos debeat fieri juramentum, n. 6.
Non probatur in eventu recenſito à Navarro, & Portel non præceſſiſſe juramentum ante ſequeſtrum, num. 6.
Prædicta reclamatio, intra quinquennium facta, n. 6.
Diverſiſſimi caſus qui allegantur, ac geſtus in conſultatione, n. 6.
Circunſtantiæ conferuntur in eventibus relatis, n. 7.
Caſus reclamantis in Principatu Cataloniæ non ſuffragat; nam Monaſterium non erat exemptum, n. 7.
Moniales, immediatè loci ordinario ſubjectæ reclamantes non alium tenent niſi illum judicem, n. 7.
In re graviſſima de non frangenda clauſura, ſimplici reclamantis verbo non ſtandum, n. 7.
Religio à ſua pacifica poſſeſſione expolianda non eſt, niſi urgentiſſimo motivo, n. 7.
Semiplene ſaltem probanda violentia, ut licitè ſequeſtro extrahatur à clauſura Monialis, n. 8.
Poſſeſsio legitima non impedienda, niſi fieri aliter non queat, n. 8.
Cohabitatio uxoratorum in finem adminiſtrandæ juſtitiæ motivum ſufficiens ut impediatur, n. 8.
Objectio de marito incarcerato, n. 8.
Sed diſparitas de Moniali ſequeſtrata, ac marito carceri dato, n. 8.
Delicti flagrantia pro ſummaria habetur à jure in ſpoliandam uxorem à cohabitatione, n. 8.
Coopearatio ſine titulo in deducendam monialem à clauſura eam violat, n. 9.
Excommunicatio major ſemper diſponit peccatum mortale, n. 9.
Extrahens Monialem reclamantem ante ſufficientem notitiam, clauſuram frangit, n. 9.
Ideo peccat mortaliter ſequeſtrans extrahens eam ex ſimplici verbo reclamantis, n. 9.
De cooperantibus in ſequeſtrum, n. 10.
Qualiter favet, vel non favet fractione clauſuræ qui ſequeſtratam Monialem comitantur, n. 10.
Quis cooperator in comitatu ut ipſi imputetur clauſuræ fractio, n. 10.
Caſus de quodam Prælato ſua juriſdictione abutente, n. 10.
Bona fides ſuffragat ſubditum in eo quod operatur, ſi illam probat, n. 10.
Depoſitum, utrum fidei commiſſam, vel quid proprie, num. 11.
A partium conſenſu concordi, ſequeſtrum legitimè procedit proviſum, n. 11.
Utrum ſequeſtrum aliqua cauſa debitori factum licitè abſolvat à ſolutione debita creditori, n. 11.
Oblata cautione, quid procedat in ſequeſtro, n. 11.
Doctrina applicata de ſequeſtro Monialis facto à quocumque, n. 11.
Religionis bona fides in ſequeſtro ſubditi, munienda cautione, n. 11.
Monialis reclamans ſe ponit in linea debitricis, cujus creditor eſt Religio, n. 11.
Solo ſuo ſimplici verbo reclamans non dat apparentiam ſe debitricem conſtitui, n. 11.
Querimonia Religionis juſta, n. 12.
Sed patientia ex Tertuliano munitur, n. 12.
Phraſis Tertuliani profunda ſub illam clauſulam ſequeſter Deus, n. 12.
Divinum numen qualiter ultor, & reſtitutor injuriæ illatæ, n. 12.
Altera Tertuliani ſententia de fide ſequeſtranda, num. 12.
Eadem phraſe utitur Tertulianus, & applicatur doctrina, n. 12.

1. LIQUET conſonè ad Dictionaria (in Calepino & aliis) propriè hoc verbum *ſequeſtro* idem ſignificare, ac depono; vel ſeparo; ſeu ut alii volunt, & aptiùs ad intentum quod gerimus; pono perſo-

Digitized by Google

nam vel aliam rem, in depoſito ad inveniendam ipſam; ita qualiter à juſtitiæ munimine abſque minimo conſervetur detrimento, in ſuo legitimo jure; vel in eo incolumiter conſervetur, vel reddatur Domino ad quem directè pertinet poſt deciſam litem interpoſitam inter partem, & partem: quo pacto ex l. ſequeſter ff. de verborum ſignif. & l. intereſſe puto, ff. de acquirenda poſſeſſione, tam Theologi quam juriſtæ ſequeſtrum definiunt; eſt res aliqua ſeu perſona, de quo inter duos controvertitur, cuſtodienda traditur, donec lis ultimò dirimatur; fuſiſſimè de ſequeſtris diſſerit Juriſconſultus Moneta, de diſtrib. 1. parte quæſt. 9. num. 1. & quoad bona, & alia N. Aragonenſis Michaël de Molino in ſuo repertorio fororum, & obſervantiarum Regni Aragonum lit. S. dictione *ſequeſtrum*; ubi ait, *ſequeſtratur pignus durante lite:* & in fine huius vocis, *ſequeſtrum poteſt fieri ubicumque eſt facienda miſſio in poſſeſſionem cauſæ rei ſervandæ ſi in ipſa miſſione veroſimiliter timetur ſcandalum*; remittens ſe ad ſequeſtri materiam, in verbum apprehendo licet enim omnis qui ſequeſtrat impediat, non tamen quicumque impedit ſequeſtrat de quo late Duardus lib. 2. canone 17. quæſt. 2. num. 1. v. quinto, & ſexto: Latro impedit ne legitimus Dominus ſuis utatur bonis, & tamen bona non ſequeſtrat; metus impedit ne aliqua perſona ſua libertate utatur; nec ob hoc libertas ſequeſtrata dicitur. Azor tom. 2. ſuarum inſt. moral. lib. 6. cap. 25. §. decimo-ſeptimo quæritur, ſequeſtrum deſcribens, & diſtinguens, loquitur ita. *Sequeſter in jure dicitur is apud quem pecunia, vel res controverſa deponitur, ut finita lite victori reddatur; l. ſequeſter ff. de verborum ſignificatione, l. ei apud quem: & l. propriè & l. licet ff. depoſiti. Deinde ſequeſter eſt duplex; unus voluntarius, qui ſcilicet à judice accedente, vel non accedente litigante cum voluntate deligitur; alter eſt neceſſarius, qui a judicis autoritate, & officio datur citra litigantium conſenſum, l. prædicta licet:* Liquet diviſum ſequeſtrum in voluntarium, & involuntarium; illud dicitur quoties de conſenſu perſonæ ſequeſtratæ requirentis judicem fit; & cum hoc intercedere nequeat in inanimatis, vel animatis ratione carentibus, nulla eorum rerum bona ſeu pignora immediatè ſequeſtrare quibunt in ea linea niſi ad ſummum, mediatè, hoc eſt intercedente conformi conſenſu litigantium, vel uno ex duobus interpoſito; at ſequeſtrum involuntarium ſubdividi valet, itaut per unum membrum ſequeſtrari queant perſonæ; ſic in hoc noſtro Aragonum Regno per aliquas fororum obſervantias, & practicas, qualitate genitoris, aut genitricis ſequeſtrantur filii, & filiæ quantumcumque iſtæ in ſequeſtro non conſentiant, & vim in eo pati proclament; aliud eſt ſequeſtrum involuntarium procedens à judicis autoritate, & officio, citra eorum qui litigare poterant conſenſum: in præſenti non loquimur de ſequeſtro involuntario, cum liquidò pateat Monialem reclamantem ſua ſponte clamaſſe invocantem judicis autoritatem; ſed hoc procedit penes illam reclamantem, non autem, in comparte quæ erat Religio circa quam involuntarium dicendum ſequeſtrum; & ita ſenſus difficultatis eſt, utrum non occurrente cauſa matrimoniali, vel ut in eventu quem refert Portel datus num. 1. potuerit tutâ conſcientiâ ille ordinarius ex officio providere ſequeſtrum involuntarium Religioni; & Monialem à clauſura deducere; an verò abuſus fuerit authoritate Apoſtolica, & peccaverit deducendo, ligatus cenſuris latis à jure contra clauſuræ fractores qui cooperantur in exitum illicitum Religioſæ ab illa.

2. Cumque tridentinum num. 1. allegatum tam patentur loquatur de his, materiis quando, & quomodo audiendus ſit quiſquis vi, aut metu profeſſum fuiſſe, prætendunt, & expreſsè præcipiat, *Non audiatur niſi intra quinquennium tantum à die profeſſionis, & tunc non aliter niſi cauſas quas prætenderit deduxerit, coram ſuperiore ſuo & ordinario*, Nec in hoc ullus debeat hæſitare, niſi in eventu quem refert Barboſa 3. parte de officio & poteſtate Epiſcopi, alleg. 104. num. 11. eamque annotat Caſtro Palao tom. 3. tract. 16. diſp. 2. punct. 7. num. 6. *Hanc reclamationem debes facere coram ſuperiore illius conventus in quo profeſſionem emiſiſti, & coram ordinario illius loci in quo Monaſterium ſitum eſt; quod ſi idem fuerit ordinarius loci, & ſuperior Conventus coram illo ſolo cauſa eſt decidenda, quia concilium loquitur quando ſunt diverſi, ut frequentiùs contingit:* Igitur dubium quod reſultat ſolummodo ſtat in hoc, ſi ad alios caſus extendi poſſit, ly, *non audiatur*, ita ut ante ſequeſtrum inhibeatur ordinarius regularis; nam ex rigore legis latæ à Concilio ſervandus ordo ab ipſo reclamante, videlicet quod, & intra quinquennium fiat coram ſuo ſuperiori talis reclamatio, unde cum eo ipſo, quia prius ponitur in ſacra Synodo; ſuperior reclamantis quam loci ordinarius, importatur, & debet præſumi conditio neceſſaria ad validitatem judicii efformandi adhuc in ſequeſtro, debere quod præcedat, reclamatio facta coram regulari per illam juris regulam quam obſervat juriſperitus Valenzuela tom. 1. conſil. 1. n. 67. uſque ad 69. indubitatum fore, quod quandocumque in ſcriptura primus aliquis nominatur, quoad cæteros poſtea in eadem nuncupatos præcedentiam tenere; & argui conditionem antecedentiæ in ea ſerie in qua plures concurrunt nec inſimul in re fit de eis judicium; inde erit aliquis neceſſariò prior quia nominatur prius; v. g. lex ſit inconcuſſa hoc pacto, niſi coram prorege & ſuo ſenatu producitur cauſa hujus majoratus, non audiatur proponens ſibi pertinere; proponat coram ſenatu, is ſi coram prorege non propoſuit, quia prior nominatus fuit audiri nequit à ſenatu, cui incumbit examinare, & notum ſibi facere, quomodo ante proregem jam propoſita præceſſit talis cauſa: ergo nominante Concilio Prælatum regularem, antequam ordinarium nominet, ad hoc quod Religioſi profeſſi reclamantes de nullitate ſuæ profeſſionis audiantur; forma aſſignat judici ordinario, præcipiens non procedere in tali cauſa, quin ipſi juridicè conſtet qualiter adimpleta conditio ad quam aſtringitur reclamans, facta jam manet ante ſuum proprium ſuperiorem regularem; ſed quia replicare poterat ordinarius, procedere decretum conſilii, quando non timetur aliqua vis inferenda religioſo reclamanti à ſuo Prælato regulari; nam ſi ipſam metuat, non videtur ſacra Synodus velle in deſperationem irruere reclamantem; ideo in hoc ſiſtendū; & qualiter Tridentini verba intelligenda ſunt; & ad quę ſe extendant explicandum; utrū videlicet ſicut ad examen cauſæ nullitatis, ſic & ad providendū ſequeſtrum. (quo reclamans deducatur à Cōventu in quo domiciliū tenet, ſaltē putativum, & in altero deponatur) requiratur conſenſus Pręlati regularis:

3. Ne aliquo ambiguo obſcuremur, unum ex Diana ſuppono, à quadam paritate deſumptum in controverſia, quam excitat 3. parte tract. 1. reſol. 53. *An liceat regulari pro vi tollenda ad ſæcularia recurrere tribunalia:* §. Sed his non obſtantibus, huic argumento, quòd contra ſe efformat: *Licet vim vi repellere, & competit Regibus liberare vi oppreſſos de manu calumniatoris; ergo reſpondeo licitum eſſe vim vi repellere, quando vis eſt clara, & manifeſta; nam ſi eſt dubia, ſemper pro ſuperiore præſumendum eſt*; Ergo etſi quando certa eſt vis à ſuperiore illatâ, poſſit inconſulto ipſo, provideri ſequeſtrum ab ordinario; non autem ſi ſit dubia licebit; & inde ly; *non audiatur*, ad ſequeſtrum extenditur ſolum ne in-

Digitized by Google

conſulto regulari provideatur etſi Judice ordinario conſtet vis illata reclamanti, nec ad allegandam ſuam nullitatem impeditur, ut in cauſa num. 1. tranſcripta ex portele urgebat, (quando non miſceretur illa matrimonialis inducta) privativè ad ipſum videbatur pertinens; nec ſufficit quærela reclamantis de vi illata; inſtrumento, nam uno, aut duobus teſtibus tenetur ipſam probare, & certificari de eo Ordinarius, item advertendum à Pellizario tom. 1. tract. 3. cap. 5. ſect. 2. num. 38. quod quando irrita eſt profeſſio ab aliquo jure ſpeciali religionis, id eſt, quia oppoſita alicui ſtatuto ipſius, poſt quinquennium licet reclamare; quod idem docet N. Lanruſca in ſuo thearro regulari dictione *reclamatio*, num. 3. allegans pro ſe Bordonum; quorum ratio eſt, quia non aliter exprimitur in Tridentino reclamatio coram Prælato regulari, facienda, ac peragenda intra quinquennium à die profeſſionis; ſed Doctores infra citandi putant dari caſus in quibus ſunt audiendi poſt quinnquenium; ergo caſus putandi ſunt dabiles, in quibus reclamans non teneatur monere ſuum ſuperiorem regularem, & licere ordinario ſequeſtrare illum independenter ab alio, inde ambiguitas in ly, *non audiatur*, apparet: Laxiorem in iſto dabo gratis ſententiam, quam ſequentibus ſcribit Lezana tom. 2. ſummę lit. T. dictione. *Profeſſio regularis*, num. 21. *Dixerim, non obſtante taxatione quinquẽnii à cõcilio facta, audiri poſſe reclamantes poſt illam, ſi legitimas cauſas allegaverint ob quas non potuerint intra prædictũ tempus reclamare; ideo probabiliter ſatis non reclamantem intra quinquennium, vel quia fuit impeditus, vel quia ignoravit, juſta ignorantia ſuam profeſſionem eſſe irritam, poſſe reclamare*: ſubdens ex Suario tom. 3. de relig. lib. 5. cap. 4. num. 6. *Licet concilium dicat quinquennium eſſe computandum à die profeſſionis intelligendum eſt per ſe, per accidens vero interveniente ignorantia probabili, computandum eſſe à die quo capit quis habere ſcientiam de nullitate profeſſionis; quod confirmatur; quia Concilium voluit concedere quinquennii tempus habile ad ratificandam profeſſionem; ſed quandiu ignoratur nullitas profeſſionis non poteſt ratificari; ergo jam non debet tempus illud in hoc quinquennio computari*: at Barboſa in collectanea ad Tridentinum ſeſſione 25. cap. 19. teſtificat. *Sed hodie ut quis poſſit audiri poſt quinquennium, adit Romæ ſacram Congregationem Concilii Tridentini, ſeu alteram regularium negotiis præpoſitam, quæ prius cognitis ſaltem ſummariè nullitatibus deducendis, & juſto impedimento non reclamandi intra quinquennium reſtitutionem illius concedere ſolet*: addens, & bene, num. 11. *Ad probandam præfatam ignorantiam vel impedimentum reclamandi intra quinquennium, non ſufficit juramentum ipſius ignorantis, vel impediti.* Cui conſonat Lezana eo num. 21. *Nota autem tale impedimentum, vel ignorantiam reclamandi intra quinquennium minime probari juramento ipſius reclamantis*: Ergo ultra juramentum, ſive intra ſive extra quinquenniũ, ut audiatur reclamans requiritur, vel inſtrumento, aut ſummario quod notum fiat ordinario impedimentum, quo præter ſtatutum Concilii audiatur, à ſe ſolo independenter à conjudice deſignato regulari in ea cauſa.

4. Bene verum eſt Bonacinam tom. 1. quæſt. 2. de clauſura puncto 10. dif. 4. num. 3. exponere illam juris regulam; l. 1. cod. de annuali exceptione: *impedito non currit tempus*; ſequentibus clauſulis. *Tempus currere etiam impedito, quando tempus præfixum fuit, in favorem alterius, non vero in odium negligentiæ illius, qui agere debet, in noſtro autem caſu* (ſcilicet in eo qui poſt quinquennium reclamat) *quinquennium præfixum fuit favori Religionis, ne ultra quinquennium perturbetur; non vero in odium negligentiæ ipſius Profeſſi*: Aliamque juris regulam ex l. argentum ff. commodati (*nullus abſque culpa jure ſuo privatur*) explicandum ſub doctrinam inductam conſ. 5. n. 3. & 14. ſi jus ſit dependens à lege poſitiva non computatum inter inhabilitates, in quibus non admittitur ignorantia invincibis ad eas contrahendas, qualiter in legibus pœnalibus etenim in iſtis ad earum incurſum excuſat ignorantia invincibilis ut fusè relata 5. conſultatione: quibus poſitis diſputatur; utrum ignorans vel impeditus, qui intra quinquennium non potuit uti remedio ordinario, poſſit elapſo quinquennio uti beneficio reſtitutionis in integrum; & relicta ſententia affirmativa Bonacina, num. 4. v. ergo vero; pro negativa ſtat. *Probabilius exiſtimo nullum remedium competere Religioſo, poſt quinquennium*: & fundatur id à ſequenti paritate plauſibile, indubitabile, & apud omnes admiſſum; non audiendum reclamantem ex præciſo ſuo juramento de nullitate ſuæ profeſſionis, aut impedimento quo impotens fuit intra quinquennium reclamare; alioquin ſi ſufficeret nimis perturbarentur Religioſi à diſcolis, falſum jurantibus, prætextando ſuam fugam mendaci jurejurando de nullitate profeſſionis; aſſentiamus reclamanti nullum medium favere, quo poſsit juridicè probare ſe nulliter, ut in re fuit, fuiſſe profeſſum; tunc audiendus non eſſet abſque culpa Religioſi nulliter in re profeſsi; ergo non audiri ex Concilio, tranſacto quinquennio inhabilitas dicenda ſiquidem contrahitur quamquam inſtet ignorantia invincibilis aut inculpabilitas illius qui in eam incidit; non vero pœna exiſtimanda in cujus incurſum excuſat prædicta quæ non eſt craſſa ignorantia; & inde nec via ordinaria, aut extraordinaria audiri quit peracto quinquennio: veruntamen cum nunc non inſtet niſi ſequeſtrum cætera omitto; & cum Bonacina iudico ly, *non audiatur*, comprehendere etiam ſequeſtrum; fundaturque dictamen in tribus conditionibus inductis à Pellizario diſcutiente tomo 1. tract. 3. cap. 5. ſect. 2. num. 33. *Quot, & quæ ſervari debent ad hoc ut Regulares legitime reclament contra nullitatem proffeſſionis*: Et reſpondet: *debere ſervari tria; nimirum, ne ante reclamationem habitum Religioſum deponat; ſecundum ut cauſas præfatæ nullitatis deducat coram legitimo ſuperiore; tertium ut id fiat intra quinquennium à die profeſſionis numerandum*: ergo ſicut deficiente prima, & ſecunda conditione, in pœnam tranſgreſſionis præcepti ponitur non audiri, ita in tertia de tranſacto quinquennio intelligendum erit excepto caſu ignorantiæ invincibilis, ſi ſtatutum à ſacra Synodo in pœnam omiſsionis reclamandi oſtendatur fore de linea illatum pœnarum quæ puræ dicuntur, nam ſi admittantur eſſe de ſerie earum quæ inhabilitates etiam dicuntur, cum ignorantia invincibili contrahuntur. Urget tamen.

5. Ratio dubitandi ab eventu relato ex Navarro à Portel. 1. parte reſponſ. moral. caſu 9. num. 9. ſic. *Quidam Pater Filiam aduxit ad monaſterium, non quidem eo animo ut profiteretur; ſed ut poſtea illam è Monaſterio extraheret ac nuptui daret, moniales interim illam ſollicitarunt, ut fieret monialis; idque perſuaſerunt; & facta eſt monialis: non ſponte, ſed coactè ob importunas preces monialium; Pater indignatus obtinuit à Vicario Generali ut poſt profeſſionem ad crates inquireret ab illa an liberè eſſet profeſſa illa de intus reſpondet abſolutè ſe eſſe profeſſam; inſtitit iterum Pater, ut puella extraheretur à Conventu, & in loco libero rogaretur de conſenſu profeſſionis; illa extra Conventum poſita in loco libero, exhibito juramento à commiſſario cauſæ reſpondit, ſe nunquam habuiſſe animum faciendi profeſſionem; quo viſo ait ibi, Navarrus non eſſe ſtandum priori dicto,*

quod

Digitized by Google

quod dixit intra conventum ob metum monialium reverentialem, ſed ſtandum eſſe dicto ſeu confeſſioni facta in loco libero: Tunc ſic. Non potuit extrahi extra monaſterium antequam juramento firmaret, an ob metum reverentialem ſaltem emiſiſſet profeſsionem, niſi ob proviſum ſequeſtrum ab ordinario; ſed hoc proviſum fuit, priuſquam iuramentum de nullitate, aut valore profeſsionis ſumeretur ab illa, nam in primo examine, cum ea de intus ad crates ferreas reſpondebat, nulla mentio fit de jurejurando præſtito; niſi de ſimplici interrogatione facta de foris ab ordinario; & reſponſione de intus à Puella dicta moniali; ergo ſequeſtrari quit quælibet Religioſa, reclamans, & extrahi à monaſterio, ut libere collocata in loco tuto, & ſecuro reſpondeat ſpontane, quantumcumque non præceſſerit reclamantis juramentum: perperam ergo in caſu hoc 43. conſulto appono ordinarium ex non penetrata Portelis doctrina providiſſe ſequeſtrum penes monialem inductam in ea; igitur, valde conſone ad Franciſcani mentem providit, & exequutum fuit ſequeſtrum, quin Tridentino contraveniretur; à quo patet ſacram Synodum in illa clauſula; *non audiatur*, referendam inſinuatum non fore ut ſequeſtro extrahi non queat conjudice niſi ad examinandam principalem, de valore ſeu nullitate profeſſionis; nec ipſum ſequeſtrum ut provideatur, indiget conjudice regulari, aut quod præcedat reclamatio ante eum ſimul, & ad Diœceſanum ordinarium; in iſtoque actum facultativum admittendum privative, providendi ſequeſtrum, non inæque in cauſis nullitatis profeſſionis, quam in matrimonialibus: probatur conſequentia per transcriptum à portele eventum; etſi non immediate mediate pater illius puellæ reclamat, ex quo ipſam reclamare cenſetur, nam quæ nomine noſtro fiunt, & nos facere cenſetur; alias ex paterna qualitate videbatur ſuæ filiæ procuratorem fuiſſe, & ut reclamet Religioſus non requiritur quod propria perſona id faciat, & abundat, factum, & probatum cujuſcumque interventu legitimi procuratoris, qui nomine principalis appareat in judicio: ergo ex præciſa reclamatione nullo altero interveniente, nec juramento ex parte reclamantis poteſt ſequeſtrum provideri ab ordinario extrahique quælibet monialis à clauſura, ut in loco tuto, & omni violentia, aut metu ſepoſito, reſpondeat pro ſe, & nullitatem ſuæ profeſſionis alleget atque cauſam deducat & proſequatur nullitatis quam intendit.

6. Quidquid ſit de reclamatione, nam in ea invenio oppoſitos Doctores, cum Bordonus voce, *reclamatio profeſſionis*, reſol. 23. num. 3. tanaciter affirmet reclamationem faciendam ante ambos, ſcilicet regularem Prælatum; & ordinarium, ſive ſit ſucceſſive, ſive ſimul, etiam in nullitatibus profeſſionum provenientibus à defectu obſervantiæ ſtatutorum religionis; ſi ergo in iſto ſuffragatur juriſdictio ordinarii, quare in alio favenda non eſt autoritas ſuperioris Religionis ita ut pariter ambobus judicibus tribuatur actio, & cognitio cauſæ reclamationis ab exordio uſque ad difinitivam ſententiam de nullitate, aut validitate profeſſionis; ſed reclamatio eſt initium ſeu exordium cauſæ annulandæ, vel validandæ profeſſionis, ergo pariter hæc fieri debet antequam audiatur reclamans ad ſequeſtrum tum ante prælatum regularem deſignatum à Concilio, quam ante loci ordinarium; alioqui aliquod diſcrimen deducendum foret in prima inſtantia talis cauſæ ex ipſa ſancta Synodo, quod non aſſignabitur, privative pertinens ad ordinarium, & excludens regularem: ita ſit; quoad intentum nempe, ordinarium inductum in conſult. hac 43. non penetraſſe portelis doctrinam, deducitur ab ejus verbis in individuali caſu de quo loquitur; nam ait. *Extrahi poſſe ac debere & reponendam eſſe in loco tuto ac libero ut poſſit reſpondere ad queſtiones matrimonii & profeſſionis; facit in primis ad hoc caſus ſimilis, in cap. cum locum de ſponſalibus, ubi Papa jubet, quod ut certa fæmina reſponderet ſuper conſenſu, & cauſa matrimoniali, eam juberet judex deponi in domo aliqua; & loco ſecuro, in quo puella non timeret; & ita gloſſa ſuper dictum caput, cum locum, nihil eam timere, ait: expectare ad judicem partes reponere in loco tuto & ſecuro; id ipſum habetur ex declaratione Cardinalium ad ſeſſionem 25. cap. 11. de regularibus ubi ait; ſic declaraſſe Congregationem illam ſi monialis aut Novitia neget ſe eſſe profeſſam, ordinarius audire poteſt illam extra monaſterium; quo nihil clarius poteſt deſiderari; eandem declarationem citat Farinatius citato ſuo libro declarationum, ad ſeſſio. 25. cap. 17. de regularibus.* Idem recenſet Barboſa in collectanea ad Tridenr. ſeſione 25. cap. 17. num. 17. quid inde: totum fateor: ſed unde probatur, ut convincatur à Portelis doctrina ſummariam non præceſiſſe, quæ ordinarius certus factus de veritate violentiæ illatæ à patre, nempe à religione, ipſi reclamanti; ut poſſet tuta coſcientia monialem à clauſura extrahere, & in loco ſecuro ſecluſa omni vi, ipſam audire; nonne conſtitit ei juridice antequam extraheret ad crates interrogara, de intus reſpondiſſe abſolute, ſe ſponte eſſe profeſſam; unde patuit quod id aiebat coarctata timore ne audiretur ab aliis abſconditis monialibus; iſtud enim juridice comperſum, & probatum à patre puellæ, quia fortaſſis religioſæ quæ ocultabantur, ipſum narraſſe teſtificabat; requirens dictus monialis prætenſæ genitor ut ſub iuramento examinaret illas quæ abſconditæ erant, reſque ita indagatur, & nota paterer, cum alias cauſa marrimonialis ut præmiſſimus ageretur totumque ad convinctum, quid mirum provideri ſequeſtrum in vitandam violentiam, conſone ad decretum ſacræ congregationis; præter quam quod monialis quam Portel refert ſupponitur ab eo intra quinquennium fuiſſe; at quæ in conſultatione hac 43. inducitur tranſiviſſe quinquennium firmatur; ergo fieri debebat ſatis judici ut hic provideret ſequeſtrum, cauſas fuiſſe reclamandi poſt præteritum quinquenium; etiam laxior opinio admiſſa, non indigere per viam extraordinariam decreto ſedis Apoſtolicæ ut reintegraretur in ſua libertate, & ſufficereque ignorantiam invincibilem quam tenuit de ſuo actu facultativo in reclamandum, quem non advertit nec in mentem ejus venit niſi poſt tranſactum quinquenium; de quo aliqua tangit Garcia tom. 1. in ſua poſit. regul. tract. 3. diſ. 4. dub. 3. punct. 5. à num. 25. ad argumentum in forma, nego ſuppoſitum, videlicet ordinarium à Portelio inductum in gemino caſu ab abrupto proceſſiſſe ex præciſo dicto extra judiciali; in una enim cauſa videlicet in illa, quæ num. 1. commemoratur, quia erat matrimonialis; in altera non abſimiliter; & dato quod non eſſet matrimonialis, oportebat ſic procedere propter periculum in mora, ex eo quod juridice ipſi conſtitit violentia illata puellæ; nec medium fore quo ab ea liberaretur, ut libere veritatem reſponderet dum ipſa non extrahebatur à monaſterio.

7. Item neque oſtenditur, utrum Moniales illæ à quibus extracta fuit ea juvencula (quæ earum inſtancia moleſta & continua, ſolum contra ſuam voluntatem profeſſionem emiſit nullam, atque tum ex defectu conſenſus in votis ſolemnibus emittendis, tum ex metu invalida) juriſdictioni oadinarii tantummodo ſubdebantur; quo in eventu, ſi conventus alium non habet Prælatum, niſi ipſum loci ordinarium, duas perſonas quas exigit Tridentinum, in una coeunt,

Thoma Francez. de Vrrutigoyti. Tt

& univocantur ut dixi cum Barboſa nempè in loci ordinatio; ut communiter docent Doctores, idque præcipuè advertit Caſtro Palao citatus; & Hieronimus Garcia ubi ſupra ſpecialiter: ergo fortaſſis Vicarius Generalis in eventu quem recenſent Portel, & Navarrus, idem erat ordinatius, & ſuperior immediatus Conventus, ideoque ad diverſos opus non erat reclamare; nec indiguit ſibi conſtare peractam reclamationem ad alium quam ad ſe, prout ipſe utrumque munus gerebat; in quorum tenorem quidam Epiſcopus avocans ad ſe cauſam nullitatis profeſſionis cujuſdam religioſæ reclamantis ante ipſum, de quodam monaſterio ſuæ juriſdictioni ſubjecto, in principatu Cathaloniæ ſe ſolo audiente reclamantem, & ad hujus petitionem inhibens, ne alter de ſuis miniſtris quam ipſe, cauſam pertractaret; & ſententiam ferret; cum examinatis teſtibus, & conteſtata lite, diffinitivam ſententiam proferret; contra reclamantem, ad favorem Conventus, videlicet validam fuiſſe profeſsionem & frivolè reclamaſſe; interpoſita appellatione, in gravamine quod ſentiebat pars condemnata, deducitur cauſa ad Sedem Apoſtolicam; & in Tribunali Romano (nec quale hoc, an Sacra Congregatio Cardinalium, vel Rota, notum factum non fuit mihi) prodiit ſequens ſententia; *Male appellatum, & bene pronunciatum*; Sed pronunciatum non erat à duplici conjudice, niſi ab uno, in quo geminus concurrebat; eo quia ſubditæ immediatæ ejus erant Moniales; nec de dictis exemptis à juriſdictione ordinaria inveniebatur Monaſterium; ergo quotieſcumque iſtud ordinario ſubjicitur, is independenter à quocumque alio licitè operabitur, & ſequeſtrum, & alterum quodcumque occurrens in cauſæ cognitione; nec conjudice indigebit: noviter jam ſolvo rationem dubitandi poſitam num. 7. admitto totum antecedens; & quidquid deductum ab eo, tranſeat; quia difficile eſt intelligere à ſolo ſimplici verbo reclamantis in negotio tam gravi decretum proderet ordinarius, quin ſuam conſcientiam ſecuram faceret de non frangenda clauſura; Omitto igitur quidquid inducitur, & diſtingo conſequens: ergo extrahi poteſt ſequeſtrata qualibet Monialis ut liberè reſpondeat, convicta violentia facta, intra Monaſterium vel à ſuo Prælato, neque impedibili, tranſeat; non iſta interveniente & ſola ſimplici voce reclamantis indicata; nego; quantum ſatagunt Pontifices in obſervandam clauſuram à Monialibus; & qualiter inſudant Doctores ad caſus ſpeciales aſſignandos, juxta ſtabilita Conſult. 9. à n. 11. & quomodo præſumendum à Sede Apoſtolica ſpoliandum Monaſterium, ſeu religionem, etiam per tempus in quo durat ſequeſtrum, à poſſeſſione bonæ fidei, in qua eſt de ea perſona in jure acquiſito, non exiſtente graviſſimo motivo; & ducto judice tam levi, quale eſt verbum ſimplex mulieris; ſi ad minùs non præcedit juramentum de veritate qua ſi metus ex aliquo adminiculo in violentia illata, ſequeſtretur, & in loco tuto ponatur, ad liberè procedendum in ſua cauſa; allegandum, & probandum, quod ſibi expedit in eam proſequendam.

8. Efficax igitur argumentum hoc; à quo patet ordinarium non penetrata portelis doctrina proceſſiſſe providendo ſequeſtrum, aut non præmiſſo juramento ſaltem, vel non præcedente ſummaria de violentia allegata à reclamante; qua ſummaria ad minus ſemiplene probaretur vis; ſicque peccaſſe mortaliter extrahendo à clauſura, incidiſſeque in cenſuras latas adverſus ejus fractores; prima pars probatur: non penetrat nec, non intelligit bonæ notæ autores (qui ut magiſtri & duces venerantur atque conſonè ad jura apoſtolica ſcribere cenſendum eſt) quiſquis contra eorum mentem allegat ipſorum doctrinas; ſed contra mentem Portel allegatur ejus doctrina ab ordinario inducto in conſultatione; ergo eam non penetravit: probatur minor; contra mentem Portel eſt allegare quod aliquis à judice ſpoliatur, ſeu ſuſpendi poteſt à poſſeſſione legitima, quam tenet, quin juridicè vel in ſummaria, vel plenaria conſtet poſſeſſionem non fore legitimam; ſed non præcedente ſummaria, aut plenaria unde conſtet Conventum, ſeu religionem poſſeſſionem legitimam non tenere ſequeſtrando, ab ea tollitur poſſeſſio à qua ſpoliatur; ergo contra mentem ejus allegabitur: reſpondebis negando majorem, ſequenti paritate: ſicut enim qui in fragrantia delicti carceri mancipatur abſque ſummaria, ſi ſit vir uxoratus, per id non dicitur fœmina ſpoliari à mariti carcerato cohabitationis poſſeſſione, quia intuitu adminiſtrandæ juſtitiæ ſeparatur, uſque dum conſtet, vel puniendus vel reſtituendus ut cum propria ſponſa cohabitet, ita ſeparando monialem à ſuo conventu, hunc non ſpoliat ſequeſtro à poſſeſſione, ſed extrahit in finem adminiſtrandæ juſtitiæ, paratus ſi aliter inveniat ac allegatur religioſam reſtituendam loco à quo extraxit ſequeſtratum; quo pacto, nec dare, nec tollere poſſeſſionem ſequeſtrum dicitur, eſſeque merum depoſitum intuitu vitandi violentiam, ſeu metum, ut liber ſequeſtratus maneat in loco tuto, ad allegandum quod ſibi expediat; ergo perperam dixi inhibitum ordinarium in ſequeſtrum ex motivo non ſpoliandi conventum, ſeu religionem à poſſeſſione. Plura inculcantur (in paritate, de carcerando marito) improbabilia, & inveroſimilia; ut pacificentur id & ſequeſtrum; tranſeat antecedens de incarcerato (non ea ratione inducta) & utrobique do reſultare merum depoſitum perſonæ, quod ſtat in hoc ut committetur alicui fide digno in cuſtodiam ad indemnitatem à præjudicio uſque ad judicium de lite introducta & conteſtata: L. ex Ulpiano, L. 1. ff. depoſiti; videndus Antonius Gomez in 2. libro Suar. var. cap. 7. aſſentio diffinitioni communi depoſiti quę hujuſmodi eſt, ſtatque, in quodam contractu, quo res cuſtodiæ alienæ committitur in integram conſervandam & reſtituendam; cum hoc diſcrimine inter monialem reclamantem, ſequeſtratam, & traditam tertio in cuſtodiam ex una parte, & alia etiam, qua maritus carceratur; nam à lege, fragantia pro ſummaria habetur ex vehementi præſumptione, ſumpta ab inditio, de reperta perſona, aut in loco vel proximè ad eum ubi perpetratum fuit crimen, carceri dignum; at mera, & ſola reclamatio non gerit vicem actoris ſeu ſummariæ ad motam litem; eatenus legitimè procedit judex in carcerando maritum repertum in fragantia, quia in eo jam invenit appellitum, ſeu ſummariam equivalentem à jure, in ſpoliandam uxorem à cohabitione per illud tempus, nequaquam in caſu reclamationis penes religionem vel conventum, inditium reperitur à reclamante ore tenus producta, & ſaltem non præmiſſo jurejurando de eo collato cum aliquibus adminiculis, & circunſtantiis quibus equivalenter poſſit ſummaria putari, atque præſumi.

9. Secunda, & tertia pars deciſionis: peccaſſe ſcilicet illum ordinarium mortaliter, & incidiſſe in cenſuras latas contra fractores clauſuræ, probatur; qui ſine legitimo titulo educit, aut cooperatur educendo monialem extra clauſuram quam vovit, vel obſervat ex præcepto Eccleſiæ, læthaliter peccat, & incidit in cenſuras, ſive revera ſit religioſa, ſive nulliter profeſſa, dum conventus eſt in poſſeſſione pacifica, vera, & legitima, tractando ipſam qualiter alteras proprie dictas religioſas valide profeſſas aiente Pollizario tom. 2. tract. 10. cap. 5. ſect. 2. num. 26. *Talibus pœnis ſubjacent, non Moniales tantummodo clauſuram violantes, ſed etiam Epiſcopi cum de his expreſſa mentio fiat in citata conſtitutione Pij V. Prælatiſque regulares, ſi forte ſine juſta cauſa illis dent licentiam*

Digitized by Google

icentiam exeundi à Monaſteriis ; nec non ij qui Moniales injuſtè egreſſas comitantur , aut recipiunt cooperantes egreſſui Monialium ipſarum. Nec ad hanc incurrendam cenſuram exigi judicis ſententiam, n.29. oſtendit etſi penes alias pænas admittat requiri ; cumque excommunicationis majoris incurſſus ſupponat peccatum mortale commiſſum , inde ſi probetur ordinarium illum ſequeſtrando , & educendo monialem reclamentem incidiſſe in excommunicationem ; peccaſſe mortaliter , evidenter , concludetur ; ſed ordinarius inductus in conſultatione incidit in excommunicationem providendo ſequeſtrum ad favorem monialis educendæ ut de facto exiret à clauſura ; ergo & peccavit mortaliter : minor probatur , caruit titulo non præcedente ſummaria in providendum ſequeſtrũ ut exiret ſed qui educit de clauſura monialem ſine titulo legitimo , eam educendo incidit in excommunicationem ; ergo ea ligatus fuit prædictus ordinarius , major oſtenditur. Titulus educendi monialem à clauſura (ſive ea ſit ex vera profeſſione valida religioſa , ſive ex nulla profeſſione , habita tamen ſeu præſumpta valida , neque aliter tractata , ac cæteræ religioſæ) nullum eſt ne ab ullo jure præſumitur ſolum quia ea dicit , ſe nulliter profeſſam , aut violentiam , non præmiſſo ſaltem juramento de vi intus illata roborato aliis adminiculis ; ergo titulus non eſt quo iſto non præmiſſo excuſetur in incidendum in excommunicationem ; ſed ordinarius in hac 43. conſultatione , ut ipſe aiebant conſulentes confeſſus fuit ſolo ſimplici verbo monialem eduxit , ergo &c. confirmatur à paritate de matrimonio carnali in quo uxores alligare aſſolent in ſequeſtrum obtinendum ſævitiam mariti contra eas ; nonne peccabit mortaliter judex , providendo ſequeſtrum uxoratæ ſollummodo quia maritato ſimplici verbo profert ſævum ſponſum contra eam quin aliquibus indiciis id manifeſtetur ; aut ad minus ſub juramento talis reclamans in ſequeſtrandam ſecurum faciat judicem , quod ſic vel ſic executa fuit ſævitia in tali , vel tali occaſione ? culpam igitur committit læthalem , quia titulum non tenet ſeparandi ſponſos à cohabitatione ; quo pacto conſtitutiones ſynodales variarum Diœceſum , modum & formam provident , ad ſequeſtrandos uxoratos ; caventque & monent judices ut attendant mulierum mendatia in fingendis ſævitiis ut ſequeſtrentur , ſtabiliuntque niſi his vel illis concurrentibus non audiendus : ergo plus id obſervandum occurrente fractione clauſuræ , quæ indiſpenſabilis eſt niſi beneplacito apoſtolico ; id non tenuiſſe eum ordinarium patet ab ipſo facto ; nec ignorantia invincibili excuſari quibat cum nec bona fides nec admittatur in judice dum à ſuo officio deficit ex abrupto operans , nec conſilium proprium , vel alienum non ſpectans.

10. Dicis ergo Monialis ſequeſtrata, & quotquot ſequeſtro cooperarunt , imo & antiſtes cujus miniſter erat ordinarius , & peccarunt mortaliter , & in excommunicationem inciderunt : Bonacina tom. 1. q. 1. de clauſura punct. 4. num 5. in hujus incidentis deciſionem , doctrinam perutilem præmittit ſcribens. *Prædictis pænis ligari comitantes , ac recipientes moniales injuſtè egreſſas , ſive comitantes , ſive recipientes ſint religioſi , ſive ſeculares , quia textus de his omnibus loquitur ; hoc tamen intelligendum videtur de illis qui ſuo comitatu , vel receptione cooperantur egreſſui , vel perſeverantiæ , & egreſſui ; ſicut enim excommunicatio lata in fautores , vel receptores hæreticorum intelligitur de fautoribus vel receptoribus formaliter ; id eſt cauſa hæreſis, non verò alia de cauſa; intelligenda videtur præſens conſtitutio ; ex quo licet inferre eum , qui cauſa urbanitatis , vel amicitiæ , vel conſanguinitatis monialem illicitè egreſſam comititur , vel recipit , non incurrit prædictas pænas , modo illius delicto non faveat* ; & allegat Rodriguez ; Lamas , & alios ; eadem ratione eximendi ſunt quicumque bona fide illum egreſſum à clauſura , comitantur , ut miniſtri miſſi in exequendum ſequeſtrum etiam illicitè ab ordinario proviſum , imo & Epiſcopus cujus erat Vicarius generalis ſequeſtrator , dum ei non conſtaret evidenter peractam quin præceſſiſſet ſummarium ; advertendum hoc diſcrimen in comitantibus eam , & antiſtitem audientes omnes ſequeſtrum illicitè proviſum , quod iſte tenebatur impedire executionem illius uſquequo ipſi conſtaret licitè poſſe provideri , & ita dum conquerebatur pars læſa de injuſta eductione à clauſura à proviſore Vicario generali , obligabatur antiſtes ſequeſtratam illam cum indemnitate perſonæ , ſuo Monaſterio reſtituere in clauſuræ obſervantiam, examinans cauſas revocando nulliter proviſum ſequeſtrum , & conſonè ad illas, aut novum providere , ſi legitimæ , & ſufficientes erant , tuncque extrahere , vel denegare dum inſufficientes inveniabantur in re enim tam gravi in qua tantopere decreta apoſtolica cavent, cautelantque exilium monialis quæ voto , aut præcepto tenetur ad clauſuram non quomodocumque procedendum , niſi ex urgentiſſimo motivo , atque inevitali, nam aliter non putandum à ſede apoſtolica delegatam autoritatem gravis difficultas , in qua varii ſunt Doctores videndi in Garcia tom. 2. ſuæ politicæ tract. 13. dif. 1. dub 13. utrum inconſulto Epiſcopo poſſit ejus proviſor ſeu Vicarius generalis religioſam extrahere à clauſura. Affirmant aliqui , negant alii ; quod ſi ita ut hic ſtat efficax argumentum adverſus illum qui proviſit ſequeſtrum, nec ullus putandus Epiſcopus qui ita ut proviſum aſſeritur , licenciaret. Ergo aſſentiendo antiſtitem non peccaſſe ; id ipſum profeto circa illos qui dicuntur cotantes ſeu educentes ipſam , quamquam ſuſſurrationes perciperent de ſequeſtro illicitè proviſo, licet enim comitabantur illam , & cooperabantur in comitatu , quia non aſtringebatur credere dicteriis extra judicialibus ; & bona fides favebat eis ; ſicut Moniali egreſſæ , quando non aſtricta juramento , hæc nec Monita quod tam ex abrupto & illicitè procedebat ordinarius excuſans illam ignorantia invincibilis ducta eodem modo , quo ſubditus obediens ſuo ſuperiori præcipienti ipſi aliquod nõ cadẽs ſub ſua juriſdictione, & ignorans an evehat in paritione non vituperabiliter , nam procedit in bona fide : ſic in quadam viſitatione inveniens Provincialis Prælatum localem Conventus impoſuiſſe præceptum ſanctæ obedientiæ cuidam ſubdito in eo quo à ſtatutis generalibus talis ordinis inhibebatur ; ſubditi paritionem laudavit , & Prælati audaciam in uſurpanda juriſdictione , & abutenda poteſtate , punivit ; cujus ratio eſt ; quia bona fides ſuffragabat ſubditum qui non in verosimiliter , & piè judicando in præcepto impoſito commiſſam ſibi facultatem à Provinciali , vel Generali ; ut Superior localis id ei juberet ; ut tali Prælato præcipienti à bona fide non excuſabat cum hæc deficeret in illo ; ergo ſolus ordinarius in caſu conſulto videtur reus ad incidendum in cenſuras contra illos qui de clauſura ex abrupto educunt religioſas , ſive ſint veræ profeſſæ , ſive in litigio ponant cauſam nullitatis profeſſionis , nam ex quo hac durante præcipit Tridentinum non dimittendum habitum , in clauſura , & aliis ſic ſe gerendum cum ea diſponere videtur qualiter ſi vera profeſſa fuiſſet ; & rectiſſimè quia ſpolianda non erat religio à poſſeſſione legitima , in qua erat ; ita nunc iſtud maneat , nam conſultatione 50. fuſus erit ſermo de cauſis , & circunſtantiis concurrentibus , ut licitus ſit exitus , non occurrens violentia quæ minatur à proprio conventu , ſeu religione conſtans in ſummaria ſaltem.

Digitized by Google

11. Præterea ut quam ineptè in ſequeſtro proceſſerit ordinarius religionem ſpoliando à legitima poſſeſſione in regimine illius Monialis cui ſupponitur nuſquam aliqua violentia ei incuſſa, conſequenterque: nec Portellis doctrinam penetraſſe, nec tuta, ſecuraque proceſſiſſe conſcientia & ſimplici monialis verbo providendo ſequeſtrum & extrahendo eam à clauſura quidquid ſic de diviſione depoſiti L. 1. ff. de depoſitis Cabreros in methodica delineatione de metu lib. 2. cap. 4. num. 6. ita habet: *ſequeſtratio eſt rei poſſeſſe de qua litigatur fructum ejus à poſſeſſore partium conſenſu aut judicis officio ex cauſa facta ſeparatio.* Doctores & rationes plures allegans in practicam hujus diligentiæ, qua muniri debet quodlibet ſequeſtrum, ut ſive procedat à partium conſenſu concordi, ſive ex officio à judice, provideri; neque ait niſi cauſa facta; & præ conſideratione tenendum, aliud fore cauſam factam; alterum inchoatam: inchoare eam indicat fieri, non factum eſſe; ergo dum in providendum ſequeſtrum ſupponatur cauſa facta, non ſufficiet reclamatio, quæ inchoata cauſa ad ſummum dici quit; ergo nullum erit ſequeſtrum proviſum ſine cauſa facta; ſed judex operans ex ſequeſtro ſine cauſa facta (ſaltem per ſummarium) à bona fide & ignorantia invincibili excuſari nequit, ergo incidit in reatum & cenſuras annexas operationibus attentatis & indebitè factis: ergo quia ordinarius nondum cauſam factam ſuppoſuit in ſequeſtro proviſo, niſi ad ſummum inchoatam nulliter iſtud proviſit, ergo educens à clauſura monialem ex ſequeſtro nullo incidit in cenſuras latas contra fractores clauſuræ: ſatisfactus enim requiritur quod ſit ſi expedit promptitudo de violentia quæ timetur: Ad quod confirmandum eſt elegans doctrina ejuſdem Cabreros cap. 4. citato num. 77. Ubi diſputans. *An ſequeſtrum aliqua cauſa debitori factum, judicis autoritate alicui præcipientis ne ſuo creditori ſolvat; in ipſo debito factam executionem impediat, & talem exceptionem legitimam eſſe ad impediendum hujuſmodi exquutionem.* Et reſpondet cum illis quos allegat. *Quod ea exceptio judicis debet impedire viam exequutivam; ſed quod judices ſolent non obſtante interdictione, ne creditori ſolvatur, reum debitorem condemnare, oblata illi cautione indemnitatis:* relativum, *illi*, ad creditorem refertur; cur danda eſt cautio indemnitatis antequam exequutioni mandetur ſeu provideatur ſequeſtrum; nonne quia aliter operando à poſſeſſione bonæ fidei in qua creditor eſt ſpoliaretur contra debitorem ut ab iſto ſolvatur illi, quod ſuum fore intendit; ergo bonæ fidei creditor qualis eſt conventus, & religio contra monialem reclamantem debitricem, præmonenda, oblata ei cautione indemnitatis, antequam ſequeſtrum provideatur, aut proviſum exequutioni mandetur; ne ſpolietur à poſſeſſione in qua eſt pacifica & præſcripta, conſona ad ſuam bonam fidem; fortaſſis præveniens Tridentinum ea ceſſione 25. talem indemnitatis cautionem, ſtatuere videtur non audiendos reclamantes dum habitum dimittunt; & in ipſam confirmandam, & favendam riligioni, priùs nominat Prælatum regularem quam loci ordinarium, inſinuans, huic non dari facultatem ad procedendum in cauſa reclamationis non adhibita cautione indemnitatis conventui, ſeu religioni gerenti vices creditoris de perſona ſive monialis, ſive religioſi, dum reclamando ſe ponit in linea debitoris, ut probet injuſtum fuiſſe poſſeſſionem ut ſit ſub illius obedientia, nec de familia ipſius computandus quiſquis intentat ſequeſtrum ad annullandam profeſſionem; hæc autem cautio, nullo melius datur ab ordinario, velut ſignificando conventui, aut religioni ſummaria ſive ſcripta, ſive verbalis, ut ei conſtet proviſum ſequeſtrum aut quia conſervat jus reclamandi intra quinquennium, vel ſi extra iſtud, eo quod impeditus non potuit eo tempore inquirere ſibi remedium, ſeu quia a Sede Apoſtolica reintegratur; cum autem, nihil horum præceſſerit in ordinario ex hac conſultatione inducto injuſtè ſe geſſit in ſequeſtro.

12. Advoco pro coronide in denotandum dolorem religionis injuſtè ſpoliatæ à poſſeſſione, quæ indebitè ablata fiat ipſi propter ſequeſtrum, illud quod Tertulianus lib. de patientia cap. 17. introducit vocans Deum patientiæ ſequeſtratorem, cujus verba tanto profundiora reperientur, quanto magis ſuccinctè leguntur; *Adeo ſatis idoneus patientiæ ſequeſter Deus, ſi injuriam poſueris penes eum; ultor eſt, ſi damnum reſtitutor eſt; ſi dolorem, Medicus eſt; ſi mortem reſuſcitator eſt:* Ubi luculenter Pamellius n. 100. in Commentario inquit. *Rhenanus dictum à viro undequaque doctiſſimo ſequeſter eſt? Modeſtino Juriſconſulto diffiniente, apud quem plures eandem rem, de qua controverſia eſt deponant; ſic dictus, autore labino, quem citat Aulus Gellius, quod ejus utraque pars fidem ſequatur:* Quidquid ſit de voce in Commentatore, abundè explicata ſuperius in hoc quod ſequeſtrum validum ſit, utraque pars debet noſcere, tam perſonam gerentem, vicem creditoris, quam debitoris; quid de ſequeſtrandis, & quo in loco deponuntur; quam apte vocat Deum ſequeſtratorem patientiæ in his in quibus nos injuſtè quatimur: noſtram tollerantiam, modeſtam, atque virilem in ſua acceptatione deponit, nam ſi damno aliquo præjudicamur, ultor & reſtitutor ſit Numen Divinum, contra iniquè invadentem, ut reintegremur abundatius in omne quod ablatū illicitè à nobis habetur; quod ſi dolor incutitur ab injuſtitia, Medicus conſtitutus divinus ſequeſter, medelam applicat vulneri in levamen, dolori lenitivum; ſi tamen in mortem corporis perveniat patientia, reſuſcitator eſt donans corpori beatas dotes: quid mirum, tam cordata ſuſtinentia in religioſo monaſterio de ſequeſtro injuſtè proviſo? Ejuſdem vocis memor idem Cartaginenſis lib. de reſurrect. carnis cap. 38. fatur. *Etenim ſi ad fidem potius ſequeſtrandam, de fide reſurrectionis:* quam clauſulam ſic explicat Pamellius num. 273. *Id eſt, ut ita dicam, certificandam & ſecuritati vindicandam:* Obſcura expoſitio; judico Tertuliani profunditatem ſic deducendam, vocando fidem ſequeſtrandam; loqui in hunc ſenſum; quando Tyrannus Martyrem invadit, & mendacio ſimulans, decipere intendit eum, quem in fidei catholicæ odium perſequitur, auferre ab ipſo tentans legitimam poſſeſſionem fidei veræ, in qua variis ſignis ſe poſſeſſorem verum & legitimum demonſtravit Martyr, inquietans radicatam & indubitatam poſſeſſionem, tunc ſecuritati vindicandam, explicavit Pamellius, ideſt; ille contra quem ſit ſequeſtratio potius de fide reſurrectionis in mortalē vitā ſecurior manebit; & ſequeſtrans, tanto injuſtior procedet, quanto iniquior in tollendo intentans id in quo invenit legitimum poſſeſſorem, lædens, atque vulnerans patientiam ſuſtinentis; & cap. 52. ejuſdem libri de carnis reſurrect. ut annuntiet qualiter Deus reſtituit corpori poſt mortem animam, quam ſeparavit impior violentia eadē utitur phraſi exemplo ſeminū, quæ ut fructificent deponuntur in terra, & ibi abſconduntur: *quia & ſeminibus ſequeſtratorium terra eſt, illic deponendis, & inde reponendis:* Sequeſtratorium vocat locum, ubi res ſeqeuſtrata deponitur ſine minima jurium læſione illorum, à quibus poſſeſſio, taliter qualiter, vel uſus tollitur, in repetendum ablatum, ſi jus convincitur quod dubium erat: ergo in ſequeſtro Monialis dubium cum fundamento præcedere debuit ut provideretur ad favorem ejus ſequeſtrum juſtum; ſed dubium non poterat reſultare juridicum ex ſimplici voce, ſeu dicto Monialis; er-

Digitized by Google

go ut licitè provideretur ſequeſtrum, ſaltem tenebatur præceſſiſſe juramentum, & ſummaria; alias; ſequeſter Deus patientiæ religioſæ reſtitutor erit aut ultor, & ſi dolorem incutiat, medicus pientiſſimus.

CONSULTATIO XLIV.

De Communione Monialium, aliquando abſque prævia Confeſſione Sacramentali, directione Confeſſarii ordinarii illarum.

DE inſtantia, ſive politico mandato cujuſdam antiſtis Tiraſſonenſis, fratris mei majoris natu uterini commiſſionem tenui, viſitandi quoddam Monialium Monaſterium ſuæ Juriſdictioni ſubjectum inveni in regimine ſpirituali confeſſarium illarum ordinarium diſponentem communiones ſacramentales religioſarum (quæ perfectionis tramitem ſolertiſſimè curabant, tum in receſſu à colloquiis, quæ ſpiritualia non forent; tum in regulæ, & ſuorum ſtatutorum ſtrictiſſima obſervantia, tum in continua oratione mentali & præſentia Dei habituali, corporeiſque mortificationibus) itaut die jovis omnes pænitentiæ ſacramentum acciperent; & tunc communicarent; die vero veneris & Sabbato abſque prævia confeſſione eas communicabat; dominica die iterum Sacramentum pænitentiæ adminiſtrabat, & communionem præbebat; quam die Lunæ, & Martis ſicut in Veneris, Sabbatiſque die fiebat: inde ſolummodo à communione vacabant prædictæ religioſæ in quaque hebdomada feria quarta, dicta Mercurii dies, dum in ea non occurrebat feſtum de Chriſto Domino, aut ejus Virgine Matre, vel de Apoſtolis, ſeu ſanctis religionis in quorum ſolemnitatem concurrebat indulgentia conceſſa benignitate Sedis Apoſtolicæ: quamquam enim Ordini ſubjectæ non forent tales religioſæ, omnibus illius privilegiis ſuffragabantur per tradicta, cum Bordono & aliis à Diana part. 10. tract. 13. reſol. 24. §. *Sed difficultas qui poſtquam illum allegaſſet pro oppoſito, ait. Sed ipſe Bordonus poſtea n. 69. affirmativam ſententiam tenet; & ideo docet quod dicta Moniales quandiu vivunt ſub illo inſtituto, & ordine ſandiu gaudent illius privilegiis, ſed per exemptionem à Superioribus regularibus, & ſubjectionem Epiſcopis.* Igitur aliquæ de inductis in hac conſultatione Moniales ſcrupulizantes majorem anhælantes perfectionem intendebant mandatum imponi, ne ulla ab eis fieret communio abſque confeſſione prævia, & quia noviter inſtat decretum ſacræ Congregationis tranſcribendum n. 3. conſone ad ipſum nunc fixam ſumere reſolutionem intendo de eodem quod tunc judicavi, & in ſimilibus operandum.

SUMMARIUM.

TENOR decreti Sacra Congregationis penes quotidianam communionem, n. 1.
Debito modo, & fervida diſpoſitione peragenda communio, n. 2.
Pabulum ſacrum à recipientis indiſpoſitione, in ſalubres impeditur effectus, n. 2.
Viſitatores Conventuum examinent qua diſpoſitione ſit communio, n. 2.
De Confeſſario penes profectum ſpiritualem pœnitentis, n. 2.
Motiva quibus quandoque expedit privare Euchariſtia receptionem aliquem, n. 2.
Obligatio pænitentis in parendo confeſſarium, n. 2.
Angelicus Doctor de communione quotidiana, n. 3.
Impedimentum in nobis, à nobis in communionem, n. 3.
A ſacra Congregatione examen confeſſario committitur, n. 3
Ratio dubitandi, n. 3.
De communione tempore Apoſtolorum, n. 3.
Prudentia, qua tunc dirigebatur communio, n. 3.
Fixa regula non aſſignanda pro quotidiana communione, n. 4.
Mens Scoti de confeſſione præcedente ad communionem, n. 4.
Inconvenientia inter Moniales, ſi ad iſtam confeſſio non præcedit, n. 4.
Dilema advertendum, n. 4.
Zelus indiſcretus tenacitatem parturit, n. 4.
De communione facta à Generali Societatis, non præcedente confeſſione, n. 5.
Conceſſo id, non urget pro aliis caſibus, n. 5.
Sigilli fractio periclitatur, ſi confeſſio non præcedit, n. 5.
Frivola cujuſdam confeſſarii ſolutio, n. 5.
Mandatum de præcedente confeſſione ad communionem non tangit frequentiam communionis, n. 5.
Peccata venialia, vel mortalia confeſſa valde meritoria clavibus Eccleſia iterum ſubjiciuntur, n. 5.
Incommoda ab hoc quod qui ſpiritus magiſter eſt, erret, n. 5.
Quid, ut perfectiùs operetur ſubditus, n. 5.
Deceptio confeſſarii quarumdam Monialium, n. 6.
Facultas in religione præcipiendi confeſſionem de venialibus, unde, n. 6.
Prævia diſpoſitio ad recipiendam Euchariſtiam, n. 6.
Sacrilega communio, quando, n. 6.
Reverentia debita Euchariſtia, n. 6.
Quid dum deficit copia confeſſarii, ut celebret Sacerdos, n. 6.
Nulla communio Laïcalis peragenda non præcedente confeſſione, n. 6.

Digitized by Google

Qui ad Euchariſtiam accedit non prævia confeſſione, ſine magna reverentia, & ſanctitate accedit, n. 6.
Adjectivum, magnum, *expoſitum, n. 6.*
Devotio accipit emolumentum magnum in communione ex prævia confeſſione, n. 6.
Narratio vera de eventu Generalis Societatis, n. 7.
Infirmo abreviandum Viaticum, ne ſine illo decedat, n. 7.
Proximè præcedens, præſenti æquivalet, n. 7.
Communio triplex, digna, indigna, & non digna, n. 7.
In mortis articulos obligat præceptum confeſſionis, n. 7.
Diſcrimen Sacerdotis celebrantis, ex non prævia confeſſione à laïco communicante, n. 8.
De communione facta die Paraſceve à Sacerdote conſumente ſpecies panis anteriori die conſervatas, n. 8.
An talis communio Laïcalis, vel Sacerdotalis, n. 8.
Significatio ſacramenti Euchariſtiæ, n. 8.
Præcedens confeſſio conſignat communicantem laïcum ſenſibiliter membrum Chriſti, *n. 8.*
Curioſum examen de caſu poſſibili, n. 8.
Exceptio penes juſtificationem revelatam, n. 8.
Revelatio quædam facta Deiparæ à Conceptionis inſtanti, n. 8.
Dei genitrix qualiter incapax recipiendi ſacramentum pænitentiæ, n. 8.
Privata revelatio de eo quod quis ſit juſtificatus, n. 9.
Iſte commodo confiteri teneretur, n. 9.
Diſcutiendi omnes actus humani, antequam Euchariſtiam ſumamus, n. 9.
Quid probare ſe ipſum, n. 9.
Caietanus de triplici communione, n. 9.
Quomodo intelligitur clauſula; ſufficit ſe ipſum probare, *ad non indignè communicandum, n. 9.*
Sed non ſufficit ad dignè ſumendum, n. 9.
Sanctus Auguſtinus, neque approbat, neque damnare audet quotidianam laïcorum communionem, n. 9.
Liranus de eodem pro frequentenda Euchariſtia, n. 10.
Mirifica collatio Zachei cum centurione, n. 10.
A contextura diſcrimen Zachei à centurione, n. 10.
Significatio hujus vocis hodie facta in promiſſione Chriſti Zacheo, n. 10.
Magna centurionis fides, ex quo, n. 10.
Differentia Patris ſpiritualis confeſſario, n. 10.
Simpliciter melius, non ſemper melius, *n. 10.*
Bonus Paſtor quibus circunſtantionatur, n. 11.
Ad annuam confeſſionem, qui ex præcepto tenetur, n. 11.
Glorificatur Deus, & laudatur à confeſſione ſacramentali, n. 11.
Quid proteſtatur pænitens confeſſionem ſacramentalem faciens, n. 11.
Zelus indiſcretus, unde, n. 11.
Hipocritæ bonum Paſtorem non imitantur, n. 11.
Chriſtus, Bonus Paſtor, ovem interventu ſacramenti pænitentiæ quærit, n. 11.
Sæpe illuſio, quod putatur divina revelatio, n. 11.
Scandalum quando quis vitare tenetur, n. 12.
Phariſæorum ſcandalum, quale, n. 12.
Admirabiliter paſſivum vitatur ſcandalum, n. 12.
Fundatum, dictum paſſivum, & activum, n. 12.
Suſpitio malitioſa, quæ, n. 12.
Sine fundamento judicium, quando, n. 12.
Caſus de muliere vitante ſcandalum, n. 12.
Ex fortuitis eventibus nullus privandus ſpirituali fructu, n. 13.
A frequentibus confeſſionibus, potius vitantur monialium correſpondentia, n. 13.
Laudandæ frequentes, ſeu quotidianæ communionnes, n. 13.
Nentiquam ſi debitè non fiant, n. 13.
Temperanda, non damnanda, nimia devotio ad communionem, n. 13.
Spiritus ſancti lingua in novo decreto expreſſa de communione, n. 13.
A confeſſione ſacramentali frequentata, virtutes augent, n. 13.
Abuſus in juriſdictione expoſitus, n. 14.
Peccatorum venialium confeſſio valde diſponit ad communionem, n. 14.
Cur præcipi poteſt aliquando confeſſio venialium, n. 14.
In pænam delicti quis communione privatur, n. 14.
Relatio de ſancto Luiguarda, n. 14.

QUIA poſt deciſam hanc conſultationem prodiit decretum Apoſtolicum à ſacra Congregatione in cujus conſonantiam loqui tenemur nec in iſta diſcrepare, quidquid præceſſerit in autoribus, ut quocumque reſolvendus eſt ipſi conformè appareat libuit de verbo ad verbum tam ſalubre decretum, animarumque expediens edictum tranſcribere ut hinc pateat diſpoſitio requiſita ad tot fructus de tanto Sacramento ab animabus capiendos, & ne fraudentur ab eis ex zelo indiſcreto, per imprudentem ignorantiam qua fallitur quandoque fragillitas humana nimia ſæpe, ſed neceſſario cohibenda apoſtate pientiſſima Eccleſiæ.

Decretum circa Communionem quotidianam.

2. Cum ad aures S. D. N. fide dignorum teſtimonio pervenerit in quibuſdam Diœceſibus vigere uſum quotidianæ communionis etiam in ferio 6. paraſceve, & ſimul affirmari eandem quotidianam communionem præceptum eſſe à jure divino, quin etiam in illius adminiſtratione aliquos abuſus inoleviſſe videlicet quod aliqui non in Eccleſia, ſed in privatis Oratoriis, & domi, imo cubantes in lecto, & non laborantes ulla gravis infirmitatis nota, ſumant ſacroſanctam Euchariſtiam, quam argentea Theca incluſam in crumena aut ſecreto illis deferunt Sacerdotes ſæculares, aut regulares, aliique in communione accipiunt plures formas ac particulas, vel grandiores ſolito; an tandem quis confiteatur peccata venialia ſimplici Sacerdoti non approbato ab Epiſcopo, aut Ordinario. Cum autem hæc ſanctiſſimus conſideranda commiſerit Sacræ Congregationi Cardinalium, Concilii Tridentini interpretum, eadem Sacra Congregatio prævia matura diſcutione ſuper prædictis unanimi ſententia ita cenſuit.

Etſi frequens quotidianuſve ſacroſanctæ Euchariſtiæ uſus à SS. Patribus fuerit ſemper in Eccleſia approbatur; numquam tamen aut ſæpius illam percipiendi, aut ab ea abſtinendi certos ſingulis menſibus aut hebdomadis dies ſtatuerit, quos nec Concilium Tridentinum præſcripſit, ſed quaſi humanam infirmitatem ſecum reputaret nihil præcipiens, quid cuperet tantum indicavit, cum inquit optaret quidem ſacro Sancta Synodus ut in ſingulis miſſis fideles aſtãtes ſacramentali Euchariſtiæ perceptione communicarent; idque non immetito; multiplices enim ſunt conſcientiarum receſſus, variæ ob negotia alienationes; multæ contra gratiæ & Dei dona parvulis conceſſa; quæ cum humanis occulis ſcrutari non poſſimus, nil certè de cujuſque dignitate atque integritate, & conſequenter de frequentiori aut quotidiano vitalis panis eſu poteſt conſtitui.

3. Et propterea quod ad negociatores ipſos attinet, frequens ad ſacram alimoniam percipiendam acceſſus confeſſariorum ſecreta cordis explorantium

Digitized by Google

judicio eſt relinquendus, qui ex conſcientiarum puritate & frequentiæ fructu, & ad pietatem proceſſu, laicis negociatoribus, & conjugatis quod proſpicient eorum ſaluti profuturum, id illis præſcribere debebunt in conjugatis autem hoc amplius animadvertent cum Beatus Apoſtolus nolit eos invicem fraudari niſi fortè ex conſenſu ad tempus ut vacent orationi eos ſerio admoneanr tantomagis ob Sacratiſſimæ Euchariſtiæ reverentiam continentiæ vacandum, puriorique mente ad cæleſtium epularum communionem eſſe conveniendum.

In hoc igitur Paſtorum diligentia potiſſimum invigilavit, non à frequenti, aut quotidiana ſacræ communionis ſumptione unica præcepti formula aliqui deterreantur, aut ſumendi dies generaliter conſtituantur, ſed magis quid ſingulis permittendum per ſe aut Parrochos ſeu Confeſſarios ſibi decernendum putet; illudque omninò provideat ut nemo à ſacro convivio, ſeu frequenter ſeu quotidie acceſſerit, repellatur.

Et nihilominus det operam ut unuſquiſque digne pro devotionis & preparationis modo rarius aut crebrius Dominici corporis ſuavitatem deguſtet.

Iidem Moniales quotidie Sacram Communionem petentes admonendæ erunt ut in diebus ex earum Ordinis inſtituto, præſtitutis communicent; ſi quæ verò puritate mentis eniteant & fervore Spiritus ita incaluerint ut dignè frequentiore aut quotidiana ſanctiſſimi Sacramenti perceptione videri poſsint, id illis à Superioribus permittatur.

4. Proderit etiam præter Parrochorum & Confeſſariorum diligentiam, opera quoque concionatorum uti & cum eis conſtitutum haberi ut cum fideles ad ſanctiſsimi Sacramenti frequentiam (quod facere debent) accederint, ſtatim de magna ad illud ſumendum preparatione orationem habeant, generatimque oſtendant eos qui ad frequentiorem, aut quotidianam ſalutiferi cibi ſumptionem devoto ſtudio excitantur debere, ſive laici negociatores ſint, ſive conjugati, ſive quicunque alii ſuam agnoſcere infirmitatem ut dignitate Sacramenti aut divini judicii formidine, diſcant cæleſtem menſam in qua Chriſtus eſt revereri: & ſi quando ſe minus paratos ſenſerint ab ea abſtinere, ſeque ad majorem præparationem accingere.

5. Epiſcopi autem in quorum Diœceſibus viget hujuſmodi devotio erga Sanctiſsimum Sacramentum pro illa gratias Deo agant, eamque ipſi adhibito prudentiæ & judicii temperamento alere debebunt; & ab eorum officio poſtulari ſibi maximè perſuadebunt nulli labori, aut diligenriæ parcendum ut omnis irreverentiæ & ſcandali ſuſpicio in veri & immaculati agni perceptione tollatur, virtuteſque ac dona in ſumentibus augeantur; quod abundè contingef ſi ii qui devoto hujuſmodi ſtudio divina præſtante gratia tenentur, ſeque ſacratiſsimo pane frequentiùs refici cupiunt, ſuas vires expendere, ſeque probare cum timore & charitate aſſueverint, quibus Chriſtum Dominum, qui ſe fidelibus manducandum, & ſe pretium in morte tradidit, atque in cæleſti regno ſe præmium eſt daturus, præcatur ſacra congregatio, ut ſuam opem ad dignam præparationem, & ſumptionem largiatur.

6. Porro Epiſcopi, Parrochi, ſeu Confeſſarij redarguant aſſerentes communionem quotidianam eſſe de jure divino; doceant in Eccleſiis ſeu oratoriis privatis ex diſpenſatione ſeu privilegio de manu Sacerdotis ſumendam ſanctiſſimam Euchariſtiam, nec eam ullo modo deferendam in crumena aut ſecreto ad exiſtentes domi, vel cubantes in lecto, quam ad infirmos qui ad illam ſuſcipiendam ad loca prædicta accedere non valeant, & ad eos ſi ab Eccleſia defeatur publicè, & cum pompa juxta formam Ritualis Romani, ſi vero ab oratorio privilegiato cum forma docenti? Curent etiam ut circa communionem in feria 6. Paraceve miſſalis rubricæ & Eccleſiæ Romanæ uſus ſerventur.

7. Inſuper admoneant nulli tradendas plures Euchariſtiæ formas, ſeu particulas, neque grandiores, ſed conſuetas. Non permittant, ut venialium confeſſio fiat ſimplici Sacerdoti, non approbato ab Epiſcopo aut ordinario. Si Parrochi confeſſarii, etiam regulares, aut quicumque alii Sacerdotes ſecus egerint, ſciant Deo optimo maximo rationem reddituros eſſe, neque defecturam, Epiſcoporum & ordinariorum juſtam, atque rigoroſam animadverſionem in contra facientes etiam regulares, etiam ſocietatis Jeſu facultate ipſis Epiſcopis & ordinariis per hoc decretum per ſedem Apoſtolicam ſpecialiter attributa.

Et facta de præmiſſis omnibus ut de verbo ad verbum relatione, Santitas ſua approbavit, ac præſens decretum typis dari ac publicari voluit, in quorum datum Romæ 12. Februarii 1679.

F. Card. Columna pref.

S. Archiepiſcop. Brancatius Epiſcop. Viterviens Secret.

Die 15. Menſis Februarii 1679. ſupradictum decretum affixum & publicatum fuit per urbem ad Valvas curiæ & in acie campi floræ ut moris eſt, per me Egidium Felicem S S. D. N. P. curſorem.

Pro Domino Magiſtro curſorum Gregorius ſtagius. Apoſt. curſ.

4. Nihil mihi conformius in his quæ penes hanc 44. conſultationem elaboraveram, velut ſupra ſcriptum decretum; in quo non damnatur frequens, aut quotidiana communio, imo à contrario laudatur, & inſtruitur peragenda; verumtamen non quomodocumque, ſed debito modo, & ſervida diſpoſitione, ne tantum pabulum à noſtra indiſpoſitione impediatur, ut ſalubres cauſet effectus, tot & tam multiplices, quos lingua exprimere non ſufficit, & expertus digna ſumptione percipere quit; remittens igitur ſacra congregatio Monialium communiones, ut liquet in decreto n. 6. ad ordinis inſtitutionem, januam non claudit ad frequentiores, vel quotidianas; committens ſuperioribus quid in eis permitendum; nihil mirum me ex munere viſitatoris procedre in examen tot frequentium communionum quæ Religioſis diſponebantur à confeſſario, præcipuè inveniens aliquas ab eo diſpoſitas non præcedente Sacramento pænitentiæ quod meo videri eſt medium opportunius & diſpoſitio accommodatior in fructus Euchariſticos ſuſcipiendos; & primo advertendam judico neceſſariam quod præmitit Joannes Sanchez in ſuis ſelectis diſp. 31. arguens diſcrimen de confeſſario, qui penitentis ſit Paſtor, ſeu Parrochus, ab alio, qui hoc munere non fungatur; & num. 9. ſcribit. *Si confeſſarius propius Parrochus ſit, tenetur non ſolum ex' charitate, & miſericordâ; ſed etiam ex juſtitiâ ſui officii confeſſiones quotidianas audire, muneris namque illius eſt neminem à profectu ſpirituali arcere, non tantum impedimentum non apponendo, ſed etiam opera neutiquam negando.* Seſe remittens ad ea quæ fundaverat diſp. 27. à n. 6. ubi diffunditur probando peccare Parrochum, non adminiſtrantem unctionis ſacramentum puero moribundo, qui ob defectum ætatis numquam ſuſcepit Euchariſtiam; de confeſſatio vero qui Parrochus non ſit, ea diſp. 31. n. 17. fatur. *Si vero confeſſarius Parrochus non ſit, nullo modo tenetur nec quidem ſub veniali ex charitate (ex juſtitia manifeſtum eſt non teneri) audire confeſſiones quotidianas pænitentium non audentium accedere ad Euchariſtiam niſi præcedente confeſſione.* Non verſamur in hoc caſu, ſed in illo, nec comprehenditur ille quem tangit Vaſquez tom.

Digitized by Google

1. in primam ſecundæ diſp. 67. cap. 2. n. 8. quod ſic repetit exprimens 3. quæſt. 95. art. 9. dub. 6. n. 3. de frequentia confeſſionis *ſunt enim qui à deo frequenter confitentur ut omnino ſit inutile quia confeſſionis virtus contemnitur; imo etiam aliquando expedit conſcientiis ſubditorum Ceſarea confeſſione propter ſcrupulorum perturbationem. Denique diligenter inſpiciendum eſt quid unicuique pænitenti conveniat.* Patenter manifeſtat experientia, practicaque comprobatur quod dum quotidianis confeſſionibus oriuntur ſcrupuli damnoſi; vel minor ac par eſt reverentia ſacramento pænitentiæ, non ſolum Parrochus non tenebitur oves ſuas audire, verum aſtringitur ſuſpendere ipſas atque arcere, ne ad iſtam accedant uſquedũ comperiat Paſtor pabulo Sacramentali non detrimentari à ſe ipſis, ſiquidem damnum noſcit, venenumque à tri aca ebiberet; aliàs contemptus indignum reddit recipientem, nec inæque quamquam alia linea ſcrupuloſitas oriri aſſolet, quatenus demonſtrat tam cæcum fore in dictamine propriæ voluntatis pænitentem ſcrupuloſum ut nolit ſe ſubjicere, & obedire ei quem parere tenetur. Si ergo penes ſacramentum pænitentiæ tantopere cavendum eſt ne in contẽptum vel ſcrupulos incidat recipiens à frequentia, & continuata quotidiana ſuſceptione: multo magis id neceſſarium erit in Euchariſtia in qua corpus Chriſti, in quo Chriſtus totus recipitur vere & totaliter contentus ſub ſpeciebus.

5. Verum quia Angelicus doctor 3. p. q. 80. art. 10. in controverſiam vocat; *Vtrum liceat quotidie hoc ſacramentum ſuſcipere.* Quid in corpore reſolvat advertendum circa eius uſum; conſiderare oportet duo; unum ex parte ſacramenti, alterum ab eo quod ſuſcipientem reſpicit; de illo certiſſimum ſtatuit ſalutiferum renunciare; de iſta notat inquiſito, *Multoties in pluribus hominum multa impedimenta hujus devotionis occurrunt propter corporis in diſpoſitionem, vel animæ, non eſt utile omnibus hominibus quotidie ad hoc ſacramentum accedere, ſed quotieſcumque ſe ad iſtud homo invenerit præparatum.* Juditio quidem, & examine confeſſarii, ſeu Paſtoris; & hoc eſt quod inſinuat ſacra congregatio cõmitens illis diſcuſſionem, & examen; quin nunc immoremur in moleſta diſputatione: utrum fuerit in primitiva Eccleſia præceptum Apoſtolicum de quotidiana communione, ut inſinuat ſanctus præceptor eo articulo 10. ad quintum, & expræſſetat Alenſis 4. p. quæſt. 10. mem. 2. art. 4. §. 1. videndus Vaſquez diſp. 214. de Euchariſtia cap. 3. inde argui valebat in favorem confeſſarij inducti hac conſultatione. Vel tunc ſumebant Euchariſtiam prævia confeſſione cuncti Catholici, aut non niſi illi qui reatu mortali gravari ſeſe noſcebant; ſi hoc; ergo in eventu noſtro non culpandus confeſſarius earum Monialium diſponens ipſis communionem duobus, aut tribus diebus non præcedente confeſſione ſacramentali; ſi primum moraliter videtur impoſſibile ſufficiſſe miniſtros ad Præbendum pænitentiæ ſacramentum creſcente tam copioſo Chriſtianorum numero, & tam pauci exaptentes confeſſarii, tranſeat tale præceptum Apoſtolicum, neutiquam divinum in primitiva Eccleſia viguiſſe de quotidiana communione; & quidquid ſit de intelligentia illorum verborum in quibus fundantur tale præceptum aſtruentes; habetur enim Rotor ſecundo v. 42. *Erant autem perſeverantes in doctrina Apoſtolorum & communicatione fractionis panis & orationibus*; hinc arguitur. Non aliter exprimitur oratio, quam communio ſacramentalis; ſed illa erat quotidiana; ergo & hæc quotidiana erat: ibi Jacobus Rixinus. *Græca in communione, & fractione illius excellentis panis pura Euchariſtici, ut Syrus Vertit.* & mox, *ſtatim à Pentecoſte frequentari cæpit à fidelibus ſanctiſſima Euchariſtia; & quidem quotidie, nec ſemper ſub utraque ſpecie.* Conſonareque videtur his quæ capite citato 2. actorum v. 46. à ſancto Luca fit notum. *Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo & frangentes panem, ſumebant cibum cum exultatione.* Ibi Rixinus *frangentes panem Euchariſticum; & poſt Euchariſtiam etiam agapen, ſeu epulum & convivium commune, quod in memoriam eiad imitationem ultimæ cænæ Domini præbebatur è publico, non uno ſemper loco, ſed circa, ſeu per varias domos prout multitudo requirebat fidelium.* Potius negabo præceptum ex Franciſco Amico, tom 7. diſp. 29. an. 24. ubi introducit hoc inconveniens *non potuiſſent Chriſti fideles præſertim conjugati ea corporis & animæ diſpoſitione qua pax eſt accedere ad hoc Sacramentum, cum enim concilia ab reverentiam tanti ſacramenti prohibeant, ne conjugati ad id accedant ea die qua ſuas conjuges carnaliter noverunt, non eſt probabile quod Apoſtoli ſub præcepto obligare voluerint omnes fideles ad quotidianam communionem; alioqui, vel ſimul obligarent ad ſemper abſtinendum à conjugali copula ut digne potuiſſent quotidie ſumere hoc Sacramentum quod fuiſſet matrimonia deſtruere.* Saltem indirecte illud, quod conſummatum dicitur; ad dilema nego ullum laïcum umquam Euchariſtiam percepiſſe, niſi prævio ſacramento pænitentiæ; nec deficiebant miniſtri ſufficientes ex provida Apoſtolorum directione in regimen Eccleſiæ, conſtituendo Præsbiteros in quantum urgebat neceſſitas; ſillogiſmus deductus videtur frivolus, diſtinguo majorem, eodem modo refertur oratio ac communio quoad tempus nego, penes opportunitatem rei gerendæ concedo.

6. Aſcentiamus verbis ſuarii tomo 3. in tertiam partem diſp. 69. ſect. 4. §. dico tertio ubi ait. *In particulari non poteſt una regula dari de frequentia quæ omnibus expediat, ſed pro diverſitate ſtatuum, & morum id eſt providenti arbitrio diffiniendum.* Aliquibusque interpoſitis; quibus commendat frequentiam ſumendi hunc tam ſalutiferum cibum in quo majora excogitabilia dona percipiunt animæ digne & devote accedentes concludit. *Denique ita eſt hæc doctrina accipienda, ut non intelligatur omnibus hominibus omnibuſque ſtatibus uniformiter applicanda, non continentibus frequentius convenire poteſt; quam conjugatis; & Religioſis quam laïcis.* Frequentior itaque communio monialibus quam ſæcularibus adminiſtretur, quis in eo hærebit, ita practicandum; at an ſit aliquis ſive antiquus, ſive modernus qui docuerit, etiam juſtiori, de iiſque contraxerunt peccatum originale, (à quo ſola deipara fuit libera & immunis ex filii redemptione præſervativa) recepiſſe communionem laïcalem non prævia confeſſione ſacramentali; innumeros doctores recognovi, in nullo inveni licere laïco quin ſacramentum pænitentiæ præcedat, (toties quoties) accedere ad ſacram ſinaxim de quo ſubtilis præceptor 4. diſp. 17. quæſt. 1. §. continet n. 21. *Quia ſicut dictum eſt ſupra diſtin. 9. habita opportunitate confeſſoris nullus debet ſine confeſſione communicare.* Bene verum eſt quod ex contextu videtur Scotum loqui, ſtante ſcrupulo reatus mortalis; in individuali conſultatione fateor me convincere à poſteriori plura inconvenientia quæ ſuccinte epilogabo: unum & præcipuum fortaſſis contingere valebat in hoc quod monialis aliqua, ne notaretur præter conſuetudinem aliarum non accedentium ad confeſſionem, ob vitandum murmur, vel judicia aliarum pætere extra morem ſacramentum pænitentiæ ſibi adminiſtrari, die quo ordinabatur à confeſſore communio peragenda ſine illo; ſacrilegè communicaret, & inter timorem quo quatiebatur, non auderet à prælata confeſſionarii claves petere; nec ſufficiebat reſpondere, quod cum actu contritionis id ſuppleri quibat, nam quis

Theologus

Digitized by Google

Theologus affirmabit compatibilem actum contrictionis ad dignè, & fructuoſè communicandum, habita à pænitente opportunitate confeſſarii, qualis in illo Monaſterio erat; præter quam quod periclitabatur in ſigillo confeſſionis obſervantia eius (de jure divino neceſſariò tenenda) quia quamvis directè non frangeretur, indirectè frangi videbatur ſi aliqua occaſione noſcebatur ſingularitas illius religioſæ particularis in confeſſione, quam præter ordinariam conſuetudinem confitebatur aliàs rixæ reſultare valebant ex occaſionibus quibus muliebris conditio ſæpiſſimè movetur; ultrà ducta ſubſequens notandum dilema urget in eventu poſſibili ponamus aliquam de illis Monialibus in peccato læthali ſe ſentire maculatam, & alter dies ſit in quo ordinatur communio abſque prævio ſacramento pænitentiæ; vel talis Religioſa Euchariſtiam accipit ſicut & cæteræ ſuſcipiunt; vel non ita accedit; primum argueret ſacrilegium; ſecundum ad minus fictionem mendacem; cum interrogata à conſororibus, cur non communicavit, veritatem (certo certius eſt) non reſponſuram; aut cogebatur ſe peccatricem occultam ſeipſam pandere; mitte altera quæ occurrebant: Bone Deus, quanta reſultant detrimontoſa, dum animarum regimen ſpirituale pretextatur & dirigitur à zelo ignorante, & indiſcreto, in quo fallitur ille tenaciter à dictamine proprio in quo vivit ſatisfactus.

7. Hærebat nimis confeſſarius in ſuo propoſito, valdeque durum ipſi videbatur imponi mandatum ne ulli Moniali, de quibus curam gerebat, ſanctiſſimam Euchariſtiam adminiſtraret niſi præcedente confeſſione Sacramentali, toties quoties ad communionem accederet; & poſt varia argumenta quæ propoſuit, ut optimè factum defenderet, nec ullum fore pro oppoſito cum minima probabilitatis apparientia ſequens formabit animo & ſcopo vitandi inconvenientia inducta: aiebat dantur caſus in quibus neceſſaria non apparet, nec proficua Sacramentalis confeſſio ante Euchariſtiæ ſumptionem; in memoriam reducens, quod apud Jeſuitas eſt in traditione derivata communis de RR. P. Claudio Aquaviva ſuo generali præpoſito, qui ſemel jeiunus communicavit infirmus; & urgente languore eodem die de mandato Medicorum iteravit non jejunus communionem in viatico; cumque reſponderem non conſtare imò veroſimilius fore tam perfectum virum iteraſſe confeſſionem Sacramentalem; ſicut & Euchariſtiæ ſumptionem ad quid, replicavit, ſi jam præceſſerat facta exemplariſſimè, & alia religionis urgebat negotia: item arguebant; Sacerdoti licitum eſſe cum ſola contritione celebrare, propoſitum tenendo de confeſſione facienda, quam non peragit, ne ſcandalo alicui ſit, aut ſe peccaſſe manifeſtet; quæ doctrina convincit laïco etiam licere communionem, quandoque abſque prævia confeſſione, quia etſi Euchariſtia ſit Sacramentum vivorum, nec per ſe conferat primam gratiam, aliquando ex accidenti eam præbet; ergo illæ Moniales unum, aut alterum præſumentes eveniendum, (aut ſcandalum, vel ſigilli fractionem, ſeu aliquam rixam detrimentorum,) non indiſpoſitæ accedebant, & communicantes contritæ in propoſito firmo accipiendi Sacramentum pænitentiæ, die opportuno aſſignato pro cunctis, ſufficientiſſimè muneri ſuo ſatisfaciebant; ſi aliàs enim diebus illis in quibus non erat in more confeſſio, & oriebatur ſcandalum, activum non erat niſi paſſivum. Prætera addebat opponens ſe mandato, non propter fortuitos caſus privandas plures à fructibus captis de frequentibus illis communionibus; clamans; quod ſi taxarentur ad duas vel tres in hæbdomada, contingere poterat quod aliquæ Religioſæ non ita detraherentur à cratibus ferreis, ſeu communicationibus, quas vulgus Hiſpanicus vocat devotiones ò correſpondencias; & indè me acriter comminabat de divino juditio, ſi tantiſper innovarent ſuam directionem, cumque reſponderem me viſitationis munus tantum excercentem; non calumniare frequentes communiones, eaſque libentiſſimè laudare; veruntamen meo muneri non fieri ſatis, non ſatagendo ut dignius fructioſiuſque eveniret Religioſis frequentia communionum; & innegabile erat, eas ſic peragi, quoties præcedebat ſacramentum pænitentiæ, cum majori fructu atque decentiori diſpoſitione, nec meum mandatum tangere frequentiam accipiendi Euchariſtiam, niſi ſub illa conditione quod præcederet confeſſio ſacramentalis; quod audiens quaſi ad hominem me convinctum replicabat, meam autoritatem in viſitatione delegatam non ſe extendere ad talis mandati impoſitionem; quia nec Epiſcopus, ordinarius ſuperior talium Manialium, imò nec Papa, illam tenebat; ſiquidem nullus poteſt præcipere confeſſionem faciendam de peccatis venialibus, aut mortalibus jam clavibus Eccleſiæ ſemel ſubjectis, cum iſta ex inſtitutione divina ſint materia voluntaria neutiquam neceſſaria. Riſi hominis tenacitatem frivolam, & licet amovendo eum ab officio, vel perſuadens quod illud renunciaret totum manebat ut pro tunc expediebat, tamen duo, vel tria occurrerunt inconvenientia in id operandum, ideo curavi negotium dirigere, & providere quod expedire cognoſcebam; non modica reſultant detrimenta quando illi qui ſpirituum magiſtri habentur ſuo dictamini adhærēt tanta pertinacia qualis comperiebatur in iſto viro, contra quem hoc propoſui argumentum, aiebat, ſe illas frequentes communiones diſponere quia ſatagebat perfectiùs operari ſuas oves, dixi; ſed perfectiùs operabuntur ſi præcederet confeſſio ut per ſe patet: ergo etiam conſonè ad ſuum dictamen meum procedebat mandatum directum ad id ipſum, quod ipſe tam ſol rter celabat in operando perfectiùs.

8. Quia tamen nihil de his quæ propoſuit urgebat niſi illud in quo prædictus confeſſarius cogitabat (licet fateretur, ſicut in pluribus aliis decipiebatur) nempe in eo quod proferebat de peccatis venialibus, aut mortalibus jam confeſſis, præter ea quæ de præſenti puncto manent ſtabilita conſultatione 25. n. 11. quoad hoc quando in Religionibus facultas ſit & juriſdicti ut confeſſio Sacramentalis fiat de culpis venialibus; expectare, obſecro legentem (nam aliqua maioris momenti clamant) ad n. 16. ubi ad prædicta unum addunt ſubtilis Doctor 4. diſt. 9. q. 1. §. quæſt. 1. §. dicendum v. de tertio dico n. 3. caſum ponit in qua licitum eſt Sacerdoti celebrare abſque prævia confeſſione, & laïco communicare; & Antonius Hichens in commentario n. 54. ſic ſe diffundit. *Quinam ſit caſus in quibus licet quandoque ſine confeſſione communicare, nam omnes concedunt aliquos caſus in quibus licitum eſt, & id ipſum ſupponit concilium*: Tridentinum videlicet ſeſſ. 7. cap. 13. cap. 7. agens de hoc Euchariſtiæ auguſtiſſimo Sacramento, ſub quandam paritatem ita doctrinaliſſimè convincens. *Si non decet ad ſacras illas functiones quempiam accedere niſi ſanctè, certè quo magis ſanctitas, & divinitas cæleſtis huius Sacramenti viro Chriſtiano comperta eſt, eo diligentius cavere ille debet, ne abſque magna reverentia & ſanctitate ad id percipiendum accedat præſertim cum illa plena formidinis verba apud Apoſtolum legimus; qui manducat & bibit indignè iuditium ſibi manducat, & bibit non diſjudicans corpus Domini. Quare communicare volenti revocandum eſt in memoriam eius præceptum, probet autem ſe ipſum homo Eccleſiaſtica autem conſuetudo declarat eam probationem neceſſariam eſſe, ut nullus ſibi confeſſus mortalis, quamtumvis ſibi contritus videatur abſque præmiſſa Sacramentali*

confeſſione ad ſacram Euchariſtiam accedere debeat, quod à Chriſtianis omnibus etiam ab iis Sacerdotibus quibus ex officio incumberit celebrare, hac ſancta Synodus perpetuo ſervandum eſſe decretum, modo non deſit illi copia confeſſoris, quod ſi neceſſitate urgente Sacerdos abſque pravia confeſſione celebraverit, quam primum confiteatur. (Et paſſim notanda propoſitio damnata ab Alexandro VII. ut Concilii mens percipiatur, eſtque in ſerie 45. reprobatarum 39. ſic. *Illa particula quam primum, intelligitur, cum Sacerdos ſuo tempore confitebitur*) Tranſcripta, ſunt formales Tridentini clauſulæ in quibus advertendum maxime conſonum in documento, ſive decreto, ad ea quæ obſervanda præcipiuntur cap. omnis qui, cum ſequentibus de pænitentia, diſt. 1. igitur quamvis declaret ſufficere ut quis communicando ſine reatu lethali, judicium ſibi nec manducat, nec bibit, conſequenterque communionem, nec ſacrilegam, aut cenſendam indignam verumtamen valdè commendat media peragenda quibus quiſquis perfectius, & majori reverentia ſumere corpus Domini: iſtud accipiat; hinc exceptionem ponen in fine quando non habens confeſſionis copiam, notetur peculiariſſimè, ſolum mentionem facere de Sacerdote celebrante, nulla memoria facta de communione laïca, advertit Hicneus eo numero 54. v. primo laici. *Laici non comprehenduntur eo præcepto novo concilij de confeſſione facienda poſt communionem, ſed Sacerdotes qui frequenter celebrant, neque etiam Sacerdos communicans & non celebrans eadem comprehenditur; neque Sacerdos celebrans in peccato ſine neceſſitate, aut mala fid.*; in quibus liquet in ſancta Synodo non comprehenni ullam communionem laicam quamquam iſta fiat à Sacerdote, ſolummodoque id penes illud verti inſtante urgentia celebrandi ſacerrimum Miſſæ ſacrificium; at ut conjectari quit à mente Patrum illius concilii valde commendari videtur prævia confeſſio etiam venialium ex illo adverbio quo utitur. *Certè quo magis ſanctitas & divinitas cæleſtis hujus Sacramenti viro Chriſtiano comperta eſt eo diligentius cavere ille debet ne abſque magna reverentia & ſanctitate ad id percipiendum accedat.* Qui ſine prævia confeſſione accedit nullum in ſe recognoſcens mortale, tranſeat accedere cum reverentia, & ſanctitate, at non cum magna, ſiquidem iſtud adiectivum ingeritur in acceſſu, prævio Sacramento confeſſionis pænitens: tum ab ipſo, tam ab exortationibus in quibus eum inſtruit confeſſarius. Quid clarius pro repellanda futili paritate qua utebatur ille tenax Sacerdos de communione quam ipſe inſtituerat illis Monialibus quæ ſine procedentes culpandæ non erant, imò paritione merito capiebant aliquem fructum.

9. Doctrina hæc deducta à Synodo Tridentina refutat primum inductum in exemplum de R. R. P. Aquaviva præpoſito generali ordinis ſocietatis Jeſu; inducto n. 7. & ne ſine fundamento loquamur ex hiſtoriali narratione, pro ea advoco in teſtem Franciſcum amicum tom. 7. diſp. 27. n. 13. diſcutientem; *An interdum liceat hoc ſacramentum ſumi à non jeiuno*, in ſecunda dubii difficultate ſcribit. *Affirmant aliqui ex ſocietate noſtra, qui & hac præſtiterunt in mortem Patris noſtri Claudi Aquaviva. Ego aſſentire non poſſum cum omnes doctores affirment non licere his in die communicare, canon enim ſub titulo ſufficit de conſecratione diſt. 1. & capite conſuluiſti de celebratione miſſarum ubi prohibetur non celebranda à Sacerdote niſi una Miſſa, vetat laïco iterare communionem in eadem die. unde ſicut Sacerdos indiget privilegio ut in die natalis Domini ter celebret, vel in die commemorationis defunctorum ter, vel bis juxta conſuetudinem introductam fixam in aliquo vivæ vocis oraculo* (de quo privilegio aliqua tetigi in hoc volumine conſultatione 4. n. 5) *ſic ut laïce bis eadem die communio accipiatur, Inde infirmus quin mane jejunus communicavit ſatisfacit præcepto de viatico nec iteranda eſt communio eo die.* Quidquid de hoc, tranſeat probabile fore, recenſitum de R. Reverendiſſimo Generali Aquaviva, bis ſcilicet eodem die communicaſſe, quæ negotiatam inexcuſabilia occurrebant in impediendam alteram ſuccinctam confeſſionem ſacramentalem, ad iterandam communionem ex viatico ſuſcipiendam? quantumcumque demus ab aſſiſtentibus eius generalibus in expedibilia; igitur ad rem non facit ea paritas quam licet concedamus; diſpariſſima apparet in eventu quem gerimus, quandoquidem in iſto nullum inſtat præceptum de iteranda communione; in illo urgebat de viatico recipiendo, & contingere quibat infirmitatem taliter promptiſſime auctam, atque in periculo tali timeri à Medicis langidum conſtituendum, ut tempus deficeret ſi breviſſimè ei non adminiſtraretur ſacramentum viaticum; in quorum conformitatem doctiſſimi Patres Theologi qui ibi adhiberant inſtare, recognoſcentes à paucis horis antea confeſſionem ſacramentalem perfeciſſe quæ quamquam formaliter non eſſet directa in ſecundam communionem, virtualiter & interpretativè ad eam dirigebatur; per legi ſæpius de iſto caſu Doctores Jeſuitas, eum referentes, & ſicut in iſtis nullus eſt qui expreſſè affirmet confeſſionem ſacramentalem non iteraſſe, nec invenietur unus, qui proferat abſque ea viaticum ſuſcepiſſe, quapropter meo videri id inſinuant quotquot ſentiunt, non dignè, communicare, licet indignè non communicetur, quoties fit laica communio non præcedente confeſſione pænitentiali; indigna enim communio fit in ſacrilega ſumptione Euchariſtica; non digna ſi aliquod impedimentum in ſit in ſuſcipiente ad quoſdam effectus ſalutiferos, quos cauſat hoc ſanctiſſimum ſacramentum; unde etſi præciſio de indigna, & non digna conſult. 29. n. 3 in hoc volumine non admiſerim, plurimum tamen conducit ad intentum; cum autem communio facta per modum viatici ad plurimos ſalubres effectus invitet, in veroſimile eſt peritiſſimum Theologum prædictum R. R. Generalem, muniri ſe non voluiſſe in illos capiendos, prævia ſacramentali confeſſione in tanta opportunitate, & tam faciliter peragenda, & hoc urget in ſententia eorum qui dicunt non ſufficere præcedentes confeſſiones ad eam quæ obligat in mortis articulo; ergo novam peregit ultra factam in communione quam perfecit jejunus.

10. Plus diſplicuit conferentia de Sacerdote ad laïcum, & præter expreſſa contra iſtud ex noſtro Hicheo, diſparitatem do ex Suario tom. 3. in 3. partem quæſt. 80. art. 5. diſp. 66. ſeſſ. 3. §. ſecundus modus, in diſcrimine Sacerdotis ſine prævia confeſſioni celebrantis, dum hic conſcius non eſt ſe peccato læthali maculari, & laïci accedentis ad Euchariſtiam, quamvis mortali non deturpetur quin præviè confiteatur, & ante ne nos implicemur ex communione facta die paraſceve à Sacerdote qui conſumit ſpecies panis conſervatas feria quinta majoris hæbdomadæ; audiamus Amicum eo tom. 9. diſp. 26. n. 34. in fine; *hac actio* (videlicet accipere ſeu conſumere ſpecies panis die anteriori reſervatas in capella dicta monumento) *& Sacerdos qui illam exercet abſolutè dicitur celebrare, ita in rubricis in paraſceve dicitur. Celebrans facta reverentia uſque ad terram.* Quare talis communio dicenda mixta & ſacramentali repreſentata ſenſibiliter per indumenta ſacerdotalia in quibus fit, & laïca quatenus ſine conſecratione eo die nullum peragitur ſacrificium; fateor ergo tutà conſcientiâ poſſe Sacerdotem quin quotidiè confeſſionem Sacramentalem perficiat celebrare dum bona fide accedit

Digitized by Google

ſine gravamine conſcientiæ culpæ mortalis ; nego id licere laïco ; peracute Suarez allegatus ut indicet cur obligamur confiteri ante communionem ; *Secundus modus colligendi hanc obligationem ſumitur ex ſignificatione hujus Sacramenti ; eſt enim ſignum unionis viſibilis cum ſuo capite Chriſto , & membrorum eius in ſe ; ergo ex vi ſuæ ſignificationis & inſtitutionis poſtulat ut qui ad illud accedit ſit Chriſto conjunctus non tantum interius ; & inviſibiliter , ſed etiam exterius per Sacramentum viſibile , quod fit per confeſſionis Sacramentum :* Tunc ſic (notec diſcrimen) ex præciſa ratione qua videtur Sacerdos indutus illis veſtimentis quibus diſponitur ab Eccleſia non aliter , niſi in eis offerri ſacroſanctum miſſæ ſacrificium , viſibiliter , & non tantum intellectualiter ſeſe repreſentat membrum capitis Chriſti conjunctum ergo dum alias non gravatur ipſius conſcientia culpa , qua privetur à gratia neutiquam indigevit confeſſione Sacramentali ad id demonſtrandum ſenſibiliter ; igitur quia laïcus quando communicat non tenet aliud , in illud repreſentandum & ſignificandum præter ſacramentalem præcedentem confeſſionem , iſta indigebit & ipſa ibidem , & Sacerdos quotieſcumque in communione laïca ſacram ſinaxim accipit ; fulcitur ponderoſiſſime à difficultate mota à Diana parte 9. ſuorum operum tract. 3. reſol. 3. *An ſi quis per revelationem ſciret ſe eſſe juſtificatum teneretur ante Euchariſtiam confeſſionem præmittere.* Eventus eſt huiuſmodi , nec erit qui neget ; demus Petrum v. g. in oratorio mentali accipere revelationem à divino numine cum evidentia in atteſtante , quod eius anima conſervat gratiam baptiſmalem ; utrum ad percipiendam communionem paſchalem juxta præceptum Eccleſiæ aſtringeretur iſte ad annuã confeſſionem ; & affirmativa reſpondens tranſcriptis verbis Franciſci amici concludit. *Ita amicus & ego.* Sed ego unam exceptionem invenio penes juſtificationem revelatam , cum hæc bifariam contingere queat , aut taliter quod ſit tantummodo de peccatis mortalibus ; vel inſimul de iſtis, & venialibus , modo quo in Deipara fateor à conceptionis inſtanti revelatum immunem futuram ab omni peccato notat Scotus 4 diſtin. 17. §. ad aliud v. aliud duo n. 32. incapacem Dei genitricem fuiſſe recipiendi Sacramentum penitentiæ quia fides orthodoxa docet, nec minimum veniale commiſiſſe uſquam omnino undique libera ab omni reatu culpæ actualis ; ſic ſine ulla diſtinctione de modo quo quis poteſt accipere revelationem de ſua juſtificatione procedendum non eſt in ea diſcuſſione excitata à Doctoribus allegatis.

9. Igitur vel revelatio privata poteſt fieri , ei qui cum antea fuerit in peccato mortali , auxilio ſupernaturali præmotus producit actum veræ contritionis , vel dilectionis Dei ſuper omnia ; & tunc certum eſt quod oraculum non diſpenſans præceptum divinum de ſubjiciendo omni peccato mortali clavibus Eccleſiæ in pænitentiæ Sacramento , quoties copia adeſt Confeſſoris , tenebitur ille cui fit revelatio recipere abſolutionem ſacramentalem de illis peccatis lætalibus de quibus contritionem tenuit ; & nondum ſatisfecit præcepto divino per ſubjectionem eorum ad Eccleſiæ claves ; iſtud tam certum eſt ut oppoſitum affirmari non queat ; quo pacto non procedit quæſtio , niſi in alium ſenſum de revelatione facta in juſtificationem ; ſi ergo tunc non licet abſque prævia confeſſione ad Euchariſtiam accipiendam accedere , potiori ratione dum ſimilis notitia non concurrit; & ne meo marte loqui præſumant , ſanctiſſimi Auguſtini verba præmo (ſi opus titulatum de ſalutaribus documentis ejus eſt) inter cætera ſcripta ejus incertum ibi : laïcis comunicantibus conſulit ſine quo dignè accedant. *Quando enim illud accipere debemus , antea ad confeſſionem & penitentiam recurrere debemus & omnes actus noſtros curioſius diſcutere :* non quidem judicio proprio eam fixam reſolutionem decernendo , niſi de confeſſarii approbatione & beneplacito , ut innuit Caïetanus ex literali illius clauſulæ Apoſtoli , prima ad Chorintios 11. ℣. 28. *Probet autem ſe ipſum homo & ſic de pane illo edat & de Calice bibat.* Nunc Cardinalis Dominicanus. *Declarat igitur in quo conſiſtat differentia dignè vel indignè ſumentis explicando, quod conſiſtit in munditia vel immunditia interna Probare ſeipſum eſt diſcutiendo purgare ſeipſum, vel potius diſcutiẽdo ſeipſum probũ deferre, & utroq; modo unicuique committitur ſuimet judicium , ſed tale quod terminetur ad probum eſſe ut intelligamus , quod niſi proprio judicio diſcuſſus , ac probus quis inventus fuerit indignè ſumit ; & dicendo & ſic , ſignificat quod ad non indignè ſumendum ſufficit quod homo ſeipſum provaberit ; & tunc trahitur argumentum quod non eſt neceſſarium ſimpliciter , & abſolutè hominem probatum eſſe à Confeſſore ad hoc ut ſumat non indignè Euchariſtiam ; ſignificantius dicit , & ſic , nec dicit , & dignè quoniam plus requiritur ad dignè ſumendum quam probare ſeipſum.* Et quamquam Conſultatione 29. n. 3. hanc ſpeculationem præciſivam de triplici Euchariſtica ſumptione non admitto ; argumenti gratia ; quia Confeſſarius Monialium qui in hac Conſultatione inducitur magni faciebat ſe Thomiſtam eſſe, & Caietanum non aliter ac Angelicum Doctorem admittebat, utique aſſerens , nullum ſicut Caietanus mentem ſancti præceptoris percepiſſe , ut qui unum tenet & alterum tenere cogatur , proſequor in dandis clauſulis Cardinalis argumenti intuitu. *Probare ſeipſum non ſufficit ad dignè ſumendum ; ſufficit tamen ad non indignè ſumendum.* Igitur Euchariſtica ſumptio triplex erit ; indigna una , verificata in ſacrilega communione ; non indigna altera , quoties examinata conſcientia non invenitur obex peccati mortalis , & probatur quis à ſe ipſo , non autem à Confeſſario in Tribunali pænitentiæ ; tertia erit digna quando ultra conſcientiæ examen probatur à Confeſſario , conferente beneplacitum poſt confeſſionem ſacramentalem ad communionem ; ergo quia ſtatus Religioſus petere videtur non quaſcumque communiones ſatagere atque prevenire , ſed eas in quibus anima dignius ſe viſceribus Chriſti introducat , conſonè ad eam doctrinam quam Confeſſarius ille amplectebatur , urgebat ipſum non permittere ullam de eis Monialibus communionem ſacramentalem , niſi præcederet confeſſio pænitentialis , qua ſecundũ Caietanũ fit digna ſacræ Sinaxis ſumptio in effectus ſaluiferos à tanto Sacramento ſuſcipiendos.

10. Fundamento altero utor deſumpto à Sancto Auguſtino Epiſtola 118. cap. 3. inquirente. *An quotidie ſumenda ſit Euchariſtia , an eligendi ſint dies quibus homo puriùs continentiùſque vivens ad tantum Sacramentum accedat.* Non audet præclarus Eccleſiæ Doctor , in doctrina ſol , in ſanctitatis apice culmen , à ſeipſo quod moverat decidere , ſed profert. *Huic quæſtioni rectè reſpondet , qui me monet ut omnes præcipuè in Chriſti pace permaneant , & ut quiſque faciat , quod ſecundum fidem piè credit eſſe faciendum , nam & Zacheus & Centurio cum alter Chriſtum in domum ſuam gaudens receperit ; alter vero dixit non ſum dignus ut intres ſub tectum meum, Salvatorem honorificaverunt , licet diverſo modo , & quaſi contrario modo. Ad hanc etiam ſimilitudinem valet quod in antiquo populo unicuique piorum Manna ſecundum propriam voluntatem in ore ſapiebat : ſic in ore cujuſcumque Chriſtiani Corpus vel quotidie vel certis diebus ſumptum ; nam aliquis honorando non audet quotidie ſumere ; & alius honorando non audet ullo die prætermittere.* Referuntur iſte mirificæ Auguſtinianæ clauſulæ in jure canonico de pænitentia diſtin. 1. cap. 3. ad

Digitized by Google

illud ex prima ad Chorintios 11. *Non dijudicans Corpus Domini*, ita à Lirano ſuum Conſilium proponitur. *Quod eſt ſimpliciter melius non eſt ſemper melius quantum ad aliquem propter quod quilibet debet diligenter conſiderare in ſeipſo quem effectum habeat hujus Sacramenti frequens ſuſceptio, quia ſi ex hoc creſcit fervor devotionis, & potentia reſiſtend peccatis frequentandum eſt hoc Sacramentum, ſi aliter, rarius ſumendum.* Quid clarius, ut quotidiana vel frequens communio, aut rarior diſponatur; an ne vel Aguſtinus, vel Piranus in minimo verbo aut iota motivum dant à quo coniectetur non præmittendam confeſſionem Sacramentalem? Simbolum non ſinamus in Zacheo & centurione expreſſum ab Aguſtino, de illo Luce 19. v. 6. *& feſtinans deſcendit & excepit illum gaudens in domum ſuam.* Math. 7. cap. 8. exornante centurione ſalutem pro ſervo Paralitico promittit Dominus. *Ego veniam & curabo eum*; ſtatimque fide plenus Gentilis ille clamat, *Domine non ſum dignus ut intres ſub tectum meum:* à contextura diſcrimen patet Chriſtus præceperat Zachæo aſcendenti in arbore Sicomorum ut videret Jeſum, quod deſcenderet reciperetque eo die ipſum in domum ſuam cap. 19. Luce citato v. 5. *Et dixit ad eum Zache feſtinans deſcende quia hodie in domo tua oportet me manere.* Emphaſim tenet ad verbum, *hodie*, inſinuans præceptum hodiernum de recipiendo Domino eo die, quaſi inſinuetur, quod ſi non præcedit mandatum Confeſſoris eo die quo recipienda eſt Euchariſtia, ſuſcipi non debet; ſed extra Tribunal Confeſſionarii in adminiſtratione Sacramenti pænitentiæ mandatum Confeſſarii non eſt, niſi Patris Spiritualis; ergo quoties ſumenda eſt Euchariſtia præcedere debet Sacramentalis confeſſio: Centurioni autem nullum impoſitum fuit præceptum, eratque tantummodo quædam ſimplex condicionata promiſſio adveniendi in ejus edes ut Gentilis fides probaretur, & populo Iſraëlitico manifeſtaretur majorem fore eam quæ elucebat in gentiliſsimo, qualiter ipſe Jeſus expreſsit. *Amen amen dico vobis non inveni tantam fidem in Iſraël.* Ergo pro frequentanda, aut non frequentanda Euchariſtia duæ illæ Trani clauſulæ nunquam à memoria recedendæ: Una. *Quod eſt ſimpliciter melius non eſt ſemper melius.* Altera. *Si ex hoc creſcat fervor devotionis, & potentia reſiſtendi peccatis frequentandum eſt hoc Sacramentum, ſin aliter rarius ſumendum.* expedientiſsimè.

11. Nec his quievit Confeſſarius illarum Monialium, & aiebat, ſe curando imitari bonum Paſtorem noſcere ſuas oves, atque actionibus exterioribus comperire cui earum expediebat abſque Sacramentali confeſsione ad Euchariſtiam accedere; & cui non conveniebat; inde ſi quandoque contingeret aliquam ex Monialibus non tam decenter ac pax erat preventam ante communionem vocabat, & ab illa abſtinere præcipiebat, vel ipſi adminiſtrabat pænitentiæ Sacramentum; providens in eo quod melius faciendum oporrebat: error pejor priori in replica; & antequam in eam refragandam procedam, argumentum propoſuit ex Sancto Bonaventura an eo poſſem convincere ad tenacitatem deponendam. Itaque Seraphicus Doctor quarta diſt. 17. in ſecunda diſtinctionis parte articulo 2. quæſt. 2. in corpore. Reſolvens, omnes adultos in quibus præceſsit peccatum poſt Baptiſmum ab eis comiſſum teneri ad annuam confeſsionem Sacramentalem, & in implorandam divinam miſericordiam exaltatamque bonitatem infinitam, ſubnectit, qualiter glorificatur cum quis ſuas culpas clavibus Eccleſiæ ſubjicit inquiens. *Qui enim ſe peccatorem confitetur Deum glorificat oſtendens ſe Dei gratiâ & miſericordiâ indigere.* Et Sanctus Auguſtinus loquens Sermone 18. de verbis Domini tam de Confeſsione facta à peccatore intra Tribunal pænitentiale, quam à juſto extra illud, ambas valdè comendat, proferens. *Pia eſt utraque confeſſio, ſive cum te reprehendis qui non es ſine peccato, ſive cum illum laudas qui non poteſt habere peccatum.* Laudatur ergo & glorificatur Deus quoties peccator maculatus noſcitur & ad pænitentiæ Sacramentum properat, facto proclamans ſe indigere divina miſericordia, & gratia quam liberaliter diffundit, hanc glorificationem ſeu laudem tollebat divino numini Confeſſarius illarum Monialium nolens eas accedere duobus illis diebus ad communionem præcedente confeſſione Sacramentali; & qualiter ſeipſum decipiebat putans in eo veſtigia boni Paſtoris terere, patet ab ipſius facto, quando aliquam Religioſam eo die à Communione privata, ſaltem indirectè tantiſper frangendo eo facto, etſi non Verbo, ſigillum Sacramenti; & quia non facilè convincebatur, inquiſivi ab ipſo, diſcrimen judicii ſeu dictaminis eorum quæ in confeſſione Sacramentali audiuntur, ac ab his quæ aliorum dicto nituntur, vel videntur, ſive extra Tribunal Sacramentale auribus percipiuntur, in iſtis & mendacium cautelosè ſæpe introducitur, ſæpius tergiverſatio vocum ſeu terminorum, amphibologia, quæ omnia fragilitas humana, vel nimis timida, ſeu quandoque audax in temeritatem præceps, ut excuſetur de eis de quibus arguitur, fingit, quantumvis hypocriſim metuat, vel ea ſe diſsimulet; at vero quis cogitavit in ullo Catholico minimam tergiverſationem, cautelam, fictionem, aut amphibologiam in Sacramento pænitentiæ; ergo imitator non erat boni Paſtoris quando ovem errantem querebat non ea via ſeu tramite quo ab errore liberaret, ſed illo itinere in quo pejor erat priore error; ergo tenebatur ipſam inquirere interventu Sacramento pænitentiæ, via quidem recta, qua deceptio ſeu fallentia in examine removetur; principaliter comperui ſinceritatem boni viri inveniens, quomodo quaſdam quas aiebat inſpirationes in Oratione Mentali, & ab ipſo Confeſſario at à Monialibus acceptas (in ancipiti judicio illuſioni potius præſumendas quam veritati) à divino numine præſtitas; unaque earum aſſerebat fore, hanc, nempe accedendum ad Euchariſtiã ſine confeſsione prævia aliquando, ſibi, & aliquibus Monialibus revelatum, expedire, ut hoc pacto cauteloſiores viverent, & culpas etiam leves etiam vitarent. Quantum in iſto decipiebatur, per ſe patet, atque hoc argumento convincitur; cautela de non peccando nunquam contingit, quando periculum non amovetur, ſed non amovebatur ex eo quia ſine prævia confeſsione peragenda non erat communio; ergo cautela ad non peccandum id eſſe nequibat niſi tam valde remote ut nuſquam verificari potuiſſet, nec ad id conducere.

12. De ſcandalo altero quod proponebat longam excitabat controverſiam quando quis tenetur ad illud vitandum; & ſuppoſito non teneri nos vitare ſcandala quæ Phariſeorum dicuntur juxta illud quod locutus fuit Chriſtus, quando ejus diſcipuli accuſati fuerunt de non lotis manibus, cumque Dominus malitiam exprobraret accuſantium, & Apoſtolus Petrus Math. 15. n. 14. preveniret. *Scis quia Phariſai audito verbo hoc ſcandalicati ſunt*; ſic reſpondit. *Sinite illos caci ſunt & duces cacorum; cacus autem ſi cacum ducatum præſtet, ambo in foveam cadunt.* Et quamquam maliciosiſsimum in verſutia Phariſaica judicium oriretur de hoc quod Redemptor Sabbato curaret miraculosè langidos, Luce 14. cap. 1. Joannis 5. ℣. 10. non ob hoc omittebat Dominus eo die ſuas peragere curationes portentoſas; nihilominus aliquando ſuo exemplo docuit Chriſtus nos teneri vitare ſcandalum etiam paſſivum facto Mathæi 17. ℣. 25. cum extorqueretur in ſolutionem tributi quod præſtabant Hæbrei Romano

Digitized by Google

Imperio, ſic ſuo diſcipulo Petro alloquitur. *Ergo leberi ſunt filii, ut autem non ſcandaliſemus eos; vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit tolle, & aperto ore ejus, invenies ſtaterem, da eis pro me & te.* De iſto plura manent iam diffuſe fundata tom. 3. certaminis diſp. 2. ſect. 3. n. 28. & ſequentibus; veruntamen una ſit regula generalis in iudicium efformandum de tempore, aut de rebus in quibus etſi non præcedat in nobis ullum activum ſcandalum, & recte operemur, paſſivum tenemur vitare; etenim quædam ſunt tam nota, ut ſi ſumitur ab eis occaſio ruinæ proximi, iſta eſt voluntaria in eo qui cadit, & ab ipſo unicè pendet caſus, quin ulla aparentia colorati queat, rationem tenuiſſe minus veroſsimilem in eam iacturam, ſeſe per preceps dare; & patet manifeſte in his quæ diximus de miraculis Jeſu factis in Sabbato, unde perfidiſsime ſcandalicabantur iudæi, quos etiam quantumvis legis peritos convincebat ſervator, quin ipſi aliquid reſpondere quirent Lucæ 14. v. 5. *Cujus veſtrum aſinus, aut Bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die Sabbati; & non poterant ad hoc reſpondere illi.* In quorum tenorem conſultus de quodam eventu dixit quendam Sacerdotem vitæ probatiſsimæ, qui ſuis concionibus mulierem nobilem, quæ ſcandalo erat reipublicæ ex laſciva turpitudine reduxit in pænitentiam, non tenuiſſe ſe abſtinere de frequenti ingreſſu in illius Domum propter ſcandalum quod oriebatur in aliquibus civitatis adoleſcentibus frequentiam obmurmurantibus; quia vitæ probitas prędicti Sacerdotis tam perſpicua erat, & experiētia practicabatur; quod ſuſpicio malicioſa, ſe ipſa pandebatur, atque ruina illorum adoleſcentium contingebat quin ex parte ipſius Sacerdotis minima inveniretur rimula, qua moveri poſſent ad formandum judicium pravum ex tantilla apparientia. Aſt quandoque opera noſtra non tam pa enter licita offeruntur alieno judicio, quod pro utraque parte non inſint aliquæ rationes probabiles, & judicium fixum ſumi non queat; Hoc pacto tenebimur ſcandalum paſſivum vitare; ſic fœminæ conſulenti, utrum teneretur non adire in quoddam templum ad Miſſam audiendam eo quia ſcandalo erat quidam Clerico judicanti cum aliquo fundamento, & eam Eccleſiam frequentare non eo fine ac par erat; dixi teneri ad tale ſcandalum vitandum quantuncunque ſecurum me faceret mulier paſſivum tantummodo fore; igitur confeſſarius illarum monialium vitare abſtringebatur ſcandalum ortum inter illas, idque aliter fieri non poterat niſi præcederet Sacramentalis confeſſio toties quoties, quæque de Religioſis diſponebatur ab eo communio peragenda; cujus frequentiam non improbo, ſolummodoque quod fieret inſto prævio Sacramento pænitentiæ.

13. Aliud inductum de fortuitis eventibus propter quos privandæ non erant illæ moniales à fructibus captis ex frequentibus communionibus, & ut aiebat, quia ſic potiùs occurrebat, in convenientibus, unde moniales diſtrahuntur, earumque communitates præponderiſſime relaxantur, per eas quas vulgus vocat *devotiones ſeu correſpondentias*: frivolum erat in impediendum mandatum de prævia confeſſione facienda ante quamcunque communionem, quandoquidem effi aciùs tales abuſus Religioſæ tollerent adjuncta frequentia confeſſionum Sacramentalium; quam ſi iſtæ non præirent; nec moram facio in meo dictamine exponendo quantum nocet Religioſis ſimimiles dictæ correſpondentiæ à me ſatis ponderatum punctum tomo 1. certaminis, qui eſt de conceptione ſec. 44. §. 12. n. 1361. Videndus rariſſimus caſus & in quod baratrum præcipitantur Religioſæ ab illis, per tradita tomo 4. ejuſdem certaminis diſp. 3. ſect. 3. n. 50. ergo meus ſcopus non eſt impedire frequentiam communionum, nec fuit, antequam prodiret decretum ſacræ Congregationis tranſcriptum de verbo ad verbum in hac conſultatione n. 1. ſemperque præ oculis tenui, quaſi ſi edoctus fuiſſem tunc ab illa clauſula quam comendat Epiſcopis in gratiarum actionem, pro hoc quod in ſuis diœceſibus viget devotio frequentioris aut quotidianæ Communionis etenim Domini Cardinalis Eminentiſſimi quaſi lingua Spiritus ſancti loquuntur quādo in eo edicto n. 9. proferunt. *Epiſcopi in quorum diœceſibus viget hujuſmodi devotio erga Sacroſanctum Sacramentum pro illa gratias agant Deo.* Statimque immediatè quali prudentia ſe gerere debeāt cohibendo nimietatem atque iudicio conſultatiori ſe gerendo admonent. *Eamque* (aiunt de devotione & favore frequentandi Eucnariſtiam) *adhibito prudentia & judicii temperamento alere debeant & ab eorum officio poſtulare ſibi maxime perſuadebunt nulli labori parcendum ut omnis irreverentia & ſcandali ſuſpicio in veri & immaculati agni perceptione tollatur, virtuteſque ac dona in ſumentibus augeantur.* Non ergo indiſcretè providenda eſt Communio frequens, ingentiſſimam petit providentem diſcretionem, qua ſatagenda ſunt duo iuxta mentem Apoſtolicam; unum directum ad tollendam undequaque irreverentiam in ſuſceptione immaculati agni; alterum regulatum ad virtutes augendas in ſumente illud, & dona capienda, ſive ex opere operato, ſive ex opere operantis diriguntur. Nonne ſi præcedit confeſſio Sacramentalis toties quoties fit Communio irreverentia aptiori medio tollitur, cum à præeunte pænitentiali Sacramento, purior evadat anima, & in compunctione ferventior; aliàs à qua radice virtutes ſive infuſæ ſint, ut fides ſpes & caritas, ſive morales in eorum exercitio accreſcunt, ſicut in tribunali pænitentiæ; ubi fides elucet, prout pænitens ipſam exercet venerando Chriſtum Meſſiam autorem legis gratiæ; ſpes autem effulget, quatenus fiducia remiſsionis divinæ, revelationi innititur; charitas in contritione ſeu attritione; de virtutibus moralibus, unde humilitas, temperantia in moribus, obedientia per paritionem ſplendet (ſimiliter aliæ) velut cum quis accedit ad Sacramentum pænitentiæ recipiendum; ergo tam longè abeſt iniuſtū imponendum, ſeu impoſitum mandatum, ut dubitari non liceat iuſtum atque obſervandum.

14. Tandem occurrendum ſuſurrationibus de eo quod volebam meam extendere juriſdictionem ad id in quod nec Papa eam tenet; ſic quamquam litteræ meæ commiſſionis exprimerent totam Epiſcopi juriſdictionem de legantis in li. *Alter nos*, fateor quod tangit Auguſtinus Bernal diſp. 42. de Euchariſtia ſect. 2. n. 7. docentis quid de peccatis venialibus poſſit præcipi ab Eccleſia circa Sacramentum pænitentiæ; ſcribit. *Quamvis peccati venialis confeſſionem communioni præmittere laudabile ſit, & in more poſitum, non tamen obligatorium etiam ſub peccato veniali, quia nulla eſt divina, vel Eccleſiaſtica lex ad venialis confeſſionem obligans univerſaliter, eſto ferri poſſit hujuſmodi lex praſertim in Religionibus majorem quærentibus perfectionem, ſicut poteſt & ſolet in illis præcipi frequenter confeſſio: & communio, quam Univerſaliter in Eccleſiaſtico corpore*: jam tenemus Doctorem peritum theologum docentem quod licet Univerſaliter non poſſit imponi lex de venialibus confitendis exſe & ex natura ipſius culpæ venialis, à voto obedientiæ ſaltem ſtabiliri quit tale ſtatutum; quin extendatur juriſdictio ultra terminos quibus poteſtas præceptiva clauditur; in quorum tenorem eſt conſtitutio dicta Segovienſis ſeu Barchinanenſis apud Seraphicum ordinem diſponens bis in hebdomada peragendam confeſſionem Sacramentalem ab

Digitized by Google

omnibus Religioſis, qui præsbiteratus ordinem non tenent ; de eoque examinentur à Prælatis , & defectus obſervantiæ in iſto rigide punitur. Pellicatius tom. 1. manuali regularium tract. 5. cap. 3. n. 90. *Regulares jure communi non teneri communicare ſapius quam ſemel in anno* , quia quod expectat ad obligationem communicandi ex præcepto regulæ , *nihil certe in genere ſtatui poteſt ſic ex ſtatutis cujuſcumque ordinis , colligendum eſt , aliquibus interpoſitis , ſaltem ſingulis Dominicis communicare quæ frequentia ordinariè loquendo videtur ſufficere pro omnibus Religioſis.* Mentionem non facit d· pænitentiali peragenda , confeſſione ante Communionem de illis octo à dillos oſſio dies , ſupponere tamen videtur implicite quod ſicut Communio tunc demandatur , & prævia ad eam præcipitur confeſſio ; ſi igitur hæc juriſdictio non extenditur ultra id quod poteſt , nec præceptum ortum à viſitatione extenditur , dum ſtabilit nullam faciendam Communionem à monialibus , quin prius pænitentiæ ſacramentum accipiant toties quoties illa petagenda eſt. Ad intentum facit quod ipſe Pellicarius eo cap. 3. n. 91. diſcutit, *an Prælati regulares poſſint prohibere ſuis Religioſis ne communicent in pænam delicti commiſſi.* Affirmative reſpondet remittendo ſe ad tractatum de gubernatione , qui eſt in tomo 2. tract. 9. cap. 13. n. 62. ubi iterat. *An Prælati regulares poſſint privare Religioſos ſacra Communione in pænan delicti commiſſi. Reſpondeo poſſe.* Nec eſt hic caſus inſertus à Joanne Sancio in ſelectis diſp. 30. an. 5. ubi probat non licere Prælatis mortificacionis intuitu , vel in exercendum ſubcriptum ad obedientiam eum privare Communione ; nititurque revelationi factæ ſanctæ Legtguardæ quam refert Surius ad diem 16. Junii in vita ipſius , cap. 12. contigit enim Abbatiſſam interdixiſſe , huic heroidi ſcopo mortificationis & obedientiæ Communionem , cumque paruiſſet , reſpondiſſe fertur. *Ego quidem Mater cariſſima libenter obediam tibi ſed certiſſime prævideo Chriſtum hanc injuriam in tuo corpore ulturum.* Si licite operaretur Prælata , qualiter punienda *à Deo*; Quibus compatitur quod idem Sancius fatetur n. 1. *Communis uſus Religionum in quibus aliquoties Prælati ſuos Religioſos privant ſacra ſuſcipienda Eucharistia , nec credibile eſt , ſi id magis expediens non eſſet Religioni , illud acturos , dum ex eis lux ad ſæculum advenit ; nec in hoc fuerint ofuſcati , nec etiam veriſimile eſt Deum permiſſurum illud per tot ſæcula in tam minorem perfectionem animarum quæ Eucharistia Communione privantur.* Si ergo id licet Prælatis ut Religioſi dignius accedant ad Euchariſtiam , in pæna videlicet delicti eos communione privari cur illicebit mandatum de prævia confeſſione ; placuit antiſtiti meum mandatum , & ob non paritionem ejus , interventu ſui proviſoris ſeu vicarii Generalis in alia viſitatione ejuſdem Monaſterii removit eum confeſſarium , & officio privavit.

CONSULTATIO XLV.

De moniali citata ab ordinario ut juridice deponeret ſcrupuliſante juramentum juridicum.

CAUSA agitabatur juridica à quodam Eccleſiaſtico ordinario cujuſdam dioceſis , requiſito legitime ad examinandum miraculum , quod præſentibus monialibus peractum fuerat à ſancto Beatificato , non dum tunc canonizato , etſi poſtea à Clemente decimo Canonicatus jam veneretur ; inter alias perſonas quæ oculatiter illum teſtificari valebant , una fuit Religioſa quædam tam fatua , à ſcrupulis , ut neque à Theologis neque à ſuo Prælato (qui erat regularis) vinci quiret , adhuc interpoſito formali ſanctæ obedientiæ præcepto ad deponendum, præmiſſo juramento juridico ; allegabat enim in renitentiam obedientiæ præter vota Religionis emiſſa in profeſſione, poſt duos annos ac illam peregit ; de licentia ſui ſuperioris & confeſſarii proprii beneplacito , in hujus manibus voviſe nuſquam toto tempore ſuæ vitæ juramentum ab ejus ore procedendum , pro una parte urgebat cauſæ tam gravis examen directum in canonizationem beatificati jam, pro alia inſtabat conſcientia erronea mulieris judicantis ſe peccare mortaliter eo jurejurando , cumque neceſſaria videretur prædictæ monialis depoſitio , quia hæc oculatiter præcipuas prodigii circunſtancias conſpexerat exponendas , inquiſitum fuit utrum fides dari poſſet in tribunali , hujus Religioſæ dicto ſuſcripto ipſa in proceſſu , non præmiſſo juramento , tabellione teſtificante non fuiſſe coactam ad ipſum , eo quia ſcrupuliſabat , nec deponere volebat ex tenacitate dictamen erroneum in quo erat , quantumlibet à Theologis ſecura fieret de licito jurejurando , inſimul à ſuo ſuperiore imponeretur præceptum ſanctæ obedientiæ , quod inobediens contumaciter tranſgrediebatur, ſiquidem per tria intervalla intimatum mandatum ; ſemper in ſuo errore permanſit , quantumcumque ſecura fieret ab illo irritatum ſeu commutandum ; & qua pæna ejus inobedientia puniri valebat ; tandemque ; utrum medium quoddam inventum ſufficeret in fidem dandam abſque juramento.

SUMMARIUM.

JURAMENTUM in teſte impariter requiritur ac ſbuſcriptio , n. 1.

Teſtes quamvis non ſubſcribant , ſi in eis præcedit juramentum de teſtificatis , concludunt , n. 1.

Robur doctrinæ ex Portel , & factum cujuſdam Religionis ; n. 1.

De eſſentia teſtis non eſt ut teſtimonium ſubſcribatur ; n. 1.

Juramentum in teſte eſſentialiter exquiritur ad valorem , n. 1.

Digitized by Google

Scriptura, ad quid inventa, n. 1.
Non ſubſcribere compatitur cum irrefragabilitate, n. 1.
Nequaquam nolle jurare, n. 1.
Juris diſpoſitio de pracedente juramento in teſte, n. 2.
Facilius mendatium profertur ſine jurejurando, ac eo pravio, n. 2.
Validum teſtimonium etiam ſi ſubſequatur juramentum depoſitionem, n. 2.
Quo pacto nullitas in juramento deponentis emendabitur, n. 2.
Scrupulus fatuus monialis, n. 2.
Inſipientia ejus in ipſius indiſcretione, n. 2.
Confeſſarii imprudentia ſeu incuria in non ſpecificando, ſeu individuando votum moniali, n. 3.
Si preit maledictio in teſte poteſt procedere judex in ſententiam diffinitivam, etſi non pracedat juramentum, n. 3.
Equivalens jusjurandum appellatur maledictio, n. 3.
Difficilius mentitur pracedente maledictione, quam non praeunte, n. 3.
De inditiis vehementibus, n. 4.
Ad quinque reducuntur ab aliquibus, n. 4.
Ab aliis plura numerantur, n. 4.
Inditia dubitabilia alia, altera indubitata, n. 4.
In Aragonia Regno, & aliis ſufficiunt indubitata inditia ad imponendam panam ordinariam reis, n. 4.
Sillogiſmus notandus, n. 4.
Quibus quieſcit judicis mens, n. 5.
Signa, & circunſtantia ad inditia urgentia, vel neceſſaria, n. 5.
Vicem teſtis qualiter faciunt inditia, n. 5.
Quo pacto refraganda iſta, n. 5.
De inditiis proximis, & remotis, n. 5.
In diffinitivam ſententiam prudens ordinarii conſilium, n. 6.
An aliquando inditia pluſquam ſemiplenam probationem efficiant, n. 6.
Ad interlocutoriam ſententiam abundant proxima inditia, n. 6.
Leges inique ſi contraria ſint juri naturali, n. 6.
Notanda quadam juris periti doctrina, n. 6.
In cauſis cedentibus ad Dei gloriam indubitata inditia abundant in diffinitivam ſententiam, n. 6.
Qualiter ferendum judicium ſecundum leges ſcriptas, n. 7.
Nequit ſententia diffinitiva pronunciari ſi cauſa ipſum accipere non poteſt, n. 7.
Iſtud pariter verſandum, & obſervandum in civilibus, & criminalibus, n. 7.
Iudex quando procedit autoritate publica, aut dumtaxat, dicta, privata, n. 8.
In Evangelica parabola, à quo quinque fatua dicuntur Virgines fatua ab ea, pracipue, monialis, n. 8.
Sequi conſcientiam erroneam, unde peccatum, n. 8.
Exemplificatur in ſumptione dicta chocolatica, n. 8.
Majus peccatum, quale; operari contra conſcientiam erroneam, aut contravenire pracepto ſuperioris, n. 8.
Quando idem finis urget in utroque; qua tranſgreſſio peior, n. 9.
Confirmatur ab eventu dum amba pares ſunt ſub conſcientia erronea dictamen, n. 9.
In iſtud deponendam, utendum peritorum conſilio, n. 10.
In dubio, ſubditorum an poſſint hi cogi à pracepto ſuperioris ut obedire teneantur, n. 10.
Eodem pacto ac Religioſi, tenentur moniales parere ex voto obedientia, n. 10.
Non aque ſtatuta Religionum decernunt panas contra inobedientes, n. 10.
Diſcrimen panarum qua corporaliter luuntur, ac ſpiritualiter, n. 11.
Prudenter procedat judex attentis conditionibus, & circunſtantiis in ſuppliciis infligendis, n. 11.
Cauſa quibus judices Religioſi commutare, augere, vel minuere, delinquentium panas, poſſunt, n. 11.
Regulares in ſuppliciis infligendis charitate ducantur, n. 11.
Potius attendenda in illis reorum medela, quam afflictio, n. 11.

1. JURAMEMTUM in teſte impariter requiri ad probationem juridicam, quam ſui teſtimonii ſuſcriptionem, ut in fidem faciendam credulitas convincat; generali plauſu admittitur à Doctoribus diſputantibus: utrum compatiatur iudicem in aliquo eventu ſententiam proferre poſſe, ſi teſtis jurare renuit, dum ſcribere non repugnat; aut è contra tam neceſſarium fore juſjurandum; tamque accidentaliter ſe gerat dicti ſuſcriptio quod illo interpoſito abundet quamvis teſtis ſuſcribere renuat, Tabellione teſtificante juraſſe, & ita depoſuiſſe Portel tomo 1. in ſuis reſponſionibus caſu 23. quendam recenſet eventum de crimine perpetrato in quo teſtis iterrogatus palam fecit quod ſciebat, præmiſſo juramento in ſummaria, & in pleneria; ſuſcribere tamen undique repugnavit, proteſtans notio jam tenere ſub naturale ſecretum; judicans hoc non fractum à verbali depoſitione, bene ſuſcriptum in proceſſu, atque ſua manu firmatum; arguens fractionem à publicitate ſcripturæ quæ ſemper expoſita manet videnda; & inde diſputat Portel, n. 1. *An dictum iſtius teſtis aliquid valuerit ad faciendam fidem*; pro parte negativa arguit ex cap. de teſtibus cogendis, & gloſſa in authentica de teſtibus, ubi diſponitur eos cogendos in ſuſcriptionem; ſed ſi hæc neceſſaria non foret ſimpliciter coactio eorum inutiliter ſuperflueret; ergo neceſſaria videtur ſuſcriptio teſtis in fidem faciendam; ergo plus conducit ac juramentum præſtitum; bene verum eſt quod ſine iſto præmiſſo caret dictum omni credulitate nihilominus 5. qua vero n. 2. reſoluit. *Ego Credo ac ita dixi, dictum teſtimonium Ioannis fuiſſe verum teſtimonium non obſtante quod ſcribere recuſaverit, ac proinde poſuiſſe judicem ex vi illius teſtimonii, concurrentibus aliiſque cum illo faceret ſufficientem probationem, procedere ad imponendam panam predicto Ioannis antea diffamato.* Concorditer ad iſtam doctrinam, cum in uno capitulo provinciali cujuſdam Religionis, acta ſeu conſtitutiones in eo ſuſcriptæ non eſſent à diffinitorio ex incuria ſecretarii; finito capitulo, ceteris concurrentibus fidem feciſſe quæcunque in eis decretis contenta, periti Theologi, & juriſtæ cenſuerunt; n. 4. relatus Portel diſtinctionem explicat intercedentem in teſte penes ſuſcriptionem, & juramentum; ait. *Subſcriptionem teſtis non eſſe de eſſentia teſtimonii quamvis enim de conſuetudine & de ſolemnitate juris ſemper teſtis ſubſcribat, ſi ſcit ſcribere, tamen non inveni apud ullum Doctorem quod ſit de eſſentia teſtis, ut teſtimonium ſubſcribatur à teſte; ſolum jura requirunt quod teſtis ſit juratus.* Non igitur idem judicium ferendum penes juramentum teſtis, ac ipſius ſubſcriptionem, inſinuans illud pertinere ad ſubſtantiam credulitatis de dicto quod deponitur; iſtud vero non excedere lineam cujuſdam ſolemnitatis, ſeu aptius dicam, cuiuſdam irrefragabilitatis; ne uſquam neget teſtis, quod antea palam fecit, & ſi negat ſua ſuſcriptione convinci inique & falso negare, quod fecit; remittitque ſe Portel ad ea

Digitized by Google

quæ propoſuerat caſu 22. præcedente ex gloſſa condi nobis eſt de appellationibus in ſexto, & P. pactum cod. de pactis, l. contrahitur ff. de pignor, & concludit eo caſu 23. *Quod ſcilicet ſcriptura non eſt inventa ad valorem rei geſtæ, ſed ad rem conſervandam in memoriam*; Ergo ſi ad valorem rei geſtæ requiritur in teſtibus iuramentum, hoc non præcedente, teſtimonium reputabitur invalidum, nec tuta conſcientia procedere poterit iudex: valde enim diſcriminantur tabellionem, imo & iudicem teſtificare noluiſſe ſubſcribere teſtem, quod iureiurando depoſuit, ac certificare utrumque renuiſſe, ſuum teſtimonium deponere & ratificare iuridico iuramento; illud compatitur eum veritate requiſita in ſententiam ferendam; non iſtud: deponentes enim iudicem & tabellionem quod audierunt ſine ſubſcriptione teſtem præventum iureiurando & tale ab eo emiſſum verum enunciant, quia iuramentum influit & indicat veritatem iuridicam, neutiquam ſubſcriptionis depoſitio aliquid defert teſtimonio; ideo diſpariter diſcurrendum apparet in renitencia teſtis nolentis ſubcribere ac in ea quæ eſt, & ſtat in nolitione præſtandi iuramentum depoſitionem proferens.

2. Ut quæ igitur, vel quaque ex parte ad hoc quod quis ſit legitimus teſtis iura requirunt in fidem faciendam de veritate deponenda, præmittendum decernitur iuramentum à deponente, L. teſtium cod. de teſtibus gloſſa Verbo Sacramentum, L. iuriſiurandi cod. eodem titulo, cap. ſi teſtis dictione iuriſiurandi; ibi gloſſa cap. nuper, eodem titulo de teſtibus, capite hortamur 3. quæſt. 9. cap. in primis 2. quæſt. 1. in dictum caput nuper taliter id coarctat. Abbas Panormitanus multus eſt ut probet nullum quantumcumque maioris exceptionis teſtem, credulitatem aut coniecturam ponere in iudicio iuridico, niſi antea iuret qui deponit; & Bonacina tom. 2. diſp. 10. ad octavum decalogi præceptum quæſt. 3. n. 2. prævenit de teſtibus. *Requiritur quod in judicio juret; facilius enim eſt mentiri ſine juramento quam cum juramento.* Congruentiam fateor, ſuam enim tenet exceptionem, frequenter aliquos tam proclives in mendatia invenies ut facilius cum iurant mentiuntur quam ſi non iurarent. Varia de aſſumpto tangit Proſper Taurinacius parte 2. ſuæ praxis quæſt. 74. de Teſtibus à n. 1. uſque 19. notans contra Abbatem n. 8. ſufficere juſjurandum poſt ſuſcriptionem factam, & liquet ab his quæ tangit Pelizarius tom. 1. tract. 9. cap. 1. ſec. 2. n. 127. diſputans qualiter exigitur juramentum à teſtibus in judicio; idem ex Baldo in legem juriſjurandi cod. de teſtibus tractat Paz tom. 1. ſuæ praxis, in octavo tempore, parte 1. n. 106. defendens validum teſtimonium teſtis, quanquam jurent poſt concluſam depoſitionem & Ludovicus de Miranda tom. 1. ordinis judicialis quæſt. 1. art. 5. ait. *Non eſſe ſatis quod teſtis prius deponat & deinde juret, quin vero inquit* (adde Abbas) *ut juramentum præcedat ad hoc ut teſtis fidem faciat, quod eſſe verum crediderim, ni forſan teſtis incontinenti, & abſque ullo intervallo poſt depoſitionem juramentum præſtent, nam tum ejuſmodi depoſitio valebit.* Ne immoremur in non conducentibus, quidquid ſit de præcedente exceptione ob propoſitum juramentum, id emendabitur extorquendo à teſte novam depoſitionem ſimilem priori ſub jurejurando, ſecunda; quare ſi vinceretur monialis, & ſuo ſuperiori pareret, proſequi quibat cauſa; at tam pertinaci tenacitate cæcabatur in juſjurandum præſtandum, quod nec antea, nec poſtea, juridice volebat jurare, quantumcumque urgentiſſimis convinceretur, & ſecura fieret à ſuo Prælato; & minaretur per ea quæ tangit Pellizarius cap. 4. citato n. 153. 5. notat idem. *Religioſum vocatum à ſuo Prælato, ſi omittat teſtificare, hinc que alteri ſequatur damnum, teneri de damno, cum ſit ejus cauſa, quippe in tali caſu tenetur obedire.* Minabatur igitur de damno ſequendo, ſi non juraret, & monebatur qualiter aſtricta ſui ſuperioris præcepto, parere aſtringebatur, peccans praviſſime, tum tranſgrediens votum obedientiæ, tum non deponens dictamen erroneum, in quo erat; veruntamen omnia parvi pendebat, reſpondens confeſſarium ſuum (qui jam erat defunctus comperientem in ipſa morem peſſimum, & conſuetudinem valde improbam iurandi, inter: plura, quibus talem improbitatem ab ea eradicavit (quando votum de licentia ſuæ Prælatæ in manibus illius emiſſit, de nunquam iurando) præveniſſe ita tali voto aſtrictam, ut quantumcumque generalis, vel alius ſui ordinis ſuperior iurare præciperet, obedire non tenebatur, imo peccare iurando, reſiſtendoque magnanima animoſitate (licet carceri manciparetur, aut aliis mortificacionibus affligeretur) meritum cudebat in reſiſtentia, ſibique auream coronam elaborabat ad gloriam. Zelus confeſſarii non damnandus; ſed in iuſſionibus, ſeu regulis generalibus imprudenter ſe geſſit, non explicans ignoranti Religioſæ exceptiones, & quando cogebatur ſe ſubiicere ſuperiorum præcepto; in illa enim univerſale aliud non apparet intendiſſe confeſſarium præter timorem incutere, ut à moniali eradicaret iurandi conſuetudinem, & ipſa abutens monitione in ſui perniciem vertebat à conſcientia eronea.

3. Fatuitatem muliebrem in tenacitate cognoſcens ordinarius ad accipiendum ſine iuramento ſuum teſtimonium proceſſit; expreſſa in depoſitionis capite cauſa & motivo cur ſic tam in ſummaria, quam poſtea in plenaria talis teſtis iuramentum non præſtitit, teſtificante Notario ſeu tabellione inobedientiam eius ad ſuum ſuperiorem, idque quod proxime præmiſimus de ſua reſponſione in pertinaci conſcientiæ errore, putando ſe iuriſiurando peccare; audita igitur ea impertinenti fæmina, cordatiſſimum medium cogitavit iudex, ut ſub maledictionem ipſi deponenti iniectam à ſe propria deponeret ſequentibus imprecationibus. Non me Deus adiubet, nec divinam faciem uſquam videam, in condemnationemque æternam meam cedant, ſi iſta quæ depono, eodem tenore quo prolata ſunt, & à me ſubſcripta ſicut teſtificor vera, vera non ſunt, de verbo ad verbum dicta; quamquam aliter has maledictiones ſupra ſe iniicere repugnaret tum ſecura facta, tum inſtata à ſuo prælato, & amicis monialibus atque propoſita ei damna, detrimentaque ſubſequenda, dum non ſe vinceret, eoque pacto deponeret; tandem à Conſilio ſuarum Religioſarum conſororũ quod tuta conſcientia & meritoriè, ſive in ſummaria ſive in plenaria id depoſuit, ſemelque, & iterum ratificavit; audiens autem ordinarius quod depoſuerat, ſæpius ab ipſa narratum aliis monialibus præcipuè tribus, has citavit nam erant cum quibus admirans prodigium communicavit; non aliter ac depoſuerat & iſtæ tres ſub iuramento de auditu depoſuerunt; ambiguus tamẽ manebat iudex, utrum plena probatione calificandum miraculum; quia pro teſte legitimo nequibat computari dictum illius non convinctum præmiſſo iuramento in tribunali; & decretum fuit, ad loci antiſtitem deferendus eventus; qui Theologos vocans, & juriſtas circà ambiguitatem productam, diſcuſſa valde materia, ſtudio frequenti laborata per multos dies; uno fœdere conſenſerunt, & juriſtæ, & Theologi, procedere potuiſſe ordinarium in ſententiam diffinitivam ferendam de miraculo, intuitu depoſitionis monialis non iuratæ, non quidem tanquam à teſte legitimo expreſſam, quantumcumque præceſſerit maledictio illa aſſignata; ſed qualiter à vehementiſſimo indicio, non aliter de veritate rei, fi-

dem

Digitized by Google

dem faciente, ac ab oculari teſte; nec defuerunt Theologi (quibus adhæſi) imò & maior iuriſtarum pars, pro legitimo teſte habendam monialem, iuramentum renuentem, à ſtratagemate prudentiſſimo, ſeu cordatiori cautela qua uſus fuit ordinarius ſumens, & ratificans depoſitionem præmiſſis maledictionibus narratis;& examinatis illis tribus Religioſis de eodem ipſo, quod frequenter conforme à deponente audierant, fundamento illo, quod deponere maledictione præmiſſa, quâ quis ſe exponit maiori malo, æquivalens dici poterat iuramentum; à Bonacina,transcripta congruentia num. 4. plurimum facit in ſtabilimen dixit. In depoſitionibus iuridicis iuſiurandum requiri quia difficilius mentitur eo interpoſito, quam non præeunte; ſed difficiliùs etiam mendatium profertur, ſi præcedant illæ maledictiones, cum in reatu malitiæ peccaminoſæ parificari videantur; ergo non inveroſimiliter æquivalens iuramentum nuncupari quit; principaliter in tribunalibus Eccleſiaſticis, in quibus proceditur plus attentâ rei veritate, quam ex apicibus iuris civilis vel criminalis obſervatis, & urgentiſſimè in cauſa tam pia.

4. At cum illud de inditio vehementi valdè plauderetur, libuit eo pacto in deciſionem venire, annuendo Gotfredo in rubrica, cod. de probat. aſſerenti inditia, diſtincta à teſtibus vel inſtrumentis (de quibus Maſcardus lib. 1. de probat. concluſ. 2.) Proſper Farinatius tract. de iudiciis & tortura, quæſt. 36. à num. 1. poſtquam varias probandi rei dubiæ vias ſupponit, ad quinque reducit, videlicet ad teſtes; ſcripturam, iuramentum, confeſſionem, & oculorum inſpectionem; alteri, ſex aſſignant ita; facti evidentia, fama, præſumptio, iuramentum, teſtes, inſtrumenta communiter vetuſti (de quo Hoſtienſis in allegatam rubricam) novem poſuerant, ſub hæc verſicula.

Aſpectus, ſculptum, teſtis, notoria, ſcriptum.
Iurans, confeſſus, præſumptio, fama, probabis.

Id placet ſpeculatori, titulo de probat. §. videndum, duodecim aſſignanti media rem dubiam oſtendentia ad hoc, quod iudicis mens in diffinitivam ferendam ſententiam procedat; & ſunt, teſtes, confeſſio, inſtrumentum, facti evidentia, præſumptio, fama, juramentum, libri antiqui, litteræ in lapidibus ſcriptæ, ſeu ſigillum, denuntiatio, opinio communis; indubitata inditia: ultimum ex decem his eſt, quod aliquomodo equiparatur duobus mediis quibus concluditur plena probatio; unum eorum conſiſtens in reorum confeſſione juridica; alterum per teſtes, conteſtes conformes; nec minus ac per iſta pateſcit res quando indubitata ſunt inditia; conſultiſſimè, ideo hoſtienſis ajectivum, *indubitata*, ad ſubſtantivum, *inditia*, adjecit; nec omnia iſta media plenariam, aut ſemiplenariam inducant probationem, quam ex textu in l. §. ejuſdem quoque, & ibi gloſſa, voce *ſpeciem.* ff. de teſtibus ſtabiliunt iuriſtæ vocantes, aut indubitata inditia, vel dubitata; illa mentem iudicis quieſcentia fore admittunt, non iſta: ultra duodecim aſſignata ab Hoſtienſi, Maſcardus, & Farinatius, varias inditiorum ſubdiviſiones commemorant, quas omitto cum ad meum intentum non conducāt quandoquidem in indubitatis inditiis abundat notitia ad ſententiam ferendam, qualiter in hoc Aragoniæ Regno obſervat Calixtus Ramirez in ſuo annallitico tract. de lege regia. §. 29. num. 23. ubi ait. *Ex foro unico titulo de ſumiſſionibus; bene tamen poteſt ſtatui, ut plena delictorum probatio, non requiratur; ut in Aragonia ubi inditiis proximis, & indubitatis probatur delictum, & iam ad pænam ordinariam, dummodo de corpore delicti plenè conſtet.* Si ergo in criminalibus & odioſis ad pænam ordinatiam contra reum ſufficiunt inditia proxima, & indubitata (qualiter tangit etiam regens Joſephus Seſe, 1. parte ſuar. deciſ. deciſione 111.) in cauſis piis qualis eſt hæc quæ geritur in conſultatione, nonne abundabunt inditia vehementia & indubitata? ratio autem cur in hoc regno Aragonenſi, & de aliis ſimiliter audivi, abundat cauſam probari per inditia indubitata, eſt, quia tranſeunt cauſæ ex eis præmiſſæ de rebus, ſub dubium ſe gerentibus in res indubias patefactas; ſapit enim (ex Logica inconcuſſa) concluſio naturis præmiſſarum, quamvis ſemper ſequatur debiliorem partem; ergo utraque præmiſa indubitata, concluſionem ſyllogiſmis indubitatam faciunt, ſive diſcurſus ſit Philoſophicus, ſive Theologicus; in illo, v. g. totum eſt maius ſua parte; ſed corpus eſt totum penes manus; ergo corpus maius eſt manibus: indubitata eſt concluſio,quia depromitur ab utraque præmiſſa indubitata; & in Theologia: Nullus Pontifex Romanus poteſt errare in diffiniendis rebus fidei; ſed Innocentius xi. eſt Pontifex Romanus; ergo Innocentius xi. non poteſt errare in diffiniendis rebus fidei; nonne indubitata concluſio! ergo ſententia lata à judice (quæ ſententia ſit concluſio deducta ab iuditiis indubitatis) indubitata erit; ſed ut ſit legitima, & vera aliud non exigitur niſi quod indubitata ſit: ergo vera, & legitima ſententia producitur à iudice quoties ab indubitatis inditiis eam pronunciat.

5. Oportet amplius quid de inditiis; iuriſtæ (conſone ad l. qui vaſ. §. qui furem ff. de furtis concordant inditia fore quædam ſigna demonſtrativa informantia animum iudicis, adminicula quidem in facti veritatem deducendam,) explicant inditia cum Baldo in l. ea quidem cod. de accuſationibus, ut late Maſcardus lib. 1. de probat. concluſ. 15. num. 9. ut alia dicantur non plena & indubitata, altera plena & indubitabilia; de illis Maſcardus ait demonſtrationem rei efficere per ſigna ſufficientia; *Per quæ animus in aliquod tanquam in vero & proprio exiſtente quieſcit, & plus inveſtigare non curat:* de illis vero fatur: fore *præſumptionem moventem animum judicis ad aliquid credendum vel diſcredendum ſed non ita ut in eo judicantis animus conquieſcat.* Judex debet conquieſcere, ut dubitatum, vel indubitatum, conveniat ſubſtantivo, *inditium* nec quieſcere dicitur nondum animo recto, & æquo; non diſtorto, paſſione, ignorantia, aut malitia, ſe gerendo ſub aliis terminis idem explicant iuriſperiti vocantes indubitata inditia, proxima quando eis poſitis infallibiliter apparet effectus; vel remota cum immediatè res non attingitur niſi mediis circunſtantiis occurrentibus; videndus Farinatius ea quæſt. 36. num. 44. & quæſt. 37. num. 42. nec alterum eſt quod tangit Julius Clarus lib. 5. ſentent. §. finali; quædam inditia vocans levia; aliqua gravia; & plura graviſſima: idem ipſum indicant alii appellantes ſimplicia, vel urgentia, neceſſaria, aut veroſſimilia; ſive repugnantia: ne ſine Theologis ducamur, totum complectitur Trullench tom. 2. in Decalog. lib. 8. cap. 1. dub. 13. n. 2. per ſequentia *Inditia ſunt ſigna & circunſtantiæ ex quibus rationabiliter ſolemus de actionibus fratris judicare, quorum alia ſunt expreſſa, certa, & indubitata; ex quibus morali certitudine licet conjectare; ut ſi nudus cum nuda ſit in lecto deprehenſus, ſignum eſt concubuiſſe; (vel concubere velle) vel ſi evaginato gladio ſanguine aſperſo inveniatur uxta occiſſum, maxime inimicum ſuum; alia ſunt non ita certa ſed probabilia:* Ergo dantur inditia ſuperantia facti probabilitatem, conſtituta in linea & ſerie certitudinis; & altera quæ non tranſeunt de termino probabilitatis, nec demonſtrativa queunt nuncupari; num. 4. totum quod concupivi inveni

Digitized by Google

in Trullench verbis, cum ſic ſcribit ; *Inditia vero gerunt vicem teſtis , & probationis ; ſumuntur enim ad probandum delictum ſicut & teſtes.* Ergo velut dantur teſtes graviſſimi , vehementes , certi , & indubitati , à quibus animus judicis quieſcit , potens jam ferre ſententiam diffinitivam , quia à nulla allegatione oppoſita refragantur , ſeu repugnantur ; ita & concedenda ſunt inditia vehementia , graviſſima , certa , & indubitata , irrefragabilia quibus nulla repugnantia opponitur ; de iſtis contra Santium in conſiliis part. 2. lib. 6. cap. 3. num. 3. Pellizarius cap. 4. citato , in plenis quæ vocat aſſignata inditia , concludit. *Ita movent animum ad aſſentiendum alicui rei , ut in ea acquieſcat , tanquam vera , nec curet ultra inveſtigare* : Ergo in eventu conſulto , quamvis teſtimonium Monialis jurare potentis ex ſuo ſcrupulo fatuo , & conſcientia erronea , nec tanquam teſtis admitti poſſit in proceſſu , præmiſſis ad ſuum teſtimonium maledictionibus ſubjunctis , ſub quibus ſuum dictum ſubſcripſit , ex prudenti ſtratagemate judicis ; & conteſtibus vocatis tribus Religioſis jurejurando deponentibus id ipſum , non alio tenore narratum , ac firmabatur ab ea , audiviſſe ſæpe , inditium vehemens, plenum , proximum , , urgentiſſimum , graviſſimum, indubitatum , reſultabat ad procedendum in ſententiam diffinitivam , de mirando approbando , non alia conditione ſeu urgentia , quam ſi prævio juramento demeret in ſummaria , vel plonaria ; & ratificaretur , qualiter factum fuit , quia ipſam in proceſſu doponere & ratificari fecit judex præcedentibus maledictionibus , ac ſi juramentum præiret.

6. Occurrit jam deciſio , & penes primum indicendum dico , potuiſſe tutâ conſcientiâ procedere judicem ordinarium illius Diœceſis in diffinitivam ſententiam de miraculo quod examinabatur ab illo inditio non difformiter , ac ſi verè ex juramento præſtito depoſitionem faceret illa Monialis. Probatur , indubitatum inditium æquivalet facti evidentiæ ; nec minorem vim habet in notificandum judici veritatem facti , quam teſtis juratus irrefragabilis omni exceptione major ; ſed ſi Monialis præmiſſo jurejurando teſtificaret miraculum eſſet teſtis omni exceptione major , abundans ut judex acquieſceret veritati , & in ſententiam diffinitivam procederet tutâ conſcientiâ ; ergo exiſtens inditium indubitatum ſine juramento Religioſæ teſtimonium , æquivalens , inditium , eiuſdemque valoris ac ſi præcederet , poterat ordinarius in illius cauſæ examine , licitè ad ſententiam diffinitivam procedere : Quanta poſſent hic coadunari ex Abbate Panormitano , cap. veſtra num. 13. & Suario tom. 4. de Relig. lib. 10. cap. 12. num. 33. totumque roboratur ab his quæ in jure habentur l. ſciant cuncti cod. de probat. Linditia. Cod. de rei vindicat; cap. afferte de præſumpt. Reſpondebis quod cum nuſquam inditia (quantumcumque graviſſima , proxima , aut indubitata) reperiantur , plenam producunt probationem , niſi ad ſummum ſemiplenam , nec judici liceat procedere ad ſententiam diffinitivam cum ſemiplena eſt ſolummodo probatio (quæ tantummodo dat facultatem ad interlocutoriam depromendam) nequibit judex in re tanti momenti qualis eſt approbatio miraculi procedere diffinitivè ſententiando , dum etſi ſufficiat ſemiplenaria ad interlocutoriam , plenaria exigitur ad diffinitivam ; nec diſſentire videtur practicus Aragonenſis Michaël de Molina in ſuo reportorio ſororum lit. I: dictione , *inditium* dum ait *Per inditia probatur furtum quoad pœnam exilij & flagellorum ; licet non quoad pœnam mortis , vel mutilationis membri* ; quaſi dicat ad diffinitivam majorem ſententiam , numquam inditia ſufficiunt , ſed ut ab hoc juriſperito incipiamus, quid proximè ad tranſcripta , ex eo dicat , audiamus. *Inditia probant delictum in caſu fori* ; quid eſt , *probant*, nonne ut procedatur ab eis indubitatis , & irrefragabilibus , ut procedant judices ad diffinitivam ſententiam : à contextura autem prædicti Michaëlis de Molino liquet , in primo quod ab ipſo tranſcripſimus liquet loqui de illis inditis quæ non æquivalent teſtibus ocularibus , nam ſi de viſu , duplici teſtificanti æquivaleant per facti evidentiam irrefragabilem , ut in exemplo poſito de nudo cum nuda in eodem lecto repertis , & de occiſo, dum invenitur ſolus inimicus evaginato gladio & cruore pleno , ut præmiſi n. 7. cur in pœnam ordinariam ex diffinitiva ſententia condemnari non quibunt : Angelicus Doctor ſecunda ſecundæ q. 60. art. 5. ad ſecundum in difficultate quam movet, qualiter ſecundum leges ſcriptas judicandum, ait. *Sicut leges iniqua ſecundum ſe contrariantur juri naturali , vel ſemper , vel ut in pluribus , ita ergo leges qua ſunt rectè poſita in aliquibus caſibus deficiunt , in quibus ſi ſervarentur eſſet contra jus naturale , & ideo in talibus non eſt ſecundum litteram legis judicandum , ſed recurrendum ad aquitatem quam intendit legiſlator : unde juriſperitus dicit ; nulla ratio juris aut aquitas benignitatis patitur , ut qua ſalubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriori interpretatione contra ipſorum commodum producamus ad ſeveritatem , & in talibus etiam legiſlator ; aliter judicaret , & ſi conſideraret legem determinaret :* Ergo etſi in criminalibus , ſeu civilibus cauſis forenſibus ſæcularibus concedatur non ſufficere inditia indubitata ad ſententiam diffinitivam , in eis quæ cedunt ad gloriam Dei mirabilis in ſanctis ſuis abundabit, dum ſola veritate inſpecta , & convicta proceditur ad illam ; ideo caſus erit exceptus aliter in eo ac regulariter proceditur.

7. Sed contra idem S. Præceptor ea quæſt. 60. art. 6. veſtigans ; *Utrum juditium per uſurpationem reddatur perverſum* in corpore hæc habet. *Cum judicium ſit ferendum ſecundum leges ſcriptas , ut dictum eſt , ille qui judicium fert legis dictum quodammodo interpretatur , applicando ipſam ad particulare negotium ; cum autem ejuſdem authoritatis ſit legem condere ; ſicut lex condi non poteſt niſi publica authoritate , ita nec juditium ferri poteſt , niſi publica authoritate ; qua quidem ſe extendit ad eos qui communitati ſubduntur ; & ideo ſicut injuſtum eſſet , ut aliquis conſtringeret alium ad legem ſervandam , qua non eſſet publica authoritate ſancita , ita injuſtum eſt ſi quis compellat aliquem ferre judicium quod publica authoritate non fertur.* Argumentor ita ; non erat publica authoritas in ordinario interpretandi exceptionem , in eo individuali caſu de teſte non jurato ad ferendam ſententiam diffinitivam , propterea quia non juratus talis teſtis , & ſub maledictionibus ſubjectus deponens tantum ſe gerebat in eo per judicium indubitatum , proximum, & certum ; ergo tenebatur ampliùs procedere ad plenariam probationem ; & dum hæc non inveniretur ſe abſtinere à pronuncianda ſententia diffinitiva , propter defectum probationis plenariæ : antecedens probatur. Si in eius optione id eſſet ex authoritate , videlicet publica quâ fungitur declare legem non loqui in eo caſu exceptionemque in ipſo adimittere ; judex non foret , qui ea utens facultate non poſſet , ſimiliter interpretandi quamcumque legem in detrahendam adminiſtrationem juſtitiæ & æquitatis ; quod tam nocivum foret quod fortaſſis tribunalia pronunciaret injuſtiſſimè in cauſis civilibus ; v. g. in majoratus lite ponerent exceptionem in voluntate inſtitutoris ; & in criminalibus quamtumcumque latro plenariè probaretur condemnandum ad ſuſpendium ex furca , pronunciaret judex ; exceptionem tenet in hoc caſu lex; quæ perſpicuè tam præjudiciabilia ſunt, ut practicari nequeant , niſi leſâ juſtitiâ ; ergo caruit

Digitized by Google

ille ordinarius facultate interpretandi legem de teſte non jurato in illo eventu peculiari. Reſpondeo dupliciter poſſe judicem, legem ſcriptam (in cuius tenorem tenetur ferre ſententiam diffinitivam) ad individualem caſum, interpretari, vel in abuſum & corruptelam ipſius legis, damnumque inferendum ab ipſa interpretatione lata contra legem; quo pacto luce clarius pateſcit de eo publica authoritate carere; enormiterque peccare ex officio, ſic legiſlatoris mentem applicando, & diſſone ad eius intentionem abutendo facultate quâ fungitur publicâ; aliter interpretari quit lex ex publica authoritate penes exceptionem, quando ab ea interpretatione reſultat bonum commune augendum in ſingulariſſimam divini numinis gloriam referendum; comperta rei veritate ex inditiis indubitabilibus efficacem credulitatem, & fidem adminiſtrantibus non aliter ac ſi per teſtes probaretur: & tunc authoritas publica legitimè legem interpretatur; pateteque ab his quæ S. Thomas eo art. 6. ad tertium docuit, ut ſatisfaciat quomodo jura ſpiritualia ſe intromittant quandoque in ſæcularibus. *Non eſt uſurpatum juditium, ſi ſpiritualis Prælatus ſe intromittat de temporalibus quantum ad ea in quibus ſubditur eis ſæcularis poteſtas.* Ergo interpretans ordinarius leges ſæculares de plenaria probatione ex teſtibus in exceptione ad caſum exceptum de miraculo inferendam ſententiam diffinitivam propter inditia vehementia, & indubitata, non aliter, ac ſi teſtis juratus concurreret reſultans in gloriam Dei, motus à facultate ſcrupulizantis, authoritate publica pollebat & rectiſſimè pronunciavit excipi caſum, negato, etſi detur, jura civilia inconcuſſa, decernere quod intenditur.

8. Penes ſcrupulizantem Monialem, (proh dolor! in eo quod veſtigium non erat, dubitandi, inſipienter imprudente zelo agitabatur) advertenda fatuitas eius quando non parendo præcepto ſui ſuperioris peccabat graviſſimè mortaliter, nec rimam tenebat exiſtimandi, qualiter in præceps ſuam animam dabat, computanda quidem in facto, & connumeranda inter virgines fatuas de quibus Dominus in Evangelica parabola Math. 25. v. 2. *Quinque autem ex eis erant fatuæ*, de quibus S. Joannes Chriſoſtomus homil. 79. in Matheum *Idcirco etiam fatuas appellavit, quoniam maiori certamine ſuperato in faciliori totum perdiderunt;* quid proprius ad rem, majori certamine ſuperato, illa renitiens & inobediens Religioſa, relinquendo mundum, votis profeſſionis ſuam virginitatem ſacrans Deo in perpetua clauſura, faciliora reſiſtens circà debitam ſui ſuperioris obedientiam, ad quam tenebatur, totum perdidit meritum renuens, præmiſſo juridico juramento deponere, quod viderat in miraculo patrato, ad divinam gloriam declamandam, pejori ſui ſorte dum peccato læthali commiſſo in reſiſtentia, & paritionibus nolitione, gratiam juſtificantem amiſit cæcâ ex conſcientiâ erroneâ, peccatum judicans actum laudabilem, & meritorium; quin ſuffragari poſſet ab ignorantia invincibili: nec diminuibilis culpa eius, ab his quæ tangit Caſtro Palao tom. 1. tract. 1. diſp. 1. punct. 6. expendens aliquas difficultates quas leviores vocat de conſcientia erronea; in una earum adhærere non vult. noſtro Baſolio 2. diſt. 38. & 39. quæſt. unica art. 3. firmanti ſemper fore graviorem malitiam, ſequi conſcientiam erroneam quam eam non ſequi, quod judico veriſſimum; at Jeſuita ſequentem ſtabilit concluſionem. *Aliquando eſt gravius peccatum, aliquando levius, pro materiæ gravitate;* Exemplifico punctum; ponamus ex conſcientia erronea me exiſtimare, quod ſi ſumo gicaram chocolati, in die in quo non me obligat jeiunium, pecco mortaliter; inquiritur; qualis major culpa, an aſſentire huic errori; utrum contra conſcientiam erroneam bibere gicaram chocolati? illud majus peccatum, inquit Baſolius; ſemper eſſe, quia ego ab errore & ignorantia craſſa, non poſſum ex dictamine me conſtringere ad id in quod nulla lege obligor; Palao autem aſſerit commenſurandam eſſe gravitatem materiæ in conferentia tranſgreſſionis, & ab eo capi minorem, aut maiorem peccati gravitatem; quidquid de hoc; cum in eventu conſulto ponderoſior ſit gravitas adherendi ſuæ conſcientiæ erroneæ Monialem, cui injungitur obedientia, gravius valde peccavit manens in ſua tenacitate, quam ſi jurando non depoſita tali conſcientia erronea, ipſi contraveniret; inde Palao num. 4. diſputans: *An ſit maius peccatum operari contra conſcientiam erroneam quam contra præceptum ſuperioris:* reſpondeat; *aliquando enim tranſgredi præceptum ſuperioris erit gravius, quam tranſgredi præceptum conſcientiæ ſi materia præcepta à ſuperiore gravior ſit:* Quid clarius? conferentia ſumatur de eo quod præcipiebat Prælatus, & de ipſo quod Religioſa voverat de non jurando iſtud bonum peculiare reſpiciebat, illud utilitatem communem, reſultantem in glorificandum Deum mirabilem in præcibus illius ſancti tunc Beatificati, & cuius cauſa agebatur ad canonizationem; ſicut & peracta fuit, & exigebatur in adminiculum ille individualis caſus; ergo quaque parte inſpiciatur materia ſemper graviori reatu maculabatur in renitentia non jurandi, & tenacitate, quâ pertinaciter adherebat conſcientiæ tam miſerabiliter erroneæ.

9. Efficacius id ipſum convincitur cum non ſit diſtincta materia circa quam verſabatur præceptum ſuperioris, ac penes eam, in qua decipiebatur à ſua conſcientia erronea Monialis: & pro eo non utar niſi clauſulis Caſtro Palao citati, quæ ad intentum ſunt mirificæ, ait. *Si ſuperior, & conſcientia circa eandem materiam verſantur gravius erit tranſgredi præceptum ſuperioris, quam præceptum conſcientiæ mala fide errantis;* vbi ſupponit tria præcepta; unum in errore malæ fidei fundatum; alterum procedens à juriſdictione ſuperioris, ut malam fidem deponat, & errorem; aliud in ipſa materia quæ ſcrupulizatur, cum in ea nullum urgeat ſcrupulizandi medium; & optimè deducit Jeſuita ſemper gravius committi peccatum quoties in uno coeunt & ſuperioris, & materiæ præceptum; ſed in idem erat, & illud quod imponebatur Moniali à ſuo Prælato, ac urgens ex materia quæ inſtabatur deponenda ſub juramento; ergo gravius peccavit in inobedientia, quam ſi tenaciter præſumeret peccare contraveniens conſcientiæ erroneæ depoſitionem producens præmiſſo juramento; nec hic eſt caſus inductus à Diana part. 9. tract. 8. reſol. 47. diſputans. *An peccet ſequens conſcientiam errantem, ſi dictat utramque partem eſſe malam:* Eventum ita exemplificat: *Putat ruſticus peccare lethaliter die feſto, ſi Miſſam non audit, quia præceptum eſt Miſſam audire; putat etiam peccare lethaliter, ſi gregem deſerat; cauſâ audiendi Miſſam, quia devorabit eum lupus, aut fur rapiet:* Pluries fœminæ id conſulunt ſcrupulizantes in ambobus peccare mortaliter, putando læthale fore, omittere die feſto Miſſam, dum relinquunt infirmum ſuo ſubſidio egentem; ſimiliter judicant peccare ſi propter Miſſam audiendam languidus carens ſua ſubventione pereat; & licet probabiliſſimum ſit quod contra Granaſlos decidit ea reſol. 47. §. ſed ego puto. *In tali caſu nullum peccatum committi, quia non adeſt libertas ſufficiens ad peccatum; cum enim una ex illis contradictoriis ſit tibi neceſſariò eligenda; & in illis repræſentetur peccatum; jam peccatum erit neceſſariò eligendum.*

qu d eſt abſurdum; deinde non poteſt quis peccare in aliquo faciendo, cuius contradictoriè oppoſitum indicat eſſe prohibitum; at doctrina hæc, etiam admiſſa, non excuſat Monialem, quæ non ſe perſuadebat ſibi prohibitam utrumque partem, niſi illam quæ procedebat à jurejurando, numquam præſtando, quantumvis ſuperioris præcepto aſtringeretur, ut ipſa aiebat; potiuſque confirmatur, & ſi in utramque partem demus ſcrupulizaſſe; nam ut bene Diana 5. ſed an ſupradicta; conſulens quid agendum ab eo, dum ambas partes conſcientia erronea cenſet malas, & prohibitas; concludit, & rectè. *Si in tali caſu poteſt homo uti alterius conſili optimè fecerit*: Ergo peſſimè faciet, & peccabit potens uti alterius conſilio, & non deponens errorem; ergo peſſimè fecit Monialis illa deſpiciens ex ſua pertinacia tot ſapientium conſilium, ipſam ſecuram facientium ad parendum ſui ſuperioris mandatum, & procedendum in depoſitionem ſub juramento, nec pro ea facit quod tangit Palao punct. 6. n. 4. *Si conſcientia invincibiliter errat abſque dubio eſt ei obediendum*, cum mox ſejungat; *At rarò contingit invincibiliter tunc errare; præſumi enim debet pro ſuperioris pracepto, ac proinde deponenda conſcientia, & obediendum*: ergo quia non depoſuit inobediens fuit, & peccavit.

10. Hoc inobedientiæ delictum punibile colligitur; ſed quo ſupplicio? ut occurramus ultimo inquiſitio, an pæna ordinaria contra inobedientes, lata in ſtatutis ordinis, vel in alteram commutari quiret; ſuppono Pellizarium tom. 1. tract. 4. ſect. 1. num. 24. in diſcuſſionem vocare. *An in dubio utrum res pracepta ſecundum ſe & ſeparata à pracepto ſuperioris poſſit Religioſus formare conſcientiam, quod obediendum eſt; pracisè, quod ſuperiorem illam pracipit ut ſola authoritas Pralati pracipientis ſit ratio deponendi dubium*: idem ac ſi inquirat; utrum in dubio ſubditi, an poſſit ei præcipere Prælatus, vel non jubere, teneatur ille deponere dubium, & parere cum Suario tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 8. à num. 9. idem Pellizarius tom. 2. tract. 9. cap. 3. ſect. 2. n. 25. ſequentia ſcribit. *In dubio num lex ſit juſta, teneri ſubditum eam ſervare, quamdiu non conſtat eſſe injuſtam, cum in dubio jus ſuperioris præferatur, ac pro eo præſumatur, ſicque non obſtante illo dubio, quod pro tunc eſt ſpeculativum, adſit certitudo practica honeſtum eſſe, tunc obedire legi.* Ergo in dubio illo ſpeculativè exiſtente in mente Monialis renuentis præſtare juramentum coram ordinario, interpoſito ſuo ſuperioris mandato per ſanctam obedientiam, in præcepto formali interveniente trino intervalo diſtincto intimato, parere tenebatur, quia præſumptio ſtabat pro hoc quod à ſuperiore honeſtum præcipiebatur; ergo paritionem reſiſtens in crimen inobedientis contumacis incidebat; ergo punibile erat delictum, item tract. 10. cap. 4. ſect. 3 num. 92. idem Pellizarius *Quamvis ex genere ſuo obliget ſub, in, & uſu communi Religionum receptum ſit, ut ſi ſuperior ſupplici verbo pracipiat, quamvis materia pracepta ſit gravis, non cenſeatur velle obligare ſub mortali, quantum eſt ex ſuo pracepto poſitivè, ac voto obedientia, niſi forte in virtute ſancta obedientia, aut alia aquivalenti forma indicet ſe intendere obligare, quantum poteſt.* Luculentius idem pertractavit Suarez tom. 3. de Relig. lib. 10. cap. 4. num. 5. inde Pellizarius num. 98. de obedientia præſtanda à Monialibus ſubjectis regularibus, non aliter, eodem modo, ait aſtringi eas ac viri Religioſi ejuſdem ordinis, cum par in utroque ſexu fiat ei votum obedientiæ, conſequenterque, pænæ latæ contra inobedientes æque comprehendere fratres, & ſorores, annuit; ergo ſubjiciebatur Monialis illa pænis decretis in ſtatutis Religionis, & ultra, cum in ſua tenacitate duo peccata mortalia ſpecie diſtincta commiſiſſe pateat; & ex aſſignatis à Suario eo lib. 10. cap. 6. num. 3. unum ſacrilegium ex voto violato; alterum injuſtitiæ contra pactum inhitum cum Prælato in promiſſa obedientia; neque qua pæna afficienda erat, conſtare mihi poterat cum adverſus inobedientes, non uniformiter in Religionibus ſtatuta diſponant quid luendum in pæna nam aliquæ ita hoc crimen exagerant, ut carcerem per duos vel tres menſes ſtabiliant, aliæ rigidiùs ſe gerunt conſtituentes inobedientiam contumacem, caſum reſervatum, & cenſuræ excommunicationis majoris ſubjectum; atque abſolvendum inobedientem contumacem, non aliter, ac Apoſtatam; unde pro ſupplicio imponendo, intereſt diſcutere diſcrimen judicis, quando ſola pæna corporalis ſtabilitur in lege, vel ſpiritualis, in illa v. g. carceratio, jejunium, diſciplina, vel hujuſmodi æquivalens; in iſta vero incurſus in ſuſpenſionem officiorum ordinis, vel excommunicationem majorem; non cadit ſub optione ſuperioris ſi ſpiritualis ſit pæna de ſerie excommunicationis eam augere, vel minuere; quo pacto facultativa poteſtas non erat in Prælato ut eam non declararet excommunicatam, & ut talem puniret abſolutione publica, & flagellatione; dum inobedientia contumax ſub eam cenſuram non excipiebat Moniales ab illa contrahenda.

11. Attentis tamen pænis corporalibus cadentibus ſub optionem ſuperioris ex privilegiis ſui ordinis optimè quibat charitativè, fatuæ mulieris delinquentis; correctionem ſatagere, quin via juridica contra eam procederetur in totam legis penam etſi alias cogeretur juridicè procedere; ſimiliter textum habeo præclarum (ut loquamur cum juriſtis) in Calixto Ramirez in ſuo annallitico tract. de leg. Regia §. 16. n. 39. *Si prædictis circunſtantiis à judice prudenter penſatis ejus conditionis ſit, ut ſuper crimine diſpenſare non valeat, nihilominus tamen poterit ex cauſa legis pænam vel agere vel minuere (Batol, & Bald in legem hodiè ff. de pænis; Tiraquellus de pænis temperandis in præfat num. 16. Rebuf. in legem aliud eſt, §. inter mulctam ab veruntamen, ff. de verb. ſignif. & facit textus in legem, quid ergo, §. pæna gravior ff. de his) quam regulariter certa diffinit à lege eſſe ſoleat, & ex judicis arbitrio non dependens, de jure namque certo etiam prætextu æquitatis aliquid immutare judex non poteſt; ſed de jure controverſo interpretatione moliri, & declarare; ibi eſt permiſſum; in quaſtionibus vero facti quæ à ſubſtantia probationum dependeret, latius eſt judicibus, & Magiſtratibus conceſſum arbitrium*: ergo arbitrari quibat penes fatuitatem Monialis; ſed ne ſine Theologo procedamus, audi Pellizarium tom. 2. tract. 7. cap. 1. ſect. 1. num. 28. diſputans. *An, & in quibus caſibus Prælati regulares poſſint commutare, augere, minuere, aut remittere pænam in jure, ſive communi; ſive proprio ordinis, pro hoc, aut alio delicto taxatam?* Cauſas aſſignat num. 30. quibus in univerſum attendendum eſt à Prælatis, ut commiſſa crimina in ſententiam deducant, ſignificans minuendam pænam, quoties ignorantia, vel ſubita promptitudo, aut humana fragilitas in præceps ruere fecit; augendam verò quandocumque malitia dolus, aut fraudulentia, ſive ſcandalum urget; ſic à Sanctio terminans reſolutionem. *Has cauſas tunc demum eſſe juſtas ad minuendam pænam legis, quando lex ipſa non exprimit nullam aliam pænam debere imponi; aut manifeſtè non prohibet pænam mutari: cap. ſuper eo de rupe*: Ultimas has duas clauſulas Jeſuitæ præpondera: ergo quoties in ſtatuto, ſeu lege non exprimitur, vel nullam aliam pænam deberi delicto; aut non prohibet eam in alteram commutari, licebit judici minuere.

Digitized by Google

vel accreſcere illam, penſatis circunſtantiis occurrentibus in flagitio; inde quia regulares potius in ſupplitiis quæ determinant pro delinquentibus, medelam erroris, quam afflictionem errantis attendunt, ducti in adminiſtranda juſtitia, charitativa magis compaſſione, quam æquilibrii in pondere & æquitate; apparet quanta prudentia ſe gerere debuit, penes illam Monialem fatuam inobedientem, ille ſuperior attentus potius ut erroneam deponeret conſcientiam, & à propoſito dictamine reſiliret, atque humiliaretur, vacuata à ſuo interiori illa pertinatia, & directa ut abnegatione propriæ voluntatis, qua ſeipſam decipiebat recto tramite in obſervantiam, & paritionem dirigeretur; eatenus inſtante judice ordinario pro miſericordia in pœnam injungendam, agitata cauſa inobedientiæ contumacis, in proceſſu, quia ita expediebat, ne cauſam aliæ ſorores ſumerent in inobedientiam, à diffinitorio ſententiata fuit in privationem perpetuam vocis activæ, & paſſivæ, quia nullam excommunicationis cenſuram ſtatuta decernebant contra inobedientes contumaces; appellatoque ab illa, ad ſuperiorem generalem, & diſcuſſa iterum cauſa, pronunciatum fuit ad favorem diffinitorii & confirmata eius ſententia; iterumque appellatur ad Apoſtolicam ſedem; & commiſſione adducta ad judicem Synodalem, hic noviter utriuſque Prælati ſententiam confirmavit, nec comperire potui, utrum à ſua impertinenti tenacitate deflecteret: quantum intereſt in Religioſis cæcâ obedientiâ ſe ducere, in his quæ non ſunt contra animam ſuam; nec ullum erit, quando à timoratæ conſcientiæ viri Docti conſuluntur, & proprium in eis deponitur dictamen.

CONSULTATIO XLVI.

De languida Moniali conſentiente ſibi remedium præberi, quo perpetuo ſterilis manſit.

EX ſanguinis profluvio quædam egrotabat profeſſa Monialis, variiſque remediis adhibitis à Medicis, nuſquam ſanitatis ſpes in aliquo inditio ſignificabatur; imò tale erat mulieris humidum radicale in temperamento humorum intemperatorum, ut pari paſſu, ac juxta regulas appollineæ ſcientiæ medicamenta aptabantur, languor accreſcebat acutior; cumque fœtore continuo, & ipſa patiens anxiaretur valde, atque ſorores, compaſſione charitati debita remedium conſorori ſollicitabant, vocatis tribus, de alio regno cujuſdam univerſitatis, Cathedraticis Medicis majoris famæ peritis, & hi quantum fas eſt, attento, rariſſimo ægrotantis temperamento, in uno convenerunt conformes, quod intra quadrimeſtre à ſanguinaria infirmitate liberaretur Monialis, experientia nota ab uno eorum, qui in ſimili profluvio ſanguinis, viduam curaverat. Veruntamen ſuis regulis medicis ita diſcurſabant, principiaque fore indubitabilia, proferebant unum principium (credo non ita ab aliis admiſſum) Profluvium non compati cum fæcunditate, eatenus ſterilem & infæcundam manſuram ægram; conſulta re cum Prælato, & Abbatiſſa ſeu Prioriſſa, aliiſque conſanguineis infirmæ inſtabant iſtæ in remedium exequendum clamando; nimis communitati gravoſam; nec ſufficientes tenere pannos in neceſſitatis languidæ occurrendum; conſuluerunt Medici Theologos, qui de communi conſenſu in unum convenerunt; nempe, quod ſi ipſa conſentiret, tutâ conſcientiâ præberi poſſe illa pocula in ſterilitatem; ægrotantis petitur conſenſus ad remedia peragenda, monita de infæcunditate in qua manſura erat; ad quam nullatenus conſenſit; at Medici inſtari à confeſſario Monialium & ſuperiori locati eorum, proceſſerunt in remediis adhibendis, patienti impoſito ſanctæ obedientiæ præcepto, ut potiones ſumeret applicandas; & à confeſſario inſtata quod obedire tenebatur, ſicut & fecit; ante completos quatuor menſes incolumis omnimodò à languore evaſit; ſed ſcrupulizans an peccaverit in conſenſu; & tria in conſultationem poſuit: primum; utrum in præcepto ſibi impoſito tam Prælatus, quam Prioriſſa peccaverint; ſecundum confeſſarius ipſam feſellerit peccans ſimiliter, & quotquot inſtabant in illa remedia applicanda: tertium quod de Medicis, non obſtante conſenſu parientes, præcepto obedientiæ, & inſtantia aliorum.

SUMMARIUM.

NON idem ſterilem fore ex caſtratione, ac ex medicamentis applicatis, n. 1.

Propter impotentiam in qua quis ſe ponit irregularis non manet, n. 1.

Aliud procurare abortum, alterum conſtitui ex remedio ſterilem, n. 1.

Sacerdos conſentiens ſibi amputare pedem infirmum irregularis non eſt, n. 1.

Licitus cuiuſdam conſenſus ut amputaretur à ſe brachium, n. 1.

Plus curandum de incolumitate propria quam de generis humani propagatione, n. 1.

Potentia generativa reſpicit ſpeciem propagandam, num. 1.

Licuit Sacerdoti quin timeret irregularitatem in vitam conſervandam conſentire ut caſtraretur, num. 1.

Vtrum in herbis ſeu Pharmachis virtus inſit ad conſtituendum ſterilem extinctione virtutis, n. 2.

A pattonibus adminiſtratis in muliere languida minuitur, non extinguitur virtus generativa, n. 2.

Vtrum impedimenta reſultantia ex medicamentis numeranda ſint inter abortus, n. 2.

Diviſio impotentiæ in naturalem, & caſualem, n. 2.

Sacra ſcriptura textus de eunuchis, explicatus, n. 2.
Potentia naturalis pharmacis juvatur, non tollitur, num. 2.
Subdiviſio impotentia caſualis in illam qua ab extrinſeca violentia incurritur, vel ab intrinſeca intemperiè oritur, n. 3.
Textus canticorum de mandragoris, n. 3.
De eodem ab hiſtoria de Rachele & Lia, n. 3.
Impotentia perpetua, vel temporalis, n. 3.
Ante declarationem Sixti V. qualiter maritabantur caſtrati, n. 3.
Quid liceat alicui ſi remediis teſticula abſumantur, ita excicata quaſi à caſtratione, n. 4.
Magno merito impeditur quis uſu potentiarum ſenſibilium, n. 4.
Factum ſancta Lutra & ſancta Apollonia, illa eruens à ſe oculos, iſta ſe iniciens in ignem, n. 4.
Nulli licet eradicare à ſe potentiam, n. 4.
Pluſquam ab extrinſeco à caſtitatis, voto, generativa impediatur potentia, n. 5.
Ingentiſſimum meritum, virginitas in matrimonio rato, n. 5.
Dum radix permanet minui mirtificationibus potentiam generativam, non repugnat, n. 5.
Matre gravida periculoſe in vita laborante, quomodo liceat aut non liceat Pharmacha ſumere, n. 5.
Datur abortus praterintentionalis, & intentionalis, num. 6.
Remedium hiſpanè vocatum anacardina, n. 6.
Metaphiſica praciſiones utiles in re morali, n. 6.
Diſtinctio aptitudinis à non repugnantia, n. 6.
Aptitudo oblata per ſterilitatem inductam, illicita, num. 6.
Utrum dari poſſit caſus in quo ex voto obèdientia cogatur Monialis ut maritetur, n. 6.
Eventus Regis Ramiri poſt profeſſionem Benedictinam, matrimonium celebrantis cum Matildo, num. 6.
Utrum inextinguibilis potentia generativa propter identitatem cum vegetativa & ſenſitiva, n. 7.
Joannes Pontius de mente Scoti non ita, ut par eſt ſentit, n. 7.
Vegetativa potentia, generativa, & ſenſitiva diſtinguuntur tanquam includens ab incluſo, n. 7.
Nutritiva expectat ad conſervationem individui; augmentativa ad eius perfectionem; generativa ut permaneat ſpecies, n. 7.
Qua animalia carent potentia generativa, n. 7.
Formalitatis identificata, realiter connotatum potentia ſeparari queunt, n. 7.
Canones ante tridentinum ad ſeriem iuris communis reducuntur, n. 8.
Paritas de illicita amiſſione potentia viſiva, n. 8.
Evidentiâ Mathematicâ notum extingui potentiam generativam non licere, n. 8.
In facti contingentia, quid liceat ſecundum opinionem probabilem, n. 8.
Duo incompatibilia occurrentia bona quod pravalet num. 8.
Non ſuperfluit in Beatis vegetativa, & generativa potentia, nuſquam reducenda in actum ſecundum; num. 8.
A profluvio ſanguinis juxta Medicos qualis ſterilitas, num. 8.
Sanguinis profluvium copioſum continuum aquivalere aiunt illi, caſtrationi, n. 8.
Sterilitas, quâ punita fuit Michol ſecundum Rabbinos, n. 9.
In veteri lege opprobrium erat ſterilitas, n. 9.
Reſolutio difficultatis ſub quadam diſtinctione, n. 10.
Delictum, complicibus imputandum, n. 10.
Bona fides, & probabilitas operandi à culpa liberant, n. 10.
Doctrina applicata, n. 10.
Quid ſuperioribus incumbit in occurrentia opinionum probabilium, n. 10.
Bona fide de conſilio peritorum operans, rectè operatur, n. 10.
An Monialis Pralata Monialibus injungere poſſit ſanctam obedientiam, n. 10.
Mulier incapax jurisdictionis ſpiritualis, n. 10.
Ex voto obedientia Religioſa peccant mortaliter non obediendo ſua Pralata mandato, n. 11.
Ad non obediendum, in Moniali, unde bona fides, n. 11.
Diſtinctio de cooperatore, aut non cooperatore, n. 11.
Liceat ne quandoque ob vitandas diſtillationes à ſe dentes amputare, n. 12.
Dentes, qua partes corporis, n. 12.
Utrum animati, & à verbo divino aſſumpti, n. 12.
Dentes, oſſa quadam corporea, n. 12.
Notanda conſequentia deducta, n. 12.
Dentes non pertinent nec ad decorem, niſi in tali, vel tali atate, n. 12.
Argumentum de eo efficax ex tempore in quo tenuit dentes Chriſtus, n. 12.

1. NON eſt idem caſus hic, ac quem refert Caramuel tom. 4. in Theolog. morali præterintentionali præcepto 4. n. 2805. caſu 34. *Antonia ſterilitatem ex cauſa procurat, an ſalvari queat titulo praterintentionalitatis*, inquirit; & ad limen excitatæ diſcuſſionis, ſupponit quod luce meridiana clarius pateſcit, & practica inconcuſſa ubique conſpicimus obſervari in caſtratione puerorum ruptorum, imò & puellarum, quid etiam in eis qui ætate ſunt majores id contingere, ſæpiſſimè competitur; verba antiſtis Benedictini ſunt n. 2804. *Poſſe caſtrari puerum in deffendam vitam puta ſi fractus ſit, & alio curari non poteſt; ſed caſtrari eſt reddi ſterilem; ergo ob vita conſervationem poteſt fieri; ſi neceſſarium ſit, id ex quo ſterilitas ipſa naſcatur*; quis uſquam in dubium vocavit an peccaverit, vel incurrat in irregularitatem conſentiens caſtrari in infirmitatem vitandam? aut cooperatores peccati fore conſulentes virum aut fœminam in caſtrationem venire noſcentes, aliter gravem fracturam non reparandam, aut quis Epiſcopis huc uſque hæſitavit in ordinandum caſtratum judicans egere diſpenſatione irregularitatis contractæ ob impotentiam, in qua ſe poſuit, imò valde ſub controverſia eſt ut latè diſcuſſum manet conſult. 32. an ad conſervandam vocem ad alimenta capienda in victum, & veſtitum, vel ſubveniendos parentes liceat adoleſcentuli caſtratio politicè autem cauſa contingere poteſt dum in caſtrationem quis conſentit aliquo motivo, quo ſecundum quid valeat melius ſe gerere, non vero ſimpliciter requiratur; neque coincidit præſens diſcuſſio cum illa propoſita conſultatione 14. de abortu intentato, ſive antea, ſive poſt fœtus animationem; principaliter poſt damnatam propoſitionem ab Innocentio 11. in ſerie 34. quæ huiuſmodi antea tuebatur. *Licet procurare abortum ante animationem fœtus ne puella deprehenſa gravida, occidatur aut infametur*: Non enim eſt idem procurare abortum; ac conſentiente fœmina, licitam copulam in matrimonio vero impedire annuente in ſterilitatem ſibi inducendam, motivo ſalutis acquirendæ; ergo jactura fœcunditatis ab his videbatur, & conſulentibus, licita, nec minus conſenſui patientis Monialis; & æque Prælatis præcipientibus ut eas ſumeret potiones, in vitandum majus malum; ne à languore acceleraretur ipſius languentis mors; paritateque duplici urgetur; non manet irregularis Sacer-

Digitized by Google

dos conſentiens ſibi ſcindi ab eo pedem, ne ex putredine quâ quatitur incidat in imminens mortis periculum, remanente pede non inciſo; nec peccat Miles imò laudabiliter facit, quando in bello ita brachio vulneratur, ſive ex tormento bellico, ſive ex enſe, ut vivere non poſſit, dum non ſeparatur illud membrum à corpore (noſco ego nobiliſſimum virum, qui uno caruit brachio, ſcilicet ſiniſtro, conſentientem ſibi ſcindi, qui cum in aula cujuſdam Principis de potioribus benemeritis haberetur, non eſt, qui uſquam in dubium verterit; an licitè conſenſerit in brachii amputationem) à quo arguo. Minús conducit ad corporis integritatem fœcunditas quæ ſolùm ordinatur ad ſpeciei conſervationem, quam ſeparatio violenta brachii, aut pedis in vitandam mortem; ſed hoc licet fieri ex intentione patientis annuendo ſcindi; ergo ex conſenſu ejus licitum erit jactura fœcunditatis; ſiquidem plus cavendum, & conſulendum etiam longioris propriæ vitæ conſervationi, quam generis humani propagationi; nec ſilebo quod teſtiſico occulariter à me viſum peractum in quodam Sacerdote univerſitatis Cæſarauguſtanæ cathedratico doctiſſimo, Philoſophiæ, & Theologiæ, poſtea Canonico Magiſtrali Metropolitanæ Eccleſiæ; qui cum ſe fractum pluries ex inteſtinorum deſcenſu ferè in mortem incideret, caſtrari determinavit, & per plures annos convalens poſtea vixit caſtratus; nec ullus uſquam irregularem ſenſit; ergo de conſenſu patientis non videtur illicuiſſe illi Moniali in carentiam fœcunditatis devenire, animo & ſcopo obtinendi ſanitatem ab illo moleſtiſſimo ſanguinis profluvio.

2. Nulla facilior reſolutio, dum annuimus his quæ idem Caramuel proponit numero 2826. ad caſum 39. quem propoſuerat de illa Antonia ſterili conſtituta ex remediis adhibitis. *Hac omnia dicta ſunt ex hypoteſi quod detur Pharmacum, quod evidenter ſterilitatem inducat; quod non libenter credam; fere enim omnia habent, niſi probabiles vires, nec in herbarum, & lapidum notitiâ experti ſunt homines, ut multas habeant evidentias*: ab hoc capite facillimè daretur reſolutio at medicas tenemur indagare controverſias; neque licet tres illi periti cathedratici firmarent manſuram Monialem ſterilem à potionibus adminiſtratis, ſcrupulus conſcientiæ reſultare valebat ſatagentibus tantoperè remedium illi religioſæ infirmæ ſanguinariæ dum non jurarent ſe evidentia noſcere potentiam generativam omnimodè extinguendam in Moniali languida; nam ſi hoc non urgebat, neque ab eo quibat medium inferre, quo dubium eſſet aliquod de eis quæ pertinent ad integritatem corporis amiſſam voluntariè; nec mihi vim aliquam facit aliquos ſummiſtas connumerare impedimentum apponere in potentia generativa inter abortus quos tantopere Sixtus V. in Bulla quæ incipit *effrenatum*, & alii Pontifices prohibent ſub cenſuris; unus pro cunctis ſufficiat referre Hieronymum Garcia tom. 2. in politica regulari tract. 10. dif. 5. dub. 4. punct. 2. n. 2. ubi ait cauſare vel procurare abortum, tripliciter contingere poſſe: primò impediendo ne mulier concipiat gravida facta, præbendo ipſi aliquas potiones aut medicamenta aliqua in ſterilitatem; ſecundò curando ut emittat conceptum fœtum inanimatum; tertiò, ſi fœtus animatus ſit, abortus propriè primo modo verificari nequit, cum id non ſit niſi quædam impotentia in matrice muliebri; de qua impotentia loquitur Scotus 4. diſt. 34. quæſt. 1. §. de ſecundo num. 4. dividens impotentiam in naturalem, & caſualem; illam vocat, quæ ab intrinſecis principiis naturæ oritur per monſtruoſitatem ex defectu alicujus requiſiti ad integritatem perfectam corpoream; quam Chriſtus expreſſit Math. 19. ℣. 12. *Sunt enim Eunuchi qui matris utero ſic nati ſunt*: Quod Spadones iſti ab eo monſtrua ſint expreſſit imperfectus hom. 12. in Math. *Quod autem ſic naſcantur hac ratione fit ſicut & naſcuntur ſex digitos habentes, aut quatuor*: & mox ibi aſſignans cur à divino numine, aberrare naturam in eis permittit. *Si enim Deus ſicut ab initio conſtituit unamquamque naturam, ſic dimitteret illam immutabilitèr ſemper in ordine permanere; in oblivionem deduceretur coram hominibus operatio Dei; ideo ergo interdum natura rerum convertitur contra ſuam naturam, ut ſemper Deus naturæ opifex in memoriam reducatur.* Talis humana ingratitudo, ut ſuum opificem recognoſcat, nec oblivioni ſe det de perfecta ipſius beneficentia; ergo monſtruoſitas dicenda impotentia naturalis deducta à ventre materno, non aliter ac qui de eo prodit cæcus, vel claudus, hæc autem Pharmachis, aut remediis nec juvari, nec tolli quit? Caſualis autem impotentia oritur ab extrinſeco, & ſubdividitur in violentiam illatam undequaque; & omnimodè tollentem potentiam ut contingit in caſtratis de quibus ipſe Dominus dixit Eunuchos eſſe ab hominibus factos: & S. Chriſoſt. hom. 63. in Math. *Cogita tecum ſi à natura talis eſſes, aut ab hominibus eam injuriam paſſus, quid faceres*: Ubi ſupponit quod ſicut ab intrinſeco impotentia naturalis juvari aut tolli nequit, ita ab extrinſeco illata remedii juvari non valet in copulam carnalem fœcundam; & indè dirimere matrimonium declaratur ab Eccleſia; ſic Eunuchi incapaces contractus maritalis ſunt, de quo Thomas Sanctius tom. 2. de Matrim. lib. 7. diſp. 92. num. 17. de quo conſ. 33. n. 1. aut impotentia quæ ſterilitas in aliquo ſenſu nuncupatur ab intemperie corporea, ut loquitur Bonacina tom. 1. quæſt. 3. de impedim. matrim. punct. 13. n. 18. validum concedens matrimonium à ſene decrepito, qui ſtatim aliquando, arte juvari poſſit ad conſummationem matrimonii; *Secus dicendum eſt de ſene omninò impotente ad habendam copulam*; quia in illo juvari quit impotentia, nec cenſetur perpetua, ſicut in iſto ex quo perpetuò impotens habetur.

3. Per contrarium in remediis ſeu Pharmachis applicatis fœminæ vel viro in ſalutem recuperandam gerendus diſcurſus; vel enim illa in talem jacturam apponunt potentiam generativam, quod non niſi de potentia abſoluta reſarciri queat, reddita; quamquam caſualiter, ab extrinſeco in ſterilitatem perpetuam reducat: quin in minimo juvari poſſit ab arte medicabili; qualiter impotentia quandoque juvatur & recuperatur; & ne proprio marte loquamur; verſemur illud Cant. 7. ℣. 13. *Mandragoræ dederunt odorem ſuum*: in quæ Paulus Serlogus tom. 3. in cantic. veſtig. 35. explanationis hiſtoricæ ſect. 3. num. 42. *Invaluit fides apud nonnullos ſteriles fœminarum ventres juvari à Mandragoris, quam ob cauſam expetitas ſummopere à Rachele, Geneſ. 30. ℣. 14. arbitrati, ut Nicolaus de Lira, ibi ſuggeſſit; meminit & Rupertus in hac verba ad calcem lib. 6. in Cantica. Sane menſtrua purgare, & monſtrum expellere fœtum; quæ ſunt muliebris vulvæ ſubſidio, Dioſcorides loco inſinuato affirmat, & Avicenam ſcribere quoque Abulenſis, dicta jam quæſtione narrat*: Quid Mandragoræ? expreſſit Liranus ad cap. 7. cantic. *Poma ſunt pulchra, & odorifera & valde rara*: In ℣. autem 14. c. 30. Geneſis., præmens, qualiter à Rachele tanta anxietate quærebantur, noſcens Liam ſororem ſuam fœcundam, ſe autem nuſquam adhuc in ſuſpicione gravidam factam; ait. *Dicunt aliqui, quod iſta poma accepta in eſcam adjuvant in mulieribus virtutem concipiendi; unde & radix habet ſimilitudinem hami, nam & eſt ibi arbor maſculinus, cujus radix habet ſimilitudinem hominis, & fœmina quæ habet figuram fœmineam*: in individuo Rachelis eventu Jacobus Tirinus. *Cur tam avidè Rachel à ſorore expetierit;*

Digitized by Google

ſed fruſtra ; nam ut ex verſibus ſequentibus patet, tres adhuc annos ſterilis manſit, quibus exactis reddita eſt fæcunda, non virtute mandragorę ; ſed beneficio ſolius Dei : Igitur, & datur impotentia injuvabilis à medicamine, & juvabilis ab eo : quibus ſignis conjectabitur, quando impotentia eſt perpetua, vel temporalis, Thomas Sanctius num. 17. demonſtrat argumento de caſtratis impotentibus ad copulam legitimam in prolem procreandam ; *At Eunuchi quamvis membrum erigant, atque quandam materiam aquoſam emittant ; ea tamen non eſt verum ſemen ; neque ejuſdem rationis cum vero ſemine ; nec agitatio ſit in principalibus membris, deficientibus teſticulis, qui ſunt tanquam folles omnia membra commoventes, nam cor, jecur, & cerebrum quæ ſunt noſtri corporis præcipuę partes tranſmittunt ſuos ſpiritus ad teſtes, qui virtutem habent ad hos ſpiritus retinendi ; ex quibus totum corpus calefit : at ſi teſtes deficiunt ſpiritus non retinentur ; ſed evaneſcunt illuc tranſmiſſi ; nec calor per totum corpus deflectitur ; unde frigidiores fiunt, & inepti ad verum ſemen emittendum, ut probant rectè ex Galeno Antonius Muſſa, in Aphoriſmas Hypocratis, & Galen. lib. 6. Aphoriſmo 28. & Nicolaus Florentinus de membris naturalibus, ſect. 6. tr. 1. cap. 3. ad finem ; atque Ariſtoteles in problem. ſect. 3. problem. 16. vocat Spadones ſeminis experses : ſunt ergo Eunuchi incapaces matrimonii :* Quidquid ante declarationem Sixti V. anno 1587. expeditum aliqui cenſuiſſent caſtratos nuptui poſſe dari, nec invalidum celebrare matrimonium.

4. Quâ doctrinâ præmiſſâ conſulentes interrogati, ut notum facerent quod genus ſterilitatis ſeu infæcunditatis reſultandum ex Pharmachis applicatis moniali ad profluvii ſanguinis infirmitatem medendam, an talia pharmacha ita impotentiam cauſarent, quod juvari quiret aliis rebus naturalibus temperatura, ut reduci poſſet eis in priſtinum ſtatum, vel ita relinquebant impotentiam, quod niſi de potentia abſolutæ fætum concipere non valeret ; mancus corpus muliebre non aliter, ac ſi teſticula deficerent : & reſponderunt conſulentes ſe ſæpius in privatis trium illorum Medicorum conferentiis præſentes fuiſſe, & audiviſſe uniformiter concordare, non aliud remedium applicandum ad languidum niſi tali herbarum, & ingredientium potiones, inſimul cum venarum ſciſſionibus aliqualibus, quod temporis decurſu ex talibus vel talibus, qualitatibus inducatis ab humido radicali illo individuo teſticula in totum abſumerentur, & tunc ceſſaturum paulatim paſſim, & abſumebatur profluvium ſanguinis, ſicut & eventus demonſtravit : indè etſi ex Caramuele argumentum factum, de abſciſione alicujus membri in vitandam mortem, licitam poſſit facere Medicorum medelam, dum mortis periculum imminebat ; ulterius ex eodem procedendum in his quæ ſtabilit num. 2823. *Quæ ſervatura perpetuam caſtitatem eſt* (loquitur de muliere vovente ſolemniter virginitatem) *poteſt ponere potentiæ generativæ impedimentum : non vero eandem potentiam extinguere : at impedimenta ponere non eſt ſterilitatem procurare :* advertenda maximè tam prudens ſpeculatio ; ergo licitum eſt perpetuum impedimentum ponere potentiæ generativæ in caſtitatem ſervandam dum potentia generativa non extinguitur, quod exemplo oſtendit ; qui non indiget occulis poteſt illos claudere, aut obtegere ; ſicut fertur factum intuitu mortificationis à S. Petro de Alcantara, apud Breviarium Franciſcanum ad diem 21. Octobris. *Virginitatem ſummopere animi ardore colens à primęva ætate illibatam ſervavit : per multos annos charitatis, aut neceſſitatis quacunque occaſione fęminas alloquens in alicujus faciem occulos numquam convertit* ; & in Bulla Canonizationis hujus Heroïs, quæ incipit *Romanorum geſta* §. 3. (& habetur in Bullario Romano tom. 6. (pagina 13. & eſt conſtit. 1. Clem. X.) valdè ponderatur, ſemper tam raram modeſtiam ſervaſſe, ut oculos demiſſos jugè ferret ; licet ergo privari oculos ab exercitio viſus ; neutiquam extrahere à facie oculos ; quin obſtet quod legitur de S. Lucia ut tetigi 32. n. 6. præveniens oculorum ſuorum ſpecioſitate allectum Tyrannum, ipſos ab ea erutos, miſiſſe dicitur : & quamvis in officio ejus ab Eccleſia approbato non legatur tranſeat factum ; ſed reſpondebo operatum ex divina revelatione, modo quo S. Apolonia è manibus Tyrannorum elapſa ſe in ignem ſibi paratum conjecit, de quo vide quæ tracto tom. 3. certam. diſp. 3. ſect. 5. num. 49. innixus illo Scoti textu 4. diſt. 15. quæſt. 3. §. de ſecundo n. 6. *Nullus debet eſſe homicida ſui ſine ſpeciali præcepto Dei :* Sed Dei ſpeciale præceptum quod prohibet aliquem eſſe ſui homicidam, vetat à ſe conſentire tolli ſi non adſit mortis periculum, aliquod pertinens ad corpoream integritatem ; ergo non licebit ſterilitas ex pharmacho, nec ex conſenſu Monialis nec ab applicatione Medicorum, dum non imminet vitæ jactura : Verum obſervat Caramuel quomodo impeditur non eradicatur generativa potentia jejuniis, diſciplinis, auſteritate, & continua carnis maceratione, à quo faciliter reſpondebo, quia talibus mortificationibus ſtimuli carnis cohibentur, non autem extinguitur aliquod pertinens ad integritatem corpoream ; nam ut ipſe ſupponit impedimentum ponere fæcunditati ad exercitium ejus non eſt extrahere à corpore aliquid conſtructioni ejus deſtinatum.

5. Nihilominus arguo. Plus impeditur fæcunditas à voto ſolemni caſtitatis in linea morali, quam in ſerie phiſica à quibuslibet medicamentis, quæ eam minuere valent, aut in jacturam ponere ; ſed illud fit cum ingenti merito, quia licet in vovente ſolemniter caſtitatem impediatur actualis fæcunditas, manet radicalis ; & tam licitum ſit ſacrificium Deo ipſique placentiſſimum, ſi caſtimoniæ virginitas comitetur gratiæ finali ut prædeſtinatus in empyreo virgo particulari præmio beatitudinis accidentalis decoretur in peculiari Aureola ; ergo & à medicamentis cum ingenti merito impediri quit fæcunditas, dum uxorationi non inſtat reſiſtentia ſponſi contrahentis ; videmus enim aliquos in matrimonio rato laudabiliſſimè caſtitatem ex voto perpetuam obſervare puriori virginitatis canditie ornatos, ut de S. Salomea Regina, & ſuo ſponſo principe Colomano dilaro in poſteriori parte Sanctoralis concione 31. num. 2. & §. 2. à num. 8. In iſtis impedimentum appoſitum ex voto fuit meritorium ; ergo impedimentum impoſitum ex remedio in Moniali erit meritorium, & licitum ; probatur conſequentia ; ideò impedimentum appoſitum ex voto ſolemni caſtitatis in tantum meritum heroïcè prodiit, quia ducit in perfectius deducenda opera pertinentia ad ſtatum Religionis, & eatenus conſultiſſimè nulla eſt in qua tale votum non emittatur, præcipuè in regularibus in quibus abſolutum eſt omni ex parte ; quamvis in aliquibus militaribus ſolum ſit caſtitatis conjugalis ; neque Eccleſia Romana permittit ordinem ſacrum majorem in Sacramento accipi, niſi interveniat prius votum caſtitatis ſolemne ; ergo in peragenda opera religionis perfecta licebit & meritorium erit apponere impedimenta fæcunditati ; ſed Monialis inducta ex conſultatione, à profluvio ſanguinis in Obſervantiæ religioſæ vitam impediebatur ; ergo ut jejunia aliæque mortificationes, aſſiſtentia in choro, ſervitium in officinis communitatis ab ipſa perfectè & ingenti merito peragerentur licebat, & meritoriè conſentire poterat ſuam fæcunditatem impediendam, dum incolumis ſervabatur radix ſeu potentia generativa, prout hæc eſt unum ex attinentibus

Digitized by Google

bus ad integritatem corpoream ; non autem ſi medicamenta ſeu pharmacha , illam radicalem virtutem è medio tollebant , non exiſtente periculo probabili, aut evidenti in mortem incidere, quia illis medellis non aliquid amputabatur de acceptis ab autore naturę in ea individuali temperatura in qua ab utero materno natura non aberravit : ſi jam non dicimus , quod id liceret ex illa paritate deſumpta à Leonardo Leſio de Juſt. & jure lib. 2. cap. 9. dubit. 10. in illa celebri difficultate : *Vtrum ad conſervationem vita matris liceat prabere pharmachum, quo proles putetur moritura*: num. 62. hæc reſolvit : *ſi mater periculosè laboret, & non ſuperſit aliud remedium poteſt ei praberi pharmachum directè tendens in curationem, etiam ſi putetur indè abortio ſequutura, modo proles non ſit animata*: quod dupliciter probat. *Primo quia mater ante prolem conceptam jus habebat utendi remediis neceſſariis ad vita ſua conſervationem: ſecundò, quia abortio tunc cenſetur ſolum permiſſa, non procurata quia prater intentionem ſupervenit, matre ſuo jure utente* : Unde quando Conſult. 14. num. 7. hic temiſi quomodo liceret, aut non liceret, permitti ſe aliquem conſtitui ſterilem, ſub ea diſtinctione procedendum, ac præmittitur de remedio ſeu pharmacho exibendo matri periculosè laboranti, dum directè non tenditur niſi in curationem , & præterintentionaliter ſubſequitur abortio.

6. Singula jam reſolvo inquiſita in conſultatione ratificando ea quæ conſultatione citata 14. manent expreſſa ex Portelio de incurſu in cenſuras latas à Pontificibus contra procurantes abortum ; & ea Caramuele ſine exceptione tenendum , nuſquam licere potentiæ generativæ extinctionem , bene ei impedimentum ponere ut reducatur ad actum, quo pacto in quodam remedio invento à quibuſdam in augendam, vel in totum conſtituendam, ſeu recuperandam memoriam, ſive dictam retentivam, ſive rememorativam vocato Hiſpane , *Anacardina*, dum tale pharmacum fit ex confectionibus quibus aliquis ſenſus deperditur , firmantes practici, ab illis qui eo utuntur amitti , vel potentiam miſſivam, ſive auditivam, ſive Olfatus dictam ; diſcurrendum eſt ita, aut ipſa potentia in ſua radice extincta in totum manet irrecuperabiliter ; vel permanet radix quantumcumque uſus impediatur illius : priori modo illicebit, non vero, ſecundo ; ergo firmantes Medici pharmacha præſtita Moniali non in aliud tendere niſi in operandum id ipſum quod caſtratione violenta fit, jam non videbatur præterintentionalis, nec licita remediorum applicatio ab eis ; & Monialis rectiſſimè proceſſit in reverentia, & conſenſu utendi illis pharmachis ; & quamquam termini Scholaſtici , & præciſiones metaphiſicæ non inducant reſolutiones ita firmas in re morali , tamen quando juvant in intelligentiam, valde fundant , & ſtabiliunt deciſionem ; unde vendicandum venit illud quod communiter Scholaſtici docent de diſcrimine non repugnantiæ ab aptitudine ; illud reſpicit poſſibilitatem ; iſtud futuritionem ; v. g. in potentia obedientiali eſt non repugnantia ad quodcumque divina potentia abſoluta extrema componentia dirigere decernat ; non tamen eſt aptitudo reducibilis ad actum, in mea enim humanitate non repugnantia eſt ut ablata propria perſonalitate terminetur aliena, ſive Angelica, ſive divina ; nec tamen aptitudo invenitur ; cum hæc formaliter petat potentiam radicalem non ſolum per coaptationem eſſentialem ; niſi per proportionem extremorum inter ſe ; ideoque extinctio illicita non verſatur penes non repugnantiam , quæ in potentia extincta manet ; ſed exigitur aptitudo in proportione extremorum ; ergo aptitudine ablata per ſterilitatem incuſſam à remediis extinctio dicitur potentiæ Pellizarius tom. 2. tract. 10. cap. 4. ſect. 3. num. 123. diſquirens ; *Vtrum dari poſſit caſus in quo Monialis ex voto obedientia cogi poſſit ad contrahendum matrimonium* , cum Suario reſpondet ; *quod etſi fingatur caſus in quo Papa ob urgentem Eccleſia neceſſitatem, licitè, & validè poſſet Religioſo* (& conſequenter etiam Moniali) *pracipere tranſitum ad ſtatum ſacularem* (v.g. (contrahendo matrimonium) *non ideo poſſet illud pracipere ex voto obedientia, ſed ſolum ex poteſtate ſuprema jurisdictionis quam habet* : qualiter legimus factum cum Ramiro Monacho profeſſo Benedictino, in Regem Aragoniæ electo, qui Summi Pontificis diſpenſatione maritalem celebravit contractum cum Mathilde ; teſte Zurita , tom. 1. ſuorum annalium lib. 1. cap. 53. ergo numquam licebit ex intentione qua extinguatur potentia generativa, aptitudinem tollere per ſterilitatem incuſſam ; quia ſemper authoritas ſuprema Papæ debet attendi in non ponendum ipſi impedimentum, quo diſpenſari queat irritando vota ſolemnia cujuſcũque ob bonum aliquod commune Monarchiæ, vel Reipublicæ ei expediens , ergo quantumcumque liceret Medicis illis tribus, Moniali citra mortis periculum laboranti in profluvio ſanguinis pharmachum præbere directum in curationem , etiamſi putarent indè ſterilitatem ſequuturam; neutiquam licitum eis erat quando certo , & infallibiliter noſcebant totaliter extinguendam aptitudinem , quantumcumque non repugnantia maneret ex potentia obedientiali, ad potentiam abſolutam.

7. Reſpondebis admittendo doctrinam in qualibet alia potentia ſenſitiva , quæ à pharmachis extingui totaliter quit , non autem in generativa à nullo remedio extinguibili , quia iſta identificatur cum vegetativa dicta , & ſenſitiva, utraque durante, dum temperamentum animatur ſpiritu rationali ; homo enim vivens vegetatur , & ſentit ; ergo etſi impedita , manebit ſemper in vegetativa & ſenſitiva , ea quæ generativa dicitur : præterquã quod cum Angelico Doctore 1. parte quæſt. 78. art. 2. in corpore , & quæſt. 79. art. 7. Caietano 2. de anima text. 5. Coninbricenſibus 2. de anima cap. 4. quæſt. unica, Joannes Pontius diſp. 50. de anima , quæſt. 1. num 3. realiter differre inter ſe potentiam generativam , ſenſitivam , & vegetativam ſentiens inſeparabiles ponit ; quin immoremur an hic Scotiſta deflectat à ſubtilis Magiſtri principiis: adhæreamus his quæ expreſſit Ariſtoteles 2. de anima tract. 4. à quo infertur has tres potentias diſtingui illa diſtinctione quam vocamus includentis ab incluſo , ita ut omnis generativa , vegetativa ſit, & ſenſitiva ; non è contra ; experimento illorum , qui ab utero materno ſunt Eunuchi , vel caſtratione ex violentia externa ; in quibus urget potentia vegetativa , & ſenſitiva non autem generativa ; quibus compatitur identitas earum in Scoticis principiis , & diſtinctio ſecundum diverſa connotata ; peracutè N. Hugo Cabellus diſp. 2. de anima ſect. 15. num. 1. *Nota anima vegetantis tres eſſe functiones ſcilicet nutritionem augmentationem, & generationem; prima ſpectat ad conſervationem individui. Nutriva videlicet, & ut reſtauretur quantum per actionem caloris naturalis ex reactione alimenti deperditur ; altera* (iſta augmentativa) *ad ejus perfectionem ut debitam molem acquirat compoſitum , tertia ad conſervationem ſpeciei* : hæc propriè generativa ; num. 6. diſputans quæ *viventia generativâ carent potentiâ* ; inſequitur intentum : *Ariſtoteles hic tria petit ad hanc potentiam* (nempe generativam) *primum ætatem perfectam : ſecundum non eſſe orbatum , neque impeditum ut ſunt execti,* (id eſt Eunuchi) *frigidi de quo 8. triſt. animal. cap. 12. & huiuſmodi ſunt ſpecies animalium , de quibus 3. de generat animal. cap. 6. tertium quod vivens ex ſemine productum fuerit , unde vult ex putrefaction.*

Digitized by Google

non eſſe generativam, ſed fortè excludit tantùm illa quæ ex putrefactione fiant & ſexuum differentiam non habent. Advertit mox: *generationem alteram oviperarum fore: quæ pariunt fœtum vivum: alia ovipera quæ ova, alia vermipera, quæ vermem informem involutum papillione, quo attrahit alimentum: de quo 1. hiſt. 5. ſic formicæ, Apes, Veſpæ de quo 5. hiſt. cap. 22.* Plura alibi tetigi diſcutiens formationem avis dictæ Phænix, an appellanda ovipera, vel vermipera; ſeu alio nomine nuncupanda cum tam ſingularis ſit, tranſeat igitur identificari has tres potentias; nego ſuppoſitum, nam cum identitas petat connotationem iſta deficiente in uno, permanent alia quibus identificatur, ideò compatitur extingui illud, cui connotatum deficit non verò alterum; quod inſtantiæ de connotatis hic ingeri poterant, ſufficit tamen doctrina à qua infertur, quod quantumcumque eadem ſit potentia generativa, ſenſitiva, & nutritiva, unaquaque harum à connotato pendet & extingui quit, altera non extincta.

8. Liquet quomodo peccabant Medici illi tres ſi in comperto tenebant citra periculum mortis in vitandum profluvium ſanguinis extinguendum in totam potentiam generativam in cujus extinctionem, nec ipſa Monialis conſentire quibat, dum notum ei non foret medium fore ad conſervandam ipſius vitam, modo quo licet hoc fine conſentire in abſciſionem brachii v. g. à Moniali; probatur ex verbis conſtitutionis in decreto Gregorii XIV. expedito anno 1591. tranſcripto de verbo ad verbum à Lezana tom. 2. ſummæ dictione *Abortus* num. 3. Hic enim Romanus Pontifex poſtquam annullat & revocat Sixti V. cenſuras contra procurantes, ſeu cooperantes in abortum fœtus etiam inanimati, ſubjungit. *Quod verò ad pœnas procurantium abortum fœtus inanimis, aut exhibentium mulieribus, vel ſumentium venena ſterilitatis, aut quocunque modo auxilium, vel conſilium dandum in prædicta conſtitutione contenta; conſtitutionem præfatam in ea parte ubi de eis agit ad terminos juris communis, ac ſacrorum Canonum, & Concilii Tridentini diſpoſitionem, authoritate apoſtolicâ tenore præſentium, tam quoad præterita, quam quoad futura perpetuò reducimus, perinde ac ſi eadem conſtitutio in hujuſmodi parte numquam emanaſſet.* Eadem tangit Barboſa in collectaneis Apoſt. conſt. collect. 7. n. 3. ergo in ſua viridi obſervantia manent Canones præcedentes, Tridentinum, & Xixtiana conſtitutio quoad prohibendam ſterilitatem ex intentione directa, aut indirecta procurandum; ſed Canones, Tridentinum, & Xixtiana decernunt peccare mortaliter quotquot ex directa, vel indirecta intentione potentiam generativam radicaliter extinguere procurant, ergo certò & infallibiliter Medici noſcentes extinguendam in Moniali, non indigenti eam extingui ad vitæ conſervationem peccabant læthaliter; nec de conſenſu patientis id licebat; indè omnes complices etiam peccabunt mortaliter minor probatur ex traditis à Lezana ibi. Non liceret tali Moniali à ſuo corpore conſentire erui oculos, non ſtante vitæ jactura, quia extinguebatur potentia viſiva; ergo ſimiliter diſcurrendum in potentia generativa; ſed quod non licebat conſentire Monialem, illicitum erat Medicis peragere; ergo dum evidentia Mathematica noſcebant in jacturam iri per extinctionem potentiam generativam, illicitum ipſis videbatur, applicanda Pharmacha ex directa intentione in eum ſcopum. Notanter pono illud de evidentia Mathematica; nam ſi conjecturale eorum Medicorum erat argumentum, & pro utraque parte urgebant rationes probabiliter, poſſe quidem remedia operari, quin extingueretur potentia generativa; in facti contingentia non illicebat eis uti opinione probabili, etſi poſtea comperiretur non qualiter cogitarunt eveniſſe; quod fundatur in illa regula generali, videlicet operantem ex ſententia probabili, tutâ conſcientiâ operatur (dum non aſtringitur probabiliorem ſequi) atque præterintentionale ipſi fore; quidquid poſtea reſultat; v. g. Medicus, quædam applicat remedia infirmo ſecundum opinionem probabilem Galeni, Hypocratis, vel aliorum Medicorum; & tamen ab eis ſubſequitur mors languentis, præterintentionale erit hoc medico, qui in contingentia facti operatur ſecundùm ſententiam probabilem, nam ſicut hic effectus reſultavit in perniciem, oppoſitùm, pullulare potuit in indemnitatem: aliàs quia in ea facti contingentia applicare pharmacha moniali non erat formalis extinctio potentiæ generativæ, & ad ſummum verſabatur dum facti contingentia occurebat: objicies; quando duo bona inter ſe incompatibilia verſantur, licitum eſt in jacturam fieri illud quod minus eſt; ſed majus bonum reſultabat moniali, infirmitate profluvii ſanguinis laboranti hac carere quam conſervare fœcunditatem, ſeu potentiam generativam, ſiquidem nuſquam licitè reducenda erat in actum, ergo tutâ conſcientiâ & ipſa poterat conſentire; & medici Pharmacha applicare: Nego ſuppoſitum minoris: in corporibus beatis non ſuperfluit vegetativa & generativa potentia, etſi nuſquam redactura ſit in uſum, ſeu actu ſecundo; quia ad integritatem naturæ expectat.

9. Tramite altero poterant excuſari Medici à peccato dum demonſtratione Mathematica ipſis conſtaret à profluvio ſanguinis tam copioſo ita extenuatum aut extenuandum humidum radicale Monialis quod ipſum cruoris profluvium tantopere continuum, ſicut & vires, & maciem ab illa auferebat, ita attenuatam conſtituerit fœminam illam Religioſam, ut juxta principia medica & Philoſophica, ei in jacturam fecerit jam ipſam potentiam generativam, indè ſemel compoſito profluvio illo cum individuo eo humido radicali, iſtud concipere impoſſibile videbatur, per illam doctrinam, quam ex Hypocrate & Valeſio tangit Paulus Zachias in ſuis quæſtionibus medico legalibus lib. 3. Titulo 1. quæſt. 7. num. 8. dum ait Hypocrates, (quem explicat & fundat Valeſius) in 2. Epid. ſect. 3. text. 25. inter ſteriles connumerari eas quæ concipiunt aliqualiter quidem, ſed fœtum ad perfectionem deducere non poſſunt; & lib. 9. titul. 10. quæſt. 3. num. 34. idem Zachias: *Atque hinc etiam patet quid ſit ſterilitas; vitium enim eſt ex quo animal comparari junctum in ætate ſtabile ſimile generare non poteſt, vel fœtus unquam ad perfectionem deducere:* Ergo poterant Medici illi à profluvio ſanguinis, illam Monialem, uno ex duobus mediis noſcere ſterilem, aut propter impotentiam ad concipendum, abſolutè loquendo, quia à languore carebat potentiâ generativâ; vel ab eo ita impotentem conſtitui ut nuſquam prolem perfectam concipere quiret; & hoc pacto tendere in extinctionem teſtium, modo quo à caſtratiore per violentiam fit: undè argumentor eunuchos ex utero Matris ſuæ dum in extinctionem teſtium impotentium conſentit ad ſanitatem acquirendam, licitè efficit, quia de illo quo caret, ſcilicet potentiâ generativâ non amittit, aliquod pertinens ad integritatem ſui humidi radicalis; ergo carente moniali ab infirmitate profluvii jam potentiâ generativâ, uno ex illis duobus mediis, & ipsâ conſentire poterat in Pharmachis accipiendis; & Medici tuta conſcientia ea applicabant, quamquam evidentiâ mathematicâ eis conſtaret, in ipſa extinguendos teſticulos, ad ſalutem conſequendam: etenim à variis radicibus oriri quit in humido radicali infœcunditas; & ad noſtram cauſam valdè facit quod Rabbini exiſtimarunt in ſterilitate qua flagellata fuit Nichol à divino numine,

Digitized by Google

ne, propterea quia maritum Davidem regem ſaltibus cantu, & citharæ pulſatione adventum Arcæ ſacræ in Hieruſalem celebravit 2. Reg. 6. v. 23. deſpexit è feneſtra, judicando ipſam ſcurram & flocci faciens quod ipſe Auguſtus meritoriè valdè in Divinum cultum peregerat, non inæquâ devotione, fervore, ac humilitatis exemplo; quomodo autem Michol facta fuerit ſterilis per extentionem potentiæ generativæ (contrahens hoc probrum quod in lege veteri impuritas legalis habebatur & ſummè affligebat fæminas juxta illud S. Joan. Chriſoſt. hom. 1. de Anna uxore Phennenæ. *Sterilem & orbam eſſe fæminam execrabile quidem erat, & damnabile; nemo poteſt eloqui; nec ullo ſermone conſequi doloris magnitudinem ex hoc vulnere venientis.*) Aſtruunt prædicti Rabbini, puniram eam Micholem copioſo profluvio ſanguinis, à cujus extenuatione, ſterilitate laboravit; ergo dum demonſtratione mathematicâ, ſimili, monialem à profluvio laborare infæcunditate convincebant medici, tutâ conſcientiâ potuerunt medicamenta applicare, & pharmacha in ſuppurationem ſeu extinctionem teſticulorum, quia tunc medici non fuerunt cauſa per ſe extintionis potentiæ generativæ, jam præceſſerat à langore abſumpta, & deperdita.

10. Penès ſuperiores, illius monialis, præceptum imponentes, & confeſſarium conſulentem, inſimul, & quotquot cooperatores in pharmacha applicanda concurrerunt, ab eodem patet quando peccarunt, vel liberi fuerunt à culpa mortali; nam ſi informati à Medicis iuditio determinato conſenſerunt notitiæ de extinctione jam potentiæ generativæ, læthali labe maculabuntur; ſin vero bona fide proceſſerunt, tantummodò intelligentes id non dirigi niſi in impediendum & occurrẽdum languori illi tam fætido, utroque gravoſo omnimodè curando, ut aiebant medici, à Pharmachis tunc inculpabiles manſerunt. Prima pars probatur. Superior precipiens, & confeſſarius conſulens ſimiliter, & quilibet cooperans in illud quod Apoſtolicâ authoritate prohibitum eſt, peccat mortaliter; ſed ſuperior noſcens extinguendam generativam potentiam præcipiebat quod ex bulla Gregorii xiv. relata prohibitum erat; & id ipſum conſulens confeſſarius; ſimiliter & inſtantes executioni dari quod notum erat eis conſtituere formaliter ſterilitatem, ergo hi omnes in eo peccabant mortaliter. Altera pars oſtenditur; ſolum complex in delicto ſeu cooperatur illi incidit in ejus reatum ad culpam, ex illa regula generali, l. *nihil intereſt*, ff. de adulteriis, l. *Si quemquam*, in fine, cod. de Epiſcopis, & Clericis, *paritas criminis paritatem petit ſuplitii*; juxta moralitatem quam illuſtro aliquibus ſacræ ſcripturæ textibus ſect. 9. de concept. ſubſect. 7. §. 2. num. 255. ſub hac doctrina; *Actores, & complices delicti, infamiâ ſeu pænâ æqualiter puniendi*; Sed ſuperiores illius monialis procedentes ex bona fide (quod pharmacha, remedia profluvii ſanguinis aplicata à medicis non extinguebant potentiam generativam ejus, erantque tantummodo impedimenta languoris ægrotans) non cooperantur complices criminis ſi in iſtud dum Medici ſuis mathematicis demonſtrationibus deducebant potentiam generativam talis monialis non extingui, niſi impediri ſecundum regulas ſuæ Appollineæ ſcientiæ; & de talibus demonſtrationibus notitia dabatur illis ſuperioribus ſeu confeſſario, & tantummodò ab eis aſſerebatur curandam Religioſam talibus medicamentis quibus ſalutem conſequeretur (aliàs ſi jurejurando proteſtabatur à Medicis ſe nullatenus poſſe ipſam curare niſi in jacturam iret ipſa potentia generativa, tunc revera non poterant illi ſuperiores nec confeſſarius cooperari in bona fide cum ea per ſe nota non forent ipſis, nec ex profeſſione tenerentur ſcire, & ſtare deberent peritorum conſilio; modo quo dum aliquis inquirit à Theologo quid tenetur facere in hoc vel illo ſcrupulo, velut ſi contingeret reipublicæ adminiſtratores ſcrupulizare illud quod excitat Diana 3. parte tractatus reſol. 108. Utrum officia ſæcularia quæ cadunt ſub ſua diſpoſitione vendi poſſint, in quo negativam ſententiam recenſet ex illa Doctrina, præcipuè Ludovici de Torres tom. 1. in ſecundam ſecundæ diſp. 23. dub. 2. n. 5. quia ex voluntate reipublicæ diſtribuenda ſunt dignioribus neque conceſſum eſt principi, ut illa poſſit vendere, ſed honorificare eis digniores compertos, vel æquo dignos; præmiſſâ communi ſaltem diligentiâ: per oppoſitum Azor tom. 3. lib. 7. §. quæres tertiò, & Filutius tom. 2. tract. 34. puncto 2. cap. 2. num. 44. vel refert Diana §. his tamen videtur, non damnare principes vendentes officia dummodo illa vendant pretio moderato, & Perſona officium emens ſit digna, etſi taxentur pretio pro laboribus & operibus; utraq; opinio habetur probabilis, conſequẽterque non eſt per ſe notũ, utrũ talia officia vendi queãt. Accedit ſęcularis ad theologum cui incumbit ſcire quod conſulit; bona fide procedet ſæcularis operans in venditione dum perito committit ſibi conſiliarii id quod ſibi non competit ſcire in ſuæ conſcientiæ ſecuritatem) ergo cum non incumbat ſuperioribus monialis illius ſcire nec teneantur an illa medicamenda profluvium ſanguinis medentia impediant vel omnimodè tollant potentiam generativam, peritorum in medicina Concilio adherentes, dum factâ ſufficienti diligentiâ ab illis monentur non extingui; in bona fide procedent nec peccabunt, etiam ſi aliter res ſe habeat quia bona fides talium ſuperiorum, & aliorum concurrentium non tollitur ex mala qua à peritis decipiuntur, ſi decipiantur.

11. Quoad reſiſtentiam monialis, ad præceptum ſuorum ſuperiorum de ſumendis potionibus, & utendo medicamentis per pharmacha applicata, ex eadem doctrina procedendum eſt, cum diſtinctione; nam vel ipſa novit certo, & infallbiliter à tribus illis medicis ſuam potentiam generativam omnimodè extinguendam; aut tantummodo impediendam; primo modo non parendo tutâ conſcientiâ procedebat; nam licet demus cum Suario tom. 3. de Religione lib. 10. cap. 4. num. 11. in dubiis peccare Religioſum non ſe committendo voluntati ſui ſuperioris expreſſe ſub clauſulis, in virtute ſanctæ obedientiæ, vel altera æquivalenti forma, idem ſignificatum tenente; & quidquid ſit de controverſia penes Prælatas, utrum coercere poſſint ſubditas in conſcientia; de quo videndus Tamburinus diſp. 2. de jure Abbatiſſarum quæſt. 4.(cui non adherebo in inſinuatis ab ipſo de incapacitate juriſdictonis ſpiritualis ex ſexu, quo inquit tolli ab eis vis coercitiva præcipiendi ſub onere ſanctæ obedientiæ; ſaltem ex voto quo moniales in profeſſione emittunt de obedientia præſtanda omnibus & in muliebri Prælatia ſuccedentibus, ab hoc capite, quis id dubitabit, ut bene Caſtro Palao tom. 3. tract. 16. diſp. 4. puncto 4.) num. 7. dubitat obedientia obligationem interpoſito vitæ periculo, & ait. *Si ex actione illa peculiari bonum commune Religionis pendet, non dubito à ſuperiori præcipi poſſe: ſi enim Princeps ob bonum temporale Reipublicæ poteſt ſubditos ad bellum, & navigationem periculoſam obligare, cur non poteſt Prælatus regularis ſibi ſubditos ob bonum totius ſuæ Religionis eam obligationem imponere?* Ergo tam ſuperior illius monialis, quam Prælata ejus (ut incumberet ipſi obligatio parendi, ſub reatu peccati mortalis) tenebantur proſpicere & convincere ſanitatem extinctione ſine potentiæ ejus generativę bono communi illius Monaſterii expedire; caſu vero quo ſatiſ-

Digitized by Google

facti illum effectum ſalutis cauſandū per pharmacha, & medicamenta applicata proſpicerent, & convincerent expediviſſe (ex illis rationibus ſubjunctis, quod dum convaleret ſana, & perfectæ ſaluti reſtituta, aſſiſtere quibat in choro, officinas communitatis peragere, & alia hujuſmodi; nam iſta reſpiciunt publicæ utilitati, quantumcumque ab aliis peragi queant; & ſubſtitui poſſint in defectum pecularis perſonæ) licebat ergo cum exiſtens in bona fide prædicta Monialis de eo quod Medici ipſi monuerunt beneplacitum ſuum exoptantes in remedia applicanda, undè conjectare poterat pluſquam veroſimiliter eum conſenſum exoratum ab ea, quia potentiam generativam in jacturam faciebant, licebat illi non parere quamquam daretur, bona fide illos ſuperiores procedere ex non manifeſtato eis quod ipſi patienti, tam patenter fuerat factum; in quo non poſſum non mirari eos medicos non rectè proceſſiſſe conſenſum exorantes, cum non liceat etiam conſentiente patiente membrum ſeu quod pertinet ad integritatem corporis amputare, v. g. noſcit medicus diſtillationes turbantes caput, corrigendæ tum auriculæ, vel nares amputantur; vel lingua; ſicut patienti non licet id conſentire præciſo mortis periculo, ita nec medico licebit de patientis conſenſu tale membrum ſcindere: altera pars quod tenebatur parere, dum conſtabat ipſi ſolum impedimentum appoſitum potentiæ generativæ ex hucuſque dictis ſufficienter conſtat; & idem dicendum ſub eadem diſtinctione de cooperatoribus in remedia aptanda, nempè de Monialibus inſtantibus in pharmacha applicanda; impedire enim aliquo modo potentiarum uſum in ſanitatem recuperandam licet: neque ullo pacto abortus ſic cauſatur, nam hic ſignificat conceptionem fœtus ſaltem inchoatam.

12. Objectio reſtat à quadam paritate: non eſt illicitum amputare à ſe dentes ordinarios in vitandas diſtillationes capitis quantumcumque iſti ſani ſunt: & quotidiè videmus eos quos appellamus Molares à mandiculis ſeparari, intuitu levandi dolorem eorum ſeu capitis, vel aliquarum diſtillationum, ſed dentes ſunt partes integrantes corporis; ergo licebit in ſubſidium partis præſtantioris ſcindere, & amputare eas quæ minus ſunt præſtantes: ergo quia potentia generativa prout ſolum ordinata ad propagandam ſpeciem cenſetur pars minus præſtans quam quælibet alia de ſerie ſenſitivæ, & nutritivæ, in quantum hæc tendit, & dirigitur ad conſervationem propriam individui, licebit iſtam extinguere ad hoc quod individuum melius ſe habeat, & commodiùs ſubſidietur. Paulus Zachias in quæſt. in medicolegalibus lib. 5. tit. 5. quæſt. 5. variis conjecturis, tam philoſophicis, quam medicis fundat dentes partes corporis fore ad decorem, non ad integriratem ejus expectantes; & videtur de mente Ariſtotelis 2. de gener. animal. cap. 4. & à poſteriori, meo videri, probatur evidenter, alioquin ſequeretur irregularem manere quemlibet, qui unum à ſe dentem voluntariè auferret, aut qui percutiens aliam, caſu amittere, aliquam, feciſſet: indè tranſeat major; nego minorem. Urges, probabilior Philoſophorum ſententia eſt, ad differentiam ungium, & capillorum, dentes informari anima rationali (de quo N. Pontius diſp. 58. de anima quæſt. 10. concluſ. 3. & Franciſcus Obiedo controverſia 1. de anima punct. 4. num. 12.) in quorum tenore affirmant Theologi verbum divinum potius unitum hypoſtaticè dentibus corporis Chriſti, quam ſanguini, & aliis humoribus: referre ſufficiat Rodericum de Arriaga diſp. 24. de Incarn. ſect. 1. in limine. *Circà dentes in primis nulla videtur eſſe difficultas, quin aſſumpti fuerint immediatè quia illi manifeſtè nutriuntur, & vitali modo creſcunt, non minùs quam omnia alia oſſa, imo quia de dentibus vix ullus negat animari: ſanguinem, verò multi negant: ideo videtur longè certiùs dentes fuiſſe eadem ſubſiſtentia terminatas, quam ſit de ſanguine.* Tunc ſic: non aliter ſpectant dentes ad corpus quam oſſa; ſunt enim ejuſdem rationis, eodem pacto nutriti & creſcentes; ſi ergo licet voluntariè dentes amputare ſanos in alteram partem corporis principaliorem conſervandam, & ſubſidiandam; cur illicebit, quia majoris præſtantiæ erant partes corporeæ illius Monialis infirmæ à ſanguinis profluvio, extinguere potentiam generativam, ſuffragium unicum ſanitatis acquirendæ: & in quaque parte integrali commodiùs ſe habendi, etiam ſi periculum mortis non immineret; ergo quamvis ex intentione, Medici Pharmacha applicarent extinguendi in ea Moniali potentiam generativam non peccarunt, nec Confeſſarius inſtando, neque Superiores præcipiendo. Si replica probaret quod ab eo, quia aliqua pars corporea humana informatur anima rationali, ideò pertinet ad integritatem temperamenti, aliquam apparientiam haberet; at ſuppoſitum eſt falſum; in ſententia probabiliſſima quam ſequitur & fundat Joannes à Sancto Thoma quæſt. 8. de gener. ſemen humanum; & muliebre lac informantur ab anima rationali, & tamen non ſunt partes integrantes corpus; ergo non eo quia dentes informentur anima, probatur pertinere ad integritatem corpoream niſi ad decorem: & Theologicè habeo efficax argumentum, in quæſtione à me mota tom. 3. Certaminis diſp. 1. ſec. 4. num. 58. ubi probo dentes ortos in mandibulis Domini Jeſu, non ſtatim ac verbum Incarnatum fuit; ſed à tempore in quo alii infantes dentitionem tenent, & tamen nullam partem integrantem corporis Chriſti defuit ipſi in Incarnationis inſtanti: ergo ſupponitur falſum, indè non tenet argumentum: & conſtat, quomodo in conſultatione poſita peccare, vel non peccare, quibant ſive Medici remedium applicantes; ſive patiens conſentiens: ſive alii cooperatores in illud inſtantes.

Digitized by Google

CONSULTATIO XLVII.

De illegitima Religioſa diſpenſata à Generali extra capitulum , ut fieret Prælata.

OBORTA eſt ingens altercatio in concurſu cujuſdam Religionis, propter electionem Monialis in Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam, an valida fuerit, vel non; eo quia illegitimò concubita nata, & independenter à capitulo obtinuit diſpenſationem à Generali ſui Ordinis, à quo habilitabatur in natalium defectu; nec ſolùm à jure communi inhiberi aiebant quædam Moniales cap. 1. de Filiis Præsbit. cap. nimis, eodem titulo, verùm & duas rigidas conſtitutiones quas prodiit Sixtus V. peculariter referendas num. 3. allegabant, adeò nec obedientiam ipſi præſtare nolebant: è contra major Monaſterii pars, quæ ſuis ſuffragiis eam elegerant illegitimam reclamabant in ipſarum conſcientiæ ſerenitatem petitiſſimos, conſuluiſſe Theologos, & Juriſtas; qui uno ore conformes affirmabant votantes potuiſſe validè eligere, nam eo ipſo quod ad profeſſionem fuit admiſſa, diſpenſatam habendam ad prælaturam capiendam; ideò quamquam non interveniſſet Superioris Generalis habitatio; cumque electionis Præſes nollet electam confirmare requiſitum fuit ei à Notario & teſtibus juridicè, ut procederet illicò ad confirmationem intimantes Privilegium Eugenii IV. conceſſum Monaſterio Sancti Georgii in Allega de quo omnes mendicantes regulares ſunt participes, ubi ita habetur fol. 9. in compendio Privilegiorum Congregationis ſancti Joannis Evangeliſtæ colom. 2. *Admiſſus ad profeſſionem ſi habeat defectum natalium ipſo facto ſit diſpenſatus non ſolùm ad ordines, ſed etiam ad omnia ſolita gubernia Prioratus.* Cumque pateat ex conſenſu Theologorum, quos citant, & ſequuntur Salas prima ſecundæ diſp. 20. de Legibus ſect. 11. num. 10. Suarez lib. 6. de Leg. cap. 17. num. 14. Bonacina to. 1. diſp. 1. de Legib. quæſt. 3. punct. 7. §. 1. num. 14. quod licet diſpenſatio inter odioſa computetur, facultas diſpenſandi; inter favorabilia cenſenda; ſic ampliãda: conſequenterque non negandam Generali eam facultatem: his & aliis aſtrictus electionis Præſes electam confirmavit: mandatum impõnens Sanctæ Obedientiæ, & excommunicationis majoris, ut omnes parerent illegitimam Monialem declarare legitimè & validè electam, renuerunt plures, etſi minor communitatis pars proteſtantes, & appellantes, de gravamine in cenſura, & præcepto impoſito: inquiſitumque fuit utrum peccarent, & in excommunicationem majorem inciderent, non obſtante proteſtatione, & appellatione interveniente.

SUMMARIUM.

EUGENIANUM Privilegium conceſſum Conventui S. Georgii de Allega, n. 1.
Monialibus præſtita Privilegia Religioſos ſuffragant, n. 1.
Conſequenter iſtis præſtita illis favent, n. 1.
Dominicanis, & Franciſcanis ad diſpenſandum defectum natalium Privilegium, n. 1.
Item & Generalis Societatis Jeſu præſtitum, n. 1.
Non omnia etſi ferè omnia privilegia mutua, & ad invicem communicant interſe Religiones, n. 1.
Spurii nati ex Præſbiteris jure communi incapaces, ſed diſpenſabiles, n. 1.
Doctores recenſentes privilegium datum Conventui Sancti Georgii de Allega, n. 2.
Non ideò quia in uſu non eſt in una Religione Privilegium ideo extinctum cenſendum, n. 2.
De Privilegio Eugeniano nullus uti poteſt ſine motivo urgente, n. 2.
Diſtinctio utendi de quoquo Privilegio ab illo quod includit diſpenſationem, n. 2.
Varia vitia frequenter in ſpuriis, n. 2.
In propriis terminis inquiſitum de Moniali ſpuria, n. 3.
Tempore in quo id ſcripſit Miranda qualiter abſque diſpenſatione licebat, n. 3.
Declacratio Sacræ Congregationis, n. 3.
Regulæ generales quandoque tenent ſuas exceptiones, n. 3.
Bulla Gregorii XIV. de diſpenſatione penes ſpurios, in Capitulo Generali vel Provinciali, n. 4.
Etiam ſub nomine capituli venit congregatio dicta capitulum intermedium, n. 4.
Utrum revixerit Eugeniana poſt Tridentinum, n. 4.
Eugeniana ne, vivæ vocis oraculum tantummodo, n. 4.
Scienti & conſentienti non fit injuria, neque dolus, n. 5.
Qui tacet conſentire videtur, n. 5.
Juris iſta regula fusè explicata, n. 5.
Ad quid tenetur ut non conſentire intelligatur, n. 5.
Doctrina applicata Privilegiis, n. 5.
Privilegium de tribus Miſſis celebrandis die 2. Novembris à regularibus coronæ Aragonenſis, n. 5.
Extraordinaria concertatio: an quandoque Spiritus Sanctus, ſi tacet conſentire videatur, n. 6.
Silentium Chriſti penes Mulierem Cananeam filiæ ſanitatem orantem, n. 6.
Qui tacet, ſi loqui non tenetur, ſuo ſilentio non conſentit, n. 6.
Multum reſpondit qui nihil reſpondit, curioſum axioma, n. 6.
Signa quibus noſcuntur quando in ſilentio eſt virtualis approbatio, n. 6. & 7.
Inditia unde conjectatur virtualis conſenſus Summi Pontificis in Privilegiis, n. 7.
Puſillanimitas Superioris virtualiter nõ approbat, n. 7.

Digitized by Google

Taciturnitas in conſenſum Superioris de voto, n. 7.
Taciturnitas in judicium cedens nuſquam conſenſus virtualis, n. 7.
Quando à ſilentio cenſetur res acceptata, n. 8.
Termini ſpecificativè & reduplicativè ad intentum inducti, n. 8.
Applicata doctrina ad Eugenianam, n. 8.
Confirmata ex non taciturnitate Eccleſia contra Janſeniſtas, n. 8.
Privilegia revocata quæ reviviſcunt, vel non reviviſcunt, n. 9.
Alia inſtantia pro eodem, n. 9.
Ad reviviſcentiam, virtualis ſeu interpretativus conſenſus ſufficit, n. 9.
Paritas de lege prohibitiva, ſive inductiva opus, n. 9.
Lex an cenſendum Privilegium, n. 9.
Vuſus contrarius legi ex conſuetudine unde eam revocat, n. 9.
Media à quibus talis revocatio dignoſcitur, n. 9.
Confeſſarius ſine ſpe fructus, quando tenetur relinquere pœnitentem in ſua bona fide, n. 9.
Qualiter gerere ſe ſuperior in appellatione de electionis nullitate, n. 10.
De bona fide allegata à Moniali in eventu ficto de clauſura, n. 10.
Quando peccat Judex non admittens appellationem, n. 10.
Malitia proteſtantis frivolam illam reddit, n. 10.
Appellatione quandoque liberantur regulares à pœnis injunctis, n. 10.
Sed ea non obſtante aliquando incurrunt in eas, n. 10.

1. De Eugeniano Privilegio allegato num 1. tractat Portel tom. 1. in dubiis regul. dictione *illegitimus* num. 9. cujus verba, quia materia eſt graviſſima tranſcribere expedit. *Nota valdè quod Patres Congregationis Sancti Ioannis Evangeliſtæ in Portugalia habent Privilegium per quod Eugenius IV. conceſſit Conventui S. Georgii in Allega ſui Ordinis, ut admiſſus ad profeſſionem inter illos, ſi habet defectum natalium, ipſo facto ſit diſpenſatus: non ſolum ad Ordines, ſed etiam ad omnia ſolita gubernari per fratres illius Ordinis Prioratus ſed prepoſituras, rectorias, aut officia ſe invicem competentia: ſic ibi; itaque profeſſus apud illos non ſolum diſpenſatur ad ordines ſed etiam ad officia & dignitates ordinis.* Cum autem conſtet ex dictis fusè Conſult.22 num.12. quod privilegia conceſſa Monialibus, extenduntur etiam ad viros Religioſos, è contra etiam in practica eſt, ut viris regularibus indulta, & favores, etiam faveant fœminas regulares, eiſque ſuffragentur; indè ſi Religioſi participant de illo Privilegio præſtito Conventui S. Georgii in Allega (videndus Pellizarius tom. 2. ſui Manualis regularium tractatu 8. capite 1. ſect. 14. num. 12.) etiam Moniales ſuffragabuntur eis, quæ privilegiant religioſos, & ne in introitu minùs fundatum, ac par eſt, conjectetur quod nunc intendimus, non tranſibo aliud ſimile inventum in Bullario N. Rodriguez Benedictinis de Monte Caſſino præſtitum ab eodem Eugenio, diplomate 7. alias 9. non abſimile legitur in Compendio Privilegiorum Ordinis S. Hieronimi voce diſpenſatio in defectu natalium §. 1. necnon Dominicanis & Franciſcanis alterum relatum à Tamburino tom.1. de jure Abbatum diſp. 5. quæſt. 14. num. 7. quæ omnes conceſſiones ſunt ejuſdem tenoris. Licet enim Sixtus V. duplici diplomate (unum quod incipit *cum de omnibus*, expeditum anno 1587. & habetur in Bullario Cherubini tom. 2. conſtitutione hujus Pontificis 77. & alterum cujus initium eſt; ad Romanum Pontificem, eodem volumine 2. Bullarii) quæcunque privilegia in hanc finem tendentia, irrita, & nulla declaraverit; at quia Gregorius XIV. in Bulla quæ inchoatur, *circunſpecta*, eſtque conſtitutio 3. hujus Papæ, eodem to. 2. Bullarii, revalidaverit conceſſa quæcumque regularibus, quoad diſpenſationem illegitimorum in natalium defectu præcedentia quæ tenuerant privilegia; item cum idem Gregorius XIV. altero diplomate, quod eſt 17. in ſerie apud relatum Cherubinum to. 2. incipitque, *illius qui*, facultatem præſtiterit independenter à capitulo generali, Religioni miniſtrantium infirmis, dictorum Hiſpanè, *Agonizantes*, poſſe cum illis illegitimis diſpenſare; necnon ipſemet Gregorius altera Bulla, quæ inchoatur, *exponi nobis*, eſtque 15. in linea, commiſerit præpoſito Generali Societatis Jeſu, prædictam authoritatem diſpenſandi in defectu natalium cum quibuſlibet ſuis ſubditis occurrente urgenti cauſa; tot munita conceſſionibus electio illegitimæ illius Monialis, valida videbatur; ſpecialiſſimè aiente Bordono tom. 1. reſol. 42. num. 48. *Quibus privilegiis poſſunt uti fere omnes Religiones, nam de facto habent inter ſe communicationem privilegiorum*: Univerſalem notam, cum exceptione ponit, per adverbium, *ferè*, nam cum renunciare aliquod privilegium, vel non renunciare maneat in optione privilegiati, contingere poteſt aliquem ordinem in ſuis ſtatutis generalibus nolle eis indultis ſuffragari; & ab hoc ipſo quod renunciarunt, profeſſio in tali religione fiat per obſervantiam regulæ & ſtatutorum, quæcumque ità ſe gerat non fovebitur ab eis; indè conſulentem monui, utrum aliqua lege in ea Religione in qua evenit electio prædicta de Religioſa illegitima inhiberetur generalis ad diſpenſandum cum ea, independenter à capitulo generali, vel dependenter ab eo, aut abſolutè per obſervantiam juris communis, prohibentis cap. 1. & ult. de Filiis Præsbiterorum, nullum illegitimum eligi poſſe in Prælatum, de quo Caſtro Palao tom. 6. diſp. 6. de irregularitate punct. 9. num. 12. & Pellizarius tom. 1. in ſuo Manuali regularium tract. 9. cap. 2. ſect. 3. ſubſeq. 2. num. 149. & tale ſtatutum non fore in eo ordine, ſecurum fecit; idcò faveri à gratiis citatis videtur electa.

2. Noſtrum Sanctorum de Melfis (in ſuo Commentario ad ſtatuta, & Ordinis conſtitutiones ſtatuto 18. cap. 8. §. in capitulo) audiamus ſic de hoc caſu loquentem penès Eugenianam conceſſam Religioſis de Allega. *Puto revixiſſe Privilegium Eugenii IV. conceſſum Congregationi S. Ioannis Evangeliſtæ relatum à Portel, verbo illegitimus, num. 9. & diſpenſatio, n. 2. & à Rodriguez* (hic eſt Emmanüel) *to. 1. quæſt. Regular. quæſt. 13. art. 6. & Hieronymo Rodriguez reſol. 52. num. 42. & Sixti IV. apud eundem Rodriguez, qui conceſſit Generali & Provincialibus Minorum, ut poſſint diſpenſare patientibus defectum nativitatis ex quocunque concubitu, ut ad quaſcunque adminiſtrationes, & officia dicti Ordinis eligi, & aſſumi, recipi, & aſſumi, illaque gerere, & exercere licitè poſſint; quæ privilegia jam revocata à Gregorio XIV. revixerunt per ſubſequentes confirmationes Clementis VIII. & Pauli V. ex cauſa ſcientiæ, & ut refert idem Rodriguez (iſte Hieronymus eſt) citans Villalobos parte 1. tractatu 13. dif. 60. num. 10.* Qui poſtquam recenſet tale indultum conceſſum prædictæ Congregationi S. Georgii de Allega, ſubjungit. *Poſſe frui tali Privilegio quamcumque Religionem, etſi ignorantia ejus de tali facultate, nuſquam fuerit in uſu, quia Nocolaüs XIII. conceſſit Cartuſienſibus privilegiorum uſum validum, quamquam ex non ſcientia de eis nuſquam in uſum ab ipſis fuerit præſtitum, dummodò adverſus talia indulta aliquod contrarium*

Digitized by Google

non emanaverit à Sede Apoſtolica: indè impugnatur Hieronymus Garcia tom. 2. in ſua polit. regulari tr. 9. diſ. 4. dub. 3. num. 15. & alii apud ipſum quos recenſet, qui putant non debeti uti ſimilibus privilegiis adjungens neminem eis uti; teſtor vidi in practicam fuiſſe apud plures: univerſalis illa, *nemo*, nihil arguit, nam fortaſſis loquitur de ſua Hieronyminiana Religione, à quo non ſequitur id non practicari in aliis, non pervadit conſequentia, nec probabilis, nemo in meo ordine utitur privilegio hoc, ergo nullus audet in aliis religionibus idem participantibus illo uti; quæ diſparatior conſequentia; ſolum enim illa privilegia non ſuffragant, quando non practicantur cum clauſulam tenent vel expreſſam, aut equivalentem, quatenus non ſunt in uſu; Eugeniana autem videnda tom. 1. Bullarii Cherubini conſtitutione hujus Pontificis 24. nec implicitè nec explicitè prællegatam clauſulam tenet, ut liquebit legenti; benè verum eſt à Sanctoro habitum, & congruentiſſimè, ut utente Generali vel Provinciali eis Privilegiis diſpenſationem impendat; *Debet tamen adeſſe cauſa quæ illegitimos diſpenſatione dignos reddat; aliàs diſpenſatio nulla eſſet, in quo ſuperiorum conſcientia onerantur & debet augeri cauſa pro exceſſu illegitimi*: Utique urgens cauſa, & motivum occurrere debet; alioqui tolleretur natura, & quidditas diſpenſationis, quæ quamvis ſit privilegium, ab eo quod gratioſum eſt diſtinguitur in hoc, quod iſtud ſine cauſa validum eſt, neutiquam diſpenſatio, præcipuè in ſententia illorum qui tuentur, graviſſimè peccare ſuperiorem diſpenſantem in eo quod cadit ſub ſua facultate abſque cauſa; videndi Layman tom. 1. tract. 4. cap. 22. num. 13. noſter Hieronymus Rodriguez in ſuo compendio reſol. 62. à num. 5. & Granados prima ſecundæ controv. 1. tract. 3. part. 2. diſp. 11. ſect. 3. n. 24. & fusè Barboſa 2. parte de officio & poteſtate Epiſcopi allegatione 33. num. 4. colligiturque ex cap. nec eſſe: cap. diſpenſatio 1. quæſt. 17. principaliter hoc urget in illegitimis ad prælatias; obſervante Sanctoro cap. 2. ſtatut. 1. §. 5. varia vitia præſumi illegitimos inurere; & ℣. Sed quæritur illa taliter individuat, ut vix dignus diſpenſatione inveniatur: Sed illegitimum novi antiſtitem virum virtute & literis eximium; nulla regula ſine exceptione.

3. Verùm, ne nos divertant, quæ extrà intentum conſultationis ſunt, tenentes in propriis terminis difficultatem, apud Mirandam, in ſuo Manuali Prælatorum tract. de Sacris Monialibus quæſt. 6. ar 3. ubi diſputat: *Utrùm Monialis illegitima eſſe poſſit Abbatiſſa vel Prioriſſa*; decrevi ab eo fundamenta ſumere in deciſionem; poſtquam annotat; *Quamvis enim per religionis ingreſſum profeſſionemque, cum effectu ſubſequutam, ſecundum probabilem, & ferè communem opinionem in Religionibus prædictis illegitimi, legitimentur, fiantque habiles quantùm ad ordines, non tamen legitimantur, nec fiunt habiles ipſo jure quantum ad prælaturas*: ſed ſubnectit illicò ſubſequens dubium: *an hujuſmodi jura* (videlicet quæ ex vi profeſſionis non habitant ad prælaturas) *locum etiam habeant in Monialibus, & an Moniales illegitimæ abſque diſpenſatione eſſe poſſint Abbatiſſæ, & Prioriſſæ*: & affirmativè reſpondet, per ſequentem concluſionem. *Moniales illegitimæ non indigent diſpenſatione ut eligantur & perficiantur in Abbatiſſas & Prioriſſas*: tempore quo id ſenſit, uſque ad annum 1616. (juxta id quod ſcribit Barboſa in collectanea Apoſtolicarum deciſionum collect. 414. n. 1. prohibitum à Sacra Congregatione, noviterque anno 1630.) ſatis veroſimiliter tueri quibat Mirandæ relata ſententia, at poſt prædictas prohibitio, de quibus mentionem iterat idem Barboſa de univerſo jure Eccleſiaſtico lib. 1. cap. 44. n. 25 at poſt jam ſine diſpenſatione ſpeciali eligi nequit; Nec tales declarationes perveniſſe judico ad Theologos quoſdam in electione monialis Conventus cujuſdam Valiſoletani quæ cum illegitima foret innixi Mirandæ verbis validam firmatunt, ſupponendo à profeſſione diſpenſatam in defectu natalium; delata autem lis ad nuntium Apoſtolicum, qui tunc aderat in ea Auguſta curia, ad ſavorem electæ fertur non declaraſſe; conſone quidem non tenentes quod Diana 5. parte tract. 2. reſol. 101. §. verum non; recepſet ex Julio Lavorio (quem autorem attingere non potui) & ait: *Notat Iulius Lavorius in variis elucubrationibus tit. 4. cap. 24. n. 38. nempe ſacram Cardinalium congregationem declaraſſe, quod ex illegitimo thoro natæ, conſtitutionem Sixti V. contra regulares illegitimos non comprehenduntur, quominus ad officium vel dignitatem Abbatiſſæ ſeu Prioriſſæ eligi poſſunt*; quantumcumque quæſierim hanc declarationem, ut comperirem an expedita poſt 27. Aprilis, anno 1630. invenire non potui; ſi enim ita eſſet de plano, & ſine ulla hæſitatione curreret Mirandæ ſententia; at cum emanaverit relato die 27. Aprilis, declaratio ejuſdem ſacræ congregationis Epiſcoporum & regularium, egere moniales tali diſpenſatione (de qua declaratione mentionem facit Lezana. tom. 1. ſumma cap. 25. de Abbatiſſis ſeu Prioriſſis monialium num. 6. eandemque refert Bartholomeus Gabantus in manuali Epiſcoporum, verbo monialis officia num. 7.) conſtat, quomodo ſtante Apoſtolicum hoc decretum prohibitivum, moniales diſpenſatione illegitimitatis indigere ad prælaturas, ut quidquid decernitur penes religioſos illegitimos, quoad Prælaturas idem circà moniales obſervandum, quando à defectu natalium impediuntur; occurrenteque eventu, & comperientes ſuperiores Prælati indigere monaſterium Religioſarum, quod in ſuperiorem eligatur illegitima inventa, quia meritò excedit cæteras eligibiles, & zelo obſervantiæ religioſæ, hanc præcedere; item adminiſtranda bona temporalia Conventus utiliorem fore, imò & quod urgentius eſt, ad removendas communicationes, quæ vulgariter dicuntur *devotiones*, aptiorem innuit Lezana deberi ita ſe gerere in diſpenſatione cum eis, velut practicatur penes Religioſos utiles ut aſſumantur, & ad Prælatias locales, & ad ſupremas aſſolet à viris doctis obſervari.

4. At in reſolutionem primò annuo Gellizario eo tom. 2. tract. 9. cap. 8. ſect. 2. num. 85. (ubi ſe remittens his quæ firmaverat ex Bulla Gregorii XIV. in ſect. 3. num. 99. videlicet, generale & Provinciale capitulum, talem diſpenſationem præbere poſſe) cum Lezana addens. *Non videri improbabile in relata conſtitutione Gregorii 14. nomine capituli generalis, Provincialis, ſeu intermedii, non intelligi totum capitulum; ſed ſolum diffinitorium; moveor, tum quia quod agit diffinitorium, dicitur agi à toto capitulo; tum quia aliàs minus ſufficienter eſſet conſultum famæ illegitimorum diſpenſandorum, ſi ipſorum legitimatio tractanda eſſet in publico capitulo, cũ potiùs ea tractari debeat ſecretè ad evitandã infamiam, & ſcandalũ, quæ ex ejus revelatione poſſent non raró ſuboriri*: Nõ loquitur de diffinitoriis extra capitulũ congregatis, niſi de illis quæ capitularia ſunt, quibus conduntur leges, (ex compromiſſo ordinis, ſeu provinciæ) approbantur; vel reprobantur; quo pacto conſultus de quodam Provinciali (qui hac doctrina innixus in quadam Religione ubi poſt dies octo capituli diſſolvitur diffinitorium compromitens ſeu refundens totam ſuam authoritatem in provincialem) diſpenſante in virtute ſuæ authoritatis, monialem eligendam, dixi valere

diſpenſationem eo quod à conditione, quod Præſes capituli Provincialis, & diffinitorium, ſeu tota Provincia compromiſerit in eo, quoad omnes cauſas, toto tempore, quo in officio duraret: pro alia parte, privativè ſimilis diſpenſatio præberi quit à generali independenter à capitulo; ne ex defectu natalium monaſteria defraudentur de regimine illarum perſonarum, quæ aptiores judicantur, & ad obſervantiam aliorumque rerum communitatis obeunda munera; at quia verſamur in caſu quo non alterius intuitu niſi intuitu Eugeniani diplomatis diſpenſatio pręſtita fuit, ulterius exigitur exenterandum, quid in virtute ejus poſſit diſpenſari. Lezana in ſumma tom. 2. verbo, *illegitimus Regularis*, putat tantum vivæ vocis oraculum fuiſſe conſequenterque non revivixiſſe à conceſſione Gregorii XIV. cōmemoranſque Portelem, hæc habet: *Quamvis ipſe aſſerat prædictum privilegium eſſe in praxim apud prædictos Religioſos, tamen quia non mihi conſtat, an ſit vivæ vocis oraculo conceſſum, ac per conſequens revocatum his temporibus, juxtà ſæpius dicta, vel eſto quod tale non ſit, quia revocatum etiam videtur per revocationem generalem ſimilium privilegiorum factam per Sixtum V.* Et mox *ideò non audeo dicere poſſe nos vel alios Religioſos eo privilegio uti*: Ego autem tenens revivixiſſe, ut Santorus citatus num. 4. firmat, cur non audebo annuere potuiſſe diſpenſari illam illegitimam monialem à ſuo ſuperiore independenter à capitulo, ſuppoſitum probatur (etiam dato vivæ vocis oraculum tantum præceſſiſſe) privilegium conceſſum, ſemel revocatum, ſi vidente Principe, cui competit punire eum qui illo utitur, & non punit, nec opinionem damnat typis datam in libris de facultate utendi tali privilegio ſilentio & taciturnitate iſtud confirmat & reviviſcere demoſtrat; ſed poſt Bullam Gregorii XIV. eſt frequens uſus in Religionibus Eugenianæ, conceſſæ monaſterio congregationis Sancti Georgi de Allega in Luſitania, id ſciente nuntio Apoſtolico & Papa; & poſt annum 1643. typis dedit ſuum opus Romæ Santorus, & Doctores alii qui revivixiſſe affirmant, & practicari licitè poſſe ſcripſerant: ergo ſine hæſitatione poterimus dicere revivixiſſe, & revalidari.

5. Dum major probatur, totum concluditur; argumentum fundabo in illa juris regula. *Scienti & conſentienti non fit injuria neque dolus*; de qua Reginaldus lib. 30. tract. 3. num. 200. caſu 5. à quo aliud emanavit axioma, de reliquis juris in 6. *Qui tacet conſentire videtur*; Varias accipiens explicationes ab eo quod immediato capite ſequenti proponitur, maxima quidem juriſperitorum frequentiſſima, & plauſibilis valdè ſic: *Is qui tacet non fatetur, ſed nec utique negare videtur.* Et l. qui tacet ff. de regulis juris per eadem. *Qui tacet non fatetur, ſed verum eſt eum non negare* Quæ omnia exponenda veniunt, nam non ſemper, aut conſentit, vel dicendum non negare ſilentio. Quid clarius velut in Dominica Paſſione Jeſu Redemptoris legimus expreſſum; accuſatus Chriſtus iniquè, & falſo de criminibus fictis à malitia, & livore judaico, nec conſentit accuſantibus, & ea negavit taciturnitate, ut amplius n. 8. & 10. Caramuel tomo I. in Theologia fundamentali fundamento 28. de expoſitiva juſtitia, §. 28. num. 951. poſtquam illas tres regulas juris tranſcripras componit; num. 952. ita profert. *Qui cum tenetur loqui, tacet; & in ſibi favorabilibus etiam qui non tenetur loqui, conſentire virtualiter dicendus eſt:* undè liquet quoad tacens, qui loqui non tenetur; nec fatetur, nec negat; benè autem, ſi teneatur, fatetur; v. g. videnr Prælatus & ſubditus aliquod factum reprehenſibile peractum à conſubdito; ſilet Prælatus quando increpare tenetur, conſentire videtur; at quia conſubdito non datur facultas objurgandi conſubditum, quamquam ſileat non conſentit; id procedit in materiis odioſis; in favorabilibus vero, inquit; teneatur, vel non teneatur loqui, ex ſilentio videtur conſenſum virtualem interponere in terminis quos verſamur de privilegiis, hunc excitat titulum Benedictinus antiſtes. *De ſilentio quod conſenſui æquivalet*: Statimque ſubnectit. *Inquiris, an ne in privilegiis concedi dicantur omnia quæ non interdicuntur?* §. 30. prævenit. *Materia ſimilitudo poſtulat, ut hunc caſum proponam Antonia ſponſalia contraxit ſub hac conditione, videlicet, ſi Pater conſentiat; ille nec dicit ſe conſentire; & quæritur; an cenſendus ſit conſentire:* Negativa ſententia propoſita affirmativam tuetur. *Probabilus reſpondeo cenſeri eſſe impletam conditionem* (videlicet Patrem Antoniæ à ſilentio in ejus ſponſalia conſentire (*quia regulariter loquendo, filius per illam adjectam conditionem ſolum intendit, conſulo ne Patri diſpliceat, at hoc ſufficienter judicatur per ejus taciturnitatem*: Tenetur enim ſi non conſentiat, loqui exprimendo ſe non conſentire; ergo in privilegiis revocatis, quæ poſt revocationem videtur à privilegiante, ſimiliter ac ante revocationem practicari, & à Doctoribus in eadem Urbe ubi privilegians domicilium tenet, ſcribi per Doctrinam inconcuſſam, reviviſcere talia privilegia; ſi non loquitur ille prohibendo tales libros typis datos, nec puniendo practicantes, & exprimendo expreſsè non revivixiſſe, & revocata fore; ſilens conſentit, ſaltem virtualiter; & quia occaſio ſe offert, non prætéribo paſſim advertere quædam privilegia in celebratione Miſſarum die 2. Novembris quæ alibi tetigi, nec recenſitum videram, quod nunc hæc ſcribens inveni in Garcia in ſumma morali tract. 3. dif. 2. dub. 5. num. 6. in dubio quod movet, utrum liceat Sacerdoti eodem die plures Miſſas celebrare; reſpondet illicere, niſi ex privilegio Romani Pontificis, quod ſine hæſitatione fatetur conceſſum Regno Valentino, ut die commemorationis defunctorum, quilibet illius Regni Sacerdos tres celebret Miſſas; teſtaturque Dominicanos Provinciæ Aragoniæ eodem ſuffragari, & in Epiſcopatu Pampilonenſi recenſet id affirmatum à Marcos de los Huertos, allegans Barboſam de officio Parrochi cap. 11. num. 9. referentem Sacram Congregationem Auſtriacis Sacerdotibus indulſiſſe ob eorum penuriam ut qualibet Dominica, vel feſto colendo duas celebrent Miſſas in ſacro prædicatorum ordine extat decretum capituli Provincialis Provinciæ Aragoniæ dicti Lucteſini anno 1553. tenoris ſequentis. *Item denuntiamus SS. D. Papam Iulium* III. *ad ſupplicationem R. R. D. D. Cardinalis Compoſtellani, vivæ vocis oraculo, ad ſecuritatem conſcientiarum fratrum ſcrupuloſorum conceſſiſſe & confirmaſſe antiquam conſuetudinem Provinciæ, ut abſque ſcrupulo, & ſine neceſſitate poſſint fratres in die commemorationis defunctorum tres Miſſas celebrare.* Iſta novi; fortè alia ſunt, in quibus tum videns Papas practicari & tacet; reviviſcere facit cum conſentire videatur, ſaltem virtualiter.

6. Prætereunda non eſt nova ſubtilis concertatio, quam à nullo vidi excitatam, aut cogitatam audivi niſi ab eodem Caramuele. *An videlicet in caſu aliquo Spiritus Sanctus, ſi taceat conſentire videndus ſit.* Affirmat, & caſum ſpecificat individualem; nec ut cupiebam, deciſum vidi, inquiſitum tam peculiarem, de quo amplius n. 10. Dari tamen eventum in quo ſilens conſentiat, ait: hinc introducit, & conjectat. Orabat inſtanter Chananea filiæ ſalutem à diabolo vexatæ, & illam impetrandam à Chriſto firmiter credebat Mathæi 15. à v. 23. *Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa clamabat dicēs,*

miſerere

miſerere mei fili David, filia mea malè à dæmonio vexatur: audit Redemptor, & ſilet. *Qui non reſpondit ei verbum*; Syriaca lectio. *Ipſe vero nec verbum quidem reſpondit.* Noſcebat intellectus animæ Chriſti (aut ſcientia per ſe, vel per accidens infuſa, ſeu beata, qua, omnia futura nullo dempto, videbat in Verbo) decretandi efficaciter ſanitatem Chananeæ filiæ impendendam; & ſilentio annuebat petitioni mulieris, taceteque Spiritu Sancto, in oraculo Jeſu muto, conſentire videbatur; ergo datur caſus in quo Spiritus Sanctus, ſi taceat, conſentire dicendus ſit; notanter, *datur caſus*, apponitur, nam quando Redemptor accuſabatur apud Pilatum, Math. 27. v. 12. & ſiluit, tacendo Spiritus Sanctus non conſenſit in eo in quo accuſabatur Dominus; textus ibi: *Et cum accuſaretur à Principibus Sacerdotum, & ſenioribus, nihil reſpondit: tunc dixit illi Pilatus: non audis quanta adverſum te dicunt teſtimonia? & non reſpondit ei ullum verbum*: Quia tunc non tenebatur loqui, genti tam obſtinatæ in malo; quæ nullatenus fidem veritati darent, imò amplius in ſua cæca obduratione præcipitarentur; ergo qui tacet conſentire videtur quoties loqui quis tenetur, neutiquam quando tacendi inſtat obligatio, ne in damnum malitiæ obſtinatæ cedat; valdè conducunt illa duo adagia num. 1273. à Caramuele propoſita; *nulla reſponſio etiam eſt reſponſio*, alterum; *multum reſpondet qui nihil reſpondet*: ergo ſi nulla reſponſio, reſponſio eſt; ſatis reſpondet, qui tacens reſpondit, aut inducens conſenſum, vel diſſenſum; plura de eodem Azor tomo 1. lib. 1. cap. 4. quibus percipitur, qualiter interpretandum illud quod, l. *Cum quid ff. ſi certum petit.* Et l. de quibus, finali, ubi ſtabilitur; *taciti & expreſſi idem eſt iudicium*; quod ſolum verificatur, quando tacitum in expreſſo virtualiter continetur; quin obſtet Lezanam in ſumma tom. 1. cap 6. num. 56. verſantem regulariter largitiones & poſſeſſiones eorum quæ ſub ipſorum uſu ſunt; & taciturnitatem efficiunt in alterius commodum, à ſilentio tranſire: fatur: *Taciturnitas vero ſuperioris videntis Religioſum aliquid poſſidere, accipere, expendere ſine licentia, & non contradicentis, non excuſat Religioſum niſi quando aliis ſignis conſtat illam eſſe virtualem approbationem*; ergo ſi ſignis conſtaret, non fore virtualem approbationem, nullatenus, tuta conſcientiâ procederet ſubditus; & operaretur contra votum paupertatis; ergo ut privilegium revocatum reviviſcat ex taciturnitate privilegiantis, requiruntur aliqua ſigna demonſtratio, ſilentium, fore virtualem ſaltem approbationem; ſed nulla ſunt ſigna, quibus ſignificentur conceſſa in eo privilegio congregationis Sancti Joannis Evangeliſtæ à Pontificia taciturnitate, reviviſcere indultum de diſpenſatione danda à Generali ut eligatur illegitima Religioſa independenter à capitulo; ergo non revivixit privilegium ut facta electio in monali hujus conſultationis valida conſtiterit.

7. Fieri poſſet ſatis ex aſſertis per ſigna demonſtrantia, virtualem Apoſtolicum conſenſum in revalidationem prædicti privilegii. quatenùs nuntio Apoſtolico commiſſionem non præbet ut coram ſe comparare faciat utentes tali privilegio, & comperiens fractores Apoſtolicæ authoritatis decreti, puniat; quidquid ſit de hoc, tranſeat in ſuperiori regulari ſigna quæ exoptantur exigit; nego id neceſſarium in Papa penes indulta quibus faventur Religioſi; nam ut benè idem Lezana alloquens de taciturnitate quæ aſſolet in Prælatis regularibus contingere, ut non ſufficiat ad inferendum conſenſum virtualem, ſequentem proponit rationem; *Quia huiuſmodi taciturnitas ſæpè naſcitur ex puſillanimitate ſuperioris, vel ex protervia ſubditi; ergo non ſemper arguit licentiam implicitam; niſi quando ex aliis ſignis id conſtat*: ſeſe remittens ad Groſſis & Santium, quos allegat: ergo cum indecorum ſit, atque ſine irreverentia illata Vicario Chriſti, de eo queat cogitari puſillanimem uſquam fore in minimo, aut protervium in privilegiato abutente poſſe illum tacere facere; ſolo ſilentio, abſque ſigno altero abundabit in conſenſum virtualem venire: nonne Angelicus Doctor ſecunda ſecundæ quæſt. 133. art. 1. in corpore, ſemper puſillanimitatem aſſerit peccatum veniale aut mortale eſſe ſecundùm quod materia gravis, vel levis verſatur quis ſucceſſorem Chriſti conſtitutum in ſuprema ea authoritate, à Spiritu Sancto ductum, de puſillanimitate cenſurabit penes ea in quibus oves ſuos paſcere tenetur? Facit ad intentum reſolutio Thomæ Santii tom. 3. de matrim. lib. 9. diſp. 40. num. 9. ubi diſcutit: *An taciturnitas & diſſimulatio ſuperioris, cognito voto, cenſeatur conſenſus ac licentia, ita ut jam amplius integrum ſit illi irritare abſque cauſa, perindè ac ſi ſuâ licentiâ factum eſſet*: Exemplificatur intentum Jeſuitæ in inquiſito. Margarita Religioſa profeſſa abſque ſui ſuperioris licentiâ jejunare vovit omni Sabbato; interrogatur cur jejunat, reſpondet, quia id vovit; reinterrogata, utrum voverit de licentia ſui Prælati, affirmat, quia ſibi conſtat notum illi fuiſſe ſuum votum, & tacet; nec in contrarium præcipit: nunc inſurgit dubium; an taciturnitas illius ſuperioris conſenſum præbeat Margaritæ in valorem voti, itaut ſine cauſa irritari non valeat; pro ſententia affirmativa Sancius allegat Innocentium cap. ſcripturæ, num. 3. Joannem Andream Raimerium, Abulenſem quæſt. 149. qui ait, quod ut facultatem habeat ſuperior irritandi votum debet ſtatim totum quod videt peractum quia ſine licentia contradicere, nam dum tacet nec ſe opponit, conſentit; de quo Gregorius de Valentia ſecunda ſecundæ diſp. 6. quæſt. 6. de voto, punt. 6. num. 1. & poſt data aliqua argumenta num. 10. in contrarium, recognoſcenda in ipſo quæ omitto quia parvi momenti ſunt; penès axioma, *taciti, & expreſſi idem eſt judicium*; ſe remittit ad ea quæ præmiſerat, tom. 1. de matrim. lib. 1. diſp. 6. num. 5. ubi ſe diffundit in illa maxima; *Qui tacet conſentire videtur*; ſubjungens, taciturnitatem cedere, aut in lucrum tacentis, vel verti in præjudicium ejus; primo modo virtualis videtur conſenſus, non ſecundo; & quoad acceptationem ex taciturnitate, concludit. *Acceptans promiſſionem cenſetur ſolum acceptare in quantum eſt in ſui favorem, ut alter maneat ſibi obligatus, non autem in præjudicium ut ipſe obligetur; taciturnitas enim eſt quædam tacita acceptatio*: Fateor innegabilem doctrinam; & dum jejunium ex voto à Margarita oblatum non cedit in præjudicium Prælati, taciturnitate annuendum eſt in eo conſenſiſſe.

8. Quæ enim jura ſeu præſumptiones reſultare valent ut aliquis in ſui favorem ſilentio conveniat, vel quo ex taciturnitate præſumi nequeat conſentire eo quod ab ea interpoſita (ſive ſit ſponte quia ſilet loqui nolens; ſive ob inſtantiam aliorum, qui non loqui conſulunt) præjudicari colligi videtur, à ſequentibus clauſulis ejuſdem Gregorii de Valencia (quas relatus Santius, per iſtas exponit) infero inquit, *Acceptans promiſſionem cenſetur ſolum acceptare, in quantum eſt in ſui favorem*; reduplicationem, *in quantum*, excludere quamcunque aliam intentionem urgere videtur, tum Theologicè, tum Philoſophicè, ſive in linea eſſentiali, ſive accidentali; nam qui dicit, paries in quantum albus, non eſt niger, ſub ea reduplicatione, omnimodè excludit nigredinem à prædicatione; & in reduplicatione quæ fit de Chriſto ſub concretum abſolutè ſic: *Chriſtus*

in quantum homo non eſt creaturâ, prædicatum, *creatura* omnino, & undique excludit à ſujecto propoſitionis, quod eſt, concretum Chriſtus qui eſt homo Deus; ſimiliter in iſta propoſitione; *homo in quantum riſibilis non eſt rationalis*, quamquam ſpecificative admittat incluſionem ob identitatem realem formalitatum; reduplicativè nullam facit & falſam conſtituit enunciationem non ſolum virtualiter, verum & formaliter; non ergo nos implicemur in re morali per controverſiam Scholaſticam de diſtinctione formali ex natura rei Scotica; nec Thomiſtæ, nec Jeſuitæ eam negantes, virtualem excluſionem negabunt ergo ly *in quantum*, excluſivam in acceptante promiſſionem ſupponet aut formaliter, ſeu virtualiter, dum præjudicium ejus cedit ſilentium; & tantum quatenùs, in quantum, ad ſui favorem vertitur taciturnitas, vel conſentit formaliter, vel ſaltem virtualiter; ſed in caſu poſito de favore confirmato in Bulla de privilegiandis illegitimis ad Prælaturas, (ſive ſit vivæ vocis oraculum) non præjudicatur à taciturnitate Papæ; ergo conſentire videtur; minor probatur. Tunc ſolum præjudicatur ſuperior, quando à ſilentio noſcitur impotentia ipſius ad puniendum id quod noſcit frangi ſuum præceptum; & ſilendo nec puniendo conſcientiam ejus lædi, poteſtatemque præcipientis nec in tali ſuperiore ſuppetere vires ad reum plectendum; ſed contra fractores privilegia Eugeniani ſi revocatum hoc eſt & non revivixit; abundant vires in Papa ad puniendum reatum inobedientiæ ut per ſe patet: ergo non puniens ſummus Pontifex non impeditus animadvertere, & tacens conſentire videtur revivixiſſe Eugenianam & qui ea utuntur nullam Apoſtolicam frangere legem prohibitivum; indè taciturnitate videtur ſedem Apoſtolicam conſentire virtualiter: confirmatur inſtantia ipſius Caramuelis cum contra Janſeniſtas cõmemorat factum ab Innocentio x. ſcribens *Abutebantur benignitate Romanæ Eccleſiæ Ianſeniani, blacterabant; hinc indè; ſuos errores eſſe doctrinam Auguſtini, dicebant; antiquam ſententiam (ſive illam ad mentem D. Thomæ intendas, ſive ad menten Scoti dilucides, ſive ad mentem Molinæ remittas) Pelagianam vocabant; inſultabant Eccleſiæ, non curabant Pontificem, ut Patrem, ſuâ viâ remedia morbo contagioſo adhibentem; quid rebus ſic diſpoſitis Spiritus Sanctus Emminentiſſ. D. Cardinalis de Lugo Eccleſiæ Romanæ Principibus Innocentium x. venturum ad diffinitivam prædixit; erat enim eò deducta cauſa, ut tacendo videretur hæreſim Ianſenianam aſtruere; at erat lingua infallibilis Spiritus Sanctus; & iſta non poterat aſſerere; ergo ſiquidem tacendo eam aſſerebat, tacere Innocentius non poterat.* Tacere non poterat Papa, quia in hæreſi manifeſta non damnanda, nuſquam Spiritus Sanctus ſinet Eccleſiam, non ei ſe opponere, laudo Caramuelis acumen, & Janſeniani errores, etiam antequam ab authentica bulla reprobarentur impracticabiles, & improbabiles noſcebantur quamtumcumque tenerent, typis fore datos; dum præcipuè legimus damnatam ab Alexandro VII. illam propoſitionem, quæ in ſerie, earum 45. eſt 28. *Si liber ſit alicujus junioris, & moderni debet opinio cenſeri probabilis, cum non conſtet rejectam eſſe à ſede Apoſtolica tamquam improbabilem.* Nec antequam Janſenianos hæreticos declararet ſpeciali Bulla mox citanda, tacuit Spiritus Sanctus movens benigniſſimam Clementiam Vicarii Chriſti Pontificis Romani, ut remedia adhiberet miſericorditer exhortando, ut eas oves errantes ad veritatis Ovile reduceret; & cognitâ illorum pertinaciâ, jam ab Innocentio x. jam ab Alexandro VII. (ut liquet, & illius, & iſtius Bulla in ea quæ hujus eſt, tom. 6. Bullarii, conſt. 28. Alexandri VII.) coram omni populo hæretici declarantur: Nuſquam enim ſilet Spiritus Sanctus in eo quod per tantillum præjudicare valet alieni; auxilio ſuo ſufficienti, variis mediis, ſive privatè præmovens ſive inſtrumentis aliis Chriſtum edocet; qui eſt via, veritas, & vita; ergo taciturnitate ſignum eſt nulli præjudicium reſultare; ergo tacente Papa in reviviſcentia Eugenianæ judicium videtur conſentire.

9. Jam pro conſultatione hac 47. in munimen ejus applico doctrinam efformando argumentum. Non minus, etſi non æque impotens eſt Papa ſilere in uſu privilegii revocati, non dum reviviſcentis, ac in errore fidei manifeſto, igitur dum tacet in privilegio revocato, nec prohibet ut reviviſcat, ſignum eſt conſentire in reviviſcentia, nec in præjudicium ſuum verti ſilentium; ergo in illo poteſt tacere; & tacens nullum præjudicium reſultare virtualiter declarat, ex tacito eo conſenſu quem præſtat, intuitu cujus privilegiati judicatur, eos qui ſuffragabantur; ſed non reſultante præjudicio, taciturnitas videtur virtualis conſenſus, & approbatio; ergo quia tacent Pontifices ſcientes uſum privilegii S. Georgii de Allega penès diſpenſandos illegitimos à ſuperiori generali independenter à capitulo, in Prælaturas eligendos, conſentire virtualiter, conjectatur ex reviviſcentia Bullæ Eugenianæ, & legitimo, juſto, & valido illius uſu: cui non obſtat puritas de lege revocata, quæcumque hæc ſit, ſive prohibitiva, ſive inductiva ad aliquod opus faciendum, non enim lex revocata per uſum contrarium reviviſcit; ergo nec privilegium revocatum à taciturnitate privilegiantis reviviſcet; quin ſatisfaciet effugium, quod privilegia commemerantur inter favorabilia; ideo extendenda ex ſilentio ejus qui illa concedere poteſt, & reputandum conceſſiſſe; at leges computantur inter odioſa; eatenus reſtringenda, neque præſumenda reviviſcere ab uſu oppoſito in taciturnitate legiſlatoris; nam præterquam quod dantur leges favorabiles, nec alio indigemus, niſi commemorare eam quæ inhibet torqueri judicialiter reos in hoc noſtro Aragoniæ regno, conſone ad ſtabilita, conſult. 11. n. 11. & conſ. 40. n. 1. intramus in diſcuſſione utrum privilegium ſit vel non lex ſive communis, ſive privata, & peculiaris, conformiter ad materiam in cujus favorem conceditur; indè aliâ viâ videtur paritas ſolvenda ſupponendo quædam introducta aut habentia vim legis, ſeu privilegii, quæ à conſuetudine & taciturnitate derogata cenſentur, & vim habent exonerandi conſcientias; alia vero irrevocabilia ſunt, nec ulla poteſt cogitari conſuetudo derogans (pro quo hic aptanda doctrina, tum conſult. 3. n. 7. conſult. 19. à n. 5. & ſequentibus, tum quæ fundanda eſt conſult. 50. n. 4.) hinc diſtinguo antecedens. Quæcumque lex ſit, ſive prohibitiva, ſive inductiva, ad aliquod opus faciendum) revocata per uſum contrarium non reviviſcit, dum conſuetudo tenet vim introducendi legem oppoſitam, nego; ſi autem à conſuetudine hæc legitimè introduci non quit, concedo; quare præſcindendo à difficultate, & dando privilegium conſtitui, & fore legem, vendicareque quidditatem ejus, idem fatebor; verumtamen, Eugenianam Bullam revocatam à Sixto v. fore dico de ſerie eorum quæ à conſuetudine reviviſcere poſſunt ſilente; Et vidente privilegiante ſucceſſore, cum videns, duo occurrere obſervanda, unum eſt decretum Sixtianum, non revocatum; alterum, Eugenianum revocatum à Sixto; ſilens nec damnans illud frangi; & hoc practicari; virtualiter Sixtianum revocat; & Eugenianum confirmat reviviſcere efficiens; cum vero id ſub controverſia cadere queat, admittitur in eo bona fides, & ignorantia invincibilis in excuſandum reatum conſcientiæ ad culpam mortalem ſeu venialem, ſive ut in-

curratur

Digitized by Google

currantur cenſuræ annexum tenentes peccatum lethale principaliſſimè, & quibus congruentiis, & veroſimilibus rationibus dixi religioſas proteſtantes electionem, procedentes bonâ fide, & ignorantiâ invincibili, non parendo præcepto non incurriſſe, in cenſuras, nec cenſendas excommunicatas, nec peccaſſe, ſecus ſi conſtabat eis aliquo ſigno facultas diſpenſandi, & ceſſabat bona fides, earum ignorantia vertebatur in craſſam & vincibilem: Prima pars ſupponit potuiſſe proteſtare, & non obedire bona fide & inculpabili ignorantia: quod convincitur; quoties media non ſunt ſufficientia in judicandam operationem à mala fide & craſſa procedere ignorantia, à bona & invincibili præſumi debet prodire, ſed Religioſæ illæ quia incapaces penetrandi abſque virorum ſapientium conſilio, de facultate quam tenent ſuperiores diſpenſandi, non habebant ſufficientia media; ergo bona fide & ignorantia invincibili judicandum erat procedere in renitentia parendi mandatum; ſolidatur doctrina ab his quæ tangit Pellizarius tomo 2. tract. 5. cap. 21. num. 36. agens de confeſſario noſcente ex confeſſione in pænitente invincibilem ignorantiam de impedimento, ſuum matrimonium dirimente; ait, *Si vero non ſit probabilis fructus ex admonitione, non tenetur confeſſarius admonere, cum correctio non obliget niſi ſit ſpes fructus*; & num. 42. *Addo doctrinam ſupra traditam quod Pænitens laborans ignorantiâ invincibili, relinqui debeat in bona fide; ſi non ſit ſpes probabilis fructus, ex admonitione:* ergo dum probabilis hic non inveniatur, relinquendæ proteſtantes Moniales in ſua bona fide, uſque ad judicis deciſivam declarationem; ſed relinqui nequibant, ſi peccabant & in excommunicationem incidebant, tenendo media quibus obedire cogerentur; ergo nec peccabant, nex excommunicabantur.

10. Qualiter autem ſuperior Præſes electionis illius factæ in illegitimam illam Monialem ſe gerere debebat in proteſtantium, & appellantium bonam, vel malam fidem, vincibilem vel craſſam ignorantiam; ad procedendum in reagravando præcepto & cenſura, declarando; eas incurſas, vel ſe ſuſpendendo, extat documentum Pellizarii tom. 2. tract. 7. cap. 1 ſect. 1. num. 45. ubi argumentum ponit undè oſtendi quit, vel non probari bonam fidem, & ex ea excuſabilitatem de violentia ait. *Poſſe probari juramento ipſius ignorantis, dummodo non ſint contra illum conjecturæ, adeo vehementes, & inditia tam violenta ut non relinquatur locus iuramento*; perutilia de eodem Diana 5. parte tract. 14. reſol. 24. & in non difformi eventu Portel 1. parte caſuum conſcientiæ, caſu 27. de quadam Abbatiſſa allegante bonam fidem, & ignorantiam invincibilem, ſe non fregiſſe clauſuram, & excommunicandam: ob bonam fidem, fingamus caſum, ut nos explicemus, ſtante tali Abbatiſſa, in porta regulari, accedere ad eam aliquam Religioſam ſibi benevolam, & clamare, Mater, ſoror N. Syncope jacet moribunda, & decipiat; vocet talis Abbatiſſa Sacerdotem ibi exiſtentem, quin examinet an verum, ſeu falſum moneat Monialis, Sacerdoſque ingrediatur in Monaſterium, quem videns intraſſe illa quæ monuerat, proferat, joco dixi morituram, ſaniſſima eſt, nec ſincope laborat; ſub juramento teſtificans Abbatiſſa ſe bona fide proceſſiſſe, dùm inditiis non conſtat, ſe conſenſiſſe in joco monentis, revera eam ab incurſu cenſuræ, & peccato excuſatur; nec fregiſſe clauſuram cenſendum; quod totum roboratur per ea quæ tractat Caſtro Palao tom. 1. tract. 2. de libertate, & illius impedimentis, diſp. 1. puncto 19. à num. 4. ubi advertit, quo pacto judicium fixum ſumendum eſt, proferens quod ſive ſententia ſit juſta ſive iniuſta, peccat judex non admittendo appellationem de gravamine inducto, & prætenſo ab appellante, bene verum eſt ſubjungere, ſufficere, quod credatur, & ipſa re conſtet gravamen injuſtum, & à malitia interpoſitum; quid mirum dum notorietas patet ad oculum de malitia & protervia proteſtantis, nam hoc pacto ceſſat in eo bona fides & quoties ignorantiam allegat, vincibilem exiſtimandam; à quo ſecunda pars deciſionis exprimitur; & qualiter electionis præſes tenebatur poſt præceptum injunctum & cenſuram, comperiendo proteſtantes Moniales in ſuo dictamine perſiſtere ipſas vocare & ſub juramento juridico interrogare, & examinare, utrum media ſufficientia tenerent ad deponendam ignorantiam, vel non, & conformiter ad id quod inveniret ex inditiis procedere in eas declarandas inobedientes, & excommunicatas, vel non. Non me latet Pellizarium ea ſect. 1. num. 42. diſputare; *An regulares per appellationem liberentur ab exequendis pænis injunctis, & quomodo*: Reſpondet. *Liberari non abſolutè ab iis tunc exequendis, ſiquidem appellationem ſententiæ; exceptis tamen cenſuris Eccleſiaſticis, excommunicatione, ſuſpenſione, & interdicto; quæ ſuos operantur effectus, etiam interpoſita appellatione, ſi hæc interponatur poſt dictas ſententias:* igitur poteſtantium Monialium appellatio, inſpicienda erat quando interpoſita; ſi ante præceptum ſuperioris Præſidis, declarari nequibant; nam ſubſequens de præcepto, & cenſura proteſtatio nova non fuit appellatio; ſin vero hæc ſubſequuta fuit ad mandatum; & hoc non obſtante renuebant in paritionem, ſaltem conditionatam, dùm aliter non declaretur à judice ad quem, actus facultativus erat in præcipiente illas declarare incurſas, nec liberari quibant à peccato.

CONSULTATIO XLVIII.

De Epiſcopo monente Prælatum regularem, ut Monialem huic ſubditarum confeſſarium amoveret, & dum non amovit, cenſuris præmiſſis inſtat contra Religioſum Monialium confeſſorem, quem tandem carcerat.

ODIO vel juſto zelo (Deus ſcit; cauſam legitimam tenens aiebant conſulentes) quidam Epiſcopus, in utroque jure doctus, monuit Prælatum regularem, bis ac ter, ut confeſſarium ordinarium huic ſubditum cujuſdam Monaſterii Monialium removeret, & ab officio abſolveret, ſeu privaret; nec obtinuit; vocatus ab antiſtite ſuperior Religioſus, & cur id non fecit, examinans, unum ex præcipuis motivis cur id non effecit, fore propoſuit, quia ita inquietabantur à majori uſque ad minorem Religioſæ, clamantes ſolatio deſtitui in amotione; ibi ideò illum conſervavit; & cauſas cur removendus re-

quiſivit ab Epiſcopo; qui ipſas actuans in ſummaria Provincialis detulit, & hic ad Provinciæ conjudices, animo, & fine procedendi ad plenarium, citando reum accuſatum; atque progrediendi uſque ad ſententiam diffinitivam de privatione ab officio cuncti de diffinitorio, ſeu conſilio, unanimi conſenſu, nemine diſcrepante, nullam de allegatis ſufficere cenſerunt in amotionem peragendam, & privandum confeſſarium ab officio inculpabilem declarantes: monitus antiſtes de eo reſpondit, ſuo iure uſurum, edictum expedivit & litteras Curiales ſub ſanctæ obedientiæ mandatum, majoriſque excommunicationis pœnam incurrendam & incarcerationis, ut in ſpatio ſex horarum confeſſarius à Monialium illarum Monaſterio exiret, ſuoque ſuperiori regulari præſentaretur in providendum ei de domicilio; intimatis litteris non paruit; cumque aliæ neceſſariæ diligentiæ perficerentur de mandato Epiſcopi quas requirit ius Canonicum publicè in excommunicationem majorem incurriſſe confeſſarium in Eccleſia Cathedrali ad Miſſam majorem declaratum fuit, miſſiſque miniſtris ſuis Epiſcopus ſuo carceri mancipavit regularem; & inſtantia carcerati petitum fuit utrum peccaverit antiſtes, vel rite proceſſerit.

SUMMARIUM.

BVLLA Gregorij XV. penès confeſſarium Monialium, & alia quoad ad Religioſos exemptos, n. 1.
Aliud poſſe, alterum non debere, n. 1.
Paſſivum activo c rreſpondet, n. 1.
Non ad omnia in quibus privilegiamur, tenemur, num. 1.
Quatuor in quibus Gregoriana privilegiat Epiſcopos, num. 1.
Intimata Gregoriana in Luſitaniæ Regno, n. 1.
Oborta 7 l.ſag ne inquietudo ab eo, n. 1.
Si in viridi obſervantia ſit Gregoriana qualiter deſtinandi quique Monialium confeſſarii, n. 2.
Arguitur Barboſa de fallentia n. 2.
Sed immer to, nam viſum decretum in Typobraphia, non argu t authent cè intimatum, n. 2.
Al qua præcipua advertenda, n. 2.
Conſonè ad Gregorianam quo tempore approbatio facienda ab Ep ſcopo, n. 3.
Iuxtà decretum non ſufficit, ut quis conſtituatur Monialium confeſſor altera facta approbatio, n. 3.
Novum iſtud ius Pontificium, n. 3.
In eo nulla videtur oppoſita exceptio, n. 4.
Ad quid tenentur regulares intuitu illius, n. 4.
Caſus de Epiſcopo reſtringente licentiam ad confeſſiones virorum, n. 4.
Iurisd ctione ordinaria utuntur antiſtites in approbatione generali confeſſariorum, n. 4.
Ex Gregoriana vero operantur delegatione Apoſtolica, n. 4.
Delegabilia non ſunt quæ dicuntur meri, & mixti imperii, n. 5.
Quæ Papa vel Epiſcopi delegare poſſunt, n. 5.
Capitulum ſede vacante in quibus ſuccedit antiſtiti, num. 5.
Gregoriana continet materiam odioſam, n. 5.
Delegatus facultate cares ſubdelegandi, n. 5.
Quæ exceptiones in ea ſubdelegandi carentia, n. 5.
Nullam dat juriſdictionem Abbatibus Gregoriana, num 5.
Neque extendenda ultra proprietatem clauſularum, num. 6.
Facultatem non concedit Epiſcopis puniendi, aut promulgandi cenſuras contra regulares, n. 6.
Terg verſatione nihil operandum, n. 6.
Solutio objectionis de prætenſo diffinitorio, n. 6.
Intruſus iudex, violentiam inferens, n. 6.
Epiſcopi qualiter procedunt contrà regulares notoriè ſcandaloſos, n. 7.
Et id ſive intra ſeu extra clauſtra delinquant, n. 7.
Inhibitus iudex, ſi non ſe ſuſpendit, intruſus cenſetur, num. 7.
Objectio deſumpta à Gregoriana pro aſſiſtentia Epiſcopi in electionibus, n. 7.
Facultas approbandi delegata, non niſi ſemel in triennio, n. 7.
Eatenus ſemel approbatus pro triennio functus eſt ſuo munere Epiſcopus. n. 7.
In Italia vacare teſtificatur Gregorij XV. decretum, num. 8.
Apud Hiſpanos ſimiliter ex taciturnitate, à conſuetudine, n. 8.
Declaratio ſacræ congregationis, n. 8.
Indultum Vrbani VIII. penès Hiſpanos ob ingentia incommoda, n. 9.
Diana inſolidè ſcribit de hac Vrbani declaratione, num. 9.
Nihil obſtat Leandrum immemorem de ea, n. 9.
Allegatio pro Epiſcopi valida cenſura contra regularem, n 9.
Recurſus antiſtitis ne turbaretur in ſua poſſeſſione, num. 9.
Teſtis de revocatione Gregoriana pro Hiſpanis, num. 9.
Gradu appellationis, Metropolitanus ad favorem regularium contra Epiſcopum ſententiat, n. 10.
Non uſus privilegij non præjudicat privilegiatum, num. 10.
Argumentum æquitatis juſtitiæ in metropolitani ſententia, n. 10.
Non vertatur in diſpendium, conceſſum ad gratiam, num. 10.
Nemo invitus utitur ſuo privilegio, n. 10.
Sed velit nolit particularis, uti tenetur privilegiis communitati conceſſis, n. 10.
Exemplificatur in immunitate Eccleſiaſtica, n. 10.
Quando privilegium tranſit in dominium privilegiati ſpontaneum, n. 10.
Diſcrimen privilegii ſi communitati concedatur, ac alicui perſonæ, n. 11.
Etſi ceſſaverit cauſa indulti Vrbani penès Hiſpanos, ſemper in ſua vi privilegium eſt, n. 11.
Differentia illius, dum cedit in bonum commune, vel peculiare, n. 11.
Servitus regularium in obſervantia Gregoriana, num. 11.
Synodalis allegata pro juriſdictione Epiſcopi, n. 11.
Quæ leges Epiſcoporum ligant Religioſos, n. 12.
Plus novum jus ex Vrbano VIII. ac ex Gregorio XV. pro regularibus Hiſpanis, n. 12.
Caſus in quibus Religioſi tenentur ſententiis, & legibus Epiſcoporum, n. 12.
Pro bono communi leges latæ qualiter obligant quocumque, n. 12.

Digitized by Google

Si monitus regularis non punit delinquentem, quo pacto ab antiſtite puniri quit, n. 12.
Facultas non eſt puniendi inculpabilem, n. 12.
Delinquens non cenſendus qui à proceſſu inculpabilis conſtat, n. 12.
Quædam de privilegis, n. 13.
Explicatus materialis uſus, vel formalis privilegiorum, n. 13.
Non uſus eorum, ipſa non tollit, n. 13.
Quando inſeparabile à validitate continua privilegium conceſſum, n. 13.
Diſpenſatio, propriè quid, n. 13.
Non idem diſpenſatio, & diſpenſatio juris, n. 13.
Utraque in quo conſiſtat, n. 13.
Diſtinctio diſpenſationis, à privilegio, n. 14.
In diſpenſandum exigitur cauſa, n. 13.
Excommunicatio notoriè nulla parvi pendenda, n. 13.

1. PENES regimen Monialium ſibi non ſubditarum quoad confeſſarios approbatos, antiſtites non ſe intromittere potuiſſe ante quandam Gregorij XV. expeditam Bullam nihil certius; at quia verſamur in eventu conſulto poſt eam oportet ommittere doctrinas antecedentes ipſam nec congruum erit uti niſi authoribus, qui priuſquam illa emanarit ſcripſerunt; cumque hic Pontifex floruerit ab anno 1621. uſque ad 1623. per duos annos, & quinque menſes, conſonè ad diploma ab illo expeditum vendicabo reſolutionem; de Bulla in qua inhibet illos qui non parent, Portel in ſuis reſponſionibus; parte 2. caſu 13. ad limen. *D. Papa Gregorius XV. per particularem bullam conceſſit, ac decrevit, quod Epiſcopi in aliquibus rebus poſſint. & debeant ſe intromittere circa regimen Monialium ſubditarum Prælatis regularibus*: & ita fuit hæc conſtitutio 5. Februarii anno 1622. habeturque tom. 3. Bullarii magni Cherubini, eſtque huius Pontificis 18. & incipit, *inſcrutabili*: duo fatetur relatus Portel, unum poſſe (quod non negabo) alterum debere (id non concedam) nam aliud non intendit SS. Pontifex niſi occurrere exemptioni prætenſæ à regularibus in Monialibus ſibi ſubditis à juriſdictione antiſtitum; & hanc Papa declarare videtur legitimam eſſe in quatuor caſibus mox aſſignandis; etenim ne in quæſtione de nomine verſemur, cum debitum inſinuatur, quia debito activo correſpondet paſſivum, inconcuſſum ſit; valere regulam Epiſcopi poſſunt omittere debitum activum facultatis datæ à diplomate; ergo regulares non tenebuntur operari conſonè ad bullam Gregorii XV. ſi practicare eam noluerint antiſtites undè in iſtis ceſſante debito activo, & paſſivum, in regularibus ceſſabit: Plurimum id advertendum ne ſtante Bulla Gregorii XV. in ſuo vigore, & obſervantia, judicium fixum ſumamus ad reſolutionem eventus conſulti; non enim ad omnia in quibus privilegiamur tenemur, & debemus exequi; Epiſcopi poſſunt prout libuerit revocare licentias prædicandi, & confeſſiones audiendi à Præsbiteris, ſive regularibus, ſive ſæcularibus; & tamen non tenentur, non debent ſaltem attentâ Eccleſiaſticâ pietate de beneplacito ſuo, non exiſtente cauſa legitima revocare; quatuor ergo in quibus Gregoriana illa privilegiat antiſtites quoad Moniales ſibi non ſubditas recenſentur à Portelio aiente. *Primum ne Prælati regulares poſſint aſſignare Monialibus confeſſorem, ordinarium vel extraordinarium niſi priùs prædicti confeſſores fuerint approbati per Epiſcopum, approbatione, quâ approbantur generaliter ad confeſſiones ſæcularium audiendas.* Iuxta hanc, & tertiam prohibitionem diſcurſanda eſt deciſio caſus conſulti, à qua patebit, quid in aliis decidendum; proſequitur Portel. *Secundum fuit, ut procuratores, conventuum Monialium ſive ſint fratres, ſive ſæculares teneantur quot annis rationem reddere eorum Epiſcopo de redditibus ſingulis, & expenſis Conventus; tertium, ut exiſtente cauſa poſſit Epiſcopus monere Prælatum regularem, ut ab officio amoveat confeſſorem, vel procuratorem Conventus, idque Prælato non exequente poſſit illos Epiſcopus amovere: quartum, ut Epiſcopus poſſit aſſiſtere in electione Abbatiſſarum, & Prælatarum regularibus, & in illis præſideat.* Cumque ita foret intimatum apud Ulyſiponam, illius civitatis Prælatis regularibus & Monialibus: unumquemque dictorum ſuſpenſorum aſſumpſiſſe pro ſua cura Sanctiſſimo Pontifici repreſentare maximi ponderis inconvenientia, quæ à diplomate obſervando ſequerentur; & præter ea in quibus ſe dilatat, à num. 1. non modicum eſt aliud occurrens in præſenti, ex practica cujuſdam electionis ubi antiſtes voluit, qualiter aiebat, utendo ſuo iure, ſe intromittere; cumque audiret, ex more, publicare modum quo ſuffragia ſe diſtribuerunt aperto ſcrutinio, reſiſtens ſtatuto talis Religionis quod ad ſic diſponebat; inquietudo oborta fuit nimia inter Moniales ſcrupulizantes de præteritis electionibus, & proferentes, quod ſi in hoc hærebat D. Epiſcopus, fratres non eas gubernebant ſecundum leges debitas, niſi conſone ad ſuum beneplacitum; & indè fluctuabat in aliquibus obedientia debita ſuo legitimo Prælato in quaque re quæ expediret, narratumque inter alia fuit; quod cum attinens ad clauſuræ, & caſtitatis obſervantiam imponeretur quoddam præceptum à ſuperiori regulari poſt peractam electionem prædicti Monaſterii nonnullæ illarum clamabant probra jactantes contra ſuum Prælatum, noluiſſe obedire, quia ſicut decipiebant religioſi in electionibus, ſic abutebantur juriſdictione in mandatis. Hæc, alia innumera reſultarent; præter ea quæ citatus Portel advertit, qui n. 8. cum intendat Gregorianam non practicandam, ait: *omnia dicta volo eſſe ſub correctione M. Eccleſiæ.* Quis Catholicus ſcriptor non idem proferet, & de ſuis omnibus ad finem voluminis id non proteſtabit, velut in quolibet libro videmus expreſſum; Age his ſuppoſitis annoto.

2. Si in viridi abſervantia forent prædicta quatuor præmiſſa à Portel, non niſi ſpeciali approbatione Epiſcopi, ultra generalem ad confeſſiones audiendas ſæcularium, nullus ordinarius, ſeu extraordinarius Monialium confeſſor inſtitui quiret: ſed quia materia eſt odioſa reſtringi ſolet; an ſemel obtenta eius approbatione communi cenſebatur facultas indulta diſputant Doctores, & videtur, ſic practicari, dum non peculiariter fit ſupplicatio Epiſcopis, ſaltem in Hiſpania ad inſtituendos Monialium Vicarios, dictos Ordinarios, ſeu extraordinarios confeſſarios, duos referam penès punctum præcipuos Neotericos, qui poſt Bullam ſcripſerunt; unus ſit ſanctorus de Melfis in morali commentario ad ſtatuta ordinis Minorum, ſtatuto 7. cap. 11. pag. mihi 650. §. quæritur tertio, ad diſcuſſionem vocatis; *Quomodo approbandi ſint Sanctimonialium confeſſarii*, poſtquam Religionis Franciſcanæ conſuetudinem recenſet. *Reſpondeo*, ait ſecundo; *ex conſtitutione Gregorii XV. inſcrutabili, confeſſores Monialium, ſive ordinarii, ſive extraordinarii, quomodocumque exempti, nullatenus deputari valeant niſi priùs ab Epiſcopo Diœceſano idonei iudicentur, & approbationem obtineant; ad quorum intelligentiam emanarunt ſequentes declarationes, ſuperiores qui poſt conſtitutionem eligentur vel deputabuntur, nequaquam poſſe ſanctimonialium confeſſiones audire, niſi priùs ab Epiſcopo idonei iudicati, atque approbati fuerint*: de Barboſa autem referente unam

Digitized by Google

circà iſtud declarationem, expeditam à ſacra congregatione, die 13. menſis Novembris anno 1627. inquit, *ingenuè tamen fallitur*: at benignè dicam de Barboſa non falli in eo quod teſtatur ſe vidiſſe, ſiquidem non profert, tales declarationes authenticè promulgatas, quod ſcribit eſt (collectanea in tridentinum ſeſſione 25. de regular. & Monialibus cap. 5. num. 11.) *Quandam declarationem apud Typographiam reverendæ Cameræ Apoſtolicæ impreſſam vidi*; Comparitur viſa, & poſtea nec publicatam, nec intimatam fuiſſe, & ab eadem ſacra congregatione aliter diſpoſitum de ea; quotidiè enim id contingit in tribunalibus ut ſuſpendere efficiant ſua decreta ſequens judicium fert Sanctorus de eo quod præmiſerat ex diplomate Gregorij XV. *Hoc unum notaverim, quod in tomo 4. Bullarij Cherubini conſtitutionem Gregorii XV. ſolemniter publicatam fuiſſe apparet, non autem haſce declarationes quæ ibidem apponuntur.* Sanctorus non vidit quia in Bullario non apponuntur tomo 1. niſi tomo 3. eius qui Cherubini dicitur, poſt conſtitutionem Gregorii XV. quæ in ſerie earum quæ huius Pontificis ſunt, eſt 18. ſub expreſſionem quorundam dubiorum, quæ decidenda à ſacra Congregatione proponuntur; at tamen ne debiliter & ſine fundamento quis judicet Sanctorum proceſſiſſe, audi quid ille profert *SS. D. N. Vrbanus VIII. ſub motu proprio; incipit ſacroſanctum Apoſtolatus miniſterium ſub datis 28. Octobris 1624. ſimiles edidit revocationes.* Præfatus titulus tom. 4. Bullarii diplomate Vrbani VIII. 26. legitur, nec verbum ponit, de his quæ gerimus, aut iotam tangit quoad confeſſarios Monialium exemptarum conſone ad id quod Gregorius XV. decreverat; & videri poteſt nec talis Bulla expedita fuit 27. Octobris ut refertur à Barboſa eaque expeditio eſt 14. Auguſti; fortaſſis motum proprium viderat ex Typographia & ab eodem Pontifice aliter decretum nec poſteà promulgatum aut ingerendum in Bullario.

3. Alter, qui poſt Bullam Gregorij XV. de contentis in ea ſcripſit, eſt N. Angelus à Lauruſea in ſuo theatro regularium, verbo, *confeſſarius* num. 13. & ſcribit. *Quoad confeſſarios Monialium, ſciendum, quod tam ſæculares, quam regulares, ſive ordinarii, ſive extraordinarii ab Epiſcopo approbari debent: Gregorius XV. inſcrutabili*: Quod additur de declaratione ſanctæ Congregationis, non tangit, nec approbationem eorum ab Epiſcopo ſemper faciendam, vel ab altero; niſi quod de triennio in triennium mutari debent eorum mutatio inconcuſſè ſervatur inter Franciſcanos per vacantiam interpoſitam, ſaltem in eodem Monaſterio; inter Dominicanos, Carmelitas, & Aguſtinianos comperui oppoſitam obſervari; ut non ſolum de triennio ad triennium, verum per multa triennia conſervari eundem numero confeſſarium in eodem Conventu; fortè privilegia tenent de non variandis ſemper eis, niſi prout viſum fuerit expedire: audiamus Religioſum, in cuius ordine (ſatis fæliciter) Monialium regimen non eſt; Pellizarium videlicet, tom. 2. tract. 10. ſect. 3. ſubſect. 1. num. 163. abundè longam diſputationem texens ſub hoc titulo *A quo debeant approbari confeſſarii Monialium*, quibus ſatisfacit. *Quamvis ante conſtitutionem Gregorii XV. editam 5. Februarii 1622. quæ incipit: inſcrutabili, confeſſarii quidem Monialium locorum ordinarii ſubjectarum Regularibus à Prælatis propriæ Religionis, tanquam ordinariis ipſarum Monialium; in præſenti tamen omnes confeſſarii tam ordinarii, quam extraordinarii quarumcumque Monialium, etiam regularibus ſubjectarum, debent approbari ab ordinario loci*; addens num. 164. *Notandum ad audiendas confeſſiones Monialium, modò non ſufficere quod Sacerdos, ſive regularis, ſive ſæcularis ſit generaliter approbatus ab Epiſcopo ad confeſſiones perſonarum ſæcularium audiendas, ſed egere quoad hoc ſpeciali approbatione*: quam valdè ſtringit, ſubjungens, *verum tamen eſt quod confeſſarii Monialium exemptarum tam ordinarii, quam extraordinarii præſentari debent à propriis Prælatis regularibus, ad effectum, ut modo dicto approbentur ab ordinario; undè infert Tamburinus diſp. 16. de jure Abbatiſſarum quæſt. 3. num. 3. non ſubſiſtere quod ais Naldus Moniales num. 2. Monialibus etiam heremiticis aſſignandum etiam Confeſſarium extraordinarium ab Epiſcopo loci; ſiquidem teſte Zapata lib. 3. de jure Pontificio novo, extat in contrarium quædam declaratio Sacræ Congregationis qua deciſum eſt hujuſmodi aſſignationem faciendam à Prælato regulari, cujus juriſdictioni ſubſunt dictæ Moniales, licet aliàs indigeant approbari ab ordinario*: nullum vidi modernum ab anno 1622. qui in eodem non ſit; neque ſubſequentes SS. Pontifices Gregorium XV. aliquid aliter diſpoſuerunt; vel moderationem ullam appoſuerunt, ut exceptio aliqua intelligatur penès punctum.

4. Ita res ſit, fateor millies non ſufficere eam generalem approbationem ad audiendas confeſſiones virorum, vel mulierum, quam antiſtites concedunt univerſaliter in Provinciis ubicumque à conſuetudine in qua interponitur virtualis conſenſus Apoſtolicus, non intervenit ut mox: in regnis etenim ubi eſt in viridi obſervantia illa Gregoriana allegata, poſt electos ordinarios, vel extraordinarios, tenentur regulares præſentari locorum Epiſcopis, ſive à Provinciali, ſive à ſe ipſis, & expectare beneplacitum ſpeciale eorum in munus ad quod fuerunt aſſumpti exercendum. Bene verùm eſt me audiviſſe ab aliquibus Theologis bonæ notæ, id peragendum tantummodò, quando eliguntur Monialium Confeſſarii, ſive ordinarii, ſive extraordinarii, vel non ſunt approbati in illa Diœceſi ab eo antiſte qui pro eo tempore ſedem occupat; vel ſi in licentia quam ab iſto obtinuerunt limitatur conceſſio ad confeſſiones ſexus virilis, nec facultas datur ad audiendas in Sacramento Pœnitentiæ fœminas; quod probabilitatem tenet; ideo etſi in viridi obſervantia foret Gregoriana injuſtè ab ea doctrina carceratum, & nulliter cenſuratum fundarentur. Arguunt ita: licet in licentia qua approbâtur confeſſarii, limitetur ipſis, dum Epiſcopus in litteris teſtimonialibus non ponit clauſulam exceptivam, *& fœminas non audiat in Sacramento Pœnitentiæ*, approbatus cenſetur ad earum confeſſiones audiendas, eo quia talis antiſtitis conceſſio connumeratur inter favorabilia, & reſtrictio præſumitur odioſa: igitur ad hoc quod regulares ab Epiſcopis indigeant peculiariter approbari conſonè ad Gregorianam ut conſtituantur ordinarii ſeu extraordinarii Monialium confeſſores ſubjectorum regularibus, in generali beneplacito, ſeu approbatione, ſpecialis videtur clauſula reſtrictiva apponenda: non poſſe videlicet exercere munus confitendi Moniales abſque peculiari approbatione; & præcipuè ſi conceſſum ab ordinario ſemel, revocari nequit quamquam in ea dicat ad beneplacitum, ut tangit Diana 3. parte tract. 2. reſol. 26. quod iterat 5. parte tract. 13 reſol. 45. in fine, & 4. parte tract. 4. reſol. 200. (ex quodam privilegio Clementis IV.) inducens confeſſarios regulares ſemel approbatos non poſſe ſuſpendi, à capitulo ſeu proviſore Vicario Generali in ſede vacãte. Quamvis demus probabilem doctrinam inductam, maximum in re quam gerimus diſcrimen invenio, & patet ad oculum; quia antiſtites, dum approbant confeſſarios operantur ex juriſdictione, & poteſtate propria ordinaria dignitati ipſorum cœva; quæ interpretatur dependens ab eorum optione extendenda, limitanda, coarctanda, prout placuerit concedendi, & dum non limitat intelligimus velle extendere; at in-

Digitized by Google

approbatione ſpeciali requiſita, tenore Bullæ allegatæ Gregorii XV. procedit tanquam delegatus à Papa; eaque propter, quia delegatio, ſeu commiſſio, non tradit ſub optionem ejus in exercendum munus, petitur conformis approbatio ſecundum litterarum indicationem; ſed iſtæ ſignificant, peculiarem requirere approbationem ultra generalem expreſſam; ergo non ſufficit illa generalis, ideo antiſtes in conſultatione propoſitus videtur ritè proceſſiſſe; penes regularem non parentem, ſuum mandatum, puniendo ipſum; tum cenſura lata, tum carceratione: & hinc liquet Epiſcopos ex Gregoriana delegatos Apoſtolicos conſtitui in ea munia præcipua, quæ per tenorem litterarum conſtant, & ibi declarantur.

5. Utroque jure exprimitur qualiter gerendus eſt delegatus in commiſſionis executione, ex Civili L. 1. ff. de officio eius cui mandata eſt juriſdictio; apud Canonicum, ùt cætera tranſeam, abundat cap. ſane, eodem titulo; in illo enim, Civili ſcilicet, coarctantur delegabilia & decernitur non poſſe fieri in his quæ pertinent, & dicuntur meri, & mixti Imperii, meoque videri etiam in jure Eccleſiaſtico intelligi eodem pacto debet; nam neque Papa delegare poteſt ea quæ merè ſunt dignitatis ſupremæ in poteſtate accepta à Chriſto cujus Vicarius legitimus eſt; qualiter neque Epiſcopi circa ea pertinentia ad ſuam dignitatem privativè; in quibus non ſuccedit capitulum ſede vacante; cætera delegabilia inſinuantur à Gloſſa in capur, *quod ſedem de officio Iud. ord.* & inde colligitur ſoliditas Mirandæ tom. 1. in ſuo ordine judiciario, quæſt. 2. art. 11. concluſ. 7. firmantis: *Delegatus non ad omnia, ſed ad aliquod ſpeciale negotium, tantum poteſt id quod ſpecialiter ſibi fuerit commiſſum, & ſine quo talis cauſa non poteſt expediri*; poſt quæ fundata, reſolvit cum Silveſtro. *Quod quamvis in aliqua cauſa delegata intelligantur omnia, ſine quibus expediri non valent, non tamen cenſentur conceſſa ea quæ valere poſſunt ad meliùs cauſam eandem expediendam*: & per iſta patet impotentem Epiſcopum ſub ſua optione continere facultatem conceſſam, & tam ſtrictè obligati ad eam ſingularem approbationem extorquendam ut iſta non præcedente, nequeant regulares exercere munus confeſſariorum ordinariorum, vel extraordinariorum, Monialium ſuæ Religioni ſubjectarum & exemptarum à locorum ordinariis, ſi ita in iſto; ab eo arguitur caruiſſe juriſdictione in publicandam cenſuram, & cenſurandum confeſſarium illum, quem inculpabilem judicavit diffinitorium, nemine diſcrepante; idque quamquam proteſtaret antiſtes ad melius exequendam ſuam commiſſionem, uſum cenſura lata, & carceratione, ut mox patebit; verſamur enim in materia odioſa, & exorbitanti. Si neges juriſdictionem delegatam intuitu Gregorianæ, argumento quod in regnis ubi viget conſuetudo præſentandi ſe tales confeſſarios ad ſpecialem approbationem obtinendam ab Epiſcopo, iſte committit examen, neq; niſi ſit ordinarius delegare poſſet aliquid in ipſo, extrita regula juris: *Impotens eſt delegatus ad ſubdelegationem*: contra præterquam quod, Miranda art. 12. ſcribit; *Delegatus à Papa ſeu à Principe indiſtinctè, poteſt totam cauſam, vel illius partem alteri delegare*: teneo Ferdinandum de Caſtro Palao, tom. 4. tract. 23. de Sacramento pænitentiæ diſp. unica, punct. 13. ubi poſtquam num. 14. Juribus Civilibus, & Canonicis fundat indelegabilem alteri delegatam juriſdictionem, num. 15. limitat generalitatem; *Excipitur ab hac doctrina delegatus à Principe, qui jure ipſo deponente cauſam ſibi demandatam partibus conſentientibus ſubdelegare poteſt*: moxque alteram inducit exceptionem. *Quando delegans facultatem ſubdelegandi delegato concedit; quia tunc non cenſetur ipſe delegatus nomine proprio, ſed nomine delegantis, & authoritate ab eo accepta*: ergo ex præciſa ratione facultatis ſubdelegandi in Epiſcopis non arguitur delegatos non fore in munere approbationis ſpecialis aſſignatæ; & fulcitur doctrina ab his quæ ex Sanctoro tangit Pellizarius tom. 2. tract. 10. cap. 10. num. 164. proferens. *Confeſſarius Monaſterii exiſtentis in loco nullius Diœceſis, non debere approbari ab Abbate, aut alio Superiori dicti loci, cum in Bulla citata Gregorii XV. dicatur, ab Epiſcopo Diœceſano, idonei judicentur; & Superior præfati loci, verè non ſit Epiſcopus.* Quid clariùs pro operatione ex delegatione.

6. Sinendus non eſt Caſtro Palao, qui judicium ferens de diplomate aſtringente regulares in eam peculiarem approbationem ab Epiſcopis locorum obtinendam, ut conſtituantur ordinarii vel extraordinarii Monialium exemptarum Confeſſarii, ſubnectit immediatè *Aliaſque diſpoſitio illa Gregorii, ut odioſa, ac exorbitans, à jure communi non debeat extendi ultra proprietatem verborum*: ergo ultra proprietatem clauſularum extendi nequit; ſed nulla clauſula illius diplomatis indicat, neque expreſsè, neque implicitè delegationem datam Epiſcopis in providendas cenſuras contra regulares contravenientes, aut incarcerandos eos; ergo in hoc ſtandum eſt vigori & diſpenſationi Tridentini, quam tangit Barboſa de poteſt. & offic. Epiſcopi 3. parte allegatione *106*. num. *19.* quem cum aliis citat Diana ea 3. part. tract. 2. reſol. 132. §. verum; ubi ex Piaſetio (quem authorem attingere non potui, nec inter Cæſaraugustanos peritiores ullum inveni qui de illo notitiam teneret) ait. *Poſſe regularem in tali caſu* (loquitur de notoriè deliquente regulari exempto, conſone ad Juriſdictionem ordinariam Epiſcoporum expreſſam in Tridentino) *deduci ad carcerem Epiſcopi, & ſumpta informatione ſuper delicto, dummodo ſine mora ſumatur, remitti cum copia proceſſus ad ſuum Superiorem puniendum cum præfinitione termini ad puniendum.* Et adjungit §. ſed in tali caſu videlicet quod notoriè delinquens regularis miſſus ſit ab Epiſcopo cum proceſſu à ſe octavo ad ſuum Superiorem regularem præficiendo tempus ut puniat. *Poteſt Epiſcopus inſtare, & bene inſtare, certiorem faciendo per ſuas litteras prælatum regularis de notorietate delicti à Religioſo ita commiſi, ut nulla tergiverſatione celari potuiſſet: ad quod non eſt neceſſarius proceſſus ab Epiſcopo formatus, quin ipſo jure nullus eſt ex defectu juriſdictionis.* Nulliter ergo proceſſit antiſtes in conſultatione inductus ex communicando regularem; & ſaltem detinendo eum in ſuo carcere; tenebaturque ad proprium Superiorem remittere puniendum; & urgebatur, ſi querela in illo erat de diffinitorii decreto, probare tergiverſationem, & de ea manere ſedem Apoſtolicam expectando ipſius judicium & diffinitivam ſententiam; nec obſtat argumentum ſequens Epiſcopis juriſdictio non negatur in regulares exemptos quo ad omnia pertinentia ad ordinem Epiſcopalem; cap. veniens; & aliis citatis ab Eraſino conquier 2. parte de juriſd. in exemptos, quæſt. 45. num. 16. & parte 4. quæſt. 11. ergo eo ipſo quod dixi, privativè, eam delegationem non ad alios, niſi ad antiſtites pertinere, licitè potuit authoritate Apoſtolica, & excommunicare & carcerare, imò & punire diffinitorium, quia intruſum in cognoſcendo de his quæ ad ipſum non pertinebant & unicè refundebantur in commiſſionem Judicis delegati. Tranſeat antecedens; nego duo ſuppoſita conſequentiæ (etiam conceſſo culpandum confeſſarium deliquiſſe contra Epiſcopum, adverſus quem deliquit nequibat, niſi tanquam privatè delegatum, & de uno caſu ad alium materia odioſa & exorbitans non deducit conſequentiam) nego item alterum ſuppoſitum, intruſum videlicet diffinitorium cognoſcens cauſam illam, imò, ſalva pace, & veneratione juridicè lo-

Digitized by Google

quendo intruſſus erat Epiſcopus ille fulminans excommunicationem, & procedens ad carcerationem regularis illius Confeſſarii ordinarii Monialium exemptarum abſque juriſdictione ordinaria, vel delegata; ordinaria enim carebat ut patuit per tranſcripta à Diana ex Piaſetio; delegatam non tenuit à Gregoriana in cenſuram, nec punitionem, ut patebit à n. 10. ergo ſalva reverentia dignitatis intruſſus cenſendus ex inflicta violentia ſeſe intromittendo in eo quod ad ipſum non attinebat.

7. Replicabis, eſto ab hoc capite virtute diplomatis Gregoriani nulliter proceſſerit antiſtes inductus carcerando regularem prædictum, & eum excommunicando, probo à juriſdictione ordinaria validam promulgaſſe cenſuram, licitamque carcerationem exequutum fuiſſe, ſicque nec in uno, aut altero intruſum neutiquam putandum, & ut in re tam gravi, in qua Minoritæ præcipuè tenemur vi regulæ ad omnimodam Epiſcoporum venerationem, loquamur, videamus, quid Trident. ſeſ. 25. de regul. cap. 14. ex Bulla Clementis VIII. quæ incipit *ſuſcepti muneris*, eſtque in terminis de executione Tridentini contra regulares non ſubditos Epiſcopo, & habetur tom. 3. Bullarii Cherubini conſt. 39. ubi antiſtiti cujuſvis loci, facultas datur carcerandi, & puniendi regulares ſuæ Diœceſis notoriè extra clauſtra criminoſos; & Barboſa part. 2. in praxi Epiſcop. cap. 3. Novarius in lucerna regul. dictione, delinquens num. 5. aliique referunt à Sacra Congregatione declaratum, quod ſive intra, ſive extra clauſtra delinquerit regularis notoriè per ſcandalum publicum, poſſit id cognoſci ab antiſtite loci, & puniri; ergo ſive dicatur intra clauſtra delinquiſſe confeſſarium illum, ſive extra, validè puniri potuit à loci antiſtite, nec invalida cenſenda excommunicatio, cum tali notorietate vociferaverit Epiſcopus inobedientiam ejus in floccifacienda ſua cenſura, atque perſeverantia contra ſuum dictamen in officio. Plura mitto conducentia ad intentum; unum aſſumo inhibitos Epiſcopos quoties cauſa regularium examinatur & cognoſcitur in Religione; patetque à dereto Apoſtolico Sacræ Congregationis in una Neapolitana; eſtque ſequentis tenoris. *Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium* 17. *Auguſti* 1635. *ordinaſſe Illuſtriſſimo Nuntio Neapolitano, ne procederet contra quendam Religioſum ſub pretextu, quod extra Clauſtra deliquiſſet, quandoquidem Reverendiſſimus Generalis Ordinis contra ipſum procedere volebat.* Ergo volens Prælatus illius Confeſſarii procedere, ſicut & proceſſit in Summaria contra illum, & pœnaria uſque ad definitivam ſententiam incluſivè, in qua a entis contentis inventus eſt inculpabilis, inhibebatur Epiſcopus; & ex ſententia diffinitorii, ſalva pace, intruſus ille erat, neque à juriſdictione ordinaria vel delegata quibat expedire cenſuram, mittere in incarcerandum, & ſuo mancipare ergaſtulo illum regularem. Urges, Joannes Baptiſta Lezana in ſumma tom. 1. cap. 25. num. 46. proponens aliquas Sacræ Congregationis declarationes, inter alias deſcribit illud, quod in ea Bulla Gregorii XV. continetur de monendo Epiſcopo à regularibus ut aſſiſtat ſectionibus Prælatarum exemptarum, num. 47. profert. *Poſt eam vero declarationem licere Epiſcopo animadvertere in Regulares ante tempus ſignificatum, aut dies electionis eidem non prænunciata, ad Abbatiſſæ electionem procedent*: & formatur Syllogiſmus; qui poteſt procedere conſonè ad Bullam in uno, & in alio procedere poteſt; ſed Epiſcopus poteſt procedere contra Prælatum regularem, & eum punire, dum non ſervat Bullam monendo de die electionis Abbatiſſæ ſeu Prioriſſæ, ut in ea aſſiſtat; ergo & poterit procedere contra Confeſſarium illum, eum excommunicando, & carcerando. Omitto doctrinam, majorem Syllogyſmi, & minorem; nego paritatem conſequentiæ; diſparitas conſiſtit in hoc, quod Prælatus regularis non monens in caſu electionis ſeſe opponit impediens juriſdictionem Apoſtolicam præſtitam Epiſcopo; neutiquam verò quando proceſſu completo facto, cognita fuit cauſa à diffinitorio; & non repertum corpus delicti abſolutus fuit ab accuſatione Confeſſarius inventus inculpabilis; præterquam quod Gregoriana facultatem non dat antiſtiti, niſi ad ſemel approbandum pro triennio, & ſemel approbatus pro eo caret facultate talis Epiſcopus ut ulterius pro triennio procedat penes ab ipſo appprobatum, cum tunc functus fuerit ſuo munere quoad delegationem Apoſtolicam; verba Bullæ ſunt poſtquam decernit quod præmiſimus §. 5. *Liceatque Epiſcopo ex rationabili cauſa Superiores regulares admonere, ut ejuſmodi Confeſſores, atque adminiſtratores amoveant idque Superioribus id facere detractantibus, aut negligentibus habeat Epiſcopus facultatem prædictos Confeſſores & adminiſtratores amovendi, quando opus eſſe judicaverit.* Preme, oro, æquitatem Sedis Apoſtolicæ in ly *ex rationabili cauſa*; ſed in caſu conſulto, dum invenitur inculpabilis non erat rationabilis cauſa, ergo amoveri non poterat ab antiſte; ſed dum amoveri nequibat, nulliter excommunicabatur, & injuſtè carcerabatur; igitur &c.

8. Hujuſque dicta vim tenent: ſi in ſuo robore Gregoriana extaret, neque à conſuetudine, aut alias ex contrario uſu & à taciturnitate Sedis Apoſtolicæ (juxta aſſignata conſult. 47. à n. 1. & ſequentibus de illo axiomate juridico; *Qui tacet conſentire videtur*) ſuſpenſum alicubi, nec uſquam in praxi haberetur; Joannes Baptiſta de Lezana ſcriptor apud almam Urbem Romanam, penes predictam Bullam, qualiter obſervanda ſit edocet (Et libuit ejus formalibus verbis uti) in ſumma quæſt. regul. ſeu de caſibus conſcientiæ ad perſonas Religioſas utriuſque ſexus ſpectantibus, (eſtque tom. 1. part. 2. cap. 1. num. 19. pag. mihi 350. Column. 2. in fine) *Illud de confeſſoribus monialium quæ ſub cura regularium degunt, non examinandis ab ordinario, vacat in Italia, & aliis partibus, ubi conſtitutio Gregorii XV. de exemptorum privilegiis viget; cum in illa præcipiatur, quod prædicti Monialium confeſſarii approbati ab Epiſcopo eſſe debeant; juxta dicta tomo 1. n. 45. & 46. in partibus autem ſeu regnis Hiſpaniarum, ubi illa conſtitutio ſuſpenſa eſt, juxta dicta tom. 1. cap. 25. num. 45. & cap. 19. num. 45. valet dicta conceſſio, vel declaratio Pii V. quod ſcilicet Confeſſarii Monialium non debeant ab Epiſcopo examinari; declarationes autem Sacræ Congregationis quas refert Barboſa in collect. Bull. verbo Confeſſarii Monialium 2. & ego dicto cap. 25. quæ videntur contraria huic doctrinæ cum ſint factæ pro explicatione dictæ conſtitutionis Gregorii XV. ſolum habet vim, ſicut ipſa extra Hiſpaniam*: igitur cum caſus conſultus ſit de antiſtite hiſpanico, in qua Monarchia nec Gregoriana obſervatur, & conſtitutiones Sacræ Congregationis aſſignatæ alteram vim non teneant, præter illam inductam in diplomate, etiam gratis conceſſo illud, & illas in ſuo robore permanere alibi, nullo pacto ſuffragium dant, aut favent tali Epiſcopo, ut validam promulgaret excommunicationem, & licitam carcerationem contra illum regularem, & ſalva reverentia Epiſcopali, intruſè, atque iniquè proceſſiſſe antiſtitem illum, patet, præcipuè aiente Lezana in voluminibus ad quæ ſe remittit; & primò tom. 1. in parte 1. cap. 19. de Confeſſoribus regularibus, eorumque facultatibus, & obligationibus num. 55. pag. mihi 159. column. 2. *Poſt conſtitutionem* 18. *Gregorii XV. nota etiam hujuſmodi conſtitutionem juſſu SS. D. N. Urbani VIII. ſuſpenſam fuiſſe pro*

regnis

Digitized by Google

regnis Hiſpaniarum ut conſtat ex brevi Nuntii Apoſtolici, tunc temporis exiſtentis; nunc verò Eminentiſſimi Cardinalis Sacheti 21. Aprilis anno 1625. Quid patentius pro illicita carceratione, & invalida excommunicatione; non ſinamus Lezanam eo tom. 1. cap. 25. num. 34. fol. mihi 203. colum. 1. *Providit Gregorius XV. in conſtitutione de exempt. Privileg. anno 1622. quam pro regnis Hiſpaniarum ſuſpenſum eſſe diximus cap. 19. num. 39.* igitur in eventu conſulto nec dubium, nec ambiguitatis rimula manſit de illicita carceratione, & invalida cēſura antiſtitis contra regularem illū, qui jura ſua & propr ę Religionis in tutamē aſſumēs non erat culpādus, imo laudādus; & qualiter abſque juriſdictione, ſive delegata Apoſtolica, ſive ordinaria proceſſit, epiſcopus poterat ei pręſtari paritio.

9. Aduc tamen inſtabatur ex parte antiſtitis in cenſuræ valorem, & pro facultate incarcerandi confeſſarium; proferendo, quod licet ſuſpenſa foret Bulla in Provincia illa ſuæ Diœceſis, ſiquidem erat una ex Hiſpanicis, tamen duo in dubium occurrebant ut ſe poſſet, & carcerare Confeſſarium, & excommunicatum declarare; unum quod advertit Diana 11. parte tract. 2. Miſcelaneo reſol. 28. ubi poſtquan §. notandum eſt; ſcribit. *Doctores Hiſpanos aſſerere, ſupra dicta non procedere in regnis Hiſpaniarū.* Et poſt citatam Bullam ex quodam Doctore quem recenſet, vocato Bravo (cujus volumen attingere non potui, nec comperire an fuerit quidam Abbas Benedictinus, vel Baſiliēſis) ſubnectit de tali decreto Gregorii xv. *Nam ob ingentia incōmoda inde emergentia; atque etiā inſtāte Rege Hiſpaniarū Philippo IV. ſuſpenſa fuit omnino ejus executio anno 1625. & ſuſpenſionis effectus commiſſus illuſtriſſimo nuncio Hiſpaniæ Iulio Sachetto, à quo tunc ſolemniter & juridice facta eſt Matriti, die 21. Aprilis ejuſdem, anni cujus authenticum inſtrumentum habuimus, quia prædicta cauſa Religionis nomine, inter alios Prælatos eodem tempore, & loco aliquam geſſimus partem dum Abbatis munere fungerer in noſtro Matriti cænobio.* Hæc ex Brabo tranſcribit Diana; §. ſed ut verum; dubitat ita. *Invenio Leandrum Doctorem Hiſpanicum qui in Hiſpania ſcripſit tom. 1. de Sacramentis tract. 5. diſp. 11. quæſt. 46. adducere conſtitutionem Gregorii XV. tanquam in Hiſpania exiſtentem in vigore, & nullam facere mentionem de ſupplicatione Regis quam ſupra adducit Brabus, & ideo me remitto veritati, & praxi.* Suppoſitis his inducebat Epiſcopus aliud in quo fixe adherebat pro facultate carcerandi, & declarandi excommunicatum illum regularem, nam admiſſo, quod in illa ſua diœceſi ſuſpenſa foret Gregoriana, aiebat ſe fore in poſſeſſione, ut celebrato quoquo capitulo Provinciali cujus ordinis ſub quem erat regimen monialium, tabula in qua nominabantur earum confeſſarii deferebatur ad ipſum, ut explicaret ſuum dictamen, & qui ab eo approbabantur remanebant, & ſi aliquis non ita ac par petebatur, repellebatur, reſpondebant regulares: tempus removendi ſemper inſtabit; ergo, & pro praxi, & alias cum ille qui privilegio non vult uti non ſuffragetur ab eo, & ſi in regnis Hiſpaniæ ab Urbano VIII. ſuſpenſum fuerit & revocatum edictum Gregorii xv. tamen in poſſeſſione legitima erat per illam Diœceſim cogendi regulares ut ſtarent prædicto Gregoriano diplomati: hinc iſto fundamento recurrens Epiſcopus ad tribunal legitimum, fine, quo manuteneretur in ea poſſeſſione, de prima inſtantia ſeu proviſione litteræ emanarunt authenticæ, quod nullatenus turbaretur in illa, & ut prædicti regulares nec in minimo diſcreparent ſub pænis à jure legitimo ſtatutis contra facientes; quales in hoc noſtro Aragonenſi Regno penes Eccleſiaſticos, *firmæ fractores*, dicimus *que les ocupan las temporalidades:* cumque litteræ præſentarentur emanatæ à ſæculari curia regularibus, in quibus manutenebatur Epiſcopus, incarceratus confeſſarius ab eo, ſolutus non fuit; at plures cenſuerunt peccaſe mortaliter in ea violentia antiſtitem; & quoad illud in quo hærebat de Dianæ dubio, eo quia Leander memoriam non facit de revocatione Gregoriana facillime reſpondeo nihil mirum non curaſſe de ea Religioſum Trinitarium diſcalciatum, qualis fuit Leander, dum in ſua Religione nullæ ſunt moniales à ſuo regimine dependentes; Leandro contra pono teſtem Hieronimum Garciam in ſua politica regulari tom. 1. tract. 8. diffil. 3. dub. 2. p. 3. n. 17. ubi teſtificat certo ſcire nec Gregorianam, nec ejus declarationes admiſſas ullibi in Hiſpania; & ea dif. 3. dub. 1. agens de dependentia regularium ab Epiſcopis in cauſis criminalibus, n. 6. ex Hinoſoſa in directorio deciſionum regularium, v. confeſſarius in fine; recenſet, tranſcriptas ab illo duas Bullas Gregorii, & nullam earum apud Hiſpanos admiſſam, utramque in eis regnis ab Urbano VIII. revocatam; Quid ergo, ſi Brabus teſtificat ſe tranſumptum vidiſſe, cur fides non danda potius, quam illi qui per autoritatem negativam citatur.

10. Tandem per appellationem deducta cauſa incarcerationis, & cenſuræ Epiſcopi ad Metropolitanum, qui in favorem Religionis diffinitivam protulit ſententiam de nullitate excomunicacionis, & de injuſta incarceratione præcipiens reſtituendum confeſſarium in ſuum officium; & declarans legitimum privilegium Urbani VIII. cujus copia autentica exhibita fuit in ejus tribunali, deducta quidem ab archivo Monaſterii Sancti Martini Matritenſis, & declarans non uſum talis privilegii non præjudicare illos regulares; qui poſitive tantummodo ſe gerebant, à quo non ſufragabatur juriſdictio Epiſcopi, ut poſſet procedere juridice. Multoties ſolent detrimentoſa reſultare dum non recto fine ea quæ geruntur aſſumuntur in alium, qui non ita ac par eſt præſumitur. Politicum ergo gratitudinis aut benevolentiæ obſequium quod regulares illi penes Epiſcopum exercebant, verſum fuit eis ad intolerabile damnum, ut arbitraretur privandos gratiis Apoſtolicis, litem acre movendo non ſine copioſis ſumptibus ad rei veritatem, & juſtitiam declarandam, & in ſuo legitimo uſu privilegiorum conſtituendi & reintegrandi Religioſi: in argumentum æquitatis qua proceſſit Metropolitanus animadvertendum primo interpretandam, nec in tota latitudine accipiendam illam juris regulam quam cum Laimano tangit Caramuel tomo 1. in Theologia fundamentali, fundamento 38. n. 956. ubi poſtquam ſtabilit illam maximam juridicam. *Quod in gratiam alicujus conceditur non eſt in ejus diſpendium retorquendum.* Fundatum quidem l. ſi judex 42. ff. de minoribus, cap. ad Apoſtolicum 16. extrabagantibus de regul. ita ut accipiatur de privilegiis conceſſis particulari perſonæ, non autem de eis, quo communicati ſabet. de quibus illico, nam ex quo communitas munitur & ſuffragatur eis, & ſi detrimentioſa ſint alicui particulari ſive proprio ſive alieno non ab hoc prȩſumendum nullum privilegiū; ideo dum Caramuel ſubnectit; *Neminem invitum debere uti privilegio; non enim eſſet favor ſi aſtringeret etiam invitus*, ſimiliter tenendum cum exceptione de privilegiis quæ particularibus conceduntur, non autem ſi ſint communitatis; in quibus, velit, nolit, particulares perſonæ uti debent & tenentur; id non tollit petere uſum privilegiorum omnimodam libertatem, ita taliter quod cadat ſub facultatem prout libuerit eo uti aut non uti; hoc tempore vel alio; in perſonalibus libertas eſt formalis; in eis vero quæ ſunt communitatis virtualis, aut in cauſa; v. g. privilegium conceſſum ſtatui Clerica-

li de exemptione communitati datur : Licet formaliter liberum non ſit Clerico uti vel non uti eo, poſtquam Clericus conſtituitur virtualiter ſeu in cauſali, liberum erit quia ſpontaneum fuit fieri Clericum ; ſic ſemper manet liberum virtualiter ſeu in cauſa, & inde ſemper verificatur quod generaliter notat de quocumque privilegio, Maſtrius in Theologia morali diſp. 2. quæſt. 6. art. 3. n. 196. *Privilegium abſolute conceſſum tranſit in Dominium privilegiati, ergo niſi ipſius uſus reddatur iniquus non ceſſat, etiam ſi ceſſet cauſa propter quam ab initio motus fuit Princeps ad illud concedendum.* Quo aliter diſcriminatur perſonale, ac cōmunitati conceſſum quoad uſum, dum iſte redditur iniquus, & injuſtus; per ſe enim iniquari valet quod perſonale eſt, neutiquam niſi per accidens illud quod communitati favet cum nunquam tota communitas delinquat, & per accidens ſe habeat crimen particularis reſpectu privilegiantis.

11. Emanant aliquæ conſequentiæ valore notandæ à propoſita doctrina de privilegiis, & ut loquamur in individuali puncto quod gerimus, ſequentes deduco; ergo per ſe loquendo uſum privilegii Urbani, de non exequendo diplomate Gregorii xv. in Regnis Hiſpaniæ iniquum, & injuſtum redditum nunquam præſumendum à non uſu hujus, vel illius particularis, igitur etſi ceſſaverit cauſa qua motus fuit Urbanus, quia ceſſante hic vel ille uſus non fuit ejus, privilegium non cenſendum revocatum à previligiante quando à nullo ſucceſſore conſtat irritatum, ideo in ſuo manſit vigore; ergo Epiſcopus inductus in continuatione injuſte proceſſit carcerando, & excommunicando confeſſarium; & iniquius propter malam fidem allegans poſſeſſionem legitimam; quam tuta conſciencia nequibat allegare; igitur prædictum Urbani privilegium quo eximuntur regulares in Hiſpania à Gregorianis oneribus, ſemper ſubſiſtebat ad favorem regularium talis nationis etiam in illa Diœceſi quia ſaltem per accidens uſus illius reddebatur iniquus à fatua & impertinenti politica; & per ſe vigor conceſſionis Urbani eo permanebat in ſua vi & robore; me explico ex Bonacina tom. 2. diſp. 1. de legibus quæſt. 3. p. 1. n. 10. qui poſt aſſignatas aliquas privilegiorum diviſiones de eo quod intendimus ſcribit. *Aliud eſt ob bonum commune, aliud immediate & proxime ad bonum privatum; quamvis enim omne previlegium ultimo referatur ad bonum commune eo quod expediat bono communi, ut privilegia concedantur indigenti vel dignis, nihilominus privilegium aliquando proxime & immediate reſpicit bonum privatæ perſonæ, ut quando alio cui perſona privata conceditur, imò quando pluribus conceditur reſpicit bonū uniuſcujuſque tanquam ſingularis & privatæ perſonæ; aliquando vero immediate & proxime reſpicit bonum communitatis, & tunc dicitur privilegium commune.* Utrumque exemplificatum prævenit. *Hæc diſtinctio diligenter advertenda eſt, propter ſolutionem aliquorum caſuum, nam quando privilegium eſt privatum ille in cujus favorem conceſſum eſt, poteſt renunciare privilegio: cap. ad Apoſtolicam de regul l. ſi quis cod. de pactis. Quilibet enim poteſt cedere jure ſuo cum privatum jus & commodum ſit in Dominio uniuſcujuſque; hoc tamen limita modo illud privilegium non redundet in commodum alterius inſeparabile à commodo illius in cujus favorem conceſſum eſt privilegium; tunc enim privilegiarius non poteſt cedere jure ſuo in damnum alterius abſque ipſius conſenſu.* Si hoc adhuc in perſonalibus privilegiis pro comperto eſt quomodo regulares illi poterant cedere privilegio Urbani viii. reſultante ceſſione (etiam conceſſo talem gratiam perſonalem fore) in præjudicium cujuſvis confeſſarii monialium, abſque conſenſu omnium qui ſuffragabantur ea exceptione tam favorabili pro Hiſpanis, liberis à quaſi quadam ſervitute regularium, qua onerabantur ex diplomate Gregoriano. Inſtabatur ulterius pro antiſtite in validitatem cenſuræ & carcerationis; & negabatur prædictum Urbani privilegium favere potuiſſe regularibus illius Diœceſis; in qua erat conſtitutio Sinodalis facta anno 1623. de obſervando edicto, ſeu bulla Gregorii xv. quæ incipit, *inſcrutabili*, & objiciebatur: Potius tenentur regulares ad Obſervandas leges Sinodales diœceſum quam civiles reipublicæ, ſed ad iſtas aſtriguntur & mulctantur tranſgredientes eas; ergo ad illorum obſervantiam tenebuntur, & cum tranſgreſſores inveniuntur puniri debent; igitur propter tranſgreſſionem ſinodalis legem puniri debuit confeſſarius ab Epiſcopo qui ad tuendam ſuam juriſdictionem procedebat; aliter illicite faceret cap. quia quæſitum de Officio delegati l. jubemus §. de economis cod. de Epiſcopis, & Clericis; igitur valida erat cenſura, & juſtiſſima carceratio ob inobedientiam.

12. Quam plurima tangit hæc replica quæ ſi ſigillatim enodanda forent nimis divertiremus. Portel tomo 1. in dubiis regularium de aſſumpto principali hoc habet; *Leges Epiſcoporum non ligant Religioſos niſi quo ad feſtorum obſervationes, interdicta caeteraſque cenſuras obſervandas pro quibus ferendis licentiam habent, à jure.* Ita ſcripſit, littera l. verbo lex ſive leges; ergo ſi à jure Epiſcopi licentiam non tenet facultate carebunt ligandi regulares ſuis legibus, ſed jus revocans illud quod tenebant facit eo jure carere, ergo quoties jus antiquum revocatum à jure novo habetur jure carebit; ſed novum jus Urbani viii pro Hiſpanis revocavit jus antiquum datum Epiſcopis à Gregorio xv. ergo regulares illi non poterant obligari ad eam legem ſinodalem quæ allegatur. Petiſe Diana 1. parte tract. 10. reſol. 11. §. ſed ego. *Religioſos ſolum teneri ad cujuſmodi leges ex decentia, & ratione ſcandali vitandi, ideoque, ſi ſcandalum ceſſet nunquam peccare illas non obſervando. Et mox notandum eſt vero, quod ſunt multi caſus in quibus Religioſi etiam exempti teneur legibus & ſententiis Epiſcoporum, quia ſunt in jure expreſſio* Eos videndos omnes à quolibet remittit ad Malderum in primam ſecundæ quæſt. 96. art. 5. ad Cenedum in quæſtionibus Canonicis quæſt. 26. per totam, ad Barboſam, tertia parte de Officio & poteſtate Epiſcopi, allegatione 105. hos duos ultimos autores de verbo ad verbum legi, nec ṛimulam inveni, qua colligi poſſit in caſu conſulto, ſtante decreto Urbani viii. illam legem ſinodalem aſtringere regulares exemptos ad ejus obſervantiam; & quia paritas in majori propoſitione objectionis poſita parum ſcientificis armoniam faciet, ſupponendum videtur, regulares alia via cogi ad obſervantiam legum civilium expedientium bono communi, nec oppoſitarum immunitati Eccleſiaſticæ, altera aſtringi in obſervandas leges ſinodales; iſtud oritur in eis à jure Pontificio poſitivo; illud vero à jure naturali quatenus cives ſunt ſeu membra illius reipublicæ in qua domicilium tenent; & quia jus naturale præfertur juri poſitivo, nego majorem; item nego ſuppoſitum; videlicet antiſtitem illum in tuendam ſuam juriſdictionem proceſſiſſe; quod enim non eſt, tueri nequit; non erat juridictio excommunicandi, aut carcerandi regularem; ergo in id tuendum procedere nequibat. Amplius inſtabat; tranſeat eo medio non potuiſſe, aiebat tamen facultate pollere Epiſcopos puniendi & coercendi regulares delinquentes, dum moniti iſtorum ſuperiores de infligendo ſupplicio, hi punire negligunt; cap. de officio ordinarii, Clementino unica de teſtamen. de quo latè Miranda tom. 1. in manuali Prælatorum, quæſt. 11. art. 3. Bar-

boſa

Digitized by Google

boſa citatus, Lezana tom. 1. cap. 16. n. 17. in tantum quod cap. 19. n. 36. & tomo 4. verbo *Moniales* n.26. citat declarationem Sacræ Congregationis, in qua facultas datur Epiſcopis puniendi regulares frequentantes Monaſteria Monialium, dum à ſuis Prælatis non animadvertuntur, colligitur à Tridentino ſect. 6. cap. 3. de refor. ſed Epiſcopus monuit Prælatum regularem, ut amoveret confeſſarium à Monaſterio, nec amovit; ergo facultas in eo fuit fulminandi ſententiam excommunicationis, & incarcerandi illum. Concedo eam facultatem habere antiſtites; ſed in delinquentes, & nego ſuppoſitum confeſſarium illum delinquentem fuiſſe, nam ut diximus n. 1. ſummaria in proceſſu facta à Prælato regulari, immunis inventus fuit nec à minimo culpabilis: & de conſenſu totius diffinitorii inculpabilis, & innocens declaratus; nec tutâ conſcientiâ accuſatus, & quatenùs liber à crimine repertus nulla nec minima plectibilis pæna aut ſupplicio tantillo afficiendus; quapropter juridicè loquendo dicam non licuiſſe Epiſcopo tam acriter ſe gerere contra eum, tum in pæna ſpirituali, tum corporali diffamandum Sacerdotem bonæ notæ.

13. Nondum relinquamus materiam de Privilegiis, in finem ponendum huic conſultationi; excitato Bonacina qui ait. *Ob id non poteſt perſona privata cedere Privilegio in favorem communis boni conceſſo, quoties ceſſio ipſius vergit in præjudicium boni communis*, remittens ſe ad id quod diſputat ea quæſt. 8. p. 8. §. 6. *Vtrum Privilegium amittatur per contrarium uſum* n. 2. primam hanc ponit propoſitionem. *Privilegium amittitur per uſum materialiter & formaliter contrarium Privilegio*, & mox advertit. *Dixi per uſum materialiter & formaliter contrarium Privilegio, nam uſus materialiter ſolùm contrarius Privilegio non tollit Privilegium, propterea ſi privilegiarius faciat aliquid neſciens vel non advertens eſſe contra Privilegium non amittit Privilegium.* Igitur etſi regularis ille politica, materialiter facere it contra Privilegium ſemper manebat in ſuo robore præcipuè notans n. 5. *Privilegium non amittit quoties ex ſignis ſufficienter conſtat privilegiarium aliquod feciſſe animo non renunciandi; ſicut enim ex uſu contra Privilegium colligitur præſumptio voluntatis renunciandi Privilegio, ita etiam ex aliis conjecturis poteſt contrarium præſumi.* Quod autem conjecturæ ſignificarent in illis regularibus materialem, non formalem uſum contrarium, probatur ab his quæ ſtatuit n. 10. *Si Privilegium conceſſum ſit intuitu boni communis non poteſt perſona privata illum renunciare etiam ſi redundet in bonum illius perſonæ privatæ, modo bonum privatum non ſit ſeparabile à bono communi.* Ergo cum ſeparabile non foret Privilegium Urbani penès privatas perſonas ac circà communitatem, materialis uſus contrarius cenſendus erit, non formalis invalidans illud. Advocati quidam pro Epiſcopo allegabant declarationem, aut diſpenſationem pro Regnis Hiſpaniæ fore Bullam Urbani, neutiquam Privilegium, ſic corruere totam præcedentem doctrinam; evaſionem impugno verbis Scoti 3. diſt. 37. quæſt. 1. §. Sed iſte expoſitiones n. 3. *Diſpenſare enim non eſt facere quod ſtante præcepto liceat facere contra præceptum, ſed diſpenſare eſt revocare præceptum vel declarare qualiter debeat intelligi, eſt enim duplex diſpenſatio, ſcilicet juris revocatio, & juris declaratio.* Joan. Poncius in ſupplemento commentarii n.179. declarationem vocat diſpenſationem largè dictam. Idem repetit ſubtilis præceptor 4. diſt. 33. quæſt. 1. §. de ſecundo n. 4. *Dicò quod diſpenſatio eſt juris declaratio, vel juris revocatio*: in commentario Hichcus n. 7. *Dicit diſpenſationem eſſe juris declarationem: ſic diffiniunt diſpenſationem eſſe juris relaxationem cognita cauſa ab eo qui poteſt*, ſeſeque remittit ad Rodriguez tom. 2 qq. regular. quæſt. 46. articulo 1. qui articulo 2. in propriis terminis controvertit. *Vtrum ſit idem diſpenſatio quod Privilegium*, & inſinuat differre illa diſtinctione Metaphiſica dicta includentis ab incluſo; ita ut omnis diſpenſatio ſit Privilegium, non è contra, propterea quia dantur Privilegia gratioſa, ad diſpenſandum autem exigitur cauſa; ergo in re diſpenſatio, propriè & rigoroſè ſpecies erit Privilegii, ſive declarativi ſive relaxativi, ſeu revocativi; pro qua parte univocatur cum Privilegio diſpenſatio ut inſinuat Lezana tom. 2. dictione *diſpenſare*, ex leg. in contractu cod. de non numer pec. & leg. ſi uno ff. locati; & hinc putet latam accipere interpretationem quomodocumque inſpiciatur diſpenſatio; ergo evaſio fuit; & ita judicatum à Metropolitano in appellatione interpoſita, declarante nulliter proceſſiſſe in cenſura Epiſcopum, & invalidè in carceratione; neque hunc caſum fore de eis, in quibus Epiſcopi poſſunt ſeſe intromittere penès regulares apud Hiſpanos; ſi placet vi in Lezana tom. 2. citato voce *Epiſcopus, quoad regulares* n. 5. uſque 60. ergo non culpandus confeſſarius deſpiciens illam rei communionem, quia licet juſta vel injuſta ſit timenda, non tamen notoriè nulla de quo conſult. 36. n. 4. antiſtes autem dum non bona fide proceſſit peccare mortaliter liquet: ſalvo meliori judicio.

CONSULTATIO XLIX.

De Muliere ſæculari defuncta in Monialium Conventu, an à Parrocho vel in Parrochia ſeplienda.

DIVORTII intuitu facti, quædam fæmina nobilis deducta fuit ad Monialium Monaſterium proteſtans ipſa, non inter hoſpites connumeranda, & perpetuo uſque ad mortem habitatrix ibi futura, quia quantumvis viduaretur toto viræ ſuæ tempore commoratura erat cum eis ſororibus; aſſuebat divitiis & de eis diſponere liberè poterat; ſatagentes Religioſæ Communitatis ſuæ incrementum, camerâ decentiſſimâ in clauſura extruxerunt, ſignisque benevolentiſſimis à majori uſque ad minorem, obſequio ipſius unaquaque ſe offerebat, notarii actu firmandum tam laudabile propoſitum de perpetua in Monaſterio permanentia perſuadebatur, ſed renuit unde contigit ſola ſua ſponſione conſtaſſe domiciliatam non hoſpitam ibi manſiſſe; poſt ferè unum annum, ultimam horam clauſit in Monaſterio, nec conſulto Parrocho ac ſi Novitia, vel Profeſſa foret ei confeſſario Monialium adminiſtrata fuerunt Sacramenta Pænitentiæ, Viatici Sacri, & Extremæ Unctionis. Parrochus ubi erat ſitum Monaſterium ad ordinarium acceſſit, litteras petens in procedendum contra Confeſſarium, & impediendum ne alius ac ipſe cadaver ſepeliret allegans in antecedentibus ſibi præjudicatum, & in ſubſequenti tumulatione præjudicandum;

Digitized by Google

litteras prodidit ordinarius quæ intimatæ interponitur recurſus ad Senatum Hiſpanè vocatum *de fuerza*, in hoc noſtro Arogoniæ Regno, *curia juſtitiæ*, & ſententiatum vim efficere ordinarium, intimatoq; decreto ei Parrocho, proceſſit Monialium Communitas & independenter à Parrochia defunctam ſepelivit. Quæſitum fuit utrum jura, & expenſæ quæ communiter aſſignantur pro laboritio adminiſtrationis Viatici Extremæ Unctionis quartaque funeralis ſolvenda foret Parrocho ſeu illi cui competebat ſi extrà Monaſterium domicilium teneret illa nobilis fœmina.

SUMMARIUM.

FAMILIARES in Conventu, Famuli, aut commenſales qui, n. 1.
Qualibus iſti Privilegiis regularium ſuffragant, n. 1.
A quo officium tumulationis cadaveris peragendum illius qui intra clauſuram obiit, n. 1.
Cui Parrocho inhibitus ingreſſus in Monialium clauſura, n. 1.
De hoſpitibus defunctis in Monaſteriis Regularium, n. 1.
Loca exempta quaſi extra Diœceſim recenſentur, n. 1.
Cui competit miniſtrare Sacramenta puellis habitantibus (educationis causâ) in Monialium Conventibus, n. 2.
Quid de caſuali infirmitate contingenti intra clauſuram alicui ſæculari, n. 2.
Eventus de nobili fœmina fortuito in periculo mortis conſtituta in Monialium clauſura, n. 2.
A quo licenciandus Parrochus in illius ingreſſum intuitu miniſtrandi Sacramenta, n. 2.
Pro Conceptione Mariana immaculata, & carentia debiti exemplificatio, n. 2.
Idem quod operatur jus exigentiæ operatur Privilegium, n. 2.
Vtriuſque juris diſcrimen, n. 2.
Amittit domicilium in propria domo mulier, dum habitat Monaſterium, n. 3.
In caſu conſulto quædam circunſtantia, n. 3.
Prudens cautela fœminæ divorciatæ habitatricis cœnobii, n. 3.
Oves propriæ Confeſſarii Monialium, n. 3.
Parrochus, à quo recipimus Sacramenta dum vivimus, in ſepulturam comitari debet cadaver, n. 3.
Sæcularis defuncta in Monaſterio tumulum eligens extrà illud à quo ſocianda, n. 3.
Argumentum pro exemptione habitantium in conventu, n. 4.
Quid, ut quis domiciliari dicatur, n. 4.
Non omnis habitatio domicilium conſtituit, n. 4.
Requiritur animus perpetuus, vel aſſiduè habitandi ut quis domicilietur, n. 4.
Id quanquam non teneat ſecum ibi bona, n. 4.
Aliud poſſeſſio habitandi pacifica; alterum domicilium, n. 5.
Illud præcisè non domiciliat, n. 5.
Vnum, perpetuum, & invariatum; alterum, temporale & variabile, n. 5.
In captandam benevolentiam prudens ſtratagema, n. 5.
Quæ ſine dolo, & quæ cum dolo fiunt, n. 5.
Matrimonium celebratum coram alieno Parrocho an validum, n. 5.
Iudex ſententiare tenetur conſonè ad probabiliorem opinionem, n. 5.
Scholares ſtudiorum cauſa, non domiciliantur in loco, n. 5.
Fraude facta promiſſio non præjudicat ei cui ſit, n. 5.
Prudens cautela, fraus non eſt, n. 5.
Domicilium contingit dependenter à propria vel aliena voluntate, n. 6.
Compatibile pluribus locis domicilia tenere plura, n. 6.
Non coarctandum alicui domicilium, n. 6.
Significatio nominis, divortium, n. 6.
Et diſtinctio ejus à libello repudii, n. 6.
Sub quibus conditionibus divortium peragendum, n. 6.
Divortium infert ſeparationem cohabitationis, n. 6.
Ab eo diverſa tenent domicilia divortiati, n. 6.
Bona quibus quis utitur generaliter ſunt in loco ubi domiciliatur, n. 6.
De quarta funerali cui debita, n. 6.
Non licet uxoratis præciſo divortio aut ſequeſtro, non cohabitare, n. 7.
Quando tenetur uxor ſequi maritum, n. 7.
Divino præcepto cohabitatio conjugatorum aſtringi; dum majus non inſtat bonum, n. 7.
Licita ſeparatio uxoratorum in vitandum malum, n. 7.
Non reſtituenda ſponſa marito dum damnum inferendum ei, timetur, n. 7.
Domus Paterna præferenda in aſſignanda divortiatæ habitatione, n. 7.
Quando Parrocho debetur quarta funeralis, n. 7.
Objectio deſumpta à Puellis depoſitis in Monaſterio, n. 8.
Intentio conditionata inſufficiens ad domicilium, n. 8.
De intentione divortiatæ manendi in Conventu, n. 8.
Sententia lata de quarta funerali, n. 8.
Pellizarius penès puellas habitatrices Monaſteriorum educationis intuitu, n. 9.
Librandæ in ſtatera opiniones, & probabiliori ſtandum, n. 9.
Duplex conditio, una ſuſpenſiva, reſolutiva altera, n. 9.
Explicata utraque, n. 9.
Qualis conditio conducens ad examen pro ſalute in habitatione, n. 9.
Declaratio Sacræ Congregationis penès puellas educandas in Monaſteriis, n. 10.
Prioriſſa Ciſtertienſium, & Benedictinarum Monialium, non ſunt propria Prælata, n. 10.
Quinque conditiones ut licitè mulieres ſæculares habitent Monaſteria Monialium, n. 10.
Domicilium immutabile, quod ex jure, n. 10.
Quale dictum originis domicilium, n. 10.
Voluntas permanendi in loco quomodo influit in domicilium, n. 10.
De Privilegiis localibus, & perſonalibus, n. 11.
Eventus de Moniali profeſſa in Religione Sancti Joannis Baptiſta exiſtente curationis cauſa inter Clariſſas, n. 11.

De Hoſpitalitatis titulo ad domicilium, n. 11.
Ad iſtud quid ſi animus ſit ambiguus, n. 11.
Præciſa Hoſpitalitatis, non parit domicilium, n. 11.
Caſus de Parrocho an fregerit clauſuram, n. 12.
Sæcularis fæmina clauſuræ fractrix ex ſimulato languore, n. 12.
Declaratio Epiſcopi in cauſa fractionis clauſuræ, n. 12.
De Novitio moriente inter conſanguineos, n. 12.
Diana, quoad quartam funeralem, n. 12.

1. VESTIGANDUM occurrit an cenſenda illa fæmina inducta in Conſultatione familiaris illius Monaſterii in quo obiit, nam ſi id convincatur totum patebit ex aſſignatis à Miranda tom. 1. ſuo Manuali Prælatorum, quæſt. 49. art. 1. §. Sed pro familiaribus ubi cõmemorat à Clemente IV. conceſſum, ut qui de ſuo Conventu familiares ſunt, ſuſcipere Sacramenta Eccleſiaſtica poſſint à fratribus independenter à Parrocho, & cum ab hac vita decedunt ſimiliter in Conventus Cimenteriis ſepeliri, quæ Bulla refertur in Monumento ordinis Minorum, eſtque in ſerie 315. oritur tamen quæſtio quia diploma clementinum utitur voce, *in obſequiis*, utrum tantum loquatur de famulis, an etiam comprehendat familiares. Pellizarius tom. 2. ſui Manualis regularis tract. 8. cap. 1. ſect. 4. n. 75. *Nomine famulorum, ac familiarium hic intelligi illos omnes qui expenſis alicujus Monaſterii commenſales continuè exiſtunt.* Pro qua parte fæmina illa defuncta familiaris dici nequibat illius cœnobii Monialium, cum ejus expenſis non aleretur, & proprio peculio alimenta ſemper ceperit; Bene verum eſt commenſalem appellari conjectatur, quatenus ſignificatur à voce commenſalis, quæque perſona habitatrix domus Religioſæ v. g. ſine independenter ad ſui victum & veſtitum ſive ad alia percipiat alimenta à Monaſterii peculio, vel à proprio ipſius qui ibi habitat, n. 76. annotat. *Famulos & familiares regularium non gaudere omnibus Privilegiis quæ conceſſa ſunt regularibus quibus inſerviunt, ſed ſolùm aliquibus.* Inter Privilegia quibus ſuffragantur iſtud commemorat. *Cujuſmodi ſunt quod à præfatis regularibus independenter à Parrocho recipere poſſit Sacramenta, etiam Extremam Unctionem, & Eccleſiaſticam ſepulturam ubi deceſſerint in Monaſterio.* Pro eodem videtur ſumere famulorum & familiarium miniſterium in capiendum hoc Privilegium; à quo capite cum mulier illa nobilis defuncta Monaſterio non inſervierit non privilegiabatur inde exempta; ac ab alio; ex doctrina ejuſdem Pellizarii (eo tom. 2. tract. 10. ſect. 3. ſubſec. 1. n. 233.) Vendicanda deciſio; poſtquam controvertit, quomodo cadaver aſportatum in tumulum peragendum, intra Monialium clauſuram, non à Parrocho defuncti comitandum intra eam, niſi ab earum confeſſario, ſubjungit argumentum. *Cum in tali caſu ingreſſus ſit neceſſarius, ne alioqui defunctus, ſepeliatur ſine precibus ac ceremoniis ordinariis & ex alia parte gaudente Monaſterio Monialium Privilegio exemptionis Parrochus proprius defuncti ſepeliendi non habeat jus ſupra cadaver exiſtens intra dictum Monaſterium, quippe quod ibi incipit eſſe ſubjectum dicto Confeſſario tanquam Parrocho proprio Monaſterii.* Quibus indicat quod eo ipſo quia inhibetur Parrocho ingreſſus ad clauſuram, idque competere Confeſſario tanquam domus illius regularis proprius Parrochus, dum ſæcularis ille amittit jus ſepeliendi propter introitum cadaveris in clauſuram & manſionem ergo ſi in ea languida ſit quæ ipſam habitat, & eget ex infirmitatis periculo Sacramentis Eccleſiaſticis deſtinatis ad eam horam, id non competet niſi confeſſario talis conventus, ſiquidem pariter currit illud quo jus amittitur propter conſtitutionem in clauſura penes defunctum corpus quoad officium ſepulturæ, ac quoad languidum periclitantem egentem viatico & extrema unctione commorantem quoquomodo ſit intra clauſuram, neque cogendus eſt ut ab ea deducatur, ſive domicilium in ipſa, ſive hoſpita exiſtat ſive caſualiter infirmetur; Diana parte 9. tract. 7. reſol. 62. in propriis terminis de cœnabiorum regularium hoſpitibus veſtigationem movet; *An ſæcularis hoſpes regularium, ſi inter illos moriatur ſepeliendus ſit in eorum Eccleſia, vel in Eccleſia Parrochiali in qua ſitum eſt Monaſterium* Cum Peyrino (quem allegat tom. 1. de privilegiis conſul. Iulii 2. n. 95. & aliis) reſpondet *Tumulari deberi in regularium Eccleſia, cujus ratio eſt inquit §. verum quia Monaſteria regularium ſunt excepta à juriſdictione Epiſcoporum, & equiparantur locis poſitis extra diœceſim, ergo ſi decederet dictus hoſpes aliquo loco extra diœceſim nullum in eo haberet Epiſcopus & Parrochus locum.* Semel conceſſo antecedenti quod Conventus regularium, quia exempti à juriſdictione Epiſcoporum, equiparantur locis conſtitutis extra diœceſim veſtigium non manet minimum difficultatis; ſiquidem ſi mulier illa dum erat in diœceſi Cæſarauguſtana, v. g. mutaret domicilium conſtituens in diœceſi tiraſonenſi, & ibi infirmaret ad mortem, & tumulanda foret, nullam operam in eo gerere deberet Parrochus Cæſarauguſtanæ diœceſis, quia iam amiſit jus in illum Parrochianum, ergo ſemel conceſſo Monaſteria regularium equiparari locis qui ſunt extra diœceſim Parrocho illius mulieris inductæ in conſultatione non debebantur expenſæ pro laboritio adminiſtrationis viatici & extremæ unctionis, neque quarta funeralis ſolvenda illi erat.

2. Ratione eadem confirmatur, qua movetur Pellizarius eo cap. 10. n. 133. §. quod ſi ad firmandum confeſſario Monaſterij competere munia exercendi quæcumque ordinantur ad horam mortis, & poſt eam in ſepulturam mulierum ſæcularium quæ elegerunt Monialium Monaſteria, & puellarum quæ educationis motivo in eo commorantur, cenſens cum Sancio quod toto tempore in quo talium Puellarum durat educatio, proprium ipſarum domicilium eſt Conventus, ad differentiam fæminarum quæ ibi caſualiter infirmantur, ut præſupponit eo n. 235. Vaddo, in quo eventu quia intrant ſine animo permanendi non mutant domicilium ex caſualitate; ideo ſaltem expenſæ pro laboritio, deberentur Parrocho & quarta funeralis Parrochiæ; his diebus in hac urbe cæſarauguſtana occurrit eventus; contigit inpreſſam matronam quandam nobilem in quodam ſantimonialium cœnobio ſociata aliis eiuſdem ingenuitatis, ex indulto apoſtolico ſibi conceſſo; una earum de repente ſpaſmum paſſa, à paucis iſtantibus in ſincopem vertitur, vocantur Medici, qui decreverunt periculum urgere vitæ, ſi moveretur à lecto in quo jacebat, a ſpaſmo reſtituta in ſenſibus inſtabant dicti Medici, adminiſtrandum ei viaticum, & extremam unctionem; utrumque præbetur ei à Monaſterij confeſſario & Parrochus conquerit de facto indèpendenter à ſuo beneplacito ante loci antiſtitem, qui Theologos vocans in varias ſententias dictamina produxerunt; aliqui allegabant ſequentes ex Pellizario clauſulas in favorem Parrochi. *Si contingat aliquem in Eccleſia Monialium exteriori ex improviſo incurrere periculum mortis, extrema Sacramenta ei conferre debent non à confeſſario Monialium, ſed à proprio Parrocho illius, cum in tali caſu juriſdictio dici poſſit ipſi collata à jure etiam in illo loco erepto, & alias Parrochus habeat jus in ſuum ſubditum quandiu non mutat Domicilium.* Ergo licet infirma caſualiter ægrotaret intra clauſuram cum non mutaret domicilium a jure vide-

batur licentiari Parrochum ut in illam ingrederetur ad adminiſtranda ſuæ ovi extrema ſacramenta; advertebant tamen ex eodem Pellizario aiente cum Baldello *Parrochum in tali eventu teneri petere ab Abbatiſſa facultatem miniſtrandi.* Ne præjudicium paretur loco exempto, inde à fortiori ſimilis licentia exoranda, ſi infirmetur fæmina ſæcularis intra Monaſterium; de quo eventu idem Pellizarius. *Si quis intra Monaſterium Monialium incurreret periculum mortis, hunc ego puto debere recipere viaticum, & extremam unctionem non à confeſſario Monialium, ſed à proprio Parrocho per ſe loquendo, niſi ſcilicet periculum ſit in mora.* Periculum autem non erat in mora juxta Medicorum relationem, & ita hi Theologi culpabant confeſſarium & pro parte Parrochi erant; contra quos alteri innixi doctrina Dianæ præmiſſa, quod Monaſteria regularium excepta equiparantur locis poſitis extra Diœceſim, ritè & legitimè factum à confeſſario cenſebant; eſſe fundantes in illa juris regula (quam ſi caſus peteret diffunderem) *Idem operari jus radicatum, & privilegium circa aliquod conceſſum*; & ſi eminentiori modo illud operationem deducat ac hoc; & quia occaſio ſe offert exemplo Theologico me explicabo; in ampliandam devotionem ad conceptionis Marianæ immaculatæ myſterium; iure exigentiæ caruit Chriſtus peccato originali, & debito contrahendi illud; redemptionis præſervativæ privilegio caruit Deipara peccato originali & debito; eminentiori modo in Jeſu hæc excellentia colitur; ſed idem quod operatur ex jure in uno, à privilegio veneratur in altero; igitur quamvis concedatur à privilegio ea exceptio de Monaſteriis regularium effectus idem cauſabitur, ac ſi à jure eſſet exemptus locus; ſed ſi à jure eſſet exemptus, confeſſario competeret illa extrema Sacramenta adminiſtrare; ergo ex privilegio, ad illum attinebit: non ad Parrochum ea adminiſtratio: diſcrimen enim effectus orti à privilegio, ac à jure ſolum ſtat in hoc quod jus indicat antecedentiam, & independentiam; at privilegium ſignificat effectum de conſequenti & de priviligiantis omnimoda dependentia, ac gratia.

3. Quia non verſamur in hoc caſu penès uxoratam divortiatam, cum vel perpetuo, vel aſſiduam fixerit in Monaſterio ſuam habitationem, quidquid fuerit de diſſidio Theologorum quod propoſuimus, ne indagare oporteat an fæmina in conſultatione poſita domicilium amiſerit in propria domo, & iſtud acquiſierit in eo conventu ad quem ſe recepit; ut loquamur cum Pellizario qui in alio eventu de caſuali infirmitate ſtetit tantopere in favorem Parrochi, contra confeſſarium; eum citatum audiamus inquirit; *An caſu quo fæmina ſæcularis ingreſſa Monaſterium, animo ibi perpetuo degendi, moriatur, expectet ad confeſſarium Monialium ei adminiſtrare ultima ſacramenta, aſſociare cadaver quod forte ſepeliendum eſt extra Eccleſiam Monialium, & lucrari quartam funeralem cum aliis juribus Parrocho venientibus intuitu ſepulturæ.* Caſus iſte, conſultus eſt, nam mulier uxorata domicilium ſuum fecit in Monaſterio, non tantum durante divortio, verum, & ipſa promittente nuſquam à Monaſterio egreſſuram, ſi imo & efficaci propoſito permanendi in eo uſque ad mortem, quantumcumque vidua conſtitueretur: quod propoſitum firmabant uniformiter pluſquam viginti conteſtes, ſepius id ipſum ab illa audiviſſe, licet actu Notarii renueret id atteſtatum, forraſſis præveniens (ut explicuerat ipſa) tam urgentem potuiſſe ſibi contingere eventum, quod ſalutis cauſa, ſeu alio motivo opus foret alteram ſibi habitationem eligere; aut qualiter duæ eius benevolæ amicæ teſtificabant, ne nimis, ſine hac dependentia ac cum illa inſpiceretur à Religioſis, eaque propter non tam ut ſperabat ſibi affuturas obſequentes; non imprudenter ſe gerebat, nam in hoc orbe deficiente dependentia non tam benevole tractamur, etiam ſi inſtent cauſæ in appreciationem, ac quando illa intercedit, at nulla monialis fuit teſtificans, animum habuiſſe mutandi domum, à quo ſic à Pellizario fieri ſatis poterat inquiſito ut ſcribat; verſiculo, reſpondeo. *Expectare omnia ſupradicta ad confeſſarium Monialium cum Monaſterium Monialium competat non ſolum exemptio perſonalis, ſed etiam localis, & fæmina illa ſæcularis illud ſibi eligendo in domicilium effecta ſit de ovibus confeſſarii præfati Monaſterii, qui proinde tanquam Parrochus illius erga ipſam poterit excedere Parrochialia modo dicto; præterquam quod à quo viventes recipimus Sacramenta ab eodem poſt mortem debemus recipere ſupulturam & conſequenter ipſe à nobis recipit jura Parrochialia ſeu effectus dictorum jurium ſicut ergo fæmina illa vivens recipit Sacramenta à confeſſario Monialium tanquam eius Parrochiana, ſic poſt mortem ab eo debet recipere ſepulturam, & ille lucrari ab ea jura Parrochialia cum vero ſit eius Parrochus, habeatque in illam juriſdictionem ordinariam; non autem ſolum delegatam. Quæ doctrina à fortiori procederet in caſu quo fæmina ſepelienda eſſet in ipſa Eccleſia Monialium ſive interiori ſive exteriori, idque ratione acquiſiti domicilii.* Tantum facit domicilium acquiſitum; in reſolutionem, quam de eodem proponit Diana 9. parte tract. 7. reſol. 62. §. ſed hic adverte quod ait. *Apponam hic pulchrum dubium; an ſæcularis fæmina exiſtens in Monaſterio Monialium ſi in fine vitæ velit ſepeliri extra Eccleſiam Monialium expectet ad Parrochum vel ad confeſſarium Monaſterii aſſociare cadaver & percipere quartam funeralem & alia jura ratione ſepulturæ: hic caſus accidit Panormi nam cum in Monaſterio ſanctæ Catarinæ uſque ad ſenectutem vixiſſet fæmina nobiliſſima voluit poſt mortem ſepeliri in capella maiorum exiſtente in Eccleſia ſocietatis Jeſu.* Vrgentior eſt noſter eventus, ſi in illo attinuit ad confeſſarium quarta funeralis & alia jura efficatius in noſtro.

4. Duo ergo probanda ſunt; unum exceptionem regularium à Parrochia fore localem; & videtur tam patenter notum quod paritate conſtat; præcipua ratio qua famuli & familiares Monaſteriorum privilegiantur ut independenter à Parrocho tam in vita, quam in morte adminiſtrentur ipſis Sacramenta, & provideatur eis ſepultura, quarta funeralis indebita Parrocho, eſt, quia gaudent privilegio loci eo quod in illo tenent domicilium; ergo quotquot eadem ratione tenent domicilium ſuffragabuntur eo locali privilegio; ſed eadem ratione fæmina illa nobilis habebat domicilium in illo Monaſterio, ac famuli & familiares eius, ergo eadem ratione ſuffragabantur à Monaſterii privilegiis localibus; minor probabitur ex Azore mox dando, qui proprie domicilium non conſtituit eo quia loci expenſis alimentetur quis niſi in hoc quod familiam ſuam alicubi conſtituat animo permanendi in eo territorio ſeu loco. Inde alterum examinandum; utrum obſtaret divortium ad hoc, ut domicilium diceretur. Advoco Pelleziarium citatum ſubnectens. *Nobiſcum ſentire Bordonus à me conſultus, id inde probans quod ad acquirendum jus paſſivum Parrochiæ, vel quaſi Parrochiæ, & conſequenter ad Sacramenta, ac funus, ſufficit ſola habitatio majoris anni parte, etiam ſine domicilio, teſte Innocentio in caput omnis diſt. 12. de pœnis, cum iura in ordine ad prædicta ponderent habitationem non autem domicilium.* Hoc abundabat in approbandum factum confeſſarii, & convincebat rite operatum ab eo nec ullum præjudicium cauſatum Parrocho, quandoquidem maiori anni parte habitaverat defuncta ſine

Digitized by Google

intermiſſione animo ibi permanendi in Monaſterio; ſed in ampliorem ſoliditatem, aſſignandum diſcrimen inter domicilium, & meram habitationem, ut quaque parte inſpiciatur jus confeſſarii, & injuſta appareat Parrochi quærimonia. Azor tom. 3 ſuarum inſtitutionum moralium lit. 13. cap. 15. §. ita cenſetur, *Domicilium dicitur ubi quis habet rerum ſuarum ſummam, id eſt magnam partem, vel larem ubi familiam conſtituit, l. cives, cod. de incolis lib.* 10. Disjunctivam adverte: ergo quia fæmina illa larem ubi familiam tenebat conſtituit in conventu, quamquam ſummam ſuarum rerum alibi teneret, apud cænobium cenſeri debuit conſtituiſſe ſuum domicilium; & proſequitur conformiter ad disjunctionem, *Vel ad domicilium ſatis eſt alterum iſtorum nimirum ut quis alicubi lares conſtituat, hoc autem tunc accidit quando quis familiam ſuam alicubi conſtituit animo habitandi perpetuo vel aſſidue, non tamen ſi conſtituat iterum inde diſceſſurus; hoc enim non facit incolam, ſed peregrinum ut ait gloſſa in legem cives citatâ, vel ſatis eſt ad domicilium ut quis rerum ſuarum ſummam id eſt magnam partem alicubi habeat, non autem requiritur ut habeat maiorem partem ſuorum bonorum; ſatis eſt ut non habeat alibi plus rerum ſuarum; gloſſa in legem cives citata; quod ſi quis nihil habeat, ſatis eſt alicubi perpetuo, vel aſſiduo commorari: l. ſenatoris cod. ubi ſenatores* Sed in eventu conſulto utrumque concurrebat: & maior pars bonorum quæ ſub dictionem fæminæ uxoratæ obtigerat in Monaſterium ducta fuiſſe dicebatur, perpetuaque habitatio promiſſa teſtificabatur ab ipſa, durante divortio, aut diſſoluto matrimonio per viri mortem vidua; familiamque ſecum duxit in tribus ancillis famulantibus eam; ergo nihil reſtabat nec ab ulla parte opponi poterat domicilium non tenuiſſe in Monaſterio, à quo ſuffragabatur in accipienda ſacramenta extrema, & poſt mortem cadaveris ſepulturam à confeſſario eius conventus, proprio ipſius Parrocho, qui non præiudicabat in eo miniſterio ullum, eum muneri ſuo id incumberet.

5. Si dicatur in eo Monaſterio tantummodo tenuiſſe poſſeſſionem habitandi pacificam, nec aliud cogitari poſſet in muliere uxorata ſubjecta marito adhuc in divortio, ut quoties ipſi placeret & decretum iudicis competentis provideretur tenebatur mutare habitationem, à qua præciſe loquendo, non oritur domicilium, l. libertus §. ſola ff. ad municipalem, fatebor præciſam & moram habitandi poſſeſſionem, niſi concurrat una earum rationum aſſignatarum videlicet aut tenere ſecum ſummam vel majorem partem bonorum, aut aſſiduo manere inde interpretandum venit, quod decernitur lege nihil intereſt ff. de capturis, & in poſtliminio reverſorum, ubi perpetuitas indicatur requiri ad hoc quod quis domiciliari dicatur; loquitur enim de una ex ſpeciebus domicilii; nempe de ea, quæ non amitti dicitur, & vocatur perpetuum domicilium; non autem de altera ſpecie vocata temporalis, ſeu mutabilis domiciliatio, l. domicilium; ff. ad municipium, gloſſa in dictam legem, domicilium verbo eodem; annuo Bonacinæ tom. 1. diſp. 8. de Sacramento ordinis quæſt. unica puncto 4. n. 10. aiente *Animum manendi per aliquod tempus in aliquo loco non ſufficere ad conſtituendum domicilium, alioqui ſcolares illud contraherent in ea civitate in qua ſtudiorum intuitu, decernunt ad ſex vel decem annos commorare*; quia caſus eſt curioſus, ab hac doctrina decidendus, & occurrendum objectioni efformandæ in dolo quem divorciata poterat tenere ad Monialium captandam benevolentiam, dum fraude fortaſſis promiſit nuſquam ab eis diſceſſuram, nec ſuſpicio carebat fundamento, renuens illa ſponſionem firmare, aut juramento, vel Notarii teſtificatione ſub titulo *de eo qui dolo deſiit poſſidere* Caramuel tom. 1. in Theologia fundamentali fundamento 41. n. 1252. hæc habet *Petrus volebat ducere in uxorem Arnaldam & monetur à conſiſtorio Parrochi ob cauſas iuſtas, ne illos copulet: obedire non volunt, adeunt Parrochum ſponſi, reiiciuntur; adeunt Parrochum ſponſæ, & etiam reiiciuntur. Quid remedii Petrus mutat domicilium ad aliam Parrochiam, & quia huic Parrocho nihil erat injunctum coram illum celebrant nuptias. Petronilla ſuffuſa lacrimis conſiſteriales adit & illi ſedentes pro tribunali pronunciant prius domicilium dolo relictum, adeoque huius regulæ vi Petrum pro poſſeſſore haberi debere; inferunt matrimonium initum coram alieno Parrocho, ac propterea invalidum eſſe.* Verum bene legitime, & rite pronunciatum, ſecundum ſententiam probabiliorem juxta quam tenetur iudex pronunciare, relicta minus probabili (præcipuè poſt damnatam illam propoſitionem ab Innocentio XI. quæ in ſerie eſt ſecunda & ſic habetur. *Probabiliter exiſtimo judicem poſſe iudicare iuſta opinionem etiam minùs probabilem*) ad me non pertinet examinare, ſed argumentum efformare ex fundamento in quo nitebatur ſententia ad declarandum alienum Parrochum, ideoque nullum matrimonium ex doloſitate qua Petrus domicilium mutavit ad ducendam uxorem Arnaldam; ergo comperta doloſa promiſſio in fæmina divorciata de habitando Monaſterio in perpetuum, peregrina ſeu hoſpita cenſenda, dum ibi manſit non aliter ac ſcolares ſtudiorum cauſa commorantes in oppido ubi eſt academia. Si aliquo inditio cum fundamento in re probaretur doloſe factam ſponſionem de perpetua manſione in conventu, concluderet paritas; à nullo tamen medio oſtenditur fraude datam promiſſionem, nam frivolum eſt quod allegatur peractam in captandam benevolentiam Monialium; quid intereſt unum ex finibus hunc eſſe, unde probatur contrarium tenuiſſe in mente; nam à renitentia nolentis jurare, vel actu Notarii firmare permanentiam, non colligitur fraus, niſi prudentiſſima cautela præveniens fortuitos caſus, qui eveniri poterant, aut in defectu ſanitatis vel aliorum conducentium ad aliquod divinum obſequium; & ad ſummum dici poterat voluntas permanendi conditionata quæ non tollit domicilium, alioquin nullus Religioſus iſtud teneret dum ſemper ſub conditione quod à ſuperiori non mutetur de familia alibi, voluntatem tenet permanendi.

6. Convenerunt quoad domicilium in Monaſterio ex aſſignatis argumentis, & nihilominus ipſi fateri renuebant ad Parrochum ſæcularem pertinere omnia illa tanquam extrema Sacramenta quam ad ſepulturam, eo quia antiquum domicilium in domo propria mariti non amiſit, ſiquidem compatibilia fore duo domicilia, plauſibile eſt, & principalius debet prævalere: qualiter magis præcipuum videbatur propria ſponſi domus ex Azorio §. item poteſt ſcribente *Poteſt quis habere domicilium in pluribus locis leg. aſſumptio §. viris prudentibus ff. ad municipalem, & cap. ex parte de foro compet; ut puta ſi quis in duobus locis æqualiter fuerit inſtructus, id eſt æqualiter quæ ſunt ad rem domeſticam neceſſario collocaverit, l. eius. 2. §. cenſus ff. ad municipalem, alioqui, ſi in uno loco maiorem partem ſuarum rerum habuerit ibi cenſetur domicilium habere l. ſenatores ſupra citata*, ſed in mariti domo maiorem partem ſuorum bonorum habebat illa uxor divorciata recedens ad Monaſterium; ergo vel in iſto hoſpita fuit, aut coartando in eo ſibi domicilium, cenſendum erit duplex tenuiſſe, & principale in domo ubi habitabat maritus: ergo tenebatur accipere Sacramenta & ſepulturam ab illo Parrocho in cujus territorio erat

Digitized by Google

domus, non autem à confeſſaria innumera includit falſa præſens ratiocinatio, ut liquet ex ipſa voce, & ſignificato ipſius dictionis, *divortio*, de qua, unde dicatur, & de differentia eius, à repudii libello quid dupliciterque apud Romanos qua forma & quibus cauſis gerebatur, ſtractat Thomas Sanchez tomo 3. de matrimonio lib. 10. an 1. & quo pacto inter Sarellites non autoritate propria niſi judicis ſententia peragendum ſit divortium variè edocet Caſtro Palao tom. 5. diſp. 6. per totum punctum 6. ſub hunc titulum quem movet de diſſolutione matrimonii, quoad thorum & habitationem; quo pacto ea diſp. 1. Sanchez n. 1. ait, *In hac acceptione communiter uſurpatur apud Theologos*; igitur ad hoc ut ſit divortium diſſolvi dedet habitatio inter conjuges; ergo manente viro in propria domo, & recedente uxore in conventu hæc habitatrix propriæ domus viri cogitari nequibat, & diſſolutam fatendum habitationem eius in illis ædibus; ergo cum domicilium eſſe nequeat in loco in quo diſſolvitur habitatio, caruit domicilio in ea domo fæmina illa divortiata. Ad illud de majori parte bonorum mulieris in loco ubi habitabat maritus, diſtinguendum videtur; ibi tenebantur per merum depoſitum, ſeu fideicommiſſum tranſeat; abſolutè, nego; ut conſtitueretur enim domicilium ab eo capite requirebatur abſolutè loquendo ibi retineri bona; plurimi enim non ubi domiciliantur omnia in quibus ditantur, abundat igitur ut ab eo domicilium inferatur, ibi retinere tenent: quæ compatibiliter in propriis domibus habere queunt; ergo ad hoc quod cenſeatur locus proprium domicilium ſufficit & abundat ſecum tenere ea bona quæ regulariter illud arguunt, ſed in Monaſterio hæc habebantur à muliere illa; ergo ibi tenebat proprium domicilium; nec hoc renuo in duplici loco compoſſibile; at in eventu conſulto negandum eſt duplex fuiſſe; in id facit quod tractat Bonacina pun. 2. allegato n. 5. *Poſſet aliquis inquirere cui debeatur portio canonica, ſeu quarta emolumentorum in funerali, quando quis moritur in ſua Parrochia, aut extra Parrochiam, ut ſi quis moriatur ruri, vel profectus fuerit cauſa recreationis, vel negotii.* Inquiſitum vertitur in hoc exemplo: Antonius ſuum tenet domicilium in hac urbe Cæſaraguſtana, & negotii motivo pergit in civitatem jacentem, ubi ultimam horam claudit; diſputatur cui ſolvenda eſt quarta funeralis, Parrocho ne Cæſaraguſtano, vel jacenti Parrocho; & licet ſit diverſus eventus ac poſitus in conſultatione, plurimum facit in argumentum quod debita non erat quarta funeralis Parrochiæ illius mulieris.

7. Argumentum deſumitur à paritate ſic: non ſtante divortio nequibant tutâ conſcientiâ non cohabitare ſimul fæmina quæ ſe reduxit in Monaſterium, & ſponſus cui nupta erat, ritè & valide, tria pronunciata Thomæ Sanchez tom. 1. de matrimonio lib. 1. diſp. 31. hic inducenda: unum n. 1. *Uxor tenetur maritum alio migranti ut transferat domicilium & n. 2. Hoc adeo verum eſt ut contraria conſuetudo tanquam iuri divino adverſa, nihil proſit* Quibus in verbis inſinuat, quod non ſtante ſententia judicis legitima qua ſequeſtrentur, vel divortientur uxorati, tum proclivis deber eſſe mulier maritata in non relinquendum ſponſi ſodalitium, quod nulla conſuetudo contraria, ſive ſit univerſalis, ſive particularis ſufficit ad præſcriptionem ad hoc quod tutâ conſcientiâ, volente marito ipſius ſponſa non mutet ſecum domicilium; cum juri divino adverſetur; & n. 5. tertium iam epilogat. *Aſtringi uxorem præcepto comitandi virum, qualitercumque velit transferre domicilium*; à contextura patet tale præceptum divinum eſſe inhibitum in eo quod inſtituente Domino contractum maritalem intra Adamum & Evam ſubjungitur Geneſis 2. v. 24. *Quam ob rem relinquet homo Patrem ſuum, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una*; quem textum citat Apoſtolus, prima ad Chorinthios 6. v. 16. ut convincat vinculum ſpiritus humani cum Domino; at non eſt ita aſtricta hæc divina lex, ut pro ſemper obliget maritatos, & aliquando non ceſſet occurrente obſervantia maioris boni; v. g. quando de communi conſenſu in obſervantiam zelibatus conveniunt in diverſis domiciliis; vel intuitu vitandi aliquod majus malum, committitur ſeparatio thori judici legitimo, at abſque gravi periculo animæ, vel corporis nequeunt conjuges ſimul non habitare; ſi contingat uxorem in lenocinium excitari à marito, vel ſi ſponſa illius ſævitiam experiens metuat vitæ inſidias ſibi parari, vel aliud grave damnum moliri, tunc, non autoritate propria, niſi in mora ſit periculum, ſeparabilis & habitatio, cap. litteras de reſtit. ſpoliator, cap. ſignificaſti de divortio, eas porro; videndus Baſilius Ponze legionenſis lib. 9. de matrimonio cap. 23. n. 7. ubi ex Abbate indictum caput, litteras, & gloſſa in caput de benedicto 32. quæſt. 1. reſolvit marito non reſtituendam fore conjugem dum timetur damnum irreparabile à reſtitutione reſultandum, de quo optimè Gutierrez lib. 1. canonicorum quæſtionum cap. 24. n. 9. & quia verſamur in Monaſterii domicilio, non inficiat eodem pacto philoſophandum; quamquam currat ſine dubio illud quod in praxi Ricius annotat deciſione 42. domum paternam vel maternam in cauſa divortii, pro muliere divortiata perferendam eſſe conventui, & adverrendum cum eodem Gutierrez quod etſi jura loquantur ſolum de fæminis comprehendunt etiam viros, qui earum ſævitiam cautelant; nam ut exprimit legionenſis, textus ſexum muliebrem ſpecificare; quia frequentius in illas viri ſæviunt ac è contra; ita præmiſi ut hanc deducerem conſequentiam; ergo in caſu quo per judicis ſententiam ſeparatur uxor à marito, ſponſa aliud adquirit domicilium in eo loco ubi decernitur perpetua, ſeu aſſidua illius habitatio; ſed uxori divortiatæ propoſitæ in conſultatione, aſſignata fuit habitatio à judice in Monaſterio; ergo ibi tenebat domicilium; cedeat Bonacina in ſolutionem inquiſiti quod propoſuerat de defuncto in diverſa Parrochia, clauſulæ eius ſunt. *Deberi Parrocho illius loci in quo mortuus habebat domicilium, ſeu recipiebat Sacramenta; cap. cum quis de ſepulturis in 6. & hoc verum etiam ſi elegerit alibi ſepulturam, relicta Eccleſia in qua majores ipſius ſepeliri conſueverunt.* Recipiebat divortiata cum viveret in ſanitate à confeſſario Sacramenta, exibat ne à clauſura, ut tempore paſchatis præceptum adimpleret de annua confeſſione valida, & communione non ſacrilega (ut loquamur conſonè ad decreta Alexandri VII. & Innocentij XI.) ergo ſi à regulari tanquam à proprio Parrocho intuitu domicilii hæc in vita acciepiebat Sacramenta; & iſta extrema, poſt mortemque ſepulturam idem Parrochus illi adminiſtrare ex officio debebat, nec alteri ſolvenda quarta dicta funeralis, recognoſcendus de eo Garcia to. 2. in politica regulari tract. 8. dif. 3. p. 2. qui p. 1. inquirit an illa debeatur de legatis relictis Monaſterio.

8. Objicies puellæ quæ educandæ traduntur Monaſteriis Monialium, & in habitu mere ſeculari in illo habitant, ſacramenta dum vivunt accipiunt à Conventus confeſſario, & tamen in ultima capienda inſtituta pro hora mortis, inſimul & in ſepulturam earum ius tenet Parrochus adminiſtrandi; quia ex præciſa educatione non domiciliantur illæ in cænobio, nec hic caſus expreſſus in quindecim exceptionibus, quas recenſet Lezana, tom. 2. ſuæ ſummæ verbo *quarta funeralis* n. 10. unde Parrocho illa non debetur; aliàs computatur Monaſterium talium iuven-

cularum

Digitized by Google

cularum domicilium, quia non aſſignatur eis tempus permanendi; ergo quamquam fœmina divorciata in ſanitate exiſtens Sacramenta accepetit à Monialium Confeſſario eſlagitabat Parrochum ad ea ſuſcipienda quæ dicuntur extrema, ſeu ultima, & in obtinendam ſepulturam; capiendamque quartam funeralem à Parrocho, quandoquidem non aſſignatur tempus permanendi tali divorcitatæ, militat enim eadem ratio in ea ac in puellis, & ſicut iſtis educatio domicilium non dat ut à loco ſuffragium capiant in eo nec divorciatio præſtabit; urgetur antecedens ab his quæ relatus Pellizarius tetigit v. quod. *Si fæmina illa ſæcularis ingrediatur non animo determinato degendi perpetuo in monaſterio, ſed ut experiatur an ibi commodè poſſet habitare; & ſi viderit ita futurum habeat animum ibi perpetuo habitandi; ſed ſolum conditionatum, quia non ſufficit ad acquirendum domicilium.* Ergo ex mente hujus doctoris, intentio conditionata permanendi inſufficiens eſt, ut quis domicilietur in loco, qua ratione juvenculæ educationis ſcopo introductæ in Monaſteriis, quia ipſarum conditionata eſt tantummodo permanendi voluntas dum durat educatio domicilio ibi caret; ergo cum divorciata non aliud niſi conditionatum tenuerit permanendi propoſitum, cenſendum erit ibi non domiciliari: hujus conſequentiæ ſuppoſitum patet, per ea quæ maritus inſtabat in cauſa ſui divortii coram judice ordinario Diœceſis, repetens revocandum divortium, allegans rationes propter quas ſubſiſtere non valebat, inſtanſque providendas litteras in lite appellationis, quibus interpoſito Sanctæ Obedientiæ mandato, & excommunicationis majoris latæ ſententiæ aſtringeretur ſua uxor redire in ſui cohabitationem; quæ omnia arguunt intentionem permanendi in monaſterio tantummodo fuiſſe conditionatam, nec ullo pacto potuiſſe influere aliquid in conſtituendum ipſi domicilium; plura hic ſe offerebant pertractanda de ſimilibus conditionibus; ſed duo præcipua ſufficiant in ſolutionem; unum quoad puellas; & advertenda ſententia quædam quam citatus Lezana tranſcribit lata à loco tenente auditoris Sacræ Cameræ Apoſtolicæ in favorem Conventus cujuſdam Patrū Celeſtinorum, 20. Martii anno 1630. quam Rota Sacra etiam per id ipſum deciderat coram R. P. D. Pucipo, ſub titulo Tarentina quarta funeralis, die Mercurii 5. Decembris anno 1629. clauſulæ ſunt. *Et quamvis Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 23. in favorem Eccleſiarum & Privilegiis in contrarium conceſſis derogaverit; dum taxat loquitur de Eccleſiis exiſtentibus in poſſeſſione percipiendi quartam funeralem citra quadraginta annos, atque ita Privilegia Religionum quadraginta annos excedentia non comprehendit, ut S. D. Pius V. expreſſit, & Sacra Congregatio Concilii ſæpe declaravit.* Quid patentius, ergo circà quadraginta annos debebat Parrochus probare poſſeſſionem percipiendi quartam funeralem, quod non probabat; & ideo neque in puellis nec in caſu conſulto urgere videbatur quod intendebat: etiam conceſſo illud quod proponitur de domicilio non acquiſito in uno & altero evento.

9. Verùm tamen quia ex Pellizario arguitur, cum audiamus quid ſenſerit penès puellarum habitationem in Monaſterio quando educationis ſcopo ibi ſunt, ait. *Quippe quæ jus acquirunt quaſi domicilium, adeoque fiunt Parrochianæ dicti Monaſterii, juxta probabilem doctrinam;* ergo ſentit quaſi domicilium, acquiſitum educatio probabile dat jus ut Parrochianæ cenſeantur tales juvenculæ illius Monaſterii, in quo commorantur etiamſi permanentia ſit conditionalis, & penès eas legitimè adminiſtrari à Confeſſario Sacramenta extrema in periculo vitæ & poſt mortem cadaveris ſepultura; acquireretque Conventum jus in quartam funeralem, non autem parrochus ille in cujus territorio eſt domus paterna earum; igitur quamquam divorciatæ non concedamus, niſi quaſi domicilium, veroſimili probabilitate uſus fuit confeſſarius, qui nullatenus reprehenſibilis erat, ſiquidem nihil tritius inter doctores, nullum objurgabilem fore, dum operatur ex doctrina probabili; bene verum eſt addere Pellizarium in probabilitate, quam aſſeruerat. *Quamvis de dictis Puellis ſuſtineri poſſit etiam opinio oppoſita.* Quo arguitur quod ſi contingat neque culpandus erit Parrochus ſæcularis, & libranda eſt in pondere ſeu ſtatera quæ illarum ſententiarum eſt probabilior, & ſtandum ſententiæ judicis, in cujus optione non erit judicare niſi pro parte opinionis quæ majorem probabilitatem teneat juxta ſtabilita à Sacra Congregatione Cardinalium in propoſitionibus quas condemnavit 2. Martii 1679 in ſecunda de ſerie: Age ne divagemur ipſemet Pellizarius fundamentum dat in evacuandam objectionem excogitans in humanis actibus duplicem conditionem, loquiturque ita. *Dici ſi ſit conditionatus* (ſupple conſenſus perpetuo habitandi vel aſſiduus) *conditione ſuſpenſiva*; ergo in propoſito diſtinguenda eſt conditio dicta ſuſpenſiva, ab alia quam vocat reſolutivam; proferens, *ſecus ſi ſit reſolutiva.* Pauciſque interjectis procedit. *Cum enim eveniente eo caſu reſolvatur ille animus ibi habitandi, ſignum eſt illum abſolutè & ſimpliciter proceſſiſſe non fuiſſe ſuſpenſum quoad perpetuitatem.* Remittitque ſe ad Sanzium in ſumma morali lib. 7. cap. 5. n. 59. & deinceps; in explicanda hac utraque conditione ſtat totum robur. Igitur conditio ſuſpenſiva eſt quando animus abſolutè non determinatur, ſemperque manet anceps & ambiguus; loquamur in materia quam verſamur v. g. dum quis incola Matritenſis in eo oppido conduceret domum non determinando manſionem in ea; ſed decernendo ſi ſanitati meæ oporteat, manebo perpetuo; dum detrimentoſa mihi fuerit, diſcedam; hæc propriè conditio ſuſpenſiva; at dum fixè determinat ibi manere toto tempore quo examinandum eſt qualiter conducat, vel non conducat ad ſalutem, nuncupatur reſolutiva domicilii, quæ licet quoad indaginem ſit conditionata, penes habitandi propoſitum, dicitur abſoluta voluntas, conſenſus permanendi ſaltem aſſiduè abſolutus; quare etſi intentio dicta conſultiva prout merè conditionalis detur conſtituere non poſſe domicilium; quæ appellatur formaliter reſolutiva, quamvis aliqua ex parte conditionata ſit, nullo ex capite domicilio opponetur, atque ipſum non quaſi verè rigoroſè, & propriè illud ſtabiliet; inde juvenculæ educationis cauſa habitantes Monaſterium ad tenorem doctrinæ poſitæ, vel domiciliabuntur in eo formaliter & rigoroſè, aut non capient domicilium; cum autem divorciata conſenſum non tenuerit conditionatum ſuſpenſivum & fuerit in ea propriè intentio rigoroſè reſolutiva, etiam ſi ad tempus domicilium ibi acquiſivit.

10. Ad firmius me ſolidandum ſuppono declarationem Sacræ Congregationis Concilii Tridentini 31. Auguſti 1575. quarantą referente dictione. *Monaſteria Monialium* quæ ſic ſe habet. *Nullo Concilii decreto prohibetur quominus Puellæ in monaſterio educentur, ſi tamen ea monaſteria ante Concilium conſueverint hujuſmodi puellas recipere, ſique à ſuperibus Monaſteriorum ſcriptam licentiam obtinuerint, atque Abbatiſſa, ac reliquarum Monialium, conſenſus acceſſerit; tum verò hæ ipſæ puellæ, eo veſtitu in Monaſterio intromittantur qui virginali pudori. ac modeſtiæ conveniat, nullamque ſecum famulam adducant nec manere in eis poſſint niſi uſque ad ætatis ſuæ annum 25. atque in eis dum erunt, ſervent clauſuræ legem quam Moniales ipſæ;* & quia de iſtis puellis illicò proferam exemptione gaudere Monialium ab ordinariis locorum, oportet advertere, quod ut illas ſuffragent

Monaſteriorum exemptiones; quinque conditiones quas expreſſit Sacra Congregatio debent obſervari. Prima quod ab Abbatiſſa, & cæterarum Monialium conſenſu admittantur (ſub nomine Abbatiſſæ, Prioriſſæ etiam intelligitur in eis Monaſteriis in quibus eſt Prioriſſa omnium Superior quæ notatiuncula ponitur propter Moniales Benedictinas, & Ciſtercienſes, quæ ſuprà Prioriſſæ Preſidentium eſt Abbatiſſa, & ita conſultus de quodam Conventu Benedictino, in quo Prioriſſa conſenſum præbuerat ad admittendam juvenculam, dixi ibi non ſuffeciſſe; licet abundaret inter Dominicanas, Auguſtinianas, & Carmelitanas, in quibus Prioriſſa nullam aliamSuperiorem recognoſcit) ſecunda conditio ſtat hoc quod veſtimenta quibus tales puellæ induuntur Virginali pudore ac modeſtiæ conveniant: quo pacto fuit orta quæſtio inter certas Moniales, an liceret cuidam juvenculæ 14. annorum valdè depapilatæ, commorare ſic inter eas, & docti viri ſenſerunt illicere, quia ſimilis habitus Virginali pudori ac modeſtiæ indecere videtur. Tertia conditio, quod nullam ſecum famulam ſæcularem adducant; poſſunt tamen aliquam ad tempus eam tenere ſcopo & fine ut talis ancilla fiat Religioſa & contineet famulatum. Quarta conditio quod non excedant ætatem 25. annorum, nam ſi excedunt indulto Apoſtolico novo ad permanendum indigent: quia in ea ætate videtur completa educatio; ultima, ut ſervent tales puellæ clauſuram (quam ſi frangunt, in cenſuras latas contra Apoſtatas & fugitivos non incurrunt, licet in reatu quod non recipiantur iterum niſi per novum conſenſum Abbatiſſæ & Monialium) obſervatis igitur his quinque conditionibus, ex gloſſa in Clemen. I. de foro competentiarum, ſentit Laiman lib. 1. tract. 4. cap. 11. n. 3. quod quandiu tales juvenculæ ſunt in Monaſterio eximuntur à juriſdictione Epiſcoporum, nec aliter ac Moniales exemptæ ab ordinariis loci ſubjiciuntur; idem tenet Pellizarius to. 2. tract. 10. cap. 5. ſect. 4. n. 190. qui n. 191. conſequenter judicat, non aſtringi eas caſibus ab ordinario reſervatis; & n. 192. aſſerit privilegiis gaudere interdicti tempore, quibus Moniales ſuffragantur; hoc; quo alio? niſi quia in Monaſterio domiciliantur, & fulcitur doctrina ab ea quam ſupponit Thomas Sancius tom. 1. de Matrimonio diſp. 23. n. 4. diſtinguens domicilium originis à reo quod habitationis dicitur; illud appellat immutabile, L. aſſumptio ff. ad municipia. Iſtud autem quod à propria voluntate, & facto pēdet amiſſibiliſq; eſt prout limto, L. domiciliū ff. ad municipia; Menoch. de præſūpt. lib. 6. præſūpt. 42. n. 4. & Conſilio 10. n. 10. Si ergo habitationis domicilium ab eo quod eſt originis differt per hoc quod illud mutabile ſit, ly *perpetuo* non ſignificat immutabilitatem, niſi permanentiam dependenter à voluntate, dum non intrat conditio ſuſpenſiva in ambiguo poſitus animus niſi conſultiva compatibilis cum intentione permanendi abſoluta durante loci conſultatione; pro qua parte cum nulla ambiguitas interceſſerit in animo uxoratæ illius divorciatæ permanendi in Monaſterio, quamquam admittatur conditio conſultiva, ibi domiciliatur eodem pacto ac præmiſimus de Puellis educandis inter Moniales uſque ad ætatem 25. annorum; ergo exempta cenſenda erit à Parrocho ſæculari, & conventus confeſſario incumbet ipſi adminiſtrare extrema Sacramenta, & poſt mortem ſepulturam, nec quarta funeralis ad Parrochiam attinebit. Videndus Barboſa in collectanca Apoſtolicarum deciſionum, collect. 624. n. 1. & 2. præcipue hoc, quia talis Conventus probabat ex immemoriali, ut retulerunt conſulentes in poſſeſſione pacifica non ſolvendi Parrocho quartam funeralem de puellis decedentibus in eo.

11. Finem imponamus advertendo maxime illud de privilegiis quod alibi tetigi, & in hac conſ. n. 3. alia fore perſonalia Religioſis, altera localia pro quibuſcūque ibi domiciliatis, qua notatiuncula ceſſat ſcrupulus quem contra Hieronimum Rodrigez in compendium regularium quæſtionum reſol. 64. n. 1. efformavit Egidius Trullench, tractatu ſpeciali quem vocat de jure Parrochi, cap. 9. dub. 1. n. 5. ſcribens. *Talia privilegia ſi qua ſint (non enim illa adducit) ſunt abrogata per Gregorium XIII. ut tenet idem Lacruz* (de ſtatu Religioſo lib. 2. cap. 6. dub. 1.) *Et Doctores communiter, imo idem Conciliū, ubi ſupra derogat omnia privilegia diſpoſitioni dicti Cōcilii contraria.* Exiſtimo contra tenorem ſententiæ Rodrigez proceſſiſſe Trullench cum ille non loquatur niſi de famulis, familiaribus, commenſalibus, ſeu alias domiciliatis in Religioſorum vel Monialium cænobiis; de quibus privilegia tam patentia extant, quod nec in minimo apparet, ānt derogata à Concilio Tridentino vel in minimo ipſi oppoſita; quidquid in contrarium de pluribus Barboſa ſuclamet, nam ut bene advertit Lezana de collectanea Bullarum quas compilavit. *Nota tamen è collectanea ſuſpenſa eſſe à ſacra Congregatione ob incertitudinem plurium declarationum ſacrarum Congregationum quæ in eis habentur.* Videndus Carmelitanus in ſumma tomo 2. Verbo, Parrochus, & Parrochia regularis n. 6. diſtinguendum enim valde eſt de hoſpite commorante ſeu habitante in Monaſterio, ac de domiciliato ineo; imò etiam in linea hoſpitis non tranſibo eventum in curia Barbaſtrenſi à decem annis exagitatum; contigit enim quod ut quædam Monialis profeſſa Sancti Joannis hieroſolimitani Monaſterii regalis dicti Beatæ Mariæ de Sixena (quæ Moniales non vovent nec ſervant clauſuram, ſit à conſuetudine, ſit à ſpeciali privilegio eximente eas à Bulla Pii V. ſeu aliorum Pontificum, ſive decretorum Apoſtolicorum præcipientium Monialibus illam obſervare) curationis intuitu de licencia ſuorum ſuperiorum ſe conferret in dictam civitatem Barbaſtrenſem, & beneplacitum obtineret ut hoſpitaretur in Clariſſarum ejuſdem Urbis Monaſterio exempto à juriſdictione ordinaria loci, ſubjectoque ordini Minorum hujus Provinciæ Aragoniæ; & dum infirmaretur adminiſtrandumque ei foret viaticum ſacrum, orta fuit quæſtio, à quo accipiendum erat à prædicta languida Moniali; utrum à Parrocho, an à confeſſario regulari Clariſſarum; allegavit quod licet deficiente ipſius legitimo Prælato non ſuffragaretur à privilegio perſonali exemptionis, favebatur à loci privilegio in quo erat; hæc cum lis agitaretur decretum fuit ab antiſtite prædictæ civitatis quod egrotanti interrogaretur; utrum ſolum animum habuerit manendi inter Clariſſas hoſpicii titulo, vel intentionem tenuerit habitandi inter ipſas toto tempore quod duraret ſanitati reddendæ; cumque reſponderet fixum & determinatum nullo pacto ambiguum animum tenuiſſe exeundi, cum Doctiſſimus in jure civili & Canonico foret prædictus Epiſcopus decretum produxit, à confeſſario Clariſſarum adminiſtrandum ipſi viaticum; quia licet à domicilio originis proprii Conventus non faveretur, ſufragabatur à loco in quo, hoſpita non cenſenda, ſed reputanda domiciliata in eo, nec cogitanda, peregrina, ſeu mere adventitia, niſi vere incola ad tempus; à quibus deducitur diſparitas de his qui infirmantur in cænobio regulari, ac de illis qui famuli familiares commenſales, ſive domiciliati in Religioſorum vel Monialium Monaſteriis reperiuntur, principaliter in ea ſententia Azoris quam ex jure probavimus n. 6. de compatibilitate duplicis domicilii ejuſdem perſonæ.

12. Hoſpitalitas ergo formaliter & ex ſe nullum influit jus in Miniſtrum ex loco ubi hæc verificatur, velut

Digitized by Google

velut domicilium, nam eo ipſo quia domiciliatam conſtituit, ovem illius Paſtoris ſub cujus regimine ſpirituali ſtat tale individuale ovile, tali Paſtori dat jus in pabulum neceſſarium adminiſtrandum animæ per Sacramenta opportuna, ſive corpori, dum decedit ab hac vita prædicta anima, per ſepulturam cadaveri aptandam hincque infero qua æquitate in quodam eventu ſtatim recenſendo, valde doctus atque exemplaris proceſſit Epiſcopus requiſitus, ut Parrochum puniret ob clauſuræ fractionem, prudenter diſpoſuit declarationem, ad inſtructionem, quid faciendum ſit exemplar ponens; quædam mulier ſæcularis ob ſcandalum quod oriebatur de quodam illius amaſio & periculum ne occideretur in Monaſterium Monialium introducta fuit edicto ſenatus ſupremi Auguſti, ſub hoc decretum; quod ibi habitaret dum aliter ab eo Senatu non decerneretur; languorem ſimulavit prædicta inſolens mulier, ad amaſiumque ſcripſit ut quemdam Parrochum introduceret ad clauſuram intuitu quod ſuus Parrochus erat; quo animo Deus ſcit, non conſentientibus Monialibus inveniens januam regularem apertam ſeſe introduxit, clamans jus ab officio Parrochi incumbere ipſi ad ſatagendum de pabulo animæ illius ovis quæ infirmabatur, turbantur ſorores, interim vocatur confeſſarius Monaſterii, notuſque factus de eventu, ad Epiſcopum accedit, eumque docet de facto quærelam formans; ſtatim antiſtes ad Præſidem Senatus prædicti nuncium mittit ut pandat ipſi intentionem qua decretum prodiit: utrum fecerit aſſignare illud Monaſterium pro domicilio, vel tantummodo pro mero hoſpicio: audienſque pro domicilio aſſignatum, contra Parrochum proceſſit; carceri ſuo mancipavit, atque fractorem clauſuræ declaravit, & incurſum in cenſuras latas contra ſimiles delinquentes; ſimiliter & fæminam ſæcularem quæ dolo eum vocavit, & Amaſium qui illum introduxit; requirendo Prælatum regularem talis conventus ut ad damuſſin examinaret, an aliqua Monialis de ſuis ſubditis complex inveniretur in facto, ſicque reperta puniret inſimulque ab excomunicacione incurſa abſolveret; quia ex quo tenebat mulier illa domicilium in Monaſterio loci, privilegio ſuffragabatur nec erat de ovibus illius Parrochi; in robur advoco quod ex Bordono in Conciliis regularium tom. 2. reſol. 51. n. 206. ſcribit Diana parte 9. tract. 7. reſol. 62. prope finem. *Pro Novicio moriente apud conſanguineos, vel alios extra Conventum ſi in Monaſterio ſuorum regularium ſepeliatur non debetur quarta Parrocho ſub cujus Parrochia mortuus eſt, quia illa exigit ſolum reſpectu ſuorum Parrochiarum, Novicius autem non dicitur Parrochianus, quia in ejus Parrochia domicilium non habet; ſed incidenter in ea reperitur, & cenſetur ac ſi ibi non fuiſſet: qui enim reperitur in loco ubi brebi receſſurus eſt, non cenſetur ibi fuiſſe; capite divortium 21. diſtin. 1. de penitentia lib. 1. §. qui preſens ff. de Verborum ſignificatione.* Argumentor ita: non minus ſæcularis hoſpes caſualiter infirmatur in Monaſterio, ac novicius in domo ſæculari; ſed hujus hoſpitio non tollit à proprio regulari jus ſepediendi ex domicilio, quin hoſpitium Parrocho ſæculari influat jus ad acquirendam quartam funeralem pro ſepultura; ergo id ipſum cenſendum erit de hoſpite fortuito, egrotante in Conventu; igitur ſi hoſpes non eſt, niſi domiciliatus ad Parrochum nihil pertinebit. Ex quodam autore nomine Caratus (quem non vidi, nec attingere potui) lib. de jure Parroch. titulo 6. cap. 2. & tit. 7. cap. 12. recenſet Diana deberi quartam funeralem Parrochiæ domus in qua hoſpes mortem ſubiit Novitius. Tranſeat: ergo à contrario ſi in Conventu moriatur non debebitur; ergo quia fæmina propoſita in conſultatione domiciliata, neutiquam hoſpita, in Conventu ultimam clauſit horam, ad confeſſarium, non ad Parrochum pertinebat adminiſtrare ultima Sacramenta, nec expenſæ pro eorum laboritio, nec poſt mortem quarta funeralis ei debebatur; ſic ſenſi, &c.

CONSULTATIO L.

De Monialibus tranſlatis à ſuo Prælato in conſulto Papa vel nuncio in aliud ejuſdem Ordinis Monaſterium.

NON intuitu reformationis, ſed ut ceſſarent ſcandala aliqua, quidam ſuperior cœnobii Religioſarum, tres earum profeſſas, intempeſtiva nocte eduxit, & longe in alterum tranſmiſit ejuſdem ordinis Conventum, quia ita bono publico oppoortebat, in vitandum ingentiſſimum damnum quod inguerre, pluſquam probabiliter præſumebatur, fortaſſis, vitans, ne aliquæ earum in fugam ſeu Apoſtaſiam ſe darent, cumque poſtea reſidentia Officii à tali Prælato exigeretur, nam in ea Religione mos ſeu conſuetudo præſcripta in lege ſuorum ſtatutorum erat, quod viſitator de aliena Provincia mitteretur priuſquam compleretur triennium, atque exactiſſime geſta per totum illud tam Provincialis quam localium Prælatorum examinabantur, indicebantur enim in litteris delegationis, ut ſi aliquis fuerit Religioſus, vel Religioſa quærimoniam tenens adverſus eos ſuperiores de gravamine ſibi incuſſo produceret, in juſtitiam adminiſtrationem, ne ullus injuſte, aut violenter injuriaretur, cui fieret ſatis non eſſet; tres predictæ Moniales libellum juridice propoſuerunt de ſua violenta tranſlatione ex proprio Monaſterio in alterum ejuſdem Religionis: interrogatus autem accuſatus ſuperior, qua licencia Apoſtolica operatus fuerit in ea eductione; reſpondit quod nulla, ſed ſui officii munere & facultate ordinaria, nec factum aiebat ex ignorantia, quam fatebatur ſi adeſſet indigentia facultatis Apoſtolicæ ſibi culpabilem, craſſam, & vincivilem, ſiquidem erat eorum quæ ad ſui muneris officium expectabant; unde excluditur bona fides, aut invincibilis ignorantia excuſans; ſed tota conſideratione factum proferebat; & quia etſi clauſuræ votum diſpenſabile non ſit de licencia Sedis Apoſtolicæ eam intuitu officii tenebat ad illum individualem caſum; ideoque non curaſſe de alia obtinenda, aut ante vel poſtea à ſummo Pontifice, ſive à nuncio legato à latere in ea Provincia exiſtente; exhibitiſque fundamentis quibus nitebatur à judice legitimo in judicio contradictorio inſtantibus accuſatricibus, requirentibuſque ut in ſui Monaſterii domicilium reſtituerentur;

penſatis atque diſcuſſis ambarum partium allegationibus, recte factum pronunciatum fuit in favorem ſuperioris, qualiterque tuta conſciencia licuerit id ſupradicto prælato inquiſitum fuit.

SUMMARIUM.

LICENTIA *Apoſtolica ut monialis ſine fractione clauſuræ exeat ab eo, n. 1.*
Correctionis intuitu à proprio Monaſterio tres eductæ Moniales, n. 1.
Inconvenientia reſultantia monialibus à dictis correſpondentiis, n. 1.
Zelus ut amoveantur ab eis, n. 1.
Bulla Pontificia taxativa egreſſus monialium à clauſura, n. 2.
Bonum commune monaſterii in tranſlatione monialium, n. 2.
Dictamen Theologorum circa cauſas egreſſionis Monialium à clauſura, n. 2.
Strictioris ordinis aſſumptio, an legitima egreſſionis à clauſura, cauſa ſit, n. 2.
Nullitas profeſſionis monialis poſtquam valide profeſſa fuit ab Hermaphroditate, n. 2.
Negotia promptum requirentia remedium qualiter diſponenda, n. 3.
Cauſa ſeditionis, ſeu incorrigibilitatis monialis ut transferatur, utrum inhibita à ſacra Congregane, n. 3.
Concurrentibus appoſitis talibus declarationibus, cui ſtandum, n. 3
An decreta illius deciſiva ſint, vim legis tenentia, n. 3.
Recedente ſummi Pontificis approbatione deciſſivæ & leges ſunt, n. 4.
Praxis attendenda in legitima conſuetudine, n. 4.
Præcipue dum conſenſus capitur ex taciturnitate, n. 4.
Inconſulta Sede Apoſtolica ſpecialiter ſi alia media non ſufficiant correctionis intuitu transfertur monialis, n. 4.
Eventus de tranſlatione quarundam Religioſarum, n. 4
Barboſa penes decretum ſacræ Congregationis, n. 4.
Licentia ſedis Apoſtolicæ tacita, aut expreſſa in monialium tranſlatione, n. 5.
Statutum Generale Ordinis Minorum, n. 5.
Sillogiſatio quoad facultatem transferendi Religioſas correctionis ſcopo, n. 5.
Quidam abuſus notatus, n. 5.
Particula taxativa in ſtatuto Franciſcano, n. 5.
Incorrigibilitas in quo conſiſtat ad ſufficiens tranſlationis motivum, n. 5.
Caſus poſiti ab Urbano IV. de tranſlatione, nec à Tridentino, nec à Pio V. revocati, n. 6.
Si concernat bono communi, aut obſervantiæ regulari tranſlatio abundat in eum exequendum, n. 6.
Non aliter corrigi poſſe niſi transferatur, ſufficit ut transferri monialis poſſit, n. 6.
Eventus in quãdam Religioſam transferendam urgens, n. 6.
Examen exactum, peragendum, n. 6.
Pro doctrina novum robur, n. 7.
Moralis probabilitas, ne denigretur Religio qualiter ſufficiat, n. 7.
Ob vitandum ſcandalum aliquando intereſt tranſlationem peragere, n. 7.
A malitia non timendum, ſi oriatur ſcandalum, n. 7.
De quadam moniali reclamante in nullitatem ſuæ profeſſionis, n. 7.
Utrum perfectius ſit mendatia ſuſtinere teſtimonia, quam ſe defendere, n. 7.
Ieſu ſilentium tempore paſſionis, iniqua ſuſtinentis, quin defenderetur; n. 7.
Conferuntur Verba Pontificum in legitimis cauſis exeundæ moniales à clauſura, n. 8.
In Hiſpania non exigitur licentia antiſtitis, n. 8.
De conſuetudine, remiſſive, n. 8.
Quid ſi iſta introducatur errore, n. 8.
Regularium privilegia non omnia revocata in Tridentino, n. 9.
Aliud præter, alterum contra, n. 9.
Media quibus privilegia acceptantur, n. 10.
Encomiabilis Archiepiſcopus Cæſarauguſtanus, n. 10.
Abuſus privilegii præcipua cauſa iſtud amitendi, n. 10.
Tripliciter abutitur quis privilegio, n. 11.
Revocatio privilegiorum, præcipua cauſa ut amittantur, n. 11.
Si cedit in damnum privilegiati vel concedentis, decurſu temporis, privilegium revocatum cenſendum, n. 11.
Exemplificatur alia privilegiorum revocatio, n. 11.
De remuneratoribus privilegiis quando etiam putandum intervenire revocationem, n. 11.
Celebrandi in altari portatili facultas Prædicatoribus & Minoribus, conceſſum privilegium, n. 11.
Iſtud remuneratorium, n. 11.
Clauſulæ Generales, privilegia non revocant, n. 12.
Applicatur Doctrina conſultationi, & exemplificatur, n. 12.
Permanentia cauſarum tranſlationis Monialis facit, ne reſtituatur hæc in proprium Monaſterium, n. 12.
Reprobatre gratiam, eam excludit, n. 12.
Replica ſoluta de revocatione prædeceſſorum, n. 12.
Pontifices explicant ea quæ ambigua manſerunt n. 12.

1\. BIFARIAM diſcuti poteſt præſens conſultatio, primo de rigore ſermonis abſolute loquendo, verum licite ille ſuperior abſque licentia & beneplacito Sedis Apoſtolicæ potuerit licite illas tres Moniales à clauſura correctionis motivo ſtante urgente cauſa, deducere puniendas in altero ejuſdem ordinis Monaſterio; id video inter neothericos pro viribus negare cum clauſura pendeat à diſpoſitione Apoſtolica; ideo in alium ſenſum reſolutio depromenda, videlicet, an Prælati regulares qui communicant in privilegiis cũm Franciſcanis ex indulto Urbani VI. apud collectorem privilegiorum Ordinis Minorum, dictione clauſura Monialium poſt §. 5. licentiam teneant Apoſtolicam, non obſtante decreto Tridentini in Bulla Pii v. mox citanda. Quoad primum Verba premitto noſtri Laurenzi Portel, parte 3. in ſuis reſponſionibus, caſu 31. ubi in limine difficultatis, non raro contingere prævenit, ut ſit neceſſarium transfere unam Monialem in alium Conventum, qui vel de novo fundatur, vel jam fundatum

indiget reformatione novæ Abbatiſſæ; *Et proinde quæritur an Provincialis regularis, vel Epiſcopus Monialem ſibi ſubditam ſine licentia Papæ transferre in alium Conventum novum vel antiquum ut ſit Abbatiſſa vel reformatrix*; Et quamquam non hujus tenoris ſit conſultus, eventus imò ab oppoſito, cum tres illæ Moniales è ſuo cęnobio non educerentur ſine quo reformatrices, ſeu gubernatrices forent, ſed intuitu quo in altero ipſe reformaretur, tum de conditionibus Mulieribus, parum aut nihil mortificatis, tum à quibuſdam correſpondentiis cum aliquibus illius oppidi incolis, profanantibus ex frequentia Monaſterium, atque auſu temerario parvi pendentibus mandatum Epiſcopi ſemel atque iterum monentis quod recederent, frequentarent communicationē cum tribus illis Monialibus; neque judex ſecularis auderet procedere adverſus tales homines eos incarcerando vel alia pęna affligendo; nobiliſſimi enim erant, & ditiſſimi; totumque onus negotii perdifficilis in expeditionē ſuper Prælatum Monaſterii tam ab ordinario Eccleſiaſtico, quam à ſæculari, refuſum fuit; aliquibus cognatis prædictarum Religioſarum notum facientibus prædicto Prælato regulari in vitanda ſcandala, aliud non fore remedium, niſi quod promptiſſime in alterum reformatiſſimum ejuſdem Provinciæ Conventum transferrentur; alioqui minabant occidendas ab ipſis illas tres cognatas, quantumvis non aliud ſtaret medium præter hoc quod ipſi frangerent clauſuram, & ne aliquid obſtaret in eam perficiendam tranſlationem cognati ipſi parabant quadrigam, ceteroſque ſumptus qui ſeſe offerrent in itinere; quod audiens ſuperior Regularis comperienſque ita expedire, ſummo ſecreto, obſervato; & Monita Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa quod ſua dormitoria clauderet, & ad noctis dimidium portam regularem aperiret, ſicut & factum eſt prudentiſſimo ſtratagemate quo prædicta Abbatiſſa ſeu Prioriſſa eas de ſecreto in veſtimentis indui fecit, ſecum duxit in portam regularem, fortaſſis fallens eas (quod nullatenus approbo, illicitum enim ſemper eſt mendatium) quod expectabantur ab amaſiis in quadriga, dum addictam januam regularem pervenerunt; comitantibus cognatis & ſuo Prælato quamquam ſtupefactæ aut ut aiebat conſulens deliquio ſuſpensè peracta fuit via abſque tumultu ullo, ſeu ſcandalo, & depoſitæ manſerunt in illo altero Conventu ubi Religioſę gubernatrices exemplo & prudentia pollebant, eaſque maximopere conſolabant, laborantes benigne in reducendam ipſas ad Obſervantiam, & ut removerentur ab eis correſpondentiis tam damnoſis; Pius ergo V. Bullam expedivit quæ incipit. *Decori & honeſtati*; eſtque in ſerie conſtitutionum hujus Pontificis VIII. & habetur in Bullario Cherubini tom. 2. in qua tantummodo tres caſus aſſignat in quibus licitum ſit ſuperiori licentiare Monialem ut à clauſura egrediatur; commemorato à Portel prædicto diplomate ſequentes clauſulas tenemus ab eo ſcriptas.

2. *Licet Bulla citata ob ſolas illas tres cauſas jam dictas concedat Monialibus egreſſum à clauſura, nihilominus non prohibet quin poſſint egredi, ſi ultra illos tres cenſus contingant alii caſus ſimiles urgentes & neceſſarii ob bonum commune Monialium quale indicatur exitus ut ſit Abbatiſſa, & ſimilia: ſic tenet in primis Sanchez lib. 6. decalogi cap. 15. n. 37. rationem aſſignat, quia dictio taxativa qualis eſt dumtaxat, niſi, ſolum, & ſimiles, non excludit caſus ſimiles in quibus eadem ratio vel urgentior militat pro quo citat doctores & textus uſque ad faſtidium.* Disjunctiva nimida, & ſi non ſit eadem ratio, dum urgentior militet, ſicut excipiuntur illi tres caſus à Pio V. & propter bonum commune educatur Monialis ſi à clauſura, & in alium transferatur Monaſterium iſtudque gubernat, ſit quia id eget in Obſervantiam Regularem, ſeu ad temporalia recuperanda in victum, ne illa dilapidentur & totaliter conſumantur; ita eo quod bonum commune inſtabat in educendas illas tres Moniales, videbatur rite & legitime proceſſiſſe ſuperiorem illum non expectandum nouvum indultum, quandoquidem eo facto, ſcandala vitabantur, nec aliud moraliter loquendo, ſuppetebat medium à quo innumera non orirentur, tum in Monaſterio, tum extra. Proſequitur Portel. *Quamvis ergo Pius V. in Bulla ſolum exprimat illos tres caſus propter quos licitum eſt egredi à clauſura non excludit alios caſus ſimiles in quibus militat magna ratio neceſſitatis.* Pro quo citat Bonacinam, idque pro viribus aſſerit à Sanzio expreſſum: concluditque; *Et ut omittam multos alios Doctores recentiores id affirmantes adduco ſolum gloſſam ſuper cap. periculoſum de ſtatu regular in 6. (quod capitulum eſt Bonifacii VIII.) qui inducit Monialibus illas ibi rigoroſe obligans ad clauſuram. Quo non obſtante, gloſſa ibi in verbo, perpetua, ponit hæc verba ex Archidiano. Non credo quod decretalis illa tollat, quin poſſint ſi vellint adſtrictiorem Religionem tranſire.* In quorum conſonantiam quædam Monialis Auguſtiniana de dictis calceatis, ſpiritu plena atque adſtrictiorem obſervantiam ſeduliſſime anhelans, Theologicam conſultationem mihi monſtravit, quam ſubſcribebant Doctiſſimi Theologi Salamatini; & Complutenſes, quod non indigebat decreto peculiari Apoſtolico, ut à ſuo Prælato transferretur de Monaſterio calceatarum ad aliud ejuſdem ordinis cęnobium quod erat de reformatis, & communiter dicuntur Auguſtinæ recollectæ; quod ſi ita eſt; & ſaltem probabilis ſententia aſſeveratur, argui poterat in favorem Prælati ita. Urgentior cauſa & motivum efficacius eſt vitare ſcandalum minans, pluſquam probabiliter, quam reformatio peculiaris perſonæ, quia iſtud reſpicit bonum peculiare, illud commune & publicum commodum; ſed tuta conſcientia operatur ſuperior ſine peculiari indulto Apoſtolico, educens Monialem à clauſura intuitu ſtrictioris obſervantiæ; ergo potiori ratione quando ob vitanda ſcandala in ipſum operatur; & confirmari poteſt ab illo tam raro eventu quem ex Portelio retuli conſultatione 25. n. 6. & 9. de illa Moniali quæ ab uno vel duobus annis profeſſionis ſuper humeros, onus grave ferens erupit in ſexum maſculinum, & Hermaphrodita conſtituta re bonum commune Monaſterii præjudicaretur ejectus fuit ab illo; in quorum tenorem ſtabilit præfactus Portel nullo pacto admittendus hermaphroditus in Religione approbata, nullamque fore profeſſionem ejus quantumcumque ipſi detur optio ſexus, dum uterque prævalet ad Matrimonium contrahendum & id non obſtante quod talis moſtruoſa, juret aut voveat, nuſquam in uſum aſſumendum alterum ſexum ſemper enim profeſſionem in eo etiam quem elegit invalida erit, quam valide maritetur, diſcrimen patet, quia in iſto etſi periculum inſit abuſionis ſexus in promiſcuo, non præjudicatur bonum commune, ſicut ſi profiteretur talis in aliquo Monaſterio; ideo à jure quo tantopere cavet bonum commune, videtur annullari talium perſonarum profeſſionem; ergo quia non minus cavendum eſt bonum commune in zelo & diligentia vitandi ſcandala quæ minant, & pluſquam probabiliter evenienda cautelantur, quamquam jura ſpecialia non forent, à communi illa Regula, quod in quoquo caſu particularia omnia cedunt bono communi, licite poterat ſuperior aſſignatus in hac conſultatione educere illas tres Moniales, & transferre ad Conventum ubi vitaretur, ſcandalum.

3. Verum quia ſcrupulus inſtat in quo contrarii allegantes in favorem trium illarum Monialium, fere totum robur ponebant, curantes hanc facultatem à regularibus tollere, non ſine ingenti jactura obſervantiæ Religioſæ, ſiquidem dum negotiatur licentia ſęcularis Sedis Apoſtolicæ pejorari conſuevit quod prompto remedio extinguitur, ideo ante alia occurrendum objectioni, qua intenditur Prælatus regularis à juriſdictione inhibebatur: ſicut inhiberi enim aiebant à ſacra Congregatione ex traditis à Barboſa in collectanea Bullarum verbo *Monialium tranſlatio*, ſubſequentes ſunt clauſulæ. *Monialem nullam ſibi ſubjectam ex uno monaſterio in alterum tranſmittere non poſſunt locorum ordinarii, vel ſuperiores Regulares etiam ex cauſa ſeditionis vel incorrigibilitatis, aut crimine perpetrato.* Ergo cum in caſu qui geritur incorrigibilitas motivum tranſlationis ſit non videtur facultatem tenuiſſe in eam peragendam trium Religioſarum tranſlationem ad aliud, etſi ſuæ juriſdictionis Monaſterium non conſecuta peculiari licentia Sedis Apoſtolicæ: ſuſpectus de veritate habetur Barboſæ liber allegans deciſiones ſacræ Congregationis, ut mox, remiſſive patebit, cum autem illa quæ citatur ex eo non conſtet, utrum obtinuerit approbationem expreſſam ſummi Pontificis,. intrat controverſia Doctorum qualiter amplectenda; an vim legis univerſalis tenens; utrum tamquam doctiſſimorum doctrinales inſtructiones. Bonacina tomo 2. diſp. 1. quæſt. 1. pun. 8. n. 4. vego vero ait, *Declarationes ſacræ Congregationis maximi quidem ponderis & autoritatis eſſe, ab iiſque nulla ratione recedendum eſſe ſine firmiſſimis fundamentis, & urgentiſſimis rationibus; ſed niſi aliter per Sedem Apoſtolicam declaretur, cenſeo vim legis non habere antequam ſufficienter proponantur & publicentur; loquimur autem de iis declarationibus quæ aliam declarationem probabilem non admittunt.* Ergo conceſſo talem declarationem relatam à Barboſa expeditam à ſacra E. D. Cardinalium Congregatione (nam hic autor ſuſpectus eſt in eis referendis ut liquet ex Lezana, conſultatione 49. n. 13.) ſi probabilem admittit expoſitionem vim legis abſolute loquendo in omni caſu non tenebunt; præcipue annuendo alteri declarationi, quam ipſe Barboſa commemorat, collectanea in cap. 5. ſeſſionis 25. Concilii Tridentini n. 32. expedita c. 17. Maij anno 1603. eſtque hujuſmodi, *moniali licitum eſt dum improprio monaſterio aliqua de cauſa commode corrigi non poteſt ad aliud monaſterium correctionis cauſa transferri.* Pro quo citatis Sancio, Miranda, Bonacina & Tamburino concludit, *Locorum ordinarii vel ſuperiores regulares de uno monaſterio in aliud transferre poſſunt monialem ſibi ſubjectam, ex cauſa ſeditionis, vel incorrigibilitatis, aut criminis perpetrati* tradit Selva aſſerens ita reſolutū per Sacram Congregationem Epiſcoporum 17. maii 1608. Nec dato primum decretum legitimum & validum, hoc ſecundum cenſendum ipſum oppoſitum, ſed illius declarativum, ex adverbio appoſito, *commodè*, quaſi dicat Sacra Congregatio; exceptionem tenet lex communis de non transferenda Moniali intuitu correctionis, nam ſi commoda hæc contingere nequit in proprio Monaſterio tum tranſlatio ad alterum licita erit, independenter peculiariter à Sede Apoſtolica; ergo quia commoda nequibat fieri correctio trium illarum Monialium in proprio Conventu, prudentiſſimè & licitè ſe geſſit Superior in earum educatione, & tranſlatione Diana de inquiſito prima parte tractatu 10. de legibus reſol. 29. poſtquam Authores recenſet affirmantes legis vim tenere quaſcumque Eminentiſſimorum ſimiles declarationes, §. at his, ait. *Non deſunt præſtantiſſimi Theologi, qui contrariam ſententiam docent*, poſt quos recenſitos ſic ſe exponit. *Declarationes Cardinalium, maximè quidem ponderis eſſe, & ab his nulla ratione recedendum ſine firmiſſimo fundamento; attamen vim legis non habere exiſtimo., neque ſtandum illis neceſſario.* Eadem repetit 5. p. tra. 2. de poteſtate & privilegiis S. R. CC. reſol. 96. aliter diſcutiens in terminis, nam diſputat; *an ſint deciſivæ;* hic anceps manet in fine. *Nolo Judicium meum interponere, ob talem deciſionem hujus difficultatis à Summo Pontifice, ita definiri ut inpoſterum amplius locus non eſſet Doctorum opinionibus adhærere.* Ergo locus erit Doctorum opinionibus adhærere, quamquam ut Barboſa recenſet deciſio à Sacra Cardinalium Congregatione prodierit: non ergo ſine fundamento ſolido proceſſit Superior ille.

4. Certiſſimum unum ſit in hac doctrina ut notat Petrus de Ochagavia de Sacramentis tract. 2. de Pœnitentia quæſt. 40. n. 12. nempè quod accedente Summi Pontificis approbatione deciſivæ ſunt vimque tenent legis Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium declarationes, quomodolibet fiant, ſecundum eum tenorem, quo à Papa approbantur, tuncque non licebit contrariò adhærere; unde ceſſat quod Lezana tom. 2. in ſumma verb. clauſura n. 16. tetigit recenſens prædictam declarationem tranſcriptam à Barboſa fictam qua poſita inquit Carmelitanus. *Vult ergo Sacra Congregatio quod Monialis incorrigibilis criminoſa aut ſeditioſa in proprio Conventu puniatur, quia tamen Sanchez ſupra* (nempè lib. 6. in Decalogum cap. 15. n. 47.) *dicit oppoſitum praxi eſſe receptum, videndum eſt an ea praxis legitima ſit, legitimè ut conſuetudine fundata.* Nec verbum ponit quo fundet; undè legitimè introductum à conſuetudine oppoſitum ſalvo meliori judicio dicam, dum aliter Sedes Apoſtolica non decernit, legitimâ & tutâ conſcientiâ praxim contrariam obſervari in ſimilibus declarationibus, quotieſcumque vidente Papa contrarium illis decretis operari, tacet, nec punit tranſgreſſores declarando eos in curſos in cenſuras latas contra clauſuræ fractores; ex regula illa alicui diffuſa in hoc volumine Conſult. 47. à n. 6. *qui tacet, dum loqui tenetur, conſentire videtur*; ergo ſilentio Summi Pontificis, appoſita cuique declarationi Sacræ Congregationis approbari videntur.; undè introduci valet à conſuetudine, non obſervantes illas licitè operari: quare cum ait Lezana eo tom. 2. ſuæ ſūmæ n. 16. citato; *Nec ad aliud Monaſterium ejuſdem Religionis transferri debere Monialem correctionis, vel punitionis gratia inconſulta Sede Apoſtol.c.1.* Intelligendum eſt ſi in ea regione contraria conſuetudo, non vigeat, aut commodè fieri queat correctio intra idem Monaſterium per tradita n. 5. Pellizarius tom.2. tr. 10. cap. 5. ſect. 2. à n. 52. remittens ſe ad ea quæ deciderat cap. 3. ſect. 1. Ubi n. 23. veſtigaverat. *An Monialis poſt Profeſſionem transferri poſſit ab uno Monaſterio ad aliud ut ibi melius corrigatur, ac reſipiſcat.* Notandum eſt adverbium *melius*, namſi æqualiter corrigi poteſt in proprio ac alieno Conventu, non videtur ſufficiens cauſa, qua conſuetudo legitima introduci dicatur præſumiturque abuſus factæ, ſeu faciendæ tranſlationis; in graviſſima enim Religione ab hinc decem annis quidam Provincialis (qui poſtea fuit Generalis ſui Ordinis, & nunc dignitate Archiepiſcopali in una Metropolitana pollet) fractionem clauſuræ comprobans juridicè quatuor Monialium ſibi ſubditarum, eas correctionis intuitu in tria diſtincta ejuſdem Religionis diviſit Monaſteria; cumque ipſum interrogarent, an id fecerit præmiſſa licentia Sedis Apoſtolicę peculiari; vel autoritate propria; de conſenſu Magiſtrorum ſui Ordinis reſpondit id officii authoritate propria feciſſe, eo quod expectatis circunſtantiis nequibant illæ Religioſæ ita commodè puniri in proprio Conventu velut in alieno, & alias

Digitized by Google

quia hoc pacto ſcandalum ortum à tali fractione oblivioni citius dabatur. Audiamus quomodo id quod exagitavit decidit Pellizarius. Inquit. *Videri poſſe: niſi obſtet declaratio Sacræ Congregationis relata à Barboſa in collectanea Bullarum verumtamen eſt, quod ſi allata declaratio ſit authentica & dicatur habere vim legis univerſalis (quod negant plures Doctores ut intelligitur ex Diana 5. part. tr. 2. reſol. 96.) ea declaratio debet obſervari.* Strictius dico ego, non deberi obſervari ſi contingat commodiùs correctionis cauſa mittere in altero Monaſterio; ut urgebat penes tres illas Moniales propoſitas in hac conſultatione, juxta alteram declarationem n. 5. inductam.

5. Roborandum venit quod in favorem Prælati facit; ſi dicamus non eductas illas tres Moniales abſque licentia Sedis Apoſtolicæ quod fundabo per ea quæ tangit Sanctorus de Melfis in moralibus cōmentariis ad ordinis ſtatuta cap. 10. ſtat. 75. queritur 6. Vbi tribus cauſis aſſignatis quibus licet Monialibus de clauſura exire, diſcutit *an alia ſint cauſæ legitimantes egreſſum*, & ſecundam ponit, *Monialis correctio quando in ſuo Monaſterio corrigi commodè non poteſt.* Allegat pro ſua deciſione ſtatutum generale Ordinis Minorum Valliſoleratum anno 1593. & habetur in Chronologia Seraphica apud cap. Generale 62. (in quo electus fuit Miniſter Generalis totius Religionis RR. Pater Fr. Bonaventura Calatayerone, quæ ſtatuta confirmata ſunt à Sede Apoſtolica, inter alia hoc unum pro Monialibus legitur.) *Quæ autem in contumatia perſeveraverit, & in Superiori obedire noluerit, carceribus mancipetur, aut etiam in aliud Monaſterium transferatur, quam recipere Abbatiſſa tenetur ſub pœna excommunicationis. Cuique ſuum Monaſterium expenſas & veſtitum faciat quoad vixerit unde hujus ſtatuti virtute conceditur Provincialibus inſolenses & criminoſas Moniales de Monaſterio ad Monaſterium transferre.* En juriſdictio ordinaria quā allegabat Superior in cujus intuitu operatus fuit quia fortaſſis ejuſdem tenoris tenebat ſua Religio ſtatutum, à quo obſecro noteтur ſequens diſcurſus Sacra Synodus Tridentina jam intimata erat toti Eccleſiæ, & præcipuè à Religioſis Franciſcanis æquali obſervantia ad unguem in apice omni tenebatur, ac Bulla illa Pii V. qui floruit ab anno 1566. uſque ad annum 1572. Tunc ſic ſi cenſeretur revocatum indultum Urbani IV. à Tridentino vel à Pio V. nullatenus à Sede Apoſtolica anno 1594. per Clementem VIII confirmaretur tale ſtatutum, nec adhæreret imò delere faceret illam clauſulam, *in alind monaſterium transferatur*; ſed id non expreſſit; ergo cenſuit aut legitimam fore juriſdictionem ordinariam ſignificatam in eo ſtatuto Provincialium ad transferendas Moniales de uno in alium Conventum, correctionis ſcopo, aut à Sede Apoſtolica in virili Obſervantia fore conceſſionem Urbani IV. ut in juriſdictione ordinaria inſit ſpeciale Sedis Apoſtolicæ tacitum indultum: quaſi dicat eo ipſo à Sede Apoſtolica beneplacitum committitur in translationem faciendam ex correctionis motivo, nam in veriſimile paret confuſam aut indifferentem, ſeu contra Sedem Apoſtolicam clauſulam relinquiſſe Papam: & hinc à fortiori patet, ad id peragendum non indigere Prælati regularis licentia aut conſultatione ordinarii Diœceſani; non ratione qua iſtud intelligit Sanctorus proferens: *in hoc non eſt neceſſaria licentia Epiſcopi, quia iſte non eſt propriè egreſſus, ſed translatio, & Pius V. ſuprà citatus dicto quarto commiſit Epiſcopis ſolum cognitionem*: abuſus enim vocis eſt quælibet diſtinctio dictionis egreſſus à translatione, cum utrumque peractum ſit non permanentia intra clauſuram; genuinum argumentum ſumitur ab hoc quia nec Pius ipſe V. nec Gregorius XIII. revocarunt illam facultatem præſtitam à Sede Apoſtolica in caſibus aſſignatis ab Urbano IV. unuſque eorum ſit, quem gerimus, qua propter Portel tom. 3 reſponſionum moralium caſu 31. n. 4. loquens de citato diplomate inhibente eventum egreſſionis fatur ita. *Licet citata Bulla Pii V. ponat tres illos tantummodo caſus cum particula taxativa ut non poſſint egredi niſi in illis tribus, reſpondetur quod dictio illa taxativa niſi, extenditur etiam ad alios caſus ſimiles.* Id ipſum propoſuerat n. 2. ſi ergo ſtatutum Franciſcanum relatum in virili eſt obſervantia, vidente & conſentiente Sacra Eminentiſſimorum Dominorum Congregatione; nec Summo Pontifice repugnante, ſignum eſt non illicitè factum, tutâque conſcientiâ potuiſſe transferre illum Superiorem, tres prædictas Moniales in alterum ejuſdem Ordinis Monaſterium, ſcopo adhibendi correctionem, & vitandi ſcandalum, uno ex duobus mediis, aut utendo juriſdictione ordinaria inhibito in ea beneplacito Apoſtolico in vim preallegati ſtatuti, quo ipſi conſerebatur facultas: vel in virtute indulti relati ab Urbano IV. ex licentia Sedis Apoſtolicæ expreſſam virtualiter continens illum caſum particularem, ſeu ſpecialem qui gerebatur de eis tribus Monialibus, quarum incorrigibilitas in tantum practicabatur ut manifeſtiſſima pateret à tenacitate in qua hærebant ex repugnantia recedendi à communicationibus, ſeu correſpondentiis præcipuè cum alterum jam non ſuppetebat medium.

6. Sic veneror & firmandum eſt, tutâ conſcientiâ proceſſiſſe illum Provincialem, indemnemque juſtiſſimè declaratum, nec licitè accuſarum ſpecialiter ab his quæ tangit Bonacina tom. 1. tract. de clauſura & pœnis eam violantibus quæſt. 1. puncto 9. n. 13. & potius inveniens Mirandam tom. 1. ſui Manualis Prælatorum quæſt. 3. de Sacris Monialibus, art. 2. in concluſione; & art. 4. in eadem concluſione reſpondet cuidam dubio de caſibus, juxta Urbanum IV. in regulam Monialium Sanctæ Claræ. *Supradicti caſus poſiti ab Vrbano IV. in Regula Sancta Claræ non eſſe videntur per Concilium Tridentinum, nec per Pium V. abrogati, & revocati; quin vero quod etiam modo poſſint poni & obſervari in praxi.* Per ſingulos ſex diſcurſum producit & de præſenti qui geritur 5. quantum vero ad quartum caſum profert. *Etiam videtur dicendum id ipſum propter eandem rationem, nam etiam hic caſus concernit bonum & augmentum Religionis, ſpectat enim quam maximè ad hoc ut conſervetur Religionis totum corpus, ut delinquentes abſque ſtrepitu, & tumultu, & ſine ſcandalo ſeu timore ſuorum parentum & cognatorum; quod non fieri poſſet omninò periret nitor & ſplendor totius Religionis:* cauſaſque interponens urgentiſſimas quę concurrere debent ne faciliter in re tanti momenti ducantur Superiores, ſubjungit. *Non id eſſe faciendum paſſim, ſed raro & maxima ex cauſa, & cum magna conſideratione.* Meritò quidem nam ſi paſſim & non raro fieret, à facilitate muliebri plures Moniales incorrigibiles redderentur ſola ſpe mutandi Monaſterium, & egrediendi ab eo; nec in opinionem Superioris manet egreſſus; duo in eo concurrere debent; non quæcumque aut quælibet cauſa; *maxima*, in ſuperlativo occurrenda; nec maxima cenſenda, niſi aut aliquod ſcandalum vitetur, vel bonum commune ab egreſſu provideatur. Quo pacto corrigit cuidam antiſtiti ſub ſua juriſdictione novem Monialium Monaſteria tenenti; quod cum una Religioſa reprimi non poſſet à gubernatricibus illius quia iſtæ erant valdè puſillanimes & in altero rectrices virilitate pollebant, cumque iſtas vellet transferre in alterum Conventum in quo deficiebant Religioſæ capaces virilitatis requiſitæ ad regimen; quo reprimerentur aliquæ; nec vincere potuiſſet ad reformationem peragendam ullam illarum virilium, quæ muniebantur ne egredi cogerentur à bra-

chio ſæculari, declarante vim fieri in cogendum ad egreſſum; conſuluit aliquos Theologos, utrum correctionis motivo poſſet educere illam Monialem à Conventu in quo erant puſillanimes gubernatrices, & transferre in alterum ubi inveniebantur viriles ad eam reprimendam; & annuerunt Theologi potuiſſe, quia maxima arguebatur cauſa ne à puſillanimitate ſuperiorum, & malo exemplo illius quæ non reprimebatur, aliæ cauſam ſumerent in ſimilia perpetranda, ac ſic in majori communitatis parte obſervantia contaminaretur; ergo maxima occurrere debet cauſa, & magna conſideratione peragenda quælibet ſimilis tranſlatio Monialis ob correctionem de uno in alterum Monaſterium; maximam allegabat cauſam Prælatus qui tranſtulit illas tres Moniales, nam preter alia, præſentavit in ſummaria juridica, quandam Religioſam in teſtem examinatam deponentem ſe vidiſſe extra dormitorium, hora intempeſtiva noctis, illas tres Religioſas tranſlatas valde ſecreto alloquentes inter ſe, & percepiſſe quod una earum aiebat; tacete per talem feneſtram ingredientur commodius, & hoc clavis eſt ut latenter deſcendamus ad eos; & licet unus teſtis, qui ſingularis dicitur, plenariam non producat à circunſtantiis concurrentibus, ita adjuvabatur teſtimonium quod ſuſpicientem arguebat quaſi plenarium; undè liquebat maximam cauſam tenuiſſe Prælatum ad tranſlationem peragendam; alias cum angeretur prædictus Superior de remedio providendo, produxit tres viros ejuſdem Provinciæ majoris ſuppoſitionis in ea, quibus rem conſuluit exorans ab eis dictamen quid in eo faciendum; concorditer convenientes non aliud ſuppetere ac cogitatum quem præmiſimus, etiam de inſtantia cognatorum, ut educerentur, & in alium reformatiſſimum Conventum transferrentur; ergo proceſſit ex maxima cauſa, & magna conſideratione ille Superior conſilium cordatius & opportunius eligens in occurrendum ſcandalis quæ minabant.

7. Emanuel Rodrigez non altero tramite rem diſcurrit, tom. 1. quæſtionum regularium quæſt. 49. articul. 5. ubi eodem pacto inquirit. *Utrum caſus qui ponuntur ab Vrbano IV. in quibus moniales poſſent à clauſura egredi ſint revocati à Pio V. in ſua conſtitutione*, & reſpondens negativè agenſque de eventu quem gerimus in tranſlatione peragenda inſpecto correctionis, reformationis, & punitionis motivo, abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia habet ita. *Secundo infertur quod non ſit etiam revocatus quartus caſus ſcilicet cauſa correctionis (quando ſcilicet aliqua monialis non poteſt corrigi in monaſterio ubi habitat timore ſuorum cognatorum vel alia cauſa moraliter urgente) tunc enim poteſt duci ad aliud monaſterium.* Et quamquam in caſu conſulto non timerentur, neque impedirent cognati earum trium Monialium ipſarum correctionem, imò in iſtam inſtarent, tamen disjunctiva Rodrigez advertenda *vel alia cauſa moraliter urgente*; & quæ urgentior ſicuti quæ præmittitur depoſita à teſte ſingulari Moniali de confabulatione earum intempeſtivo qualiter præmiſſum eſt n. 8. notantiſſimum autem videtur ſubjunctum immediatè à Rodriguez in ea tranſlatione peragenda: *Hic enim caſus totum Religionis corpus concernit cum ex punitione delictorum ſine ſtrepitu & tumultu maximè ejus nitor reſplendeat.* Splendet equidem, nam vitato utroque nec minimum oritur ſcandalum quo aliquis de Religione infametur. Sed objicies ab eo ipſo. Ergo ſi tumulus & ſtrepitus reſultant cenſendum non erit à Sede Apoſtolica cōceſſum beneplacitum tranſlationis peragendæ quia tunc tam longè abeſt ut Religionis nitor conſervetur, aut ſplendor, ut potius obſcuretur & denigretur; ſed in tranſlatione illarum trium Monialium timebatur ſtrepitus & tumultus eorum virorum faventium ipſas, qui ſui correſpondentes dicebantur; ergo cauſa legitima non erat educendi, & transferendi in aliud Monaſterium. Diſtingo minorem timebatur ſtrepitus & tumultus orti à ſcandalo dato activo per Superiorem earum prudentiſſimè ſe gerentem, nego, à ſcandalo voluntariè aſſumpto ſine ullo calore aut bona fide, nego. Accipias obſecro ſequentem caſum; quidam vir audiens Monialem volentem reclamare de nullitate ſuæ profeſſionis poſt quinquennium, ipſi adhæſit atque omnem favorem opitulamenque promiſit in proſequendum intentum, ſicut & bona fide fecit uſque dum novit fictitia fuiſſe quæcumque allegabantur à reclamante; & tunc receſſit, cumque vocatus & inquiſitus, quare à promiſſione deſiſteret fractor ejus; quia ex quo non faveret ipſam, reſultandum ſcandalum minabatur prudentiſſimè reſpondiſſe fertur, tu à voluntaria fallicia ſcandalum præbebis, ego autem ab eo quia ipſam vitare volo meritorum augebo de eo; exemplumque imitandum relinquam, quod deceptus in bona fide ignarus de impietate promiſſi non culpandus, nec promiſſio urget: quamquam ſcandalum ſuſtinere à tua malitia timeam. Perbelle; ſequens dubium movet Joannes Sancius in ſuis ſelectis diſp. 46. *Num hominibus ſit perfectius patienter falſa ſuſtinere teſtimonia, quam ſe excuſare, & deffendere.* Et ſubdiſtinctione reſpondendum, inſinuat: aut ea ſilentio, ſuſtinere vertitur in rarius exemplum, qualiter Chriſtus in ſua Paſſione ſiluit ad tot falſitates quales contra ipſum jactabantur; vel contingere poteſt taciturnitate nihil prodeſſe modo quo non tacuit Dominus Joannis 8. ℣. 49. *Vos inhonoraſtis me.* Primo modo, ſilentium perfectius cenſetur non ſecundo; & n. 16. hæc habet Sancius. *Nec obſtat quod tunc etiam ſequatur ſcandalum aliis, tunc enim ſcandalum eſſet acceptum & non datum.* Ergo etſi Judæi in Jeſu Paſſione à Domini taciturnitate ſcandalum caperent à ſervatore datum non eſt eis niſi, mirabiliſſimum patientiæ exemplar, & à ſua malitia ipſi ſcandalum acceperunt; igitur ſi iſtud ortum fuiſſet ab eo quod Provincialis peregit in tranſlatione illarum trium Monialium, datum à zelaſo Superiore, non fuit, qui muneri ſibi incumbenti ſatisfecit; & voluntarium cenſendum, per eorum hominum malitiam.

8. Age inſpiciamus quomodo Tridentinum ſec. 25. de regularibus cap. 5. prohibuit egreſſum Monialium à clauſura, nam quædam ejus clauſula aliqualem ingerit difficultatem, inquit. *Nemini autem Sanctimonialium liceat poſt profeſſionem exire etiam ad brevè tempus quocumque pretextu, niſi ex aliqua legitima cauſa ab Epiſcopo approbanda, indultis quibuſcumque & privilegiis non obſtantibus*, & quia Concilium non expreſſit ullam cauſam exeundi legitimam in individuo, Pius V. in eo motu proprio citato, tales idividuavit cauſas ſtatuens ſic; *Ordinamus nulli Abbatiſſarum, ſeu Prioriſſarum aliarumve monialium, de cætero, etiam infirmitatis, ſeu aliorum monaſteriorum etiam ei ſubjectorum, ſeu domorum Parentum, aliarumve conſanguineorum viſitandorum, aliave occaſione, & pretextu, niſi ex cauſa magni incendii, vel infirmitatis lepræ, aut epidimiæ monaſteriis exire, ſed neque in prædictis caſibus extra illa; niſi ad neceſſarium tempus ſtare licere.* In fine quæ diplomatis utitur eiſdem Tridentini verbis. *Indultis quibuſcumque & Privilegiis non obſtantibus*; quæ eſt clauſula revocativa formaliter omnium Privilegiorum uſque ad id tempus conceſſorum; ergo quāquam indiſpoſitione Concilii capacitatem habeat interpretandi legitimam cauſam egreſſus Monialis correctionis ſcopo: cum dicat *ex legitima cauſa ab Epiſcopo approbanda*, tamen ſtante diplomate Pii V. cauſas legitimas expreſsè declarans, infirmitatem lepræ,

aut

Digitized by Google

aut epidemiæ, ſeu magni incendii (ſub quod comprehenditur inundationis vehementia fluminum, qualiter vidimus in hoc noſtro Aragoniæ Regnô factum penes Moniales Beatæ Mariæ de Altabas Cæſaraguſtanas, & diſcalciatas Carmelitas Monaſterij Sanctæ Tereſiæ ſemel necnon Clariſſarum oppidi dicti de Geſſa in fluminis Iberi copioſiſſimam aquarum abundantiam, qua fortiſſimos Pontes fregit, cum eadem militet ratio ac quando contigit magnum incendium) excluſum videtur motivum de correctione in traſlationem ſolutionem capio ad innumera petcipienda per illa quæ ſcribit Lezana tom. 1. in ſumma parte 1. capite 25. n. 25. *Addunt aliqui conſuetudine receptum eſſe in Hiſpania, ut non requiratur talis licentia Epiſcopi vel ordinarii.* Judicium de eo fit ab eo. *Diligenter tamen intuendum eſt an hæc ſit vera conſuetudo, eo quod lex Eccleſiaſtica non amittit ſuam vim niſi poſt longam præſcriptionem:* Ergo ſi longa ſit præſcriptio interpretabitur legiſlatoris mens & admittenda in lege exceptio; cum autem præſcribatur in ceſſandam obligationem legis Eccleſiaſticæ à tempore quadraginta annorum, vidente tacente, & interpretativè conſentiente legiſlatore, non punienre eos quos generaliter videt, ſuæ legis tranſgreſſores, ſilentio approbat privilegium, ſeu exceptionem ab illa lege; ergo præſcripſerunt Prælati regulares Monialium ereptarum ab ordinario de immemoriali tempore in Hiſpania; nec uti Epiſcopi licentia ad transferendas Religioſas ſibi ſubditas in occurrentia epidemiæ, infirmitatis lepræ, ſeu minante incendio, aut fluvii inundatione; quandoquidem nec cum eis conſulunt, an ſit legitima tranſulationis cauſa talis vel talis egreſſus huius vel illius Monialis exitus ergo à præſcriptione videtur in Hiſpania (in qua regione evenit conſultus caſus) jure recto, & licite operatum fuiſſe illum Prælatum penes illas tres Moniales eductas, & tranſlatas de ſuo in alterum Monaſterium, ſcopo vitandi ſcandalum; & quia plura quoad conſuetudinem dixi conſult. 19. n. 7. quomodo vim habeat derogandi legem, ibi remitto videndum quod nunc pertractandum erat ad ſoliditatem quorumcumque hic inducendorum, à novitiæ autem occurrit alterum ſtabilimen ab his quæ tangit Ludovicus à conceptione in ſuo examine veritatis moralis tract. 1. caſu 4. n. 4. ubi tractat laiè de præcecto abſtinendi ſe à lacticiniis, ovis in quadrageſima, & inducit quando conſuetudo etiam dum introducitur ex errore derogat vim obligandi; & eximit à legis poſitivæ vel Eccleſiaſticæ, aut ſæcularis obſervandæ conſtrictis nec obligatoria quantumque inſtent verba ſtatuti.

9. Per iſta manebant abundè ſatiſfactæ actes quærimoniæ quas illæ tres Moniales traſlatæ, interventu ſuorum advocatorum repetebant contra ſuum Prælatum, qui eas tam prudenti zelo & charitativo medio tranſtulit de ſuo in alterum eiuſdem ordinis Monaſterium; ſolertiſſimè attendens in eo facto quid expediret ne ſcandala otirentur; aut, ipſæ muneri quod ipſis incumbebat in Religioſa obſervantia curarent; nec à communicatione quam tenebant cum ſæcularibus illis retardarentur ſeu impedirentur in obligationibus ſuo ſtatuo conformibus, individuatins tamen intendo demoſtrare inculpabilitatem Prælati, iniuſtamque accuſationem formatam contra ipſum, oſtendendo nullatenus revocata à Tridentino nec à Pio V. privilegia Vrbani IV. penes ſex illos caſus quos expreſſit, ut licite à regularibus in uno eorum quod eſt educere correctionis cauſa Moniales ſibi ſubditas à ſuo Monaſterio, & in alium transferre, derogata non fuiſſe Sanctorus de Melfis in ſuis commentariis ad ſtatuta ordinis cap. 2. ſtatuto 14. §. objectio quarta; in aliud intentum hoc antecedens proponit *Privilegia regularium ſunt abrogata per ſacrum concilium Tridentinum, & ſummos Pontifices*, qui antecedenti ſatisfacit. *Sunt abrogata in his tantum quæ repugnant tridentino in caſibus ibi expreſſis quos numeros Hieronimus Rodrigez reſol. 116. n. 14. & 15. ita Rodriguez tom. 1.* (adde quæſtionum regularium) *quæſt. 8. art. 7. Suarez de legibus cap. 18. n. 18. Miranda tom. 2.* (ſuple ſui manualis Prælatorum quæſt. art. 3. §. ſed & alij) *Portel verbo privilegiorum confirmatio n. 31. juxta quam doctrinam declarandi ſunt Pontifices quando in confirmatione privilegiorum dicunt dummodo decretis Concilii Tridentini non adverſentur.* Alienis clauſulis uti volui ne in re tanti momenti ex meo dictamine aliter ac pax eſt in minimo deflecterem; ergo privilegia regularibus conceſſa collata cum Concilij Tridentini legibus debent bifariam attendi, vel præter ea quæ ſtatuit ſacra Synodus aut contra illa quæ ſtabilit, oppoſitum enim alicui non eſt id quod præter intentionem legiſlatoris peragitur, niſi illud quod contra mentem eius perficitur; ſic Caramuel tom. 4. (quem intitulat de Theologia præretintentionali in ſinopſi totius operis, n. 201.) prævenit, præterintentionalem materiam appellari; ut ab intentionali, ſeu contra intentionali diſtinguat ſubjungens in toto fere iſto volume uſque ad numerum 3199. quo pacto opera præterintentionalia non opponuntur; igitur privilegia regularibus conceſſa quæ præter intentionem concilii non ſunt, oppoſita ipſi non cenſenda: ſed privilegium Vrbani IV. ad ſummum præter intentionem Concilii Tridentini, Pii V. nuncupandum; ergo ipſis oppoſitum non erit; ergo quia ex communi doctrina autorum, & praxi recepta inter regulares ſolum illa privilegia cenſentur intelligi in ea ſacra Synodo revocata quæ opponuntur; non putabitur revocatum illud Vrbani IV. minor probatur ſolum alicui diſpoſitione altera opponitur, quando totam aliam antevertit; aut aliquid de ea tollit, ſed ab hoc quod permaneant egreſſus Monialium è ſuo Monaſterio correctionis intuitu in ſua vi, iuxta decretum Vrbani nihil tollitur à decreto Concilii, committente Epiſcopo approbandam cauſam legitimam, nec à diplomate Pii V. ergo in ſuo robore permanſit, quod in more fuit per privilegium Vrbani, quando enim compatibilis eſt obſervantia legis antiquæ, quin nova quæ ſtatuitur l. faciat inobſervabilem manere vetuſtam, nihil de obſervantia huius tollitur, nec oppoſita dicenda; dicis tollere à decreto Tridentini illud privilegium Vrbani IV. aliquid; ergo revocatum cenſebitur, antecedens probatur Tridentinum præcipit approbandam legitimam cauſam expreſſionis ab Epiſcopo Diœceſani territorii; in quo ſituatur Monaſterium Monialium exemptum, & immediatè ſubjectum juriſdictioni regularium; ergo aliquid tollitur: reſpondeo quoad iſtam circunſtantiam revera derogatum, niſi à conſuetudine ut aiebamus n. 10. introducta fuerit legitime non obſervantia talis circunſtantiæ in aliquo Regno quæ conſuetudo præſcribitur ex taciturnitate legiſlatoris; quando autem duo concurrunt in aliqua lege independenter unum & alterum, compatibile eſt unum opponi alteri legi, aliud vero præter eam fore; ergo compatitur legitimam cauſam traſlationis Monialis de uno Conventu in alium præter intentionem Tridentini judicandum, & omiſſionem approbationis Epiſcopi contra iſtud fore, ſicque cum Provincialis ille faveri conſuetudine Hiſpaniæ videatur, non indiguiſſe approbatione antiſtitis conjectatur, ſicque recte operatum, quia licet præter non contra conſilium, ſeu Pontificias declarationes ſubſecutas, tranſtulit illas tres Moniales.

10. Demum verſabor idem per illa quæ tangit Caſtro Palao tom. 1. tract. 5. diſp. 4. p. 14. n. 1. ubi agit de mediis quibus privilegia amittuntur, & ſcri-

bit. *Certum eſt multis modis privilegium amitti; primò ceſſatione cauſę finalis; ſecundo morte privilegiati vel concedentis privilegium; tertiò renuntiatione expreſſa; quartò renuntiatione tacita, ſcilicet non uſu, vel uſu contrario vel abuſu; quintò per revocationem concedentis.* Per ſingula probo non amiſſum privilegium de tranſlatione Monialis de uno in alium Monaſterium ex indulto Vrbano IV. & primo extra dubium eſt cauſam finalem non ceſſare, ſiquidem ſemper occurrere quit (ò utinam non tam experiretur) & Prælati Religioſarum ſunt teſtes, coacti ad pacem, aut alia conſervanda opus fore transferendam Monialem aliquam peſſimæ indolis, quæ niſi noviciatus anno diſſimulavit ut ad profeſſionem admitteretur; & correctionis intuitu, ſeu ad ſcandala vitanda, aut in hoc quod ceſſent ſeditiones, & iurgia domeſtica valde præjudicantia ab aliquarum malitia, taliter zizaniantium, quod nec communiones, nec confeſſiones, nec aliquid aliud in Chriſti pace conſervare valent; inventæ in proprio cænobio amicæ, vel cognatæ zizaniatricis ad perfidiam juvantes ut punitur, nec etiam à ſuperioribus Prælatis valeant; teſtor non ſemel mihi contigiſſe, atque determinatus educere à quodam Monaſterio quandam Monialem, quam nec continuis ſuavibus monitionibus corrigere non quibam, & communitatem valde inquietabat, maiorem partem contra me vertit ita taliter quod ſuſpendere viſitationem decrevi, tum conſulens cum illuſtriſſimo Archiepiſcopo Domino Domino Fr. Franciſci de Gamboa (in Theologia ſcolaſtica ſui parentis Auguſtini idea, & in concionibus ſpiritus Apoſtoli Pauli hæres) dictamen ſuum mihi prodiit efficaciſſimè perſuadens tranſlationem prædictæ inquietatricis fixe alegando cauſam finalem privilegii Vrbani permanere, nec me indigere alia autoritate ac ordinaria Provincialatus; tranſlatio effectum non habuit, quia cum peragenda erat, à duobus menſibus ac decreta fuit in febrem incidit ethicam transferenda, & poſt quatuor menſes ultimam clauſit horam, valde contrita de zizaniationibus, publicam agens pænitentiam, fatendo; & veniam orando de inquietudinibus quarum cauſa fuit à ſecundo non ceſſavit privilegium morte concedentis, vel privilegiati; quia illud conceſſum non erat perſonæ; ſed dignitati Prælaturæ ſuperioris, nec clauſulam tenebat reſtringentem, aut limitantem tempus; inde permanebat uſquedum expreſſe, vel tacite renunciaretur, ſeu à non uſu, vel abuſu revocarentur; etenim nullibi ab hoc deperditum videtur quod eſt tertium & quartum indultum, à quibus amittunt ſuam vim privilegia; & iſtud juxta doctrinas quas congrégant Salas trac. de legibus diſp. 17. ſect. 13. n. 63. & deinceps; & diſp. 59. ſect. 20. n. 115. Baſilius Poncius Legionenſis lib. 8. de matrimonio cap. 18. §. 3. n. 21. aliique & quia in abuſu angebat aliqualiter; notandum hunc tripliciter contingere poſſe; primo extendendo juriſdictionem, ſeu facultatem conceſſam à gratia pluſquam oportet; v. g. teneo ego privilegium celebrandi miſſam in quoquo oratorio cujuſlibet domus ſæcularis urgente infirmitate patris aut matris-familias talis domus, & dum in dolore capitis laborant, judico urgere eorum infirmitates in utendum privilegio; revera abutor eo, cum extendam gratiam pluſquam expedit, nam langor urgens non eſt infirmitas levis: ſecundo in abuſum indicantur privilegia quotieſcumque ab eis ſumitur anſa delinquendi & exprimitur luculentiſſimè cap. ubi diſt. 74. cap. privilegia 11. & ſæpius in jure; v. g. privilegium mihi concedit generalis ordinis, ut non indigeam petere licentiam exeundi ex Conventu à Prælato locali, extra ſed ſine committendi aliquod peccatum mortale (ſive in ludo regularibus prohibito, ſive in venere, ſive in aliis) quo animam meam maculo reatu peccaminoſo, hic, abuſus eſt privilegiis. Tertiò talis contingere valet quando aliquid impedimentum ponit bono communi, v. g. privilegio in edendo extrema animalium die Sabbati; ſed tamen ſi utor eis cibis, ruina contingit in jeiunio obſervato à cæteris Religioſis; ſi ea comedo abutor, nullum autem horum occurrebat in obſervantia indulti Urbani IV.

11. Tota vertitur difficultas in quinto propoſito de revocatione concedentis, quæ dupliciter evenire quit primo quando decurſu temporis cedunt, aut reſultant in tantillum concedentes damnum, aut minorem reverentiam eius ac par eſt ipſi præſtandam, quo pacto ſolent Pontifices ſummi Eccleſiæ aliqua ſuorum prædeceſſorum privilegia declarare omnimode revocata, quia quæ in uno tempore proficiebant conciliantes venerationem debitam ſedi Apoſtolicæ; decurrente ætate, ab aliqua circonſtantia damnificare experiuntur atque diminuere cultum ipſi præſtandum; v. g. quis privilegiatur ut libros hæreticorum, aut Judaitantium legat; ſed à continua eorum lectione propenditur in errores quos continet, allectuſque ab eis non tam ſicut debet reveretur ſedem Apoſtolicam, per iſtud revocatum cenſendum erit tale privilegium legendi eos libros; ſed ex eo quia correctionis intuitu ad pacem regularem in Domino conſervandam transferatur Religioſa de uno in alterum Monaſterium, ſeu ad vitanda ſcandala dum prudentiori conſilio fiat, potius magnificatur ſedes ſacra Apoſtolica; ergo ab hoc capite revocata non præſumenda conceſſio Vrbani IV. in qua ſumma & matura prudentia procedendum commendat; quando autem ſine cordato conſilio id fit, tunc ab abuſu ut dicebamus numero præterito, non tenere privilegium in eo caſu particulari, apparet, ſecundo revocatum & irritum judicatur favens privilegium, quando ab aliqua clauſula alicujus edicti decreti ſubſecuti ad illud conjectatur mentem prævilegiantis exprimi & declarari, quod ceſſavit jam gratia præcedens, v. g. antiquitus erat in more privilegiati à ſede Apoſtolica matronas nobiles ut ſemel, vel octo diebus in quolibet anno ingrederentur clauſuram horum vel aliorum Monaſteriorum Monialium, Alexander VII. diploma expedivit præcipiens nullæ matronæ licere uti ſimilibus privilegiis ſive à ſe, ſive à quolibet prædeceſſore ſuo, ſive à nuntiis Apoſtolocis, qui in literis ſuæ delegationis ea facultate fruebantur. Ab eo inſtanti ac intimata fuit Alexandri Bulla ceſſavit privilegium cujuſcumque Matronæ ingrediendi in ſimilia Monaſteria: ſed non conſtat aliqua ex parte ullum ſucceſſorem Vrbani IV. illius privilegium revocare; igitur ſemper in viridi obſervantia erit, ut ex dictis patet: & amplius numero ſequenti patebit. Nec ulla difficultas eſſe poteſt ſi ut credo renunciatorium fuit, de quibus privilegiis niſi exprimatur expreſſa revocatio eorum per individualia verba, irrita non manere cenſent juriſtæ, de quo Gregorius Lopez in 3. tit. 10. p. 2. Matienzo lit. 5. recepit titul. 10. l. 6. gloſſa 1. n. 19. l. 1. gloſſ. 15. n. 1. Jaſon volumine 9. conſilii 227. v. nono præ iſta parte l. 2. & quia occaſio ſe offert non tranſibo quod notat Scotus 4. diſt. 13. quæſt. 2. §. ſequitur ſecundum principale v. ſive autem n. 11. in excellentiam ordinum Prædicatorum & Minorum, quæ Religiones per renumeratorum privilegium ſuffragantur ut poſſet celebrare regulares amborum ordinum Præsbiteri in altari portatili Doctoris verba ſunt. *Cap. in iis quæ ad cultum, cum fratribus Minoribus & Prædicatoribus duximus indulgendum, ut ubicumque fuerint, ſine Parrochialis præjudicio valeant cum altari viatico celebrare:* & ex proprio marte addit ſubtilis præceptor, *Quidam nimis*

ſtrictè interpretando noſtram indulgentiam nituntur aſſerere, quod per ea prædicti fratres præter Prælatorum aſſenſum facere hoc non poſſunt. Subnectit mox ſequentia ex Honorio III. *Cum autem nihil eis conferret indulgentia memorata ſine qua idem, Prælatis annuentibus, liceret eiſdem; mandamus quod interpretatione hujuſmodi reprobata, dum tamen ab aliis quæ jure Parrochiali prorſus conveniunt abſtineant, datam eis licentiam celebrandi etiam autoritate noſtra non differas publicare, ita quod dicti fratres ex indulgentia noſtra gratiam videantur conſecuti*: Et in Marginali expreſſius. *Minores & Prædicatores poſſe celebrari in portatili ſine licentia Epiſcopi*, addens ſcoliator. *Non eſſe abrogatum per Tridentinum ſeſ. 22. decreto de obſervandis in celebratione Miſſæ*; Remittitque ſe ad Rodriguez tom. 1. quæſt. 43. articulo 5. & tomo 2. quæſt. 75. articul. 1. & ad Suarez tomo 3. in tertiam partem diſp. 81. ſec. 3. & cur non revocatum, nonne quia remuneratorium, ergo ſi Urbani IV. privilegio remuneratorium eſt, non revoeabunt exiſtimandum.

12. Examinemus ulterius an aliquod contineatur in ſacra Sinodo Tridentina vel in deplomate Pii v. quod incompatiatur, vel aliquid factum ab Eccleſia unde iſta convincatur incompoſſibilitas; ad quod deducendum præ oculis tenenda illa communis Doctrina utroque jure munita, ex civili l. reſcripta quod de precibus Imperatori offerendis; ex Canonico, cap. reſcripta 25. quæſt. 1. gloſſa in caput nonnulla de ſcriptis; verbo fecerit mentionem, capite ex parte de cap llis dictione nulla mentio; & alibi in ambobus juribus ſtabilitur, quod ſi contra privilegium detur reſcriptum, illud non cenſendum irritum & revocatum per clauſulas generales v. g. *Non obſtantibus quibuſcumque*, dum ſpecialis mentio non fiat, qua à concedente ſeu legiſlatore non exprimatur revocata indulgentia, ſeu gratia, ſive favor permanet: ſed nulla expreſſio legitur in Tridentino de revocando privilegio quo independenter peculiariter à Sede Apoſtolica ex ſpeciali Urbani IV. privilegio poſſunt regulares, correctionis intuitu Moniales ſibi ſubditas de uno in alterum transferre Monaſterio; & clauſulæ tantummodo ſunt communes; ergo ab eis non cenſendum revocatum antiquius illud indultum; ſed iſto non irrito ſeu revocato, tuta conſcientia poterat Prælatus inductus in conſultatione deducere è ſuo conventu illas tres Moniales motivo corrigendi ipſas: quia in proprio ubi profeſſionem emiſerant commode emendare nequibat; igitur tuta conſcientia proceſſit, nec culpari potuit in facto. Quod autem ipſas regredi non feciſſet quantumvis inſtarent, non obſtat; fortaſſis quia permanebat ſemper idem periculum quod anſam dedit ad egreſſum; vel eo quia non dum ſufficienter emendatæ erant, & adhuc indigebant ſalubri medicina; & uſque dum abunde corrigerentur expediebat ibi permanere; in practica regiminis ſæpiſſime occurrunt circunſtantiæ in quibus ſuperiores tenentur adhærere, & non ita prompte operari, ſed conſultiori prudentia attendere id quod plus oportet in fixum dictamen, & reſolutionem determinatam ad operandum practice. Si reſpondeas variari diſcrimen in revocandum aliquid, aut reprobandum; & dicas, tranſeat non revocatum indultum Urbani IV. attamen reprobatum exiſtimandum, quatenus excluſum, nec minus non ſuffragare cum revocatur, ac quando reprobatur, ideoque non potuiſſe Provincialem illum faveri à privilegio reprobato, intramus in quæſtione de mera voce, omitto unum & aliud: do reprobare, fore excluſionem gratiæ ſeu conceſſionis, ob aliquem defectum inventum in ea ſive ſubreptionis, ſeu nullitatis, aut quia falſo informatur concedens motivum fictum inducens ille qui ſuffragium petit; revocatum autem eo quia ſpeciali clauſula aboleri præcipitur; ergo nec revocatum nec reprobatum cenſendum Urbani IV. diploma; illud, quia nec Tridentinum, nec Pius v. excluſum declaravit; iſtud, quia à nulla clauſula ſpecificatur, tuta conſcientia non poſſe verti uſum aut viridem obſervantiam; nec vidi autorem ullum qui annotaret, peculiariter abolitum, ſeu revocatum. Replicabis dum tantum ſpecificat tres caſus excipit Pius v. in ſua Bulla ad egreſſum Monialium licitum, nec ullam mentionem facit de egreſſu correctionis intuitu, videtur quod ſaltem implicite caſus duos alios revocavit, ſed unus eorum quem non meminit conſiſtit in egreſſu Monialis intuitu correctionis; ergo hic reprobatus ſeu revocatus cenſebitur, reſpondeo quotidie Pontifices ea quæ anteceſſores decreverunt noviter decernere; quando aliquid novum intereſt explicare & in antiquo non intelligitur qualiter debetur, mens Sedis Apoſtolicæ: utar exemplo, Innocentius x. abunde damnavit Janſeni errores; & poſtea Alexander VII. anno 1657. Bulla quæ incipit *ad Sanctam*, habita tom. 6. Bullarii conſtitutione hujus pontificis 28. id ipſum iterat addens aliquid expreſſum in quo modicitas humana hæreret: ergo fortaſſis Pius v. illos tres caſus expreſſit quia indigebant declaratione, de aliis non meminit individualiter quia declarari amplius, opus non erat; ideo ille Provincialis tuta conſciencia in caſu conſulto proceſſit, ſic ſentio ſalvo meliori judicio, &c.

NOTATIUNCULA.

Quia ſepius in hac conſultationum ſemicenturia occurrit occaſio inducendi aliquas propoſitiones à quibus omnimode tollitur probabilitas authoritate Apoſtolica, nec licet eis ſpeculative aſſentiri, aut in practicam verti, præcedentes quidem damnatæ 45. ab Alexandro VII. anno 1665. ad eas quæ nuper ab Innocentio XI. hoc anno 1679. in quorum decretorum conſonantiam promptiſſima paritione meas diligenter curavi ſtabilire reſolutiones; plurieſque evenire aſſolet indigere lectorem, ſeu velle, unius & alterius Pontificis recognoſcere edictum, à ſacra Congregatione expeditum & autoritate confirmatum Pontificia; nec facile ad manus tenentur aliquando volumina Bullarii, ubi exprimuntur, amborum Pontificum infallibilia documenta, libuit hic ad calcem hujus voluminis illa in genere; quæ tranſcripſi ab originali authentico quæ enim Alexandri eſt habentur apud Bullarium tom. 6. typis datum Romæ in Typographia R. Cameræ Apoſtolicæ anno 1672. ſub titulum, *Appendix Alexandri VII.* altera ex Innocētio XI. à tribus Notariis ſignatum ſcriptum ex eadem officina Prælo expreſſum, hoc anno 1679. eſt apud me.

Tenor decreti damnantis priores 45. propoſitiones.

Damnatio & probatio nonnullarum propoſitionum feria 5. die 24. Septembris 1665.

In Congregatione Generali Sanctæ Romanæ & Univerſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram Sanctiſſimo D. N. D. Alexandro divina providentia Papa VII. ac Eminentiſſimis & Reverendiſſimis D. D. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana adverſus hæreticam pravitatem generalibus Inquiſitoribus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

Sanctiſſimus D. N. audivit non ſine magno ſui mærore complures opiniones Chriſtianæ diſciplinæ relaxativas, & animarum pernitiem inferentes, partim antiquitus iterum ſuſcitari; partim noviter prodire, & ſummam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excreſcere per quam in rebus

ad conſcientiam pertinentibus modus opinandi irrepſit alienus omnino ab Evangelicâ ſimplicitate Sanctorumque Patrum Doctrina, & quem ſi pro recta Regula fideles in praxi ſequerentur ingens eruptura eſſet Chriſtianæ vitæ corruptela, quare ne ullo unquam tempore viam ſalutis quam ſuprema veritas Deus, cujus verba in æternum permanent arctam eſſe diffinivit in animarum perniciem dilatari, ſeu verius perverti contingeret, idem Sanctiſſimus D. N. ut oves ſibi creditas ab ejuſmodi ſpatioſa lataque per quam itur ad perditionem via; pro Paſtorali ſollicitudine in rectam ſemitam evocaret, earundem opinionum examen pluribus in Sacra Theologia Magiſtris, & deinde Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis. D. D. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus ſerio Commiſit. Qui tantum negotium ſtrenue aggreſſi, eique ſedulo incumbentes, & mature diſcuſſis uſque ad hanc diem infraſcriptis propoſitionibus ſuper unaquaque ipſarum ſua ſuffragia Sanctitati ſuæ ſigillatim expoſuerunt.

De actu fidei eliciendo. 1. Homo nullo unquam vitæ tempore tenetur elicere actum fidei, ſpei & charitatis ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium.

De duello. 2. Vir equeſtris ad duellum provocatus poteſt illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

De Bulla Cænæ. 3. Sententia aſſerens Bullam cænæ ſolum prohibere abſolutionem hæreſis, & aliorum criminum quando publica ſunt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus ſermo eſt; anno 1629. 18. Julii in Conſiſtorio ſacræ Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium viſa & tolerata eſt.

De poteſtate Prælatorum Regularium. 4. Prælati Regulares poſſunt in foro conſcientiæ abſolvere quoſcumque ſæculares ab hæreſi occulta, & ab excommunicatione propter eam incurſa.

De denũtiatione. 5. Quamvis evidenter tibi conſtet Petrum eſſe hæreticum non teneris denunciare, ſi probas non poſſis.

De ſollicitatione. 6. Confeſſarius qui in Sacramentali Confeſſione tribuit pænitenti chartam poſtea legendam qua ad venerem incitat, non cenſetur ſollicitaſſe in Confeſſione, ac proinde non eſt denunciandus.

De denũciatione ſollicitationis. 7. Modus evadendi obligationem denunciandæ ſollicitationis eſt, ſi ſollicitatus confiteatur cum ſollicitante; hic poteſt ipſum abſolvere abſque onere denunciandi.

De ſtipẽdio ſacrificii Miſſæ. 8. Duplicatum ſtipendium poteſt Sacerdos pro eadem Miſſa licite accipere applicando petenti partem etiam ſpecialiſſimam fructus ipſimet celebranti correſpondentem, idque poſt decretum Urbani VI.

De eodẽ. 9. Poſt decretum Urbani poteſt Sacerdos cui Miſſæ celebrandæ traduntur, per alium ſatisfacere collato illi minori ſtipendio; alia parte ſtipendii ſibi retenta.

De eodẽ. 10. Non eſt contra juſtitiam pro pluribus ſacrificium unum offerre; neque etiam eſt contra fidelitatem etiamſi promiſſam, promiſſione etiam juramento firmata, dandi ſtipiendum quod pro nullo alio offeram.

De Confeſſione. 11. Peccata in confeſſione omiſſa ſeu oblita, ob inſtans periculum vitæ, aut ob aliam cauſam non tenemur in ſequenti Confeſſione exprimere.

De mendicantibus & de eorum facultate. 12. Mendicantes poſſunt abſolvere à caſibus Epiſcopis reſervatis non obtenta ad id Epiſcoporum facultate.

De annua confeſſione. 13. Satisfacit præcepto annuæ confeſſionis, qui confitetur Regulari, Epiſcopo præſentato, ſed ab eo injuſte reprobato.

14. Qui facit confeſſionem voluntarie nullam, ſatisfacit præcepto Eccleſiæ. De præcepto Cõfeſſionis.

15. Pænitens propria autoritate ſubſtituere ſibi alium poteſt, qui loco ipſius pænitentiam adimpleat. De pænitentia.

16. Qui Benificium curatum habent poſſunt ſibi eligere in confeſſarium ſimplicem Sacerdotem non approbatum ab ordinario. De Parochiali.

17. Eſt licitum Religioſo vel Clerico calumniatorem gravia crimina de ſe, vel de ſua Religione ſpargere minantem, occidere, quando alius modus defendendi non ſuppetit uti ſuppetere non videtur ſi calumniator ſit paratus, vel ipſi Religioſo, vel ejus Religioni publice, & coram graviſſimis viris prædicta impingere niſi occidatur. De homicidio.

18. Licet interficere falſum accuſatorem, falſos teſtes, ac etiam judicem à quo iniqua certo iimminet ſententia ſi alia via non poteſt innocens damnum evitare. De eodẽ.

19. Non peccat maritus occidens propria autoritate urorem in adulterio deprehenſam. De eodẽ.

20. Reſtitutio à Pio V. impoſita Beneficiatis non recitantibus non debetur in conſcientia ante ſententiam declaratoriam, eo quod ſit pæna. De reſtitutione.

21. Habens Capellaniam collativam aut quodvis aliud Beneficium Eccleſiaſticum ſi ſtudio litterarum vaccet ſatisfacit ſuæ obligationi ſi officium per alium recitat. De obligatione beneficii.

22. Non eſt contra juſtitiam Benificia Eccleſiaſtica non conferre gratis, quia collator conferens illa Beneficia Eccleſiaſtica, pecunia interveniente, non exigit illam pro collatione Beneficii ſed veluti pro emolumento temporali quod tibi conferre non tenebatur. De Simonia.

23. Frangens jejunium Eccleſiæ ad quod tenetur non peccat mortaliter niſi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, puta quia non vult ſe ſubjicere præcepto. De jejunio.

24. Mollities, Sodomia & beſtialitas ſunt peccata ejuſdem ſpeciei infimæ ideoque ſufficit dicere in confeſſione ſe procuraſſe pollutionem. De venereis.

25. Qui habuit copulam cum ſoluta, ſatisfacit confeſſionis præcepto dicens; commiſi cum ſoluta grave peccatum contra caſtitatem, non explicando copulam. De copula carnali peccati Confeſſionem.

26. Quando litigantes habent pro ſe opiniones æque probabiles, poteſt judex pecuniam accipere pro ferenda ſententia in favorem unius præ alio. De judicio & judice.

27. Si liber ſit alicujus junioris, & moderni debet opinio cenſeri probabilis cum non conſtet rejectam eſſe à Sede Apoſtolica tamquam improbabilem. De opinione probabili.

28. Populus non peccat etiam ſi abſque illa cauſa non recipiat legem à Principe promulgatam. De obligatione ſubjectorum pro lege.

Quibus peractis dum ſimilium propoſitionum examini cura & ſtudium impenditur interea idem ſanctiſſimus re mature conſiderata, ſtatuit, & decrevit prædictas propoſitiones & unamquamque ipſarum ut minimum tanquam ſcandaloſas eſſe damnandas & prohibendas, ſicut eas damnat ac prohibet: ita ut quicumque illas, aut conjunctim aut diviſim docuerit, defenderit ediderit, aut de eis, etiam diſputative, publice, aut privatim tractaverit, niſi forſam impugnando, ipſo facto incedat in excommunicationem à qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quæcumque etiam dignitate fulgente, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice, abſolui.

Inſuper diſtricte in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub interminatione divini judicii prohibet omnibus Chriſti fidelibus cujuſcumque conditionis, dignitatis ac ſtatus, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota

Digitized by Google

dignis ne prædictas opiniones aut aliquam ipſarum ad praxim deducant.

IOANNES LVPVS Sancta Romana, & Vniverſalis Inquiſitionis Notarius, &c.

Loco Sigili †.

Anno à Nativitate D. N. Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo quinto, inditione tertia, die verò 2 Menſis Octobris Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris D. N. D. Alexandri divina providentia Papæ VII. anno undecimo, ſupra dictum decretum affixum & publicatum fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie campi foræ, ac in aliis locis ſolitis, & Conſuetis Urbis, per me Carolum Melanum ejuſdem Sanctiſſimi D. N. P. & Sanctiſſimæ Inquiſitionis curſorem.

Damnatio & prohibitio nonnullarum propoſitionum.

Feria 5. die 18. Martii 1666.

In Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram Sanctis D. N. D. Alexandro, divina Providentia, Papa VII. ac Eminentiſſimis & Reverendiſſimis D. D S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana, adverſus hæreticam pravitatem, Generalibus Inquiſitoribus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

Sanctiſſimus D. N. poſt latum decretum die 24. Septembris proxime elapſi; quo viginti octo propoſitiones damnatæ fuerunt, examinatis ſedulo & accurate uſque ad hanc diem infra ſcriptis aliis, Quadrageſimum quintum numerum implentibus, per plures in ſacra Theologia Magiſtros, ac per Eminentiſſimos & Reverendiſſimos D. D. Cardinales adverſus hæreticam pravitatem Generales Inquiſitores eorum ſuffragia ſigillatim ſuper unaquaque earum audivit.

Propoſitione de jejunio. 29. In die jejunii qui ſepius modicum quid comedit, etſi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit jejunium.

De eodē. 30. Omnes officiales qui in Republica corporaliter laborant, ſunt excuſati ab obligatione jejunii, nec debent ſe certificare an labor ſit compatibilis cum jejunio.

De eodē. 31. Excuſantur abſolute à præcepto jejunii omnes illi qui iter agunt equitando, utcumque iter agant etiam ſi iter neceſſarium non ſit, & etiam ſi iter unius diei conficiant.

De ovis & lacticiniis. 32. Non eſt evidens quod conſuetudo non comedendi ova & lacticinia in Quadrageſima obliget.

De reſtitutione. 33. Reſtitutio fructuum ob omiſſionem horarum ſuppleri poteſt per quaſcumque eleemoſinas quas antea Beneficiarius de fructibus ſui Beneficii fecerit.

De officio Divino. 34. in die Palmarum recitans Officium Paſchale ſatisfacit præcepto.

De eodē. 35. Unico officio poteſt quis ſatisfacere duplici præcepto pro die præſenti, & craſtino.

De privilegiis regularium. 36. Regulares poſſunt in foro conſcientiæ uti privilegiis ſuis quæ ſunt expreſſè revocata per Concilium Tridentinum.

De indulgentiis. 37. Indulgentiæ conceſſæ regularibus & revocatæ à Paulo V. hodie ſunt revalidatæ.

De precepto confeſſionis. 38. Mandatum Tridentini factum Sacerdoti ſacrificanti ex neceſſitate cum peccato mortali confitendi, *quam primum*, eſt Concilium, non præceptum.

De eodē. 39. Illa particula, *quam primum*; intelligitur cum Sacerdos ſuo tempore confitebitur.

De opinione probabili. 40. Eſt probabilis opinio quæ dicit; eſſe tantum veniale oſculum habitum os declarationem carnalem, & ſenſibilem quæ ex oſculo oritur, ſecluſo periculo conſenſus ulterioris, & pollutionis.

41. Non eſt obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam, ſi hæc nimis utilis eſſet ad oblectamentum concubinarii, vulgo, regalo, dum deficiente illo, nimis egre ageret vitam, & aliæ epulæ tædio magno concubinarium afficerent; & alia famula nimis difficile inveniretur. De concubinario.

42. Licitum eſt mutuanti aliquid ultra ſortem exigere, ſi ſe obliget ad non repetendam ſortem neque ad certum tempus. De uſura

43. Annum legatum pro anima relictum non durat pluſquam per decem annos. De legato.

44. Quoad forum conſcientiæ reo correcto ejuſque contumacia ceſſante, cenſuræ ceſſant. De cenſuris.

45. Libri prohibiti donec expurgentur poſſunt retineri uſquedum adhibita diligentia corrigantur. De libris prohibitis.

Quibus mature penſatis, idem Sanctiſsimus ſtatuit, & decrevit prædictas propoſitiones & unamquamque ipſarum, ut minimum tanquam ſcandaloſas, eſſe damnandas, & prohibendas, ſicut eas damnat ac prohibet, ita ut quicumque illas aut conjunctim, aut diviſim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam diſputativè publice aut privatim tractaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in excommunicationem, à qua non poſſit præterquam in articulo mortis, ab alio quocumque etiam dignitate fulgente, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice, abſolvi inſuper diſtricte in virtute Sanctæ Obedientiæ, & ſub interminatione divini judicii prohibet omnibus Chriſti fidelibus, cujuſque conditionis, dignitatis, ac ſtatus etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignis, ne prædictas, aut aliquam ipſarum ad praxim deducant.

IOANNES LVPVS Sancta Romana & Vniverſalis Inquiſitionis Notarius.

Loco Sigilli †.

Anno à Nativitate D. N. Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo Sexageſimo ſexto; in dictione quarta die 23. menſis Martii, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris D. N. D. Alexandri divina providentia Papa VII. anno undecimo, ſupra dictum decretum affixum & publicatum fuit ad valvas Baſilicæ Principi Apoſtolorum; Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis per me Carolum Melanum, ejuſdem Sanctiſſimi D. N. Papæ & Sanctiſſimæ Inquiſitionis curſorem.

Tenor decreti damnantis poſteriores 65. propoſitiones.

Feria 5. die 2. Marti 1679.

In Generali Congregatione Sanctæ Romanæ & Univerſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico vaticano coram Sanctiſſimo D. N. Innocentio divina providentia Papa XI. ac Eminentiſſimis & Reverendiſſimis Dominis S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus à Sancta Sede Apoſtolica deputatis.

Sanctiſſimus D. N. Innocentius Papa XI. prædictus Ovium ſibi à Deo traditarum ſaluti ſedulo incumbens, & ſalubre opus in ſegregandis noxiis doctrinarum paſcuis, ae innoxiis à felici recordationes Alexandro VII. prædeceſſore ſuo inchoatum proſequi volens, plurimas propoſitiones partim ex diverſis vel libris, vel Theſibus, ſeu ſcriptis excerptas, & partim noviter adinventas Theologorum examini, & deinde Eminentiſſimis & Reverendiſſimis Dominis Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus ſubjecit. Quibus propoſitionibus ſedulo & accurate ſæpius diſcuſſis eorundem

Emine tiſſimorum Cardinalium, & Theologorum votis per ſantitatem ſuam auditis. Idem SS. D. N. re poſtea mature conſiderata ſtatuit, & decrevit pro nunc ſequentes propoſitiones, & unamquamque ipſarum *ſicut jacent* ut minimum tanquam ſcandaloſas, & in praxi pernicioſas eſſe damnandas, & prohibendas ſicut eas damnat, & prohibet. Non intendens tamen ſanctitas ſua per hoc decretum alias propoſitiones in ipſo non expreſſas, & ſanctiratis ſuæ quomodolibet & ex quacumque parte exhibendas ullatenus approbare.

De opinione penes Sacramenta. 1. Non eſt illicitum in Sacramentis conferendis ſequi opinionem probabilem de valore Sacramenti relicta tutiore, niſi id veret lex conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc ſententia probabili tantum utendum non eſt in collatione baptiſmi, Ordinis Sacerdotalis, aut Epiſcopalis.

De Iudice. 2. Probabiliter exiſtimo; Judicem poſſe judicare juxta opinionem minus probabilem.

De opinione probabili. 3. Generatim dum probabilitate, ſive intrinſeca ſive extrinſeca, quantumvis tenui modo approbabilitati finibus non exeatur, conſi ſi aliquid agimus ſemper prudenter agimus.

De infidelitate. 4. Ab infidelitate excuſabitur infidelis non credens ductus opinione minus probabili.

De præcepto diligendi Deum. 5. An peccet mortaliter qui actum dilectionis Dei ſemel tantum in vita eliceret, condemnare non audemus.

De præcepto charitatis. 6. Probabile eſt ne ſingulis quidem rigoroſè quinquenniis, per ſe obligare præceptum charitatis, erga Deum.

De Contritione. 7. Tunc ſolum obligat quando tenemur juſtificari, & non habemus aliam viam qua juſtificari poſſimus.

De gula. 8. Comedere, & bibere uſque ad ſatietatem, ob ſolam voluptatem non eſt peccatum, modo non obſit valetudini; quia licitè poteſt appetitus naturalis ſuis actibus frui.

De Matrimonio. 9. Opus conjugii ob ſolam voluptatem exercitum omni penitus caret culpa, ac defectu veniali.

De Proximo diligendo. 10. Non tenemur proximum diligere actu interno, & formali.

De eod. 11. Præcepto proximum diligendi ſatisfacere poſſumus per ſolos actus externos.

De Eleemoſyna. 12. Vix in ſæcularibus invenies etiam in Regibus ſuperfluum ſtatui, & ita vix aliquis tenetur ad eleemoſynam quando tenetur tantum ex ſuperfluo. ſtatus.

De charitate erga proximos. 13. Si eum debita moderatione facias, potes abſque peccato mortali vita alicujus triſtari: & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci effectu petere, & deſiderare, non quidem ex diſplicentia perſonæ, ſed ad aliquod temporale emolumentum.

De Filio erga Patrem. 14. Licitum eſt abſoluto deſiderio cupere mortem Patris, non quidem ut malum Patris, ſed ut bonum cupientis, quia nimirum ei obventura eſt pinguis hæreditas.

De eod. 15. Licitum eſt filio gaudere de parricidio parentis, à ſe, in ebrietate perpetrato propter ingentes divitias inde ex hæreditate conſecuta.

De Fide. 16. Fides non cenſetur cadere ſub præceptum ſpeciale & ſecundum ſe.

De eod. 17. Satis eſt actum fidei ſemel in vita elicere.

De Fidei Confeſſione. 18. Si à poteſtate publica quis interrogetur fidem ingenuè confiteri, ut Deo & fidei glorioſum conſulo, tacere ut peccaminoſum per ſe, non damno.

De Fidei aſſenſu. 19. Voluntas non poteſt efficere, ut aſſenſus fidei in ſe ipſo ſit magis firmus quàm mereatur pondus rationum ad aſſenſum impellentium.

De eod. 20. Hinc poteſt quis prudenter repudiare aſſenſum quem habeba: ſupernaturalem.

De Fidei firmitate. 21. Aſſenſus fidei ſupernaturalis, & utilis ad ſalutem, ſtat cum notitia ſolum probabili revelationis; imò cum formidine qua quis formidet, nec non ſit locutus Deus.

De Fide explicita. 22. Non niſi fides unius Dei neceſſaria videtur neceſſitate medii non autem explicita remuneratoris.

De Fide neceſſaria. 23. Fides latè dicta ex teſtimonio creaturarum, ſimilive motivo, ad teſtificationem ſufficit.

De mendacio iurato. 24. Vocare Deum in teſtem mendatii levis non eſt tanta irreverentia propter quam velit, aut poſſit damnare hominem.

De Iuramento. 25. Cum cauſa licitum eſt jurare ſine animo jurandi, ſive res ſit levis, ſive gravis.

De periurio. 26. Si quis vel ſolus vel coram aliis, ſive interrogatus, ſive propria ſponte, ſive recreationis cauſa, ſive quocumque alio fine juret, ſe non feciſſe aliquid quod revera fecit, intelligendo intra ſe aliquid aliud quod non fecit, vel aliam viam ab ea in qua fecit vel quodvis aliud additũ verum revera non mentitur neque eſt perjurus.

De Amphibologia. 27. Cauſa juſta utendi his Amphibologiis, quoties ſit neceſſarium, aut utile eſt ad ſalutem corporis honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita ut veritatis occultatio ſentiatur tunc expediens & ſtudioſa.

De periurio in officio. 28. Qui mediante commendationis vel munere ad Magiſtratum, vel officium publicum promotus eſt, poterit cum reſtrictione mentali, præſtare juramentum quod de mandato Regis à ſimilibus ſolet exigi non habito reſpectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.

Simulatio iniqua. 29. Urgens metus gravis eſt cauſa juſta Sacramentorum adminiſtrationem ſimulandi.

Impia vindicta. 30. Fas eſt viro honorato occidere invaſorem qui nititur calumniam inferre, ſi aliter hæc ignominia vitari nequit, idem quoque dicendum ſi quis impingat alapam: vel fuſte percutiat, & poſt impactam alapam, vel ictum fuſtis, fugiat.

De homicidio. 31. Regulariter occidere poſſum furem pro conſervatione unius aurei.

De eod. 32. Non ſolùm licitum eſt deffendere deffenſione occiſiva quæ actu poſſidemus, ſed etiam ad quæ jus inchoatum habemus, & quæ nos poſſeſſuros ſperamus.

Illicita defenſio. 33. Licitum eſt tam hæredi quam legatario contra injuſtè impedientem, ne vel hæreditas adeatur, vel legata ſolvantur, ſe taliter deffendere, ſicut & jus habenti in cathedram, vel præbendam contra eorum poſſeſſionem injuſtè impedientem.

De aborto. 34. Licet procurare abortum ante animationem fætus, ne puella deprehenſa gravida occidatur, aut infametur.

Homicidiũ in aborto. 35. Videtur probabile omnem fætum quandiu in vero eſt carere anima rationali, & tum primum incipere eandem habere cum paritur, ac conſequenter dicendum erit in nullo abortu homicidium committi.

De furto. 36. Permiſſum eſt furari non ſolum in extrema neceſſitate, ſed etiam in gravi.

De eod. 37. Famuli & famulæ domeſticæ poſſunt occultè heris ſuis ſurripere ad compenſandam operam ſuam quam majorem judicant ſalario quod recipiunt.

De reſtitutione. 38. Non tenetur quis ſub pœna peccati mortalis reſtituere quod ablatum eſt, & per pauca furta quantumcumque ſit magna ſumma totalis.

De eod. 39. Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio non tenetur ad reſtitutionem illius damni illati.

De Mohatra. 40. Contractus Mohatra licitus eſt, etiam reſpectu ejuſdem perſonæ, & cum contractu retro venditionis præviæ inito cum intentione lucri.

De Uſura. 41. Cum numerata pecunia precifior ſit numeranda, & nullus ſit, qui non majoris faciat pecuniam

præſentem quam futuram, poteſt creditor aliquid ultra ſortem à mutuarario exigere & eo titulo ab uſura excuſari.

De eod. 42. Uſura non eſt dum ultra ſortem aliquid exigitur tanquam ex benevolentia & gratitudine debitum, ſed ſolum ſi exigatur, tanquam ex juſtitia debitum.

Falſum teſtimonium. 43. Quidni non niſi veniale ſit detrahentis authoritatem magnam, ſibi noxiam falſo crimine elidere.

De eod. 44. Probabile eſt non peccare mortaliter qui imponit falſum crimen alicui, ut ſuam juſtitiam & honorem defendat; & ſi hoc non ſit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.

De Simonia. 45. Dare temporale pro ſpirituale non eſt ſimonia, quando temporale non datur tanquam pretium, ſed dumtaxat tanquam motivum conferendi vel efficiendi ſpirituale, vel etiam quando temporale ſit ſolum gratuita compenſatio pro ſpirituali, & è contra.

De eod. 46. Et id quoque locum habet etiam ſi temporale ſit principale motivum dandi ſpirituale; imo ſi ſit finis rei ſpiritualis, ſic ut illud pluris eſtimetur quam res ſpiritualis.

De digniore eligendo. 47. Cum dixit Concilium Tridentinum eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare qui niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis utiles ipſi judicaverint ad Eccleſias promovent, conſilium vel primo videtur per hoc digniores, non aliud ſignificare velle niſi dignitatẽ eligendorum ſumpto comparativo pro poſitivo, vel ſecundo loquutione minus propria ponit digniores ut excludat indignos, non vero dignos, vel tandem loquitur tertio quando ſit concurſus.

De fornicatione. 48. Tam clarum vedetur fornicationem ſecundum ſe nullam involvere malitiam, & ſolum eſſe malam quia interdicta ut contrario omninò rationi diſſonum videatur.

De pollutione. 49. Mollities jure naturæ prohibita non eſt. Undè ſi Deus eam non interdixiſſet ſæpe eſſet bona, & aliquando obligatoria ſub mortali.

De adulterio. 50. Copula cum conjugata conſentiente marito non eſt adulterium, adeoque ſufficit in confeſſione dicere ſe eſſe fornicatum.

De lenone famulo. 51. Famulus qui ſubmiſſis humeris ſcienter adjuvat hærum ſuum aſcendere per feneſtras ad ſtrupandam virginem, & multoties eidem ſubſervit deſſerendo ſcalam, aperiendo januam, aut quid ſimile operando, non peccat mortaliter, ſi id faciat metu notabilis detrimenti, ne à Domino male tractetur, ne torvis oculis aſpiciatur, ne domo expellatur.

De feſtis ſervandis. 52. Præceptum ſervandi Feſta non obligat ſub mortali ſepoſito ſcandalo ſi abſit contemptus.

De miſſa audienda. 53. Satisfacit præcepto Eccleſiæ de audiendo ſacro, qui duas ejus partes, imò quatuor ſimul à diverſis celebrantibus audit.

De officio divino. 54. Qui non poteſt recitare matutinum & laudes poteſt tamen reliquas horas, ad nil tenetur, quia major pars trahit ad ſe minorem.

Communio ſacrilega. 55. Præcepto communionis annuæ ſatisfit per ſacrilegam manducationem.

Indicium falſum. 56. Frequens confeſſio & communio etiam in his qui gentiliter vivunt eſt nota prædeſtinationis.

Attritio inutilis. 57. Probabile eſt ſufficere attritionem naturalem modo honeſtam.

Conſuetudo cõfitenda. 58. Non tenemur confeſſario interroganti fateri peccati alicujus conſuetudinem.

Confeſſio nulla. 59. Licet ſacramentaliter abſolvere dimidiate tantum confeſſos ratione magni concurſus pænitentium, qualis v. g. poteſt contingere in die magnæ alicujus feſtivitatis, aut indulgentiæ.

De abſolutione neganda. 60. Pænitenti habenti conſuetudinem peccandi contra legem Dei, naturæ aut Eccleſiæ, etſi emendationis ſpes nulla appareat, neque eſt neganda nec differenda abſolutio, dummodo ore proferat ſe dolere, & proponere emendationem.

De eod. 61. Poteſt aliquando abſolvi qui in proxima occaſione peccandi verſatur quam poteſt, & non vult omittere, quinimo directè & ex propoſito quærit, aut ei ſe ingerit.

Occaſio fugienda. 62. Proxima occaſio peccandi non eſt fugienda, quando cauſa aliqua utilis aut honeſta non fugiendi occurrit.

De eod. 63. Licitum eſt quærere directè occaſionem proximam peccandi pro bono ſpirituali, vel temporali noſtro, vel proximi.

De incapaci abſolutionis. 64. Abſolutionis capax eſt homo quantumvis laboret ignorantia miſteriorum fidei, & etiamſi per negligentiam etiam culpabilem neſciat myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, & Incarnationis D. N. Jeſu Chriſti.

65. Sufficit illa myſteria ſemel crediḋiſſe.

De repetenda fide. Quicumque autem cujuſvis conditionis ſtatus, & dignitatis illas vel illarum aliquam conjunctim, vel diviſim defenderit, vel ediderit, valde eis diſputativè, publicè aut privatim tractaverit vel prædicaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in excommunicationem latæ ſententiæ à qua non poſſit (præter quam in articulo mortis) ab alia quacumque etiam dignitate fulgente niſi pro tempore exiſtente Romano Pontifice abſolvi.

Inſuper diſtrictè in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione divini judicii prohibet omnibus Chriſti fidelibus cujuſcunque conditionis, dignitatis, & ſtatus etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignis ne prædictas opiniones, aut aliquam ipſarum ad praxim deducat.

Tandem ut ab injurioſis contentionibus Doctores ſeu Scholaſtici, aut alii quicunque poſterum ſe abſtineant & ut paci & charitati conſulatur idem SS. in virtute ſanctæ obedientiæ eis præcipit ut tam in libris imprimendis ac manuſcriptis quam in theſibus, diſputationibus, aut prædicationibus, caveant ab omni cenſura & nota, nec non à quibuſcumque convitiis, contra eas propoſitiones quæ adhuc inter catholicos, hinc inde controvertuntur, donec à Sancta Sede recognita ſuper eiſdem propoſitionibus judicium proferatur.

Loco ſigilli †

Franciſcus Ricardus Sanctæ Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis Notarius anno à Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti, milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo nono, in dictione ſecunda, die vero 4. menſis Martii Pontificatus autem SS. in Chriſto Patris & D. N. D. Innocentii divina providentia Papæ XI. anno tertio, ſuprà dictum decretum affixum & publicatum fuit ad Valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis & conſuetis Urbis per me Franciſcum Perinum ejuſdem Sanctiſſimi D. N. P. & univerſalis Inquiſitionis curſorem.

Digitized by Google

SEMICENTURIÆ SUPLEMENTUM
ob tacitam efformabilem objectionem.

QUOD mihi occurrit apponendum, cuique minus etiam quam mediocri, fas ſit fateri, occurrere poſſe; & ne hæreat dubius ullus me arguens incurium, non tam ac par petitur, operis titulo Conſultationu n numerum reſpondere, ſiquidem, ſexta, præceſſerat & introducta, nec non diſcuſſa, & deciſa loco ubi eam cito in illius limine (vereor ne à monitiuncula Caſiodoro deficiam 7. Var. 18. *quo ſtudio ſit faciendum quod ad noſtrum venturum conſtat examen* ſubjuncta cauſali eo 7. Var. 20. *quia tanto quis gratior redditur quanto apparendi cauſas ſuſcepiſſe monſtratur.* Si igitur Semicenturiæ complementum, aut exoptatur, vel objicitur ſiſtendo in ante datis, præſenti complebitur Suplemento.

CONSULTATIO SATISFACTORIA.

De Indultorio nominante ad Beneficium.

1. CAROLUS habebat indultum Apoſtolicū præſentandi ad certa beneficia reſervata ratione menſium Apoſtolicorum; vacavit beneficium per reſignationem in manibus Ordinarii factam menſe Februarii anni 1676. (qui quidem menſis erat Apoſtolicus, quia Epiſcopus non gaudebat alternativa) indultorius errore ductus nominavit, & erat dum ad prædictum beneficium, qui ſe ante Vicarium Generalem ejuſdem Epiſcopum dicta nominatione præſentavit, ab eoque inſtitutionem, & pacificam beneficii poſſeſſionem obtinuit, quam triennio, & amplius continuavit; poſtea vero cæpit anceps eſſe an prædicta collatio valeret, tutuſque foret tam in foro interno conſcientiæ, quam externo contentioſo; quidque ſentirem, petivit anxius de ſua incolumitate, aut culpa.

SUMMARIUM.

BENEFICIA vacantia per reſignationem non reſervantur regulâ menſium, n. 2.
Præſentatio putativa à patrono valet, n. 3.
Interpretatur, cap. Conſult. de jure patronatus, num. 4.
Error juris equiparatur errori facti de ſervit. & bona fide, n. 5.
Impugnatus Garcia circa interpretationem indulti ducis Albani, n. 6.
Beneficia patronatus ex dotatione, & fundatione reſervantur, ſic ſi ſit privilegiatus patronatus, num. 7.
Interpretatur deciſio in cauſa Parrochialis de Gaiat, num. 8.
Quando error eſt juris, maximè dubii ſervit de titulo, bonumque præſtat fidem, n. 9.
Exceptio regulæ de triennali competit triennali pacifico beneficii poſſeſſori, n. 10.
Traduntur eſſentialia requiſita regulæ de triennali, num. 11.
Explicatur quis titulus coloratus ad effectum prædictæ regulæ, n. 12.
Bona fides an ſit neceſſaria in poſſeſſione triennali beneficii, n. 13.
Dubitationes, & ſcrupuli non tollunt bonam fidem, num. 14.
Impedit dubitatio illam in incipiente poſſidere, ſecus ſi poſſeſſioni ſupervenit, n. 15.
Si judicis authoritate quis poſſidere incipit, dubitatio in eo, bonam fidem non impedit, n. 16.
Præſumitur pro juſtificatione decreti judicialis, num. 17.
Scientia & patientia in habente poteſtatem conferendi operantur collationis validitatem, n. 18.

2. SUCCINCTE reſpondi tutum Everardum in utroque jure ſequentibus innixus rationibus. Prima, quia licet beneficia vacantia per reſignationem non ſint reſervata ratione menſium eo quod in regula ipſa cancellariæ exprimitur. *Alias quam per reſignationem vacantia*; & aſſerit juriſperitus Garcia de ſimili indulto in tractatu de benef. 5. p. cap. 1. n. 648. (cujus doctrina an vera ſit in ſpecie indulti ducis Albani poſtea juxta meum captum dicam) ut tamen ex eo quod communiter credebatur hujuſmodi vacationem ad indultorium pertinere, ſicque exiſtimabatur patronus, valent ab eo factæ præſentationes ac ſi verus eſſet patronus argumento S. Barbarius Pilippus H. de officio Prætoris conſonè ad ea quæ in prædictam 3.
legem ſcribunt plurimi Juriſtæ, & pro cunctis, abundet me remittere ad varia ſcitu digniſſima videnda in Jeſuita Thoma Sancio tom. 1. de Matr. lib. 3. diſp. 22. quæſt. 1. uſque ad ſeptimam.

Neque obſtat ſi objiciatur diſpoſitio capitis conſultationibus de jure patronat. quia ejus deciſio procedit 4.
quando non eſt titulus coloratus niſi ſolum error, qui abſque titulo non eſt, neque cenſetur ſufficiens, quæ ſolutio colligitur à traditis per allegatum Sancium ea diſp. 22. quæſt. 3. per totam; prædictaque maximè procedunt quando error eſt juris dubii qui equiparatur errori facti, & ſervit de titulo & bona fide, ut liquet

quet expreſſum à Garcia citato quinta p. n. 88. ita-
que in caſu relato à Garcia ubi ſupra, inſtitutio facta
ad præſentationem Ducis Albani de beneficio in
menſe Apoſtolico reſignato abſque dubio valeret,
5. quia in ſpecie dicti indulti includitur vacatio per re-
ſignationem, eo quod in conceſſione Pii IV. omnes
vacationes extra curiam comprehendebantur, neque
invenitur excepta in modificatione indulti facti à
Pio V.

Minus impedit ratio Garciæ, quod beneficia va-
cantia ob reſignationem non ſunt reſervata per regu-
lam menſium (quod lubentiſſimè fateor, neque de eo
nunc occurrit aliqua quamtumcumque velit quicum-
que concertatio) ex hoc autem non colligo, neque
ullus probare meo videri quit, nec infertur prædicta
beneficia non includi in indulto, quia non eget reſer-
vatione in menſibus ab ipſa aſſignatis Pontifici ut
conſtat ex prædicti indulti commemorata exceptione
cujus verba ipſe Garcia refert in hunc modum: *Ac jus
Patronatus hujuſmodi ad beneficia vacantia in menſi-
bus ordinariorum collatorum illis conceſſis per regulas
cancellariæ, & litteras alternativas, &c. non extendi.*
7. Sicut enim beneficia Patronatus ex dotatione, & fun-
datione ad Patronum pertinent non ſpectata reſerva-
tione, ita ſimiliter beneficia Patronatus privilegiati
qualis eſt Ducis Albani, dum tamen in menſibus aſ-
ſignatis vacent; ad quod fortaſſis non reſpexit Garcia;
cui non ſuffragatur deciſio in cauſa Parrochialis de de
Gaiates, quæ habetur impreſſa 1. p. diverſ. deciſ.
442. quia ut ex ejus lectura apparet, caſus ibi pro-
poſitus nullam affinitatem habet cum hoc, de quo
8. hic agimus, ibi enim Dux Albanus volebat præ-
ſentare ad beneficia vacantia in menſe Septembris,
qui eſt ordinarius, intendebatque in ſe tranſlatam
ſupremam illam poteſtatem ſoli Pontifici conceſſam
concurrendi cum ordinario jure præventionis, ita-
que dixerunt Domini *Dictum indultum ſolum capere
illa beneficia, quæ privativè ad ipſius Pontificis colla-
tionem pertinent* (vacantia ſcilicet in menſibus or-
dinariis juxta illa indulti verba, *De quibus ipſi ordi-
narii ſua ordinaria authoritate providere poſſunt*) *non
autem quæ cumulativè.* Etenim non applicarunt hæc
verba ad beneficia vacantia in menſibus Pontificiis,
de quibus nullus ſermo inter ipſos conferebatur.

Revertor jam ſpecialiter ad meum propoſitum in-
negabile enim eſt, dato quod opinio Garciæ conce-
9. datur, errorem eſſe juris maximè dubii, qui ſervit
de titulo, & præſtat bonam fidem, intratque diſpo-
ſitio D. L. Barbarius, à qua tam efficax pro noſtro
caſu ſumitur meo videri hæc prima ratio pro ſecuri-
tate conſcientiæ, ut non videatur ab illo Theologo
aliter ſentiri poſſe; & meo videri, ſalvo meliori ju-
dicio, nec juriſtæ in foro contentioſo ſentient oppo-
ſitum.

Dixi n.2. in utroque foro Everardum ſecurum eſſe,
62. quia etſi à principio non valuiſſet inſtitutio, tamen
poſt adimpletum triennium pacificæ poſſeſſionis; com-
10. petit titulo, exceptio regulæ de triennali, tutumque
eum conſtituit, quod & clarius appareat per partes
oſtenditur; eſſentialia regulæ ad producendam ex-
11. ceptionem ſunt titulus coloratus, triennalis pacifica
poſſeſſio, & quod beneficium non ſit reſervatum re-
ſervatione clauſa in corpore juris, nec ſimoniacè
obtentum.

12. Titulus autem coloratus ad effectum regulæ eſt
70. datus ab habente poteſtatem conferendi v. g. collatus
ab Epiſcopo de Beneficiis ſuæ diœceſeos, qui forte
non eſt validus, quia beneficia erant reſervata, ſeu
quia alio jure ſpeciali ad inferiorem collatorem ſpe-
73. ctabant, collatus ſimiliter à Vicario generali Epiſco-
pi; ſed hic diſtinguendum ad caſu conſulti, & ſi-
milium intelligentiam; aut enim Vicarius habet ſpe-
ciale mandatum conferendi beneficia ad ordinariam
Epiſcopi collationem ſpectantia, aut non; ſi habet,
de eoque legitimè conſtat, titulus collationis liberæ,
ut ita dicam, ab eo datus producet exceptionem 5.
regulæ, idem enim eſt ac ſi datus fuiſſet ab Epiſcopo;
ſi autem prædictum mandatum non habet ſubdiſtin-
guendum, aut eſt titulus collationis liberæ, & non
erit coloratus, aut inſtitutionis, & tunc producet
effectum regulæ; prioris dicti ratio conſiſtit in eo,
quia vicarius ex generali mandato non poteſt bene-
ficia conferre cap. fin. de offic. Vicar. in 6. Garc. d.
5. p. cap. 8. n. 80. cum pluribus; ratio ſecundi, quia
ex vi nominationis poteſt inſtituere præſentatos d. cap.
fin. de offic. Vic. cap. ex frequentibus de inſtit. Garc.
ubi ſupra n. 85. cum ergo in noſtro eventu Everardus
fuerit inſtitutus à Vicario ad præſentationem indul-
tario, ſequitur habere titulum coloratum produce-
re valentem regulæ exceptionem, ſiquidem benefi-
cium nec ſimoniacè fuit obtentum, nec reſervatum
reſervatione clauſa in corpore juris, eſtque pacificè
poſſeſſum per triennium, & amplius, circa quæ nulla
inſurgit dubitatio diſcuſſione digna, & pro tota hac 23.
doctrina lepide Trullench 5. tom. 2. in decal. lib. 7. cap.
4. dub. 9. n. 4. ubi ait, *Qui pacificè aliquod benefi-
cium abſque ſimoniaco ingreſſu poſſedit, præſcribit
contra actionem cujuſcumque in petitorio; patet ex re-
gula cancellariæ* 33. *unde poſtea non tenetur reſignare
beneficium etiam in foro conſcientiæ, ut tenet Navarr.
conſ.* 40. *contra Covarruvias ſupra, eſtque ratione
valdè conſentanea, nam Pontifex poſt triennium
nemini actionem contra illud beneficium concedens vi-
detur reddere poſſeſſorem illum ſecurum in conſcientia,
ſi per triennium bona fide poſſederit.* Nec notare tran- 34.
ſibo quod mox ſubjungit in firmitatem atque ſtabi-
litatem poſſeſſionis triennalis, tantopere enim hæc
in ſuffragium vertitur poſſidentis; inquit relatus
Trullench. *Si aliquis ſimoniacè inſtitutus fuit per igno-
rantiam, quia v. g. Pater pro filio ignorante pecu-
niam numeravit, prodeſſe regulam triennalem poſſeſſo-
ri cum bona fide & ejuſmodi titulo colorato, ut alia
tituli habilitatione aut diſpoſitione opus non ſit:* Urgen- 12.
tior ne aſſignari quit paritas in ſoliditatem caſus con-
ſulti? Propterea inveſtigandum reſtat, an bona fides
requiratur à regula in poſſeſſore, & an ſcrupuli; &
dubitationes conſtituant in mala fide? Reſpondeo
cum Gomeçio in commentar. ad prædict. regul. quæſt.
42. bonam fidem non eſſe neceſſariam, ut ſæpius
Rota tenuit in deciſionibus ibi per eum allegatis verſ.
in his tamen non obſtantibus, & licet bona fides re-
quireretur, non defuit Everardo, quia tempore inſti-
tutionis, & adeptæ poſſeſſionis non dubitavit de jure
ſuo, poſtea vero cæpit anceps eſſe, & ſcrupulis angi,
non tam in foro interno (ſciebat enim, ut ipſemet
faſſus eſt, poſſeſſorem bonæ fidei, qui reperit contra 14.
ſe aliquas rationes dubitandi, etſi graves, non amit-
tere bonam fidem, quia nulla gravior eſt ratio poſ- 57
ſeſſione per annotata à Caramuel. to. 3. lib. 3. de conſ-
cientiæ dictam. cap. 4. de conſcientia dubia diſpu. 3.
quæſt. 10. à n. 1445. & quæſt. 11. n. 1452. cum ſequētibus)
quam externo, quia lites timendæ, & fugiendæ, ut
monemur ab Apoſtolo 2. ad Timoth. 2. v. 24. *Non opor-
tet litigare.* præſumitur enim Proverbior. 16. v. 28. *Homo
perverſus ſuſcitat lites.* Quod exemplificari advertit 65.
noſter Lyranus in Siba filio Bochri ex 2. libro Reg. cap.
20. & quid apties in juſtum Evarardi timorem, velut
lectio Caldaica, quæ ad vulgatam in Proevrb. textu
tranſcripto, vertit, aut addit. *Et ſuſurro divertit à ſe
amicum ſuum*: Videndus S. Greg. Nazianzenus
orat. 3. Apol. ut arguatur quantum timenda litigia
externa.

Cum ergo prædictus Everardus ſciret tutum in fo-
ro interno non poteſt dubitari ſemper bonam fidem

Digitized by Google

habuiſſe, & ſi dubitaret de externo, quia poſſeſſio ac ſufficiens titulus deponendi dubiam conſcientiam, & honeſtandi intentionem Covarruv. in regul. poſſeſſor. 2. p. §. 7. n. 4. & in regula peccatum 3. p. initio n.4. cum aliis Ferdin. à Caſtro Palao in oper. moral. p. 1. diſput. 3. punct. 2. n. 4. ubi ſub hunc titulum. *An poſſeſſio legitima in materia juſtitiæ ſufficiens titulus ſit deponendi dubiam conſcientiam, & honeſtandi operationem*; & paſſim adverto pro Theologis, qui non ſunt tam frequentes in recognoſcendis Cancellariæ regulis, quod hi habent, qualiterque mea hæc reſolutio in cunctis conſonet illis recognoſcat eundem Palao to. 2. tract. 3. de Benefic. Eccleſiaſt. diſput. 2. p. 16. ubi tenorem reſervationis de verbo ad verbum tranſcribit, & cap. 17. uſque 20. plurima tractat ſcitu opportuniſſima, quibus præſens deciſio ampliari poterat.

Si contra eam objiciatur omnis dubitatio impedit bonam fidem; ergo ex quo Everardus dubitavit, caruit bona fide; ſed hac ceſſante non poteſt dari bona conſcientia: ergo non manſit Everardus tutus in foro interiori: Reſpondet Palaus citatus ubi ſupra
15. n. 6. dubitationem impedire bonam fidem in incipiente poſſidere. quia injuſtè rem ſibi arrogat, quam non magis æſtimat ad ſe, quam ad alium pertinere; at in continuatione poſſeſſionis ſolum requiritur, ut ignoret eſſe alienam, quià dum non probatur eſſe alienam pro poſſidente eſt præſumptio cap. ſi virgo 34. q. 1. ibi: *In jure prædiorum tandiu unuſquiſque poſſeſſor bonæ fidei dicitur, quandiu poſſidere ſe ignorat alienum*, Covarruv. ad regul. poſſeſſor. 2. p. §. 7. n.3. & ſequent.

Aſt in caſu conſultationis plus dicam, quod etſi à principio, & in puncto adipiſcendæ poſſeſſionis, ſeu ante, id eſt tempore inſtitutionis dubius eſſet dictus Everardus, adhuc diceretur bonæ fidei poſſeſſor, quia cum poſſideat judicis authoritate, & decreto pro quo eſt præſumptio, intrat commune dicterium *qui authore Prætore poſſidet, bene poſſidet*. l. qui authore 137. ubi juriſtæ ff. de reg. jur. appertiſsimum etenim verſatur diſcrimen inter poſſidentem propria authoritate, aut judicis authoritate quia iſte, etſi dubius de ſuo jure (niſi certo ſciat, rem eſſe alienam) dicitur bonæ fidei poſſeſſor rejecta dubitatione à præſumpta iuſtificatione decreti iudicialis, ille vero ſi à principio dubitat, quamvis huiuſmodi duditatio bonam fidem inceptam non frangat iuxta ſuperius tradita, tamen dici non poteſt bonæ fidei poſſeſſor, nec malæ, quia hæc ambiguitas non ſinit in alterutram partem inclinare, ſed manet neuter, niſi magis inclinet in juſtificationem ſui juris, quia tunc jam elicitur actus poſitivus bonæ fidei juxta quam doctrinam in forma ad objectionem ex n. 15. diſtinguo maiorem: omnibus dubitatio impedit bonam fidem, dum componitur illa cum authoritate iudicis, nego, ſi non componitur, omitto.

Prædictis accedit alia, & non contemnenda ratio pro validitate collationis, quia cum Epiſcopus, ad quem beneficii prædicti proviſio ſpectabat, ſciverit, ut ſupponitur, vacationem, nominationem, inſtitutionem, & poſſeſſionis aſſequutionem, præſumitur conſenſiſſe, exemplo patroni non reclamantis collationi factæ ab Epiſcopo de beneficio ſui Patronatus, patientia enim, & ſcientia, licet præſumptæ in habente poteſtatem conferendi operantur collationis validitatem, cap. literas 4. de ſupl. neglig. Prælat. ubi videndi Canoniſtæ, quos non allego, etſi aliquando viderim, quia non facile ipſorum volumina à Theologo paupere tenentur. Unde dixi ſalvo meliori iuditio Everardum à Carolo indultario Apoſtolico inſtitutum in dicto beneficio, tutâ conſcientiâ permanere, nec timendum à foro contentioſo, in quo recti iudices non amovebunt, quantumcumque poſt triennium dubitaverit. Hoc quod hucuſque manet deciſum, videtur neotherice expreſsû in eo quod invenietur volumine titulato. *Problemata legalia per diſtinctiones, ad concordiam redacta*: Cuius autor, fama omni celebritate dignus, & maiori indicitur præconio bene meritus, Petrus Franciſcus Paſerinus, in libro igitur Typis excuſſo Placentiæ ſub Ducali Parmenſi anno 1678. poſt varia inducta ſcitu oportuniſſima, §. 3. n. 469. & ſequentibus ſubtilem ex Galvano de poſſeſſione introducit diſtinctionem ſic. *Tria eſſe poſſidendi genera; Bona fide, mala fide, & non bona fide, nam inter bonam, & malam fidem datur media quædam fides.* Nonne hoc medium frequentiſſimum in principiis Philoſophicis, & Theologicis ſub aſſerto quod inter duo contrariè oppoſita admittitur medium, conſiſtens ſaltem in carentia, v. g. inter album, & nigrum, in re eſſe poteſt, non album, neque nigrum; inter meritum poſitivè oppoſitum demerito, nullus negat non demeritum, quod formaliter, neque ullo pacto eſt meritum; liquetque in omiſſione actus liberi cadentis ſub conſilio duntaxat; & urgentius iſtud in Scoticis principiis admittentibus actus indifferentes in individuo, de quo ſubtilis præceptor 2. diſt. 7. quæſt. 1. §. ad ſolutionem iſtius n. 17. & quodlibeto 18. §. de ſecundo principali n. 9. & alibi, non me latet oppoſitum ſentire Thomiſtas quos & valde tuetur, citat & ſequitur Vincentius Ferre to. 1. l. in primam ſecundæ tract. 5. quæſt. 7. §. 5. à n. 1197. Paſſerinus igitur, iudicium ferens, pro medio illo de non bona fide n. 470. ſcribit. *Fortaſſe melius dici etiam poſſet, non mala, cum quoad effectus quoſ parte, malam excludat, & bonæ proxime accedat, Cujuſmodi eſt in dubitante; quæ non interrumpit* 47
præſcriptionem bona fide inchoatam. Luculenter, profunde, & ad ſedandas in pluribus eventibus conſcientias, nihil accommodatius hoc medio; videlicet, non mala fides conſervans bonam fidem in poſſidente dum poſitiva non patet ad oculum mala fides: ſundata doctrina in variis juribus & doctoribus concludit citatus Juriſconſultus n. 472. *Qui inchoavit præſcriptionem bona fide, jam eſt in poſſeſſione bonæ fidei; & hæc poſſeſſio prævalet dubitationi poſtea ſupervenienti; ideoque tunc pro poſſeſſione bonæ fidei ſtandum eſt, quouſque certò adſit mala fides, quæ dictam bonam fidem tollat*: premas obſecro, ly *certò* ex illa regula iuris l. cum Titio ff. ad legem Falcid. l. non quodadmodum ff. de iudic. & videndus Stephanus Gracian. to. 5. in ſuis diſcept. forenſ. cap. 884. n. 28. *Certa pro incertis dimittenda non ſunt.* Poſſeſſio in ſua bona fide Everardi per triennium, & plus erat certa; mala fides incerta, alioqui non caderet ſub dubietate; ergo in iſta non amittens bonam fidem tutâ conſcientiâ procedebat.

Sb correctione S. Matris Eccleſiæ Romanæ.

Digitized by Google

NIMIO DOLORE EX TYPOGRAPHIA TOT PERLEGI *errata incurſa ; legenti autem fiat ſatis à verbis S. Hieronimi to. 1. epiſ. 23. ad Tucinum.* Scripta vidi in cartaceis codicibus, ac frequenter monui, ut conferrent diligentiùs, & emendarent ; relegere non potui *addo, quia præſens non fui prælo* ſaragramata reperies; *& mox.* Non mihi debes imputare, *Obſecro advertas quod cum corrector amputaverit à meo manuſcripto duos numeros marginales priores, quoties, ſive in indice Rerum, & verborum, ſive in conſultationibus remiſſiones infideles notes, te vertas, ſupplex oro, ad duos anteriores, aut poſteriores, & fideliſsimas reperies citationes, emendabis ſic contracta phalmatica.*

IN Dedicatoria n. 7. l. 26. *Dalide.* Davide. n. 9. l. 1. *debibo* de vivo.

In antepenultima totius Dedicatoriæ linea *ſuas*, ſuus.

In titulo Lectori l. 33. *Sanctus*, Sanctæ. In conſultationibus. pag. 1. l. 16. *præmium*, proemium.

P. 2. l. 4. *venire*, evenire. l. 28. *id.* in l. 30. *quanquam*, quamquam. l. 51. *alerum*, alterum.

P. 5. col. 1. l. 52. *modum*, modus. l. 7. c. 1. l. 46. *qui* quæ.

P. 8. c. 2. l. 67. *quænam*, quædam.

P. 9. c. 2. l. 36. *ordinatur*, ordinabatur. l. 38. *Penitentis*, adde juxta l. 50. *vel* ad l. 53. *at* ut. l. *accepit*, add. & ex.

P. 10. l. 28. c. 1. *factus in rebus*, fictus in robur. c. 2. l. 5. *rei* Dei. l. 8. *viſcera*, virulenta.

P. 12. c. 1. l. 2. *Scoticas*, Scotiſtas. l. 23. *inique*, inæque.

P. 17. c. 1. l. 18. *quos*, quoad. l. 28. *tranſibit*, tranſcribit.

P. 18. c. 1. l. 63. *Religioſus*, religioſis.

P. 19. c. 1. l. 9. *ſtatus*, ſtatu. l. 51. *ſemper*, ſimplex. l. 64. *praincertus*, præinſertus. c. 2. l. 7. *aſſignatus* aſsignatos. l. 38. *&* ex. l. 65. *Paleſio*, Saleſio.

P. 20. c. 1. l. 14. *haberem*, habere. l. 39. *Bt.* & l. 70. *deſſera*, deſſerre. c. 2. l. 6. *marit.* marito. l. 24. *Jeſius*, Leſsius. l. 47. *communa*, commune. l. 55. *alſit*, adſit.

P. 21. c. 2. l. 23. *quod* quoad. l. *novitios dicti*, novitios dictos. l. 42. *ſubditis*, ſubditi

P. 23. c. 1. l. 26. *errore*, terrore. l. 24. *conjuges*, adde non.

P. 25. c. 1. l. 56. *relictum*, relinquam.

P. 27. c. 1. l. 20. *ducat*, durat.

P. 28. c. 1. l. 6. *redolere*, redere. l. 7. *cum*, adde aliquibus. l. 24. *concenſiſſe*, conceſiſſe. l. 52. *curioſitate*, curioſitas. l. 56. *nos*, non. c. 2. l. 19. *tertibus*, teſtibus.

P. 29. c. 2. l. 24. *abſit*, adſit. l. 42. *veritatem*, paritatem. l. 64. *motus*, modus.

P. 32. c. 1. l. 2. *femineum*, adde non c. 2. l. 18. *dilectum*, directum

P. 36. c. 1. l. 55. *vivorum*, virorum.

P. 37. c. 1. l. 5. *ſecundo*, ſecunda. c. 2. l. 5. *prohitus*, prohibitus.

P. 38. l. 26. *partes*, patres. l. 30. *partibus*, patribus.

P. 41. c. 1. l. 17. *genetum*, genitum. *poteſt*, potens. l. 38. *ſi*, ſic:

P. 42. c. 2. l. 66. *vixorum*, virorum. l. 70. *procederet*, procedere.

P. 43. c. 1. l. 15. *Clementer*, clementem. l. 34. *France* 10. Franciſco.

P. 44. c. 1. l. 53. *clande reſolumque* claudere, ſolumque c. 2. l. 27. *injunans.* iciunans.

P. 45. c. 2. l. 14. *abſoluto*, abſoluta.

P. 47. c. 1. l. 37. *eſt*, etſi c. 2. l. 7. *par*, penes.

P. 50. c. 1. l. 51. *non*, nam l. 60. *qua* quem.

P. 54. c. 1. l. 16. *ſecunda*, ſecura.

P. 56. c. 1. l. 41. *clariſima*, clariſa. l. 67. *voluptas*, voluntas.

P. 58. c. 1. l. 14. *ſibi*, ſi. c. 2. l. 42. *mihi*, nihil.

P. 65. c. 1. l. 2. *quidam*, cuidam. l. 10. *vixorum*, virorum. l. 44. *nomini*, nemini. l. 55. *tenbatur*, tenebatur.

P. 72. c. 1. l. 30. *permaniſe*, permanſiſſe.

P. 75. c. 1. l. 4. *Deus*, reus.

P. 77. c. 1. l. 49. *infideliter*, in fideliter. l. 64. *mancipati*, municipati. c. 2. l. 60. *conceſo*, confeſo.

P. 78. c. 2. l. 20. *nunciati*, non fiat. l. 23. *rerum*, reum.

P. 83. c. 2. l. 67. *hens*, tenens.

P. 84. c. 2. l. 3. *condemnandum*, condendum. l. 68. *ſacrilegus*, adde non. c. 2. l. 52. *puritatem*, paritatem.

P. 87. c. 1. l. 26. *que*, quam. l. 62. *quod* quo.

P. 88. c. 1. l. 49. *Trianus*, Tirinus.

P. 92. c. 1. l. 47. *hoc*, huc. l. 52. *extcutat*, executa. l. 56. *excidium*, exilium.

P. 97. c. 2. l. 56. *expatarentur*, expectarentur. l. 67. *unica*, unita.

P. 98. c. 1. l. 36. *tria*, trita. l. 61. *educo*, educta.

P. 100. c. 2. l. 22. *annum*, annuat.

P. 101. c. 1. l. 2. *ploſandi*, gloſandi.

P. 106. c. 2. l. 49. *hoc*, hic. l. 53. *ſumma*, ſumo.

P. 107. c. 1. l. 8. *fuci*, floci. l. 43. *ducitur in republicus*, dicitur in republicus. l. 64. *peres*, peius.

P. 108. c. 2. l. 2. *exemplum*, exemptum. l. 64. *nolitia*, nolitio.

P. 111. c. 1. l. 3. *puerum*, parvum.

P. 113. c. 1. l. 53. *communione*, commiſſione l. 66. *delectis* dilectis.

P. 117. c. 1. l. 35. *id*, in. l. 67. *potere*, potiri. c. 2. l. 55. *quod*, quos. l. 66. *hominis*, homini.

P. 118. c. 1. l. 44. *ſui*, fui. l. 52. *inconventum*, inventum. 123. c. 1. l. 39. *cum*, eum. l. 49. *negandum*, necandum.

P. 124. c. 2. l. 40. *potens*, ponens. l. 53. *ſe*, &.

P. 131. c. 1. l. 51. *aperere*, apetere.

P. 133. c. 2. l. 25. *Decognovi*, recognovi. l. 27. *nam*, non.

P. 134. c. 1. l. 58. *catholicam*, chocolaticam. c. 2. l. 67. *Picara*, Gicara.

P. 137. c. 2. l. 53. *ipſum*, ſpiſum. l. 59. *emoratione*, commemoratione.

P. 139. c. 2. l. 48. *ſuorum*, ovorum.

P. 142. c. 2. l. 20. *teſſum*, teſtem.

P. 144. c. 1. l. 14. *latro*, lactat.

P. 145. c. 1. l. 41. *cernata*, conſumata.

P. 150. c. 1. l. 22. *non*, nam.

P. 151. c. 1. l. 66. *infero*, in foro.

P. 153. c. 1. l. 18. *conſolebat*, conſulebat. c. 2. l. 65. *lectoribus*, rectoribus.

P. 154. c. 1. l. 3. *tollit*, ſolvit. l. 21. *Diois*, Divis.

P. 156. c. 1. l. 8. *rupturum*, nuptarum. c. 2. l. 32. *ſolum*, volum. l. 46. *jurisjurando*, jurisjurandi.

P. 157. c. 1. l. 23. *proclamantes*, proclamatus. l. 24. *Virgine*, urbe. l. 32. *affectabat*, afflictabat. l. 38. *quo*, qua.

P. 167. c. 1. l. 30. *Monchabus*, Monachalibus.

P. 169. c. 2. l. 3. *Minores*, Minimos. l. 37. *opinionem*, optionem. l. 60. *quenam*, quandam.

P. 177. c. 2. l. 50. *hujuſque*, hucuſque.

P. 178. c. 1. l. 15. *pertam*, portam.

P. 179. c. 2. l. 18. *ſubitamen*, ſubitaneum.

P. 181. c. 2. l. 14. *ſivit*, ſiluit. *invecabit*, invocavit.

P. 182. c. 1. l. 28. *viridi*, Chriſti. l. 50. *Sacramento*, adde niſi. l. 65. *miniſtrium*, meritorum. c. 2. l. 52. *pacem*, quam.

P. 187. c. 2. l. 45. *anus*, onus.

P. 188. c. 1. l. 2. *verborum*, nervorum. l. 29. *conſtituens*, conſtitutus.

P. 197. c. 2. l. 28. *violenter*, violentat.

P. 197. c. 2. l. 6. *puritate*, paritate. l. 6. *duo*, dico.

P. 202. c. 2. l. 21. *at*, ut. l. 53. *conſultione*, conſultatione. l. 61. *pures*, partes.

P. 205. c. 2. l. 11. *eſt*, etſi. l. 11. *humi.* numi.

P. 209. c. 1. l. 10. *juratum*, furatum.

P. 211. c. 1. l. 4. *non*, nam.

P. 218. c. 1. l. 37. *doti*, doli.

P. 222. c. 1. l. 26. 10. *quæ*, 5. Primo diſt. 5. c. 2. l. 44. *poſſibile*, paſſibile.

P. 226. *diſt.* adde. 7.

P. 229. c. 1. l. 12. *quæſt.* queſt. c. 2. l. 46. *tui*, an.

P. 330. c. 1. l. 25. *ut*, ait. l. 35. *conteſtat*, conteſtata lite. l. 37. *medecis*, medicis.

P. 232. c. 1. l. 70. *coſa caſu.*

P. 235. c. 1. l. 46 *pulliat*, pulliat.

P. 236. c. 2. l. 54. *in*, inter.

P. 238. c. i. l. 22. *pio*, pro.

P. 244. c. 2. l. 27. *Aprilis*, Apprime vitus.

P. 247. *ait*, oro. l. 6. *in conſequentia*, inconſequentia.

P. 249. c. 1. l. ult. *obſolutione*, abſolutione. c. 2. l. 14. *barmacha*, pharmaca.

P. 251. c. 1. l. 3. *inceſtum*, inceſtus. l. 5. *peteris*, petens.

P. 253. c. 1. l. 1. *ac*, à c. 2. l. 10. *prabuerunt*, præbuetim.

P. 254. c. 1. l. 38. *ut*, *at.* l. 41. *opinionem*, optionem. c. 2. l. 19. *Sancti*, ſatis.

P. 255. c. 2. l. 24. *ſive ſine.*

P. 263. c. 1. l. 49. *notitione*, nolitione.

P. 265. c. 1. l. 51. *frequentant*, frequentans. l. 51. *Dominium*, domum. l. 53. *munitus*, monitus. l. 57. *devis*, cæcus. c. 2. l. 30. *remitentiam*, renitentiam. l. 51. *illum*, illis.

P. 267. c. 1. l. 8. *aliqualite*, aliqualiter. l. 11. *praceptos*, præcepto. 5. l. 56. *ſiſſent*, ſenſiſſent c. 2. l. 12. *decurrere*, diſcurre. l. 68. *eias*, ejus.

P. 276. c. 1. l. 26. *cenſuras*, cenſura. l. 55. *gravaque*, graveque.

P. 248. c. 1. l. 33. *improprie*, in proprie dicta.

P. 282. c. 1. l. 24. *infama*, in ſana. c. 2. l. 7. *panitentia*, ſententia.

P. 286. c. 2. l. 15. *invidiſſe*, incidiſſe.

P. 289. c. 2. l. 1. *pracando*, peccando.

P. 294. c. 2. l. 43. *duo*, dico.

P. 296. c. 1. l. 70. *cauteloſiſſima*, caudoliſiſſima

P. 298. c. 1. l. 30. *inquam*, inæquam.

P. 298. c. 2. l. 31. *biſa*, Piſa.

P. 303. c. 1. l. 46. *mente*, maturè. l. 51. *naturi*, naturæ.

P. 304. c. 2. l. 46. *Bela fuelza*, de la fuerza. l. 48. *reverſibus*, recurſibus.

P. 307. c. 2. l. 14. *regionis*, regioni. l. 55. *ſalutem*, ſalutarem. l. 70. *non affici*, affici.

P. 308. c. 1. l. 10. *illa*, ille. c. 2. l. 15. *decretorium*, diſcretorium.

P. 309. c. 2. l. 23. *practicum*, practicam.

P. 310. c. i. l. 3. *Innocentium*, Innocentem. l. 30. *confeſſoris*, confeſſionis.

P. 320. c. 1. l. 5. *contractus*, contactus.

P. 221. c. 1. l. 58. *panitens*, præmittens.

P. 329. c. 1. l. 24. *violentiam*, violentatum, l. 29. *ipſe*, ipſi. l. 31. *alligare*, allegate. c. 2. l. 21. *exilium*, exitium. l. 35. *cotantes*, comitantes. l. 45. *evehat.* debeat.

P. 332. c. 1. l. 56. *apoſtase*, à poteſtate.

P. 334. *ceſarea*, ceſare à l. 35. *renunciare*, denunciati. l. 59. *exapientes*, exiſtentes, l. 64. *Rotor*, Actor. l. 69. *Riximus*, Tirinus. l. 71. *virtit*, vertit. c. 2. l. 5. *Rixinus*, Tirinus. l. 8. *ejud.* ejus.

P. 335. c. 1. l. 12. *ducta*, dicta. c. 2. l. 41. *faceretur*, fateamur.

P. 336. c. 2. l. 7. *negotiatam*, negotiorum.

P. 338. c. 1. l. 11. *Pitanus*, Liranus. l. 16. *exornante*, exorante. l. 26. *ad verbum*, adverbium. l. 42. *Trani.* Lirani. l. 44. *pax*, par. l. 49. *propoſuit*, propoſui.

P. 340. c. 1. l. 40. *dillos oſſio dies*, Dominica. c. 2. l. 3. *ſubſcriptum*, ſubditum. l. 5. *Tetgrguarda*, Lutgardæ.

P. 344. c. 1. l. 28. *demeret*, efficeret. c. 2. l. 60. *declare*, declarare. l. 65. *Tribunalia*, à Tribunali.

P. 351. c. 1. l. 41. *miſivam*, viſivam. l. 51. *reverentia*, renuentia. c. 2. l. 6. *congruerenter*, conſequenter.

P. 355. c. 1. l. 23. *habitatio*, habilitatio.

P. 357. c. 2. l. 47. *GelliZario*, Pellizario

P. 358. *alarumque*, aliarumque l. 48 *reliquis*, regulis.

P. 360. c. 2. l. 2. *alieni*, alicui l. 27. *puritas*, paritas.

P. 365. c. 2. l. 39. *octavo*, actuato. l. 53. *manere*, monere.

P. 366. c. 1. l. 61. *ſectionibus*, electionibus c. 2. l. 27. *Hujuſque*, Hucuſque.

P. 369. c. 2. l. 45. *rei communionem*, excommunicationem.

P. 371. c. 1. l. 10. *anctiam*, an etiam. c. 2. l. 48. *inpreſam*, ingreſam. l. 66. *erepto*, exempto.

P. 373. c. 1. l. 6. *lit.* libro. l. 29. *dictionem*: ditionem.

P. 376. c. 1. l. 45. *à reo* ab eo.

P. 378. c. 1. l. 31. *recedente*, præcedente.

P. 380. c. 2. l. 39 *alicui* alibi.

P. 381. c. 2. l. 17. *inhibito.* inbibito.

P. 382. c. 1. l. 58. *intempeſtive*, intempeſtiva l. 65. *tumulus*, tumultus. c. 2. l. 6. *calore*, colore. l. 41. *zelaſio*, zeloſo.

P. 183. c. 1. l. 42. *à novitie*, noviter. l. 45. *pralecto* præcepto. l. 61. *ſtatuo*, ſtatui. c. 2. l. 1. *qui*, cui. l. 3. *numeros*, numerat. l. 13. *pax*, par.

P. 386. l. 40. c. 1. *probas*: probare. l. 53 *VI.* VIII. c. 2. l. 21. *urorem*, uxorem. l. 53. *illa*, ullo l. 66. *quacumque*, quocumque.

P. 387. c. 1. l. 67. *concilium*, conſilium. l. 72. *os declarationem*, ob delectationem.

P. 391. c. 1. l. 5. *vocatio*, vacatio. l. 62. *competitur*, compatitur. l. 70. *defectum*, effectum. l. 73. *qua*, quia. c. 2. *regoga*, regulæ. l. 23. *epid.* lepide l. 34. *infirmitatem*, in firmitatem. l. 57. *connota*, annotata. l. 65. *Doctor.* Bochri.

P. 392. c. 2. l. 47. *conſcientia*, conſcientias.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google